


B
25984



515



VARIARUM
ex Iure Pontificio, Regio, &
Caesareo Resolutionum
Libri. IIII.

Authore Didaco Couarruias à Leyua
Episcopo Segouienfi.

Ex eiusdem Authoris Quarta recognitione.



LIBROS
DEL DR.
L. MARCO



SALMANTICAE.
In aribus Dominici à Portonarijs, Catholica
Maieftatis, Typographe.


1570. *Qu. 5562*

CVM PRIVILEGIO.

Est atassado a tres Maravedis el pliego.

Ayuntamiento de Madrid

90



VARIARUM
ex Iure Pontificio, Regio, &
Cæsareo Resolutionum
Libri. IIII.

Authore Didaco Couarruias à Leyua
Episcopo Segouensi.

Ex eiusdem Authoris Quarta recognitione.

LIBROS
DEL DR
L. MARCO

SALMANTICÆ.
In a diebus Dominici à Portonarijs, Catholicæ
Maiestatis, Typographi.

1570. *h. n. 566*

CVM PRIVILEGIO.

Est atassado a tres Maravedis el pliego.

Ayuntamiento de Madrid

EL REY.



OR quanto por parte de vos el Reuerendo in Christo Padre, don Diego Couarruias de Leyua, Obispo de Segouia del nuestro Consejo, nos fue hecha relacion, q̄ vos con licencia nuestra auiaades imprimido vn libro intitulado, Variarum resolutionum, en el qual agora auiaades fecho ciertas addiciones, y añadido ciertas cosas importantes, como parecia por el dicho libro, deque ante nos hezilles presentacion. Poren de que nos supplicauades os mandassemos dar licencia para lo tornar a imprimir con prorogacion del priuilegio por otros diez años, o como la nuestra merced fuese. Lo qual visto por los del nuestro Consejo, auiendo se por su mandado fecho las diligencias que la prematica por nos fecha sobre la impresion de los libros, por os hazer bien y merced, fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, por la qual prorogamos, y alargamos el priuilegio que os esta dado para imprimir el dicho libro por otros diez años que corran y se cuenten de spues de cumplido y pasado el termino que teneys del dicho priuilegio: y mandamos, que vos o quien vuestro poder ouiere podays imprimir y vender el dicho libro, y que durante el dicho tiempo qualquier impressor de nuestros reynos, que vos quisieredes y señalaredes, pueda imprimir el dicho libro por esta vez, y que otra persona alguna no lo pueda imprimir ni vender sin vuestra licencia, sopena que el que lo imprimiere, o vendiere aya perdido y pierda todos y qualesquier libros y moldes que imprimiere, o védiere, y con que primero que se venda lo ayays de traer y presentar ante los del nuestro Consejo, juntamente con el original que en el se vio, que va rubricado y firmado al cabo de Pedro del Marmol nuestro escriuano de camara, y delos que residen en el nuestro consejo, para que se vea si la dicha impresion esta conforme al original, y se os tasse el precio que por cada volumen ouieredes de auer. Y mandamos a los del nuestro consejo, Presidentes, y Oydores de las nuestras audiencias, Alcaldes, Alguaziles de la nuestra casa y corte y Chancillerias, y a todos los Corregidores, Asistentes, Governadores, Alcaldes mayores y Ordinarios, y otros juezes, y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los nuestros Reynos y señorios, así los que agora son, como a los que seran de aqui adelante, que vos guarden y cumplan esta nuestra cedula y merced que así vos hazemos, y cõtra el tenor y forma della vos no vayan ni pasen, ni consientan yr ni passar por alguna manera, so pena de la nuestra merced, y de diez mil maravedis para la nuestra camara. Fecha en el Escorial a veynte y vn dias del mes de Março de mil y quinientos y sesenta y nueue años.

YO EL REY.

Por mandado de su Magestad.

Antonio de Eraffo.

YO PEDRO del Marmol Secretario del Consejo de su Magestad, doys fe que en la villa de Madrid a treynza y vn dias del mes de Agosto de mil y quinientos y setenta años, por los Señores del Consejo, fue tassado el libro intitulado Variarum Resolutionum, que nueuamente emendo el Obispo de Segouia, a tres marauedis el pliego en papel, y a este precio y no mas mandaron que se pueda vender y venda el dicho libro en papel y no mas, y dello di la presente firmada de mi nombre, que es fecha dia mes y año suso dicho.

*Pedro del
Marmol.*

A D I L L V S T R I S S I M V M,
 ac Reuerendissimum. D. Dominum Fernan-
 dum Ninno, Indiarum, nouiq; Orbis Patriarcham, Episco-
 pum Seguntinum, Caroli Cæsaris, Hispaniarum Regis
 summo Præfectum Prætorio, Didaci Couarruias
 à Leyua Toletani in tres Variarum ex Iu-
 re Pontificio, Regio, & Cæsareo
 Resolutionum Libros,
 Præfatio.



NON me latet Præful amplissime, illustrissi-
 me Princeps, hanc prouinciam, quam iam
 semel, & iterum editis opusculis quibusdã
 in publicumque diulgatis Salmanticæ ad-
 sumpsi, & nunc tertium subire constitui,
 difficilimam esse omnium, quæ viris disci-
 plinarum studiosis nominis adquirendi cau-
 sa vnquam contingere possunt. Quid enim
 obsecro difficilius, quam varijs tot lectorum iudicijs, vel minima
 ex parte satisfacere? Quibusdam etenim operis ordo eiusve distri-
 butio nequaquam forsan arridebit alijs displicebit stylus parum in-
 quam politus, nec dignus quidem, vt opus ita oscitater elaboratum
 legatur ab his, qui Latine lingue castitatem, exactamq; eloquen-
 tiam ex veterum Jurisconsultorum responsis, & quibusdam in ea
 eloquentissimorum virorum commentarijs, assidua lectione sue
 re adsequuti. Quidam longiorem controuersiarum disputationem
 requirent, breuem earundem definitionem omnino improbates.
 Nec deerunt qui tot authorum, præsertim iuniorum allegationem
 parum utilem operi, ac lectoribus esse censeant: quippe qui ex se
 habeant huius ætatis tot commentariorum nomē claturam. His
 sanè omnibus non aliud obijcere decreui, quo me à multis apolo-
 gis dictãdis eximerem, quam tui auspiciatissimi nominis tutelam,
 sub qua tres variarum ex iure Pontificio, Regio, & Cæsareo Reso-
 lutionum libros prelo committere, vt publicè legantur, minimè

1111

LIBRO
 DE
 PONTIFICIO

LIBROS
 DE
 PONTIFICIO

A 2 erube-

erubescā: difficiliora profectò sub tali patrocínio aggressurus. Tibi autem præsul Reuerendissime rationem reddere haud recusabo, quandoquidem & meorum omnium studiorū foret, si res ipsa permetteret, exactissimè reddēda. Etenim cū annis ab hinc quatuor tuis auspicijs à lectiōis ordinarię munere, quod decem annis publico stipendio Salmanticę gesseram, in hoc fuerim Granatense Prætorium inuictissimi Caroli Cæsaris, Hispaniarum Regis decreto destinatus, vt cum alijs prudētissimis simul, ac vtriusq; iuris viris consultissimis Regij iudicis officium agerem: non potui relicto lectionis ordinarię assiduo labore aliquot edere commētaria, quæ distinctè Capita glossata in aliquem iuris Canonici, vel ciuilem titulum digesta continerent. Exigit enim hic scribendi modus continui præceptoris industriam, quę singula cuiusque Capituli verba, glossarum & commentariorum omnium partes diligentissimè explicet, idcirco aliam oportuit eligere viam, qua possem communia facere, quæ priuatim ipse quādoq; elaboraueram. Hac in re necesse mihi fuit quæstiones quasdam exponere, quę olim in illo celebratissimo diui Saluatoris collegio, ac deinde hac in vrbefurtiuis quibusdam horis in ordinem redactę fuerunt, eo quidem stylo, qui facillimè cuilibet lectori auctoris sensum enunciaret. Vitiatio nanque sepius multum datum est in iuris Pontificij, & Cæsarei commentarijs, quòd dum integro conatu Latinitati, & eloquentię opera impenditur, ipsa vera canonum, iuriconsultorum, & legum interpretatio negligitur, aut denique ita expolitis verbis, ne dicam affectatis, exponitur, vt quādoq; magis lectorem ipsi impediatur dictionum significatio, quàm propositi tractatus & materię proprius intellectus, integręque cognitio. Non inficior Barbariam à iuriconsultis, eiusque professionis studiosis effugiendam esse: cū & ab his exigenda penitus sit Latina, casta que oratio, modò ea dictionibus diu iam receptis ab huius discipline eruditissimis scriptoribus, nempe Bartolo, Baldo, Alberico, & Panormitano rem quampiã ita quidē exponat, vt quid hi iuris vtriusque interpretes, quos meritissimè omniū facilè principes esse opinamur, suis in commentarijs tradiderint, lectoribus sit manifestum. Id verò in hisce libris maximo studio conati sumus efficere, quòd breui quadam

dam ^{etiam} quæstiones singulæ nostram de qualibet cõtrouersia sententiam continerent, non equidem singularem à veteribus quæ frequentissimè deuiam: quemadmodum alij nostra ætate fecere maximo cum dispendio studiosæ iuuentutis, quæ statim lectis arte quadam, ac fucis Rhetoricis editis commentarijs aduersus iuris vtriusque interpretum receptissimas opiniones: eos ità superstitiosè amplectitur, vt difficilimum sit in iudicialibus quæstionibus, responsis, & litium definitionibus à semel admisis adhuc in senectute discedere. Nos enim multi faciendam esse censem veterum auctoritatem, quam, nisi plurimum noster abhorreat intellectus, semper & sequuti sumus, & in posterum sequi omni conatu enitemus. Missam denique fecimus sinuosam quæstionum disputationem, nè in tanta librorum copia, quæ ex typographorum officinis quotidie prodit, nostrum hoc opus fastidio lectoribus esset, dum aliorum auctorum rationes ferè ad verbũ referens, iter iam actum ageret. Quâ ratione coacti sumus aliorũ, qui ante nos de eadem re scripsere, expressim mentionem agere, vt lector inde percipiat, quibus ex locis, quæ hoc in opere traduntur, acciperimus, petatque ab his multa, quæ nos consultè vt cõpendio vteremur, omisimus. Statim autem quòd huius operis editio mentem subire cœpit, illud tuonuncupare maximo nomini alaem animo constitui: non quòd existimè munus aliquod ad conciliandũ tuũ erga me generosum animum obtulisse: sed quòd verè censem hac ipsa nuncupatione plurimum decoris, ornamenti, & auctoritatis his meis laboribus accessurum. Cui etenim aptiùs, meliusque literarij labores dicari, aut nuncupari poterũt, quàm ei, qui summam in Hispaniarum Republica iuris dicendi potestatem habet, quique Regis inuictissimi, Cæsarisque Caroli Quinti, ac Principis Philippi summo præsidet Senatui, à quo leges, & iura qui publicis fungimur magistratibus passim accipimus? certè nemini. Præsertim, ornatissime præsul, obsequium istud tenemur iuris vtriusque professores exhibere tibi, qui omne tuum studium in doctrina, intelligentia, variarumque cognitione rerum ad iustitię cultum pertinentium ponas, doctissimos, sapientissimosque homines amplissimis, atque maximis honoribus maximo studio semper ornaueris. Quòd si ingratum, immemoremque bene

ficij, iuxta Ciceronis sententiam, omnes odio meritisimè prosequuntur: me ipsum nulla ratione possem hac nota immunem esse censere, si in his edendis Variarum Resolutionum libris te ipsum patronum, ac tutissimum defensores minimè selegissem, cui primum meorum studiorum præmium & me debere fateor; & à te illud accepisse non minimam meæ foelicitatis partem esse duxerim. His omnibus accessit communis patria, omniumq; aliarum urbium illustrissima Toletum, ubi gentilitia Ninniorum familia, quæ te præclarissimum tanti nominis progenitum ornamentum, comitate, liberalitate, alijsque insignis nobilitatis titulis eum locum habuit, quem apud celebratissimas vrbes viri optimates semper habuerunt. Quibus tandem, ac tua maximè clemètia humanissima fretus. Præsul ornatissime, te ipsum vehementer, etiam atq; etiam precor, ut hos libros tuo illustrissimo nomine, tuæq; auctoritatis præsidio, gratiores ad omnium manus accedere permittas, meque tibi obsequentissimum esse, vel hoc ipso beneficio, si palam omnibus facias. Vale, Ex inclyta Graza

nata, decimo Calendis Iunias. Anno

Millesimo Quingentesimo

Quinquagesimo secundo.

cundo.

9

11

10

11

11

11

11

11

11

11

11

11

Iacobi Boffæi in Authorem
Epigramma.

*Non ego pango tuis (vir maxime) carmina libris,
Quod nostro laudem carmine habere putem.
Nam satis elucent, satis & laudata leguntur.
Diuino assidue quæ facis ingenio.
Cur? ergo vt compacta tuis epigrammata chartis,
Laudentur, rapidis non peritura rogis.*

Authoris protestatio.



PV S hoc in publicum emissurus, illud primum testor me nihil in hisce libris, aut alijs, quos quandoque editurus sim, ita asseuerare, aut ex animo defendere, vt à Sacrosanctæ Ecclesiæ Decretis, Canonibus, traditionibusq; nec transuersum, quod aiunt, digitum deuiare præsumam. Hęc etenim quę scribimus, quęque scripturi sumus auspice I E S V humani generis Salvatore, censurę Sanctę matris Ecclesię submittimus.

H V I V S P R I M I L I bri Caputum Summa.



VALITER iudex ex actis ius dicere debeat aduersus ea , quæ priuatum cognouerit. Caput primum.

An liceat iustè litiganti, aduersarium fallacijs, dolisve impetere? Caput secundum.

Sitne habenda ratio fructuum in restitutione , quæ in integrum causa ætatis fit? Caput tertium.

Coram quo iudice sit in integrum restitutio postulanda? Caput quartum.

De minore enormiter læso in spiritualibus : an & is restituendus sit? Caput quintum.

Ad postulandam in integrum restitutionem, an sit necessarium speciale mandatum. Caput sextum.

De prælatione hypothecæ vxori pro dote competentis. Caput septimum.

De meliorationibus rei, hypothecæ & pignori subiectæ: Caput octauum.

De retractu conuentionali, an is temporis præscriptione tollatur? Caput nonum

De confirmationis sacramento ad interpretationem text. in capi. Quanto. de consuetudi. Caput decimum.

De iniuria, quæ verbis fit , & maximè de ea , quæ veri criminis obiectione irrogatur. Caput vndecimum.

De ratione computandi temporis ab annorum numero. Caput duodecimum.

De ratione indefinita, & an ea vniuersalis vim habeat? Caput decimum tertium.

De conditionibus donationis contractui adiectis. Caput decimum quartum.

De fructibus rei venditæ, an ad emptorem pertineant? Caput decimum quintum.

Qualiter fisco à iudice fauendum sit. Caput decimum sextum.

De decimis, an iure naturali, diuino, vel humano tantum debite sint. Caput decimum septimum.

Expenditur constitutio. l. diffamari. C. de ingenuis & manumiss. Caput decimum octauum.

Donatio facta ecclesiæ, an reuocetur natiuitate filiorum? Caput decimum nonum.

An vitium in exprimenda causa impulsura, vel ea tacenda, contingens: concessio- ni principis noceat? Caput vicesimum.

- 51

VARIARVM EX IVRE

Pontificio, Regio, & Cæsareo Resolutionum Liber Primus.

A V T H O R E D I D A C O
Couaruias à Leyua, Episcopo
Segobienfi.

S V M M A R I A.

Ex capite sequenti.

- 1 **A**gere contra propriae conscientiae dictamen peccatum est.
- 2 Mendacium in re leui regulariter veniale crimen, an in iudicio mortale sit? & quid de perjurio.
- 3 Iudex secundum quosdam poterit sententiam dicere iuxta propriam conscientiam aduersus allegata & probata.
- 4 Rursus non debet iudex, nec tenetur sententiam dicere ex his, quae priuatim cognouerit: sed ex his, quae, vt iudex ex processu perceperit.
- 5 Iudex non potest sententiam ferre ex instrumentis in iudicio non productis.
- 6 Perpenditur litera text. in cap. iudicet, 3. questione septima.
- 7 Iudex poterit non adhibere fidem testibus, aut instrumentis, ex his, quae in iudicio contigerint, vel quae sibi, vt iudici nota fuerint.
- 8 An reus, actore non probante, sit absolueudus diffinitiuè, an ab obseruatione iudicij tantum, & quid hoc referat.
- 9 Iudex non potest ex confessione facta ei, vt priuato, vt iudici, sententiam contra confitentem pronuntiare.
- 10 An etiam iudex ordinarius requisitus, vt aliter sententiam exequatur, possit exequutionem omittere: ex eo, quod priuatim sciuerit sententiam iniquam esse?

Qualiter iudex ex actis ius dicere debeat, aduersus ea, quae priuatim cognouerit. Cap. I.



IS, qui magistratus in re publica gerunt, plerumque solent euenire, vt in maximo discrimine positi, grauiter dubitent, sequi ne debeant in iudicijs, actoris, rei ve probationes: easque inspecto processu ex iuris rigore ab omni vitio immunes: contrariastamen veritati, quam ipsi iudices priuatim certissimè cognouerint: atque eodem pacto debeant ne ferre sententiam in fidorem agentis, qui probare propriam intentionem non potuit: iudices tamen satis sciunt, eam veram esse? Et sunt tamen, qui existiment iudicem debere omnino sequi in proferenda sententia propriam conscientiam, & veritatem sibi compertam: aduersus actorum probationes utcumq; plenissimas: quae quidem opinia sequentibus probari viderat: vt plura summittam, quae passim in hanc controuersiam adduci solent: cum ea parum urgeant.

Primo, omne quod non est ex fide peccatum est: teste Paulo ad Roma. capit. 14. capit. quærat aliquis. de poeniten. distin. 3. capit. vlti. de præscript. ex fide, inquam, id est, ex conscientia: quemadmodum exponit Ambrosius dict. cap. 14. Gratianus in dict. cap. quærat aliquis. gloss. in dict. c. vlt. Florent. 1. part. tit. 3. c. 10. §. 2. nam licet fides est iudicium, quo credimus aliquid: ita conscientia est iudiciu, quo iudicamus particulariter de nostris actibus moralibus: & præterea conscientia creditas quædam est: vnde fides à Paulo appellatur: Peccatum etenim est omne, quod non est ex fide, id est, ex conscientia: & iuxta id, quod ea nobis

A 5 agen-

Variarum Resolutionum

agendum esse prescribit: sed potius contra eam agens siquidem contra conscientiam, ædificat ad gehennam. c. literas. de rest. spol. c. omnes. 28. q. 1. ca. per tuas in. 2. de simonia quo fit, ut is mortaliter peccet, qui actum egerit: illū esse mortale crimen opinatus: licet vere is actus ad mortalem culpam minime pertineat. Et rursus venialiter peccabit, qui fecerit id, quod credit venialem habere culpā: tamen si nullā vere habeat: hoc enim est agere contra conscientiam, & ideo peccatū cōtrahit.

Quod si conscientia dicat aliquid esse bonū: nō tamen veniale, nec mortale esse eius omissionē: nullū erit peccatū id omittere. Et hæc sanè vera sunt ut docent Theologi in. 2. sent. dist. 39. & Florent. dict. cap. 10. §. 4. ita tamen, ut sciamus cōscientiam non posse efficere id non esse peccatum, quā vere peccatū est. quanuis quādoq; ignorantia valeat a culpa excusare, quod alibi tractabimus. iudex igitur, qui scit verum esse, quod actor asseuerat, tamen si in iudicio non probatum: contra cōscientiam, & propriæ credulitatis iudicium reum absolvens peccabit: atq; itidem ipsum reum innocentem pravo iudicio damnabit ex actorum probationibus, quibus ipse iudex certò scit veritatem oppositam esse. Nomen etenim conscientia inducit applicationem scientiæ ad aliquid agibile, ut scribit Thomas. 2. 2. q. 67. arti. 2.

¶ Secundo, eandē opinionē illud plurimū comprobatur, quod iudex sententiā dicens contra veritatem sibi etiam priuatim compertam, plane mentitur in lectionem alterius: aliud enim dicere, quam scias mendacium est. c. 2. de crim. fal. l. ult. ff. de rei vend. c. is autem. & c. primū. 22. q. 2. c. super eo. de vsur. Aristo. lib. 4. Ethic. c. 7. & præter alios Ioā. Arboreus lib. 11. Theosophia. c. 12. Mendacium autem licet venialem plerunque culpam habeat: in iudicio tamen mortale crimen est, quādo contingit in his, quæ ad ipsum iudicium pertinet. Thomas. & Caieta. 2. 2. q. 69. arti. 1. & q. 110. arti. 4. ad finem: etiam si id accidat in re leuissima, ut ipse Caieta opinatur ex eo, quod calor iudicij, eiusq; auctoritas de veniali mortale efficiat: sicut iuramentū vis mendacium ex se veniale, mortale facit. Ego vero mendacium in iudicio, mortale esse ex suo genere opinor ex Thom. 2. 2. q. 70. arti. 4. Sed in specie nonnunquā veniale esse potest, & inaximè si in re leui contingat: in omni siquidem materia rei leuitas à mortali excusat. capit. vnum. 25. distin. ad finem. Tho. 1. 2. q. 88. arti. 5. & 6. qua ratione aduersus Caietanum existimo, etiam in iudicio mendacium circa rem ad id pertinentem leuissimam tamen contingens: nō esse mortale crimen: quod nostra ætate Caiet. sententiam improbant ostendunt insignis, & olim, & nunc meus

præceptor Martinus ab Azpilcūera in cap. vlti. de poenit. dist. 5. §. num. 13. & Dominic. à Soto, cui maxima totius reipublicæ fœlicitate Carolus Cesar propriæ conscientia iudicium, ac examen cōmittit: inquam, à Caieta. dissentit in relectio. de Secreto meinbr. 2. q. 7. conclusi. 2. atq; ita intelligendum est, quod Imol. in. c. 1. de mur. petit. nu. 13. & Alexan. in. l. qui totam. ff. ad Trebel. scribunt dicentes, mendacium etiam in iudicio quandoq; esse veniale non mortale crimen. Nam quod de iuramento in contrariū adducitur verissimū est alia quidem ratione: cum in re leui Deus adducatur in testem: & ideo impietas periurij stat in hoc, quod fit irreuerētia Deo Maximo: vnde semper erit periurium mortale peccatum etiam in re leuissima: sicuti docet Thomas. 2. 2. quæstio. 98. art. tertio. quo fit, ut is, qui iurat Deo teste assem Titio dare, omnino periurus sit, mortalemque culpam incurrat, hī etiam assem dederit: quod probatur in capitu. debitores. de iure iurand. vbi iurans soluere vsuras, tenetur id iuramentum seruare, quāuis parum vtilitatis afferat talis solutio: cum statim accipiens ex hoc iuramento vsuras, teneatur cogendusq; sit eas restituere: ecce igitur qualiter iuramentum sub poena periurij seruandum est: tamen si eius executio leuissimi sit momenti. Nec tamen idem erit, si quis præstito iuramento promittat centum aureos daturum Titio: nam is si ei soluat centum aureos excepto asse: periurus non erit eo modo, ut peccatum mortale committat: huiusque discriminis ratio est: quod in priori casu, asis separatim consideratur, ut materia iuramenti: non itidem in posteriori: nō enim separatim fuit asis iuramenti vinculo suppositus: atq; ideo uti res leuissima nequaquam est iudicanda: consideranda ve ad iuramenti transgressionem saltem mortali culpa dignam: quemadmodum Caietanus explicat. 2. 2. quæstione. 89. articulo septimo: iustius sanè, quàm Syluest. qui sequutus Florentin. verbo. iuramentum. quarto quæstione prima. ad finem scribit transgressionem iuramenti in re leui mortalem non esse. vncunque tamen sit, quod ad nostrum institutum attinet, apparet profectò iudicem, qui in iudicio proferendo in graue alterius damnatum mentitur: mortaliter peccare: cum id mendacium in re graui, ad diffinitionem litis, & controuersia pertineat.

¶ Tertio, eadem assertio probatur ex eo, quod iudex iudicare debet secundum veritatem, Deuteronomi. cap. 7. & Exodi. 23. capitu. per venerabilem. qui filij sint legit. & tamen in iudicij multa proponuntur, & probantur contra veritatem: ergo iudex omnia falsa actorum propositione

tione veritatem sequi tenetur. Et hoc ipsum vltius patet: plerunq; enim solet iudex ignorare factum in iudicium deductū: & ideo sequitur probationum adminicula. l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. p̄f. per hoc tamen p̄iudicium non fit veritati, quæ vitari nequit erroribus gestorum, & semper est p̄ferenda, cum elucet: vnde cum iudici veritas comperita, & nota est: non potest iusta ratione eam omittere, vt sequatur, vel sordes falsorum testium, erroremve aliorum instrumentorum: sicuti in dict. §. veritas, probatur. Sic diuus Augustinus libro. 19. de ciuitate Dei capi. 6. dum deplorat elegantioratione miseriam humani iudicij, quo plures, qui verè sunt innocentes: tormentis cruciantur: & denique damnati ex eorum confessionibus innocentes occiduntur: exultat sancte iudicem, qui vt seruiat humanæ societati, quam deserere nefas esse ducit, inscius veritatis innocentem occidit. Plerunq; enim, inquit, iudicis ignorantia est calamitas innocentis: ex quibus colligitur, non ita defendi ab Augusti. imò reprehendi iudicem, qui veritatem ipsam sciens innocentem torquet: corruptumq; ex propria confessione occidit.

¶ Quarto, etiã iudici non licet innocentem occidere Exodi. 23. Innocentem, & iustum nõ occides. Quin & iuris cõsultus ex illis amat melius esse nocentem impunitū relinquere, quã innocentē dānare. l. absentia. ff. de p̄enis. c. nerui. 13. dist. Archidiacon. vlti. 23. q. 3. Deci. optime in. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Quod si in dubio satius est nocentem absolvere, q̄ innocentē dānare: nonne sanctissimū est innocentē absolvere: cum certus iudex est de eius innocētia, licet falsis testib⁹ is cõuict⁹ fuerit?

¶ Quinto, si auctoritas publica cõsideranda est: sicuti fatentur, ac p̄mittunt oēs, & hi p̄cipuè, qui contrariã sententiã defendere conātur: maiorem ex publico iure auctoritatem habebit iudicis sententiã, quam ipsius acta iudicij nõdū per sententiã diffiniti: & tamē cõdēnatus, vt debitū coniugale reddat femina, quã ipse certò scit eius vxorem non esse: nequaquã tenetur eius sententiã stare: imò nec potest, si canonicū impedimētū obstat: imò potius propriam conscientiã, quã iudicis publicã auctoritatē sequi debet. text. est in. c. inquisitioni. de sent. excõ. notatur in. c. Dñs. de secund. nupt. nos itē id explicuimus in Epitome de sponsali. & matris. 2. part. c. 7. §. 2. nu. 7. Sic iudex maiori ratione omiſsa publica auctoritate actorū causa, sententiã dicet ex his, quæ certa sibi sunt: & ita nota, vt verax illi manifestò sciat.

¶ Sexto, ex coniecturis, indicijs, & p̄sumptionibus potest iudex ipse iustissimè non adhibere fidem testibus. l. 3. vers. tu magis. ff. de testib. Regia l. 28. tit. 16. par. 3. Bar. in. l. Luci. ff. de his, qui not.

infa. Paul. de Cass. in. l. adimonadi. col. pe. ff. de iur. rei. Bal. in. l. testium. C. de testib. Deci. in. c. 3. nu. 3. de probat. Ergo poterit ex certa scientia testiū fidem omittere, quos certò scit falsum testimoniū dixisse.

¶ Septimo, testiū, instrumentorūq; probationes veluti mediū quoddã in eum finem tendunt, atq; à iure exiguntur in litium diffinitionibus, vt veritas pateat, & ipsi iudici nota sit: quæ frequentissimis auctoritatibus probatur. medium autem non debet contrariū esse fini p̄tensio: temerè enim ageret exoptans pacē, si adhiberet media, quæ ad bellum, & discordiam tendunt. quod probatur ex ratione text. in. l. legata in utiliter. ff. de adimend. legata. l. qui hominē. §. vlt. ff. de solutio. l. ab emptio. ne. in. fi. ff. de pact. l. cum his. §. 1. ff. de condi. indeb. falsi autē testes, falsave instrumenta non ad veritatem, sed ad fallitatem persuadendam iudicij destinantur: igitur his testibus, & instrumentis, quæ falsa esse iudex scit, non debet, nec tenetur fidem publicam accommodare.

¶ Octauo, hæc eadem opinio manifestam probationem habere videtur in ca. 1. de re iudic. in. 6. & ff. cle. 1. §. verū. de hæret. quibus ideo iudici iniungitur, vt iuxta propriã conscientiã iudicium ferat. His igitur, & alijs rationibus hæc sententiã innititur, atq; eam tenent Martinus iuris Ciuilis antiquus interpres in. d. §. veritas. Calderi. & Panor. in. c. pastoralis §. quia verò. de off. deleg. Nicolaus à Lyra Exodi. c. 23. Hadria. quod lib. 2. ad finē. Ioan. Arboreus lib. 9. Theosophia. c. 20. Ioan. Oldendorp. in tract. de formula in iust. actio. c. vlt. idem in lib. de iurē, & equitat. titu. 13. Ioan. Coras. lib. 4. Miscellan. cap. 20. horū autē omniū consensu ea est resolutio, vt iudex minimè debeat, nec possit sententiã dicere secundū allegata, & probata cõtra propriã conscientiã. Ceterum ex his & alijs auctoribus quidã existimant iudicem tutè posse reū absolvere ex actis, & probatis, etiã si ipsi iudici priuatim cõpertū sit verū esse, quod actor adseruit. ita Calderi. Aegidius Bellamera colū. pen. & Panor. in. d. §. quia verò. Nicol. à Lyra, ac Ioan. Arboreus paulò antè citati. & p̄ter hos Ioan. Andre. & Card. in. d. §. quia verò. Abb. & Imol. i. c. r. de off. ordi. Quasi cõscientia iudicis, actis & probationibus contraria, admittenda nõ sit ad cõdēnandū. Alij verò opinantur iudicem propriã conscientiam sequutū, posse ac deberē refragantibus actorum probationibus reum absolvere: quod fatentur verum esse Martinus, & Calderinus, quibus Aegidius, & Panor. refragantur ex eo, quod absurdū existimant iudicē aduersus allegata, & probata ex propria sciētia, cui p̄bationes aduersantur, sententiã dicere, ac potius debere à iudicandi

Variarum Resolutionum

candi numere abstinere. idem Præposit. in. c. iudicet. 3. q. 7. ad finem. tandē eo ventum est, vt hi auctores consentiant nunquam esse iudicandum contra conscientiam, cui contrariæ sint actorum probationes. Rursus ex his quidam censent posse iudicē contra propriam cōscientiam, ex actis, & probationibus reum absoluerē: deinde iudicē posse iuxta propriam conscientiam aduersus acta pro reo pronunciare, eum ab actione proposita absoluendo. Alij denique hoc non admittunt, iudici consulentes, vt ab eo munere abstineat, ne vel cōtra cōscientiam, vel actorū probationes iudicet. Sic sanē maximū constat ex hac prima opinione discrimē: & quod grauius est, adeo manifesta repugnātia, vt minimē conciliari; nec defendi possit. Nam si iuxta veritatē priuatim iudici cōpertam iudicandum est: cur ex actorū probationibus iudex absoluet reum, quem scit verē obnoxium esse actoris petitioni? Quod si dixeris non oportere, vt iudex manifestet crimen occultum ipsius accusati: quid, obsecro, dices in reo semiconuicto, infamatoque, & in his actionibus, quibus de criminibus nō agitur: nec infamia aduersus accusatum, tractatur? agit etenim iudex absolvens reum actore nō probante contra conscientiam sibi dictantem, illum esse obnoxium actoris petitioni: & præterea plane mentitur liberans eū, qui verē reus est, quod fit, vt dum magis hanc primam opinionem scrutamur, ea minūs ardeat: vt pote minimē consona his rationibus, quæ ab eius authoribus traduntur.

4 Ex opposito notandū est, iudicem in definiendis litibus debere omninō sententiam dicere ex actorum probationibus: licet ei notū sit reum à petitionis inimicū esse, vel actore iustam verāque; licet nō probatam causam in iudicium deduxisse: & hoc probatur in. d. 5. veritas. dum in eo Iuriscōsultus scribit sententiā à iudice ferendā esse ex fide eorū quæ probantur in iudicio: quæ quidē authoritas non admodum conuenit, vt à priori sententia recedamus: cum iuxta veram interpretationē sensus Iuriscōsulti sit, ex veris probationibus ex fide eorum quæ verē gesta sunt, non ex falsis, non ex simulatis instrumentis iudicem debere sententiam dicere: vnde colligitur tunc demum iudicem ex probationibus actorum posse causam & controuersiam definire, quando illæ probationes veræ sunt: quemadmodum in dubio præsumendum est: secūs autem cum iudici constiterit eas probationes falsas esse, & veritati oppositas: tūc etenim veritas minimē vitiatur erroribus gestorum, auctore Iuriscōsulto, quo fit, vt potius in eo loco præcedens opinio, quàm hæc probeatur. & id manifestius fiet, si ad literam illius tex.

verba explicemus: veritas, inquit Vlpianus, erroribus gestorum non vitiatur, id est, licet cauerim debere me tibi centum ex mutuo, quæ verē mihi mutuata non sunt: id quod; apud præfulem probauero: non errorē meum in cauendo, sed probatam veritatē is sequetur. Sic sanē infert idem Vlpianus dicens: & ideo Præses prouincie id sequetur, quod cōuenit eum sequi ex fide eorum, quæ probantur, quasi dicat, veritas, cuius conscius iudex est, nullis testimonijs vitiatur. atque ideo Cald. & Panormit. & Oldendorp, propriam eorum opinionem ex eo textu deducunt.

¶ Secundo, iudex tenetur iudicare secundū veritatem. l. rem non nouā. C. de iudic. veritas autē dicitur id, quod probatū est, aut per legem præsumptum. l. penult. ff. de probat. sex. in cap. 1. iuncto cap. laudabilem. de frigid. igitur tenetur iudex secundū probationem actorum iudicare: vt argumentatur post alios Andreas Alciat. in. d. c. 11. de off. ord. nu. 84. sed nec ista collectio satis probat hanc opinionem, & multo minūs quam, inductio tex. in dict. 5. veritas. siquidem non sequitur: iudex tenetur sententiā dicere ex probationibus actorū quod verum est, ergo tenetur sententiam dicere contra conscientiam, aut contra particularem eamque; certam conscientiam: nam tunc demum ex probationibus tenebitur causam definire, quàm aliunde certus non sit, vter ex litigantibus iustiorē causam in iudicium deduxerit.

¶ Tertio, iudex publica authoritate fungitur, & ex ea iudicat. l. Barbarius. ff. de off. præf. ca. de re iud. in. 6. notatur in ele. 1. de sequest. poss. quæ ratio oportet cum in controuersijs definiendis scientia publica uti. & fidem exhibere his, quæ sibi, vt iudici, vt personæ publicæ nota sunt: nō his, quæ vt priuato ei sunt manifesta: non enim pertinet hæc scientia ad iudicem, qui ex publicis documentis iudicare debet. Nec incōuenit dicere posse quem duplicem scientiam alicuius habere: cum manifestum sit posse Titium aliquid scire, vt iudicem, vt priuatum, vt Dei vicariū: nempe ex confessionis sacramentalis secreto: quod probatur in cap. 2. de off. ord. vbi Panormit. id explicat. vnde ex hac tertia ratione palam est priorē opinionem erroneam esse.

¶ Quarto vlteriūs, posterior hæc opinio probatur authoritate tex. in. c. pastoralis. q. 1. q. 2. de off. delegat. ex quo iudex ordinarius requisitus à legato, vt eius sententiā exequatur: omninō tute potest ac debet eā exequutioni tradere, tametsi sciat iniquam esse. Authoritas etenim rei iudicæ præualet veritati, etiam quæ satis nota sit ipsi exequutori: cuius partes sunt eadem exequi, nō autē inquirere iustē, an iniustē fuerit pronuntiatum.

tum. ita ergo iudicis officium est potius fidem exhibere probationibus actorum, quæ ex iure auctoritatem habent. c. quoniam. de probat. quàm his, quæ priuatim scit. & ex quibus ipse existimat iniqua, & iniusta esse processus testimonia: tenetur enim iudex his, quæ, vt iudex scit credere, non his, quæ, vt priuatus. qua ratione: cum requiritur alterius iudicis sententiam exequitur, iudex non est: sed exequutor: & ideo illius sententiæ iniquitatē expēdere, vt iudex, nequit. Priuata igitur auctoritate vereretur, si & proprio iudicio cōscientiæ ageret de rei iudicæ iniustitia, & ex eo executionem eius omitteret: quemadmodum & idem iudex, qui tulit sententiam malè ageret, & absq; publica auctoritate procederet, si eā retractaret ex fide instrumentorū, quæ post sententiam ipsi exhibentur, etiam si ex eis ius condemnati manifestum fieret: sanctus etenim est iudicis officio: nec vt iudici eidem probatur ius litigantis. l. Imperatores. ff. de rei iud. l. sub specie. C. eod. tit. notatur in cap. inter. de rei iud. vbi. Abb. num. 16. idem Abb. in cap. suborta. colum. pe. eod. tit. Doct. ih. l. admonendi. ff. de iure iu. Bald. in. l. error. col. 3. C. de iuris & factiigno. Lanfrac. in cap. quoniam. verb. interloquutoris. num. 81. de probationibus. Curtius Iunior conf. 18.

¶ Quinto eadem ratione constat, iudicē non posse sententiā dicere ex instrumēto, scripturave non producta in iudicio: licet ea fuerit sibi priuatim ita exhibita, vt planè cognouerit ex ea ius actoris, vel rei. cap. cum dilectus. de fide instrum. adeo enim instrumētōrū productio debet corā iudice fieri, vt nō sufficiat ea corā notario, & testibus exhiberi. qđ colligitur ex. l. adoptio. ff. de adoptio. tex. in. c. accepimus. & apertior in cap. contingit. vbi. glof. & Feli. de fide instrum. idem Feli. latius in cap. quoniam. contra. q. 1. de probat. vbi text. tradit Hippo. singul. 17. imò non sufficit, instrumentū etiam coram iudice exhiberi, & produci ante litis contestationē ad articulū aliquē incidētem: nisi & post reproducatur cū principalis causa discutitur. Freder. conf. 160. col. 2. Anto. in cap. cū dilectus. de ord. cogni. Fel. in. c. 1. nu. 28. de probat. idem in. c. causam q. in. 1. num. 6. de testi. Ex quibus & idem erit, quando instrumentum post litem contestatā producitur in iudicio ad principalem quæstionē litis, nisi eius productio fiat, & fuerit aduersario denunciata, vt seipsum ab eius scripturæ testimonio defendat. ex Bald. in. l. eos. §. sin autē. col. pe. C. de appe. Feli. in dict. num. 28. Quòd si verissimū, & certissimi iuris est, ex instrumentis non productis corā iudice, vel extra terminū à iure statutū præsentatis, iudicē sententiā dicere nō posse: tamen si ex eisdē scripturis certus

sit de iure litigantium: consequens erit, ipsum ex actorum probationibus: non ex his, quæ priuatim sciuerit, sententiam omnino laturum esse. Si verò dixeris contrarium: omnia iura prorsus euanescent, quæ tempus, & locum, quibus instrumēta iudicij exhiberentur, prouidē statuerunt: nam aliter producta instrumēta publicā fidē, ex qua iudex tenetur ius dicere, nequaquā adsequuntur. Sexto, eadē opinio probatur ex canone, iudicet. 3. q. 7. quē Thomas tribuit Augustino super Psalmos: cum tamen sic deductus ex Ambrosio Psalmo. 118. sermone super illud. Misericordies tuę multæ nimis Domine, secundam iudicia tua viuificamē. Bonus enim iudex, inquit Ambrosius, nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ pposito volūtatis: sed iuxta leges, & iura pronunciat, scitis iuris obtēperat: nō indulget ppiæ volūtati: nihil paratū, & meditatū domo defert: sed sicut audit, ita iudicat. Quib⁹ pfectō verbis nihil aliud Ambrosius significare vult, qđ quòd iudex ex se ipso nihil iudicet: sed ex auditis, visisq; apud acta iudiciorū. Erit tñ obiter adnotandū: cū legitur apud Ambrosiū: iudicet ille, qui ad pronūciandū nullo odio, nulla offensione, nulla nouitate ducat, legendū esse nulla leuitate ducatur: ex Gratiani decretorū Codicibus. His igitur rationib⁹ ipse opinor veriorē esse opinionē illā, qua adfertū est, iudicē debere ex allegatis, & probatis in iudicio, quæ sibi, vt iudici nota sunt: non ex his, quæ priuatim ex particulari scientia perceperit sententiā dicere. idē tenēt gl. in. c. 1. de off. ord. & in. d. c. iudicet. & in. c. pastoralis. §. quia verò. de off. deleg. vbi Card. glo. in. l. 2. ff. de fctijs. glo. Alberi. & Bart. in. d. §. veritas. Cin. Bart. & alij. in. l. 1. C. vt quæ defunt aduo. Ioan. And. in Speculo tit. de disputat. & allegat. §. factis. nu. 13. glo. quæ tex. ibi ad hoc inducit in. c. 1. de rei iud. in. 6. lafon. in. §. si minus. nu. 15. de actioni. Feli. in. d. §. quia verò. nu. 23. ex quibus & his, qui ab eis citatur, cōstat hęc sententiā magis cōmunē esse, vt scribūt eam sequuti Barb. in. d. §. quia verò. nu. 36. Imol. ibi col. pe. idē in. d. c. 1. nu. 14. idē adferit Præp. in. d. c. iudicet. col. pe. hoc ipsum fatētur Feli. in. d. §. quia verò. & Alciat. in. d. c. nu. 83. dū ex ea regulā in hac quæstione consti tuunt. Quin & apud Theologos idē adseuerant Thomas. 2. 2. q. 67. art. 2. & ibi Caiet. Ioan. Maior in. 3. sent. dist. 33. q. 4. Sylue. verb. iudex. 2. q. 5. Card. à Turre Crema. in. d. c. iudicet. imò Caieta. & Sylue. post Florē. 3. par. tit. 9. cap. 2. §. 6. expressim testantur hanc opinionē à Theologis frequētiore calculo probatā esse. idem asserit, eam sequutus Dominicus Soto. lib. 5. de iust. & iur. q. 4. arti. 2.

¶ Nō obstant q̄ in prioris sententiæ cōfirmationē ad duximus: quorū primus facillimè refellitur, si ad uertamus

Variarum Resolutionum

uertamus aliud esse iudicē sententiā ferre ex his quæ, vt iudex scit, etiā sit vt priuatus cōtrariū cognouerit: hoc enim est quod nos p̄bauimus receptiorē opinionē sequuti: aliud est iudicē sententiā dicere contra cōscientiā: quod nec nos probam⁹, nec iure p̄bati p̄t. Iudex etē, qui vt priuatus sciētā habet eius, qđ in iudicio cōtrouertitur & sanē cōtrariū his, quæ probata sunt: iustissimē opinatur ex probationib⁹ se ipsum posse sententiā ferre: hac verō opinione p̄missa absq; vllō vitio culpave eandē sententiā ferre poterit: sicuti asserit cōis opinio. Quod si iudex ipse credat, existimat aut dubitet, se non posse ferre sententiā ex probationibus contra priuatā eius sciētā: nequāquā poterit ita pronūciare: imō peccabit mortaliter. palām agens contra propriā cōscientiā dictamē: quemadmodū & prioris opinionis prima ratio ne deducitur: & fatentur omnes, quos superius citauimus. & maximē Hosti. Ioan. l. mol. in. d. c. pastoralis. §. quia vero. nū. 7. Hadr. dict. quodlibet. 2. ad fin. Martijus ab Azpilcueta in cap. si quis autē. de poenit. dist. 71. nū. 128. quo fit vt omnino fatendū sit, nulli iudicū vsquam licere cōtra cōscientiā iudicare: nec huius illationis cōtrariū Diuus Tho. nec quisquā alius ex doctis asseruit.

Secūda ratio tollitur ex eo, quod iudex sententiā ferens ex actorū probationibus contra particulare sciētā, minimē mētūtur: cū authoritatē publica sententiā dixerit ex his, quæ vera apparent inspectis publicis documentis: vnde iudex ipse viso processu ex eo causam definiēs id, quod illi, vt iudici verū esse cōstat, apertissimē sequitur.

Hinc eadē rationē perpēsa, tertia ratio cessat: si quidē ex probationibus falsis iudex sententiā ferre nō debet: quando falsitas testiū instrumentorumve eidē iudici, vt iudici patet: non autē eū eidem priuatim constat. id enim esset credere plus iudici, vt testi, qui testis esse nequit, & vnicus est: falsiq; potest, quā in duobus, tribusve testib⁹, qui verē testes sunt, & à iure legitimi cēsentur: quod perniciosum esset reipublicæ in expediendis, diffiniendisq; negotijs: deinde iudex ex allegatis, & probatis iudicans aduersus priuatam sciētā: iudicat plane secundū veritatē: cū ea sit iudici veritas, quæ ex ipsis publicis documētis constat. Rursus nec quarta ratio quidquā iuuat: quia iudex dānans eum, quem priuatim scit innocentē esse: ex ipsis tamen publicis p̄bationibus manifestē nocentē, nequaquā innocentē, sed potius nocentē occidit. Nam & iudex tenetur in iudicio si dē adhibere his, quæ vt iudex cognouerit: nō his q̄t priuat⁹. igitur nō occidit innocentē, si occidit eū, qui ex publicis testimonijs nocēs appareret. Quinta ratio tamen si subtilis sit, non omnino cō-

nincit, si consideremus eum cui iudex p̄ceperit aliquid: quod ipse absq; peccato exequi non valet, priuatū esse, & eū in hac p̄cepti executione priuata: non publica authoritate fungi & ideo oportet, vt is priuat⁹, & particularē sciētiam potius, quā publicam sequatur: iudex verō authoritate publica iustitiam ministrat, & ea ratione publica documēta tenetur omnino sequi. Nā iustitia quo ad alium, cōscientia verō quō ad se ipsum est cōsiderāda auctore Baldo in l. 2. C. de poen. iudic. qui mal⁹ iud. & in rub. de iudic. col. 3.

Deinde nec sextū oberit: nam iudex potest nō adhibere fidē instrumentis, testibusve, ex p̄sumptionibus, q̄ oriūtur ex eisde, aut ipsius processus actib⁹; vel ex alijs, q̄ in iudicio cōrigerint. Quod si dixeris etiā posse iudicē ex his coniecturis, quæ in ipsis actis minime apparēt: sed solus ipse iudex p̄ceperit, testiū instrumentorumve fidē minuere, aut exceptionē à iudicio reijcere, si suspicetur eā dolo potius, q̄ iure opponi: tamen si de ista malitia nihil sibi cōstet: imō ipse eā aliunde, q̄ ex processu p̄sumpserit: quod notant Inno. in c. post electionē. de cōces. p̄z. Abb. Anton. & Det. col. 3. in c. licet causam. de probat. & in c. ex parte. 2. de off. deleg. Deci. in c. super eo. in 2. de appe. & Feli. in c. de cetero. de re iudica. respōdebo libenter id procedere, quando iudici, vt iudici, ista p̄sumptio subsit: dū ipse rei veritatē conatur scrutari: sicuti solet plerūq; accidere in testiū examinationē, vel sanē extra hoc examē, cū ipse iudex diligēter inspecta negotij q̄litate hoc ipm suspicet.

Sēptimā rationē facilliter euadem⁹: modo sciāmus, in instrumenta, testes, aliasq; p̄bationes in hūc finē dirigi, vt veritas publica iudici manifesta sit. Nec finis hic sequitur ex eo, quod aliquid est priuatim iudici cōpertū: nec aliter finis à rep. p̄tensus in cōtrouersijs diiudicandis adesse poterit quā si iudex publica documēta, & ex iuris sanctionib⁹ legitima sequat. Ex quo satis manifestū est actorum probationes, ipsum q; processum vt eumq; cōtrariū particulari sciētā iudicis nequaquā aduersari: imō valde cōformē esse fini, id est, publicæ veritati, quā iudices scrutari, amplectiq; tenentur. Vñ licet tūc iudex aduersus priuatā sciētā iudicet: verē tñ iudicat secundū publicā veritatē.

Vltima verō autoritas eum habet intellectū, vt iudices debeāt sententiā ferre iuxta p̄prietate eorum cōscientiā: instructam tñ ex actorū, processusq; allegationibus, & p̄bationibus: ita quidē vt semper instruat iudicis cōscientia ex allegatis, p̄batisq;. Si tñ instrui iudex e processu nō poterit, vt cōtra priuatā sciētā publicā fidem admittat in causæ diffinitione: nō est ei permissum ex processu iudicare: ageret em cōtra dictamē cōscientiā:

tiz:

tiā: quod prima respōsione fatiſ improbauim⁹.
¶ Ex hac ſanē opinione: quā haētenuſ defendimus
 liquidō cōſtat plura, & primū, iudicē poſſe, ac te
 neri ſecūdū allegata, & pbata cōtra priuatā ſciē
 tiā ſententiā dicere: etiā ſi quod priuatim ſcit ita
 certō ſciat, vt nulla ei poſſit dubitatio cōtingere
 nec vlla ratiōe poſſit i cōtratiū ei⁹ anim⁹ adduci
 Secundū, etiā in criminalibus iudicē poſſe ſē
 tētiā ferre ex particulari ſciētia, imō vel abſolue
 re, vel condēnare tenē ex his, q̄ ipſi vt iudici per
 publica documēta cōſtant. nulla etē rō cōgrua
 eſt, nec verēdari poterit, vt inter ciuiles, & crimi
 nales cauſas hac in re diſtinguatur: ſicut i haſ duas
 illationes adferunt, Thom. 22. q. 64. art. 6. Caiet
 dict. art. 2. Sylueſt. dict. q. 5. Cardin. a Turre Cre
 mata in dict. ca. iudicet. Ioā. Maior dict. queſt. 4
 Barb. in di. §. quia verō. num. 36. & 48. quidquid
 in contrariū diſtinguere conētur Hoſtiē. Inno.
 Calderi. Abb. Feli. & alij in dicto. §. quia verō.
 Tertiu, etiā ſupremos ſenatores. iudiceſve, q̄
 pratorijs Regijs adſiſtūt, non poſſe litigantibus
 ius dicere ex priuata corū ſcientia, & ſi oēs eam
 certā haberēt: ſed teneri litē diſſinire ex his quæ
 ex proceſſu conſtant. quod probatur: nā & hi iu
 diceſ omnino debēt vilis actiſ & proceſſib⁹ iudi
 care, qđ palā eſt: igitur ex illiſ publiciſ documē
 tiſ non ex particulari ſcientia oportet, & necelle
 eſt eos ſētētiā ferre. Vnde falſum eſt, quod Gui
 do Papæ ſcribit. q. 29. dicens. poſſe ſupremi ſena
 tuſ iudiceſ ferre ſententiā cōtra allegata, & pro
 bata ex ppria, & priuata ſciētia: modō hac: q̄
 priuata ſciētia omniū iudicū ſit, vt intellexit Alcia.
 dict. ca. 1. nō enim video, qua ratione poſſit hoc
 deſtātē derogādi legib⁹: que haētenuſ ſemper ſta
 tuerūt in maximū reipublicę cōmodū, oportere
 iudicē ipſiſ publiciſ documētiſ, allegatiſ: & pba
 tiſ in proceſſu fidē exhibere. Princepſ tñ, qui po
 teſtātē habet leges condēdi. & conditiſ derogādi
 poterit ſentētiā dicere iuxta propriā, & particu
 larē ſciētiā: tamenſi contrariū in iudicio proba
 tū ſit: vt ſcribūt Cin. Bar. & alij i. d. l. 1. C. vt q̄ de
 ſunt aduo. Alber. in. d. §. veritas. Fel. in. d. §. quia
 verō ex ea enim ratione, q̄ priuatim certo ſcit,
 alterū ex litigātib⁹, vel innocētē, vel nocentē eſ
 ſe, etiā refragātib⁹ actorū pbationib⁹, poterit iu
 ſtiſſimē diſcedere ab ea lege, qua dictat publiciſ
 actorū documētiſ iudicē fidē eſſe adhibēdam.
 cōſulit tamē eo caſu Caiet. dict. art. 2. vt princepſ
 palā teſtetur, & publicē propriā, ac priuatā ſciē
 tiam manifeſtet, quo populo ſatiſfaciat. Quib⁹
 addo, principē hac in ſpecie æquiſſimē facere, ſi
 reum ex pbationib⁹ nocentē: verē tamen ab
 eo crimine liberū ex propria ſcientia abſoluerit

reum autem ex proceſſu innocētē, itidem im
 mune a pœna iudicauerit: etiā ſi princepſ ſciat
 priuatim, eum verē deli quiſſe: niſi delictum ita
 atrox, ac pernicioſum eſſet, vt maximē conueni
 ret reipublicę ei⁹ auctorem publicē puniri.
 Quarto cōſtat reum de crimine adiudicē dela
 tum, qui ex pbationib⁹ actorum, vel ex eo,
 quod actor non probauit, innocēſ apparet: verē
 tamen nocentiſſimus eſt ex propria, & priuata
 iudicis ſciētia: abſoluendū eſſe diſſinitiuē, nō tā
 tum ab inſtantia, vel obſeruatione iudicij, ſecun
 dum Ioan. Andr. Calderi. Card. & Abb. in dict.
 §. quia verō. Abb. & Imol. in ca. 1. de offi. ordi. &
 ibi Alciat. nu. 85. quib⁹ accedit glo. in cap. de hiſ
 criminib⁹. de accuſatio. dicēſ abſolutū ab acuſa
 tione, eo quōd accuſator non probauerit, vltē
 riūſ accuſari nō poſſe, etiā ab alio de eodē crimi
 ne: quod ibi Doct. cōmuniter fatētur: & pbatur
 in. l. q. de crimine. C. de accuſat. ergo diſſinitiuē
 fit abſolutio: nā ſi interloquutoric abſolueretur
 ab obſeruatione iudicij: plerūq; contingeret, vt
 d̄ eodē crimine accuſari iterū poſſet, ex traditiſ
 per Bart. in. l. Titia. nu. 4. ff. de accuſat. Aret. cōf
 118. Feli. in rub. de re iudic. nu. 16. & in ca. exami
 nata. de iudic. col. vlt. ſaltē cū ideo abſolutio
 fit, quōd libelluſ male cōceptuſ fuerit: ſecūdum
 eodē. & repetit idē Aret. in eo. cap. examinata
 col. ſi. Alio qui ſententiā abſolutoria ab oſerua
 tiōe iudicij, licēt interloquutoria ſit, vim habet
 diſſinitiuæ: quæ admodū, & ipſi docent, & eſt cō
 munis opinio teſte Rebuffo in. l. quod iuſſit. ff.
 de re iud. nu. 48. Sed quo rē apertiuſ explicem⁹.
 oportet expendere, an ſententiā abſolutoria ab
 obſeruatione iudicij ea ratione, quōd accuſator
 vel actor nō pbauit: ſit nē diſſinitiuæ: habeat ve
 diſſinitiuæ vim ad eum effectū, vt iterum agi nō
 poſſit: quod valde dubium eſt: nam licēt in am
 biguo ſit, an iudex debeat actore non probante
 reum diſſinitiuē a petitiſ abſoluere: & frequen
 tiūſ receptū ſit. abſoluēdū eſſe reū a petitiſ diſſi
 nitiuē: ſaltē vbi vtraq; parte præſēte fuerit eiſdē
 ſtatutuſ terminuſ ad probandū ex glo. in authē.
 qui ſemel. verb. locū habet. C. quo. & quād. iud.
 Bar. & doc. in. l. admonēdi. nu. 3. ff. de iure iu. Ab
 baſ in cap. examinata. col. vlt. de iudic. & in ca.
 ſi. §. 1. co. 2. de iure iur. & probatur i. l. argētarius.
 §. cū autē. ff. de edēdo. docēt Paul. Caltr. & alij
 i. l. qui accuſare. C. eo. tit. gl. i. l. ſi de meiſ. §. vlti.
 ff. de arbit. Bart. Alex. & Doct. in. l. pperandū.
 §. & ſiquidē. & §. ſi autem reuſ. C. de iudic. poſt
 glo. ibi. & Hippo. ſing. 169. penes quos licebit vi
 dere, an reuſ ſit, a petitione actoriſ abſoluēduſ,
 vel ab obſeruatione iudicij, quādo nec actor p
 bauit: nec ei ſuit ſtatutuſ terminuſ ad probandū
 tamen

Variarum Resolionum

tñ sententia absolutoria simpliciter lata, diffinitiva omnino est: nec iterum tractari eadē causa poterit. gl. in dict. auth. qui semel. verb. locum habet d. l. argentarius. §. cum autē. fatētur omnes in. d. l. admonendi. post Bar. ibi contra Rom. nu. 50. idē erit, si reus absolutus fuerit ex eo. quod actor nō probavit. Panor. ind. c. examinata. col. vlt. Bar. in. d. l. Titia. Paul. de Cast. post gl. ibi. l. Iulianus ff. de condi. indeb. Doct. maximē Alex. nu. 28. Curtius Senior colum. 33. & Ripa. num. 77. in dicta. l. admonendi. contra Iaso. ibi in repetit. nume. 80. & id apparet ea ratioe, quod absolutoria simpliciter lata in dubio nulla causa expressa, censetur lata, quia probatum non est. gloss. sing. in. l. si quis ad exhibendum. ff. de excep. rei iudi Bald. in. l. 3. C. de sent. quæ sine cert. quant. Lanfranc. in ca. quoniam. de probationi. verb. inter loquutio. nume. 41. & est communis opinio: igitur parō refert sit lata sentētia absolutoria simpliciter nulla causa expressa, vel expressa causa, quod probatū non sit. Ex quibus tandem apparet, actore non probante, reum ab eius petitione diffinitivē absolvendū esse: quod si tantū ab observatione iudicij absolut⁹ fuerit: licet iniqua sententia sit, & ab ea appellari possit: si tñ in rem iudicatam transierit, iterum actor agere, & eandem petitionē in iudicium deducere poterit. ita etenim intelligenda est absolutio ab observatione iudicij, vt notant glo. Bart. & omēs in. d. l. properandum. §. & siquidem. præmittunt. & omnes indiēt. l. admonendi. & in dict. ca. examinata. licet contrarium Bald. scripserit in dict. authē. qui semel. col. 4. quo fit, vt plurimū referat, accusatū de crimine absolui diffinitivē ab accusatione, accusatore non probante: vel ab observatione iudicij. Et ideò multifaciēda est opinio doct. qui censent. accusatore non probāte. iudice tamē priuatum certō sciente reū delatū verē crimen illud cōmisisse, absolvendū esse reum ipsum diffinitivē: non tantū ab observatione iudicij: quāuis Ant. à Butrio. in ca. 1. de off. ordi. fuerit opinatus, iusti⁹ esse, reū eo casu absolui tantū ab observatione iudicij. Cuius sententiā in causis criminalib⁹ praxis recepit: quoties delator intra terminum à iudice sibi præfixū, crimen non probat, etiā si iudex ignorēt, quis illud cōmiserit. Nam absouitur reus tantū ab observatione iudicij, vt ex nouis iudicij, noui sive probationis iterum possit illud crimen deferri: tractariq; in iudicio: quasi reipublicæ expediat ita id fieri ad puniēda scelera, & effugiēdas delatorū puaricationes. quod Gregorius admonet epistola. 30. lib. 8. & ca. graue. 11. q. 3. facit glo. in ca. iuuenis. de sponsali. idē ferēseruatur apud Gallos teste Rebuffo in pro-

coem. Regia. const. glo. 5. nu. 118. in ciuilibus sanē cōtrouersij in regio Prætorio receptū est actore non probante, reum diffinitivē à petitis absolui perpetuūq; silentiū actori indici: vt id passim feructur, etiā si reo absente, & cōtumace, nec lite per eum cōtestata, actor, qui probationis viā elegerit, in ea defecerit: vel nō habuerit terminum ad probandū: cū se probationi non obtulerit causamq; ea non facta, vt aiunt, concluderit: hoc tamē post litis cōtestationem expressim voluit Saly. in dict. l. properandū. §. sin autē reus. nu. 22. tametsi Accurs. & alij communiter (vt fatētur Alex. & nouiores in dict. §. sin autē reus) voluerint reum etiam lite cōtestata absentē ab obseruatione iudicij tantū, absolvendū esse, actore non probante. Sic etiam & in praxi recessum est ab opinione Bal. in. l. quod si nolit. ff. de ædilit. ediēt. 1. fi. Innoc. in cap. prout. de dolo & contum. Bald. in Margarita. verbo. actor. Ioan. Bapt. de S. Seuerino in dict. l. admonendi col. 23. & ibi Ripa. nu. 77. qui omnes asseuerant constanter nimis: actore non probāte intra terminū sibi etiam lite cōtestata præfixum, absente tamen reo. & cōtumace, ferendam esse sententiā non diffinitiuam, sed absolutoriā tantū ab obseruatione iudicij: quod licet maximam auctoritatē habeat ex glo. in dict. auth. qui semel. verb. locū habet. in fin. probabiliter satis displicuit Hippo. singu. 169. Barto. etenim in dict. l. admonēdi. nu. 13. quem aij sequūtur, scribit, reum diffinitivē absolvendum esse, si actor, cui fuerit termin⁹ ad probandū præfixus, intra illū minimē probauerit, Vt cūq; equidem sit in Regio Prætorio. reo contumace, nec litem cōtestante, si omisso remedio missionis in possessionē actor maluerit causam discuti, eo nō probante reus à petitis diffinitivē absoluitur. Nec quidquā refert, reū nolentē cōtestari litem intra nouem dies confessum censerī ex. l. Regia. 1. tit. de cōtestationib⁹. lib. 3. ord. illius si quidē legis rigor explosus est: nec admittitur in vsum apud Regios, supremosq; iudices. Est itē in praxi receptū, vt actore absente, & contumace: & ideo non probante, reus etiā si quidquā in eius defensionē nō probauerit, diffinitivē absoluitur, actorique perpetuū silentiū imponatur: licet iure statutū sit regulariter, actore cōtumace etiā lite cōtestata: nec probāte, nondū dato termino ad probandum eius petitionē: reum præsentē, nec docentē iura sua: nec propriā defensionē, absolvendū esse tantū ab obseruatione iudicij: nō diffinitivē. tex glo. & cōmunis in dict. l. admonēdi. l. properandum. §. siquidem. Bart. & communis in dict. l. admonendi. glo. & cōmunis in dict. auth. qui semel. tradūt. & nouiores in. l. quia accusare. C. de cden-

edend. qui alios ad id nuncupatim allegant.

9 Quinto ex supradictis potest colligi, an vera sit Baldi decisio in l. i. C. de manu. vind. nu. 6. quem sequuntur Alex. in l. si is ad quem. ad fi. ff. de acqui. hered. Fel. in cap. cum venerabilis. de excep. num. 42. vbi scribunt iudicem posse ferre sententiam ex confessione coram ipso pronunciata: licet apud acta non scripta ex glo. in l. quoties. §. vlt. ff. de probatio. Nam si vera est communis sententia; ex qua diximus iudicem debere sententiam dicere ex allegatis, & probatis: non ex his, quæ priuatum scit: hæc Baldi adfertio potest eum effectum habere, vt sententia lata à iudice non sit nulla, erit tamen ex actis iniqua: & proposita appellatione reuocabitur: sicuti animaduertunt Alex. & Fel. in dictis locis, & Alciat. in capitulo. de offic. ordi. num. 97. poteritq; id colligi ex Salice. in l. 3. C. de sent. quæ sine cert. quant. quibus non parum conuenit text. in l. ait prætor. §. vlti. ff. de re iudi. vbi hoc ita explicant Alexand. & Vincent. Hercul. post Bald. in dicta. l. 3. Ego verò actorum iudicialium scripturam ad probationem non ad rei essentiam requiri existimo. cap. quoniam contra. de probat. ita quidē, vt si quid ommissum à tabellione fuerit, vel falso scriptum, id probari per testes fide dignos iure possit: nulli enim cautum est ex actis iudicialibus eam oriri presumptionem; quæ contrariam probationem minime patiatur: imò expressim contrarium notant glos. in l. i. C. de iure hast. fisca. lib. 10. & in dicto cap. quoniam contra. in glo. vlt. quas doct. communiter approbant: tamen si iudex in dubio actis à notario scriptis fidem exhibere debeat, & iuxta ea iudicare interim dum non apparet quid à tabellione ommissum, falso vel scriptum fuerit: nam & acta, quæ alio qui in scriptis necessario proponenda non sunt, testibus probari possunt secundum Innoc. Abb. Fel. & Dec. in dict. cap. quoniam contra. col. vlt. deinde & illud præmitto confessionem litigantis coram iudice, vt iudice, fieri posse: vel ipso sedente pro tribunali, vel in itinere, aut alibi ius reddente. l. voluit. vbi glos. ff. de interro. actio. Bart. in l. vnica. C. de cōfess. co. 2. Abb. & alij in rub. de iudi. num. 2. Roma. sing. 729. his etenim præmissis iudex sententiam ferre nequit: ex confessione litigantis ipsi vt priuato, non vt iudici pronuntiat: quod superius latè probauimus: nec in hac specie Baldi sententia procedere vlla ratione potest. Quod si confessio ipsi iudici vt iudici fiat, nec tamen ea scripta sit apud acta iudicij, vel ex absentia, vel negligentia tabellionis, æquissimè ex ea iudex sententiam dicet: cum ius litigantium ei vt iudici manifestum sit: oportet tamen vt si huic confessioni testes adfuerint, hi omnino examinentur, eo-

rumq; testimonium in acta redigatur: quo defensionem iustitia possit: verum testibus his deficientibus sententia ipsius iudicis ex hac confessione lata iniqua iudicabitur ex presumptione: cum verè æquissima sit: quod Alex. Bal. Saly. Fel. & Alciat. opinantur: & quandoque nulla vel ex eo quod iudex in sententia eius mentionem fecerit: vel ex alijs quæ notantur in cap. i. de re iudi. vnde ipse infero intellectum ad eam controuersiam, quæ difficilis à iurisvtriusq; interpretibus censetur: dum disputatur sitne nulla sententia iudicis incerta ex actis, certa tamen ex instrumento, quod in actis minime apparet, eius vero mentio in sententia sit: nam eam sententiam validam esse tenuerunt Innoc. & Fel. num. 41. in dicto cap. cum venerabilis. Alex. & Vincent. in dicta l. ait prætor. §. vlt. per tex. ibi Bald. & Saly. in l. 3. C. de sent. quæ sine cert. quant. quibus manifestissimè suffragatur text. in dict. §. vlti. nisi verba illa Iuriconsulti, sine scriptura: referantur ad fidei commissum à testatore. verbo tantum, non scriptura relictum, sicuti Accursius ea intellexit, qua ratione præfatam sententiam nullam esse ex contrario censuerunt Anton. in dict. cap. cum venerabilis. §. quia vero. col. 2. & Abb. ibi num. 48. Angel. Aretin. in §. curare. num. 5. de action. Angel. & Imol. in l. si commenerit. ff. de re iud. Ioan. Andr. in Specul. titul. de sentent. & de his, quæ ipsas sequuntur. §. qualiter. col. 2. Aretin. in l. cum ad præsens. ff. si cert. peta. quam opinionem sequuti fatentur communem esse Aretin. in cap. 3. de accusatio. num. 14. Iaso num. 19. in dicta l. ait prætor. §. vlt. & ibi Zass. col. 3. Dec. in dict. cap. cum venerabilis. num. 37. eandem esse communem, licet ab ea discesserint, adserunt Ripa. col. 2. & Hercul. col. 7. in dicto. §. vlt. & probatur ea ratione: quod instrumentum non productum in iudicio non dicitur iudici cognitum. l. vlti. C. de fide instrum. gl. & Fel. in cap. contingit. de fide instr. text. in l. adoptio. ff. de adoptio. tradunt latè Fel. in cap. quoniam contra. q. 1. & Deci. num. 30. de probat. Hippo. singul. 17. & tamen prædicta opinio, quæ communem esse diximus. planè procedit, vt sententia à iudice sic lata, verè nulla sit: cum instrumentum, cuius mentionem fecerit, minime fuerit ipsi iudici vt iudici productum: quod si ei, vt iudici fuerit productum: ea verò productio, vel ex absentia notarij, vel ex eius omissione, aut inopia testium in actis conscripta non sit, sententia præsumetur nulla: tamen verè æquissima iustoq; iudicio fuerit lata: cui tandem vitio mederi iudex poterit, si testibus ea productio probari queat.

Sexto; ex principali huius capituli resolutione

B deduc-

deducitur, falsum esse, quod Feli. scribit in dicto cap. pastoralis. §. quia verò. num. 25. dicens in causis breuioribus, quas iudex potest absq; actorum scriptura diffinire, iudicem posse sententiam dicere secundum priuatam, & particularem scientiam aduersus allegata & probata, hoc etenim nequaquam verum est: quia & si iudex in his causis possit non cōfectis actis, nec processu, ius dicere litigantibus: quod Bar. & alij notant in authen. nisi breuiore. C. de senten. ex peri. recit. tenetur tamen sententiam dicere ex his, quæ vt iudex, non quæ vt priuatus cognouerit. & præterea si acta fuerint conscripta, his oportet fidem exhiberi, non priuatæ scientiæ: vnde & in his causis iudex ferre debet sententiã ex actorum probationibus: ex allegatis probatisq; & ex his, quæ sibi vt iudici manifesta sũt nec oberit decisio Bar. in dict. auth. nisi breuiore. dicentis, in his causis minimis simplici assertioni iudicis credendum esse nam & si id verum sit, quod valde dubium est intelligi debet de his, quæ iudici vt iudici contigerint: non autem de his, quæ vt priuatus perceperit.

Septimò, sunt qui in hac difficili quæstione iudici consulant vt causam superiori remittat, & à iudicandi munere abstineat potius, si id cōmodè fieri potest quàm innocentem condemnet. Thomas. d. q. 64. arti. 2. Syluest. verb. iudex. 2. q. 5. quod tamen nõ videtur satis cautum esse: cum ab alio iudice ex eisdem actis innocens damnabitur ex huius iudicis remissione: nec iudex hic liber est à reatu causam dans morti innocentis, vt Caieta. existimat dict. q. 67. art. 2. nam si potest sententia ferri ex his, quæ iudici, vt iudici probata sunt: non debet is iudex aliter à munere iudicandi abstinere, quæ vt innocenti subueniat: qui quidẽ effectus nequaquam sequitur ex remissione causæ ad superiorem. Sunt & alij qui opinantur, iudicem debere pronuntiare, sibi de causa non liquere hoc ipsum iuramento asseuerantem iuxta tex. in l. si de meis. §. vlt. ff. de arbitr. & cōsiliũ Auli Gellij lib. 14. cap. 2. Angel. in l. non quemadmodum. ff. de iudic. & in hac specie ita consulit Alciatus. d. cap. 1. de off. ordi. num. 91. à quo ipse dissentio, eo quod tex. in dict. l. si de meis. §. vlt. præfatum cōsiliũ probet in eo iudice, qui intra certum diem iudicare, & causam diffinire cogitur: cum tamen eo die nondum ei liqueat quid in ea controuersia iuste diffinire possit: quod potest varijs ex causis contingere: & præmaxime cum inter duos controuertitur de aliqua re, quæ per eorum neminem possidetur: ita vt neuter nec verè actor sit nec verè reus: & intra diem præsignatũ minimè liquidum est ad quem eorũ res ea pertineat. Graue liquidem est, auctore Gregorio, vt in re dubia

certa proferatur sententia. cap. graue. n. q. 3. deinde ego non video quo pacto iudex hic possit iurare sibi non liquere: siue enim consideremus publicam, siue priuatam scientiam certus est quid in ea, quæ tractatur, causa, verum sit. Sed & apud Iuriconsultum in l. Pomponius. ff. de re iudica. iudex ordinarius, qui iurat sibi non liquere, à iudicandi necessitate immunis est, nec iudicare tenetur, nec sententiam in ea controuersia dicitur cum collegas habeat, quibus id muneris eo recusante incumbit. Præsertim quod iudex, qui iurat sibi non liquere existimare debet, ac perpendere, ni ego fallor, nondum sibi liquere ex publicis actis, quid in ea lite iure pronuntiare possit. Satius me herclè erit testiũ falsitatẽ diligenter inquirere, & præter hoc quilibet tentare viam vt innocens eius testimonio absoluať, hoc ipsum principi, vel reipublicæ significans, forsan enim princeps iudicis adfertioni, eius probitate perpẽsa, publiceq; omnibus cognita, fidem exhibebit, tenetur quidẽ quilibet etiam nõ requisitus subuenire proximo, ne danimum vel in bonis, vel in corpore iniquè patiatur, veritatem denũciare ei, qui prodesse possit. Thom. 2. 2. q. 70. artic. 1. & ibi Caieta. tex. optimus in c. noli timere. n. q. 3. & in c. intinuit. vbi Abb. & Fel. de test. Domin. à Soto in relectiõe de secreto, mēbro. 2. q. 7. & Marti. Azpilcueta in c. inter verba. n. q. 3. Corol. 63. Sin autẽ apud principẽ iudex obtinere nõ valeat huius innocentis absolutionem: nec aliud sit huic innocentiaẽ tutum refugium, poterit iudex absq; aĩæ periculo, ac tenebit eam cãm ex allegatis, & probatis diffinire: quod sensist præter alios Thom. d. q. 64. art. 6. ad. 3. & Caieta. d. q. 67. arti. 2. ad finem.

Vltimò, licet exequutor requisitus vt sententiã exequatur, nõ possit iuste nec teneatur eandem exequi, quoties notoriam iniquitatem, aut intolerabilem errorẽ habeat: Innoc. in cap. cum in iure. de off. deleg. Anchar. cõf. 382. co. pe. Fel. in cap. at si clerici. de iudici. 4. col. Matthæ. Aflicet. in proœmio contititur. Neapoli. incipienti. post mundi machinam. num. 55. Curti. Iunior & Purpur. in l. magistratibus. ff. de iuris. omni. iudi. fin. col. Caieta. in dicta. q. 67. art. 2. ad finem. notatur in dict. cap. pastoralis. §. quia verò. optimus text. in cap. inter ceteras. de re iud. tamen si sententiæ iniquitas exequutori ex scientia particulari, & priuatim nota sit poterit, ac tenebitur sententiã ipsam exequutioni tradere, quod in specie Caieta. asseruit dict. artic. 2. licet Abb. & Felin. in dicto. §. quia verò. & idem Abb. col. pen. Alciat. nu. 110. in dicto capi. 1. in contrariam sententiam ierint. Sed & si iudex ordinarius requisitus à delegato vt sententiam exequutioni tradat: viso processu ex eo per-

eo perceperit, sententiam à delegato latam iniustam esse: non tamen notoriè, nec euidenter iniquam, adhuc tenebitur eam exequi: sicuti probare videtur tex. in dict. §. quia vero. adiuncta ratione, quam adduximus dum paulò ante text. in dict. §. quia vero. pro communi sententia adnotauimus. Procedit tamè ea ratio in causa ciuili: cū in ea sententia à qua appellatum non est, in rem transferit iudicatam: at in criminali quæstione vbi processum est ad corporis pœnam: & potest quilibet appellare ipso condénato minimè prouocante. l. non tantum. ff. de appellat. secus censendum erit: atque ita exequutor instructus ex actis, ac scientia publica non tenebitur, nec poterit iustè eam sententiam exequi. vnde Abbatis opinio, quam modo retulimus, defendi poterit in eo casu, quo exequutor sententiam iniquam esse ex ipsis actis cognouerit: quod apud me ita dubium est, vt persuasum habeam idem in hac specie quod in proxima dicendum omnino esse, cū hic exequutor iudex non sit ad illam publicam sententiam percipiendam viso processu, nec is processus si, vt iudici cognitus est. Iudex enim qui sententiam tulit non tenetur exequutori, etiam si alioqui iurisdictionem habeat, acta ex quibus sententiam dixerit, ostendere: vt falsum receptum est in dict. §. quia vero. & in capit. 2. de except. in. 6. & in dict. cap. 1. de off. ord. vbi Abb. & Alciat. super. g. verb. publicum. Alex. & nouiores in dicta. l. magistratibus. Exequutor igitur acta legens ea; examinans priuata autoritate non publica utitur. Nec verum est, sententiam in criminalibus non trāsire in rem iudicatam: imò falsum, vbi ab ea appellatū non fuerit ab ipso condénato, vel ab alio quocūque, ex Iuriconsulto in. l. diui. ff. de pœnis. & in. l. 1. ad finē. ff. de quæstioni. & nos probauimus idem in Epitome de matrimonio. §. vlti. nu. 15. tametsi iudices, qui de criminalibus quæstionibus apud Regia prætoriam summo in tribunali cognoscūt, appellationē à criminali iudicio. etiam post dies à lege ad appellandum constitutos propositam, frequenter admittant.

Ex capite sequenti.

- 1 Non licet etiā iustè litiganti in iudicio, mendacio vel falsitate vti aduersus aduersarij dolū.
- 2 Iniquè interrogatus à iudice, iuris ordine non seruato, poterit verbis ambiguis fallere iudicē, modo mendacium non committat.
- 3 An liceat in iudicio pluribus diuersis contra-

rys vè defensionibus vti, & an excipiens fate ri videatur?

- 4 An liceat conuento super mutuo, quod iam soluerit, falsum solutionis instrumentum producere: ipsum vè mutuum negare?
- 5 An interrogatus super centū, quorū quinquaginta verè debet, possit totā positionē negare?
- 6 Expenditur latè intellectus ca. 1. de arbi. in. 6. & l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbitris.
- 7 An iustè vel iniustè captus possit à carceribus absquē reatu criminis & peccato fugere? & imbi traditur an dimissus præstato iuramento de redeundo, teneatur redire.
- 8 Liceat nè alicui metu tormētorum aut mortis, crimen sibi ipsi falsum imponere propria confessione.
- 9 Martyribus quanuis licitum fuerit, cum fugere possent in carceribus manere, vt pro fide occiderentur: nusquam tamè eis licuit seipsos occidere, nec licebit cuiquam seipsum morti tradere ob euitandum stuprum.
- 10 Damnatus vt fame moriatur peccat mortaliter, si cibos sibi oblatos sumere detrectauerit.
- 11 Fugiens à carcere videns ostium apertum, an à iudice puniri possit?
- 12 An possit iniquè damnatus ad mortē, effringere carcerem vinculaq; rumpere? & nume. 14.
- 13 An iniquè capto timenti iniquā iudicis condēnationem liceat custodes carceris occidere?
- 15 Patest quis rem propriam ab alio tyrannicè occupatā propria autoritate etiam furtim surripere: vbi eam aliter obtinere nequit.
- 16 Aliquando licet iudici vti simulationibus, vt veritatem occultam à reis extorqueat.

An liceat iustè litiganti, aduersarium fallacijs, dolisve impetere. Caput. II.



Deò proteruè quorundam hominum audacia, tribunalia ac prætoriam, alioqui sacrosancta, vitio inueterato tyrannicè inuasit, vt ex foribus, hi diligentius ceteris officio fungi videantur, qui iudicalem li-

tis, & causæ examinationem periurii mēdaciisq; frequentissimis impediunt: iudices ipsos contro-
 uerfias priuatorum, quò sumptus parciores sint, diffinire summoperè cupientes, fictis & simula-
 tis petitionibus, recti quidem speciem præ se fe-
 rentibus, infestet. Apud hos magno nomine cē-
 sentur ac ditissimi omnium, maximo salutis spi-
 ritualis periculo fiunt, qui reum, ne à rei petitz
 possessione citius cadat, prolixis data opera dil-
 ationibus tutantur: iustam æquisimi iudicis diffi-
 nitionem potius, quàm diuinam tanti sceleris vl-
 tionem timentes. Nec tamen omnes negotium
 istud tractantes eadem censura metimur: prauos
 equidem, ac perniciosos reipublicæ incusamus.
 Quosdam enim nouimus munus istud ita egre-
 gie pie & fide gerentes, vt maxima laurea huius
 instituti digni censeantur. Quibus, improbos e-
 nim missos facimus, ea proponitur quæstio, num
 liceat aduocato, qui iustam causam fouet, in iudi-
 cio, dilatiōibus, calumniis, dolo, & hic bo-
 nus esse potest, ingenuè vti ad effugiendas alte-
 rius, qui ex aduerso litigat, calumnias, technas,
 vel fucos, quos iudici obuiere studet. Et profectò
 id licere probatur ex Iurisconsulto in l. cum pa-
 ter. §. Titio. ff. de legat. secundo. Nec videtur, in
 quit, dolo fecisse, qui fraudem excluderit, quo in
 loco Accursius similes & huic rei conuenientes
 auctoritates adducit. Deinde in specie, quam tra-
 ctamus, hoc gloss. respondet in capi. cupientes. §.
 quod si per viginti, verbo. malignantium, & ibi
 Doct. de elect. in. 6. cui similis per tex. ibi in capi.
 Dominus. verb. ex insidiis. 25. q. 2. cōmēdat Alex.
 in. l. qu. itotam. ff. ad Trebe. Barba. in cle. 1. de re
 iud. Panormi. in cap. 1. col. 2. quod met. caus. An-
 cha. conf. 145. Ant. in cap. 1. de iur. per. Dec. in l.
 ea est natura. ff. de reg. iur. Hippo. sing. 177. Mar-
 cus Anto. in tract. de virib. & virt. iuram. effectū
 60. Andreas Tiraq. de vtroq; retract. num. 70. Re-
 buffus in. l. si vnica. notab. 9. C. de sent. quæ pro eo
 quod interest. Quorum pauci, & si prædictæ con-
 clusionis omnes meminerint, eius veram resolu-
 tionem tradidere, ideo ego existimo quàm veris-
 simum esse, aduocatum iustā causam in iudicio
 tractantem non temerè cautelis, ac malitiis, cauil-
 lisq; vti debere, nec posse: id enim indecēs est bo-
 no viro: sed tunc demum arte qua piam decipere
 aduersarium iustè ei licere, cum id necessarium ef-
 se duxerit ad alterius cauillationes tutè effugien-
 das, vel victoriam in lite consequēdam, hoc equi-
 dem licet ex. l. 1. ff. de dolo. & dict. capi. Dominus.
 vbi Gratianus Augustinū lib. sexto questionum
 super Iosue. q. 10. in hæc verba citat, cum aut iustū
 bellū susceperit, vtrum apertè pugnet, an ex insi-
 diis, nihil ad iustitiā interest. Quibus verbis idem

quod duci exercitus in bello, permittitur & ad-
 uocato concessum cēsetur: modo nec iudex belli
 nec aduocatus etiam aduersus alterius cauillatio-
 nes falsitate, vel mendacio vtatur. Cum hoc etiā
 ad mortē euitādum nequaquā licitū sit. tex. in capi.
 nequis. & seq. 22. q. 2. ex Augustino. 5. psalmo &
 lib. contra mendacium. cap. 17. peccat igitur ad-
 uocatus, qui in iudicio etiā contra aduersarij ca-
 uillationes iudicem, vel eundem aduersariū men-
 dacio, aut falsitate decipit. Diuus Thom. 2. 2. q. 71.
 art. 3. idem. q. 40. art. 3. Panormi. in capit. sicut. in
 3. col. 6. de iure iur. & in capit. olim. in. 1. col. vlti. de
 rest. spoliat. Bald. in rub. C. de fide instr. nu. 30.
 Imola. in cap. 1. num. 13. de mutuis petit. Tiraq. in
 dict. nu. 70. las. in. l. cū proponas. col. 2. C. de pact.
 & in. §. in bonæ fidei. de action. num. 8. quā opi-
 nionem fatetur communē esse Areti. in. l. decem
 num. 7. ff. de verbo. obligat. optimè facit ad hoc, qd
 licet iniquè interrogatus iuris ordine nō seruato,
 vel à iudice nō suo, qui ius interrogādi nō habet,
 non teneatur respōdere: & si coactus responderit,
 iustè, & sine vitio valeat ipsum iudicem verbis ex
 cōmuni significatione ambiguus fallere: mentiri
 tamen nullo pacto debet: alioqui peccato subdi-
 tur: sicuti docet elegāter Augustinus lib. de cōssi-
 ctu vitiorum. & cap. Si quis. & cap. primū. 22. q. 2.
 Thomas. 2. 2. q. 69. art. 1. Caieta. q. 89. arti. 7. Adria-
 nus in materia de confessione. dubio. 10. & quod
 lib. 11. litera. cc. ex nouioribus nō minus elegāter
 quā eruditè Hispani tradiderunt: nēpe Domini-
 cus à Soto. lib. de secreto. memb. 3. q. 3. conclusi. 5.
 Mart. ab Azpilcueta in cap. inter verba. 11. q. 3. co-
 rola. 64. col. 221. Genesius à Sepulveda in dialogo
 de ratione dicendi testimonium capi. 5. & sequen-
 tibus: rursus idē Soto lib. 5. de Iustitia & iure. q. 6.
 art. 2. tamēsi in exēplis nō omnino cōueniāt. Ex
 quo inferitur quod licet reus in iudicio pluribus
 vti possit titulis, ac defensionibus ad excluden-
 dam actoris intentionem. reg. nullus. de reg. iur.
 in. 6. cap. constitutus. de testi. in. 1. ca. post electio-
 nem. de concess. præb. & ibi Doctor Calder. cōsi.
 7. de elect. Abb. in cap. cum olim. col. 9. de re iud.
 glo. in verb. quod meum in cap. inter dilectos. de
 fide instr. vbi Feli. idē in capi. in nostra. col. 2. de
 rescrip. las. in. §. sic itaq; de actioni. num. 16. Selua
 de beneficio. 3. part. q. 19. id tamen procedit quia
 ex hoc nequaquā is mentitur. Nam quamuis
 ex vno titulo acquisitum ex alio adquiri nō pos-
 sit. l. 3. §. ex pluribus. ff. de adq. poss. cum ibi com-
 muniter adnotatis: istamē, qui allegat in propriā
 defensionem, priuilegium & præscriptionem:
 donationē, & emptionem, quæ quidem contin-
 gere potuerunt in vna & eadem re: eum sensum
 habere censendus est, vt si præscriptioni locus nō
 sit, pri-

fit priuilegium admittatur. Similiter si donatio iure admitti nequeat, emptionis titulus consideretur: qua ratione nullo irretitur mendacio: vt & ipse colligo ex Innocēt. & ibi Abb. col. 8. in capi. auditis. de prax scrip. Deci. in cap. pastoralis. de exceptio. num. 13. Felin. in dict. cap. in nostra. col. 2. dignus etenim est vt ea interpretatione à mendacio excusetur, qui in iudicio ad eius defensionem adserit ea, quæ verè contingere potuerunt. Eodem iure erit considerandum quod adnotari solet: ex regula iuris, exceptionem obicentem non videri actoris intentionem fateri: quod verisimum est, non tantum in eo, qui conditionali oratione excipit: sed & in simpliciter excipiente: cum Iurisconsulti, & Pontifices Romani, qui nobis hanc docuere regulam, absq; vlla conditione id adseuerent. l. non vtiq; ff. de except. reg. exceptionem. de reg. iur. in. 6. cap. cum venerabilis. de exceptioni. in quo licet exceptio proposita fuerit cōditionaliter: tamen ipse Romanus pontifex simpliciter regulam iuris ibidem approbat. & probatur: nam actus agentium non debent operari vltra intentionem agentis. l. non omnis. ff. si cert. pet. sed exceptio eo animo proponitur, vt intentio agentis excludatur, igitur non poterit in dubio ex ea probatio intentionis ipsius agentis assumi. Deinde excipiens tamen absq; vlla conditione excipiat, tunc demum intendit exceptione vti: cū actor deductam in iudicium intentionem probauerit: siquidem prius opus non est vlla exceptione: quod probat text. in. l. siquidem. C. de exceptioni. glo. & Cuma. in dict. l. nō vtiq; agit sanè quis rei vēdicatione domū quandam à Titio iure dominij petēs: excipit Titius, illam domum ab ipso actore habuisse titulo permutationis, aut venditionis: non ex hoc videtur fateri reus actorem dominū esse illius domus: unde nisi actor dominium probauerit succumbet: ac tunc probato dominio actoris, reus probare debet permutationem, emptionem ve: vt probat text. in dict. capit. cum venerabilis. igitur simpliciter excipiens fateri non videtur intentionem actoris. glo. in dicto capit. cum venerabilis. quam Abb. & docto. magis communiter ibi sequuntur: sicuti adserit Deci. numero. 19. idem notat alios allegans Feli. ibi num. 12. Alex. & Areti. in. l. decē. ff. de verb. oblig. Bald. in. l. exceptionē. C. de probat. Probauimus tandem, posse reum pluribus diuersis titulis se defendere: & tamen negamus, eum posse in iudicium titulos directè contrarios ad defensionē proponere: id enim minimè licet: nec fieri potest sine mendacio: & ideo agendum non est: cum ex duobus directò contrarijs, vel simul impossibilibus necesse sit alterum falsum esse

se ex Aristot. 2. Topicorum. l. sed si pupillus. §. si inflitoria. ff. de inflito. l. 1. C. de furt. l. hæc verba ille. ff. de verb. signi. cap. cum renunciatur. 32. q. 1. cap. quicumq; ab origine. de poenitē. dist. 2. quod manifestius apparet ex eo, quod exceptiones in directè contrariæ admittendæ nō sunt, vt asserunt Cuma. & Soci. in. l. nemo. ff. de except. Deci. in. c. pastoralis. eo tit. num. 13. veluti si quis conuentus actione personali ad centum ex mutuo, excipiat se ipsum dicta centum actori Romæ soluisse vigesima die Martij: & eodem die actorem Burgis pactum ei fecisse de non petendo. Necesse profectò est, alterum ex his falsum esse: & ideo à mendacio defendi excipiens commodè non potest: fortiori igitur ratione nec erunt admittendæ exceptiones duæ, quæ directè contrariæ sunt. hoc ipsum probat text. in. l. 2. ver. sed si alius. ff. quando appel. sit. nam licet Iurisconsultus ibi tractet non esse admittendam vnā, & eandem exceptionem, quæ sibi ipsi contraria sit idem erit censendum in duabus sibi ipsis directè repugnantibus cum eadem ratio vtriusq; subsit: nempe mendacium ex repugnantia. Ex quo patet verus, & planus sensus ad text. in. l. scripturæ. & capi. imputari. de fide instrum. vbi decisum est non esse audiendum eum, qui contraria allegat. Nec me fallit, plures iuris vtriusq; interpretes passim adferre, quandoq; allegantem contraria esse audiendum: quorum species, & exempla magis ad diuersa, quàm ad contraria induci possunt: & ideo nihil impediunt, quò minus nostra sententia vera sit: scribit & ad hæc Ioā. Imol. in cap. 1. de mut. petit. num. 13. veniale crimen tantum committere eum, qui mendacium in iudicio dixerit, quo causam iustam ab aduersarij calumnijs tutius defenderet: cui consentire visus est Alex. in. l. qui totam. i. col. ff. ad Trebell. quod & ipse cōcederem modò iuramentum abicit, & ex hoc mendacio leue præiudicium sequatur iuxta ea, quæ notauim præcedenti capite.

¶ Caterum ad exemplum huius resolutionis plura sunt consideranda, quæ eam confirmare videntur. 3 & primum quod Bald. scripsit in rubri. C. de fide instrum. numer. 30. dicens. mihi ex falsa mutui scriptura in iudicium deducto: non licere aliquo modo falsum solutionis instrumentum producere, quod ex prædictis verisimum est: & sequitur Lafon. in. §. in bonæ fidei. de actionib. nu. 81. Barb. in cap. de mut. petit. num. 82. Subdit tamen idē Bald. ab eisdem receptus, me iniquè conuentum in iudicio: nempe ad centum, quæ actor verissime asserit me mutuo recepisse: cum à me secretè soluta eidem fuerint, posse veram illam mutuationem negare: idem notat Hippoly. singular. 177. fal-

Variarum Resolutionum

sō ad id citans Anton. in dict. capi. 1. & Ancha. in
 reg. 2. de regu. iu. in. 6. qui in. q. 5. satis dubius est,
 nec id licere audeat fateri: & merito. ita etenim fal-
 si cōmittit, qui interrogatus veritatē occultat
 ac si mēdaciū dixerit, cap. 1. de crim. fal. cap. quif-
 quis. 11. q. 3. & ibi gloss. in capit. cum dilecti. verb.
 meram. de accusat. Bald. in. l. data opera. num. 29.
 C. qui accus. nō poss. Feli. in cap. 1. nu. 3. de testib.
 cogē. l. diuus Thomas. 2. 2. q. 73. arti. 1. Regia. l. 42.
 tit. 16. par. 3. l. 1. tit. 7. part. 7. cur igitur Bald. & alij
 cōcedunt, iustē litigantem vti posse falsitate, mē-
 dacioe aduersus alterius calumnias: cū id lice-
 re hac in quæstione ipsi negauerint? Quam ob rē
 dubitationem hanc ita dissoluēdam esse censeo,
 tres eius species constitutēs. Prima cum à me Sem
 pronius petit centum, quæ verē asserit mihi mu-
 tuasse: & tamen eadem ei secretō soluerim: pos-
 sum equidē absque vllō crimine hanc petitionē
 negare prout in ea actoris propositio continet-
 ur: nec vllum adest mēdaciū, ea ratione quod
 actor in eo libello asserat mihi cētum mutuasse,
 & adhuc me illi obnoxium esse ad eorum solu-
 tionem: quod falsum est: cū ei cētum soluerim
 & ideo petitio ea forma qua fit, & iudici exhibe-
 tur falsa est: iusteq; à me negari potest, in genere.
 Secūda huius rei species erit: cū ego cogor po-
 sitionibus actoris respondere: simpliciter confi-
 tendo, vel negando: & mihi ab actore ponitur, ac
 cepisse ab eo mutuo centum, & illa adhuc ei de-
 bere: tunc eodem pacto possum iustē absque mē-
 dacio negare positionē, prout ea proposita est.
 Tertiō, si satis distinctē à me per positionē inter-
 rogetur, receperim ne centum mutuo ab actore:
 nec possim respondere, illa mutuo accepisse, sed
 eadem soluisse, & cogar simpliciter vel negare,
 vel fateri: possum si verē ea solui, tutē eā positio-
 nem, prout ponitur negare: quod verum esse cō-
 tendam ex his, quæ supra ostendimus. Nam ego
 qui verē centum ab actore petita illi solui, ini-
 quē ad iudicium trahor: iniustē interrogor: vnde
 possum versutiam interrogantis inique, eludere
 responsione quadam, quæ interpretationē intel-
 lectumve, quem ex animo illi dederim, congruē
 patiat. sic sanē dum ipse nego positionem: quæ
 mutui dationē ponit, intelligo me dicta centum
 cum effectu mutuo nō recepisse: vñ quia illa mu-
 tuatio, quæ verē contigit, solutione est rescissa,
 eiusq; obligatio soluta: vel quia non dicitur mu-
 tuū accepisse, qui illud iam reddiderit, vel ex eo
 quòd in ea positione asseritur, me cētum mutuo
 accepisse in eum sensum, vt illa non redderim:
 si que ex ea mutui datione obligatus, cū ad
 hoc tenet ad mens interrogantis: & tamen eo sen-
 sū positio falsa est: quò fit, vt licitē negari possit.

His tamen adde Iaso in. l. manifestē. ff. de iureiur.
 colū. pen. Cæpolam cautela. 60. Alcia. in. l. 1. §. si
 quis simpliciter. nu. 74. ff. de verb. obligat.

Secundo, ex eadem resolutione expediri pōt du-
 biū illud, quo quæritur: an interrogatus simpli-
 citer debeatne actori mille, & verē quingenta de
 beat, possit totam positionem negare: vel teneat-
 tur partim negare: partim fateri. idem erit, si su-
 per fundo interrogatio fiat: & eius pars actoris
 interrogantis sit: pars vero ipsius respondentis. In
 quo respondent quidam, non posse totam posi-
 tionem negari: cū partim vera sit, ac debere in-
 terrogatum ipsam fateri ea parte, qua verū conti-
 net: liquidem interrogatus simpliciter censetur
 nō tantum de toto sed & de parte an vera sit om-
 ninō, interrogatus. tex. singul. in. l. qui seruum. §.
 vlti. ff. de inter. actio. in iure, inquit Paulus, inter-
 rogatus an fundum possideat: quæro, an respon-
 dere cogendus sit, & quota ex parte fundum pos-
 sideat? Respondi, labolenus scribit, possessorem
 fundi cogi debere respondere, quota ex parte fun-
 dum possideat: vt si minori ex parte possidere se
 dicat, in aliam partem: quæ non defenderetur, in
 possessionem actor mittatur: hætenus Iuriconsul-
 tus. Deinde ponens affirmatiuam, non tantum
 ponit de toto, sed etiam de parte qualibet. l. si qs
 cū totum. ff. de exceptionibus rei iudicat. sic
 igitur respondens debet non tantum de toto: sed
 & de qualibet eius parte respondere. l. si defen-
 sor. §. 1. ff. de inter. actioib. ad idem optimustex:
 in. l. qui solidum. ff. de legat. 2. vbi qui totum aut
 solidum petit, etiā in parte constituit debitorem
 in mora: quibus sanē rationibus hanc opinionē
 tenet Bart. in. l. 1. §. si stipulati. per eum text. ff. de
 verb. obligat. cui Doctor. magis cōmuniter adhe-
 rent: vti adserunt Alex. nu. 7. Areti. num. 29. Vin-
 cen. nu. 17. Iaf. nu. 19. & nouiores ibi. idem repetit
 Bar. in. l. is qui ducenta. §. vtrum. in fin. ff. de reb.
 dub. & in. d. l. si quis cum totū. in princi. Abb. in
 c. vnico. de plus petit. nu. 15. Feli. alios allegans in
 c. nam concupiscentiā. ad fin. de consti. & Capel-
 la Tholosana. 208. p his solet adduci tex. in. l. pu-
 pillus. §. vlt. ff. de verb. sign. vbi scribitur. Qui suū
 non esse iurat, adijcere debet, nec sibi commune
 esse: quasi & de parte censetur interrogatus: quo
 in loco Accursius asserit, etiam si non respondeat
 de parte: nihilominus id subintelligi: & ita Alci-
 ex hoc veriore esse Bar. opinionem existimat.

In oppositā sententiā, nāpe posse conuentū in
 iudicio totā summā petita negare, etiā si partem
 tantū debeat: rationes, & authoritates aliquot ad-
 ducā, ex quibus pro aduersa parte citata, vel hāc
 vltimam cōprobabūr, vel ei parū nocebunt. Et
 primò ab hoc reo iniustē petūt centū, & super
 his ini-

his iniquè interrogatur: cū tantū quinquaginta debeat: igitur poterit ex superi⁹ adductis, verbis ambiguis fallere interrogantem, & negare positionem eo animo, & sensu, vt eā falsam esse asseueret, prout ponitur. Nam & verissimè in hunc sensum falsa est: igitur periurus non erit. Secundo: maior summa negata in iudicialibus minorè non includit, quod apparet ex tex. in. d. l. non solum. §. vlti. & in. l. pupillus. §. si. ex quibus interrogatus, an fundum possideat, cogendus est respondere, an partem possideat: vnde cōsequitur simpliciter respondentē non possidere fundū, nequaquam de parte respondisse. nam si de ea respondisse censeretur, non esset cogendus de parte respōdere: ergo qui negat se maiorem summā debere: non videtur negare minorem: cū hęc non includatur in maiori negatæ. Tertiò, à cōtrarijs argumentor: siquidē id verum est, cuius contrarium falsum. Sed si reus quinquaginta tantū debetis: interrogatus de cētum, dixerit se ea non debere, ac positionē negauerit, & falsam eius responseionem iudicemus: vera itidem erit responseio, qua interrogatus, an centum debeat, dixerit debetis tantū quinquaginta, se centum debere quod falsissimū est. & probatur in hęc collectio ex eo, quod summæ continent plura explicite, vel implicite copulatiuè, non disiunctiuè. l. scire debemus. in princ. ff. de verbo. obligat. Quarto, si significatio, quæ sumitur ex vniverso, in quo aliquid falsum est, totā orationē falsam est. it. text. in. l. is qui duceta. §. vtrū. vers. q. significat. ff. de reb. dub. Quintò, etiā si verū sit maiori summæ afirmatiuæ, minorem inesse: quod maximis rationibus controuertunt docto. in. d. §. si stipulandi. Carol. Moli. in cōsuetudi. Parisien. tit. 1. §. 33. gl. 3. num. 12. manifestissimum tamē est, maiori summæ negatiuè prolatæ minorem nec naturaliter nec ciuilitè inesse: quod omnes concedunt in dict. §. si stipulanti. & probari potest ex clemē. 2. de magistris: nec enim sequitur, phibeor in hoc actu expendere centū aureos: igitur nec possum expendere quinquaginta. itidem si quis asseuerit se non habere centum: non ex hoc fatetur se nec habere quinquaginta. Nec in hęc argumentatio valet: imò vt vana, est omninò refellēda. Nā quod scribitur in. l. si vnus. §. sicum mihi. ff. de pact. dum dicitur, pactum de non petendo viginti: cum decē tantū debeantur: ad illa decem etiam negatiuè referri: ideo procedit, quod dicta negatiua oratio affirmatiuam tacitam includat. Quasi qui paciscitur se non petiturum viginti, remissionē illorum faciat. Rursus non oberit quod deducitur ex. l. si voluntate. C. de rescind. vendi. Nā si venditor dixerit, se non venditurum rem

pro centum, implicat quod nec pro octuaginta: si emptor dicat, se non empturum pro centum non sequitur quin minoris emere velit: siquidē negatio maioris summæ, modo negat, modo nō negat minorem summam pro intentione loquētis. l. si decem. ff. locat. deinde non obstat text. in dict. l. si quis cum totum. dum dicit, iudicem per sententiam pronuntiātem, fundum non esse Titij: non tantum de toto sed & de parte pronunciaisse censendum, etiam si negatiuè prolata fuerit sententia. Quia id procedit ne sententia reddatur elusoria. Nam si iudicatum fuerit, me tibi non debere centum: inutile: esset iudicium, si tu posses non obstante exceptione rei iudicatæ petere octuaginta vt sentiunt Doctor in dicto. §. si stipulanti. & præterea cū de tota summa seu de rē integra in iudicio actum fuerit, sententia super hac controuersia lata, de ipsa tota re in iudicium deducta, est intelligēda: vt finis litibus imponatur. Sextò, pro eadem opinione adducitur non incongrua ratio: quod summa ab extremo numero speciem recipit: & ideo verbum significatiuum maioris summæ: puta centum: ex proprietate dictionis non comprehendit minorem: puta quinquaginta. Domi. per illum text. in capit. cui de non sacerdotali. de præbend. in. 6. igitur interrogatus an debeat centum, non est censendus periurus, etiam si positionem negauerit: cum illa ad inducendum periurium strictè sit intelligēda: & sic propriè vt censeatur interrogatus de centum tanquam specie: non de minori summa. Histandem & alijs rationibus hanc vltimam sententiam veram esse adseuerant Speculat. titu. de positionibus. §. Quinto. vers. secundo vero exemplo. glo. in cap. vlt. de confes. in. 6. Bald. in cap. dudum. in. 2. de elect. num. 29. Deci. in. l. non potest videri improbus. ff. de reg. iur. Alciat. num. 48. & ibi Crotus colu. vlt. in. dict. §. si stipulanti. & esse hanc opinionem comunē fatetur Imol. in. c. dilecti. 2. col. de mai. & obed. idem in. c. 1. de plus petit. vbi Abb. dicit hanc seruari in praxi: licet vterq; priorem sequatur,

Nō oberunt ea quæ pro Barto. adducta fuere & primo. l. non solum. §. vlti. quia ibi tenetur de toto interrogatus etiam de parte respondere ex eo, quod etiam de parte expressim fuerit interrogatus: sicuti explicant ibi Accursius & Deci. in dict. l. non potest videri improbus. Hęc vero responseio non omninò conuenit Iuriscōsulto, qui præmissa simplici interrogatione circa totū scribit interrogatum cogendum esse de parte respōdere: imò & debere etiam si non cogatur: probat tex. in dict. l. pupillus. §. vlt. ideo mihi in hęc interpretatio non satisfacit.

B 4 Ad tex.

Variarum Resolutionum

Ad tex. in dict. l. qui solidū. Respōdetur quōd ibi actor solidum petens obtulerat se paratum recipere partem: & ideo in ea cōstituit debitorem in mora, alioqui non constituturus: quemadmodum Bar. Paul. Imola, & doct. ibi illum tex. intelligunt: & communiter alij in dict. §. si stipulanti. teste Alciato ibi num. 54. ex hoc deducentes, reū ipsum, qui totam petitionem negauerit: cū esset partis eius verē debitor, non esse damnandum in expensis: nisi petitor dixisset se paratum esse partem recipere. idem Salyc. & las. col. §. in l. pro perādum. §. si autem alterutra. C. de iudic. Deci. in dicta. l. non potest videri improbus optimus tex. in l. in fideicommissi. in prin. ff. de vsur. His accedit ratio: quia verisimile non est, quod petēs totum sit cōtētus accipere partem. l. tutor. §. lucius. ff. de vsur. ibi tamen tantū probatur. nemi nem esse cogēdum partem debiti recipere quod tradunt lason & alij in l. quidam æstimauerunt. ff. si certum petat. at ex hoc non colligitur, præsumendum esse, quod petens totum, non sit partem, quæ liquidè ei offertur accepturus. Quam ob rem ego opinor, reum, à quo petitur totum, partem quam liquidè debet, necessariò oblaturum: alioqui in mora constitui, & in expensis cōdemnandum esse, etiam si petitor non offerat se paratum partem recipere. quod Bart. notat in dicta. l. non potest videri improbus. vbi Caro. Molin. in additionibus ad Deci. scribit ita apud Gallos in praxi seruari: pro quo text. insignis in l. si seruus. §. boue. ff. de condit. furti. nam si fur bouis dederit pretium corij domino: dominusque bouem condixerit, nisi fur offerat pretium bouis detracto pretio corij semel soluti, est in mora: & ita hoc ipsum notat Alciato in dicto. §. si stipulanti. colum. vlt. Bartolum sequutus. Ea etenim, quæ in contrarium ex l. qui solidum & l. in fideicommissi. adduximus: locum habēt qñ reus incertus est, quam partem, aut quantum ex illo toto actori teneatur soluere, aut tradere: resq; indiget liquidatione. Et ideo etiam si partem reus non offerat, in culpa non est: nec moram contrahere videtur, ex Bar. in d. l. non potest videri improbus.

Verūm quod attinet ad principale dubium, ni fallor, ex proximè dictis certum esse reor, cōuentum in iudicio super toto, & eius causa interrogatum: tamen si simpliciter interrogetur, debere sub peccati reatu partem, quam ex eo toto liquidè debet propria adsertione fateri, hoc etenim ad faciliorem causæ expeditionem, & æquisimā pertinet. Nam & agnoscere suam conscientiam teneatur quis: cū alienum inuito domino impiè, & iniquè detineat. Et præterea hoc probatur in d. l. non solūm. §. vlti. vbi præmissa simplici interro-

gatione actoris super toto, inquit Iuriconsultus cogendum esse reum, & de parte respondere: ergo tenetur ad id ratione interrogationis simplicis, quæ licet explicitè totū deducat: implicitè tñ & partem includit, & de ea videtur interrogari: quanuis Accursi. & Deci. aliter illum text. interpretētur: quorum expositio refragatur Iuriconsulto in dic. l. pupillus. §. vlt. dum dicit: qui suum non esse iurat, adijcere debet, nec sibi commune esse. Peccat tandem & mortaliter debitor partis conuentus super toto in iudicio, si non explicue rit bonam fidem agnoscens quid verē debeat, actoriq; soluere teneatur, quō & ipse onere debiti liberetur, actoremq; à probatione incommoda, & inutili nec necessaria, releuet.

Secundò, asseram audaciter in eadem principali dubitatione veriore esse Speculat. sententiā in hunc sensum, vt quanuis reus conuētus super toto teneatur etiā de parte liquida respondere, nec sine reatu peccati possit totam positionem negare: periurus tamen nec adhuc mendax minimè sit, licet positionem simpliciter negauerit sciens eius partem verisimam esse. hoc probatur ex his, quæ pro opiniōe posteriori induximus: item ex alijs consideratiōibus. is enim, qui respōdere tenetur, et si malè faciat tacendo, verē tamen mendax, nec periurus censetur, dum tacuerit cū hæc crimina simplici taciturnitate minimè committuntur. Nec temerè diximus simplici taciturnitate, sed vt excluderemus eum, qui explicitè super quodam facto interrogatur: is etenim periurus mendaxve erit, si tempore, quo respondere tenetur, quæ circa factum illud ipse scierit, omninò tacuerit, itaque is qui tacet veritatem mendax periurusve censendus est, quando expressim de ea interrogatur, aut eam sub iuramento, simpliciue promissione certo tēpore dicere tenebatur. hæc profectò taciturnitas simplex non est: sed positium actum habet, vel cōmissionis, vel omissionis: omissionis, inquā, sicuti modò dixi: cōmissionis autē cū sciens veritatem, & de ea interrogatus dixerit se nihil scire, quo tantūm casu intelligendus est text. in c. 1. de crimin. fals. cū similibus, quæ paulò ante allegauimus. Verūm si quis lege teneatur, quid exprimere secluso iuramento, ac promissione, explicitaq; interrogatione: & tamen id tacuerit, improbus est, atq; crimen committit: non tñ mendacij. nec periurij ex hoc reus erit. Nam ad hæc crimina ego explicitam exigō interrogationem, nec sufficere existimo implicitam. vnde qui interrogat, ac ponit centū sibi à reo deberi, expressim de centum interrogat: implicitè verò de minori qualibet summa: igitur reus negās positionē, ac se centū debere vir-

re virtute orationis negatiue ad expressam interrogationē tendit: ac de ea intelligitur eius respō-
sio: non de implicita: cum oratio negatiua maioris summæ de minori nequaquā sit interpretanda. Dices fortasse: respōdere omisit ad implicitā interrogationē: ego ita fateor, & malē eum fecisse iudico: nihil tamen adest contra iuramentū: nec cōtra veritatē, & ea ratione nec piurus, nec mendax erit censendus. Quin & his addo, aliud esse periuriū, quod ex omissione perpetratur: aliud, quod ex cōmissione: siquidē alias in tractatu de iuramēto maximā post alios cōstitutū differentiā an quis violēt iuramentū pmissoriū, an assertorium. glo. in l. lucius. ff. de his qui notā. infamia. & in. c. quicūq;. 6. q. 1. Sic ferē aliud erit, me periurum esse ex eo, q̄ promittens iuramēto dicere veritatē circa negotiū aliquod, eā tacui: nec eam reuelauī ei, cui reuelare tenebar: nō enim falsum cōmisi. aliud me periurū esse ex eo, quod interrogatus sub iuramento de negotio quodā respondi me hoc, non aliud scire: cum verē plus quā dixerim certissimē scirem: sum profectō periurus, & falsi criminis reus. Ex quibus ad propriā quæstionem infero. Primū, reum interrogatū, an centum debeat actori: cum verē quinquaginta debeat: simpliciter negantē positionē periurum nō esse. Secundō in eadem specie deducitur reum respondētē se nihil debere omninō periurū esse. Tertio, reum interrogatū explicitē non tantū de centū, sed de minori summa qualibet sub maiori inclusa, negatē positionē, periurū esse: & ita notios in dict. §. si stipulanti. admonent aduocatos sic explicitē cōcipere positionem: quo reus nequeat subterfugere. Quartō ipse infero, reum conuētum, & interrogatū, an debeat centum malē facere, ac nequiter respondere: nisi & ad minorem summam implicitē sub maiori comprehensam responderit. Vltimō obiter adnotabo in ea re, quæ maximam controuersiam habet, maiorem summam minorē implicitē cōtinere, prout consensus p̄nunciantis, vel materia subiecta exegerit: hoc ipsum est, quod omnibus animaduertis, & exactē consideratis colligere potui ex his, quæ locis paulō antē à me expressim citatis frequentissimē tractantur.

¶ Separatim tamē expendere libet decisionem rex. in. c. 1. de arbitr. in. 6. & l. diem. §. si plures. ff. de arbitr. quibus cautum est: tribus iudicibus in diuersis summis Titium cōdemnantibus, minorē summam cōsiderandam esse, quasi in eam omnes cōuenerint. Quam sanē iudicum discordiam, & cōfusionē indecisam reliquere Arist. lib. 2. Poli. c. 6. Plinius Iunior lib. 8. Epist. in Epist. ad Aristonē. Quintilia. in declamationibus: præter quos, quæ

stionis ineminit Andr. Alci. libr. 9. Parerg. ca. 14. Et dubio procul iurisperitorū Romani; Pontificis respōsio maximas dubitandi rationes habet: quarū potissima ea est: quod vel arbiter, qui de minori quātitate pronunciat, absoluit expresse à maiori: & tunc eius iudicium contrarium est alijs, & ideo nullum. tex. in. c. vlti. de re iudi. si uero expressim non absoluerit, idem erit nullum vti prolatum super parte, non sup̄ toto: quod deductum fuit in iudicium. l. in hoc iudicio. ff. fam. hercis. notatur in. l. quid tamē. ff. de arbit. & in. l. apud Celsum. §. item queritur. ff. de doli except. l. etiam. ff. de minori. l. 1. C. si aduersum iud. Bal. in. l. 2. col. 2. C. de re iudicat. Sic etem aduersus dictam decisionem argumētatur Rona. in dic. §. si stipulāti. Sed huic subtili obiectioni responderi potest: arbitrum condēnantem, in quinque & expresse à maiori summa absoluentē, contrarium esse ceteris in maiori summa: non tamen in minori: imō in eam conuenire omnes inquit tex. in dict. §. si plures. & ob id iudiciū istud quo ad hanc minorem summam nec contrarium est alijs, nec id nullum erit censendum: maximē quia tex. in dict. cap. vltim. de re iudic. locum habet in his sententiis latis à duobus iudicibus, quæ ad cōcordiā, & consensum in aliqua parte reduci non possunt. Et præterea quod ex. l. in hoc iudicio. adnotauimus, procedit in vno iudice: is enim si mota controuersia super toto in parte, pronūciauerit sententiā omilla alia parte, id iudicium nullum est: secus tamē erit in pluribus iudicibus: nam ex eo quod non sit expressa contradictio condēnāti in minori quantitate, censetur ab omnibus facta absolutio à maiori, quā notat Aretin. in. d. §. si stipulāti. & Feli. in. c. cum inter. de re iudic. nu. 7. ex quo etiam satis constat iudicem condēnantem in minori, contradicere condēnantibus in maiori, & sic ab ea absolueret. idem comprobatur auctoritate Bart. l. si plures. in princip. ff. de fide ius. cui accēdūt Paul. Cautren. ibi Feli. dict. nu. 7. Aretin. Alciat. num. 39. & alij in dict. §. si stipulanti. qui per text. in dict. l. si plures. scribunt sententiam ab vno, & eodem iudice latam super parte, tunc omnino validam esse, quando ex maximis coniecturis apparet, voluisse iudicem alia parte reum absolueret. nec obliuione eam omisisse. Hac sanē ratione Romani Pontificis constitutio, quæ à iurisperito deducta fuit, communiter, à doctoribus defenditur. Sed adhuc ei fortiter refragatur, quod iudicis etiam arbitri sententia refertur ad libellum, & conclusionem compromittentis, qui non vult consentire minori summæ, maiorem instanter petens: & ea ratione constat palam, sententiā arbitri maiorem summam

Variarum Resolutionum

arbitrantis esse limitatam ad illam maiorem summam: ita, ut in minori summa per se tantum sumpta non consentiat, sed dissentiat potius ipse iudex. Quis, obsecro, non videt me pronunciantem Titium esse debitorem Sempronio in centum: non consentire: nec iudicare debitorem esse in quinquaginta per se sumptis: ita, quod in alijs quinquaginta debitor non sit: esset enim maxima in meo iudicio repugnantia, leuitas ingenij, & conscientiae periculum, atque in constantia, & si verum sit me pronunciare eum esse debitorem in quinquaginta quatenus sub centum continetur. quo fit, ut egre defendi possit dictum iuriscōsulti per Roma. Pontificem receptum: dum ex eo colligitur omnes iudices in minorem summam consentire: quod formaliter falsum est per text. in l. si ita stipulatus fuero hanc summam. ff. de verbo. oblig. verum tamen est secundum quid, & suppositiue quatenus omnes consentiunt quinque; deberi, ut contenta sub maiori summa. Quam ob rem dicta constitutio ex iuriscōsulto collecta, impropria, exorbitans, nec satis firma ratione stabilita videtur: & ideo cautè erit defendenda ob praesumptum quod iudicium consensus: cautiusque ad praxim consideranda, ut eleganter existimat Carol. Moli. in consuet. Paris. titu. 1. §. 33. gloss. 3. nume. 13. post Bal. in l. 1. C. de sent. quae sine cert. quant. ex quo plura deducuntur, & primum, decisionem dict. c. 1. & iuriscōsulti, tantum procedere in arbitris compromissarijs: non tamen in aestimationibus, qui nominantur ad aestimationem alicuius rei faciendam. text. in signis in l. si fundum. cum l. sequent. ff. mand. Bald. in l. 1. 6. q. C. si seruus ex te. Antoni. Corset. singul. verb. sententia. Gerard. in singu. 25. l. 1. §. sequens. nu. 36. de actioni. Bal. in l. si decem. ff. locat. Fracus in d. c. 1. colu. 2. Saly in l. hac edictali. §. his illud. C. de secund. nup. Secundo eadem ratione iustissimum censeo in arbitris arbitratoribus non esse locum dictae decisioni, quod Caro. Modic. gl. 3. nu. 15. probat: tamen si contrarium teneat Lanfrancus. de arbitris cap. multis. q. 12.

Tertio, quanuis duobus iudicibus ordinarijs sententiam pronuntiantibus in diuersis summis minor summa sit admittenda per l. inter pares. ff. de re iudicat. Regia. l. 16. tit. 22. par. 3. & idem dicendum sit in quatuor iudicibus, quorum duo concordantes sunt in minori, alii duo in maiori summa: non ex eo, quod in maiorem summam omnes hi quatuor conuenire videantur: sed eo, quod pares sit iudices & tunc benignior sententia sit recipienda. c. vlti. de re iud. Sic & Seneca in declarationibus lib. 3. legem tetulit, ex qua quis plurium iudicum sententijs reus absolendus erat: eam vero absolutionem palam probat, dubijs sententijs contingere

re, quia paribus a tabulis, & suffragiis procedat: tamen in tribus iudicibus ordinarijs, vel delegatis iuxta diuersas summam sententiam proferentibus, non opinor admittendum esse iuriscōsulti, & Romani Pontificis responsum, de quo in dicto cap. 1. Imo nec esset locus priori dicto nempe iuriscōsulti in d. l. inter pares. quando essent duo iudices, qui sententiam dicere nisi conformiter non possent: quales sunt in regio praetorio quod ad summam octuaginta milium quadrantum, & minorem idem dicas quo ad maiorem summam in quatuor iudicibus ex eisdem regii tribunalibus supremis: nam licet duo in mille aureos condemnent, alij duo in quingentis: nullum sit iudicium: cum ex quatuor in quantitate maiori octuaginta milium quadrantum per regias constitutiones, tres ad minus conformes omnino, & formaliter concordantes requiratur, ut sententia eorum iudicio constituantur. Nam quod in d. l. inter pares. & d. c. vlti. statutum est circa duos iudices, vel plures pari numero diuersa pronuntiantes, in iudicibus ordinarijs locum habet, eo quod eorum iurisdicatio magis fauorabilis, firmior ve sit, uti scribunt Alex. l. 1. & no uiores in rub. ff. de off. eius cui est mand. iuris. Archid. in c. si episcopus. 2. q. 6. & ideo si pari numero diuersa pronuntiet, non est eorum sententia nulla: sed eligitur a iure alterius iudicium ex varijs causis uti appareat in dictis locis. At in delegatis pluribus ea sententia procedit, quae vel a maiori eorum numero, vel ab omnibus conformiter fertur: hoc etenim ex commisionis forma tacite sub intelligitur. ca. prudentiam. in prin. de off. dele. quod & in arbitris manifestum omnino est. l. ite si vnus. §. principaliter. cum legibus sequentibus. ff. de arbit. Quod si impar sit plurimum ordinariorum iudicum numerus, maior eorum pars necessaria est ad hoc, ut sententia valide feratur, & pronuntietur: nec tunc procedit text. in dict. c. vlti. & in d. l. inter pares. ex mente doctorum utrobique: cum illa diuersitas ex concordia maioris numeri tolli possit. Quam ob rem mihi non placet Bal. & Panor. ratio in d. c. vlti. scribentium, illum text. procedere ideo quod plures iudices ordinarij habeant in solidum iurisdictionem iuxta notat. in d. c. prudentiam. in prin. Bar. & alios in l. si vni. ff. de re iud. Bar. in l. 1. §. si plures. ff. de exerc. & in l. 1. ff. de off. conf. Nam hoc verum est, ubi quilibet eorum separatim procedere, & ius dicere potest: non sic in pluribus ordinarijs, qui simul non separatim causam tractare & ius in ea dicere debent: alioqui sequeretur, quod text. in d. c. vlti. procederet in pluribus iudicibus ordinarijs numero impari, diuersa pronuntiantibus, quod ipse non admitterem.

Quarto, fortiori ratione praefata decisio recipienda non

da nō est, vbi iudex, vel arbiter, q in maiori summa sententiam dixit, adiecit expressim ita in maiori summa condemnare, vt in inuicem per se se paratam à maiori minimè consentiat: tunc enim quis adeo cecus est, vt nō videat eum iudicem nequaquam in minori summa alteri cōuenire? Nō ne is iudex existimat iustam esse sententiā de centum, & iniquam iniustā de quinquaginta tantū? Qui igitur fieri potest, vt interpretemur hunc iudicem cōtra conscientiā dictamē in iniquā sententiam consentire? atque ita rem hanc definiunt Ange. Alex. & Aret. in. d. 9. si stipulāti. Pau. Cast. Roma. & Alex. in. d. l. inter pares. Carol. Moli. d. gl. 3. nu. 4. Frācus in. d. c. 1. col. 2. quāuis glos. ibi. q. Domini. post alios sequitur, contrariū teneat, & las. post Imo. in. d. l. inter pares. nu. 9. dicens hanc cōmunem. las. idē in. d. 9. si stipulanti. nu. 5. & ibi Alcia. nu. 23. Lanfran. dict. q. 12. de arbitris.

Tertio, ex prima huius capituli radice tractari poterit quid dicendū sit in ea dubitatione, qua quaeritur, an iniuste captus, atque in carceribus detentus: possit custodes, & cōmentarienses fallere, aut alioqui decipere, vt tandem iniquā condēnationē, quā vero similiter timet, euadat? In quo illud est aduertendū, fatius esse iniquè capto, qui innocens est, iudiciū iusti iudicis expectare, quā à carceribus fugere, ne ex ea fuga delicti praesumptio oriatur, iuxta notata in. l. admonēdi. ff. de iureiu. & in. c. nullus. de praesumpt. verū si timet probabilibus ductus cōiecturis periculū ex falsis testibus, vel ex prauo iudicis animo tibi imminere, nō est eius vitae satis consultū tam iniquam expectare sententiā, ideo rē istā in tres distinguam species. Prima quidē, eū misit: qui captus est à carcere soluitur, praestito per eum iuramento, vel data fide de redeūdo: quaeritur etenim, an is teneatur redire timens ex reditu mortē, vel aliud simile periculū: quodve crimen, in animae iudicio promissum nō seruās, cōmiserit? Secūda species tractabit, an capto liceat fugere, quādo id fieri poterit absq; fraude carceris, iniuria, & damno custodis. Tertia species erit, an liceat iniuste capto, cum dāno, iniuria ve custodis à carceribus fugere? & in harum specierū qualibet etiam illud obiter expediam, quid sit dicendum in eo, qui iustissimè in carcere inclusus fuerit. In primo igitur casu, si ad principalem huius capituli resolutionem spectemus, planum videtur, etiam iniuste captum, qui à carcere praestito iuramento, vel fide soluitur, periurum, aut mendacem esse, si ad carceres non redierit: non enim licet alicui vel mentiri: vel periurū esse, vt ab iniqua morte, periculo ve liberetur: si curi superius ostendimus. Deinde, vt missam faciamus simplicem promissionem, iuramentū ser-

uandum esse ex eo apparet, quod seruari possit absque salutis spiritualis periculo. iuxta regulā à Romano Pontifice traditam in. c. si verò. de iure iur. pōt enim iniquè damnatus ad mortē remittere appellationem, & ex hoc tacite consentire, vt occidatur. l. 1. ad fin. ff. de quaestio. & l. diui. ff. de poenis. Sic etiā reus de crimine falso delatus poterit allegationē in sui defensionē omittens maximam praebere causam iniquae sententiā: & id licere videtur ex tex. in. c. non est nostrum. 23. q. 5. cuius mentionem fecimus in Epitome de matrimonio ad fin. Igitur iniuste captus iurans ad carcerē redire: cū & is absque peccato redire possit, etiā si timeat verisimili coniectura iniquā mortis poenam iuramentū istud seruare tenebitur, quod Roma. asserit in. l. stipulationes non diuiduntur. nu. 78. ff. de verb. obli. allegās tex. ad hoc ling. in l. 5. §. captiuus autē. ff. de captiuis. contrariam sententiam, inō quod absq; periurij, & mendacij lae possit hic non redire ad carcerem, in quo iniquissimè detinebatur: cum probabilibus coniecturis iniustam damnationē timeat: asserit glos. in Cle. pastoralis. verb. per violentiam. ab omnibus ibi recepta. de re iud. Bald. in rub. de vit. & hone. cleri. col. 2. Abb. in ca. sicut. in. 3. nu. 4. & in capit. si verò. nu. 8. de iure iur. Ioann. Andie. in Speculo. rub. de iure iur. Abb. in cap. inter alia. de immunit. eccle. in fine. Hippoly. lingul. 177. Curtius Senior in rep. l. admonēdi. colū. 59. ff. de iure iur. Ancha. in reg. peccatū. 3. q. de reg. iur. in. 6. Ioan. Maior. in. 4. sen. dist. 15. q. 22. col. 2. non enim tenetur quis seruare iuramentū, vbi ex hoc sine iusta causa se opponit probabili, & verisimili mortis periculo. text. optimus in. c. si non liceat. 23. q. 5. glos. quam Ioan. Andreas, Panormi. & alij sequuntur in dict. c. si verò. Ripa in tract. de peste. §. 2. col. 7. ad idein tex. in. §. vlti. 22. q. 4. & in. c. negotiatorē clericum. 88. dist. ex Hieronymo in Epistola ad Nepotianū. quae secūda est primo Epistolarum Tomo. Cū teneatur propriam vitam conferuare: alioqui sit sui ipsi homicida: & ideo posterior hae opinio verisimilis est, nec in dubiū reuocari eam oportet: siquidē nulla est pia, vel alias iusta causa, ex qua quis possit seipsum in hoc themate periculo adeo verisimili mortis se opponere: inō & hoc esse temerariū opinor. Quā ob rē non tantum censeo hunc, de quo disputamus, non teneri redire ad carceres, verū & eum, si redierit, peccare & grauiter quidē. Nā captus à iudice timēs iniquam damnationē, & eā corporalē, fugere tenetur ex ea ratione, quā modò adduximus, & in specie ita Maior adserit. d. q. 22. col. 1. & praeterea probatur ea ratione, quod manens in carcere à quo fugere poterat, & à quo deducendus est ad mortē.

facit

Variarum Resolutionum

facit id ex quo sequitur mors, sicuti. S. Tho. prazmittit. 2. 2. q. 69. art. 4. ad secundū arg. ergo sui ipsi homicida est: qđ & idē Tho. sentit adducta quadā similitudine: quanuis aliter eius verba Caieta. interpretetur. Ex qbus apparet manifesta respōsio ad prioris sentētiarum rationes, & maximē ad vltimā. cūm ex his apertissimū sit, iuramētum istud seruari non posse absq; animarū periculo, quod expressim fatetur Abb. in. c. sicut. in. 3. de iure iu. nu. 4. Quin & prima ratio tollitur ex eo, quod aliud sit ob euitandam mortem non licere cuiquam periurium assertionem quadam rei prazteritaz, vel prazsentis, mendacium vē committere: aliud iuramentum promissorium simplicem vē promissionē nequaquā executioni mā dare: hoc vltimū licet profecto, quoties iuramenti, promissionis vē executionis in dispēdiū salutis spiritualis, vel tēporalis fieret. Primiū verō nō est aliquo pacto licitū, cū id pertineat ad veritatis corruptionē: quaz quidem veritas omittenda non est: nec falsitate mutanda metu mortis: vel timore tormentorū, aut alterius damni propē & certo certius imminētis. Non obstat Roma. sentētia: quia ea nō probatur in. d. §. captiuus. cūm ibi nō dicatur, Atiliū Regulū, qui iuramentū seruauit, id fecisse ex necessitate obligationis, potuit enim hoc fecisse ex maxima iuramenti religione, nō qđ necessum ei fuerit id seruare: & ideo miris laudibus effertur: & prazterea non est oīnō certū, bellū illud ex parte Carthaginēsiū iniustū fuisse; imō Romani leges de captiuis cū eis seruabant. Item non oberit, qđ diximus posse iniquē damnatū ad mortē, appellationē, & allegationē in sui defensionem omittere: quia id verū est, vbi dubius is est de propriē innocentiaz tutela: vt dicit. Epitome diximus: at si certus esset, appellationē, vel allegationē innocentiaz plurimum profuturum, & ex ea ipsum ab iniqua morte liberandum fore: opinor temerarium esse, & fortasse mortale crimen eam omittē: cū ex nulla cā omittat id agere, quo ab iniqua mortis periculo ppē, & verē imminēti liberāndus est.

Hinc & illud sepissimū dubiū exoritur, liceat ne alicui metu tormentorum crimē de se falsum **8** fureri? Item quod frequentissimē contingit, an is, qui testibus cōuincitur hzeseos reus, possit absque mortali culpa ipsam hzeseos culpā, cuius accusatur, fateri, & agnoscere: licet verē huius criminis author non fuerit: vt tandē ab ecclesia recipiat ad pœnitentiam, & effugiat traditionem, quaz solet fieri iudici seculari: mortisq; pœnā ei inferendam, ob id, quod negauerit crimē, quod ei legitime probatū est: nec pœnitere eius voluerit: nec id abiurare: iuxta tradita per Hoslien. in summa de hzeticis. §. qualiter depr. hendatur. Fel. in ca. ad

abolēdam. col. 1. de hzreti. Directorium. 2. par. q. 34. & 3. par. in. 12. modo procedendi. Reper. in quā sit. verb. negans. Bertrād. cōs. 112. li. 2. Et sanē apparet, mortale crimē cōmittere eū, qđ vel metu mortis vel tormentorum, falsum sibi crimen imponit: nā sicut peccat, qui falsum crimē alteri impingit ita & qui sibi ipsi ex. d. c. nō licet. & notat Archi. in. c. nō est. 23. q. 5. Abb. in. c. ex parte. de sepul. idē Abb. & Felin. in. c. 1. de testi. cogē. col. 2. Ioā. Lupi in tracta. de regno Naua. 3. par. §. 2. col. 4. idē Ioā. Lupi in rep. rubricaz de donat. int. vir. & vxor. §. 70. num. 4. Syluest. verbo. detractio. q. 1. Caieta. in summa eode in verb. & 2. 2. q. 73. art. 1. Ioan. Maior. d. q. 22. col. 5. Quibus suffragatur: qđ infamare seipsum est mortale sicuti & infamare proximū: quemadmodum, & occidere seipsum est ita graue crimen, vt occidere proximum. d. c. si non licet. Item quod infamare seipsum non solum est contra charitatem: sed contra iustitiam: cū se infamans faciat iniuriā ecclesiaz, & reipublice: cui necessaria est cuiusque integra fama. Sed his rationibus refragantur plura, & potissimū famam inter bona merē tēporalia cēseri, & eisdē adnumerari: licet maximū sit omnium bonorum exteriorum. c. deteriores. 6. q. 1. Arist. lib. 4. Ethico. cap. 3. Tho. 2. 2. q. 129. ar. 1. & ea ratiōe ita liberū arbitriū habet homo super famā, ac super pecuniā, aliāsq; res exteriores: & temporales: cum fama, & honor vsui hominū subsint. Tho. d. ar. 1. & ideo possit qđ restitutionē famaz, quę fieri poterat, remittere vel pretio, vel gratis, vt notat Hadri. in. 4. tract. de restit. famę. q. vlt. consentiūtq; omnes famā posse pecunia compensari: tamen si maximaz cēstimationis fama sit. Sic etenim aurū est pretiosius argento, & tamen magnum pondus argenti prazualet paruo auri ponderi: ex quo patet, famā & honorem, vt res exteriores hominum arbitrio subijci. Nec par ratio est vitę & famę: nam proprię vitę nemo dñs est: nec quis habet liberum arbitrium super vitā, nec super membris eius, vt vel vitā pretio vendat, vel membrorum amissionē pecuniā cōmutet, vt iuriscōsultus probat in. l. liber homo. ff. ad. l. A qui. c. cōtingit. in. 1. de sent. excō. & ideo nō potest quis seipsum occidere, aut mēbris mutilare, vt probatur in. d. c. si non licet. & apud August. lib. 1. de ciui. Dei. cap. 20. Tho. 2. 2. q. 64. ar. 5. ex quo is, qui seipsum occidit, contra iustitiam facit respectu reipublice, cuius est vita hominis: extant hac de repulchra verba apud Egesippū lib. 3. de excidio Hierosolymitano ca. 17. nos item aliquid tractabimus lib. 2. huius operis cap. 1. ad fin. Quam ob rem his, & alijs rationibus eleganter probat Dominicus Soto in relectione de ratione tegendi, aut detegendi secretum: membro. 1. q. 3. non

3. non esse mortale crimē, aliquem metu tormentorum, aut ob effugiendam mortē, propriam perdere famā. Cuius sententia verior videtur nō obstantibus his, quæ in contrariū adduximus: quorum primum ideo cessat, quia vita hominis non subest eius arbitrio: fama verò ad eius liberum arbitrium pertinet. Secundū etiā soluitur, si consideremus peccatum iniustitię esse, & committi respectu alterius: nō autem alicuius ad seipsum ex Aristo. 5. Ethic. ca. 1. Tho. 2. 2. q. 57. ar. 4. & q. seq. art. 2. tametī vt veniale peccatū sit, famā propriā prodigalitate quadā perdere: & erit proculdubio grauius peccatū prodigalitas famæ, quā pecunia rum, nec tamē isthęc proditio famæ contra charitatem propriam sit: cū charitas sui ipsius solum obliget in his, quæ pertinet, & sunt necessaria ad spiritualem salutem, vnde huic opinioni libet accedo aduersus Archid. Panor. & sequaces: quorū responsio vera est in ea specie, quā ipsi proponunt: nēpe vbi isthęc falsa criminis proditio directē operatur consentientis occisionem, vel membri mutilationem: quod nec ipse Domini. à Soto negat. Item procedit, vbi ex hac famę proditio: alteri, nō tantum ipsi confitēti damnum notabile imminet: sicuti doctūsimē explicat Mart. ab Azpilcueta in capi. interverba. 11. q. 3. cōclus. 6. cor. 4. 4. idē erit quoties ipsi sibi quis imponit absurdissima, nefandaq; flagitia, quæ aures exhorrescunt. Tunc sane famę adeo prodigius vix excusabitur à mortali crimine: quod notat Soto de iustit. & iur. libr. 4. quæstione secunda. articul. vlti. idcirco in crimine heresis multis rationibus non obtinebit cōclusio à nobis hoc in loco probata. Quod si hęc infamatio fiat cum mendacio, erit veniale peccatum: quia saltem est mēdacium officiosum: quod omnes fatentur: etiam si tantum ipsi consentienti nōn alteri præiudicet, absque mendacio autem contingere regulariter non potest. Et ideo peccatum veniale saltem committitur.

¶ Cæterum, vt ad propositam quæstionem reuertamur, si iustē captus pro crimine ex quo dignissimē occidi potest à iudice, vel à custode dimittatur, iuramento, vel fide præstita de redeundo: is redire tenebitur quanuis mortis periculo vero si mili seipsum offerat. quod glo. tenet in d. cle. pastoralis. & ibi Card. versic. notorium. 4. notab. & versic. cæterū. 2. notab. Ancha. in d. regu. peccatū. idē Anchar. in regu. possessor. 3. q. Ioan. Audre. in Speculo. ru. de iure iur. col. 3. Abb. in c. inter alia. in fi. de immunit. eccle. Barthol. Brixiensis. q. Dominicali. 38. Alberi. in l. fidei. C. de his qui ad eccles. confug. Hippo. singu. 177. Aufreri. in capella. Tholof. 422. Curtius Senior in l. admonendi. ff. de iure iur. col. 69. Præpo. in cap. ius gentiū. nu. 10.

1. dist. Abb. in c. sicut. in. 3. & in c. si verò. nu. 8. de iure iur. & idē in dist. c. 1. de testib. cogen. Ioā. Maior. d. q. 22. col. 2. & Driedo. de libert. Christ. pagi. 226. cui opinioni accedunt omnes, qui opinantur, iustē captū pro crimine digno mortis pœna, non posse absque mortali peccato fugere: quorū paulò post mentionem faciemus. Nam si fugere non potest, tenebitur fortiori ratione liberatus sub iuramento, vel simplici promissione redire: cū iurauerit, vel promiserit id, quod seclusa liberatione, & pactione cum iudice inita ipse facere tenebatur: vt manifestē ex prædicta argumentatione constat: quia tenetur non fugere, etiam si possit. Porro in hac dubia quæstione duo primitus considero: Primum nō omninò planū esse Imolam in dicta cle. pastoralis. post Antoni. ibi prædictā glo. reprobare, etiam si id asserat Fel. in. c. 1. num. 43. de consti. Imola etenim num. 60. post Antoni. & Ancha. ibi num. 13. id tantum probat licere etiā capto iustē ob euitandam iustam condemnationis in ortem à carcere fugere: quod statim à me tractabitur: non tamen ex hoc reprobatur glossa. aliud asserentem: nempe solutum à carcere iusto fide vel iuramento præstito de redeundo: teneri ad carcerem redire: cū ex priori sententia non deducatur necessariò huius contraria. Aliud em̄ est, posse quem fugere à carceribus: aliud teneri ad carcerem redire: cū ab eo solutus fuerit sub fide, vel iuramento, quo redire promisit. hic em̄ agitur de seruando iuramento, vel promissione: in priori verò casu nulla intercessit, nec simplex promissio. Secundum eadem ferè ratione constat, nō rectē collegisse Ancha. in d. reg. possessor. q. 3. nō posse iustē captū à carcere fugere, ex eo, quod solutus cū iuramento, vel fide præstita redire tenetur. Non enim sequitur necessariò: tenetur à carcere iusto liberatus fide præstita redire: igitur non potest à carcere iusto fugere. Mōdò videamus verū nē sit quod ex. d. gl. à tot doctoribus probata deducitur? cui negotio illud præmittam: an iustē captus à iudice pro crimine digno mortis pœna teneatur sub pœna peccati à carcere fugere: cū primū potuerit? Et profectò videtur, hunc oīnò teneri, ac debere sub peccati mortalis pœna à carcere fugere: ex verbis, & auctoritate S. Tho. d. q. 69. art. 4. ad secundū argumentū. dū scribit dānatum iustē à iudice ad mortē, non teneri manere in carcere, & sic nō fugere: tantū enim is tenetur participare: non autē aliquid agere, ex quo mors ipsa sequatur. Et subdit: sicut dānatus iustē, vt fame moriatur, poterit cibū sibi oblatū sumere: quā nō sumere, esset seipsum occidere. Hacten⁹ Thomas. ex quo apparet, quod iustē dānatus ad mortē, si non fugeret, ac sibi oblatam fugam non arripuit,

Variarum Resolutionum

puerit, seipsum occidit: sicut dānatus, vt fame pe-
reat, seipsum occidit non adsumēs cibū sibi obla-
tū. Sed seipsum occidere est mortale crimen: igitur
fugere tenetur: q̄a tenetur seipsum nō occide-
re. verū huic inductioni Caiet. respōdet dicēs, id
solū à S. Thoma p̄b̄ari, scilicet damnatū ad mor-
tē, tantū esse damnatū ad patiendū, non verò ad
agendum aliquid ex quo sequatur mors, vt ma-
nere in carcere: nā si ī eo maneret, ageret aliquid
ex quo sequitur mors: sed p̄ hoc nō adserit Tho-
mas dānatū ad mortē sui esse homicidā, si non fu-
gerit à carcere, cū potuerit. Ego qdē libēter huic
interpretationi assentirē: ni diuus Thom. vsus es-
set cōparatione, & similitudine ex nō sumen te ci-
bum ad non fugientē: & addidisset, non sumentē
cibum oblatū, seipsum occidere: sic ergo ex diuo
Tho. nō fugiens cū potuerit, seipsum occidit:
quod Caiet. negat. Qua ratione ipse discrimē con-
stituo inter actus directē, & immediatē ex p̄pria
natura tendentes ad mortem, & actus indirectē,
mediatē; & ex accidenti ad mortē opportunos, &
p̄ximos. Primū quidē actus sunt, seipsum gladio
vel hauktu veneni, vel inedia, & fame occidere: &
hi meo iudicio nulla ex causa liciti possunt esse,
imò semper illiciti, & reprobī sunt cēsendi, vt po-
tē mortale crimē inducētēs ex. d. c. si non licet. 23.
q. 5. diuo Aug. li. 1. de ciu. Dei. c. 20. & 21. Tho. 2. 2.
q. 64. art. 5. Imò & Aristoteles libr. 3. Ethicorum
ad Nicomachum. nō modo fortes, Sed ignauos,
& abiecti animi habendos pronunciauit eos, qui
mortem sibi consciscere potius, quam graue ali-
quod malum perpeti malint. quod & Hercules
apud Euripidem constanti tandem animo asse-
uerat. cum enim actus hi directē in malū tendāt,
ex propria eorū natura, nec vllū possint habere
finem vtilem, bonū, aut licitū, sequitur eos nullo
casu posse reddi licitos: sicuti diuus Tho. & alij
frequentissimē p̄b̄at. Alij verò actus cū immedia-
tē non vergant in crimen, & delictum ex sua pro-
pria natura, possunt sanē ex aliquo bono fine aut
ex aliqua alia causa esse liciti: sicuti non fugere à
loco vbi mortis periculum imminet, aut pergere
eō, quò mortis corporalis periculū adest, & quī-
dē in maximis cōiecturis vero simile. Nam cum
hi actus directē ex sua vi, & natura immediatē ad
mortem, & sui ipsius occisionem propriam non
ordinentur: sed ex accidenti admīsta aliorum o-
pera, peccato, vitio, ac malitia: possunt aliqua ex
causa ab agente exerceri, liciteque fieri: quòd ex
sequentibus illationibus constabit.

Primò deducitur ex his, inartyribus licuisse in
carceribus tyrannorum manere, nec peccasse ex
eo, quòd non fugerint data fugæ oportunitate,†
etiam si mors eis imminens fuerit, & proxima:

9 cū hic actus, & si sit morti proximus, & ex eo
sequatur mors, vt Thomas fatetur: tamen media-
tus est, nec ex sua natura ad mortem ordinatus:
& ideo ex bono fine: & ex iusta causa martyrij,
scilicet, poterant martyres absq; vlla peccati labe
non fugere: nec tenebātur à carceribus recedere:
imò virtutis opus fuit, in fidei testimoniū se mor-
ti offerre: quod satis apparet ex his, quæ de mar-
tyrio scripta sunt: maximē à diuo Thoma. 2. 2. q.
124. art. 1. & 2. & Actuum cap. 16. scribitur Paulū,
& Sylam, cū essent Philippis coniecti in carce-
rem: fugere noluisse, tametsi ostijs carceris diui-
na virtute apertis: id facere potuissēt. oportebat
etenim ad Euangelicæ fidei prædicationem, eos
non fugere: sed constāter in carcere manere pro
fidei augmento.

Secundò infertur nūquā licuisse, nec licere, se
clusa diuina iussione, etiā ex causā religionis ex
martyrij ratione in fidei testimoniū, cuiquam
seipsum iugulare, seipsum veneno occidere, aut
actum morti immediatum exercere. Nec enim
ita Deus optimus Maximus Iesus Christus reli-
gionē, fidemq; Christianam instituit, vt necessa-
rium sit, vel expediens, quēquā in seipsum cru-
delem occisionem committere. Nec actus is ex
quo immediatē, sequitur mors, potest ex aliqua
causa reddi licitus: quod manifestum est: nec alia
probatione indiget, quā his, quæ ab Augusti-
no, & diuo Thoma in præcitatīs locis traduntur.
Multa etiam tradit Soto lib. 5. de iusti. & iur. 1. q.
articu. 5.

Tertiò ex hoc apparet verum esse, quòd ab eo-
dem Augustino. d. c. 20. & præcedēti glo. in capi.
non est nostrum. 23. q. 5. scriptum est, nulli licere
mortem sibi consciscere etiam ob effugiendū stu-
prum, ob euitandū aliud quodcūq; peccatum.
Pati etenim omnia mala debet quis, potius quā
peccato consentire: non tamen grauisimum pro-
prij homicidij crimen admittere ob alterius deli-
ctum auertendum. pro quo optimus tex. in cap.
displicet. 23. q. 4. licet Hieronymi verba in dicto
cap. non est nostrum. & super Ionam prophetā.
capit. 1. plurimum refragentur. Et item quæ de
quibusdam virginibus scribit Eusebius libr. 8. ec-
clesiasti. historiæ. capi. 12. & 17. Et multa, quæ di-
ligenter expendit Claudius Spencæus libr. 4. de
continentia cap. 14. & 15. post Augustinum lib. 1.
de ciuit. Dei cap. 26.

10 Quatò hinc colligi poterit damnatū etiam iu-
stē vt fame moriatur, omninò peccare mortali-
ter, & seipsum occidere, si oblatos sibi cibos no-
luerit sumere, vtitur enim hic actu ad mortē im-
mediato, & ex sua natura ad eam directo, & ordi-
nato, atq; ita hāc illationē ex diuo Thoma dedu-
xit cru-

scilicet etiam diuini Caietani. dict. q. 69. art. 4. vers. ad ortum in dubitatione. licet contrarium adferat Ioan. de mor. dict. q. 22. col. 3. & defendere conetur Dominici. Socio lib. 5. de iusti. & iure. q. 6. artic. 4. Quod fit, ut quauis uti abstinentia ciborum ad effectum primum religionis gratia: non animaduerso, quod ex ea sequatur diminutio vitæ corporalis, nullum sit peccatum: comperto verò hoc damno: seu præuia pietatis causa, peccatum sit veniale, uti explicat Caiet. 2. 2. q. 146. ar. 1. dicēs hanc abstinentiam mortale crimine esse, in modo, nullo pietatis respectu fiat, & ea usus animaduertat excessum, & ex hoc sibi diminui vitam: tunc proculdubio mortale crimen erit nullis uti cibis, inediaq; opprimi, & si id pietatis gratia fiat. Aduertendum tamen est, non teneri quem uti cibis delicatioribus, aut selectis, salubrioribusve ad effectum prolongandi vitæ: licet teneatur uti cibis ad vitæ conseruationem, naturaliter productis: quod Abbas sensit in capitulo. si vero. de iure iuran. cui adde Maior. in. 4. distinctione. 38. questione. 24. post Thom. ibi, Hadrianum quodlibet. 1. articu. 3. ad nonum. & Gersonem in tractatu de abstinentia Carthusiensium à carnibus.

Quintò, probatur ex his, iuste, vel iniquè damnatum ad mortem, posse sine peccato ascendere furcam: nam quauis ex hoc sequatur mors, non tamen sequitur immediatè, & directè: & ideo non dicitur hic se ipsum occidere: poteritq; hunc actum facere sponte, ut iudici pareat: & quia cogetur nihilominus facere, sicut & martyres potuerunt colla percutientibus summittere, ut Hieronymus inquit in. d. c. non est nostrum.

Sextò, eadè ratione captus in carceribus iuste pro crimine mortis poena digno, vel ad eam poenam æquisimè damnatus, poterit etiam data fugiendi opportunitatè in carcere manere, nec fugere tenetur: sicut in specie notat Io. Maior. d. q. 22. col. 5. & sentit Caietani. d. q. 69. art. 4. interpretatio ne verborum diuini Thomæ. & probatur: nam actus hic non est ad mortem ex sua natura ordinatus, nec immediatus: & ideo licet sit periculosus, & ex eo verisimiliter mors expectetur: poterit nihilominus fieri ex ea causa: ut delicti fiat satisfactio reipublicæ, eiusq; puniitio sit in aliorum exemplum, ut à similibus abstineant sceleribus.

Septimò, his animaduersis opinamur, iniquè damnatum ad mortem, dehere omninò, si possit fugere: alioquin si in carcere manserit, peccabit profectò, maxima usque temeritate, nulla quidè ex causa iusta, agens id, ex quo licet indirectè, & mediate, mors sequatur: scilicet, temeritas ista fortasse mortale crimine in quo maxime est aduertendum.

Octauò, ex præmissis deducitur mens, & intentio

diuini Thomæ in prædicta responsione ad secundum. is enim scribit similia esse quæquæ dånari ad gladii mortem, & quæ fame pereat in hunc, ut ipse intelligo, sensum: ut sicuti dånatus, ut gladio pereat non tenetur, nec dånatus censeatur, ut actum aliquem ex quo mors sequatur, ipse agat: sed ut patiatum mortem, ita dånatus, ut fame pereat non est damnatus, ut is aliquid agat, ex quo sequatur mors: sed patiatum sibi, non iniistrari alimēta. Sed ex hoc non censet. S. doctor æqualia esse huic damnato, non sumere cibum sibi oblatum, & à carcere non fugere: cum isthæ duo ex præmissis discrimine differant penitus: siquidem prior actus ad mortem ex sua vi tendit directè: non sic posterior, atque hoc ipsum est, quod forsitan subobscure loquutus exprime re voluit Caietanus.

Nonò, subiñde aperitur, non statim mortalis criminis damnatos esse duces belli, militesve, qui ut victoria potiantur se maximo committunt prælij, & conflictus periculo, ex quo certior est mors quam eius euasio. Nam & hi nequaquam actum exercent ad propriam eorum occisionem ordinatum: sed eò directum, ut hostes vincantur, quæuis omninò periculosum: cum morti sat certò imminenti se ipsos exponant. Sic Eleazarus vir fortissimus à peccato defendendus est: namq; is cum super eminentem cæteris elephantem lorica vestitum regia aduerteret, arbitratus quod in eo esset rex, cursu concito in medium legionis se proripuit, & abiecto clypeo utraque manu interficiebat bestiam, atque intrauit sub eam, & subiecto gladio interemit eam: itaq; cadens bestia oppressit Eleazarum, & mortuus est: ut scribitur Machab. 1. cap. 6. & apud Iosephum lib. Antiquitat. 12. capit. 14. & lib. 1. de bello Iudaico. capi. 1. Sic Eleazarum miris laudibus effert Ambrosius. libr. 1. de officijs capi. 40. Imò & si quis, ut ab aliqua oppressione liberetur, fugiens se ipsum periculo mortis imminenti commiserit, & tandem perierit, non est peccati mortalis reus: quippe, qui præter intentionem mortem obierit, potius cogitans de fuga ab stupro, aliave oppressione tyranni, quam de propria morte: quæ ei ex actu ad eam propria vi, & natura minimè ordinato cõtingerit: & id probatur ex eleganti textu, in. c. ex parte. in. 2. de sepul.

Decimò, ut ad propriam questionem respondeamus omnibus his præuisis opinamur, iuste captum, & ad mortem damnatum, qui à carcere remittitur præstito iuramento, vel fide simpliciter data, se rediturum omnino teneri sub periurij, vel violatæ fidei reatu ad carcerem redire: quemadmodum docuerunt hi, quos paulò antè citauimus in initio huiusvltimæ questionis, vers. cæterum, ad comprobationem glo. in dict. clem. pastoralis.

In se-

Variarum resolutionum.

In secunda propositæ quæstionis specie illud apud omnes cõstare video: cõmuniterq; receptũ est, iniuste captum posse absq; vlla peccati labe à carceribus fugere data sibi fugiendi opportunitate: quod notatur in l. vis eius. C. de probationi. Quod si iuste captus sit dånatusve ad mortẽ, aut aliam corporis pœnam: idem esse dicendum colligo ex Aucha. & Imol. in. dic. cle. pastoralis. Thoma. & Caieta. d. qõ. 69. art. 4. Driedone dict. pagi. 226. de Libert. Christ. Archid. in capi. cùm homo. 23. qõ. 5. non enim vlla lege tenentur in carcere manere, nec agere quidquam, ex quo sibi sequatur, mors: sed tantũ à iudice illatam mortem pati: & inferenti non resistere. facit tex. insignis in l. 1. ff. de bonis eor. qui sibi mort. consci. vbi Bartol. hanc opinionem ex eo probare videtur: cui similis est in capitu. innocens. 22. q. 4. idem tenet Ioã. Maior. dicta. q. 22. col. 1. Sed contrariam sententiã expressim adserunt Barto. in l. relegati. ff. de pœnis. Abb. in. c. 1. de test. cog. & in. c. licet. in. 3. de iur. reur. optima glo. comunitè recepta in capi. ius gentium. verb. seruitutes. dist. 1. dicẽs, peccare captum in bello iusto, & ex hoc effectu in capientis seruum, si à domino fugerit. verũ hæc glo. parũ suffragatur quippe quæ loquatur in eo, qui fugiendo sui ipsius furtum committit. l. 1. C. de ser. fugiti. cap. si quis seruum. 17. q. 4. cùm in bello iusto captus, & effectus seruus capientis nullam habeat facultatẽ priuandi dominum re propria, & sic se ipso. vndẽ sicut tenetur seruus vero domino seruire: ita tenetur ab eo non fugere: quod si fugerit, peccat mortaliter, & redire ad dominum quem re sua priuauit, omninõ tenetur. Ex hoc tamen non arbitror illicitum esse capto ab hostibus etiam bello iusto, à confinibus hostium fugere, & ad patriam redire: imò hoc licere. pbat textus rectẽ intellectus in l. nihil interest. & ibi gloss. ff. de captiuis. dũ verò captus in bello iusto intra hostium confinia commoratur: cùm eo tempore hostis seruus sit, & sub eius dominio iure seruitutis: ab eo fugere, & intra hostium confinia vagari illicitum erit: & sic intelligo opinionem glo. in dicto capi. ius gentium. quem intellectum probat elegans tex. in l. 23. tit. 14. par. 7. de qua & nos aliquid tractauimus in reg. peccatum. de reg. iur. in. 6. 2. part. §. 11. nu. 3. & 6. Non sic eadem ratio mihi licet in fugiente à iudice, vel à carceribus. nam licet iuste fuerit captus pro crimine verè ab eo commisso: iudex tamen dominus ipsius non est, nec vt iudex, nec vt priuatus, nec respublica ob scelera quenquam regulariter seruum facit: nec in eũ iure seruitutis vtitur: vnde apud me verior est prior sententia: cui etiam subscriperunt Stephanus, & Antonius in dicta clementi. pastoralis. vt

nuncupatim eos ibi citat Ioan. ab Imol. Nec est recipienda distinctio Felini in capitulo. 1. de constit. nume. 43. dicenris priorem opinionem procedere, vbi captus iuste post fugam potest absq; reditu satisfacere his, ad quorum petitionem fuit captus, nempe pro furto, pro damno illato, quod æstimari potest pecunia: posteriorem verò, vbi fugiens aliter quàm redeundo, & se submitiendo pœnæ satisfacere non potest reipublicæ: quia captus est pro homicidio, pro alio ve delicto publico. Seclusa etenim hac differentia, tenenda est opinio diui Thomæ, qui etiam in secundo distinctionis membro speciatim loquitur.

Tertia species maiorẽ difficultatẽ habet: an scilicet capto, mortis condemnationem, & executionem timenti liceat à carceribus fugere, quoties ex eius fuga custodi commentariensi damnum imminet, vel fractis carceribus, vel occidendo custodes ipsos. Et profectò cùm captus à carcere fugere potest sine custodis occisione, aliãue corporali iniuria, & sine carceris effractione: mihi admodum probabile, imò certum videtur tũc ei licitam esse fugam. Nec quidquã refert, quòd commentariensis patietur damnum: nam id patitur ex sua culpa, & negligentia: cùm oscitanter carcerem custodierit: & ideò hoc damnum fugienti non imputabitur: qui etiam iuste captus operam dedit rei licitæ. potuit siquidem fugere, nec tenebatur manere in carcere: & ideo quidquid ex hoc sequatur ex accidenti, non est ad fugientis culpam referendum. quod expressim asserit Caietan. dicta quæstione. 69. articu. 3. versicu. ad primam dubitationem. imò hanc fugam non esse à iudice puniendam ipse verè, ni fallor, existimo ex dicta. l. 1. ff. de bonis eorum. vbi Bartol. scribit nihil esse fugienti imputadum: cum iuste mortem timuerit: nec ex ea fuga esse præsumendum ipsum fugientem deliquisse. quod etiam notat Lucas de Penna in l. si coloni. C. de agricol. & censit. libro. 11. tradunt Doctores in materia fugæ in l. admonendi. ff. de iureiuran. & in capitulo. nullus. de præsumptionib. licet ex fuga delicti suspicio oriatur quandoque maior, quandoque minor ex occurrentibus qualitibus: quod alibi opportuni⁹ tractabitur. facit ad hoc, quod notant Guiliel. à Cuneo. Iacobus Butrica. & Alber. in l. succurritur. ff. ex quib. caus. maior. Angelus in l. verum. ff. de futtis. Paris de Puteo in tractatu syndicatus. capit. qualiter autem probabitur contra commentariensem. folio. 31. dicentes quòd fugiens à carcere videns ostium apertum non punitur, vt effractor carceris, sed vt euasor nempe arbitrio iudicis. & mitius. l. 1. ff. de effractori.

fractori. idem Præpositi, in dicto capitulo. ius gentium. numero. 10. Quibus ad stipulatur illud Alcibiadis, quod Plutarcius inter apophtegmata retulit. is enim dicebat in capitali causa satius esse fugere, quam iudicis iudicium expectare: in quo nec matri ipse fideret: atque ita censeo respondendum esse in hac quaestione contra Ioan. Maior. distinctione. 15. quaestione. 22. columna. 2. qui tenuit non licere capto iuste fugere ad euadendum mortis poenam: vbi ex ea fuga custodi damnatum sequeretur, ex eo, quod iudex eum puniet pro neglecta carceris custodia.

12 Quod si iniquè damnatus ad mortem aliter non valeat euadere iniquam condemnationem, quæ effringendo carcerem, & rumpendo vincula: poterit sine peccato carcerem frangere, & vincula rumpere: nec ex hoc ei imputabitur, quid quid sequutum fuerit. licet enim iniquis principibus, iniquis iudicibus, & iniquæ sententiæ resistere: cum aliter mors euitari nequit: sicuti ipse colligo ex Thoma. dicta quaestione. 69. articulo. 4. Archidiaco. in capitul. cum homo. 23. quaestione. 5. Alexan. in. l. prima. §. item si quis. ff. ne quis eum, qui in ius vocat. Dico in reg. quod quis. de regulis iuris. in. 6. notatur. in. l. prohibitum. & in. l. de fensionis facultas. C. de iure fisci libro. 10. late Chassanz. in consuetu. Burg. rubrica. 1. §. 7. versu

13 culo notanter. numero tertio. Ex quo infert Lucas de Penna in dicta. l. prohibitum. iniuste damnatum ad mortem, qui aliter euadere non potest iniquam poenam licite posse custodes carceris occidere: sequitur eum Paris à Puteo in tractatu syndicat. capitulo resistentia. Folio nono. numero vigesimo primo. Cui & Hippoly. consentit in. l. prima. in principio. ff. de quaestionibus. numero vigesimo octauo. licet idem Paris de hoc dubitauerit eodem tractatu in capitulo si iudex processit ad capturam. Folio vigesimo octauo. Ego sanè hanc opinionem Lucas de Penna dubiam esse censeo, & ni fallor, falsam, vbi iudex iuxta iuris ordinem, allegata, & probata ad mortem aliquem damnauerit, qui verè innocens est: non enim credo licere huic condemnato, vt mortem euadat, iudicem verè innocentem custodes omninò inculpato occidere: alioqui si iudex tyrannicè ex certa scientia eum innocentem damnauerit, vera forsàn erit opinio, quam Lucas à Penna: Paris, & Hippoly. profitentur. Et hoc ipsum Thomas dicto arti. 4. Archid. in dict. cap. cum homo. & ipse Lucas probare videntur dum scribunt, non licere cuiquam etiam iniquè damnato, iudici, seu publicæ potestati resistere, vbi ex eo maximum scandalum, in maximave perturbatio sequeretur. Sed quod obsecro maus

scandalum, quàm iudicem innocentem, qui iuxta sanctissimas leges iudicauit à priuato homine occidi? Ex quibus etiam id constat iniuste damnatum, captumve, qui aliter nõ potest, nec sperat euadere iniquam condemnationem, non esse puniendum poena effracti carceris, quãuis eum fregerit, vinculaq; diruperit. Imo si innocens iniuste captus hoc fecerit dubius de innocentia tutela, nedum certus se mortem, aut poenam aliter effugere non posse: meo iudicio non ordinaria, sed mitiori poena carceris effracti punietur ex. l. 1. ff. de bonis eorum, qui sibi mort. consci. vbi Barto. dixit iuste hunc timere mortem. Is autem, qui iuste captus est, mortisq; poenam dignè passurus, proculdubio non potest, nec ei licet custodes occidere, eosve alio damno corporali afficere. quod post omnes alios hanc quaestione tractantes, & Thomam ibi Caiet. dicto articulo. 4. fatetur. sed an possit, vt à morte fugiat, effringere carcerem, vincula que dirumpere: & Henricus à Gandauo quolibeto 9. art. 25. Ioã. maior dict. q. 21. adseruunt: ei hoc nõ licere: idq; iuris vtriusq; doctores non negabunt ob leges hoc de crimine seuerissimas. Sed Caiet. ipse contrariam pluribus rationibus conatur defendere dict. arti. 3. & 4. Cuius opinio. sequitur Domini. Soto libr. 5. De iusti. & iur. q. 6. arti. 4. quasi hoc non sit iudici resistere, nec ei vim inferre: sed tantum à morte fugere, quod licitum omnino est: quãuis mors iuste sit inferenda vt superius ostēdimus. Quam ob rem tria in huius quaestionis responsione proponam. Primum ex ipso Caietan. constare, hunc effringentem carcerem, vinculaque dirumpentem, omnino teneri ad restitutionem damni, quod in effractione carceris & vinculorum dederit, vt tandem pretium vinculorum: ruptiq; carceris tenetur refarcire. Secundò, eadem ratione apparet, hunc carceris effractorem etiam teneri ad restitutionem damni, quod reipublicæ, vel priuatis illatum fuerit ex effractione: cum alii pro criminibus a re alieno capti à carcere fugerint. Tertiò ipse potius Henrico Gandauensi & Majori quàm Caietano accederem in hoc dubio ex pluribus rationibus, sed potissimum quod videam hunc carceris effractorem poena mortis, vel saltem capitali ex ea effractione puniri. l. 1. ff. de effract. l. milites. l. eius. ff. de re milit. l. in eos. ff. de custor. & tamen si ei liceret sine culpa carcerem effringere, nulla ratione posset ea punitio defendi siquidem corporalis poena, & maximè mortis, vel capitalis sine culpa cuiquam iuste inferri nequit: igitur si prædicta punitio iusta est, vt ipse opinor: crimen & culpam præmittit in ipsa car

Variarum Resolutionum

ceris effractione. Præterea, si licuisset huic iuste capto carcerem effringere, non teneretur de damno ex ea effractione sequuto, ita enim idem Caietan. paulo ante colligebat iniuste captum & fugientem non teneri de damno ex ea fuga sequuto: cum operam dederit rei licitæ, & fugere potuerit. His verò duo addenda sunt. Primum quòd ubi diximus licitam esse fugã: cooperantes fugienti, nullam culpam, nullum ve delictum commiserunt ex natura actus: licet ex accidẽti possint delinquere, vel quia statui, vel officio quod in republica gerunt, hæc cooperatio repugnat: ita eleganter Caietan. dicta questione. 69. arti. 4. Secundo animaduertendum est ex eodem Caic. dicto arti. 4. versicu. ad secundam dubitationem. capto iuste, nequaquam licere à carceribus fugere etiam si id agere possit absque effractione ubi iudex eum cõdenauerit ad ipsius carceris pœnam temporariam, vel perpetuã: hæc etenim pœna eam conditionem habet, vt alterius quã puniti exequutiõe minimè indigeat: isque dånatus censetur ad eam propria cooperatione subeundam: & ideo eam subire tenetur etiam in animæ iudicio sicuti idem est de pœna exilij & similibus, quod ipse Caiet. docet & Ioan. Driedo. de libert. Crist. pagi. 226. Non oberit quod Angel. scribit in. l. in eos. ff. de cust. reorũ. quem refert & sequitur Paris à Puteo de syndicato. cap. qualiter autẽ probabitur. Fol. 31. dicens. damnatum ad carcerẽ temporalem pro pœna criminis, tũtẽ & absque metu pœnæ à iudice sibi indictæ, si à carcere eo tempore discesserit, posse à carceribus fugere, eo quod ea pœna iniqua fuerit. Nam Caieta. sententia vera est ubi à iudice carceris pœna per sententiam pro aliquo crimine iuste indicitur: quòd iure canonico regulariter licet, & iure Cæsarũ quãdoque ex notatis in. c. quanuis. de pœnis in. 6. & in. l. aut damna. §. solent. ff. de pœnis. & l. 1. de cust. reorũ.

Quartò, ex principali huius capituli themate & eius resolutione quibusdã visum est, posse quẽquam rem propriam à nõ domino tyrannicè occupatam: quanquã apud iudicem, vel ex defectu probationum, vel aliàs obtinere non potest, propria autoritate, sine peccati reatu surripere: quod gl. nota in cap. ius gentium in. 1. distin. argumento tex. in. l. ait prætor. §. si debitorẽ. ff. de his quæ in fraud. credit. l. generali. C. de decurioni. lib. 10. & eius quod notatur in. l. nullus. C. de iudic. id tamen intelligendum est, vt dixi, quando nullo pacto iuridicè apud iudicem poterit rem propriã obtinere. Item modò hæc rei propriæ occupatio fiat sine scandalo, absque læsione propriæ famæ vel alterius: his etenim duabus conditionibus præ-

dicta opinio iure optimo in animæ iudicio, nam de hoc agimus, erit recipienda: quemadmodum docent Innocen. Ioan. Andr. Abb. Imol. Card. Ancha. in cap. olim. in. 1. de restit. spoli. Pau. Castrensi. consi. 399. volumi. 1. incipienti. priusquam iura fierent. Alexa. consi. 135. lib. 1. colum. 1. lafon in. l. 1. num. 7. C. de testam. Anto. Rube. consi. 13. num. 8. Feli. in. c. quoniã. de simo. nume. 13. Prep. in dict. capit. ius gentium. expressius cæteris Florent. 2. part. titu. 1. cap. §. 5. Syluest. verbo. furtum. q. 13. Conrad. de cõtractib. q. 32. conclus. 2. & q. 42. itidem conclus. 2. Caiet. 2. 2. q. 66. artic. 5. & 8. ad finem. Ion. à Medina de restit. q. 11. Adria. quolib. 6. art. 1. ad finem. Almain. in. 4. sent. dist. 15. q. 2. post Palud. ibi. q. 2. artic. 2. & Gabriel. q. 2. ex quo inferuntur sequentia.

Primum hanc acceptionem rei propriæ ab alio iniuste occupatæ, non posse licitè fieri, ubi adsit copia iudicis, sitq; facultas eam repetendi coram eo seruato iuris ordine, peccat enim is, qui sibi priuato vsurpat, contra communem iusticiam & reipublicæ ordinem, propriæ rei iudicium. Thomas dict. artic. 5. ad tertium. quem passim cæteri paulò antè nominati sequuntur. nec tamẽ ex hoc quòd contra iuris ordinem mendacio, vel calumnia aut scandalo rem propriam quis adquisierit oritur obligatio ad restitutionem: cum respereũ ablata propria sit: nec in ea ius alter habeat: tamen si non seruato iuris ordine nequiter eam habuerit: quod ipse Thomas fatetur: atque ita contra Innoc. in dict. cap. olim. probant ibidem Ioã. Andre. Abb. & alij. quibus Maior accedit in. 4. dist. 15. q. 21. ad finem. Idem adnotauit Soto lib. 3. de iusti. & iur. q. 4. art. 5. Et patet attẽta restitutionis radice: quam alibi ex iuris naturalis, diuini & humani principiis trademus. Nõ me fallit, Alex. dict. consi. 135. ex Paulo castrensi dict. consi. 390. ad notasse, etiam data copia iudicis posse quempiã rem propriam ab alio iniuste possessam propria autoritate surripere. Sed nec hoc Alexãdro placet: nec ex Paulo Castrensi expressim colligitur & præterea communi opinioni contrarium est, licet Catellia. Cotta, dictione, dolui bonum, idẽ tribuat Innocentio in dicto cap. olim.

Secundò patet, minimè licitam esse hanc propriæ rei occupationem: cum alteri violentiæ & iniuriæ nequaquam participi, ex hoc damnum sequitur, vt puta vxori, vel famulo, vel depositario ipsius possidentis: tenetur sanè qui rem propriam occulte accepit his satisfacere, quod prædicti doctores fatentur: & in specie notat Thomas dicto. arti. 5. ad tertium.

Tertiò hinc reducitur, debere omninò hũc, qui rem propriam ita habuit: præcauere ne vel ipse iniquus

iniquus possessor ductus saniori cōsilio, vel eius heredes, ipsi, qui iam propriam rem adquisiuit, eius estimationem pro satisfactione damni iterū restituant, sponte vel à iudice coacti, probationibus postmodum emergentibus, quæ prius defecerunt: quod Caieta. dicto arti. 5. in specie adnotauit.

Quartò eodem iure licitum esse videtur ei, qui debitam sibi pecuniam, aut rem quampiam non potest à debitore consequi, æquiualem rem, vel quantitatem ab eo surripere: sicuti expressè notant Innoc. & Card. in dict. cap. olim. Conrad. dicti. conclu. 2. Alexā. dict. conf. 135. Sylue. dict. q. 13. Medina dict. q. 11. Almain. post alios. q. 2. quorum opinio communis est. Cauendum tamē est, ne quis periurio mendacio ve vtatur ad hoc obtinendum: hoc enim illicitum esse constat.

Quintò, vt & hoc obiter adnotamus, nō placet mihi quod Floria. in. l. seru. col. 2. ff. ad. l. aquil. scribit dicens: posse dominum alicuius rei, cum aliter eam assequi non valeat, ab iniquo possessore ipsam re propria autoritate capere, etiam si ex hoc sequatur mors ipsius iniusti detentoris hoc etenim dubiū est apud me ob ea, quæ diximus & pendent à responsione & resolutione quæ stionis illius, qua tradi solet: num liceat furem occidere pro consequenda re, quam furto abstulerit? quod alibi latius tractabitur.

Postremò, pro huius capitis coronide expendere liber: liceat ne iudici vt simulatione aliqua, vt 16 à reo actore ve veritatem rei apud ipsum dubiæ extorqueat. Ex sanè notissimum est illud Solomonis quod scribitur. 3. reg. cap. 3. & refertur in rub. de præsumpt. cap. afferte. Simulauit siquidē Solomon infantis viui diuisionem iuri naturali & diuino contra riam: non quod eam exequi vel seruir sapientissimus, sed vt veritatem rei incertę ex coniectura maternæ dilectionis, quæ esset vera illius mater deprehenderet. Sic Claudius Cæsar, matrem negantem quendā iuuenem, qui vere eius filius erat, proprium filium esse coegit ad confessionem veritatis, in dicto ei cum ipso iuvene matrimonio: vt commemorat Trāquillus in Claudio. c. 15. Carolus itē magnus, certus, quod vel pater, vel filius, quos captos detinebat, quendam occidisset: incertus tamen vter eorum, iussit vtrunq; suspendi: at cum pater, qui vere deliquerat, nullam videret redēptionis spem, falsus est, & agnouit propriam culpam, & ita filium innocentem ab imminente supplicio liberauit: auctoribus Andrea Isernia in cap. 1. §. publici latrones. de pace tenend. & eius violat. la. in. l. si in qui pro emptore. ff. de vsucap. num. 172. Barbat. in. l. cum acutissim. col. 13. C. de fideicom. & eodem in cap.

i. colu. 2. de commodato. Catelli. Cotta. dictionē. dolum. Andre. Tiraquel. in. l. si vnquam. C. de reuocand. donat. in princip. nume. 8. quo in loco memoriz lapsu hoc tribuit Carolo Secūdo, qui alter est à Carolo Magno, cui omnes alii hoc ad scripsere. Carolus etenim Magnus fuit primus eius nominis Imperator, & Gallorum rex: cum Carolus Martellus nec fuerit rex, ne regnū obtinuerit morte præmatura raptus: tamen regiā facinora ediderit, vt Gallici historici fatētur. Vnde videtur iudicem posse aliquid simulare causa veritatis indagandæ: quod notant Abb. & Docto. communiter in dict. cap. afferte. optimus tex. in cap. vtilem. 22. q. 2. similiter ex hoc oritur contro uersia: vtrum iudex possit delatum de crimine, ad pœnam damnare ex sola confessione, quam ab eo promissa criminis impunitate extorlit. Et iure id permissum iudici esse absq; vilo peccato: adserunt Archid. in dict. cap. vtilem. Domi. post Archid. in cap. nos in quæquā. 2. q. 1. Feli. in dict. cap. afferte. idem in cap. accedens. in. 2. vt lit. non contest. 2. col. Paris à Puteo de syndicato. cap. saluus conductus. Fol. 95. & cap. de tortura. vers. & aduertendum est Fol. 107. col. 4. Cinus. in. l. præfenti. C. de his, qui ad eccles. conf. Catelli. Cotta dictionē, dolum bonum. Nam isthæc promissio perniciosa est rei publicæ: & ideo iudex eam seruare non tenetur. Rursus è contrario fit ratio fortis: hæc enim confessio, ex qua sola punitio delicti sequitur, extorta fuit à iudice per dolum: igitur non est ad condemnationem ex seipsa sufficiens tex. in cap. sanè. de renunciat. credidit equidem reus iudicem fidem ei seruaturum, & ea fiducia confitetur crimen, quod forsitan non commisit, vt tandem à carceribus, quibus opprimitur liberetur. vnde ex hac confessione, reum minimè puniendum esse, nisi spe promissionis frustratus in ea perseueret, tenent eleganter Ioann. Imola consi. 109. Dec. in. l. ea est natura. ff. de reg. iur. in fine. & in. l. vnica. C. de senten. quæ pro eo quod interest. num. 25. Hipp. in. l. 1. §. quæstioni, nume. 15. ff. de quæst. & singul. 177. & 201. Alcia. in. l. natura cauillationis. ff. de verb. signifi. Thomas Grammaticus. q. 3. post decisiones. Fortuni. in. l. conuentionum. ff. de pact. colu. 4. & ibi expressius Francif. Duarenus. colu. 3. Iacob. à Bello visu in præct. crimi. tit. de quæstionib. nume. 140. Sed & ipse, cum criminis reus confessionem ita extortam reuocauerit, absque dubio cenfeo, non posse, nec debere ex ea damnari: & ita verio rem esse hanc vltimam opinionem: quod placet Paridi à Puteo de Syndica. cap. de tortura. vers. sequitur quæstio quotidiana. Fol. 120. col. 1. Quod si in ea confessione frustratus spe promissionis per

Variarum Resolutionum

seuerauerit: damnari poterit ex mente omnium, qui quaestione[m] istam tractauerunt. In eo tamen casu, quo nec confessionem reuocauerit, nec in ea perseuerauerit, sciens se frustratū iudicis promissione, opinor temerarium esse, & à rectitudine iustitię alienum, eum in pœna ordinaria criminis punire: tametsi iudex qui hoc fecerit, toto doctorū virorū autoritate fretus, non erit acriter increpandus: nec pœna malè iudicatis puniendus. Pœna autem arbitraria & mitiori reum ipsam ex hac confessione puniri, fortassis expedit Reipublicę. verū, si contigerit præter hanc rei confessionem aliquot adelle coniecturas, indicia; aut præsumptiones commissi ab eo criminis, non erit à iure deuium, eum pœna etiam ordinaria puniri: cū his coniecturis maxima illa accesserit, quòd ipse crimen falsus est: nec eam confessionem comperta iam iudicis simulatione reuocauerit. Cauendum tamen est ab his simulationibus, quę non solent in optimam partem cedere, sicuti prædicti doctores frequentissimè admonent. Quòd verò dicitur hanc iudicis promissionem non esse ab eo seruandam: cū sit ac tendat in perniciem Reipublicę, cuius utilitati conuenit delicta puniri: tunc demum verum est, vbi de delicto & crimine rectoris iuris tramite constat, vt in Authentica. de mandat. principa. §. neque. & præter alios tradit Fortunius in lege. conuentionum. columna quarta. ff. de pactis. in quaestione illa, an iudex, qui promissa impunitate criminis, coegit à loco sacro. discedere & secum ire delinquentem, teneatur ei. fidem seruare: quod Cynus tractat. in lege. præsent. C. de his qui ad ecclesiam confu. scribens iudicem nec debere, nec tene-ri hanc promissionem seruare, si delinquens iure porerat ab ecclesia extrahi: & id ab alijs communitè receptum est: quibus & Fortunius accedit, existimans secus esse, si iudex non promississet criminis impunitatem: quam promittere non potuit & promittendo peccauit: sed promissit delinquentem restitutum ecclesię, si ab ea exiret locumque pergeret, fortassis, vt ab eo seriem rei gèstę inquireret. Nam in hac specie censet Fortunius iudicem teneri, hunc criminis reum, qui ab ecclesia iure extrahi poterat eidem ecclesię restituere, quod mihi dubium videret & si maximis rationibus probari non possit. dolus autem potest esse bonus, & di-

stingui à malo: quod Iurisconsultus explicat in. l. ff. de dolo. & pulchre Diuus Chrysostrum⁹ in libr. 1. de sacerdotio. cap. vltimo.

Ex capite sequenti.

- 1 *Condemnatus ad rem alteri restituendum, censetur eo ipso damnatus, vt & fructus ex ea perceptos restituat ex sententia Baldi, quę iniuri examinatur.*
- 2 *Intellectus. l. fructus pendentes. ff. de rei vendicatione.*
- 3 *Fructus dicuntur non tantum deductis expensis, sed & iusta mercede laboris in eis colligendis impensi.*
- 4 *Intellectus capit. ad nostram. de reb. ecclesi. & numero. 8. & sequentibus. vsque ad finem huius capituli.*
- 5 *An habeat mala fidem qui percipit fructus ex re, quę potest speciali auxilio in integrum restitutionis ab eo euinci?*
- 6 *Qui sint fructus naturales, qui industriales: & quo pacto eos lucrifaciat bonę fidei possessor?*
- 7 *Intellectus ad textum in. l. qui scit. §. vltimo. ff. de vsuris. & in. l. qui mihi bona. ff. de acqui. rerum domi.*
- 8 *Iuris error bonam fidem producit. quo ad fructuum acquisitionem.*
- 9 *In alienandis rebus monasteriorum non sufficit regulariter Abbatis autoritas.*
- 10 *Ecclesia post quadriennium restituitur in integrum ob enormissimam lesionem.*
- 11 *Quādo ob lesionem minimam detur ecclesię, vel minoribus in integrum restitutio.*
- 12 *Furti actio pro re minima non datur: & an in re minima committatur furtum?*
- 13 *Actio ex. l. 2. C. de rescind. vendit. intra quod tempus sit proponenda?*
- 14 *Interpretatio vera. l. vltima. titulo vltimo. partitæ sexta.*
- 15 *Restitutio, quę potius ex gratia, quàm iuris rigore fit, non est cum fructibus faciendā.*

Sitnè habēda ratio fructuum in restitutione, quę in integrum causa ætatis fit? Cap. III.

Scribit



Scribit Paulus Iurifconsultus in. l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minori. minoribus ætate propter infirmum ætatis consilium ita restitutionem in integrum concedi: vt & cum fructibus res minoribus reddenda sit. & idem probatur in. l. verum. §. primo. & l. patri. §. si pecuniam. & l. minor viginti quinque annis, cui fideicommissum. ff. eodem titulo. l. si prædium. C. de præd. mi. quibus ad stipulatur ratio illa, quòd restitutio ita facienda est, vt vnusquisque ius suum integrum recipiat. d. §. restitutio. vbi Barto. & idem Bar. in. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. mai. regia. l. i. tit. 19. part. 6. Est & altera ratio, qua expressum est, verbum restituere: quo prætor hoc edicto vtitur, plenam habere significationem vt fructus quoque restituantur. l. videamus. in. 2. §. in Fabiana. ff. de sur. l. in cõdensatione. §. i. ff. de reg. iur. l. ex diuerso. §. i. ff. de rei vendicat. ex quo Bal. in rub. C. de fruct. & lit. exp. adnotauit, in sententia, quæ reum condemnat ad rem actori reddendam, oportere fructuum eiusdem rei mentionem fieri: & tamen satis esse, si iudex vtatur verbo hoc restituere: nam tunc fructus in restitutionem rei veniunt ex sententia, licet aliter id expressum non sit. notat & idem las. in. §. omnium. de actio. in fin. idem laso in. l. Gallus. §. & quid si ratum num. 67. ff. de lib. & posth. quòd si vera est huiusmodi opinio. frustra Iurifconsultus tractauit, & id per quam egregia decisione agens de actione in rem: fructus pendentes partem fundi esse videri. l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. cum & si iudex ex actione in rem restituere fundum iubeat: vt iubere debet. l. qui restituere. ff. de rei vendi. non tantum pendentes, sed & separatos à fundo fructus restitui iusserit. Ego verò animaduerto Baldi sententiam difficilime in praxi iudiciali admitti. Nam & si iudex in actione reali condemnauerit reum ad rei petitionem restitutionem, nulla facta fructuum mentione, raro, & speciali quadam ratione admittet praxi eam huius sententiarum interpretationem, vt etiam in fructibus adhuc pendente iudicio perceptis, reus condemnatus esse videatur: nisi fructus essent tempore sententiarum pendentes. rarissime tamen isthæc dubitatio continget: cum expressa fiat à iudicibus fructuum mentio in his, & similibus sententijs. Sed præter hæc poterit Baldi consideratio procedere iure. Est enim manifestum iuris in actione reali & similibus, satis esse actorem per sententiam iudicis dominum rei petitionem declarari. l. Pomponius. §. sed & his. ff. de procura. vbi Bart. l. licet. l. nec vllam. ff. de pet. hæredi. l. sicuti. §.

si queratur. ff. si serui. vend. l. ex diuerso. §. i. & ibi Bart. ff. de rei vendicatio. lata verò hac sententia ad eius executionem, iudex iubere debet proprio præcepto ipsi reo, vt rem actori restituat: itaque hoc præceptum de restituenda re quandoque post sententiam principalem decernitur. vt in. l. qui restituere. ff. de rei vendicat. ipse Iurifconsultus sensit, & post eum Accursius, & alij. & idem probatur in. §. & si in rem. Inst. de off. iud. quibus in locis id etiam exprimitur, in hac restitutione iudicem rationem fructuum lite pendente perceptorum habiturum: vt res cum eisdem actori redatur: etiam si ab actore fructus isti petiti non fuerint. l. præterea. ff. de rei vendi. l. ædiles. §. item sciendum. ff. de edilit. edic. Doct. in cap. grauis. de rest. spolia. Faber in dict. §. & si in rem. glo. magna in cap. cum ecclesia. de caus. poss. & propri. Boerius decis. 18.

His igitur ex receptissima omnium traditioe præmissis apparet oportere iudicem in sententia horum fructuum iudicio pendente perceptorum mentionem facere expressam, vel tacitam, iubendo ipsi reo, vt actori rem petitionem restituat. dict. l. præterea. & l. restituere. in. i. ff. de verb. signifi. omnino probans Baldi declarationem: quæ non est intelligenda in fructibus ante litem perceptis, qui expressim petendi sunt, & in specie per sententiam ipsi actori adjudicandi, iuxta ea, quæ passim hac de re traduntur in. l. si rem. ff. de rei vendi. & in dicto cap. grauis. Ferrariæ. in practica. tit. de actione in rem. vers. simul cum fructibus. & idem erit in fructibus, qui non veniunt officio iudicis absque petitione: imò peti debent expressè: nam & hi petendi sunt, & per sententiam expressa debet fieri eorum condemnatio secundum Boeri. decis. 18.

Hinc manifestè liquet, non frustraneam, imò egregiam esse Iurifconsulti decisionem in dict. l. fructus pendentes. hunc siquidem effectum, habet, vt quoties ipsa res petita sit, censeatur etiam & fructus tunc temporis pendentes petiti absque alia speciali petitione. Item & illum, vt si actor dominus rei declaretur similiter absque expressa declaratione videatur, & dominus per sententiam censi fructuum tempore sententiarum pendentiu. alios etiam habet effectus, quos legere poterit quispian apud Alberi. 2. part. stat. quæst. 226. Roma. conf. 209. Andre. Tiraque. lib. 1. de retract. §. i. gl. 7. nume. 36. quibus adde, quæ ipse adnotauit cap. 15. huius operis. in princip.

Erit igitur expeditum tot Iurifconsultorum auctoritate, restitutionem in integrum ita intelligendam esse, vt etiam fructus sint ipsi minori reddendi. quod in specie adferunt gloss. Abb. & alij communiter in cap. ad nostram. de reb. eccles. vbi est

Variarum Resolutionum

decisio maxime contraria huic opinioni, quam modò probauimus: quandoquidem ecclesia iure minoris sibi restituitur: & tamen scribit Romanus Pontifex, illam restitutionem concedendam esse sine fructibus. Quam ob rem text. ille varios habet intellectus: quorū primus eum habet sensum, ut fructus in eo casu non sint ecclesie reddēdi: imò is, à quo res aufertur per in integrum restitutionē, eos consequatur & obtineat pro mercede laboris impensi in fructibus colligendis, & in ipsius rei cura & administratione. Sic etenim scribit in eo capit. cum sibi fructus percepti sufficere debeant pro labore. Quò fit ut quanuis ubi-
 3 cunq; res aliqua restituitur & restitui debet cum fructibus, cum eisdem computantur sumptus in ipsis fructibus colligendis impensi. l. fructus. ff. solut. matrim. l. si à non domino. §. fructus. ff. de petit. hæredi. sumptus item in eadem re facti iuxta ea, quæ traduntur in. l. sumptus. l. in fundo. ff. de rei vendicat. l. si in area. ff. de con. indebiti. gloss. in cap. 1. de vsuris. & in cap. grauis. de restit. spoli. Regia. l. 40. & 43. tit. 28. part. 3. præter has impensas fit, & æstimatio laboris in fructibus colligendis & in ipsius rei cura & administratione impensi, cum eisdem fructibus iuxta debitam & meritam mercedem omninò compensanda: sicuti elegantè probatur in dict. capit. ad nostram. secundum Abb. & cōmunem ibi, Innocent. & Abb. in cap. conquestus. de vsur. Roma. in lingu. 536. imò quemadmodum fructus dicuntur & intelliguntur deductis expensis factis in eis colligendis etiā à malæ fidei possessore. l. si à non domino. dicto §. fructus. glo. in. l. 1. C. de fructib. & lit. exp. gloss. in dict. cap. grauis. notatur. in. l. domum. C. de rei vendicat. Bart. & alij in dict. l. fructus. ff. solu. matri. Roma. lingu. 334. ita & fructus percepti etiam à malæ fidei possessore intelliguntur deducta iuxta mercedem laboris in eis colligendis impensi. quod in specie notant Bald. & Salyce. in. l. si quis sciēs. C. de rei vend. & Andr. Tiraq. in lib. 1. de retract. §. 15. glo. 1. ad finem. erit itaque hæc prima ratio decisionis illius capi. ad nostram. verum ratio
 4 ista eam difficultatem habet, quod Roma. Pontifex fructus integros censet dimittendos esse ei, à quo res aufertur per in integrum restitutionē: etiam si excedant impensas, & iustā laboris mercedem: quod animaduertit satis diligenter Emanuel à Costa Lusitanus in eleganti vereq; digna cuiusq; quantuncunq; viri eruditissimi lectione. §. & quid si tantum. repetitione. 2. part. nu. 75. aduersus Panormit. in dict. cap. ad nostram. nume. pen. qui existimat in eo capite recepta ex fructibus iuxta mercedem laboris impensi in ipsis colligendis, reliquos fructus esse ecclesie reddendos:

cum tamen manifestum sit ipsum Roma. Pontificem indiffinitè voluisse ipsos fructus ad eum, à quo res euincitur, pertinere: & si omninò sciret ipse Pontifex summus, eos fructus mercedem iuxta laboris excessisse: quemadmodum ex perspicua illius capit. lectione apparet.

Secundò præfata decisio defendi poterit, si mature pensitemus, Romanum Pontificem, dum iussit fructus non esse ecclesie reddendos, eos intellexisse fructus, quos rei possessor ante petitionē restitutionis in integrum perceperat: eosque ita consumplerat: ut nec locupletior ex eis effectus fuerit. hi etenim fructus iuxta rationem non sunt etiam per in integrum restitutionem reuicta, ecclesie nec minori reddēdi, nam possessor eos bona fidei percepit vsus sanè re sua: quam ex legitimo contractu habuerat: potuitque licitè fructus eos consumere. l. sed si lege. ff. de petit. hæredi. vn de quod paulò antè diximus, rem euictam per in integrum restitutionem cum fructibus esse reddendam: non obtinet quo ad fructus ante petitionem in integrum restitutionis perceptos: eosque consumptos absque melioratione patrimonij ipsius consumentis: & hoc ipsum expressim adnotauit Carol. Moli. in consuetudi. Paris. tit. 1. §. 22. q. 10. num. 53. pro quo, licet is non meminerit, induci poterit text. elegans in dict. cap. ad nostrā. fortassis tamen obijciat quis, fructus istos consumptos fuisse mala fide, & ideo restituendos esse, etiam si consumpti fuerint: nec possessor fuerit ex eis factus locupletior: scribit etenim Imol. in cap. Apostolicæ. 3. col. de donationi. possidentem rem ex contractu valido, quem tamen scit posse rescindi per in integrum restitutionem, nō habere bonam fidem per text. in. l. in causā. in. 1. §. interdum. ff. de minor. idem notat Feli. in cap. de quarta. nume. 34. de præscript. Francisc. Balbus in repet. l. Celsus. ff. de vsucap. 4. notab. limita. 5. nam ignorans posse peti aduersus contractum in integrum restitutionem, bonam fidem habet, dict. §. interdum: igitur sciens posse peti in integrum restitutionem in malam fidem habet. Sic sanè in specie dict. c. ad nostram. possessor ille sciebat, aduersus illum contractum posse peti in integrum restitutionem: eumque eo remedio rescindendum fore: consumpsit ergo mala fide fructus illos: vnde tenetur eos restituere: tamen si factus non sit ex eis locupletior: quod paulò post ex communi omnium doctrina breuiter tamen explicabimus.

¶ Sed tamen ex pluribus obiectio ista tollitur, si animaduertamus possidentem rem aliquam ratione contractus, qui rescindi potest per in integrum restitutionem, bonam fidem omninò habere, si

bere, si existimet nullā lēſionē ex eo cōtractu minori contigisse. Rurſus & si eam contigisse opinetur, dum videt minorem id beneficium non postulare, iste vè credit velle minorē cōtractum illum probare vtilem fortasē sibi ex proprio iudicio. Et tandem licet constituamus vti certum: possessorem istum certò scire cōtractum, iure, & merito ob lēſionem enormem rescindi posse: nihilominus elapſo quadriēnio, restitutione non petita: tollitur mala fides, si quam possessor habuerat: tamen si omninò tutus hic possessor non sit, quin ad damni, & lēſionis contingentis compensationem in animæ iudicio teneatur ex his, quæ alibi dicemus ad interpretationem. l. 2. C. de rescind. vendit. imò vt vltimātim propositæ difficultati satisfaciamus etiā intra quadrienniū falsam esse l. molæ opinionē opinamur ex eo quòd restitutio in integrum, donec petita fuerit minimè est consideranda: nec cuiquam debet esse impedimēto. l. 4. §. 1. ff. de fideicō. lib. alioqui seque retur, neminem esse tutum in cōscientiæ iudicio ex cōtractu, qui potest aliquando rescindi per in integrum restitutionem: quod nimis durum esset & aduersus Inn. in. c. quia pleriq; de immunit. eccle. vbi scripsit, recipientem aliquam rem ex cōtractu valido, qui tamē possit rescindi beneficio restitutionis in integrū, etiā non petita in integrū restitutione, teneri ad cōpensationem damni, & lēſiōis, quā dolo intulerit, in eo cōtractu. & idem tenet Abb. ibi nume. 28. igitur si cōtractus factus fuerit absque dolo, cessat obligatio restitutionis, etiam in animæ iudicio, etiā ante quadriennium, quo ad rem ex cōtractu quæſitam: nam quo ad damnum illatum in eius æſtimatione, & pretio: profectò etiam si bona fide id darū sit, erit restituendum secundum distinctionem à me traditam lib. 2. huius operis. cap. 3. num. 11. vnde constat in eo casu malam fidem abesse. id verò quod iurisconsultus scripsit in dict. §. inter dū. ita accipiendū est, vt si is qui emit rē à minore, eā alteri vendiderit, restitutio in integrum minori competat aduersus secundum emptorē, si scienter emerit: si autem ignoranter: detur aduersus eum in integrū restitutio, si primus emptor non est soluendo: licet in eo casu secundus emptor bona fide emerit: ex quibus sanè verbis apparet, secundum emptorem habere bonam fidem si ignorans emerit ad hunc effectum, vt si primus emptor soluendo sit, excludat minorem à restitutione in integrum. Quòd si secundus emptor scienter emerit, quodammodo malam fidem habuisse dicitur ad hunc effectum, vt indistinctè possit aduersus eum in integrum restitutio postulari. Sic etenim mala vel bona fides à Iurisconsulto

in hunc accipitur modum, vt restitutio in integrum concedatur, vel negetur, non autem ad hoc vt non petita in integrum restitutione etiam intra quadrienniū emptor dicatur malæ fidei possessor, quo ad alios iuris effectus: imò tunc bonæ fidei possessor dicitur quo ad fructuum acquisitionem: vt eo pacto eos adquirat, quo à bonæ fidei possessoribus statim dicemus adquiri: quod in specie docet Carol. Moli. in consuet. Paris, tit. 1. §. 22. num. 53. licet difficultatem istam obiter cōmemorans insolutam reliquerit Tiraqu. lib. 1. de retractu. §. primo. glof. 18. nume. 67. ex quibus apparet primam hanc interpretationem iure posse procedere.

Cæterum, vt & alias præfatæ decisioni aptemus, obiter & vt aiunt, per transfennam præmittamus, fructus naturales dici eos, in quibus producendis ac percipiendis magis operatur ipsa natura quàm hominis industria: veluti pratorum herba: glandes: castanæ: poma: industriales verò eos, qui proueniunt ac percipiuntur potiùs ex industria hominis quàm ex ipsa natura: vt segetes. l. fructus. ff. de vsur. glo. & doct. ibi in. l. ex diuerso. ff. de rei vendi. item pensiones domorum sunt industriales. Bal. in. l. si traditio. co. vl. C. de actio. empr. Areti. cons. 160. col. 2. tandem arbitrio iudicis relinquitur, quando magis industria hominum, quàm ipsa natura, & è cōuerso fructus proueniant. Bart. in dict. l. ex diuerso. Abb. in. c. grauis. de rest. spoliat. Areti. dict. cōf. 160. & licet qui dam alijs distinctionibus vtantur, hanc ipse veriorē esse opinor.

His sanè præmissis sit prima conclusio. Possessor bonæ fidei habens titulum, naturales fructus facit suos. l. in bonæ fidei. ff. de acquir. rerum do mi. ita enim Paulus iurisconsultus scribit. bonæ fidei emptorem non dubiè percipiendo fructus etiam ex aliena re suos interiri facere: non tantū eos, qui diligentia & opera eius peruenerunt: sed omnes, quia quod ad fructus attinet loco domini pene est. Quibus quidem verbis probat hanc assertionem, quam tenent Bar. in dict. l. ex diuerso. in princ. Iason in additionibus ad Porcium in §. si quis à non domino. In liti. de rerum diuis. & plerique alij communiter, vt eos sequutus notat Panormi. in dict. capit. grauis. col. 3. quo fit, vt hic possessor non teneatur hos fructus restituere etiam extantes, rei vendicationis actione: sed vel officio iudicis ab eo fructus hi peti possunt simul cum ipsa re. Barto. in dicta. l. ex diuerso. §. primo. Iason in. §. omnium. de actioni. col. vlti. vel conditione sine causa. Angel. Areti. in dict. §. si quis à nō domino. Bart. in dict. l. ex diuerso. 3. col. Abb. in dict. capi. grauis. quorum sententia receptor

Variarum Resolutionum

est. verum & hic possessor tenetur restituere hos fructus etiã consumptos: quatenus ex eis factus fuerit locupletior. glo. in dict. l. ex diuerso. & in dict. §. si quis à non domino. quod poterit suaderi autoritate iuriconsulti in illa equissima, quã proponit, ratione in. l. si me & Titium. ff. si cert. pet. atq; ita in hac specie frequentiori iudicio doctores dubitationem istam definierunt, vt fatetur Abb. in dict. cap. grauis. num. 6. eandem resolutionem sequutus.

Secunda conclusio à superiori originem ducit & asserit, etiam bonæ fidei possessorem absq; titulo tamen, non facere suos fructus naturales. l. fructus. ff. de vsur. l. liber homo. & l. qui bona. l. adquiruntur. l. si seruus. ff. de acqui. rer. domi. §. idẽ placet. Inst. per quas pers. nob. adqui. & ideo fructus hi ab hoc bonæ fidei possessore, si extant actione reali petuntur: consumpti verò, si ex his factus sit locupletior conditione sine causa, vel officio iudicis glo. in dict. l. ex diuerso. & in dict. §. si quis à non domino.

Tertia conclusio. bonæ fidei possessor etiam titulum non habens, industriales ita facit suos, vt extant teneatur restituere eo modo, queni in prima conclusione adduximus. glo. in dict. l. ex diuerso. tex. in. l. qui scit. §. in alieno. ff. de vsur. in quo omnes ferẽ conueniunt. consumptos vero minime cogitur restituere in iudiciis particularibus tamen si ex eis factus sit locupletior. dict. §. si quis à non domino. l. sed & loci. ff. fini. reg. l. quæ situm. §. vlt. ff. de acqui. rer. dom. C. in. l. non est. C. famil. herci. Bal. in. l. 3. C. de vsur. & fructi. legat. Angel. & Imol. in. l. sequitur. §. 1. ff. de vsuca pio. idem Imol. in dict. c. grauis. & ibi Abb. nu. 6. dicens hãc opinionem communem esse. quod etiã fatetur Alex. in. l. vi vel metu. col. 3. C. quod met. caus. Curtius Senior conf. 71. col. 4. Curt. Lu nior conf. 28. col. 3. Carol. Ruinus conf. 91. 2. colu. lib. 5. Carol. Moli. in conf. Parisiensi. titu. 1. §. 22. num. 49. hoc non tantum in temporalibus: sed etiam in spiritualibus, redditibusq; ecclesiasticis admittunt vterq; Curtius in prædictis responsis post Abb. in cap. dilecto. de præbend. cõtrariam sententiam: imò quod bonæ fidei possessor, vt cũ q; titulum habeat, teneatur ad fructus etiam in-
7
dustriales & cõsumptos in quantum ex eis factus sit locupletior ex naturalis equitatis ratione per iuriconsultos considerata in dicta. l. si me & Titium. adserunt & veriore in esse contẽdunt Bart. & Angel. in dict. l. ex diuerso idem Bart. in. l. si fur. §. 1. ff. de vsucap. Antoni. & Abb. in dict. cap. grauis. num. 6. Paul. in. l. si fundum. C. de rei. ven dica. Alex. cõf. 21. vol. 4. idem Alex. in. l. in insu- lam. §. fructus. ff. solut. matr. idem in dict. l. vi vel

metu. col. 3. Innoc. in cap. in literis. 1. col. de restit. spoliat. Alex. laso. & Deci. in dict. l. si me & Titium. ibi Purpurat. & Alciatus scribunt hanc opinionem communem esse: & idem fatetur Alex. in dict. §. fructus. quibus ipse consentiam libenter ea ratione, quod videam omnia iura dicentia bonæ fidei possessorem non teneri ad restitutionem fructuũ, quos cõsumpserit antelitem: quæ pro priori opinione citauimus: debere intelligi nisi in quantum factus sit locupletior. Forã tamen istam interpretationem non patitur Regia. l. 3. titu. 28. part. 3. in eius priori parte: quæ vt a posteriori differat, probare videtur præcedentem sententiam: nisi dixeris nihil ea lege statui à iure Cæsareo diuersum. In iudiciis autem vniuersalibus expeditum est absque controuersia, vltimam sententiam admittendam esse. l. item veniunt. §. fructus. & §. eos. vbi doctor. ff. de petit. hæ red. l. 1. C. eo. tit. Bal. in. l. 2. C. de fruct. & lit expẽ. colu. 2. & Ioan Copus. lib. 2. de fructib. titu. 2. cap. 3. ex his apparet, qualiter sit intelligendus tex. in. l. si contra. C. si quis ignor. rein mino. vbi rescisso contractu alienationis rei minoris, eo quod fuerit facta absq; iuris debita solẽnitate, fructus vniuersi minori reddantur, si non bona fide emptorem fuisse qui emerit, constiterit, igitur si emptor bonam fidem habuerit nõ restituet necessario fructus omnes, quos perceperit. Itaq; iuxta præmissam resolutionem etiam industriales fructus restituendi sunt in quantum possessor factus sit locupletior: licet sint cõsumpti, Nec discrimẽ aliquod ipse constituo in propria se specie dict. l. si contra. an is, à quo fundus euincitur, sit primus, qui à minore emerit: an qui ab hoc emptore minoris emerit: vtrũq; etenim pari ratione teneri ad fructuum restitutionem existimo: quãuis Carol. Moli. in dict. c. 22. num. 54. conatus fuerit maximam inter hos differentiam adnotare.

In his tamen, quæ diximus, maximè nobis negotium facessit Iuliani respõsum in. l. qui scit. §. vlti. ff. de vsur. Scribit enim, bonæ fidei emptorem, qui prius quàm fructus percepisset, cognouerit fundum alienum esse, quo ad fructus percipiendos: vtq; eos suos efficiat, donec fundus cuius sit, cõferri ad hanc bonam fidem habere. Cui responso ex diametro obest Vlpianus iuriconsultus in. l. qui mihi bona. ff. de adq. rer. domi. huic & Paulus accedit in. l. bonæ fidei. ff. eo. titu. quæ quidem responsa adeo contraria sunt, vt sine manifesta calumnia conciliari non possint authore Enguinaro in. §. si quis à nõ domino. Inst. de rerum diuis. Accursius tamen nõ aliter ab hac perplexa quæstione eximere se ipsum valuit, pluribus propositis solutionibus: quam concedendo fructus

fructus istos, licet suos effecerit possessor, esse ab eo restituendos iudicis officio si extiterint. glo. in dict. §. vlti. Barr. in. l. sed si lege. §. de eo autem. ff. de pet. hered. idem in dict. l. ex diuerso. nume. 9. vbiq; tamen subobscure. Sed ab his libenter ego quaesierim qua ratione possessor hic potest facere fructus suos: cum Vlpianus manifestè & palam scripserit in dict. l. qui mihi bona. bonam fidem initio possessionis non sufficere, sed singulis momentis desiderari, vt possessor fructus suos faciat. Rursus cum quaeritur, an possessor fructus sibi adquirat: an non factum duntaxat inspicere debet & ideo quantum vsucapere possitis, qui ab initio bonam fidem habuit, licet postmodum cognouerit rem alienam esse ante finem vsucapionis, fructus tamen non facit suos, postquam scientiam habuit rei alienae, siquidem vsucapio ad ius: facere fructus suos, ad factum id est ad bonam fidem pertineat, vt scribit iurisconsultus in dict. l. bonae fidei. Ego sane id ingenuè fateor, mihi certum esse possessorem alicuius fundi teneri omnino ad restitutionem fructuum, quos à die male fidei perceperit, eodem modo, quo teneretur si fuisset male fidei possessor ab initio: cum ex eo die verè male fidei possessor sit. & hoc probatur in. d. l. bonae fidei. & in. l. qui mihi bona. nec opinor hunc possessorem fructus ita perceptos suos facere aliter quam suos fecisset, si ab initio malam fidem habuisset: quod probat ex iunioribus Io. Copus de fructib. lib. 2. titu. 4. cap. 5. & id maximè apparet ea ratione, quod nec ad vsucapionem satis est initio bonam fidem possessorem habuisse: nisi & ea toto vsucapionis tempore duret: aduersus iuris ciuilibus decreta, quae hac in re iure Pontificio improbantur. tex. in cap. vlti. & ibi communis de praescrip. Dynus in reg. possessor. de reg. iur. in. 6. in prin. Bar. in. l. naturaliter. ff. de vsuca. 2. col. Balb. de praescrip. 2. par. 3. partis principa. q. 7. dicentes decisionem. l. i. C. de vsucap. trans. hodie iure Pontificio suadente cessare. Id vero quod Iulianus iureconsultus scribit in. d. l. qui scit, tamen à iuris vtriusque doctoribus varias & probabiles forsitan interpretationes haecenus habuerit, vt effugeret contrariam Pauli & aliorum iurisconsultorum sententiam: mihi potius dictum esse videtur ex opinionum conflictu: vt tandem aduersa prorsus hos iurisconsultos opinatos fuisse existimem: collat enim passim ipsos iureconsultos ob varia iudicia, contraria respondisse: siquidem plerumque Iuliano aduersatur Paulus: à Paulo dissentit Vlpianus. nec mirum est eos, qui Iustiniani Caesaris imperio tot iurisconsultorum responsa ex tot eorum libris ad epitomen deduxerunt, memoria lapsu, homines enim erant, non aduertisse repugnantia inuicem

responsa se ipsos Pandectarum libris adnectere. Nec conuenit huic negotio quod doctissimus Ioan. à Medina Hispanus scripsit in tract. de contractib. q. 17. dicens posse quem scire rem, quam possidet alienam esse, & tamen bona fide credere eum, qui sibi eam vendidit, mandatum habuisse à domino ad eius venditionem: atque ita hoc in casu procedere quod in dict. l. qui scit. probatur. hoc etenim procedere nequit: nam tunc hic possessor bonam fidem haberet: nec diceretur scire rem alienam esse: imò crederem à se possessam propriam esse, vt pote sibi mandato veri domini venditam & ex titulo venditionis traditam.

Quarta conclusio. Quoties bonae fidei possessor tenetur restituere fructus extantes, eos nihilominus sibi acquirit per triennij vsucapionem. gloss. singul. in. l. sequitur. §. fructus. ff. de vsucapio. vbi Bart. idem Bar. in. l. 3. C. quod met. caus. Alex. las. & nouiores post alios in. l. si me & Titim. ff. si cert. pet. Curt. Senior conf. 71. Balb. de praescrip. 4. part. 4. partis principa. q. 35. quorum opinio communis est, & procedit ex solo titulo pro suo, nec est alius titulus necessarius Bal. in. l. i. C. de vsur. & fruct. legat. Curtius in dict. col. 71. col. 5. & idem erit quantum ad id, in quo ex his fructibus iam consumptis possessor factus sit locupletior Paul. Castren. in dicto. §. fructus. quem sequitur Curtius in dict. col. 5. modò ante consumptionem fructus per triennium possederit bona fide: sicuti scribit Catol. Ruinus consil. 20. 4. colum. vltim. lib. primo.

Verum enim vero praeterea, quae proximè adnotauimus, considerandum erit num error iuris bonam fidem producat, & an ea sufficiens sit quantum ad fructuum acquisitionem. Nam ex iuris errore bonam fidem quo ad hunc effectum oriri, & eam sufficere notat gloss. in. l. si fur. ff. de vsucap. §. 1. Cui similis est in. l. de fructibus. ff. de donat. int. vir. & vxor. & in. l. quod vxor. ff. de acq. poss. quas probant Doct. ibidem. Bart. in. l. sed si lege. §. scire. ff. de petit. hered. Paul. Castren. in. l. Celsus. ff. de vsucap. & ibi Balb. 4. nota. Bald. in. l. irritam. 2. col. C. pro donat. Roma. l. iug. 95. Fel. in cap. de quarta. nu. 29. de praescrip. optimus text. in dict. §. scire. & haec opinio communis est: procedit tamen in errore iuris, nec absistentis, nec resistentis, secus verò in errore iuris resistentis: nam bona fides ex eo procedens non est sufficiens ad acquisitionem fructuum. in. l. iubemus. in. §. sanè. C. de sacros. eccle. l. i. C. de fide instru. & iure hast. fil. l. quemadmodum. C. de agri. & cens. lib. 10. 23. si quis. de reb. eccles. notant Abb. Anto. & Barb. in cap. ad nostram. de reb. eccles. Abb. in cap. dilecto. col. 3. de praeb. idem in capi. grauis. de relli.

spoliat. antep. col. Bart. in dict. §. scire. Fel. in dict. cap. de quarta. nume. 31. Laurent. à Rodulphis in cap. sine exceptione. 12. q. 2. pen. q. Balb. in dict. l. celsus. 4. notab. quibus refragantur Innocē. Ancha. Cardin. & Imol. in dict. capi. ad nostram. dicentes, bonam fidem ex errore iuris procedentem sufficientem esse ad fructuum acquisitionē etiam si ius illud actui resistat: quibus accedere videtur gloss. in. l. 2. C. si quis ignor. rem mi. vbi Bal. & Saly. ex ea notant, errantem in iure bona fide, acquirere fructus ex contractu nullo & à iure reprobato ob defectum solennitatis: atq; ita opinionem istam Innocē. & sequacium veriorē esse existimo ex eo quod nullibi efficacem video auctoritatem, qua probari possit oppositum: siquidem ea iura, quæ pro communi adducuntur, vel apertè dicunt, mala fide fructus fuisse perceptos, vti planè constat in. dic. l. iubemus. §. sanè. & similibus & maxime dicta. l. prima. C. de fide instrumen. & iure hæstæ fisca. vel sunt intelligenda, vt locum habeāt, cum possessor mala fide fructus perceperit, etiam si absque vlla huius rei distinctione loquantur: cum sit ab omnibus receptum bonam fidem ex iuris errore ortam sufficere ad fructuum acquisitionem: & præterea sit satis ad eos acquirendos malam fidem abesse: tamen si omninò bona fides nō adfuerit. quod probatur in dicto. §. scire. Sic sanè opinor esse intelligendum text. in capit. si quis presbyterorum. de reb. eccles.

Cæterum opinio præcedens, quæ communis est, intelligi poterit, quādo ius i: a resistit, vt rem prohibeat regulariter alienari, sicuti in prohibitione alienationis rerum ecclesiæ contingit. dicto capit. si quis presbyterorum. & in decisione. l. quemadmodum. C. de agrico. & censit. cum similibus. secus verò vbi & si ius resistat, permittit tamen rerum alienationem certis adhibitis solennitatibus: sicuti apparet in alienatione rerū minoris: item in donatione inter virum, & vxorem: & ita hanc difficultatem intellexerunt Aretin. in l. quod vxor. ff. de acquirenda possessione. Curtius dicto consil. 71. column. 8. ex gloss. in dicta l. secunda. C. si quis ignor. rem mi. Hæc tamen distinctio mihi non placet: nō enim satis percipio, quid referat, quantum attinet ad hoc, vt ius resistat, esse rem iure prohibitam alienari regulariter, vel permissam esse eius alienationem quibus solennitatibus adhibitis: cum vtroque casu ius resistat contractui: & tandem res sit alienari prohibita ex iuris regula: nisi alienetur eo modo, quo iure statutum est: constat etenim alienationem rerum minoris factam absque iuris civilis solennitatibus irritam ab eodem iure censerī,

l. lex, quæ tutores. C. de administra. tutorum. Et deinde parū discriminis est quo ad effectum alienationis inter res ecclesiarum, & res minorum, vti memini me adnotasse in capit. filius. de testament.

Potest etiam opinio Innocentij procedere, vbi cum errore iuris concurrerit facti error. Ang. ex gloss. ibi in. l. quæcunque. ff. de publici. in fine. quem sequitur Curtius dicto consil. 71. columna nona. & iuxta hunc intellectum possumus interpretari text. in dicto capitul. ad nostram. vt intelligamus, possessorem existimasse, illum contractum, ex quo rem habuit, factum fuisse adhibitis iuris solennitatibus: quod notare videtur glo. ibi dum dixit, illum habuisse bonam fidem: & colligitur ex Abb. columna tertia. & Felin. numero. 25. in capitul. de quarta. de præscript. Domini. in cap. secundo. §. contractus. de reb. eccle. in sexto. Balb. in dicta. l. Celsus. 4. notabil. versi. quartò limita. Sed hæc interpretatio non conuenit capit. ad nostram. quia in hoc exemplo solum ageretur de facti errore nulla admista iuris ignorantia.

His tandem prænotatis: dici secundo loco poterit in specie præfati capitul. ad nostram. contractum fuisse nullum ob defectum solennitatis à canonicis requisitæ: & ideo rescissum fuisse contractū absque beneficio restitutionis in integrū: quod sensit ibidem Hostiens. nam in primis illud ipse opinatur: illius contractus rescissionem petitam fuisse post quadriennium quo tempore non potuit postulari in integrum restitutio. Erit ergo verosimilius, cum contractum rescissum fuisse ex eo, quod nullus erat: quippe qui carebat auctoritate Episcopi: quæ quidem necessariò exigitur, nec sufficit auctoritas Abbatis in alienatione rerum monasterij non exempti. text. in capit. Abbatibus. 12. quæstione secunda. clemen. prima. de reb. eccles. capitul. ea noscitur. de his quæ fiunt à prælat. Imò etiam si monasterium sit exemptū, Abbas tamen non habeat quasi episcopalem iurisdictionem, requiritur auctoritas Papæ, vel alterius immediati superioris habentis quasi episcopalem iurisdictionem, vt notant Cardina. & alij in capitul. primo de reb. ecclesi. glol. verb. proprij. Et ibi Cardina. in dicta clemen. prima. Imol. in dicto capitulo. ad nostram. columna secunda. Alexand. consil. 17. columna secunda. & ibi Carolus, & consil. 43. libr. quarto. Chassanæ. in consuetudi. Burgun. rubric. nona. §. nono. numero. 26. nec sufficit ipsius conuentus consensus. gloss. ibi communiter recepta in dicta clemen. prima. verbo, non habeat. & hac ratione constat possessore absolui à restitutione fructuum: quia bona fide deducta

deducta ex errore facti possedit, & fructus, quos perceperat, ita consumpsit, vt ex eis non sit factus locupletior, iuxta tradita in tertia conclusio ne. Quod si dixeris non potuisse bonam fidem verè locum habere in eo, qui in iure resistente errabat: adhuc & Tertio text. in dicto capit. ad nostram. erit intelligendus in errante etiam iuris resistente errore: habente tamen bonam fidem secundum ea, quæ paulò antè ex Innocentio adnotauimus. Cui addendum est, errantem in iure etiam eo casu, quo fructus ex bona fide, & titulo acquirat, nequaquam acquirere, nec facere suos fructus naturales, & ita æqualem esse possessori bonæ fidei absq; titulo. Sicut etiam expeditum erit, cum teneri ad restitutionem industrialium, quatenus ex eis factus sit locupletior, vt expressim hæc duo addit Felin. in dicto capitu. de quarta. numero. 30. Sed et si Innocentij sententiam minime velis recipere, Quartus aptabitur intellectus in eum planè modum, vt dicamus in dicto capitul. ad nostram. contractum fuisse rescissum per restitutionem in integrum: quod ibi probatur: dum Romanus Pontifex: ad eius rescissionem, læsionem potius considerat, quàm defectum solennitatis, si uti animaduertunt Abb. Imola, & Doctores ibi frequentius. nec incouenit, eam restitutionem postulatam fuisse post quadriennium: si quidem ecclesia propter enormissimam læsionem, etiam post quadriennium potest petere in integrum restitutionem. gloss. in capitu. primo. de in integrum. restitut. in sexto. quam Doctores ibi sequuntur. dicit singular. Abb. in capitu. primo. columna prima. de in integrum restitut. Angel. in. §. rursus. de actionib. columna quarta. commendat Felin. in capitulo primo. columna penultima. de præscript. Socin. consi. 227. lib. secundo. laf. consi. 54. lib. primo. atque ita petitam fuisse in dicto capitulo. ad nostram. in integrum restitutionem post quadriennium, præter Hostiens. Collectari. Cardina. Abb. & Imol. ibi numero quarto. notat Francus in dicto capitu. primo. de in integr. restitut. in. 6. vnde eiusdem capit. decisio euidenter probat præfatæ gloss. conclusionem, vt ibi considerant Abb. & Imol. qua in re duo, vel tria sunt omnino adnotanda, quorum primum est: expeditum esse ecclesiam tunc minorè petere posse in integrum restitutionem etiam ob eam læsionem, quæ dimidiam iusti pretij non excedit. Abb. & Burgensis ibi numero. 42. & 44. in capitulo. cum dilecti. de emptionib. modò læsio grauis sit. & enormis. gloss. communiter ibi recepta in capitulo. primo. de in integr. rest. tex. in capitu. tum ex literis. & ibi Abb. eodem titu. Barto. in. l. scio. per text. ibi. ff. de in integrum

restitutio: quorum sententia etsi communis sit, dubia tamen videtur ex pluribus. Et primò ex. l. si proprietarius. ff. de damno infecto. vbi cautio damni infecti etiam pro modico damno iure exigitur. Deinde est text. in. §. gallinarum. Instit. de rerum diuisi ex quo probatur etiam in re minima furtum committi. Præterea speciale est, grande damnum exigi ad concedendam minoribus restitutionem apud iureconsultum in. l. si ex causa iudicati. in principio. & l. penultima. ff. de minorib. & in. l. vltim. C. qui. & aduers. quos. Igitur ordinarium est pro modica læsione restitutionem in integrum concedi. Quam ob rem pro modica læsione minoribus competere in integrum restitutionem, docent gloss. Barto. & Doct. in. l. secunda. C. si aduers. vendit. pign. & in dicta. l. si ex causa. Alexan. consi. 67. volumine quinto. Corneus consi. 179. numer. 10. lib. quarto. imò & idem esse si minima læsio minori contigerit constanter voluerunt Alberic. & Fulgosi. in dict. l. scio. post gloss. & Andre. de Pisis ibi. quibus accedunt Decius in capitu. de appellationibus. de appellatio. & in capitulo. maioribus. de præbend. Gomeci. in. §. pœnales. de actionibus. numero quarto. & nouissimè Emanuel à Costa Lusitanus in. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis. parte secunda. numero. 78. autoritate iurisconsulti in dicta. l. scio. dicentis pro minima læsione tunc denegari restitutionem in integrum, quando per eam maiori rei, vel summæ præiudicium sit: ergo concedi debet, quando minima ipsa læsio contingit in contractu modicæ, vel minimæ quantitatatis.

Ego sanè difficilem hanc quæstionem ita definiendam esse opinor, vt ex Iurisconsulto id verissimum sit contractum magnæ quantitatatis minime rescindendum esse beneficio restitutionis in integrum ratione minimæ læsionis: atque ita intelligenda est dicta lex. scio. & probatur autoritate Bart. in lege. de pupillo. §. si quis riuos. ff. de noui operis nunciatione. in fine. rursus eodem pacto. restitutio in integrum concedenda est, ob læsionem etiam modicam respectu maioris, aut enormis, quæ minori contingere poterat in eadem re: attamen graui, & enormi ipsi minori: si absque comparatione maioris separatim consideretur. Est enim in contractu mille aureorum modica læsio, quæ contingit in quinquaginta aureis, si compararetur læsioni, quæ poterat in quadringentis accidere: tamen separatim considerata prædicta læsio, quæ in quinquaginta aureis datur, grauis læsio est, & enormis ipsi minori. Sic sanè dicemus communem opinionem Doctorum in dict. lege. secunda. C. si aduersus

Variarum Resolutionum

aduersus venditionem pignorum. sequuti, pro modica aliqua læsione concedendam esse in integrum restitutionem, quando arbitrio boni viri, & discreti iudicis ea læsio separatim considerata grauis est vel enormis, ac tandem restitutione digna. Quò fit, vt ea iura & auctoritates, quibus probatur enormem læsionem ad restitutionem esse necessariam, ita esse intelligendas censeamus, vt arbitrio iudicis ea læsio perpendatur, & consideretur, sitnè ipsi minori, vel ecclesiæ grauis ex se ipsa, licet comparatione maioris modica sit. arbitrio etenim iudicis relinquendum est, quanta debeat esse læsio, vt minori, vel ecclesiæ etiam intra quadriennium restitutio ordinaria concedatur, vt notatur in. l. sed si susceperit. §. primo. ff. de iudic. & in authentic. nisi breuiiores. C. de sentent. ex peri. recit. & in specie Alexand. consil. 67. numero secundo. libro quinto. & est communis omnium adsertio in capit. 1. de in integr. resti. vt scribit eam sequutus Anto. Burgens. in cap. cum dilect. de empt. nume. 44. idem asserit Deci. consil. 39. nume. 7. optimus text. in. l. 5. titu. 19. part. 6. notat Alexand. in. l. si quis arbitrato. ad finem. ff. de verbo. obligationib. qua ratione si minima læsio contigerit ipsi minori, vel ecclesiæ, quis, obsecro, discretus iudex vnquam arbitrabitur concedendam esse restitutionem? nõne absurdum esset concedi restitutionem minori, si læsus esset in vnus quadrantis quantitate in eo contractu in quo etiam de re modica ageret? non enim essent satis mille iudices in quauisciuitate his restitutionibus concedendis. Eodem iure, si læsio modica sit à seipsa: ac separatim considerata arbitrio discreti iudicis ob tot minutias efugiendas restitutio ista, quæ beneficio speciali grauius læsis concedenda est: iuste denegabitur. Ex quibus apparet verus intellectus ad tex. in dicta. l. si ex causa. & l. penultima. ff. de minoribus. vbi speciali quadam ratione grande damnum requiritur, vt minores in integrum restituantur. id enim ita est accipiendum, vt in eisdem casibus ob speciale ius maior læsio sit exigenda, quàm in ordinaria in integrum restitutione: & sic iudex ipse arbitrabitur quanto maior debeat esse læsio prædicta: quod Alexand. dicto consil. 67. expressim fatetur.

Secundò, ex his etiam deducitur, vti ego existimo, iudicis arbitrio definiendum esse quanta, & qualis debeat esse læsio ecclesiæ, vt eius ratione post quadriennium restitutionis beneficium locum habeat: nec taxari potest certa hac in re quantitas. Ea etenim ratio, quæ dicitur etiam post ordinaria in quadriennij tempus, ecclesiam forte restituendam, eadem grauitatem, & enormitatem læ-

sionis respexit, vt ea læsio ita grauis, & iniuriosa sit, quæ iudicis arbitrio non patiat ecclesiam cui fauendum summoperè est, adhuc eo damno prægrauari. igitur parui refert definire, sit necessaria enormissima læsio, vel sufficiat enormis, cum & si eam sufficere dicamus, nullo pacto possumus excludere iudicis discreti arbitrium ad discernendum sitnè enormis læsio. Discernet igitur pius, & rectus iudex, sitnè talis læsio quam iniquum sit ecclesiam pati, etiam post quadriennium. Atque ita sanè opinor rem hanc intelligendam esse, non enim satis apertum est de iure, sufficiat ne ad hanc extraordinariam restitutionem enorme damnum: nam etsi in præd. capit. ad nostram. læsio illa enormis appelletur, quis non videret, eam esse, vt ita loquar, enormissimam: cum primo anno reus ex ipsa re tot libras perceperit, quot quidem pro ipsa re ecclesiæ dederat, nempe octuaginta.

Tertiò, hinc deducitur, minorem & ecclesiam restitutionis in integrum beneficium iure consequi posse, etiam si læsio dimidiam iusti pretij excellerit: nec enim hoc beneficio priuantur: quòd possint agere remedio. l. secundæ. C. de rescindend. venditio. cum restitutio in integrum & si sit auxilium extraordinarium: pinguius tamen est quàm ordinarium, quod ex dicta. l. 2. competit, quod pater ex eo quòd reus electionem habet conuentus actione. l. secundæ. vel ad supplendum iustum pretium, vel ad restituendam rem, non sic in restitutione in integrum: præcisè etenim rem cogitur restituere, qua ratione post alios hæc illationem notant Abb. & Burgens. numero. 43. in capitulo. cum dilecti. de emptionib. & Pantaleon Cremenensis in dict. l. secunda. extensione. 12. colum. 17.

Superest tamen respondere iuribus, & rationibus: quibus probari videbatur læsionem quantumcunque minimam locum facere beneficio restitutionis in integrum. Et sanè quod Iurisconsultus scribit in. l. si proprietarius. ff. de damno in factio. cautionem illam dandam esse etiam pro minimo damno, ita est intelligendum, vt minimum damnum sit respectu, & comparatione maioris: non tamen separatim, per seipsum consideratū. Superstitiosum em esset pro dāno, vnus regulæ, vel simili, prætorem adiri, & eius decreto cautionem præstari. Igitur prætor ipse arbitrabitur, sitnè damnum: quod timetur, cautione illa dignum, vt sanè pro minimo nocumento aut pro modico nequaquam auctoritatem præstet, aut decretum decernat ad cautionem illam necessario exhibendam.

Cæterum magis obstat: quòd furti actio datur pro

pro re minima. text. in dict. §. gallinarum. vbi ita Theophilus interpretatur. & omnes Doctores ibi post gloss. cui similis est in l. si oleum. ff. de dolo. notant Henric. in capitul. et si. quæstiones. de simo. Corset. in tracta. de excellentia regis. Quæstio. 4. Hippo. in l. furem. nume. 8. cum sequent. ff. de sicari. optimus text. in l. vulgaris. ff. de furt. & in capitul. vulgaris. de poenitent. distinct. i. non enim res, sed affectus furantis est considerandus vt scribit Hieronymus apud Gratianum in capitul. vlti. 14. quæst. vlt. Hæc tamen opinio etiam si frequentissimo omnium calculo recepta sit: mihi nec placet, nec placuit vnquam. Ius enim ars est boni, & æqui. l. i. ff. de iusti. & iure, & tamen nulla æquitas cicitat actionem hanc, quæ infamiam irrogat, dari pro vno quadrante, aut æreo numo, nec pro vno ouo, nec pro alia minima re. Deinde quid obsecro in causa est, quod iurisconsulti dari actionem de dolo pro re minima omnino negant. dict. l. si oleum. & eorum interpretes pro vno, vt aiunt, ouo concedunt actionem furti. Ego sanè nullam video iustam esse discriminis causam. Præterea ablatio rei minimæ attento paruo nocumento: vel furtum non est, vel saltem mortale crimen non inducit: sed tantum veniale ob animum nocentis: non enim præsumitur parua illam rem auferri contra voluntatem domini propter paruum nocumentum: atque ob id, etiam si præsumeretur contraria domini voluntas, esset veniale crimen, non mortale. Thomas, & Caieta. 2. 2. quæst. 59. articu. 4. Ioan. Maior in 4. senten. distinct. 15. quæst. 26. Syluester. verbo, furtum. quæstio. 2. Ioan. à Medina de contract. quæst. 4. in fine: optimus text. in capit. vnum horarium. 15. distin. ex quo deducitur mortale peccatum esse, si quis toties rem minimam auferat: à domino, vt notabile damnum adferat: quod iose Maior dicta. quæstio. 25. & 26. notat & Medina: de contract. quæst. 10. qui ex hoc inferunt ad quæstionem illam, qua tractari solet, an teneatur ad restitutionem is, qui è vinea, vel horto alieno rem minimam acceperit: & tandem plures paulatim rem minimam ab eodem horto, vel vinea: ita abstulerit: vt ex omnium furto magnum, aut saltem notabile damnum domino vinea: illatum fuerit, qua in re dicendum est, eorum quemlibet veniale crimen commisisse, si ipse modicum illud damnum intulit: ignarus damni ab alijs illati: & tamen teneri ad illius damni quantumcunque minimi restitutionem. Quod si qui liber damnum intulisset: certus de damno per alios allato, ex eo quod plures simul fuissent vineam ingressi: eo casu mortale crimen quilibet commisisset: licet non teneatur ad totius damni

restitutionem, damnumque, per alios illati: nisi fuisset causa totius damni, consilio auxilio, similiter: sicuti prædicti Doctores diligenter adnotarunt. quod autem sit notabile nocumentum, vt furtum dici possit verè, & mortale crimen, bonus vir arbitrabitur: Syluester dicta quæstio. 2. & Ioan. à Medina dicta quæst. 10. ad finem. & probatur ex his, quæ superius ipse tradidi. His igitur consideratis opinor à iure alienum esse pro minima re dari actionem furti. Nec oberit, quod Iustinianus scribit in dicto. §. Gallinarum. quia ibidem non dicitur verè committi furtum in vnus Gallinæ nocumentum: sed fictè, & quasi per quædam interpretationem, vt Zasius exillimat dict. capit. 26. cui responsioni Theophilus refragatur dicens pro vnus gallinæ furto dari actionem furti. quam ob rem ego aliter responderem, nõ esse vnus gallinam minimam rem, nec minimum damnum ex eius furto inferri: quod bonus, ac discretus vir ex propositis in specie contingenti qualitatibus arbitrabitur. Rursus quod ex Hieronymo adducitur à Gratiano in dicto capitul. vltimo. referendum est ad nocendi voluntatem, quæ si limitata sit ad minimi nocumenti terminos, nequaquam est mortale crimen: quod si nocendi animus nullam limitationem habeat, aut etiam ad notabile nocumentum progrediatur, mortalem culpam habet: & ita Hieronymi autoritas intelligenda est in hunc sanè sensum, vt accipies à domino inuito rem minimam animo nocendi in maioribus absque limite illius modici nocumenti: mortaliter peccet ex Thoma, & ibi Caieta. secunda secundæ. quæst. 66. arti. 6. libet tamen verba Hieronymi adscribere, eo quod à Gratiano minus integrè relata fuerint. Is enim in commentarijs in Epistola Pauli ad Titum capit. 2. ita scribit. Fur autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur: non enim id, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur: quomodo in fornicatione, & adulterio non idcirco diuersa sit fornicatio, aut adulterium, si pulchra, vel diues, deformis, aut pauper, meretrix, vel adultera sit: sed qualiscunque illa fuerit, vna est fornicatio, vel adulterium: ita & in furto quantumcunque seruus abstulerit, furti crimen incurrit. hæc tenet Hieronymus.

Sed vt rem, à qua diuertimus, prosequamur, ad intellectum glossæ in dicto capit. primo. de integritate restitutione. in 6. aliud damnum aduertendum est, quod in quæstionem adduxit Rodericus Suarès allegat. 2. colum. penulti. dicens iure communi, etiam si ecclesia enormis iniuria laesit, non posse eam petere restitutionem post octo annos: atque ita ratione enormis iniuræ taxationis post

Variarum Resolutionum

post primum quadriennium alterum quadriennium tantum concedi: iure tamen regio vsque ad triginta annos posse eam restitutionem peti. iuxta. l. vlti. titu. vlti. part. 6. Hæc tamen viri doctissimi considerationi refragatur: quandoquidem quotquot dict. gloss. sequuntur eius adfertionem ad octo annos minimè restringunt: imò ad longissimum triginta annorum spatium extendunt: quibus auctoritas Hostiæ. ad stipulatur: is enim in dict. capit. ad nostram. etiam post decennium restitutionem petitam fuisse opinatur. Et præterea suffragatur gloss. in. l. sicut. verbo. prosecutione. C. de præscript. 30. vel. 40. annorum. quam præter alios explicant dicentes siugula. Iason in. §. fuerat. numer. 22. de actionibus. & Bald. de præscript. 4. part. 4. partis principal. quæstioe. 30. ex ea enim iuncta. l. videamus. ff. de eo. quod met. causa. apparet officium iudicis. quod semel quadriennium egreditur. ad triginta annos perpetuum esse. Quam ob rem etiam seclusa Regia. ac Partitarum lege iure communi falsam esse opinamur Rode. Suares declarationem: quam nouissimè improbat Emanuel à Costa Lusitanus vir me hercle acri. & subtili iudicio. variaque eruditione præditus. in dicto. §. & quid sit tantum. 2. part. numero. 83. Cæterum quòd ad Regiam legem attinet ipse Lusitanus aduersus Rodericum eam intelligit quoad actionem personalem competentem ex. l. 2. C. de rescinden. vendit. principi. reipublicæ. & ecclesiæ in hunc sensum. vt licet alias intra quadriennium ea actio proponenda sit. l. 4. titu. 7. libr. 5. ordinat. & fuit opinio prima gloss. in dicta. l. 2. quam sequuntur ibi Petrus. & Cynus: quæ forsitan etiam placuit legum Regiarum. quas Partitarum appellamus. doctissimis conditoribus: cæteris omnibus dicta. l. 2. interpretibus contrarium assuerantibus. scilicet eam actionem vsque ad triginta annos competere: tamen iure regio definitum sit. ea actione vti posse principem. ecclesiam. & rempublicam læsos ultra diuidiam iusti pretij vsque ad triginta annos reliquis priuatis ea actione intra quadriennium tantum vsuris: qui quidem intellectus eo magis conuenire videret. quòd Regia constitutio læsionem ultra diuidiam requirit. Apud Gallos actio ex dicta. l. secunda. deducenda est in iudicium intra decennium. quemadmodum testatur Carol. Molin. in consuetudi. Parisiens. titulo. primo. §. 22. nume. 47. quin & in his regnis speciali quadam ratione certum tempus statutum est in. l. 143. de las Alcaualas. Ego sanè non inficior ecclesiam. Principem. & Rempublicam agere posse actione dicta. l. secundæ. etiam iure regio vsque ad tri-

ginta annos: attenda ratione dicta. l. vltimæ. titu. vltimo. part. 6. Et tamen opinor ipsius legis integram decisionem intelligendam esse in restitutione in integrum. quæ. vt minoribus enormiter læsis. ita Principi. reipublicæ. & ecclesiæ iure competit. Nec enim dubium cuiquæ esse potest priorem dicta. l. partem loqui in restitutione in integrum. quæ iure ordinario in quadriennium pendenda est: posterior verò pars huic priori in modum cuiusdam interpretationis aptatur: vt si læsio enormis sit: quippe quæ dimidiam iusti pretij excedat: loco quadriennij. cuius prior legis pars meminit triginta anni competant. quo fit. vt ex hac ratione. & ex ipsius constitutionis verbis vltima eius pars verè sit intelligenda in restitutione in integrum: atque ita eam intellexit Rodericus Suares dicta allegat. 12. quod plurimum refert: siquidem ex restitutione in integrum contractus omninò rescinditur: at ex dicta. l. 2. actione iustum pretium suppletur. si reus hoc elegerit absque rescissione contractus.

Quamuis hæc differentia tunc absque vlla conuersia obtineat. quando restitutio in integrum ex eo detur. quod læsio contigerit non tantum in pretio. sed & in ipsa rei alienatione: quia ecclesia damnum patitur ex sola ipsius rei alienatione. etiam si iusto pretio foret vendita. Cæterum vbi læsio in pretio tantum contigerit: tunc petita in integrum restitutione. & ex ea reparatione damni. poterit reus rescissionem contractus effugere. si velit pretium iustum rei soluere: ex his. quæ ipse scripsi in capit. quamuis. de pactis. in. 6. vltima parte. §. 4. adhuc tamen verè differunt auxilia restitutionis in integrum ordinariæ. & dicta. l. 2. vt constat ex cap. 4. nume. 13. & 14. libr. 2. huius operis.

His omnibus perpensis. pro huius quartæ interpretationis intellectu apparet in dicto capitulo. ad nostram. concessam fuisse ecclesiæ restitutionem in integrum: quæ quidem si foret ordinaria. & intra terminum commnem à iure statutum concessa. locum omninò haberet cum fructibus omnibus ex ea perceptis: quemadmodum superius docuimus. verum ex eo quòd extraordinaria fuit. plurimumque gratiæ fortita. vti concessa post solennia tempora. fructus non restituantur omninò: nec tamen emptor eos penitus lucrifacit: cum laboris. & impensarum ratio simul & fructuum haberi debeat. ita sanè. vt si fructus possessor lucrifacere velit. non possit laboris. & impensarum æstimationem petere. Quòd si ulterius rem aperire tentemus. dicemus tandem hanc non esse propriam in integrum restitutionem: siquidem ex ea fructus essent restituendi

tuendi ecclesie, vel minoris: sed esse restitutionem
 15 in integrum impropiam extraordinariæ, pro-
 preterea, quod maiorem speciem habeat gratiæ,
 quam ea, quæ ordinariè minoribus, & ecclesijs iu-
 ra ipsius iuris limites beneficio quauis extraor-
 dinario concedi solet: & ideo mirum non erit.
 text. in dicto capitulo. ad nostram. à Gregorio
 Nono appositum esse extra titulum de in inte-
 grum restitutione, vt eleganter explicat Eina-
 nuclà Costa in dicto. §. & quid si tantum. secun-
 da parte. numero. 85. illud animaduertens, resti-
 tutionem quæ ex iustitia mera fit cum ipsis fru-
 ctibus fieri, iuxta traditam initio huius capituli:
 eam verò restitutionem, quæ ex gratia concedi-
 tur cum fructibus faciendam non esse. text. ele-
 gans in authenticâ. idem est de Nestorianis. C. de
 hæretic. quem dicit singular. esse Alexand. in di-
 cto. §. & quid si tantum. columna nona. vbi eam
 distinctionem ferè omnes probant, & potissimū
 ex nouioribus Fortunii. numero. 163. Galiaula nu-
 mero. 60. Crotus in fine. & præter hos Curtius
 Senior consilio. 71. quicquid hæc de rescripserint
 Ias. in dicto. §. & quid si tantum. numero. 64. Car-
 ol. Ruinusibi column. 72. Deci. & Ferrar. in. l. in
 condemnatione. ff. de reg. iur. Sed & eandem di-
 stinctionem exponunt, & asseuerant admitten-
 dam esse communiter omnes in dict. §. & quid si
 tantum. quo ad iura tertio quæ sita ante obtentâ
 restitutionem, quod præter alios explicant opti-
 mè Carol. Moli. in consuetu. Parisi. §. 1. tit. 22. nu-
 me. 36. & Emanuel à Costa dict. 2. part. num. 49.
 commune in sententiâ defendens ab his quæ in
 contrarium adduxit inibi Galiaula numero. 97.
 quam quæstionem in præsentiarū discutere lon-
 gius minime conueoit: tantum enim id egimus,
 vt ad resolutionem veram deduceremus quæstio-
 nem illam: veniãtne in integrum restitutionem
 fructus ex re ipsa percepti.

Ex capite sequenti.

- 1 Locus contractus satis idoneus est, si reus ibi-
 dem reperiatur, vt in eo tractetur de contractu
 rescindendo, atque ita de restitutione in inte-
 grum concedenda.
- 2 Ecclesia potest petere restitutionem in inte-
 grum coram iudice ecclesiastico etiam aduer-
 sus laicum.
- 3 Clericus minor læsus in patrimonialibus non
 potest petere in integrum restitutionem coram
 iudice ecclesiastico, & inibi, an bona clerico-

rum patrimonialia habeant priuilegia bonis
 ecclesiarum concessa?

- 4 Quid de patrimonio clerici, ad cuius quidem ti-
 tulum is fuerit sacris insignitus?
- 5 Absolutio à iuramento quandoq; citationem
 requirit: quandoque ea omissa potest concedi.
- 6 Quid opetetur absolutio à iuramento ad effe-
 ctum agendi præstita.
- 7 Iudices seculares quandoque tractant litem su-
 per contractu iurato admittuntq; actorem ad-
 uersus eum agentem, etiam nulla precedente
 absolutione.
- 8 Iudex ecclesiasticus, qui de causa absolutionis
 à iuramento cognouerit, non potest ipsum prin-
 cipalem causam tractare.

Coram quo iudice sit in inte-
 grum restitutio postulanda.

Caput quartum.



NON omninò à praxi alic-
 num est: coram quo iudice
 restitutio in integrum peti
 debeat. quam quidem quæ-
 stionem Cæsares definirūt
 in. l. 2. C. vbi, & apud quem
 cognitio in integ. restit. &c.

Statuentes eam esse postulandâ à iudice ipsius cõ-
 tra quæ petitur: vt planè verissimū sit petentē re-
 stitutorē actorē esse, & oportere eū forū rei seq.
 Imò scribunt Bal. & Pau. Cast. in eiusdē legis in-
 terpretationē id verū esse. etiã si is, qui cū minore
 contraxit, in ipso loco cõtractus inueniatur, non
 enim poterit apud illius loci iudicē conueniri ad
 restitutionem in integrum contra ipsū contra-
 ctum tractanda: n. idem notat Iason in. l. qui cer-
 to loco. ff. de condict. indebit. dicens, hoc ipsum
 ex dict. l. 2. probari: & ex ea amplius deducēs, ea,
 scilicet, iura, quæ probant contrahentem in loco
 contractus cõueniri posse, si ibi lem inueniatur,
 intelligenda esse quò ad ipsius contractus actio-
 nem exercendam, non autem quò ad eius rescis-
 sionem. Nam si de contractu rescindendo tractetur,
 reus erit coram proprio, & vero domicilij iu-
 dice ad iudicium vocandus: non coram iudice lo-
 ci contractus: tamen si in eo loco reperiatur, idip-
 sum placet Decio in rubric. de iudic. columna. 2.
 Hic verò intellectus mihi non placet: siquidem
 locus,

Variarum Resolutionum

locus, vbi contractus fuerit celebratus de iure idoneus est, vt in eo agatur, & tractetur de eius dissolutione, si reus ibidem præsens fuerit text. singular. in. l. in contractibus. §. vltimo. C. de non numer. pecun. vbi expressim probatur, posse quempiam in loco contractus apud eius iudicem intra biennium conqueri, sibi non fuisse pecuniam numeratam: eiusque querelam deducere: si inibi aduersarius inueniatur: & ita agere ad ipsius contractus dissolutionem: quem text. Alexand. in specie notat in additionibus ad Bartol. in. l. hæres absens. §. primo. ff. de iudic. Roma. in singula. 470. Felin. in capitul. vltimo. numero. 24. de iudic. dicens ex hoc absolutionem à iuramento in contractu præstito posse peti coram iudice ipsius loci contractus, si ibi aduersarius inueniatur, vt citetur. idem ipse Felin. scribit in capitu. primo. columna vltima. de iureiurand. post Cardina. ibi. Nec oberit dicta. l. 2. quippe quæ intelligi possit eo casu, quo reus non adest in loco contractus: quod si ibi adsit, non negat constitutio illa posse peti restitutionem coram iudice illius loci licuti in specie docent Bartol. & Fulgosi. in dicta lege. qui certo loco. Curtius Iunior in rubrica. C. de edend. Deci. parum sibi constans in cap. 1. nume. 22. de iudi. & ibi Alciat. nu. 53. Anto. But. in. c. vlt. de foro compet. num. 12. Bar. in. l. 1. num. 20. C. de sum. Tinnita. Franc. in rubri. de appellatio. num. 43. qua ratione ipse crederem Bald. Paul. & Iasonis interpretationem minimè esse recipiendam, & subinde in integrum restitutionem postulari posse in loco contractus, si ibidem præsens fuerit is, aduersus quem petitur: alioqui iudicium hoc tractandum esse apud iudicem ipsius, in cuius fauorem contractus fuerit celebratus: & contra quem restitutio postulatur.

2 Cæterum iure quodâ speciali ecclesia restitutionem in integrum petere poterit, etiam aduersus laicum coram ecclesiastico, & proprio ipsius ecclesie iudice, auctore Innocentio in capi. cum sit generale. de foro compet. cui suffragatur text. in cap. 1. de in integ. restit. vbi Abb. nume. 18. idem Abb. in capit. constitutus. 1. col. eo. titu. tex. optimus, ex quo ita collegit idem Abb. in ca. penult. de reb. ecclef. Roma singula. 112. quibus accedunt idem Abb. num. 10. Feli. col. 2. Mari. Soci. nume. 13. in dict. cap. cum sit generale. Auferri. in clem. 1. de off. ordi. in tracta. de potestate ecclef. nume. 48. Cuius opinionis ea proponitur ratio, quod ecclesia agens iure, & priuilegio speciali, illud deducere potest coram proprio iudice, etiam aduersus laicum: sic etenim agit coram proprio iudice aduersus laicos remedio Canonis. reintegranda. 3. q. 1. gloss. elegans in capi. penult. de his quæ vi-

quam ibi sequitur Panormi. idem in cap. primo. de in integ. resti. & in dict. capi. cum sit generale. num. 10. vbi Mari. nu. 14. & Feli. col. 2. Verum cum hic non tractetur de violentia illata ecclesie, nec eius patrimonio, nec de sacrilegio, nec de fraude, aut dolo aduersus ecclesiam ex proposito in contractum deducto, non video, quod ingenuè fateor, quo iure præfata doctorum sententia circa restitutionem in integrum defendi possit, nisi prædictis duabus Decretalium decisionibus obnixè comprobetur. Eas tamen possemus ita intelligere, vt diceremus iudicem ecclesiasticum ibidem non minus esse ipsius laici, contra quæ agitur, quàm ecclesie iudicem: eò quod illa prouincia esset etiam quo ad secularem iurisdictionem Romanæ ecclesie subdita: vel ex eo esset ad Romanum Pontificem iudicium illud ab ecclesia deductum: quod ob aliquot causas non satis tuta esset spes ecclesie consequendi iustitiam apud iudicem secularem. Scio etenim me diuinatione uti: ne inuitus cogar hæc in re ab alijs receptam sententiam sequi. Vt cunq; tamen sit de hoc dubio, illud omninò asseram audacter: in rebus, quæ ad ipsorum presbyterorum patrimonium spectant, nequaquam eam opinionem iure veram esse, nec admitti debere: si quidem clericus læsus circa proprias res, & ad ipsum pertinentes, in restitutione in integrum iudicio laicam conuenire debet coram iudice seculari ex regula generali, qua etiam à canonibus expressum est, oportere actorem sequi forum rei, ad speciem restitutionis in integrum deducta in dicta. l. secunda. C. vbi & apud quem. Sic sanè opinatur Imol. in capit. constitutus. numero. 3. de in integrum restitutione. contra Antonium, & Abb. ibi Felin. in dicto capi. cum sit generale. colum. 2. Philippum Franc. in rubri. de appellat. ad finem. Romanum singula. 112. nam & si maximè concedamus Innocentij opinionem admittendam esse, quando ecclesia restitutionem in integrum petit: & id fauore ecclesie: non tamen competit hoc priuilegium clericis in rebus patrimonialibus: si quidem priuilegia ecclesijs quo ad earum bonam competentia: non extendantur ad clericos quo ad eorum patrimonium, nisi à iure expressè diuersum fuerit statutum in aliquot casibus iuxta resolutionem, quam in hoc articulo tradunt Abb. & Felin. numero. 10. in capi. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. idem Abb. & Anton. fina. colum. in capit. si diligenti. de præscript. quam opinionem f. retur communem esse Deci. in dicto cap. ecclesia. numero. 18. & probatur autoritate gloss. 2. communiter approbatæ in clemen. 1. de in integ. restit. quæ expressim adferit, restitutionem in integrum ecclesijs iure minoris competentem, nequa-

nequaquam ipsis clericis concedi ratione patrimonii. idem Specul. titul. de in integr. restit. §. qualiter. vers. sed nunquid. eadem ratione gloss. in capi. possessiones. 16. q. 4. adserit res patrimoniales clericorum eodem vsucapi tempore, quo iure vsucapiuntur res laicorū: nec esse obseruandum in hoc tempus statutum à iure ad vsucapiendas res ecclesiarum: dicit eam gloss. sing. Abb. in capitu. sanctorum. de præscript. idem in cap. 1. de consuetud. Balb. alios allegans in tract. de præscript. 5. part. princip. quæstione. 5. atque ira procedunt gloss. in cap. vlti. de vit. & honest. clericor. gloss. in dicto. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. gloss. in cap. ex literis. de pignorib. dicentes, bona patrimonialia clericorum eadem. habere priuilegia quæ bona ipsarum ecclesiarum: id enim verum est, vbi à iure id expressim conceditur: & quia in aliquot casibus id speciatim concessum est: alioqui durum esset, bona patrimonialia clericorum, ea prorsus habere priuilegia, quæ bonis ecclesiarum concessa sunt: cum hæc bona ad cultū diuinum, & ad subueniendum pauperibus constituta: illa versò ad alios quoscunque vsus pro voto ipsorum clericorum. destinantur: & tandem ad hæredes sanguinis, extraneosve, vri ipsi dominis liberit, transmittantur. Nec mihi placet Philippo Decij aduersus, aut præter communem opinionem consideratio. Aliud nanq; est quærere an priuilegia ecclesiarum bonis concessa, ad patrimonialia clericorum extendatur: quod modo tractauimus: aliud an priuilegia ipsis clericis competentia seruanda sint non tantū erga ipsos clericos, sed & circa eorū patrimonia: quod tractare simul voluit Deci. nulla iusta ratione hæc duo confundens: cum sint plura priuilegia ecclesijs, & ecclesiarum bonis concessa, quæ ipsis clericis minimè competunt, nec conceduntur. igitur discutere an priuilegia clericorum seruanda sint, non tantū in eorum personis, sed & in ipsorum patrimonij non erit idem, ac si quæreratur, sint nè priuilegia ecclesiarū bonis concessa ad patrimonia clericorum deducenda: sicut, & diuersis rationibus disputabitur, an priuilegia ecclesijs ipsis concessa ad earum bona extendantur. Hac equidem præuia resolutione opinor, à clerico minore, si læsum fuisse existimauerit, in integrum restitutionem aduersus laicum petendam esse coram iudice seculari: nec oberit tex. in dict. cap. constitutus. quia secūdū Imol. ibi non constat eam restitutionem petitam fuisse aduersus laicum, & fortasse petita fuit aduersus clericum. Quod si dixeris reum in eo casu laicum fuisse: dicam liberè eam provinciam ecclesiæ subditam fuisse etiam ratione secularis iurisdictionis.

Contendet forsā aliquis opinionem primam saltē veram esse in clerici patrimonio, ad cuius titulum sacros ordines is receperit, nè mendicare cogeretur in ignominiam ordinis. c. episcopus. de præben. vbi Bernar. scribit, prædictum clerici patrimonij, cuius ratione absq; titulo beneficii ecclesiastici episcopus cum sacro ordine insigniuit, habere priuilegia bonis ecclesiarū à iure concessa, vt ex eius verbis collegit Bald. in tit. de pace Constanz. col. 5. Det. in. d. c. episcopus. idē Det. in dict. c. ecclesia. S. Mariæ. nu. 18. qui eam opinionem sequuntur. à quibus ego libenter dissentio autoritate glo. in cap. tuis. de præben. quam ibi probant Abb. Imol. ac Felin. in dict. cap. ecclesia. num. 10. asserentes ex ea, nihil aliud operari ad signationem illam patrimonij, vt eius titulo clericus sacris ordinib; insigniatur: quàm quod satisfiat per eam canonibus statuētibus, neminem ad sacros ordines promouendum esse: nisi is habeat patrimonium, ex quo valeat absq; mendicare alimenta sibi ministrare. vnde tale patrimonium ex hac adsignatione non efficitur ecclesiasticum, nec habet priuilegia bonorum ecclesiarum. Nec in contrarium vrget autoritas Bernardi: nam & is tantū scribit hunc promotum ad sacros ordines, in persona, & rebus gaudere priuilegio clericis: quod nemo negat quātum ad priuilegia clericis: & eorū patrimonio à iure concessa: nec ex hoc sequitur clericū in hoc patrimonio habere priuilegia bonorum ecclesiæ: cum id diuersum maxime sit. Deinde gl. Bernardi loquitur in clerici patrimonio, quod non fuit promotionis tempore expressè destinatum in titulum alimentorum: sed tacitè ex iuris dispositione, eonempè casu quo clericus habens patrimonium absque vilo titulo, nec beneficii ecclesiastici, nec patrimonij fuit per episcopū ad ordinem sacrum promotus: censetur etenim satis ordinem donatus ex tacito titulo patrimonij quod possidebat. Ecce igitur qualiter in ea specie, quam Bernardus exposuit, nulla tituli patrimonialis præcessit cōstitutio expressa: quo quidem casu Bal. & Det. minimè loquuntur: nec, vt ipse existimo, dicerent, nec concederent id, quod è nimis extorta Bernardi adsertione ausi sunt profiteri: præmissa expressa tituli patrimonialis cōstitutione, quibus omnibus non parum accedit, quod ipse contra Ioannem Fabrum adnotauit in capi. Rainaldus, de testam. §. 2. num. 7.

Id verò, quod obiter insinuauimus, citationem requiri cum agitur de præstanda absolutione à iuramento, ne lector dubitet in hoc, ratione illa probatur: & aduersus inauditam partē nihil diffiniendum est cap. 1. de caus. poss. cap. caueat. r. q. 9. l. de

Variarum Resolutionum

9. l. devnoquoque. ff. de re iudica. Iuramentum enim regulariter obligat iurantem, & ea obligatio ex divina intercessionepriuato, cui iuratum est, acquiritur, esset ergo iniquum iuranti concedere absolutionem, nisi altero citato: quod in specie notant Docto. & maxime Card. Abb. col. pe. Feli. nu. 23. in cap. 1. de iureiur. Curti. Senior col. 65. col. vlt. Deci. in. c. qua fronte. de appellat. col. vlt. Selua, de iureiu. q. vlt. Guido Papæ. q. 225. Carol. Ruinus consi. 66. num. 2. libr. 4. idem Guido Papæ decif. 140. Capella Tholosana. 62. Archid. & alij in cap. licet canon. de electio. in. 6. quam opinionem communem esse fatentur Curtius, Deci. & Selua superius citati. nec vlli dubium est eam veram esse, vbi absolutio petitur, vt & simul tollatur obligatio ex iuramento contracta, & prorsus ipsius contractus vis euanescat: tunc enim tractandum est de iustitia, & veritate contractus: cum agatur de eo dissoluendo, & rescindendo: nimirum igitur, si alter citandus omnino sit: huius rei illud exemplum passim obuium est, cuius meminit Romanus Pontifex in ca. 1. de iureiura. Cum quis p. oponit seipsum contractum, & promissionem vsurariam iuramento præstito confirmasset: & petat absolutionem præstita ab eo iuramento: à contractu liberum & immunem iudicari. Nam & hæc petitio, tametsi quodam modo differat ab ea; quæ in dict. cap. 1. traditur: admittenda nihilominus erit, vt exiimat Areti. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. pet. præmittunt Oldral. cõs. 129. Laurent. à Rodulphis in tract. de vsuris. q. 120. & id fatentur quotquot Oldradi in præfato respõso decisionem sequuntur. Bald. tamen & Soci. in dict. §. si tibi. minimè admittunt hanc petendi formulam dicentes, prius esse tractandum de absolutione, quam agatur ad contractus rescissionem, ita quidem vt obtenta absolutione non aliàs de iniquitate contractus tractetur. Et hoc probari videtur ex his, quæ Bar. scribit in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. num. 5. & 9. post glof. vbi verb. restitutionis. ff. ex quib. caus. maio. item post in glo. in l. in honorarijs. ff. de actio. & oblig. dicens actionem rescissoriam non posse deduci ad iudicium: nisi prius per officium iudicis habita restitutione. quam opinionem sequuti fatentur communè esse Faber. & Iaso in §. rursus. Insti. de actio. nume. 82. eadem ergo ratione agi non potest ad contractus rescissionem ex causa vsurarum, nisi prius absolutio præstita fuerit à iuramento, quod impedit actionem proponi: vsucapio etenim impedit actionem rescissoriam deduci ad iudicium: restitutio verò hoc impedimentum tollit vt constat igitur prius est expedienda causa & lis, quæ ad tollendum impedimentum tendit.

- Verum, vt res ista apertissime intelligatur, est animaduertendum ad duas species in quas diuiditur hæc controuersia. Prima quidem, ita exponitur, vt præmittamus eum, qui iurauit ratione contractus iurati nihil ex proprijs rebus præstitisse hætenus. Sed tantum id agere velle, vt ab obligatione contractus, vinculoque; iuramenti liberetur: nè alter, cui iuramentum præstitit, aduersus eum agat forsan eo tempore, quo iurans sit minus instructus ad defensionem: aut sanè iurans vult hunc scrupulum, quem ex vinculo iuramenti concepit. quiq; ipsum torquet. à se abijcere. Et in hac quidem specie si contractus vitium habet vsuræ, poterit is, qui iurauit primum petere à iudice ecclesiastico, vt compellat eum, cui iuramentum præstitit, hoc iuramentum eiusq; obligationem remittere capi. 1. de iureiur. vbi glo. communiter recepta adserit, iudicem ecclesiasticum loci ordinarium esse competentem ad hoc, etiam, si vterq; litigator laicus sit. Sed & iudex secularis poterit ad iurantis petitionem alterum cogere, si laicus sit, ad remissionem huius iuramenti. Frederic. consil. 271. Roma. singul. 492. Felin. in dict. cap. 1. num. 25. Matthæ. Afiliæ. decif. 263. Guido Papæ. consil. 209. in fine. Et licet Feli. in. c. cum sit generale. num. 7. de for. comp. dubitauerit de hoc, probatur tamen ea ratione, quod sicuti iudex secularis laicum cogere potest ab seruandum iuramentum licitum, cap. licet. de iureiur. in. 6. ita iurisdictionem habebit contra laicum, vt eum compellat remittere obligationem iuramenti ex eius parte illiciti. Quod si hoc remedium satis sufficiens non fuerit ob contumaciam alterius, poterit iurans ab episcopo petere absolutionem ab huius iuramenti vinculo: quod per absolutionem episcopi ordinarij tolli potest ex eo quod illicitum est ex parte recipientis. text. in. c. si verò. & c. cum quidam. §. vlti. de iureiur. adiuncta decisione text. in. cap. nuper. de sent. excom. notant Abb. in ca. ad aures. de his quæ vi. Felin. post alios in dict. cap. 1. nume. 16. Abb. in cap. per venerabilem. 8. col. qui filij sint legit. Curti. Senior. conf. 43. art. 2. & conf. 65. col. pen. & licet praxis obtinuerit, vt prius agatur primo remedio quam hoc, vt adserunt Imol. & Feli. in dict. capit. 1. parum oberit huic negotio absolutionem à iuramento peti, nondum petita ab altero eiusdem vinculi remissione. Et idè erit in quolibet alio iuramento, quod illicitum turpe sit ex parte illius, cui iuratur. Nam absolutio peti poterit ab episcopo: quæadmodum probatur in dictis locis. In hac equidè specie, quam hætenus proposuimus, absq; vllò dubio, iurans poterit petere absolutionem à iuramento, & simul pronunciari contractum illicitum esse: & ideo minimè ser-

mè seruandum: id etenim tantùm agitur, vt absolutio à iuramento præstetur ratione materiæ in contractum & iuramentum deductæ. Nec præstita absoluteone aliquid est à iurante exigendum proposita ab eo actione: & necessario, plenaria causæ cognitione præmissa ad absoluteonem, cõ sequitur contractum esse rescindendum. Quæ ratione simul hæc eodem libello peti possunt. cùm ea, quæ in contrarium adducuntur à Bald. & Soci. sint intelligenda, quando cõcessa per iudicem restitutione, & ita sublato impedimẽto est necessario proponenda actio: nec sequitur data restitutione, aut amoto impedimento, habere agentem ius omninò ad id, quod secundo loco petit. quod patet in petente restitutionem officio iudicis aduersus vsucapionem: non enim sequitur: data restitutione aduersus vsucapionem: rem quam alter possidet propriam esse illius, qui restitutionem petit. Iterum enim agere eum oportet ad eam rem iure dominij, vel alia quæ ei competat, actioe. cùm ergo absolutio in huius primæ speciei modum petitur, citatio necessaria est: plenaque causæ cognitio adhiberi debet: ex omnium vnanimi resolutione. Secunda huius controuersie species est, & tendit in eum casum, quo data absoluteone à iuramento, ipse qui iurauit agere debet, aut vult ad aliquid consequendum, quod ratione iuramenti dederat ei, cum quo contraxit: & licet Bal. & Socin. refragentur, adhuc opinor posse eum petere absoluteonem à iuramento & simul in euentum absoluteonis præstitæ actionem ad repetendum id, quod dederat, in iudicium deducere. Nam, vt inquit Areti. etiam si verum sit. actionem hanc secundo loco propositam nõ competere, nec posse deduci ad iudicium: nisi prius sublato impedimento iuramenti: quid tamẽ vetat eam proponi, ac deduci in euentum absoluteonis præstitæ, & sic sub conditione necessaria ad agendum? Quod pulchrè docet iurisconsultus in l. in tempus. ff. de hæred. in sili. & id frequentissimè fit: cùm agitur de præparatione actionis, & de tollendo impedimento, quod actionis exercitio oberat: fatemur enim in exẽplo Barto. in dict. §. sed quod simpliciter. non competere actionem rescissoriam, nisi concessa restitutione per officium iudicis, quod omnes probant, & id iure verissimum est: negamus tamẽ læsum non posse per officium iudicis restitutionem in integrum petere, & simul in euentum restitutionis cõcessæ actionem rescissoriam deducere in iudicium nihil sanè hunc proponendi modum reprobum facit: imò sæpissimè eo utimur in restitutionibus minorum, ecclesiarum, & maiorum ex his causis, ex quibus maioribus concedi debet beneficium hoc restitutiois in integrum.

Tota igitur & potissima difficultas cõsistit in eo casu, quo iuramenti absolutio petitur ad eum tantum effectum, vt intrepidè & absq; periurij periculo, qui iurauit, possit agere, vel excipere cõtra iuratum contractum, vel petere quæ ratione illiustradidit, & sic ad effectum, quod aiunt, agendi. Et sanè sunt qui existimēt etiam tunc citationem esse præmittendam ea ratione quod qualis qualis causæ cognitio necessaria sit saltem summaria ad hanc absoluteonem concedendam, vt scribunt Frederi. conf. 300. & Domi. conf. 16. ad finem. igitur citatio requiritur. quod expressim in hac questione notant Ancha. cõf. 282. & consi. 198. Alex. conf. 222. libr. 2. nume. 8. Guido Papæ. q. 225. & q. 140. quorum opinionem tutiorem existimat Feli. in dict. cap. 1. de iureiur. & esse communem adferunt Curt. Senior conf. 43. art. 2. & Hippo. in l. de vnoquoq; nu. 163. ff. de rei iudi. Rursus in contrariam sententiam apertissimè tendunt Old. di. conf. 120. Ancha. conf. 18. Deci. in dict. c. qua fronte. eamq; communem esse opinantur Alciat. in cap. cùm contingat. de iureiur. num. 125. Gomec. in tracta. breuium. nu. 46. & seruari apud Gallos testantur Guiliel. Bened. in cap. Rainūtius. de testam. verb. duas habens filias. col. vlt. & Ioan. Rupellanus libr. 1. forens. Institut. capi. 33. qui omnes adferunt, citationem minimè requiri, quoties tractatur de danda absoluteone à iuramento ad effectum agendi: ex eo quod in eo iudicio summam tractetur de causa absoluteonis tantum: atq; subinde modicum præiudicium alteri contingat: siquidem ea virtus, quæ ex iuramento contractui accedit, salua & inuiolata manet etiam præstita absoluteone, de qua modò agimus. quo fit, vt forsatis hæc vltima opinio sit magis praxi conueniens. quam pluribus ad id citatis sequitur Caro. Moli. in Alex. conf. 222. litera. b. libr. 2.

Ex his tamen notanda sunt quatuor. Primum quidem, quod præstita absoluteone ad effectum agendi, si plenario iudicio pronuncietur contractum esse validum, nihilominus qui prius iurauerat, vinculo iuramenti adstringitur ad illius contractus obseruationem: nõ enim absolutio ei quidquam prodest, præterquam ad effectum agendi auctore Bald. quem Imol. & Soci. sequuntur in l. hæc scriptura. ff. de cond. & demonstra. Secundo e contrario, si iudicio summario præstita absoluteone ad effectum agendi, tandem plenario iudicio contractus iudicetur vsurarius, tutius sanè erit peti iterum absoluteonem à vinculo iuramenti: cùm prior absolutio fuerit præstita tantum ad effectum agendi, vt scribit in specie Feli. in dict. c. 1. de iureiur. col. pen. tametsi necessaria omninò nõ sit hæc absolutio. Prima etenim absolutio ad

D 2 effectum

effectum agendi præstita hunc sensum habet, vt liberè agat contra illum contractum: quodq; si probauerit eum vsurarium, aut illicitum esse, ab eius iuramenti & contractus vinculo solutus sit auctore Paulo Castreñsi cõs. 259. lib. 2. col. penult. Tertio aduertendum est in Romana curia ex stylo Signaturæ minimè concedi absolutionem ad effectum agendi à iuramento præstito in obligationibus conceptis in formam cameræ Apostolicæ, vt testatur Ioan. Staphilæus de literis grat. & lust. Fol. 18; Quarto est adnotandū non tantum esse concedendam absolutionem à iuramento ad effectum agendi: sed & ad effectum excipiendi secundum Ludouic. Gome. in dict. tract. breuium. me. 47. licet ipse referat, id Romæ maximè controuersum fuisse. Quintum est quod idem Staphilæus adinonuit col. 167. nempe in absolutione, quæ minori conceditur in specie authent. sacramenta puberum. C. si aduers. veditio. formam istam seruandam fore, vt eidem minori aperiatur via ad implorandum officium iudicis absq; perijurij reatu super restitutione, quatenus de iure sit ei concedenda. Ex his enim verbis colligitur id tantum minori ex hac absolutione cõcedi, quod ex absolutione ad effectum agendi solet maioribus eam petentibus competere: & ideo absolutio ista non impedit iuramenti vim, quæ contractui accessit ex decisione dictæ authent. sacramenta. Sed nihilominus erit tractandum in ea lite sitne concedenda restitutio minori, qui læsionem grauissimam dolumq; re ipsa cõtingentem allegat. Nam esse tunc necessariam absolutionem ipse opinor ex eo quod consensus præstitus fuit à minore huic contractui & iuramento. argum. capi. debitores. cap. 1. cap. si verò. de iureiur. tametsi necessaria non esset talis absolutio, vbi dolus ex proposito contractui accessisset, cum vis consensus iurans omninò impederit: quod Abb. expressim asserit in. c. cū contingat. de iureiur. nu. 3. & 23. cuius opinionem cõem esse fatetur Alciatus ibi. 3. nota.

Obitèr tamen admonendus est lector in ea questione, vtrum sit necessarius ad effectum agendi absolutio à iuramento per metū præstito in his contractibus, qui alioqui sine iuramento minimè obligant: aut rescindi possunt: at eo accedente potissimam vim consequuntur iuxta cap. cum contingat. cap. quamuis pactum. authent. sacramenta puberum. sepius inè in praxi à iudicibus secularibus actionem admitti, nulla præmissa absolutione: ex sententia Panormit. in dict. capi. cum contingat. col. 2. cuius ipse mentionem feci in Epitome de Spõsalib. 2. part. cap. 3. §. 5. quo in loco alios citavi, qui Panormi. sequuntur. atq; item plures qui ab eo discedunt meo iudicio veriorè opi-

nionem eligentes. Fortasse tamen praxis hæc apud iudices seculares ideo locum obtinuit: nè iudices ecclesiastici, à quibus petitur absolutio iuramenti ad effectum agendi, contentur non tantum eam agere & tractare causam, sed & principalem controuersiam, ipsiusque contractus vim, & obligationem propria sententia definire, sequuti adfertionem Baldi in. l. ordinarij. C. de rei vendi. dicentis, iudicem causæ præuix & præparantis esse etiam iudicem competentem ad cognoscendam de causa præparata: iuxta tex. in dict. l. ordinarij. cuius hæc sunt verba. Ordinarij iuris est, vt mancipiorum orta questione prius exhibitis mancipijs de possessione iudicetur, ac tunc demum causa proprietatis ab eodem iudice decidatur. Quæ sanè cõstitutione perpèsa Baldo accedunt Alex. & Ias. in. l. quoties. C. de iudic. Felin. in capi. cum sit generale. num. 4. de for. compe. idem in cap. 1. de iureiur. nu. 27. Alex. cõs. 58. lib. 1. num. 7. idem cõs. 63. libr. 3. Curti. iunior in rub. C. de edendo. num. 14. Catell. Cotta. dictione Iudex. & esse hæc opinionem communem fatentur Feli. in. c. 2. de sponsal. nume. 24. Deci. & Ripa in rub. de iudic. pro qua etiam adducitur glos. in ca. Paroecianos. de sent. excom. dicens, iudicem ecclesiasticū posse cognoscere aduersus laicum de æstimatione iniuriæ clerico illatæ, si coram eo petatur absolutio ab excõmunicatione canonis. Igitur iudex competens in causa præparante, erit etiam competens in præparata: cum alioqui iuxta glos. prædictam iudex ecclesiasticus nequaquam possit tractare actionem iniuriarū aduersus laicum principaliter à clerico propositam. Et licet hoc modo inducta, probet dict. glo. Bald. opinionem secundum Feli. ibi & in dict. cap. cum sit generale. Falsum tamè præmittit dū opinatur Clericū nō posse cõtra laicum agere actione iniuriarum coram ecclesiastico iudice: potest etenim si laic⁹ manus violentas in clericum iniecerit: cum id sacrilegiū sit: & ita in specie reprobāt glos. Antorijs, Card. Abb. Fel. & docto. ibi probat eorum opinionem text. secundum Abb. in capi. cum non ab homine. de sent. excom. Sed aptius probatur sententia Bald. per gloss. in cap. vlti. 11. q. 3. Paulus verò Castrensis in dict. l. ordinarij. hanc opinionem Bald. dubiam esse existimat, nec credit veram esse, cui præter alios Deci. consentit in dict. rub. de iudic. 2. col. dicens minimè probari in dict. l. ordinarij. cum ibi iudex causæ præparatoriæ esset etiam iudex competens ad causam præparatam: qua ratione verior videtur opinio Pauli, & Decij. quibus aliquantulum suffragatur text. in. l. 1. C. ad exhib. vbi Præses prouinciæ iubet rem exhiberi, & ea exhibita apud alium iudicē principalis causa tra-

si tractatur: quem text. ad hoc notant ibi Saly, & Deci. in dict. rubr. de iudic. verum rem ipsam vltius excogitans aduertendum censeo. Quoties præstita absolute ad effectum agendi, contra ipse examinandus est: an habeat vsuræ, Simonix, aliudve vitium, cuius cognitio ad ecclesiasticum iudicem pertineat, nulli dubium esse, cum sententia Bal. vera omnino sit. Quod si alio iure, cuius cognitio propria non est iudicis ecclesiastici ad rescissionem contractus quis agere velit: tunc sanè mihi non placet Baldi opinio. Nam si ipse qui obtinuit absolute ad effectum agendi velit coram eodem iudice de rescissione contractus agere, alter qui verè reus est in ea lite poterit iudicium illud effugere dicens, seipsum conueniendum esse coram proprio iudice ex ea regula, quæ dicitur, oportere actorem sequi forum rei. Nec quidquam facit constitutio vltima, de foro compet. in. 6. cum ea inducta sit in fauorem iuramenti. & illius, cui iuramentum præstitum sit: non autem in fauorem illius, qui aduersus iuramentum agere contendit. is etenim illius canonis finis est, vt iudex ecclesiasticus cogat iurantem fidem religione stabilitam obseruare. Nec video qua ratione secularis iudex incompetens sit ad cognoscendum, an ex iuramento vim aliquam contractus adquisierit. Nam si eum ad hoc non esse idoneum iudicem fatemur, plura iudicia quæ passim ab eo iure tractantur, ex iurisdictionis defectu planè everti possent. Si verò concessa absolute ad effectum agendi, agat quis coram seculari iudice ad rescissionem contractus: alter autem petat illud iudicium proponi ac deduci coram iudice ecclesiastico, qui absolute concesserat: nullo iure hoc perit, si quidem ratione iuramenti non est ad ecclesiasticum hæc questio deferenda: cum non agatur ad obseruationem iuramenti: ac per absolute præmissam sit sublati effectus illius constitutionis, quæ vltima est de foro compet. in sexto. vt existimant Abbas in capit. primo. de iure iuran. versicul. tertium remedium. & versic. his autem sic discussis. & Felinus collo. 3. versic. sed hoc non placet Abbati. Ex quibus illud apparet quod quibusdam dubium videri solet: nempe textus in dict. capit. vltimo. esse intelligendum, vbi agitur ad obseruationem iuramenti: non autem, vbi agatur ad contractus iurati rescissionem obtenta prius absolute ad effectum agendi: quod expressim adseruit Decius in rubric. de iudic. colum. tertia. licet falsa ratione vsus, & ideo ab eo discesserit Ripa numero. 28.

His ergo aduersus Baldi doctrinam perpensis & examinatis deducitur nõ esse omnino iustum

metum, qui ansam forsan præbuit, vt in praxi opinio Panormitani, exclusa receptiori & sanè vteriori sententia, reciperetur.

Quin & illud admonendum est: apud iudices regios, qui prætorijs assunt vsu obtentum esse, vt actionem admittant aduersus contractum iuratum qui tamen rescindi possit ex Prætorio edicto, quod metus causa. nulla prius absolute impetrata ad effectum agendi, etiam si iuramentum metu quidem præstitum accesserit contractui valido, & qui secluso iuramento, ni metus causam dedisset contractui, validus & firmus fore iudicandus. Cum tamen in hac specie absolute istam exigi ad effectum agendi frequentissimè à iuris vtriusque professoribus fuerit receptum, idque procul dubio ex canonibus probatissimum sit.

Ex capite sequenti.

- 1 *Minor læsus in renunciatione beneficii ecclesiastici restituendus est, etiam postquam beneficium alteri fuerit collatum. & nume. 3. Versi. contrariam.*
- 2 *Minor quandoque in integrum restituitur, etiam si de lucro quod læsio abstulerit, tractetur.*
- 3 *In permutatione beneficiorum ecclesiasticorum locus non est auxilio. l. 2. C. de rescind. vendi. & nume. 8.*
- 4 *Conferre, aut dimittere per resignationem beneficia iure sanguinis an sit illicitum, vel simoniacum?*
- 5 *Quid de ea renuntiatione, quæ fit sub conditione, vt beneficium Titio conferatur?*
- 6 *Renuntiatio beneficii ecclesiastici facta absque prelati auctoritate non tenet, & ibi intellect. ad tex. in cap. cum vniuersorum. de rerum permutatione.*
- 7 *Intellectus. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minoribus.*
- 8 *Intellectus in capit. vltimo. de iudic. in. 6.*
- 9 *Intellectus capit. ad quæstiones. de rerum permutatione.*

De minore enormiter læso in spiritualibus: an & is restituendus sit. Caput. V.

D 3 Quærit



Verit Accursius in. l. ait pre-
tor. in princ. ff. de minori. sit
ne concedenda in integrum
restitutio minori enormiter
laeso in spiritualibus: & pra-
cipue in ecclesiastici benefi-
cij renunciatione. in qua

1 quide quæ etione ipse respondit; non esse mino-
rem, utcunque grauer laesam restituendum:
quam opinionem probat Cardina. in capitul. ex
parte. de restitutione spoliatorum. quo in loco
Bernardus Accursij sententiam admittit; ac ve-
ram esse censet, vbi beneficium illud alteri ex
renunciatione collatum fuerit: quasi secus dicen-
dum sit quando nondum est alteri beneficium
collatum. eam distinctionem Panorm. ac cæteri
frequentius sequuntur. Barto. quoq; Bal. & Albe-
ri. expressius in dict. l. ait prætor. Iason in. l. Gal-
lus. §. & quid sit tantum. ff. de lib. & posth. nume.
72. Aymon Sauilli. conf. 90. Fran. in cap. dudum
de præb. in. 6. quod probatur Primò authoritate
Jurisconsulti in. l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de
minori. vbi restitutio minoribus etiam grauer
laesis negatur, si post laesionem bona in alium no-
uo contractu translata fuerint. notant Barb. cõf.
32. lib. 3. col. pen. Galiaul. in dict. §. & quid si tan-
tum. nu. 97. Secundò, in spiritualibus minor an-
nis viginti quinque maior censetur, & vti maior in
iudicio agere potest. cap. si annum. de iudic. in. 6.
igitur restitutionis beneficiũ minimè cõpetit mi-
noribus in his, quæ spiritualia sunt. Tertio, in ma-
trimonij contractu minor annis viginti quinque
nequaquam est restituendus etiam enormiter læ-
sus, siue loquamur in matrimonio carnali, siue
spirituali. Specul. tit. de in integrum. rest. §. qua-
liter. vers. quid si minor. Bald. in rub. de iudic. 1.
lect. col. 2. Alberi. in. l. 1. C. si aduers. dot. etiã si do-
lus causam contractui dedisset. glo. sing. secundũ
Abb. in cap. pe. de his quæ vi. cuius mentionem
fecimus in Epitome de sponsalib. 2. part. cap. 3. §.
7. num. 1. 2. & 3. quo in loco eius rationẽ satis aper-
tè monstrauius.

Quartò etiam si dubium sit, an minori conce-
di debeat in integrum restitutio vbi de lucro agi-
tur non de damno: quibusdam adferentibus hoc
casu denegandam esse restitutionem, quæ da-
2 minus eiusq; compensationem respiciat. l. mino-
ribus. ff. de minori. tantum enim in hoc auxilio
agitur, vt restitutio conferat id, quod abstulit læ-
sio: quod in specie notant Cuma. & Roman. in. l.
cũ quidam. ff. de adq. hære. in princ. quo in lo-
co Alex. Imolen. hanc sententiã vt puerilem in
probat, exultimans post Angel. Paul. Castre. &
Imolã etiam ad lucrum minorem restitui: cùm

lucrum ipsum verè læsio abstulerit. atq; ita cùm
de interesse tractatur, etiam interesse lucrifessan-
tis consideratur, eiusq; ratio habetur. tex. elegans
in. l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cert. loco. & in. l. si steri-
lis. §. si per venditorẽ. ff. de acti. emp. glo. insignis
in. c. conquestus. de vsuris. quod alibi latius discu-
tabimus. Sic enim minorem etiam ad lucrum res-
titui expressim ab Vlpiano traditur in. l. ait Præ-
tor. §. vlti. & l. sequenti. & l. non omnia. ff. de mi-
nori. l. quamuis. 2. respon. C. de iur. & fact. igno-
ran. notat glo. verb. restituius. in cap. auditis. de
in integ. restit. & ibi Hosti. Ioan. Andr. & Abb. la-
tius Tiraquellus lib. 1. de retrac. §. 35. glof. 2. nume.
9. tradunt Areti. & Iason. in. l. 3. §. labeo. ff. de ad-
quirendi. poss. nume. 15. quasi damnum sit lucro
priuari. Sed tamen hæc restitutio quories de lu-
cro agitũr, minoribus non est concedenda re non
integrã nempe cum res de cuius restitutione tra-
ctatur, alteri iam quæ sita fuerit. tex. optimus in
l. quod si minor. §. Scæuola. ff. de minor. quem ita
expedit Abb. in dict. cap. ex parte. cui maxime
accedere potest, quod notat Barto. in. l. etiam. ff.
de minor. & in. l. vlt. C. in quib. caus. in integrum
restit. non necess. ex quibus videtur, minorem
qui beneficio ecclesiastico renunciauit, si illud al-
teri collatum sit, non esse in integrum restituendũ.
cũ de lucro tractetur in ea restitutione.
Nam is, qui tractat de beneficio ecclesiastico ad-
quirendo, de lucro, non de damno agit. tex. in. c.
dudum. de præbend. in. 6. singul. secundum Fran-
3 ibi & Card. in dict. cap. ex parte. col. 2. Quintò, in
eiusdem sententiæ comprobationem facit quod
plerique adnotarunt dicentes, non esse locum re-
fissioni contractus, etiam si deceptio vltra dimi-
diam contigerit maioribus ætate in permutatio-
ne beneficiorum ecclesiasticorum: quod notat
Bald. quem ibi sequitur Panthaleon Gremenis
in. l. 2. C. de rescind. vendit. 29. Fallentia. Ancha.
numero. 12. Imola. numero. 24. in cap. cùm causa
de emptio. & vendit. Deci. eleganter conf. 210. nu-
mero. 8. his non citatis: quod si ad tantam aufe-
rendam læsionem in permutatione beneficio-
rum ecclesiasticorum locus non est auxilio à iu-
re communi concessio: multò minus erit locus re-
medio, quod iure speciali inductum est. argum-
tex. in. l. eius militis. §. 1. ff. de testam. milit. §. quia
verò. in auth. de non alienand. aut permut. reb.
eccles. quibus sanè potuit persuaderi Philippus
Probus in additionibus ad Cholinã in prignat.
sanct. tit. de pacificis poss. verb. impedimenti. vt
scriberet seipsum nec vnquam vidisse, nec auri-
bus percepisse, in causis spiritualibus, & præser-
tim vbi de beneficijs ecclesiasticis agitũr, minori-
bus restitutionis auxilium concessum fuisse.

¶ Contra-

Contrariam sententiam veriore esse iure opinor, atque ita restituendum esse reor minorem læsum in beneficii ecclesiastici renūciatione, etiā si illud beneficium post eam renūciationem alteri collatum sit. Quod tenent Vincent. in. c. ex literis. & cap. constitutus. de in integ. resti. Imol. in dict. ca. ex parte. quibus subscribit nouissimè Emanuel à Costa Lusitanus in. 8. & quid si tantum. 2. part. num. 63. his suffragatur regula iuris, quæ generaliter statuit minores læsos enormiter restituendos esse: à qua apertissimè ostendemus non esse exceptā quæstionem, nec causam hanc, quam tractamus, si ad propòsita in contrarium responderimus sufficienter. Quin & Ludouic Go meci in reg. Cancell. detrienna. post. q. 15. eius opinionis est, vt existimiet etiam in his, quæ pertinent ad beneficia ecclesiastica: minorem enormiter læsum, restituendum esse. idem prius notauerat Chosmas in pragmat. sanct. titul. de pacificis post. verb. impedimenti. pro quo induci poterit tex. elegans in capi. cum vniuersorum. de rōum permut. nam ibidem ex æquitate potius, quam iuris rigore subuētum fuit maiori decepto in renūciatione beneficii ecclesiastici: nè decipientibus iura fauorem exhibere videantur. Conueniunt etenim omnes Doctō. iure non fuisse restituendum beneficium illud ei, qui semel per renūciationem id dimiserat: propter pactiones simoniacas ipsius permutationis. Ex his namque pactiōibus priuari debet quis beneficio. ecclesiastico. cap. cum olim. iuxta comunem. eius. interpretationem de her. perint. Pactio autem simoniacæ ex eo videtur illi permutationi adiecta, quæ facta fuerit ea expressa conditione, vt consanguineo præbenda assignaretur, vt scribunt ibi Innoc. Panormit. & alij. quod falsum est tribus rationibus. Prima, quod pœna statuta in ca. cum olim. pertinet ad beneficia adquisita per pactiōem simoniacam, nõ ad beneficia dimissa. ex simoniacæ conuentione, vt aduertit Fortunus. in. l. iuris gentium. nu. 23. ff. de pact. Secunda, quod prædictam pactiōem præcessisse non colligitur ex eo capite: & præterea licet præcesserit ea pactio, non facit renūciationem simoniacam: cum nihil temporale detur pro spiritali: sed tantum id agatur

4 vt beneficium ecclesiasticum paciscentis consanguineo conferatur: in quo nulla est vera simonia: siquidem & beneficium ecclesiasticum conferre consanguineis, simoniæ vitium non habet, secundum Thomam. 2. 2. q. 100. arti. 5. imò nec peccatum est, modo dignis fiat collatio: Syluestri. verbo, simonia. q. 16. quibus adde eundem. verb. renūciatio. q. 6. Florent. 2. part. tit. 1. cap. 5. §. 11. Fel. in capi. ad audientiam. in. 3. de rescript. Ioan. Baptistam

de S. Seuerino in tracta. de pensionib. q. 19. Non obstat tex. in cap. vnico. vt eccles. bene. vbi gloss. verb. carnalitate. ex eo notat, simoniã esse conferre beneficiũ prætextu consanguinitatis: idem asserit text. in ca. nemo. de simo. Nam tex. in dict. cap. vnico. probat illicitum esse sacerdotia hoc titulo conferre: non tamen ex hoc sequitur, simoniæ crimen committi. multa etenim illicita sunt in his spiritalibus negotijs, quæ simoniæ nomẽ non merentur. Deinde non negat ille text. posse hoc ipsum licitè fieri: cum secluso sanguinis iure: is cui collatio fit, dignus est illius Sacerdotij administratione. Et verè quidẽ vetitum est in conferendis beneficijs, sanguinis non meritorum rationem haberi, vnde non iniquum erit: imò profectò æquũ, modò quis non cæcuet, viros scientia, & moribus insignes, sanguine verò proximos ad hæc munera ecclesiastica eligere. Item quidẽ illicitum agere in his spiritalibus ratione sanguinis, malum est: sed non simoniacam, exigitur etenim vt vera sit simonia aliquid spiritalẽ pro temporalis, veluti pretio in conuentionem, pactiōem adducere: quod alibi tractabitur. Ergo beneficia ecclesiastica conferre, dimittere, aut his renūciare, iure & ratione sanguinis, propriè simonia non est: ius siquidem sanguinis nequaquam consideratur hic vt pretium spiritalis: licet impropriè hoc dici possit simoniacum, vt Romanus Pontifex dixit in dicto cap. nemo. quanuis Ioan. Maior. in. 4. sentent. dict. 25. quæst. 3. scripserit, simoniam esse conferre beneficium alicui ratione sanguinis: quod de vera simonia iure intelligi non potest. Sed si quis beneficium conferat alteri, aut ei in alterius fauorem renūciat ea pactiōe, vt certam pecuniã, vel alterius rei quantitatem semel aut quotannis eius consanguineo habiturus beneficium det, vera simonia comittitur, ex Thoma dict. art. 5. quia spiritalẽ pro temporali veluti pro pretio datur. Conuincitur ergo ex his, pactiōem illam, cuius mentionem fecit text. in dicto cap. cum vniuersorum. non fuisse simoniacam, ex eo quod in pactum deductum fuerit, vt beneficium ecclesiasticum per renūciationem dimissum consanguineo conferretur. Quod si dixeris simoniam in ea conuentione commissam esse, quia renūciatio facta fuit ea conditione, vt beneficium alteri conferendum foret iuxta gloss. Abb. & doctō. in cap. ex parte. in. 1. de offi. deleg. & quod nouissimè tradit Aymon Sauill. consil. 122. dicens, renūciationem beneficii factam apud prælatum inferiorem, ea conditione, vt Titio eius collatio fiat, simoniacam esse, libenter respondeo, vt runque falsum esse, si propriè quid sit simonia intelligatur. Quid obsecro, temporale in

Variarum Resolutionum

pretium spiritualis datur, vel accipitur ex ea renunciatione? Nihil profecto, & ideo patet, nullam hic tractari simoniam authoribus Florentino, & Syluestro supra citatis. Nec ea conditio illicita est, quanuis praelatus inferior possit eam renunciationem reiecta conditione vti simpliciter factam admittere; & beneficium illud alteri, qui eo dignus sit, conferre: cum non teneatur seruare eam conditionem: quandoquidem hae renunciationes, in spiritualibus liberè & simpliciter fieri debent: quod omnes fatentur & praemittunt communiter in dicto cap. ex parte. & in specie tradit Ioann. Staphilæus de literis grat. & iuris. Fol. 66. & sequentibus. verum Romanus Pontifex passim eas renunciationes admittit sub ea conditione: vt sacerdotia Titio conferantur: hoc per renunciantem addito: se non aliter, nec alio modo renunciare, quam si ipsi Titio conferantur, vt scribit Callador. de renunciatione. decis. vltim. & de simo. decis. 2. à praelatis verò inferioribus non sunt renunciationes in hunc modum conceptæ admittendæ. Quòd si eas praelatus admitteret: nullum aderet vitium, saltem simoniae. quod & Dominicus Sot. probat lib. de iuris. & iur. 9. q. 7. arti. 2. In eo nil agit contra iuris prohibitionem, eas simpliciter admittens, expressè non approbans adiectionem conditionis: nec graue crimen committet praelatus si ea beneficia concesserit ei, pro quo facta est renunctio, modò dignus sit: nec praedicta collatio, ex eo nulla erit, quod facta fuerit ratione conditionalis resignationis: cum ea conditionalis renunctio in hunc sensum prohibeatur, vt ex ea praelatus minimè teneatur praecise beneficium conferre ei, cuius fauore adiecta fuerit conditio. Quin & ipse existimarem ex æquitate, secluso iuris rigore, rectissime acturum praelatum ipsum, qui eam renunctionem admisit simpliciter, non approbata conditione expressim, nec ea repulsa, si beneficium conferat illi, pro quo facta fuerit renunctio, modò sit eo dignus: nec renuncians decipiatur. Et quanuis alteri facta collatio nulla non sit ipso iure, nec possit iuris rigore improbari: tamen ab ipso Summo Pontifice eiusque supremis iudicibus forsàn ex æquitate rescindetur, ad effectum, vt vel id beneficium restituatur renuncianti, vel conferatur ei, pro quo renunctio facta fuerit, quod mihi persuadetur ex decisione tex. in cap. Inter cætera. de praeb. nec refert ibi factam fuisse renunctionem causa permutationis: comperit enim est iure veteri ante decisionem text. in Clem. 1. de rerum permut. praelatum, apud quem est facta renunctio ex causa permutationis, ex summo iuris rigore seclusa æquitate, ita potuisse

liberè conferre beneficium ecclesiasticum, cui renunctatum fuerat: sicuti si ex simplici renunctione vacaret, vt communiter adnotatum est in dicto cap. inter cætera. tamen sit æquitas à Romano Pontifice ibidem comprobata dicitur vel reddendum esse beneficium renuncianti, vel reddendum ei, cuius causa renunctio facta fuit.

Atque hæc, quæ de renunctione in fauorem diximus, ita vera esse censemus, si sincere in his renunctionibus res tractarentur ad ecclesiarum vtilitatem. At cum viderim ipse, idq; sit notius, quam disciplinae ecclesiasticae fortassis expedit ob mali exempli periculum, ab his resignationibus in fauorem originem ducere, & duxisse frequentissimas, easdemq; illicitas, & plerunque manifesta simoniae labe infectas pactiones, pensionum non admodum iustas constitutiones, beneficiorumq; collationes: quæ cum alioqui viris probis, & doctis fieri possent, iuuenibus, pueris, indoctis, ac Dyscolis sunt: non possum omnino probare renunctiones istas: imo, si quid ego mea sententia hac in re prestare possem, proferus eas à Christiana Republica exterminandas esse, & censuram, & iudicarem.

Discrimen verò illud hac in re constituendum est, quòd iure Clementinarum constitutionum, praemissa renunctio ex causa permutationis collatio facta alteri quam ei, pro quo renunctio praemittitur, est nulla ipso iure, at collatio facta alteri quam ei, cuius causa renunctio simplex sit, non erit nulla ipso iure: licet ex æquitate beneficium illud restituatur renuncianti, vel conferatur ei, pro quo is renunctauerit. Superest igitur adnotare veram rationem, cur ex iure semota æquitate in specie capi cum vniuersorum beneficium illud, cui renunctatum iam fuerat, non erat necessariò restituendum renuncianti ex causa permutationis, quæ tamen effectum non habuerat propter malitiam alterius, qui de permutatione tractauerat. Et sanè quanuis tractari priuatim possit de permutatione beneficiorum ecclesiasticorum, huius tamen tractatus conclusio perfectiove est ad episcopi consensum referenda: & eius auctoritas omnino exigenda, quæ admodum passim traditur, & praecipue per glo. Abb. Imol. & Raue. in dicto capitulo. cum vniuersorum. & in capitulo. cum olim. de rerum permuta. Decius consil. 141. colum. prima. Paritum consil. 130. libro 4. nam renunctio beneficij ecclesiastici fieri nequit sine auctoritate episcopi. capit. nisi cum pridem. cap. admovent. cap. quod in dubijs. de renunctio. quæ ratio si fiat absque eius licentia, beneficium nondum vacat, etiam quo ad renunciantem, donec ipsa renunctio per se periorein

periore aut per episcopum ipsum admittatur: sicut notant Abb. in capitul. ad aures. de his que vi. colun. penulti. Cardin. in dicto capit. quod in dubijs. quorum opinio communis est, vt idem Abb. fateretur in capit. quod Dei timorem. de stat. regul. quo fit, renunciante beneficio ecclesiastico adhuc post ipsam renunciationem verum habere titulum, & in ea beneficio, donec ea renunciatio per superiorem admissa fuerit. quod notant Innocent. Butrius, & Henric. in dicto capit. quod in dubijs. Alberic. in regul. quod in initio. ff. de regulis iuris. Ioan. Andre. in regul. raturum. eodem titulo. in sexto. Rota antiquior. 3. de renunciat. Felin. in capit. in nostra. corol. 34. de rescript. Marti. ab Azpilcueta in repet. cap. accepta. de restitu. spoliat. opposit. 7. illatione. 5. Cassador. decisio. 2. de renunciat. Optimè Carolus Molin. in regul. Cancel. de infirm. resignant. in pri. Contra Ludouic. Genes. ibi. quæstio. 29. Quin & aliud. eadem ferè ratione defenditur; etiam admissa renunciatio per superiorem, & facta alteri collatione eiusdem beneficii, plerisq; tamq; nondum expeditis, beneficium eidem renunciantis collato, eundem ex veteri titulo ad habere non: ex nouo. auctore Paulo. Paris. consil. 93. lib. 6. Ex quibus falsa est opinio gloss. in dicto cap. quod in dubijs. & in dicto cap. quod Dei timorem. vbi Bernardus scribit, per renunciatorem beneficij factam sine licentia superioris ipsam beneficium vacare omninò quo ad renunciantem, licet superior possit eum compellere ob utilitatem ecclesie, vt ei seruiat: quam ob rem non erit iniquum, imò summè æquum minoribus, vtatis facilitate deceptis in renunciatioe ecclesiasticorum beneficiorum, restitutionem concedi.

Nec oberunt huic opinioni, ea que pro prioris sententia adduximus. Primum etenim, quod ex dict. §. Scauola. notare conantur Barbat. & Galliaul. falsum est: cum ex iuris vtriusq; rationibus restitutio in integrum minoribus, & his, quibus iure concedi solet, omninò subueniat, etiam postquam res integra non est, inq; alium sit res translata nouo contractu, & titulo: siquidem in restitutione iustitia, qualis est hæc, que minoribus conceditur, bona etiam alijs que iusta restituuntur, secundum Bald. in l. vlt. num. 5. C. de sent. pass. Cuiusma. num. 7. Iaso. num. 37. Crotu. in nota. 56. Fort. tui. num. 152. & Lusita. 2. part. num. 49 in dict. §. 1. & quid sit tantum. Carol. Molin. in consuetud. Parisi. §. 22. num. 39. quorum opinio communis est, & probatur in l. quod si minor. §. restitutio. & l. si ex causa. in prin. ff. de minor. Nam quod attinet ad §. Scauola. satis aperte intelligitur ex his, que in penultima prioris opinionis ratione dixi-

mus. His accedit, quod restitutio, que minoribus iure, & iuste conceditur, licet officio iudicis subsistat, in rem tamen scripta censetur. l. si ex causa. in prin. & l. in caut. 9. interdum. ff. de minori. ex quibus ipse colligo aduersus emptorem, & tertium possessorem posse in iudicium deduci à minoribus hoc restitutionis auxilium, etiam si principalis sit soluendo: si minoris interfit plurimum ipsas res potius quam earum æstimationem habere: dabiturque ipsis minoribus restitutis utilis in rem actio aduersus emptorem, ac tertium possessorem: iuxta dict. l. si ex causa. quanuis vbi parum interesset minoris ipsam rem, vel eius æstimationem consequi, nõ posset hoc restitutionis auxilium dari aduersus tertium possessorem, & tempore contractus inficium, rem illam à minore fuisse emptam nisi in subsidium eo nempe casu, quo is, qui cum minore contraxerat, soluendo non sit, ex dict. §. interdum. & notant Alex. consil. 67. lib. 6. & Aywon consil. 7. ad finem.

Secundo non obstat ratio, quam deduximus ex cap. 3. de iudic. in. 6. non enim sequitur: minor vt maior potest agere in iudicio, ergo si la datur non est ei in integrum restitutio concedenda. nã & hæc collectio infirma, & fragilis est ex pluribus, & præsertim quod minor habet legitimam personam standi in iudicio, etiam sine curatore, maiorque censetur quo ad iudicium possessoriũ quod is proponere vel elicet absque curatore ne queat reconueniri. text. singul. ex intellectu glo. Bart. & doct. in l. vlt. C. qui legit. pers. stan. in iudicio hab. Panormita. in cap. cum dilectus. col. 3. de arbit. Et tamen minor agens interdicto possessorio, restitutionis in integrum auxilium habet, si in eo iudicio laesus fuerit gl. Bart. Bal. & alij in l. vnica. C. si de moment. poss. laton in l. 1. num. 10. ff. de iuris. omni. iudi. Pulchrè Alex. consil. 80. lib. 7. Ex quo inferitur vera interpretatio ad text. in cap. vlti. de iudic. in. 6. vbi cautum est in spiritualibus posse minorem annis vigintiquinque vti maiorem in iudicio agere, etiam sine curatore: vt tandem restitutio in integrum ei adcomodanda sit, ac concedenda, si in eodem iudicio laesus cõgigerit, quod ex prædictis apertissima ratione cõprobat. Sic & ecclesia licet agere possit in iudicio, restitutionis tamen beneficium lapsimè cõsequitur cap. 1. & 2. de in integ. restit. qua ratione Panor. in dicto cap. ex parte. num. 16. hanc argumentationem dissoluit.

Rursus nec tertia ratio obstat, quippe que locum habeat quo ad substãtiam matrimonij propter eius indissolubile vinculũ a consensu procedens: non tamen per hoc excluditur minor quin restitui in integrum iure debeat quous in matri-

Variarum Resolutionum

morio, & alijs spiritualibus læsus fuerit circa ea, quæ vel accidentia sunt, aut semel statuta reparari per in integrum restitutionem possint: quem admodum Alberi. post alios opinatur in. l. i. C. si aduers. dot. vbi probatur, minorem restitui in integrum posse, ac debere: si circa dotem in contractu matrimonij læsus fuerit. Idem probatur in. l. si ex causa. §. i. ff. de minori. notat optime Curti⁹ Iunior conf. 6. num. 20. & sequentibus. Hinc etiã & Alex. scribit in dict. conf. 80. lib. 7. minorem læsum in iudicio propria matrimonij confessione cū alioqui ipsam matrimonium nec semiplene probatum fuerit, restituendum in integrum fore: propter prædictam rationem.

Quarto ratio manifestè tollit ex eo quod text. in dicto capit. dudum. & quod ab eo adnotatum est: intelligenda sunt, vbi agitur de beneficio ecclesiastico, quod quis nõdum obtinuit, adquirendo, tunc etenim de lucro tractatur: at vbi agitur de recuperãdo beneficio ecclesiastico, quod quis semel obtinuerat, incauteq; dimiserat, de dãno euitando tractatur. & ideo huius ratione in integrum restitutionis auxilium concedendum est: licet beneficium alteri sit collatum.

Vltima ratio posset negari, cū & in permutatione ecclesiasticorum beneficiorum possimus vti remediõ: l. 2. C. de rescin. vend. vti probare conatur Antoni. Bursensis in cap. cum causa, nu. 59. de emptione, & vendit. a quo ego libenter dissentio communem opinionem sequutus. non enim video quo pacto possit illius constitutionis decisio permutationi beneficiorum adcomodari: cū ex eo quod ibidem tractetur de rebus, pecunia, pretiove æstimalibus: tum quod in horum beneficiorum ecclesiasticorum permutatione minime conuenit, quod in eadem constitutione statuitur de supplendo iusto pretio ad libitũ, & electionem emptoris, qui poterit si maluerit rem ipsam restituere, & quod dedit accipere. hoc verò nequaquam in hoc, quem tractamus, contractu fieri poterit. Siquidem vera simonia committitur in permutatione beneficij minoris emolumentum in redditibus cum beneficio pingui si in compensationem reddituum aliquid temporale detur pro æquanda ipsa permutatione secundũ Hadrianũ quolibet. 9. art. vlt. vers. ad quintum. nam si temporale nõ potest commutari cū ecclesiastico beneficio, quod spirituale cõsetur absq; vitio simoniæ, quod est iure diuino, naturali, & humano satis compertũ: nec etiã poterit pecunia, aliudve temporale dari in permutatione beneficiorũ pro æquãdo vtriusq; beneficij valore. Verè etenim datur temporale pro spirituali: nec iuuat quidquãd dicere, temporale dari in ea specie pro redditibus:

alterius beneficij, qui temporales sunt: cū hi reditus ex titulo beneficij, qui spiritualis cõsetur, percipiuntur: alioqui facile posset persuaderi, licet dari pecuniã pro beneficio ecclesiastico, & absque vitio simoniæ, hoc expressim addito, eam pecuniã non pro sacro titulo, sed pro ipsis temporali- bus, & profanis redditibus dari, quod à vero lógisimè abest. vnde nec principaliter, nec accessoriè in permutandis beneficijs quidquam temporale intercedere potest. vtcunque enim accedat pecunia, quidve temporale, accedit in pretium rei spiritualis. Quam ob rem falsum est, quod existimant per eum text. Abb. in capit. ad quæstiones. de rerum permutatio. Angel. verb. permutatio. §. 6. Caieta. 2. 2. quæstio. 100. artic. 4. dicentes licet accedere pecuniam in permutatione beneficiorum ad æquandum ipsum contractum: in æqualem quidem ex eo, quod alterum beneficium pinguiores habet reditus. Hæc siquidem opinio iniqua videtur: nec probatur in dicto capit. ad quæstiones. cui conuenit Regia. l. 2. titul. 6. part. 5. cū in ea decisio tractet de permutatione ecclesiarũ pro ad earum bona temporalia: non quo ad titulum mutare spiritualia. imò si exactè ea Decretalibus consideretur, Hadriani sententiam potius, quam Angeli confirmat, dũ exigit in daturina ecclesiarum permutatione separatim temporalia, & temporalibus, spiritualia spiritualibus commutari, vbi Doctor. communiter adnotarunt: ita sanè, vt licet hi contractus segregentur: si tamen contractus, in quo de temporalibus agitur ad contractum spiritualium respectum habuerit, vitium ibi adsit simoniæ. quod eleganter animaduertit Domini. consi. 16. His equidem adducor, vt existimè in permutatione beneficiorum ecclesiasticorum non esse locum. l. secundæ. C. de rescind. vend. Quod si dixeris: is qui læsus est, agere poterit ad hoc, vt vel sibi reddatur beneficium, quod dimisit, vel cogatur alter ex eodem beneficio iustam pensionem, & æquam constituturæ ad æquandam permutationem. hoc sane an liceat, possit ve hæc pensio absque labe simoniæ constitui, dubium esse censeo, nec mihi placet, nec tuta videtur hæc pensionis constitutio, quod alibi tractabitur. adhuc tamen nihil hoc pertinet ad decisionem. l. secundæ. cū hæc pensionis constitutio potius ad auctoritatem superioris pertineat, quam ad priuatum, qui non potest hanc compensationem damni retribuere: & si maxime posset, cogendus non est ob id, quod hic tractetur de æstimatione beneficij spiritualis quod iniquum prorsus cõsetur. Fateor tamen, minorem ex simili permutationis contractu læsum, auxilium in integrum restitutionis iuste postulare,

stulare, vt sibi reddatur beneficiū pingue, quod facilitate ætatis ductus imprudenter ob tenue sacerdotium dimisit, ex principali quam probauimus, adfertione, quæ per prædicta satis defensa videtur: & ea præsertim, ac sine dubio procedet, vbi is, cui beneficium à minore dimissum fuerit collatum, minorem ad renunciationem induxit: cum in eo casu peticus fuerit deceptionis, quod videtur ex Card. in dicto cap. ex parte, deducere Antonius Bursensis, in dicto capi. cum causa. de emptio. & vendit. numero. 60. notat Carol. Moli. in regul. cæcell. de public. resignat. nu. 195. Nec vidi vnquam dubitari in locutionibus redituum beneficiorum ecclesiasticorum iure minoris ætatis restitutionem læsis concedendam esse: atque item in eisdem constitutionem dista. l. secunda. de rescind. vend. admittendam fore: frequenter enim in praxi contingit, & restitutionem in integrum concedi, & illius legis beneficio deceptis subueniri.



Uta, variaque sunt in utroque iure negotia, quæ mandatum exigunt speciale. & ea sæpe traduntur per gloss. & Doctor. in capitu. coram, de in integrum restitut. tex. gloss. & Francum in capitu.

qui ad agendum. de procurato. in sexto. gloss. & Felin. in cap. nonnulli. §. primo. colum. secunda. de rescript. Angelus, Arcin. in §. secundo. In sit. de his, per quos agere possu. è quibus id modo tractandum erit, an ad petendam in integrum restitutionem sit necessarium speciale mandatum: expressim Iurisc. o. sultus scribit in l. illud. in fine. ff. de minorib. cui conuenit Pontificum decisio in dict. cap. coram. idem statuit Regia. l. 15. tit. 5. part. 3. ex his etenim apparet auxilium istud ecclesijs, minoribus, atque alijs compegens nõ posse alterius nomine absque speciali mandato postulari. Quæ quidem conclusio ad veram eius resolutionem sequentes admittit intellectus.

Primò sanè id intelligendum est vbi restitutio in integrum principaliter petitur: nam si de ea incidenter agatur, minimè necessarium est mandatum speciale. text. in cap. suscitata. de in integrum restit. vbi hoc ipsum notat gloss. quæ singularis est secundum Abb. ibi, & eundem in capitu. i. de off. deleg. & ordinaria secundum Roma. singul. 125. notant Bartol. & Iason in l. cum procurator. in princip. ff. de noui operis nuntiat. Bartol. per text. ibi in l. indebitam. ff. de condictio. indebi. Iason in l. quoties. 3. colum. C. de iudic. quorum opinio communis est, vt facetur Abb. in dicto capitu. suscitata. cui plurimum suffragatur text. in cap. penultimo. de in integr. restit. qui probat ex frequenti omnium post gloss. ubi intellectu iudiceni, qui alioqui de causa in integrum restitutionis nequit principaliter cognoscere, posse eam tractare, si incidenter causæ principali accesserit. Nec tantum dicitur incidens in integrum restitutio, quando interim dum causa principalis agitur, eam peti contigerit: sed & quando finita causa principali per sententiam, incontinenti, quod aiunt, nempe intra decem dies, & sic terminum appellandi, petatur: sicuti ex gloss. colligunt Abb. & alij in dicto capitu. suscitata. Hæc tamen prima interpretatio à quibusdam in hunc modum accipitur, vt tunc dicatur incidenter peti in integrum restitutio etiam ante definitionem causæ, quando intra decem dies postulatur: quod in specie notant Ioan. Andre. Hosliens. Cardi. & Antoni. in dicto capi. coram. ad hoc illud text. inducentes, quos ipse minimè sequor ea ratione, quod etiam lapsis decem diebus à sententia interlocutoria

Ex capite sequenti.

- 1 Restitutio in integrum potest nomine alterius, postulari incidenter absque speciali mandato.
- 2 Sufficit ad petendam in integrum restitutionem mandatum speciale: licet causa, in qua petenda est, non exprimat.
- 3 Habens mandatum cum libera administratione potest petere in integrum restitutionem sine speciali mandato.
- 4 Quid operetur in mandatis clausula ratihabitionis, & an ea inducat speciale mandatum?
- 5 Consanguineus non potest petere, etiam cum cautione de rato in integrum restitutionem. & inibi intellectus. l. patri pro filio. ff. de minorib.
- 6 An consors eiusdem litis possit sine speciali mandato petere in integrum restitutionem? ibidem intellectus. ca. constitutus. de in integr. restitutione.

Ad postulandam in integrum restitutionem, an sit necessarium speciale mandatum?

Caput. VI.

Variarum Resolutionum

quatoria nondum causa principalis est finita, ad cuius dilinitionem, & ad omnia ea, sine quibus causa definiri iuste nequit, mandatum habere videtur procurator etiam generaliter constitutus ad causam illam. l. ad rem. & l. ad legatum. ff. de procurat.

Ex quibus fundamentum capit primus hic, & communis Doctorum intellectus, ut scribit præter alios Henric. in dict. cap. suscitata. Hinc etenim: sicuti modò diximus, deducitur, finita causa principali per sententiam, quæ in rem transferi iudicatam, non posse peti in integrum restitutionem absque mandato speciali. Sic sane dicemus, nondum finita causa principali, utcumque incidit actus, siue sententia inter litigandum posse peti per generalem ipsius causæ procuratorem in integrum restitutionem, quanuis sit lapsus terminus à iure constitutus ad appellandum ab eo actu sententiæ. quod in specie notat Imol. in dicto cap. coram. licet Panorm. ibi aliter distinguat. nec quicquam priorem sententiam ruuat text. in dicto cap. coram. cum ibi mandatum speciale sponte fuerit à procuratoribus, nõ necessarìo exhibitum: quemadmodum & ipsimet Doctor. fatentur. Ex his, ni fallor, mihi non admodum placet, quod Innocent. scribit in dict. cap. suscitata. dicens tunc demum posse procuratorem absque mandato speciali petere in integrum restitutionem, ubi litem fuerit in eadem causa cõtestatus ex eo, quòd iam fuerit factus dominus litis. text. in cap. primo. §. primo. de procurat. in. 6. l. nihil. & l. nulla. C. eod. titu. non em̄ efficitur ratio ista, quòd peti possit incidèter in integrum restitutio per procuratorem generale mandatum habentem: sed illa, quam paulo ante notauimus. vnde poterit procuratorem generale mandatum habens in integrum restitutionem petere incidenter: quanuis nondum in principali causa fuerit lis contestata. tametsi non desint, qui Innocent. sententiam probant: quorum vnus est ipse Panormit. in dict. cap. coram.

Secunda huiusce regulæ interpretatio in hunc modum expeditur, ut sit satis, mandatum esse speciale ad petendam generaliter in integrum restitutionem: licet non sit expressa causa, in qua eadem restitutio postulanda sit. Bartol. in. l. filius familias. nume. 10. ff. de donationibus. Innocent. Abb. & Doctor. communiter in dicto cap. suscitata. & in dicto cap. coram. Cassador. decis. prima ad finem. de procuratorib. vnde nõ oportet, esse mandatum speciale quo ad causam, nec quo ad personas, ex eorundem Doctorum auctoritate, super quo disputat Aegidius à Bella mera decisio. 32. licet Bartol. & alij in. l. si quis mi-

hi bona. §. sed vtrum. ff. de acquirend. hæred. requirant mandatum speciale, saltem quo ad causam: quæ quidem opinio maximum fundamentum habet in eodẽ. §. sed vtrum. cum ibidem Iuriscõsultus iniussu paterno ad adeundam hæreditatem exigat exprimi ipsam hæreditatẽ, quæ ad eunda est. Sed illud ita cautum est, ne danosam hæreditatẽ filius accipiat patris auctoritate: non enim esse cautum patris consilium, licentiam filio concedere ad accipiendam hæreditatem: nisi prius pater ipse præuidisset, quænam esset cõditio ipsius adeundæ hæreditatis: ex qua forsan in cautè adita, dispendiũ filius pati posset: cui quidem periculo lex mederi voluit. hoc verò periculum in mandato concessio ad petendam in integrum restitutionem, etiam ipso negotio in specie non expresso, vel raro, vel potius nunquam continget. Eadem fere, vel simili ratione excluditur quod plerique notant dicentes, mandatum speciale, quod à iure exigitur, ad iurandum de calumnia cap. vlti. de iuram. calum. in. 6. ita concipiendũ esse, ut nominatim causa vel negotium ipsum eidem mandato adscribatur. nec satis esse mandatum cõcedi ad iurandum de calumnia: sicuti scribunt Ioan. Andre. & alij in dicto cap. vltim. in. l. 2. §. vltimo. C. de iuram. calumnia. Abb. & Barb. in capit. in pertractandis. eod. titu. Bartol. & Alexand. in. l. qui bona. §. si alieno. ff. de dam. infect. Hęc etenim conclusio iustissimam rationem habet: cum procurator iuramentum de calumnia in animam principalis referre debeat: & ideò nimirum, si mandatum ita speciale ad hoc necessarium sit: ut mentio expressim fiat causæ in iudicio absq; calumnia tractadæ: alioqui forsan procurator iuraret de calumnia in ea causa, quæ domini principalis iudicio iniqua videtur: quod colligitur ex gloss. in capitu. primo. de iudici. in. 6. Innocent. in capitu. præsentium. de testib. eod. lib. col. 2. Bald. in Margarita, verbo, iurans in animam. & Catellia. Cotta, dictione, procurator. vnde praxis aduersum hoc inducta, ut sufficiat mandatum speciale ad iurandum de calumnia absque ipsius causæ tractadæ mentione, non admodum conueniens animæ, nec conscientie nec reipublice videtur: licet eius meminerint Bart. & Alexã. in dicto. §. si alieno. Matthæ. Mathæf. notab. 150. Capella Tholosana. 32.

Tertiò in eadem principalem adsertionem ex his deducitur intelligentia, ut sanè quoties verba ipsius mandati non tantum expresse, sed & tacite sub generali verborum serie, speciale mandatum ad hoc significant, ipse procurator admittendus omnino sit ad huius auxilij petitionem: quod Abb. notat nume. 5. in dict. capitu. coram.

qua

qua ratione scribit Cassador. decisio. prima. de procurato. procuratorem habentem mandatum ad agendum, defendendum, & supplicandum posse petere in integrum restitutionem etiam principaliter: quasi mandatum habeat ad id speciale, saltem in dicta clausula subintellectum.

Quartò, manifestè constat ex præmissis, sat esse in mandato aliquot exprimi, quæ mandatum exigat speciale, adiecta clausula generali in hunc sanè modum, & ad omnia alia requirentia mandatum speciale, text. optimus ad hoc in capi. qui ad agendum. de procuratorib. in. 6. notat Abba. in dicto cap. coram. colum. 3. Cassador. dicta. de cis. prima.

Quintò, ab eadem ratione procedit, procuratorem habentem mandatum cum libera administratione, posse petere in integrum restitutionem: quod probatur ex eo, quòd licet habens generale mandatum non possit transigere: si tamen illud mādatum processerit cum libera administratione, poterit transigere, & expedire ea, quæ mandatum speciale requirunt, textus in dicto capitu. qui ad agendum. l. transactionis. C. de transactionibus. l. procurator, cui generaliter. ff. de procuratorib. Bald. in. l. illud. ff. de minorib. Iason in. l. indebitam. ff. de condict. indebi. Felin. in. ca. non nulli. §. primo. colum. 1. de rescript. Bal. in. l. nam & nocere. 1. notab. ff. de pact. dicens tam in contractibus, quàm in iudicijs æqualem vim habere speciale mandatum, & generale cum libera administratione. Et id maximè obtinet in eo casu, quem tractamus: cum is vero similiter non tendat in præiudicium mandantis: nam in his quæ solent graue dispendium damnumve mandanti afferre: prædicta clausula, quæ potius extabellio num stylo, quàm mandantis voluntate exprimitur, non habet eam vim, vt speciale mādatum inducat: quod ego alias scripsi in rubr. de testamentis. 2. parte. num. 14.

Sextò, ex his infero non tantùm præfatam clausulam mandatum speciale inducere, sed & ei similem, vt puta, si plena concedatur administratio, vel facultas agendi quidquid ipse mandans facere possit. Bartolus in dicta. l. procurator cui. Francus in dicto cap. qui ad agendum. fin. colum. Iason in. l. si procurator. C. de procurato. Domini. consil. 129. colum. 3. Deci. consil. 493. colum. prima. Nam quod scribitur in. l. quam Tuberonis. §. alia. ff. de peculio. adnotante Baldo in cap. contingit. de transactionibus. nunquam liberam potestatem concessam censerit, nisi exprimat, intelligendum est sanè per specialia verba, vel eis æquipollentia.

Septimò forsan ex hoc quibusdam videbitur, §

habentem generale mandatum cum clausula ratihabitionis, posse restitutionem in integrum petere ex autoritate Bernardi, qui in capi. per tuas. de arbitr. existimat, quemadmodum ex eo notat Panormit. clausulam ratihabitionis in mādato generali scriptam, efficere, vt possit procurator expedire ea, quæ requirunt speciale mandatum. quod etiam Barto. probat in dicta. l. procurator cui. ff. de procuratorib. Verius tamen est, quod Accursius notauit in. l. si procuratorem absentem. ff. de procuratorib. scribens dictam clausulam nihil saltem ad hoc operari: licet in mandato fuerit expressa: sicuti notant Angel. & Docto. ibi ex ea glos. quam singularem esse existimant. idem Angel. in. l. si procurator. Iason in. l. si indebitam. ff. de condict. indeb. Alexā. in. l. qui bona. §. si alieno. colum. penult. ff. de damno in bello. notant & idem Domini. in dicto cap. qui ad agendum. Iason in. l. si procurator. C. de procurat. idem Iason consil. 134. libr. 3. idem Iason, & nouiores in. l. transactionis. C. de transactionibus. gl. Imol. & Abb. in cap. contingit. de transactionibus. Abb. & Imola in dicto cap. per tuas. optima glo. cap. cum dilectus. de relig. domibus. ea siquidem clausula hunc effectum habet, vt procurator minime teneatur cauere de iudicato soluendo. l. prima. C. de satisfando. tamen si eam cautionem præstiturus esset, licet de mandato constaret, vt scribit Bald. in. l. prima. C. de procuratoribus. vltima oppositione. Cum igitur ad hoc, & similia, promissio ratihabitionis adiciatur mandatis: nõ est eadem ratio ad extensionem ipsius potestatis mādatorio concessæ deducenda. Nec obstat autoritas Bernardi: nam & is statim in fine eiusdem glossematis Palnodiam canit, à proposito opinione discedens. Sic & Bartolus in dicta. l. procurator cui. hanc questionem tractans, nihil definiens, lectorem remittit ad ea, quæ is scripserat in l. prima. ff. de offic. procurato. Cæsar. vbi idem quod Accursius notat. Quauis Curtius Iunior & Alcia. in dicta. l. transactionis. aliter velint Barto. verba interpretari. vnde infero veriore, magisque receptam esse Accursij sententiam, sicuti & Alexander fatetur in dicta. l. si procurator. C. de procurat. Illud sanè verum est, quoties de mādato speciali dubitatur, posse peti in integrum restitutionem præstita cautione rati. text. in. l. quod si de speciali. ff. de minori. Abb. in capi. coram. de in integr. restit. colum. 3.

Octauò loco non erit alienum, imò verè congruum inquirere, an consanguineus possit sine mandato hanc in integrum restitutionem petere præstita ratihabitionis cautione secundum Vlpiani sententiam in. l. sed & hæ. in prin. ff. de procurat. quæ

Variarum Resolutionum

rat. quæ quidem est intelligenda de consanguineis intra quartum gradum, ut intelligunt Bald. & doctor. ibi, quibus accedit Regia. l. 10. titu. 5. part. 3. & sanè in hac specie, quam tractamus, Iurisconsultus in l. patri pro filio. ff. de minori. censet non esse admittendum præter patrem, aliquè ex consanguineis ad petendam in integrum restitutionem. Quin ex hoc, & aliud receptum est, in exigentibus speciale mandatum, non esse locum decisioni dict. l. sed & hæc iuxta glo. in l. exigendi. C. de procur. quæ ibi Doct. sequuntur. Fel. in c. corā. 2. col. de off. deleg. Abb. & idē Fel. in c. cum M. de constit. vbi Dec. & Ripa hanc opinionem fatentur communem esse. Cui tamen ipse Deci. refragatur ex eo, quod literæ ad lites non possunt absq; mandato speciali impetrari, & tamen coniunctus pro coniuncto poterit eas petere, & validè obtinere: tex. expressus in cap. nonnulli. §. 1. de rescript. nec satis ei respondent, priorem opinionem sequuti auctore Decio. Dum dicunt in eo casu agi de modico præiudicio: atque idè, licet speciale mandatū requiratur, sufficere ipsum impetrantē cōiunctū esse: quia ubiq; modicum, vel nullum præiudicium absentis tractatur: cum absq; rati habitatione minimè noceat absenti, quod eis nomine coniunctus sine mandato egerit. l. 1. C. qui res iud. non noc. l. 3. §. 1. ff. iudi. solui. Ego verò communem sententiā veriore esse opinor, quam ex nouioribus defendunt Ripa in dict. cap. cum M. num. 60. & Ioan. Crotus in l. si constante. ff. solut. matrim. 2. lectione. nume. 96. quibus nō parum suffragatur text. in l. filius. C. de pact. & in l. qui hominem. §. gener. ff. de solutioni. l. nō solūm. ff. solut. matrim. l. qui aliena. §. quanquam. ff. de negotijs gest. Deinde illud ipse considero, consanguineos agere posse pro consanguineis sine mandato ex legis dispositione, quæ quidem in eo tantūm casu prouidet, quo mandatum etiam generale sufficiebat: nec quidquam sanxit in his, quæ mandatum exigunt speciale. dict. l. sed & hæc. Imò tunc id fieri vetuit expresse dicta. l. patri. nolens specialem absentis consensum supplere: sat esse existimās in his, quæ possunt mandato generali expediri, præmissa cautione rati habitationis, ipsos cōsanguineos pro absentibus admitti. qua ratione perpensa: cum Romanus Pontifex in dicto cap. nonnulli. §. primo. potius ex rigore, odiditque literas ad lites impetrantium, quam ex iusta iuris ciuilibus consideratione induxisset, mandatum speciale requiri ad harum literarum impetrationem, æquitate eam decisionem temperans, statuit, hoc mandatum non esse exigendum à consanguineis, nec ab his, qui sine mādato agere possunt. Constat etenim

in praxi, eum rigorem ita temperatum esse. ut nec ab extraneis mandatum speciale exigatur ad harum literarum impetrationem, sicuti testatur gloss. in dicto cap. nonnulli. §. vltimo. & Casador. decisione prima de procuratorib. in fine. Quo fit, ut minimè congrua sit Doct. responsio, quæ dicit in dict. §. vlt. idè admitti coniunctos in exigentibus mandatum speciale, quod ea res parui esset præiudicij, nec enim ita est, ut ipsi existimant. Et deinde restitutio in integrum non solet præiudicium inferre ei, cuius nomine petitur: & tamen ipsimet Doct. fatentur, non posse à coniuncto, nomine coniuncti absentis eam postulari absq; speciali mandato. multo minùs mihi placet, quod communem sententiam defendens scribit Ioan. Crott. in dict. l. constante. dicens nequaquam probari in dict. §. vlt. posse literas ad lites impetrari à consanguineis sine mandato: sed tantum illud ibi statui, coniunctum eas sine mandato, coniuncti nomine impetrantem, falsi vitium euadere. Nam hæc considerationem verba dicta. §. vlt. excludunt in hunc, qui sequitur modum. Sancimus, ut si aliquis super aliqua questione de cætero sine speciali mādato domini literas apostolicas impetrare præsumpserit, & literæ illæ non valeāt, & ipse tanquam falsarius puniatur: nisi fortè de illis personis extiterit, à quibus non debet exigere de iure mandatum. Hæc tenus decretalis constitutio: ex qua manifestè constat, literas apostolicas ad lites posse turò, & validè impetrari ab his, à quibus de iure necessariò mandatum non exigitur: nec esse mandatū ad hanc impetrationem exigendum ab his, qui de iure sine mādato agere possunt. deducitur ergo ex præmissis, in integrum restitutionem nequaquam posse peti absque mandato speciali, etiam ab eo, qui coniunctus est, & id verè probari in dict. l. patri pro filio. Cui minùs aptè satisfacere conatur Deci. in dict. cap. cum M. dicens ibidem non probari communem Doctor. opinionem, cuius inductio apparet ex intellectu verborum Iurisconsulti ita scribētis: patri pro filio omnimodo præstanda restitutio est, licet filius restitui nolit: quia patris periculum agitur, qui de peculio tenetur: ex quo apparet, cæteros cognatos, vel affines alterius esse conditionis: nec aliter audiri oportere, quam si ex voluntate adolescentis postulent, aut eius vitæ sit iste adolescens ut meritò etiam bonis ei debeat interdici. Ex his sanè verbis Deci. existimat sufficere adolescentis tacitam voluntatem, quæ a lege præsumitur: cum ex ea voluntate tacita, admittat lex ipsa cognatos, iuxta text. in dicta. l. sed & hæc. vnde pater potest etiam filio contradicente restitutionem illā petere:

petere: ceteri verò cognati minimè poterunt ipso adolescente invito: bene tamen admittentur ipso absente: nec expressim contradicente ex voluntate eius tacita, & à iure præsumpta. atque ita Decius Iurisconsulti verba subtiliter interpretatur. verum hæc interpretatio refellitur plane ab Accursio omnium consensu probato, qui voluntatem expressam exigat, nec tacitam sufficere, palam asseuerat. Preterea absentis, & ignorantis nulla est voluntas tacita, vbi expressa deficit: is enim, qui absens est, nec consensum expressim præstitit: tacite consentire non videtur. Nam vt consentire quis tacite videatur, requiritur præsentia. l. qui patitur. ff. manda. vel scientia: textus insignis in l. secunda. §. vltimo. ff. solut. in matrimonio. qui probat, filiam absentem, nec tamen fugiosam, clementemve, minimè tacite consentire, vt patrem dotem exigat. ita siquidem scriptum est. vbi enim sapit: scire eam exigimus, vt videatur non contradicere.

Superest tamen perpendere num in capite constitutus. de in integr. restit. proberetur quidquam, quod huic receptæ sententiæ præiudicet. Nam & ibi frater pro fratre restitutionem in integrum postulauit, nec in eo capite mentio fit specialis mandati. Sed Panormit. ibi col. vlti. ex aliorum mente scribit, mandatū speciale fratrem illū habuisse: nec hic intellectus abhorret à veritate: siquidem in his Decretaliū concisis decisionibus nō semper mentio fit omnium, quæ ad rigorem processus, & ordinis iudicialis exiguntur, quod frequentissimè contingit. Sic & glo. in dict. cap. constitutus, adnotauit, eam restitutionem non potuisse peti sine alterius fratris mandato speciali. Cæterum ex nouioribus quidam, & is eruditione insignis in relectione dict. ca. constitutus. aliter eam decisionem intellexit, e expresse opinatus, eum fratrem ideo admissum fuisse sine mandato ad petendam in integrum restitutionem, quod consors esset litis: quod etiam Fel. notauit post alios in cap. coram. 2. colū. de off. deleg. eundem intellectum facile admitteret Decius, & Ripa in dict. cap. cum. M. nume. 58. quippe qui aduersus Panormit. opinentur, confortem sine mandato esse admittendū etiam in his, quæ mandatū requirunt speciale inducentes optimū tex. in clemē: religiosus. de procurat. ex qua apparet, absq; licentia Abbatis posse religiosum esse procuratorem pro consorte litis: tamen si alioqui nō posset hoc munus exercere, nisi ex Abbatis licentia: imò vt religiosus pro consorte agat, non est mandatū necessarium: nam sine eo potest agere pro consorte, vt existimant Cardina. in dicta clementi. religiosus. Felin. & Deci. in dicto. c. cum. M. colum. 3. contra Anton. ibid. duo tamē sese offerūt, quæ

minimè patiuntur ita intelligi: ex in dict. ca. constitutus. Primum, quod ibi ante litis contestationem petebatur in integrum restitutio. & tamē Deci. Ripa, & frequentissimè omnes quoties admittendū esse censent litis confortem, præmittunt litis contestationem: cum ante eam consors litis pro consorte agere neqat. text. in l. 2. C. de confort. eius. lit. l. si petitor. ff. de iudic. Secundū quod Abb. & Felin. in d. c. cum. M. negant confortem litis, etiā lite contestata admittendū esse ad ea quæ speciale mandatū requirunt: hoc probātes ex eo, quod nec coniunctus admittatur, qui maiorem potestatem à lege habere cæsetur: cum & is agere possit etiam lite nondum contestata. Nec oberit Cle. religiosus. quæ id tantū probat, religiosum pro consorte admittendum sine licentia Abbatis: nō tñ ad ea, quæ exigunt speciale mandatū. quibus sanè perpēlis, non procedit planè, & absque controuersia prædictus intellectus. nisi dixeris coniunctum maxime fratrem simul & confortem litis, etiam ante litis contestationem admittendū esse ad petendam in integrum restitutionem.

Nonò erit aduertendum, tutorem, curatorem, oconomum, prælatū, ac cæteros habentes administrationem alieni patrimonij, absq; mandato speciali, restitutionem in integrum postulare posse: quæ admodū notat Innocen. Abb. nume. 6. & alij cōmuniter in cap. suscitata. de in integ. restit. argu. l. si actor. C. de appellat. nā & hi sine mandato speciali iuramentū calumniæ præstāt. tex. & ibi Bar. cōmuniter receptus in l. 2. §. quod obseruari. C. de iure iur. propter calum. Abb. & omnes in cap. Imperatorum, de iuram. calum. glo. vlt. ab omnibus recepta in c. in pertractandis. eo. tit. Regia. l. 24. titu. ii. part. tertia.

Decimo, adnotandū est, non esse necessarium speciale mandatū ad defendendum aliquem in causa restitutionis in integrum: licet ad eam tractandam, & ipsam restitutionem petendam ex præmissis tale mandatū exigatur. Innocen. & Abb. in dict. c. suscitata. nume. 5. Cassador. decisio. 283. de procurato. Aegidius à Bellamera decisio. 283. optimus tex. in l. qui proprio. §. itē quæritur. ff. de procurat. secundum vltimū intellectum gl. ibi quam Paul. Castrensis post alios sequitur.

Ex capite sequenti.

- 1 *Dotalis hypotheca tacita, vel expressa, quando prioribus hypothecis præferenda sit?*
- 2 *Prior dotalis hypotheca etiā tacita præfertur expresse posteriori, etiam ratione mutui ad refectionem, vel emptionem rei competentis.*

inibi

Variarum Resolutionum

- inibi intell. l. licet. C. qui pot. in pigno. hab.*
- 3 *Fundus emptus ex pecunia ad eius emptionem expressim mutuata, nō est pro eius solutione pignori obligatus.*
 - 4 *Discutitur latè intellec. glo. in. l. a. siduis. C. qui pot. in pigno. hab. an ea constitutio locum habeat in dote, cuius numeratio sola confessione mariti probatur.*
 - 5 *Confessio dotis receptæ emissa matrimonio constante vbi presumitur prohibita donationis fraus, non conseruatur iuramento. Et ibi quid de promissione dotis solueda iuramento stabilita.*
 - 6 *Traduntur tres, aut quatuor casus, in quibus confessio dotis receptæ veram numerationem saltem presumptione probat.*
 - 7 *Etiā futuris creditoribus competit ius reuocandi ea, quæ in eorū fraudem facta fuerint.*

De prælatione hypothecæ vxori pro dote competentis.

Caput. VII.



ST adeò frequens forensia tractatibus, pignorum & hypothecarum prosequutio: præsertim earum, quæ vxoribus ad dotem consequendam iure competunt: vt nec alienū ab instituto, nec profusus inutile sit aliqua hac de re, quæ sæpius in cognitionem incidunt, veluti quodam compendio explicare: prius traditis his, quæ generalia sunt, & solent certis quibusdam distingui adfertionibus: quarum Prima, & præcipua est. vxor pro restitutione dotis tacitam hypothecam habet: à lege, inquam, inductam in omnibus mariti bonis. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. actio. §. fuerat. Instit. de actionib. cap. ex literis. de pignori. & licet idem ius maritus habeat pro consequenda dote eidem promissa: hanc partem hoc in loco, vti minus frequentem omitemus: primam propositionem ad bona, quæ paraphernalia dicuntur extendētes: inā si maritus hæc bona admittauerit, pro eis recuperandis vxor tacitā hypothecam habet. l. vbi adhuc. C. de iure doti. & ibi gloss. l. vlti. C. de pact. conuent. vbi hoc Doctor. passim adnotarunt. Quibus accedit Iason in dicto. §. fuerat. nume. 41. Regia. l. 17. tit. 11. part.

4. quod iure verum est: modò intelligamus hanc hypothecā quo ad bona ista paraphernalia non inesse cum priuilegio prælationis. gl. in. l. si ego. verb. sed condici. ff. de iure doti. quam existimāc singul. esse, eam sequuti Alexan. consil. 36. libr. 6. column. 2. Cremenfis singul. 145. Commendant idem Alexā. & Iason. l. maritus. C. de procurato. Ioān. Campeti. de dote. 1. part. quæst. 8. Deci. consil. 521. Salycetā. l. a. siduis. §. vltimo. C. qui pot. in pigno. hab. Antonius à Fano de pignoribus. secundā parte, membro quarto. numer. 63. ex quibus hanc opinionem communem esse opinor: sic deniq; est intelligenda gloss. in dicto capit. ex literis. verb. obligata. quæ negauit vxorem quantum ad paraphernalia ius taciti pignoris habere.

Eodem pacto est accipiendū, quod scribit gloss. in dicto. cap. ex literis. & in. §. fuerat. nempe vxorem pro consequenda donatione propter nuptias, quoties eam sibi adquisierit, minimè posse vti iure tacitæ hypothecæ. id etenim præcedit quo ad priuilegium prælationis: siquidem simpliciter etiam in hoc casu tacitam hypothecam vxor habet, sicuti ex. l. 2. C. de bonis, quæ lib. obseruāt Innocent. Abb. & alij cōmuniter in dicto capi. ex literis. Iason in dicto. §. fuerat. numero. 40. & ibi Zasius num. 14. Antoni. Fanensis dicto membro. 4. & numero. 64. optimus text. in dicta. l. vbi adhuc. sensit gloss. in dicto. l. a. siduis. verb. suo tempore. quanuis Ludou. Gomeci. in dicto. §. fuerat. nume. 39. contendat, nec simplicem hypothecam vxori pro donatione propter nuptias consequenda iure competere. illud verò proculdubio certi iuris est, vxorem agentem ad dotem, posse ius tacitæ hypothecæ cū prælationis priuilegio exercere in bonis propter nuptias donatis, secundum Innoc. Abb. & Doct. in dicto. cap. ex literis. & Fanensem dicto. num. 64.

Secunda conclusio. Hypotheca tacita pro restitutione dotis vxori à lege concessa, præfertur priori, eidemq; tacitæ hypothecæ. dicto. l. a. siduis. dicto. §. fuerat. gloss. per text. inibi in dicto cap. ex literis. Regia. l. 33. tit. 13. par. 5. idemq; priuilegium expressæ dotali hypothecæ competere, vt priori tacitæ præferatur. tradit Saly. in dicto. l. a. siduis. in princ. quem sequitur Antonius Fanensis dicto. 4. membro. num. 99.

Tertia conclusio. Hypotheca tacita pro dote competens non præfertur priori expressæ. gloss. in dicto. §. fuerat. communiter ibidem recepta secundum Iaso. nume. 72. Ludou. Gomeci. nu. 27. Zasium num. 24. similis gloss. in dicto. l. a. siduis. & in dicto. cap. ex literis. quarum opinionem communem esse fatentur eam sequuti Bald. Nouell. de dote. 10. part. col. 1. & Anto. Fanens. dicto. 4. membro.

bro. nume. 98. disputant hac de re latius Abb. & Barb. in dict. cap. ex literis. Ioan. Algeus in. q. an Rex Franciæ. nume. 138. optimè Ioannes Corasi. in. l. qui liberos. ff. de ritu nupt. nume. 117. quod ipse omittendum esse duxi propter legem Regiam. 33. titu. 13. part. 5. quæ hanc communem sententiam probat: & quia ea verior mihi semper visa fuerit.

Quarta conclusio. Hypotheca tacita pro dote uxori competens præfertur expressæ posteriori Bald. Angel. & Saly. in dict. l. alsiduis. Dinus in reg. qui prior. de reg. iu. in. 6. nu. 12. ubi hoc ipsum existimat procedere in priuatis nullum habentibus priuilegium prælationis ratione tacitæ hypothecæ eis à iure concessæ. ex. l. 1. C. rem alien. gerent. idem optimè notat Nicolaus Boerius in additionibus ad Dinum, Alexand. cons. 58. numer. 5. lib. 7. Antoni. à Fano. dicto membro. 4. nu. 97. & probatur hoc ipsum argumento à sensu contrario in dict. l. Regia. 33.

Quinta conclusio. Hypotheca expressa pro dote competens nequaquam præfertur expressæ priori. Siquidem hypotheca dotalis prælationem habet respectu prioris hypothecæ tacitæ, non prioris expressæ: quod sentit gl. in dict. l. alsiduis. ubi expressim hoc tenet Saly. colum. 2. Soc. in. l. 2. col. vlt. ff. solut. matri. & ibi Ripa. 2. col. Antonius Fanens. dict. membr. 4. num. 102. Ioannes Corasi. in dict. l. qui liberos. num. 117. probatur hoc in reg. qui prior. de reg. iur. Cui tantum derogatum est in hypotheca tacita, vel expressa respectu prioris tacitæ, non autem in hypotheca etiam expressa respectu prioris expressæ. atq; ita hanc opinionem communem esse fatentur Soci. Ripa, Fanens, Corasi in dictis locis, & lafon in dict. l. 1. col. 2. lectione. 2. tamen si ipse contrariam probare, & defendere conetur, sequutus Ange. Perusinum in auctenti. de æqualitate dot. §. his consequens. quo in loco existimat posteriorem expressam hypothecam pro dote competentem præferendam esse priori non tantum tacitæ, verum etiam expressæ: quod à verò alienum est: & frequentissimè à iuris vtriusq; professoribus improbatum.

Præter hæc est etiam præmittendum, quod prædiū emptum ex mea pecunia, & ad eius solutionem mihi specialiter obligatum iure expressi pignoris: hoc mihi tribuit priuilegium, vt pro ea pecunia consequenda præferendus sim prioribus creditoribus etiam expressam hypothecam habentibus. tex. sing. in. l. licet. C. qui. pot. in pign. hab. cui conuenit Regia. l. 30. tit. 13. part. 5. Est igitur non infrequens dubitatio, an ea hypotheca præferatur priori hypothecæ dotali tacitæ, vel expressæ. Et profectò quibusdam visum est priorè dotale hypothecam etiam

tacitæ huic expressæ hypothecæ præferendam esse per tex. insignem in auct. de æqualitate dotis. §. his consequens est. collat. 7. ex Nouella constitutione. 97. Scimus, inquit Iustinianus, nonnullas hypothecas ex priuilegiis à legibus ipsius concessis, tempore posteriores cum sint; vel antiquioribus creditoribus præferri: nepe cum quis pecunia sua effecerit vt vel nauis ematur, extruaturve, aut reficiatur, vel fortè domus exidificetur, vel etiã ager cõparetur, aut aliud quiddam, in omnibus eim hisce posteriores creditores, quorum pecuniis res vel cõparatæ, vel renouatæ sunt, potiores sũt his, qui vel multò antiquiores existunt. Quæ situm est igitur, si mulier prætendens in vetere dote. & augmento priuilegium, quatenus tamè id priuilegium, vt prædictum est, seruetur, prioribus præualere velit creditoribus, veniat autè & aliter creditor, qui licet posterior sit tempore, prætendat tamen suis pecuniis comparatam, quæ sitam ve, vel nauem, vel domum, vel agrum, & conuenire vt in his rebus, quæ suis pecuniis cõparatæ, quæ sitæ ve sint, prædictum priuilegium habeat: vtrū dote in oporteat etiam huiusmodi præferri, an vero aliis quidem creditoribus, qui talia non prætendant, præualere debeat. his autem cedere: quãdo quidem per se ipsum substantiam ea res quæ sita fuerit. Ac longa sanè deliberatione de his habita inuenire tamen non potuimus, iustè mulierem tali alicui cedere priuilegio. Vnde secundum hæc volumus, vt quauis alterius tãdem pecuniis aliquis comparasse agrum, aut refecisse domum, aut etiam prædium emisse videatur: nequeat tamen id genus priuilegia mulieribus opponi. Hactenus verba Iustiniani: quibus hanc opinionem probare conantur Accursius ibi verbum agrum. Specula. tit. de obliga. & solutio. §. 1. num. 45. Bartol. Alber. Fulgosi. & Saly. in. l. interdum. ff. qui potior. in pigno. habeant. Paul. Castr. & lafon in. l. creditor. in. 1. ff. si cer. per. Matthæ. Afflictis decif. Neapolita. 306. horum verò authoritas ita hanc opinionem persuasit, vt veluti magis communis apud Regia tribunalia recepta sit: & tamè ea potest pluribus rationibus impugnari: licet comprobetur forti, validaq; inductione: siquidem tacita dotalis hypotheca præfertur expressæ posteriori, quemadmodum superius dictum est: igitur & in specie dict. l. licet. idem erit admittendum, vt tandem expressa hypotheca, cuius ibi mentio sit, minimè præferatur priori dotali hypothecæ: cum priuatus aduersus dotem in hoc nullum habeat à iure concessum priuilegium. Nisi quis velit asserere, expressam hypothecam, ubi ea cõtracta fuerit pro solutione pecuniæ, quæ ad emptionem prædiū obligati, mutuata fuit: hoc

E habere

Variarum Resolutionum

habere privilegium, vt dotali priori hypothecæ tacitæ, vel expressæ præferenda sit ob speciale quoddam ius.

Sed & contra vulgò receptam sententiam facit, quòd Nouella constitutio, à qua eius probatio adsumitur, expressim loquitur in priuatis habentibus tacitam hypothecam: ratione quadam speciali, vel pecuniæ mutuatæ ad emptionem pignoris, vel ad eius refectionem. mirum etenim non est, hos creditores iure huius tacitæ hypothecæ nequaquam præferendos esse priori hypothecæ dotali: cum tacita hypotheca quantum ad prælationem non habeat regulariter tantam vim quantum habet expressa: nam expressa in specie dicitur licet, prioribus expressis etiam præfertur: non sic tacita: quod omnino manifesti iuris est: & eodem textu probatur. Quòd verò Nouella constitutio loquatur in tacitis hypothecis, constat dum dicit: nonnullas hypothecas ex privilegijs à legibus ipsis concessis: & præterea quia mutuans pecuniam alteri ad emendam aliquam rem: eandem rem emptam, iure pignoris obligatam habet pro illius pecuniæ solutione. gloss. in authen. quo iure. C. qui poti. in pigno. hab. vbi Bal. & Angel. non audent recedere à glo. opinione, quia secundum eos communis est. dicit eam gloss. magistram Ias. in dict. l. creditor. simpliciter approbans. sequuntur eandem sententiam Alex. in l. si cum dotem. §. vlt. col. 3. ff. solu. matri. Campeci. de dote. 4. parte. q. 8. Chassanæ. in catalogo Gloriarum mundi, parte. 2. consideratione. 99. col. 6. & probatur in dicto §. his consequens. vbi nulla mentio fit expressæ hypothecæ in hoc casu: quo constat, vt inibi apparet, hypothecam competere. igitur ea tacita est. deinde Iustinianus parem esse ceteris hunc casum ei, quo quis mutuatur pecuniam ad refectionem domus, vel nauis: in qua quidem specie mutuati tacita hypotheca à lego datur. l. interdum. ff. qui poti. in pigno. hab. l. 28. titu. 13. part. 5. ergo & mutuanti ad emptionem alicuius rei, eadem res iure pignoris tacite à lege obligatur pro solutione mutui. Sed contrarium expressim asserit Bartol. in d. l. interdum. scribens, mutuantem alteri pecuniam ad emptionem fundi Corneliani: hoc expresso, quod ea pecunia mutuo datur ad illius fundi emptionem, habere in actione personali prælationis privilegium, non tamen habere tacitam hypothecam, nisi dictum fuerit, quòd is fundus expressè sit pro mutuata pecuniæ solutione obligatus. idem gl. in l. quod quis. ff. de priui. credit. vbi Zasius post alios communiter per tex. in l. quauis. in. 3. C. de pigno. Ripa in l. privilegia. num. 18. ff. de priui. credit. sequuntur eandem opinionem communem esse dicentes Saly. in dict. auth. quo

iure. Bal. Nouell. de dote. parte. 10. nu. 35. Ant. Fanensis. 2. membro. 5. partis. num. 3. & Ripa in l. senatusconsulto. nu. 10. ff. quib. caus. pig. tacite contra. quibus suffragatur. tex. argumento à sensu contrario in dict. l. licet. vbi appolita expressa hypotheca in fauorem mutuanti ad emptionem fundi præfertur in eo fundo prioribus etiam expressis hypothecis. igitur non adiecta hypotheca expressa, nulla competit mutuati, nec hypotheca tacita, nec prælatio pignoris iure. Quauis si volumus prioris sententiam defendere: poterimus huic rationi satisfacere non admittentes argumentationem à sensu contrario aduersus expressam Iustiniani Nouellam constitutionem ex qua deducitur, mutuanti ad emptionem prædij competere tacitam hypothecam eodem pacto, quo iure conceditur mutuati ad domus refectionem: cui tacita datur à iure cum prælationis privilegio. Rursus & hæc vltima consideratio diluitur: & comprobatur collectio à contrario sensu: quia ex Nouella Iustiniani non satis liquet, tacitam hypothecam à lege concedi mutuanti ad emptionem prædij alicuius: neque enim ibidem hoc aperte probatur: sed potius, esse quasdam hypothecas, quæ expressæ vel tacitæ possunt dari, quibus à iure concessum est privilegium prælationis. Et deinde dum dicit, parem esse hypothecam competentem mutuanti ad emptionem, illi quæ competit mutuanti ad refectionem: sic est accipiendum, vt hypotheca expressa competens mutuanti ad emptionem habeat idem ius prælationis, quod habet tacita à lege concessa mutuanti ad refectionem. vnde non probatur ex his, tacitam hypothecam à lege dari mutuanti ad emptionem alicuius fundij & ideo licet res sit dubia, opinio Bart. Saly. & aliorum post Accurs. in dicta. l. quod quis. verior & frequentiori calculo recepta videtur, cui & illud accedit, quòd res vendita habita fide pretij, nisi aliud actum sit, non est venditori pro pretij solutione obligata. tex. in l. quidam fundum. ff. de in rem vers. Bartol. & alij communiter in l. si cum dotem. §. vltimo. ff. solu. matri. vbi Alex. col. 3. scribit hanc opinionem communem esse: idem fatentur eam sequuti Ias. in dict. l. creditor. Ripa in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priui. leg. credi. colu. 2. eandem sententiam sequuntur idem Ripa in d. l. privilegia. Zasius in dict. l. quod quis. Anto. à Fano. de pignori. 4. parte. num. 35. & 36. & Chassanæ. dict. considerat. 99. col. 6. quo in loco etiam scribit eam esse communem. Ex quibus cessat obiectio prima, quam aduersus principalem adfectionem fecimus. id tamen, quòd Bartol. in dict. l. interdum. obiter adnotauit. nempe, mutuanti pecuniam ad emptionem fundi eo pacto, vt is sit pro solutione obligatus, competere tacitam

tam hypothecā: falsum est, cum expressa ex eo pacto competat. Item aduersus principalem conclusionem quod dict. l. licet. etiā sit. aduersus hypothecam dotalem admittenda, probat ea iuris regula. Si vinco vincendum te, a fortiori vincam te. l. de accessionibus. ff. de diuers. & temp. præf. Mulier etenim in hypotheca dotali vincitur a priori habente expressam hypothecam, & tamē hic vincitur a posteriori habente expressam, vel tacitam hypothecam ratione mutui ad refectionem, vel emptionem domus. dict. l. licet. & l. interdum. colligitur ergo euidenter habentem expressam hypothecam ratione mutui facti ad emptionem fundi, in eodem præferendum esse mulieri habenti etiam expressam priorem & dotalem hypothecam. huic vero obiectioni respondere poterit, regulam, ex qua argumentationem collegimus, non procedere vbiunque datur diuersa ratio vincendi, quemadmodum probatur in capit. autoritate Martini. de concess. præb. in. 6. gloss. in dict. l. de accessionibus. & ibi Bartol. quoniam alij sequuntur. Abb. & Feli. in cap. pastoralis. in princ. de off. ord. Roman. conf. 436. & Soci. conf. 28. lib. 4. Sic sanè cum in hac specie, quam tractamus, diuersa ratione vincatur vxor a priori creditore habente expressam, & hic prior a posteriori habente hypothecā priuilegio legis munitam: mirum non erit, si dispar ius prælationis inter hos constitutum fuerit. quod apertius sit, si consideremus mulierem in hypotheca dotali præferri habenti tacitam hypothecam posteriorem iure mutui facti ad refectionem. ~~et~~ in dict. §. his consequens. & tamen mulier non præferatur priori habenti expressam hypothecam, cui posterior habens tacitam ex mutuo ad refectionem præferendus est dict. l. interdum. Ecce qualiter hæc posterior hypotheca vincit priorem expressam: & non vincit mulierem, quæ a priori vincitur. hoc ipsum ostenditur: quia mulier in hypotheca dotali præferatur habenti priori tacitam ratione mutui ad refectionem secundum Petrum à Bella Pertica, Albér. Ang. & Saly. in dict. auth. quo iure. Antp. Fanès. de pignoribus. 2. memb. 5. parte. i. num. 16. hic verò priuatus ratione mutui ad refectionem, præferatur priori habenti expressam: qui quidem ab vxore non vincitur. verum est quod glo. in dict. §. his consequens. verb. posterior. per text. ibi. Cinus in dict. auth. quo iure. gl. item in dict. l. alsiduis. Bal. Nouell. de dote. 10. parte. limit. 14. tenent expressam, priorem etiam tacitam hypothecam iure mutui ad refectionem, præferri mulieri habenti posteriorem dotalem hypothecam. quorum sententia fortissimè fulcitur verbis dict. §. his consequens. dum dicit posterior creditor. Quasi om-

ninò secus dicendum sit in priore creditore: nisi velimus ea verba interpretari quo ad creditorem habentem expressam ex mutuo ad refectionem vel ad emptionem, vt hic si posterior sit, non præferatur mulieri habenti priorem: si verò prior sit, dotali posteriori hypothecæ præferendus sit. Nā opinio Petri comunior est. Cōstat tandem ex præmissa disputatione difficilem esse dict. l. licet. interpretationem, qua probauimus eiusdem constitutionis priuilegium non esse admittendum contra priorem dotalem hypothecam: siquidem licet hæc sit frequētius probata opinio, contrariā tamen tenuerunt Bald. Nouell. de dote. 10. parte. num. 3. Capola cautela. 124. & Antoni. Fanensis de pignoribus. parte. 5. membro. 2. num. 17. asserentes habentem expressam & si posteriorem hypothecam ratione mutui ad refectionem, vel ad emptionem fundi facti, præferendum esse priori hypothecæ etiā expressæ dotali. Nec existimet quisquam Bal. Nouellum dicta. 10. part. num. 35. priorem sententiam communem esse asseuerare: cum inibi Nouellus tractet quæstionem gloss. in dict. auth. quo iure. quæ plurimum ab hac differt. illud sanè nequaquam omittam in praxi, & in exacto huiusce controuersie examine potiores mihi videri partes Accursij, Speculat. Barto. Alberi. & aliorum, quorum in initio quæstionis mentionem fecimus.

¶ Sed & præcedentibus non parum conuenit inquirere, quid iure statutum fuerit circa hypothecam dotis, cuius vera numeratio nequaquam apparet, tamen si maritus eam recepisse confessus sit. Et Accursius in dicta. l. alsiduis. verbo. datæ. in specie adserit illius constitutionis priuilegium doti vere numeratæ, non autem ei, de cuius numeratione aliter quam mariti confessione non apparet, competere: quasi ita graue præiudicium minimè sit tolerandum, nec admittendum ex sola mariti confessione: potissimum aduersus eum, qui hæres mariti non est: nec eius confessioni stare tenetur. dictam glo. dixere singul. Bal. in capit. contingit. de do. & cōt. col. 5. & in rub. C. de priui. dotis. col. 3. Alex. in. l. 1. num. 35. ff. solut. inatri. loan. Lup. in rub. de donat. §. 15. & 33. & eam vbiq; seruari testatur Paul. Castren. in dict. l. 1. col. vlti. tradunt eius intellectum latè Bal. Nouell. de dote. par. 10. col. 2. Iason in. §. fuerat. num. 73. & 91. de actioni. post Angel. ibi. Soci. in dict. l. 1. nu. 70. Alex. cōsi. 142. lib. 5. Decius conf. 96. Antoni. Rube. conf. 78. Aymon conf. 40. Matthæ. Affli. in consti. Neap. lib. 3. rub. 24. nu. 34. Tiraq. de retra. cōventionali. §. 4. glo. 6. nume. 14. Ex quibus aliquot hoc in capite colligam, quæ potiora sunt ad huius quæstionis qualemqualem expeditionem.

E 2 Primum

Primum cōfessionem dotis receptæ emissam à marito matrimonio constante: si vera dotis numeratio nō probetur, habere vim donationis factæ inter virum & vxorem, quemadmodum qui bulsdam visum est. argumento tex. in. l. qui testamentum. ff. de probation. l. cum quis decedens. §. Titia. ff. de legat. 3. quibus probatur, confessionem factam in testamento pecuniæ receptæ aut debitz ab eo, vel ei, cui testator legare non potest, minimè validam esse: donationemq; & legatum præsumi: atque eo titulo factam, vt fraus sit ret legis prohibitioni. Sic maritus, qui matrimonio constante faretur dotem ab vxore recepisse, de cuius vera numeratione nō constat, eam quantitatem vxori donare videtur: eamq; donationē dotis acceptæ nomine ob id factam fuisse præsumimus, vt prohibitio donationis inter virum & vxorem effugeretur. hac ratione opinionē istam sequuti sunt Ioan. Andre. in Specul. tit. de donatio. inter vir. & vxor. in p̄ncip. glo. & Bart. in. l. si diuortio. ff. de verb. obligat. num. 3. Bart. in. l. Papinianus. ff. de donat. int. vir. & vxor. idem in. d. §. Titia. Bal. Nouell. de dote. parte. 10. num. 6. 7. & 18. eandem approbāt, eam esse communem asseuerantes Ang. Aret. in dict. §. fuerat. num. 14. Alexan. Imolenis. conf. 45. num. 6. lib. 1. Barth. Soci. in. l. 1. ff. sol. matri. nu. 101. Mari. Soci. in consil. 61. lib. 1. col. 3. Claudi. in dict. l. si diuortio. nu. 7. hoc ipsum præmittit Abb. in cap. & si necesse. col. 1. de dona. int. vir. & vxor. & conatur clarè pluribus rationibus defendere Mari. Soci. cōf. 65. lib. 1. idē pleriq; alij scripsere, qui passim à iunioribus citantur: potissimum à Feli. in cap. si cautio. de fide instrum. nume. 72. & ab alijs, quorum statim mentionem faciam.

Sed quod etiam matrimonio constante præfacta dotis receptæ confessio facta censetur potius spe futuræ numerationis quam animo donandi, expressim opinatur Ancha. cōf. 307. Roma. cōf. 445. col. 3. Saly. in. l. 2. num. 3. C. de dote caut. non nume. Roma. in dict. l. si diuortio. num. 6. Io. Cape. de dote. 1. part. q. 52. Iaso in dict. §. fuerat. nu. 93. Feli. in capi. si cautio. nume. 71. Aymon Sauillia. cōf. 40. col. 1. quibus ad stipulatur ea ratio, quod vbi alia causa potest adsumi, nunquam donatio præsumitur. l. si id quod aurum. ff. de solutio. l. cum de indebito. ff. de probationib. spes etenim futuræ numerationis satis est in hac specie perspicua: & ideo donationis titulus omninò abest. Deinde si donatio hic præsumeretur: & ea esset proculdubio morte mariti confirmata: vt statim probabitur: quo pacto decisum est in. l. vlti. & Auth. ibidem adscripto, etiam post obitum mariti, eius hæredibus competere exceptionem non nu-

meratæ dotis. ad idem optimus tex. in authen. de temporib. non solut. pecu. §. si autem. versic. vbi enim. quo aperti iuris esse probatur ex sola morte mariti, non esse ius vxori acquisitum ex illa confessione receptæ dotis. quod quidem esset: si verè donatio ex ea præsumeretur: his accedit tex. in. l. si voluntate. C. de dot. promiss. quæ statuit, posse maritum petere eam dotem, quæ recepisse confessus fuerit. igitur palam est, eam confessionem factam fuisse spe futuræ numerationis. Nec quidquam iuuat dicere, hæc loca esse accipienda & intelligenda de confessione facta ante matrimonium: siquidem hoc in eis minimè explicatur. ad tex. in dict. §. Titia. & in. l. qui testamentum. non est admodum difficilis responsio: cum loquatur in dotis receptæ confessione, quæ à marito facta fuit in vltima voluntate: quo tempore nullo pacto poterit considerari spes futuræ numerationis: & ideo præsumenda est donationis causa. quæ ob rem ego optior hanc secundam opinionem iure veriorē esse, tamen si mediam quandam sententiā tenuerint Imola in. l. si cōstante. in p̄ncip. col. vlt. ff. soluto matri. & ibi Ioā. Crocius. 2. lect. Folio penult Soci. in. l. 1. ff. eo. tit. nume. 100. Areti. cōf. 86. col. vlt. idem Areti. in dict. l. si diuortio. numer. 4. & ibi Alex. col. vlt. Gozadinus consil. 28. nu. 21. dicentes ex confessione receptæ dotis facta à marito tunc donationem præsumi: quando ea facta fuerit matrimonio constante & adiecta renunciatione exceptionis non numeratæ dotis, alioqui non præsumi donationē: sed potius censerī id factum spe futuræ numerationis. facit ad hoc text. in. l. si quis delegauit. ff. de nouat. Et quænis iuxta notata in. l. si ex cautione. C. de nō numerat. pecunia. ea renūciatio apposita eidem confessioni minimè valeat: nihilominus ex ea colligitur animus donandi. atque ita hanc mediā opinionem sequutus scribit communē esse Alexan. in consil. 142. col. 2. lib. 5. quo in loco diligenter hanc quæstionem tractat. Quod si confessio dotis receptæ facta à marito matrimonio cōstante donatio censenda est, ex hoc deducitur, præmoriēte marito cōfirmari: & omninò validam effici, sicuti reliquæ donationes, quæ inter virū, & vxorem fiunt: imò & hæc absque reali traditione, ratione confessionis, quæ loco traditionis habetur, efficacem vim consequitur. glo. in signis in. l. quod de suo. C. de non numerat. pecuni. ibidem recepta communiter. Bar. in dict. l. Papinianus. & idem in dicto. §. Titia. Paulus Castrens. consil. 384. lib. secundo. ad finem. Alex. in dict. l. si diuortio. col. vlt. & conf. 45. num. 6. lib. 1. & conf. 26. nume. 2. lib. 2. Iason in dict. l. si diuortio. num. 8. idem in. l. 3. §. si vir. ff. de acq. poss. num. 17. Feli. in dicto cap. si

cap. si cautio. num. 77. & alij frequenter, quorum opinionem eam sequutus dicit communem esse Bald. Nouell. de dote. parte. 10. num. 7. idem fatetur Socinus in dict. l. 1. num. 71. & cons. 79. col. 1. lib. 4. Secundò hinc apparet, non competere mulieri ob hanc confessionem, ius tacite hypothecæ, nec ius prælationis, nec aliter eius causam tractandam fore, quàm solet iure tractari causa donationis inter virum, & uxorem. quod omnes fatentur præsertim Soci. in dict. l. 1. num. 85. & col. vlti. Nouellus dict. 10. part. privilegiorum dotis. num. 18. Cald. cons. 3. de donat. int. vir. & vxor. Alexand. cons. 142. lib. 5. col. 1. Crotus in dict. l. si constante. lectione. 2. Folipe. ex quibus Alex. Calderi. Nouellus, & Campecius. de dote. parte. 7. 53. scribunt non tantum prioribus creditoribus hanc confessionem non nocere, sed nec posterioribus: quod ab aliorum mente colligitur, dum existimant hanc confessionem simulatam esse: nec fraudis suspitione carere. Tertiò inde apparet, hanc confessionem, seu potius donationem ex ea præsumptam, posse à marito expressè, vel tacite ante mortem reuocari, & verè reuocari censeri quantum ad bona post confessionem alienata. l. si maritus. C. de donat. inter vir. & vxor. Quarto itidem constat, in hac specie, vbi iure donationis fungitur ista confessio, nihil referre sine elapsa temporibus opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, vel non: vt Socinus probat in dict. l. 1. colum. pe. agitur enim de donatione inter virum & uxorem potius quàm de dote cauta, non numerata: & ideo non est considerandum quæ tempora opponendæ exceptionis sint elapsa. Quinto eadem ratio à pleurq; animaduersum est, donationem hanc inter virum & uxorem præsumptam ex prædicta confessione dotis receptæ minime effici validam, & statim irreuocabilem per iuramentum à confiteente præstitum: nam licet donatio inter virum & uxorem alioqui expressa & vera iuramento confirmetur, quod in rubrica. de testament. 2. parte. nume. 5. tradidimus, hæc tamen, quippe quæ simulata sit & omnino præsumpta, iuramento non confirmatur: quod præter alios adnotarunt Bartol. in dicto. 5. Titia. Cynus in l. 1. ad finem. C. de sacros. eccles. Soci. in d. l. 1. nu. 98. idem Bart. in l. Aurelius. §. quidem. ff. de liberat. legat. Roma. cons. 293. & cons. 44. colum. 2. Signorolus cons. 106. Deci. cons. 202. col. 2. Iason in dict. 5. fuerat. nu. 86. Gozadi. cons. 28. nu. 25. Areti. cons. 74. Ripa. lib. 3. resp. cap. 6. Aymon cons. 81. in prin. Mari. Soci. cons. 65. col. 8. & cons. 66. col. 7. idem expressius cons. 61. col. 3. lib. 1. vbi hanc opinionem fatetur communem esse: idem adserit eam sequutus Curti. Iunior. cons. 95. col. 2.

eandem sententiam probant Ioan. Lupi. in rubr. de donat. §. 51. nume. 4. Bal. Nouell. de dote parte 10. num. 10. Ioan. Crotus in dict. l. si constante. 2. lectione. nu. 107. Nec oberit dicere quod is qui iuravit nõ possit postea allegare, dotem receptam non fuisse: cum eius peritium & propriam turpitudinem alleget. Nam aduersarius visus est remittere iuranti peritium exceptionem surgentem ex iuramento præstito in utilitatem ipsius, secundum Imol. in cap. cum contingat. de iureiur. nu. 76. vers. item attende. Et protectò absq; controuersia videtur procedere frequentiori doctorum consensu dicta opinio, vbi maritus iuravit se centum dotis titulo recepisse: quasi iuramentum istud quod assertionis est & præteritum actum respicit non possit efficere validam donationem à iure præsumptam: siquidem indecens sit hanc vim vel vllam aliam tribui iuramento, ex quo quis iã peritium commiserit nõ recepta ea dote: vt præsumitur, quæ ratione vtuntur Signorol. d. consil. 106. col. 2. & Ioan. Imola. in dict. capi. cum contingat. num. 89. vers. sed aduerte. vnde si maritus confessus fuerit recepisse centum in dotem: & promiserit eorum solutionem eademq; promissionem iuramento firmauerit: iurans ea soluturum. tunc hæc à iure præsumpta donatio iuramento confirmaretur: sicuti donatio inter virum & uxorem expressim facta iuramento, iuxta communiorum sententiam, valida statim & irreuocabilis fit: atq; ita in specie ista tenuerunt apertè Imola. dict. num. 85. Bald. Nouellus dict. nume. 10. Ioan. Lupi dict. §. 51. Ripa dict. resp. 6. & nouissimè Aymon dict. cons. 81. hoc deducens ab his, quos modo citauimus: nam hi frequentissimè loquuntur vbi maritus iuravit se dotem recepisse: & distinguunt iuramentum istud ab eo, quo vir iurat dotem soluere vxori, vel eius hæredibus: quo fit, vt & hi doctores planè senserint, donationem præsumptam ex confessione dotis receptæ, confirmari iuramento, quo maritus eam dotem soluere promittit. Sed contrarium probant Roma. dict. cons. 44. Soci. in dict. l. 1. num. 98. sensit Mari. Soci. idè cons. 65. col. 8. & 66. col. 7. dum distinguit donationem inter virum & uxorem verbis expressis factam ab ea, quæ præsumpta est & colligitur ex confessione receptæ dotis. huius opinionis ratio adsumitur à gl. in l. 3. C. plus valere quod agitur. comuniter recepta secundum Alexan. in l. nemo potest. colum. 4. ff. de legatis primo, vbi constat, contractum simulatum non confirmari iuramento. Quæ tamen ratio non omnino conuenit propositæ decisioni: in qua minime tractamus de comprobatione, aut viribus confessionis receptæ dotis, quæ simulata est: sed de confirma-

Variarum Resolutionum

tionem donationis, quæ minimè simulatur: sed à iure præsumitur. Confessio etenim receptæ dotis, vt pote simulata iuramento non confirmatur at donatio ex ea confessione à iure præsumpta confirmabitur quidem iuramento, quoq; maritus soluere dotem promittit: cum hæc donatio licet sit præsumpta, non tamen est simulata. Et ideo horum Doctorum opinio suspecta videtur, & contraria his, quæ ab alijs hæc de re frequentius traduntur. Quin & Ioã. ab Imola in dict. capi. cum cõtingat. num. 87. tentauit, & inibi Alciatus constanter adseruit, iure verius esse donationem præsumptam ex confessione receptæ dotis etiam cõfirmari iuramento, quo maritus iurauit se illam dotem recepisse: vtuntur sanè hæc ratione: quod hæc confessio quãtũ ad vim donationis nequaquam facta fuerit in fauorem incapacis: siquidẽ vxor capax est huius donationis ad effectum: vt ea morte, vel alijs confirmetur: atq; itea excludi Bart. & aliorum inductiones collectas è Iuriconsulto in dict. §. Titia. & in dict. l. qui testamētum quibus in locis confessio fit in vtilitatem eius, qui ex testamento capere non poterat.

Ego sanè iure verius esse opinor, confessionem dotis receptæ, constãte etiam matrimonio factã etiam adhibita reuinciatione exceptionis non numeratæ dotis: in dubio factam censeri potius spe futuræ numerationis, quã titulo donationis: sicuti superius adnotauit. Est tamen, vt cunq; sit: licet præmittatur quandoq; ex hac confessione donationem præsumi, satis probatur iure opinio Cini, Bar. & aliorum, ex qua diximus, donationẽ istam non confirmari, neo statim irreuocabilem esse, quamuis maritus iurauerit dotem recepisse. non enim conuenit huic iuramento, quo quid præteritum adseueratur vis confirmandi contractum inualidum. Et prætereã satis est, donationem ex prædicta confessione præsumi: cum forsan ea fuerit admodum aliena à mēte cõfitentis, qui spe futuræ numerationis confessionem præmiserit: nec oportet tot simul ab eo actu deduci: scilicet, donationem præsumptam: & deinde, cũ ea inualida sit & reuocabilis, iuramento irreuocabilem fieri: nam vbi donatio inter virum & vxorem palàm fit, verbis equidẽ expressis aperte à donatore proficiente absq; vlla iuris presumptione, quæ solet fallax esse, & quandoq; aduertus veram intentionem induci, tunc perfectò admitti potest opinio communis, quã traditum est, donationem inter virum, & vxorem iuramento confirmari. non ita dicendum est de ea donatione, quæ ex confessione dotis receptæ facta forsan spe futuræ numerationis, deducitur. Imo & eadem ratione Romanum sequutus exi-

Rimo idem esse, nec donationem hanc ita præsumptam cõfirmari iuramento, quo maritus promisit ac iurauit dotem illam vxori eiusque hæredibus soluere.

Quod si velimus tenere, confessionem istam dotis receptæ, factam præsumi etiam constãte matrimonio spe futuræ numerationis potius quã iure donationis: tunc ea confessio marito eiusque hæredibus nocebit post elapsa tempora opponẽ de exceptionis non numeratæ dotis: vel si renunciat in fuerit huic exceptioni, iuxta notata in l. 1. & vlt. C. de dote caut. non numerat. ac deniq; si iuramētum à marito præstitum fuerit, erit hæc res tractanda & iudicanda ex his, quæ traduntur in l. vlt. C. de non numer. pecun. & in l. si ex causatione. eod. tit. vbi post alios optimè eruditè & diligenter scribit Emanuel à Costa Lusitanus. 96. Fallens.

Quandoq; tamen etiam si nõ constet dotem verè numeratam fuisse marito aliter, quã ex eius confessione, verò præsumitur eam numeratã fuisse, siue fiat confessio ante matrimonium, siue eo constãte: nempe quando mariti confessionẽ præstitit instrumentum dotale, quo dos ipsi marito fuit promissa: tex. in lignis in l. in contractibus. §. Sed quoniam. C. de non numer. pecun. illis etiã, inquit imperator, securitatibus, quæ post confessionem dotalem instrumentorum de soluta dote, vel ex parte vel in solidum exponunt nullam non nuineratæ pecuniæ exceptionẽ penitus opponi. Hactenus ille tex. quem in huoc modum, vt ea confessio vim habeat veræ dotis & omninò numeratæ intellexerunt inibi Petrus, Crotus, Fulgosi, Salyce, Paul. Castrensis ac Ioan. Ande. in Speculo tit. de donatio. inter virum: & vxorem. in rub. Bar. in authen. de tempo. non solut. pecuniæ. in princip. nu. 6. Roma. cõs. 445. idẽ in l. si constãte. num. 44. ff. solut. matr. Paulus Cast. conf. 384. lib. 2. idem & Alexã. in l. pen. §. si vir. ff. solut. matr. Anchar. conf. 307. Angel. Paul. & Soci. num. 95. in l. 1. ff. solu. matr. Bal. Nouell. de dote part. 10. num. 18. Feli. in capi. si cautio. de fide instrum. num. 82. Matth. Afiliẽ. decis. 402. Anton. Rubeus conf. 78. in fin. Aymon Sauilli. conf. 40. colũ. 1. quorum opinio cõmunis est. Et probatur in dicto. §. sed quoniam. cum dotale instrumentum etiam dicatur id, quo dos marito fuerit promissa: vt notatur in l. exigere dotem. ff. de iudic. tametsi secundum glossi Bal. Bar. & Alber. in dicto. §. sed quoniam. ibi dotale instrumentum possit referri ad id, quo maritus semel confessus fuit se dotem recepisse: quasi geminata ex intervallo confessio excludat exceptionem non numeratæ dotis, Quod modo nõ disputo: sat enim est eum

est eū tex. priorē interpretationē commodē pati ut probet communem sententiam à qua Aretii. discedit in l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. nu. 27. ex tex. in l. vlt. C. de dotē caut. non num. colligens, tunc admittendam esse exceptionem nō numeratæ dotis, quando post dotis promissionem maritus cōfiteatur se eam recepisse. In dotib⁹, inquit Iustinianus, quas datas esse dotalibus instrumentis cōscribi moris est: cū adhuc nulla datio, sed pollicitatio tantū subsequuta sit. Quibus verbis visum est Aretio minimē excludi exceptionem non numeratæ dotis, licet maritus post dotis promissionem fuerit confessus eam recepisse unde difficilis est ea opinio, quam frequentissimē receptam esse diximus. Nisi intellexerimus verba dictæ l. vlt. vbi promissio dotis, non ex interuallo, sed incontinenti in eodem ferē dotali instrumento præcessit: vel eam pollicitationem, cuius inibi sit mētio, interpretemur esse tacitam deductam equidem à confessione dotis receptæ iuxta text. egregium in l. si voluntate. C. de dotis promiss. cuius ad hoc meminuit Socin. in dict. l. 1. num. 95. quæ inductio cōprobatur ex text. in athen. de tempori. non sol. pecuniæ. collat. 7. dum inquit. In nullo discernentibus nobis siue mulier. tanquam offerens dotem cōscribat, siue pater, siue alter quispiam. Nam hic ipsa mulier offerre & polliceri dotem videtur ex eo, quod cōscribat dotali instrumento, quo maritus dotem receptā esse confiteatur. igitur si post dotis promissionem, ex interuallo maritus confiteatur eam recepisse, locus erit doctorum sententiæ, qua receptum est eo in casu exceptionem non numeratæ dotis opponi nō posse. his suffragatur dictio post, quæ in dict. §. sed quoniam, interuallum significat: quemadmodum sensere glo. Barto. Bal. & Alberi. ibi & colligitur ex his, quæ traduntur à Tiraquello in l. si vnquam. C. de reuo. donat. verb. postea.

Sic ex confessione receptæ dotis probatur dotem verē numeratam fuisse: vbi præter hanc confessionem adsunt aliquot alia adminicula: quibus satis possit iuste præsumi dotem verē numeratam fuisse: quod argumento textus in l. cū si dem. C. de non nume. pecu. notant Bal. in rubri. C. de priui. dot. num. 6. Feli. cap. si cautio. numer. 81. de fid. inst. Soci. cons. 12. lib. 3. col. 5. Dec. cons. 536. num. 9. Ludo. Gozad. cons. 28. num. 7. quorū opinionem comunē esse fatentur, eam sequuti Soci. cons. 82. col. 2. libr. 3. & Aymon consil. 40. num. 4. Gozadi. cons. 42. num. 13. & probatur auctoritate Saly. qui in l. si mater. C. de cōtrah. emptio. scribit standum esse confessioni & assertioni mariti in contractu emptionis profitentis fundum illū emi pecunia vxoris: vbi ex aliquot in-

dictis hæc confessio apparet verisimilis: sequitur eum Deci. cōf. 96. addit tamen Bal. sufficiens ad hoc esse indicium, si maritus post dotis receptæ confessionem alimenta diu vxori exhibuerit. quod exemplum refellitur à Baldo Nouello de dote. parte. 10. nu. 15. Socino in dict. l. 1. nume. 80. & 94. Feli. in dict. num. 81. Crotto in dict. l. si constante. 2. lect. Folio. penulti. Gozadino dicto cons. 28. num. 23. ac 32. & merito: cū hæc alimenta potius amore cōiugali, quàm ratione receperat dotis præstari soleant: & ex coniugali amore procedant, vnde aptius erit exemplum, si probetur partem illius dotis, quā fatetur maritus recepisse verē numeratā fuisse: nam præsumitur totam dotem verē marito solutam esse. Item & illud, si vltra mariti confessionem vnus testis accesserit testimonium, quo vera dotis numeratio asseueretur. His etenim indiciis satis comprobatur vera dotis numeratio: & ideo tunc huic doti priuilegia à iure veris dotibus concessa iure optimo cōpetere magis communiter receptum est.

Est & alia in hac re species, vbi præsumitur omnino dotem vere numeratam fuisse absq; vlla non numeratæ dotis exceptione ex. mariti confessione: cū is confessus fuerit dotem recepisse ab extraneo, qui non sit vxoris pater, tunc etenim censendum est, vere dotem numeratam fuisse: nec vlla potest opponi exceptio non numeratæ dotis secundum Bald. in rub. C. de priui. dotis. nume. 6. Nouell. in dict. 10. parte. num. 14. Iaso in dict. §. fuerat. num. 89. Deci. cons. 536. num. 9. Ioā. Lupi. in rub. de donatio. §. 30. nu. 12. Hippo. sing. 345. Rubeum cons. 78. col. vlt. allegant hi ferē omnes Saly. in authē. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. decepti profecto: cū is hoc tantum scripserit, confessionem factam à marito receptæ dotis à focero, ipsi marito non eius creditoribus obesse: factum verò acceptæ dotis ab vxore, nec ipsi marito nocere. qua distinctione palam Saly. his qui eum allegant aduersatur: siquidem focerum ab vxore distinxerit Salyctus: at ipsi idem in focero quod in vxore adnotarunt. arg. l. 3. §. qui in eiusdem. ff. de donat. inter vir. & vxor. nec eorum sententia defendi iuste potest, quippe quæ manifeste contraria sit verbis Iustiniani in authē. de tempo. non solu. pecuniæ. dum ibidem scribitur, in nullo discernentibus nobis siue mulier tanquam offerens dotem cōscribat, siue pater, siue alter quispiam. verum si post mariti confessionem receptæ dotis ab vxore, extraneus qui nec mariti focer, nec tutor, curator, negotiorumve gestor sit ipsius vxoris: eam dotē marito promiserit eiusq; promissionem maritus acceperit, dos verē numerata, ac verē soluta dicitur. nec vlla exceptio ma-

Variarum Resolutionum

rito, nec aliis eius, scilicet, hæredibus, aut creditoribus ratione non numeratæ dotis competit: quemadmodum tradiderunt Barto. Paul. & alij in l. penul. §. si vir. ff. solut. matri. pulchrè Bald. in l. pollicitatiõe. C. de donat. ante nupt. Et Bartho. Soci. cõf. 90. lib. 4. num. 18. Feli. in dict. cap. si cautio. num. 83. quasi ea promissio ab extraneo facta vim habeat solutionis, sicuti delegatio. l. quanuis. §. interdum. ff. ad Velleia. rex. sing. in l. vir ab eo. ff. de iure doti. qua ratione idem erit, vbi ab extraneo, qui iure delegationis, vel aliàs debitor erat dotalis quãtatis ipsi vxori, marito promissa dos fuerit: ac postea processerit confessio mariti asseuerãtis dotem ab vxore recepisse: verè equidem recepit, loco numerationis ipso nomine debitoris contentus. sic etiam si isthæc delegatio appareat apud me nihil refert, promissio processerit à tutore curatore, vel administratore. bonorũ vxoris: cùm & hi debitorum sint ipsius vxoris, & proprio eorum nomine marito ab vxore delegato dotem promiserint.

Cæterùm egregia est dubitatio: vbi confessionem dotis receptæ præcesserit dotale instrumentum, quo marito dos fuerit promissa: & tamen post dotis promissionem ante confessionem, maritus æris alieni accepti ratione, bona propria expressè vel tacitè pignori, & hypothecæ subiecerit: an dotalis hypotheca his creditoribus præferatur? Quibusdam visum est dotalem hypothecam præferendam fore: auctoritate Ioan. Andre. & aliorum, qui existimarunt in hoc casu dotem censi verè numeratam ob præcedentem promissionem & sequutam dotis receptæ cõfessionem. Quòd si verè numerata dos censetur, locus est Iurisconsulti responso in l. 1. ff. qui potior. in pigno. hab. vbi scribitur, in hypotheca dotali non tempus verè solutionis aut numerationis, sed promissionis dotalis & matrimonij contractus attendi. & ideo Matthæus Afflictis decis. Neapo. 402. ita in hac specie respondit, dicens sic ex concordia sententia à Regio Prætorio decisum fuisse, vt sane dict. l. 1. locum habeat non tantùm, vbi cõstat vera dotis numeratio: sed & si ea præsumatur ob præcedentem dotis promissionem & sequutam eius receptæ confessionem. quanuis Bald. Nouell. dict. 10. part. num. 18. sequatur contrariam sententiam scribens hanc dotalem hypothecam minimè fore præferendam creditoribus, quibus post dotis promissionem ante eius receptæ confessionem maritus bona iure hypothecæ obligauerit.

Est item hoc in tractatu animaduertendum, cõfessionem receptæ dotis à marito ante matrimonij contractum emissam in dubio factam censi spe futuræ numerationis, non iure donationis:

nisi animus donandi alioqui appareat. l. 1. C. de donat. ante nupt. quæ ita intelligenda est, secundum Ioan. Andre. in Speculo, rub. de dona. inter vir. & vxor. Bal. & Angel. in l. pe. §. mulier. ff. solut. matri. Alex. cõf. 142. col. 2. lib. 5. Aret. cõf. 86. col. 2. Bal. Noue. de dote. 10. part. num. 7. Soc. in l. 1. ff. sol. matri. num. 75. & 100. sensit Bart. in l. si constante. numer. 110. eod. titu. & hanc esse opinionem magis receptam à Doctoribus opinionem: vnde hæc confessio marito, eiusque hæredibus nocebit, quoties exceptioni non numeratæ dotis locus non sit, vel ex legitima renunciatione, temporis præscriptione, iuramento, aliave ratione eius vsum impediendi: quod omnes fãtentur.

¶ De creditoribus mariti difficilis est quæstio, an & hi eodem iure, quo maritus sint censendi? Et regulariter receptum est, posse creditores aduersus vxorem agentem ex confessione dotis receptæ, vti exceptione nõ numeratæ dotis. tex. optimus in l. sicuti. C. de non numerat. pecun. gl. in hunc sensum ab omnibus probata in dicta. l. asiduis. quam in dict. l. 1. & in dict. §. fuerat. passim iuniores sequuntur post alios, quorum peculiarem nuncupationem omittimus eo quod statim ad huius regulæ intellectum & varias interpretationes plures referendi sint authores, qui huic opinioni subscripsere. Plura etenim traduntur ad faciliorem huius controuersie cognitionem, è quibus aliquot seligenda sunt, quandoquidem cetera facillimè poterunt & deprehendi & explicari. Primum etenim apud omnes satis manifestum est, hanc regulam esse intelligendam proculdubio, quando creditores intra tempora marito à lege definita exceptione non numeratæ dotis vtruntur. Quòd si ea tempora præterierint, nõ esse creditores ad excludendam vxorem hac exceptione vrentes audiendos adserunt Bart. Ange. & Salyce. in dict. l. asiduis. Bart. in l. si constante. nume. 100. Aret. cõf. 86. columna secunda. Alexand. in l. 1. nume. 35. ff. solut. matri. idem Alexã. cõf. 90. num. 5. lib. 3. quorum opinionem sequuntur dicentes eam communem esse Bal. Nouell. de dote. parte. 10. nu. 12. Matthæ. Afflict. decis. 402. nume. 10. Anto. Rube. cõf. 78. nu. 4. & 9. Aymon. cõf. 40. num. 6. & eam etiam probat, atq; eligit Imol. in capi. ex literis. num. 12. de pignori. quibus ad stipulatur tex. in l. pecuniar. C. de solut. ex quo apparet confessionem receptæ pecuniar, probationem rei gestæ, & verè solutæ validam efficiere. Item quod Bart. & doctor. communiter scribunt in l. ita stipulatus. §. Chrylogonus. ff. de ver. obli. dicentes confessionem receptæ mutui, post decursa tempora exceptionis non numeratæ pecuniæ opponendæ veram numerationem probare.

Deinde

Deinde eadem opinio fulcitur ex eo, quod secundum communem, & si Bart. post gloss. dubitauerit in l. si duobus. in prin. ff. de iure iur. fideiussor poterit aduersus principalem debitorem agere ratione soluti debiti, si probauerit eam solutionem non equidem in vera numeratione sed confessione creditoris, qui fatetur se eam pecuniam recepisse triginta diebus post confessionem elapsis iuxta l. in contractibus. C. de non num. pec.

In contrariam sententiam itum est à plerisque estimantibus confessionem dotis receptam à marito etiam ante matrimoniū emissam, nequaquam creditoribus nocere, nec vere dotis priuilegia consequi, licet fuerint elapsa tempora opponenda exceptionis non numeratae dotis. Nam & his decursis posse creditores uti dotis non numeratae exceptione, scripsere Imol. in dicto. §. Chryzognus. num. 11. Roma. cons. 445. idem Roma. nu. 22. Arcti. nume. 7. Soci. 90. in dict. l. 1. Angelus Areti. nume. 15. & Iason. 75. in dict. §. fuerat. & Fel. in dicto cap. si cautio. num. 84. ex text. in Authen. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. ubi statutum est, semel dote constituta, confessionem augmenti dotalis à marito factam in rebusque mobilibus constitutam, creditoribus non nocere. Quasi ea facta videatur in creditorum damnum, fraudem ve. Sed isthac inductio non admodum conueniens est: siquidem non eadem est fraudis suspicio in constituenda dote principali ex prima eius origine, quae in augmento: cum id frequentissime fiat ex simulatione & cautela potius quam ex vera eius numeratione: ab initio etenim solet integra dos constitui, ideoque non potest apte adsumi ex dict. authen. aduersus Bartol. iusta & legitima consideratio.

Quod praeterea apparet: quia in matrimonia non solent contrahi sine dote & ob id in constitutione dotis non est ita facilis fraudis suspicio, sicut in dote semel constituta augmento. Deinde text. in dict. authen. sed iam necesse. nihil ad propositum conducit. nam etiam si constet ex fide tabellionis res mobiles vere datas in dotis augmentum, haec datio creditoribus non praedudicat. quo fit ut Imole, Romani, & aliorum opinio ratione ista prorsus destituta sit. Sed & alia ab eisdem ratio adducitur ex l. si cui. C. de non num. pecu. ubi cautum est creditores posse uti exceptione non numeratae pecuniae aduersus alium creditorem, etiam si debitor ea usus non fuerit, igitur decursis iam temporibus opponenda exceptionis non numeratae dotis, poterunt creditores eadem uti aduersus uxorem, quanuis maritus ea usus intra legitima tempora non fuerit. verum haec collectio deficit, si vere interpretemur decisionem imperato-

ris in dict. l. si cui. cuius hic est sensus, ut licet alias nemo possit uti beneficio alteri competenti eo inuito. l. si iudex circumuento. ff. de minorib. at tamen creditor inuito debitore poterit uti exceptione non numeratae pecuniae debitori competenti, secundum Bal. Paul. Saly. in dict. l. si cui. Nec ex hoc sequitur id creditori licere eo tempore quo debitori non licuisset. Imò sicut debitor ipse post tempora à iure statuta non posset ea exceptione uti, ita nec eius creditores. quod ex ead. l. si cui. in principio. & in ultimis verbis colligunt Saly. ibi Alex. in l. 1. nume. 35. ff. solut. matri. & post alios Anto. Rube. dict. cons. 78. nume. 4. optimus text. in l. 1. §. ult. ff. de bono. poss. contra tab. & in l. 1. §. sed si quis. ff. de separationib. Sic sane erit intelligendus text. in l. si quis post hac. C. de bonis proscript. qua decisum est, si cum posse uti exceptione dotis non numeratae aduersus uxorem illius, cuius bona fisco ob crimen addicta fuerint. nam id procedit intra tempora à iure definita ad exceptionem hanc opponendam. resoluta etenim iure auctoris extinguitur & ius successoris. textus in cap. 1. §. rursus. de controuers. inuestit. his igitur constat, non satis munitam esse ultimam sententiam Imolae, & Romani aduersus Bartol. nec tamen omnino tutam opinamur esse communem opinionem. Quam ob rem breui quadam utar distinctione ad huius controuersiae resolutionem. Nam aut confessio dotis receptae sit constante matrimonio: aut ante ipsum matrimonij contractum. priori equidem casu locus est, nisi fallor, posteriori sententiae, quae dicat non praedudicare eam confessionem creditoribus etiam post tempora opponenda exceptionis non numeratae dotis. quod ex pluribus probari potest. Primum Bartol. & alij qui priorem opinionem sequuntur, in hunc sensum eam videntur accipere magis communiter. Deinde in dict. l. si constante. nume. 100. dum Bart. distinguit confessionem ante matrimoniū emissam ab ea, quae eo constante sit: dicens primam nocere creditoribus non sic ultimam: nihil aliud sensit quam confessionem constante matrimonio contingentem non obesse creditoribus etiam transactis temporibus exceptionis opponenda: alioqui nullum discrimen esset inter confessionem istam & eam, quae matrimonium praecesserit. his item accedit, quod frequentius ab eodem Bart. & sequacibus assertum sit, confessionem dotis receptae factam matrimonio constante in dubio animo donandi factam censerit: quemadmodum superius explicuimus: igitur nec priuilegium praedudicationis nec tacitae hypothecae consequitur: nec praedudicium creditoribus inferre potest. Quod si dixerimus, quandoque confessionem emissam

Variarum Resolutionum

matrimonio constante, factam præsumi spe futuræ numerationis: adhuc ob varias fraudis suspiciones, & propter contrarias authorum sententias existimamus, confessionem istam nec habere privilegia veræ dotis nec creditoribus nocere, etiã transcurtis temporibus opponendæ exceptionis nõ numeratæ dotis, atq; ita præter alios in specie scribunt Paul. Castren. col. vi. Areti. nume. 7. in. l. i. ff. solut. matri. Antoni. Rub. cõf. 78. num. 4. Angel. Areti. in. d. §. fuerat. itum. 15. Bal. in rub. C. de priuil. do. 4. col. Ludo. Gozad. cõf. 28. num. 24. licet idem Aret. cõf. 86. col. pe. & Bal. Nouell. de dote part. 10. nu. 1. 12. diuersum in hoc tenuerint.

Quod si confessio dotis receptæ fiat ante contractum matrimonii, Bart. opinio erit admittenda: cum propter eius auctoritatem, tum quod potiora sint eius iura, vnde post elapsa tempora à lege instituta ad opponendam exceptionem nõ numeratæ dotis, confessio ista creditoribus etiã prioribus, quibus tacita competat hypotheca, ac demum possidenti res mariti, hypothecæ dotali subditas, nocebit. Si quidem in hac specie præsumendum est suspicionem fraudis abesse, nec donationis titulum erga vxorem à marito ea afseueratiõe adsimulari. Et ideo cessant quæ à plerisque in contrarium adduci solent, secundum Cinum in dict. auth. sed iam necesse. 4. q. Pau. in. d. l. i. col. vlt. & Areti. ibi. num. 7. & eundem cõf. 86. col. 2. & est communis opinio, in rō & idem erit quoties confessio ista fit in ipso contractu matrimonii vel paulo post, priusquam carnalis cõmissio inter maritum & vxorem sequatur, quasi tunc non sit ita vehemens maritalis amor: sicuti solet esse post conjugalis copulæ cõmmercium: quæ ratione sic rem istam explicarunt Areti. in. l. si diuortio. num. 4. ff. de verb. oblig. & Ioart. Lupi in rep. Rub. de donatio. §. 55. num. 2. est tamen considerandum, quod licet à Bartolo in dict. l. a. f. siduis. & his, qui eius opinioni communiter consenserunt, paria iudicentur, tempora opponendæ exceptionis transacta fuisse, & maritum renunciaisse exceptioni non numeratæ dotis: etiã in præiudiciũ creditorum, iuxta tradita in. l. i. C. de dote caut. non numerat. tamen Matthæ. Mathe. notab. 193. Alex. nu. 35. & Socin. num. 86. in dict. l. i. ff. solut. matrimo. hæc ita differre adnotarunt: vt quauis creditores post elapsa tempora non valeant aduersus vxorem vti exceptione non numeratæ dotis possint libere & iuste id agere intra ea tempora non obstant inariti renunciatione: cum ea non possit creditoribus nocere. argumento tex. in. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. l. i. §. si culpam. ff. si quid in fraud. patr. Et quauis nõ admodum probeatur iure hæc differentia, quam

Claudius improbat, si renunciatio fiat ante matrimonium in dict. l. num. 29. reicienda non est in hac præsertim disputatione, quæ varia effecit iuris vtriusque interpretum iudicia.

Ex præmissis colligi poterit qualiter sit intelligendum, quod in hac quæstione quidam adnotarunt, existimantes dotis receptæ confessionem nocere creditoribus mariti, qui ius proprium nituntur probare non vera numeratione, sed confessione tantum: cum in hac pari causa potior debeat censei dotis exactio: sic visum est Bald. Angel. Paul. Imol. & aliis in dicta. l. i. ff. soluto matri. Bald. in dicta. l. a. f. siduis. in fine. Angel. Aret. in. §. fuerat. de actioni. numer. 15. & ibi lason. nume. 91. quorum est maxima auctoritas secundum Bal. Nouell. dict. par. 10. nu. 16. qui dubiam esse censet hæc sententiam ex eo, quod confessio emissa in fauorem priorum creditorum nullã habet fraudis suspicionem: at ea, quæ dotis receptæ postea fit, non caret doli præsumptione propter æs alienum, quo eo tempore marit' grauabatur. Quin & Alex. in dicta. l. i. num. 35. Aret. num. 7. Socin. num. 88. Deti. consil. 96. ad finem. Ludou. Gozad. cõf. 28. num. 28. opinantur Bald. & Angeli de cõfessione veram esse, vbi creditores ex causa mutui æs alienum peterent: non autem vbi ex alia causa, puta venditionis, depositi, aut locatiõis debitam esse sibi pecuniam asseuerarent. Cum in his vtriusque causis locus non sit exceptioni non numeratæ pecuniæ: quæ ex consensu omnium restricta est ad causam mutui, & contractum dotali iuxta titulum. C. de non numer. pecunia. & cõsimilem de dote cau. non numerat. oportet tamen in hoc dubio paria vxoris, & creditoris iura constituere quo ad exceptiones non numeratæ dotis, & non numeratæ pecuniæ. Nam si vel vxori vel creditori potest exceptio prædicta opponi, impar est vtriusque conditio: & tenetur is, contra quem obiicitur, veram numerationem probare: vt ad pecuniam debitam possit agere. Pari igitur vtriusque conditione statuta eo tempore, quo exceptioni locus non est, ego arbitror confessionem dotis receptæ ante matrimonium emissam nocere etiã prioribus creditoribus, siue ex causa mutui, siue ex alia quacunque: quæ sola cõfessione debitoris probatur. Est etenim hac in specie potior dotis exactio propterea quod confessio facta fuerit tempore, quo nulla adest sufficiens fraudis præsumptio: & creditorum ius non vera numeratione, sed confessione constet, essetque distinctio mutui, dotis, & aliarum causarum: cum transactis temporibus opponendæ exceptionis non numeratæ dotis, nullo pacto vxor teneatur veram numerationem ostendere: imò id o-
nus

nus aduersarijs incumbat: veraque præsumatur dotis numeratio: sed & si priores creditores veram numerationem probauerint, adhuc vxorẽ eis fore præferendam censeo: cum ob confessionem emissam ante matrimonij contractum, tum ob exclusam tempore exceptionem non numeratã dotis: siquidem his duobus simul suppositis, frequentiori consensu Barto. opinio admittitur contra gloss. in dicta. l. asiduis. hoc ipsum apparet etiam evidentius, quia Bald. in dicta. l. asiduis. & in dict. l. i. qui que eum sequuntur: recepta semel gloss. opinione eam intelligunt, vbi creditores veram numerationem probauerint: igitur is intellectus locum habet tunc, cum vera fuerit opinio gloss. scilicet, in confessione dotis receptã constanti matrimonio emissã: non in ea, quã matrimonium præcesserit, quã secundum Bartoli sententiam indicanda est. Et ideo Baldi, & aliorum consideratio: Alexandrique interpretatio procedunt, quando vxor vitur in exactiõne dotis mariti confessione, quã matrimonio constante præcesserit.

Secundò ex eadem distinctione, an confessio matrimonium præcesserit, vel eo constante fuerit celebrata, accipiet non incertam omninò definitionem, quod subest disputari: num ea confessio nocet futuris, & posterioribus mariti creditoribus? Nam eam nec futuris creditoribus nocere colligitur ex glo. in authentica. sed iam necesse. C. de donationib. ante nupt. vbi Bartol. & doctor. eam sequuntur: præsertim quando aliqua subest fraudis præsumptio, quã in confessione dotis, receptã plerunque subesse videtur. Sed prænotandum est, futuris creditoribus tunc competere reuocatoriã ex titulo, si quid in creditorũ, cum defraude confiterit, vel easuerit vehementer præsumpta. toxicus & ibi gloss. secunda solutio in. l. in fraudem creditorum testamento datã. ff. qui & à quibus. Ioannes Faber. columna tertia. & ibi Iason numero. 63. in. §. item si quis in fraudem. de actionibus. Bartolus in. l. ait prætor. §. ita demum. ff. de his. quã in frau. credito. Angelus Aretinus in dicto. §. fuerat. numer. 14. Baldus Nouell. de dote. part. 10. numero. 17. Campecius de dote. 1. part. questio. 53. idem Barto. & Doctor. in dicta authent. sed iam necesse. sic intelligentes gloss. ibi, cum alioqui futuris creditoribus minimè liceat petere. reuocationem ex eo titulo. l. prima. C. de iure fisci. lib. 10. dicto. §. ita demum. igitur si confessio dotis receptã matrimonium præcesserit: nisi in fraudem posteriorũ creditorum probetur eam præcessisse, proculdubio sicut prioribus nocet, ita & fortiori ratioẽ posterioribus nocebit: nec vlla tunc fraus præsumitur.

Quòd si confessio dotis receptã contigerit constante matrimonio, & eam simulatã fuisse in fraudem prohibita donationis dixerimus, nec prioribus nec posterioribus creditoribus nocebit: sicuti hoc in capite semel adnotauimus, atq; isthã confessio fuerit potius emissã spe futurã numerationis, quam ex simulata donatione: posterioribus creditoribus nocebit eo tempore, quo locus non est exceptioni non numeratã dotis: quòd ipse colligo ex Paulo Cast. in. d. l. i. col. vii. atq; isthã omnia accipienda sunt etiam si creditoribus his hypothecarum iura tacitè vel expressè competant iuxta distinctionem ab initio præmissam.

Tertiò illud huic disceptationi mirè congruit, quòd Bal. Nouel. dict. part. 10. nu. 10. & sequenti, scribit confessionem dotis receptã, siue ante matrimonium, siue non constante contingentem, nocere etiam anterioribus creditoribus, quibus hypotheca nullã tacita, vel expressã competat. Quia quo ad priuilegium actionis personalis doti à iure concessum, minimè oportet, nec est necessarium veram dotis numerationem probari. Cum priuilegia creditoribus competentia ex titulo. ff. de priuileg. credit. non exigant præcisè verã numerationem. huic opinioni refragantur Soci. in dict. l. i. nume. 92. & Francis. à Ripa in. l. quælitum. §. si sponsa. ad finem. ff. de priuileg. credit. qui tamen diuersis rationibus vtuntur. Socinus etenim contrarium verius esse censet: ex eo, quòd etiam personalem actionem creditor habens possit vtì exceptione non numeratã dotis aduersus vxorẽ. l. si cui. C. de non numer. pecunia. quòd nõ negat Nouellus, nec nos negamus: modò ea exceptio apponatur intra tempus iure statutum: deinde alia vitur ratione Socinus, quin & Ripa eius sententiã probat: & si non eadem omninò sit inductio. nempe, quia dict. l. asiduis. quẽ verã numerationem exigit, vt locus sit priuilegio prælationis non tantum loquatur in creditoribus, quibus hypotheca competit, sed & in his, quibus in personam actio datur: nam ea constitutio vetera iura, quã dotali actioni aduersus similes in personam actiones priuilegia concessere, interpretatur, & ad creditores, qui hypotheca vtuntur, extẽdit. igitur in omnibus eĩ pariter ea decisio interpretanda, hæc tamen ratio non omninò conuincit falsam esse Nouelli sententiã: cum transactis temporibus opponendã exceptioni non numeratã dotis à lege concessis, vera dotis numeratio præsumatur, & dos, vt verè numerata sit iudicanda. Quam ob rem ipse confessionem præcedentẽ matrimonij contractum distinguendam esse reor ab ea, quã eo constante contigerit, ita quidem, vt licet posterior priorib⁹ creditoribus etiam personali

Variarum Resolutionum

sonali tantum actione munitis minimè noceat, prior tamè dubio procul eis nocebit, vt in specie docet Paul. Castr. in. d. l. 1. vlti. col. perperam relatus à Socino ibidem. nu. 92.

Quartò adnotandum est lasonem in dicto. §. fuerat. num. 90. falsò collegisse ex Bal. & Ange. confessionem dotis receptæ, matrimonij cōtractum præcedentem semper creditoribus nocere, ac pro vera numeratione habendam esse, siue si renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, siue non etiam intra tempora huic exceptioni opponendæ constituta. Nam & si hoc iure, & ratione lason improbauerit: immeritò id Baldo, & Angelo tribuit, Bald. etenim in rub. C. de priuile. dot. nu. 6. & Ange. in. d. §. fuerat. nume. 15. tantum scribunt confessionem dotis receptæ à marito ante matrimonium emissam creditoribus nocere, si renunciatum fuerit exceptioni nõ numeratæ dotis, vel tempora eiusdem exceptionis opponendæ elapsa fuerint, quod plurimum differt ab eo, quod lason eis imposuerat.

Vltimò non est præmittendum, quod omnium ferè vnanimi consensu video comprobari, confessionem dotis receptæ in rebus immobilibus, etiam ad emptionem æstimated veram esse censendam, nisi contrarium probetur: nec inapugnari posse exceptione non numeratæ dotis, veraque, & palam receptæ dotis priuilegia habituram: sicuti ex. d. authent. sed tam necesse. præter alios colligit Bal. in. d. rub. C. de priuile. dot. num. 6. & idem in. l. in contractibus. C. de non nu. pecu. in princ. r. q. Cui suffragantur ceteri, qui dictæ Nouellæ constitutionis decisionem inducunt ad intellectum gloss. in dicta. l. assiduis. cum ea constitutio tractet solummodò de rebus mobilibus in dotis augmentum datis, quasi in immobilibus nec simulatio, nec fraus ita cautè contingere possint, quin facillè deprehendantur.

Ex capite sequenti.

- 1 *Actionis hypothecariae, & in ea proferenda sententiæ formula & nu. sequenti.*
- 2 *Hypothecaria conuentus, si rem ipsam meliorauerit, poterit offerre aëtori ipsius rei veram æstimationem demptis meliorationibus, & numero sequenti.*
- 3 *Intellectus. l. 2. C. de prædijs: & omnibus reb. Nauiculariorum. lib. 1. r.*
- 4 *Condemnatus actione reali, vbi & in fructibus condemnatio facta fuerit, an teneatur ad*

fructus perceptes ex meliorationibus per eum factis.

- 5 *Filius qualiter passit rem aduentitiam à patre alienatam in vita, vel post mortem patris rei vendicare? & inibi vsque ad finem in se. ll. Regia. Partitarum.*
- 6 *Pater potest quandoque alienare rem aduentitiam filij familias sine decreto iudicis.*
- 7 *An pater per alienationem voluntariam rei aduentitiæ statim vsufructum amittat, isque filio deferatur?*
- 8 *Filios familias uxori in rebus paraphernis, quandoque præscriptio nocet, eaque curris aduersus eos. & inibi intel. l. 57: Tau.*

De meliorationibus rei hypothecæ, & pignori subiectæ.

Caput. VIII.



VI hypothecaria in rem actione agit, hac formula vti debet, vt res, quæ ipsi aëtori, eidemque creditori à lege, vel à debitore fuit pignori obligata, nec tamen tradita, ei tradatur, ab eo interim tenenda, donec debitum solutum fuerit, atque in hunc modum concipienda sententia est. L. si cum venditor. in principio. ff. de euictionibus. l. si fundus. §. in vindicatione. l. si inter. §. vltimo. ff. de pignoribus. iuxta communem interpretationem traditam in. §. item Seruiana. de actionibus. per Bartol. in. l. rem alienam. columna penulti. ff. de pignori. action. Antoni. Fanensem. de pignori. 8. part. membro. 3. numer. 24. legimus tamen quandoque aliter hanc actionem cōceptam fuisse: ita sanè, vt aëtor petat rei obligatæ possessorem damnari, vel ad ipsius rei restitutionem, & traditionem ad pecuniæ debitæ solutionem. l. 2. vbi Bart. C. si vnus ex pluri. hæred. tex. in ca. ex literis. vbi Inol. Panormit. & alij de pignori. Bart. in dic. §. in vindicatione. Faber, lason num. 127. & nouiores in dict. §. item Seruiana. plurimum ad hoc cōducit gl. ibidem probata in. l. 2. §. item si in facto. ff. de verbo. obliga. quam dicit singul. esse Bald. in l. si pacta. quo poenam. ad finem. C. de pactis. tradit Deci. in. l. quatenus. ff. de regul. iur. ad hunc modum est intelligenda sententia, cuius meminit text. in dict.

in dict. capi. ex literis, quæ possessorem condemnauit ad pecuniæ debitæ solutionem, pro quantitate bonorum, quæ reus hypothecaria conuentus possidebat: & pignori fuerant à domino obligata: hunc etenim sensum habet, vt reus debitum soluat tradendo bona per eum possessa ab ipso actore tenenda: donec debitum solutum fuerit, vel vt ea bona creditori in eum finem tradat, quod si ea nolit tradere, debitum ei soluat: sicuti Panormit. & alij explicant ex his quæ modo diximus. quod etiam deduci poterit à l. mulier. ff. qui pot. in pignor. habeant. & l. quandiu. C. de distract. pigno.

His præmissis, quæritur, an is, qui debitor non est, sed rei pignori, & hypothecæ obligatæ possessor conuentus hypothecaria actione, cum rem ipsam proprijs impensis, meliorationibus pretiosorem reddiderit, possit absolui ab actione ista, si offerat adori veram æstimationem illius rei de pretijs meliorationibus: nempe pretium, quod res illa iuste valeret, si non esset meliorata à possessore licet ea æstimatio minor sit, quam ipsum debitum pro cuius solutione fuit obligata? Et quod sit factis æstimationem hæc à possessore solui, vt actione hypothecaria minimè teneatur. probat text. in l. 1. C. de prædijs, & omnib⁹ reb. nauicula. lib. 11. vbi expressim hoc adnotarunt Bartolus Bald. Platea, Rebuffus, Alexand. in additionibus ad Bar. ibi idem. Alex. ad Bar. in l. si fundus. §. si res. ff. de pignori. Paul. Castres, in l. si conuenit. in 2. §. si fundus. ff. de pignorat. action. Corset. in singular. verb. melioratio. Socinus in consil. 224. lib. 2. ad finem. Albert. Brunus in tracta. de augmento. §. conclusionem principali. vers. quinto. Antonius Fanensis in tract. de pignori. §. part. memb. 4. nu. 21. quorum opinio celebris est: & in praxi sepius me in hoc Regio Granatensi Prætorio recepta dubia tamen ex sequentibus.

Primò etenim huic opinioni obicitur iuriscòsulti respòsum in l. si fundus hypothecæ in principio. ff. de pignor. Si fundus, inquit Martianus, hypothecæ datus sit, deinde alluione maior factus totus obligabitur. Sic in l. si conuenit. §. si nuda. de pigno. actione. Paulus scribit, si nuda proprietas, pignori data sit, vsusfructus, qui postea accreuit, pignori cedit. Eadem causa est alluionis, quibus conuenit Regia. l. 15. tit. 13. part. 5. vnde apparet id, quod accreuerit post contractum hypothecæ fundo obligato, eidem obligatò, & hypothecæ summissum cèseri, igitur idem & in meliorationibus dicendum erit. Sed hanc obiectionem Bar. in d. l. 2. sic dissoluit, vt fateatur, fundi meliorationes: & itidem quod ei per alluionem accreuerit, sicuti & ipsum fundum, pignori obligata es-

se, adferit tamen possessorem ab actione hypothecaria absoluumum esse, si voluerit soluere creditori ipsius fundi iustam absque meliorationibus æstimationem. Quæ quidem solutio nulla ratione procedere potest: quod statim satis aperte monstrabitur.

Secundò aduersus Bar. alter iuriscòsulti loc⁹ sese offert in l. Quò postulassem. §. vi. ff. de dano infect. vbi probatur, creditorem posse iure hypothecæ fundum ab emptore euincere: nec teneri eidem emptori soluere expensas, quas ipse in utilitatem, ac refectionem fundi fecerit. Ergo poterit creditor fundum pignori obligatum, etià cū ipsis melioratòibus à tertio possessore euincere, quæuis is possessor in eiusdem meliorationes impensas fecerit. Verum iuxta Barto. interpretationem quæ communis est secundum Romam, ibi etià emptor conuentus hypothecaria vti poterit retentiòe fundi, donec ei soluantur impensæ factæ in refectionem, aut meliorationem fundi, vel saltem, vt opinatur Alber. ibi emptor vti poterit retentiòe fundi, vt ei soluantur pretium meliorationum, qua tenus ex eis res ipsa facta sit pretiosior. optimus tex. in l. Paulus. §. pe. ff. de pignori. qui hæc Bar. & Alberi. sententiã defendit. Et nihilomin⁹ ex d. §. vlt. l. cum postulassem. deducit, posse omnino creditorem fundum melioratum auocare à possessore, qui eum meliorauit, solutis meliorationum æstimationibus.

Tertiò ad idem facit tex. in d. l. Paulus. §. pe. do mus pignori data, inquit iuriscòsultus, exusta est eaque aream emit Lucius Titius, & extruxit Quælitum est de iure pignoris, Paulus respondi pignoris persequutionem perseuerare, & ideo ius soli superficiè sequutum videri, id est, cū iure pignoris, sed bonæ fidei possessores non aliter cogendos creditoribus edificium restituere, quàm sumptus in extructionem erogatos quatenus pretiosior res facta esset reciperet. hætenus Paulus, ex quo apparet nõ alia ratione edificium in ea specie pignori obligatum esse, quàm quod ipsa superficies solo cedat: solum autem pignori, & hypothecæ sit obligatum. Sic ergo euidenter ostenditur eadem ratione meliorationes factas in re pignori subdita ipsam rem sequi, & eodem iure pignoris obligari. Quo fit vt si actor agens hypothecaria, velit æstimationem meliorationum, aut sumptus earum soluere quaten⁹ res sit facta pretiosior, nullo pacto possit excludi à possessore soluente æstimationem ipsius rei seclusis meliorationibus. optimus text. in l. Regia. 15. titu. 13. par. 5.

Quarto eandem partem improbat ratio, ni fallor satis vrgens. Nam ex precedentibus constat, meliorationes etiã iure pignoris, & hypothecæ obligatas

Variarum Resolutionum

tas esse. Et tamen propriū est actionis hypothecariae, quae vel debitū integrè actori soluat, vel ei tradatur res, quae pignori est obligata. text. in. d. l. si fundus. §. in vendicatione. l. mulier. ff. qui prior. in pigno. hab. l. si cum venditor. in prin. ff. de cuius. actio vero hypothecaria etiam ad meliorationes competit: cui & ipsa, ut diximus, sint hypothecae subditae. Cōsequitur igitur huic nō posse reum inuito actore, nisi integrum debitum soluat, meliorationes retinere. nec satis erit rei aestimationem creditori agēti hypothecaria solvere eiusdem rei attentio statu prius, quam melioraretur. His profectō rationibus opinio Bart. quae cōmuni videtur, ita impugnantur, ut planè falsa potius, quā vera possit cēseri. Nec parui refert, sit vere, an falsa communis sentētia: siquidē ea recepta possessor hypothecaria conuentus ab ea ratione soluitur nondū soluto integre debito, nec restituta re ipsa, quae iure pignoris creditori fuit obligata. Quod verò ea falsa sit, id utilitatis affert actori quia & si is soluat expensas factas à possessore in meliorationibus: sunt tamen ij sumptus compensandi cum fructibus ipsius rei post litis contestationem perceptis, iuxta tex. & ibi notata in dicto. §. in vendicatione, & praeterea creditor re ipsa fruatur, & eiusdem fructus perpetuò recipiet, atque ita poterit debitam sibi quantitatem futuris temporibus integram percipere.

Nō obstat. d. l. 1. quae Bar. opinionē nequaquā probat, si confideamus res nauiculariorū obnoxias fuisse certae pensioni fisco soluendae, quae quidem pensio, vel erat quota pars fructuū, vel peculiaris, & definita quantitas, & haec etiā in fisci fauorē nō solet imponi maior, sed multo minor quā sit ipsius rei emolumentū: quod manifestū est. Contingit etenim nauiculariū quendam rem propriae pensioni subditam in eum, qui nauiculariū non erat, iure alienationis trāstulisse emptor vero eandē rem meliorauit: & ob id ambigi potuit an pensio augeatur propter meliorationes, & responsum est ab Imperatore, pensionem minimè augeri ob meliorationes, & incrementum rei: imò eam soluendam esse inspecto emolumento, quod res ipsa pēdebat eo tempore, quo à nauiculario fuit alienata. Quò fit, ut ea constitutio non rectè inducatur ad rem hypothecae, & pignori subditam quasi ea res, quatenus fuerit meliorata, & quo ad meliorationum aestimationem hypothecaria actione euinci non possit, cum in actione hypothecaria non tractetur de augendo debito ex meliorationibus: sed de eius solutione absque vllō incremento, attenda origine contractus. & constat discriminis ratio: quia quo ad actionem hypothecariam meliorationes fiunt eo tempore, quo res

ipsa obligata est pignori, & debiti solutiōe, vnde meliorationes accedunt solo, at quantum attinet pensionem fisco soluendam, melioratio fit eo tempore, quo res iam nauiculariorum nō est: quam ob rem pensio ex meliorationibus non debet. tametsi pro solutione pensionis debita ab eo tempore, quo nauicularius eam rem possederat, nō negat praefata constitutio, etiam ipsam rem cum meliorationibus obligatam esse. ex quibus constat nō posse Barto. & aliorum, qui eum sequuntur opinionem ex dicto. l. 2. satis congrue probari.

Ceterū & si Bar. opinio admittēda sit, oportet eam in hunc sensum intelligi, ut aestimatio rei fiat deductis meliorationibus, iuxta praesentis temporis conditionem. aestimabitur etenim res, ac si meliorata non esset: sed tamen attentio praesentis temporis valore, sicut ex notatis in l. domos hereditarias. ff. de leg. 1. scribit Anto. Fanensis. dicto. 4. membro. nume. 21. nam valoris ipsius rei intrinsecum incrementum cedit omnino in utilitatem ipsius creditoris, cui res fuit, & est obligata. Imò utcunque Bar. sententia vera sit, locum obtinet, non tantum in ipso meliorante: sed & in eius successore singulari: qui rem ipsam non meliorauerit. text. optimus in l. hoc iudicium. §. impendia. vtr. sed si is, qui à me emerit. ff. cōmuni diuidun. Alexan. in l. qui exceptiōem. §. si pars. ff. de condi. indeb. Antonius Fanensis dicto. 4. memb. nu. 21. ad finem. quibus accedit pulchra quaestio, an is qui possidet rem pignori obligatam, & tamen debitor non est, eamque obtinet eo in statu, quo à debitore tenebatur, nullis factis in ea meliorationibus, conuentus hypothecaria possit offerre creditori agenti verā ipsius rei aestimationem, quae minor est ipsi debito: atque ex hoc ab actione absoluentis sit. Et ita fieri posse, ac iure pronunciatum esse, respondit Marian. Socin. in consil. 224. lib. 2. dicens esse hanc nouam opinionem, & probari in capitul. ex literis. de pignori. Ego profectō nouam, & falsam esse eius sententiam opinor, nec alicubi probari posse. nam in dicto. cap. ex literis. minimè probatur ex his, quae in initio huius capituli diximus, multo minus in aliis locis, quae à Socino allegantur: quibus respondet Antoni. à Fano. in tracta. de pignoribus. 4. membro. §. partis principalis. num. 21. ab eodem Socino descendens. Tandem his omnibus aduersus adamussim perpensis maxime dubia apparet sententia Bar. nec potest iure defendi. Quam ob rem iustius erit in hac controversia à iudicibus definiri, rem ipsam cum eiusdem meliorationibus restituendam, seu reddendam esse creditori agenti hypothecaria, ut eam obtineat is in pignus, & hypothecam, donec pecunia debita sibi soluat: modo prius creditor possessori

possessori soluat meliorationes, quatenus res ipsa facta est pretiosior: compensatione harum meliorationum admittenda cum fructibus perceptis post litis contestationem, ex dict. §. in venditio. **ne**, non autem cum perceptis antea: quia eos possessor vt verus rei dominus perceperit. gloss. communiter recepta in l. emptor. ff. de rei vendic. Quod si creditor harum meliorationum æstimatione soluere recuset, satis poterit seruari opinio Barto. ex qua reus hypothecaria conuentus si velit, nam & eum cogi posse nondum mihi certum est, poterit soluere creditori æstimationem ipsius reatento eius statu, in quo erat prius, quam melioraretur. Quin & ad hoc quandoque erit cogendus possessor iuxta distinctionem text. in l. in fundo. ff. de rei vendic. qua in re potissimum est æquitatis ratio eligenda absque priuatorum graui iactura.

Proximæ quæstioni accedit & alia non inutilis: siquidem solet adduci in controuersia, an possessor, qui datus est vero domino rem restituere cum fructibus, teneatur præstare fructus, quos ex meliorationibus ab eo factis, perceperit. Quibusdam visum est eum, qui alienam rem ab eo possessam meliorauerit, quauis alioqui ad fructuum restitutionem teneatur, cogendum non esse fructus restituere ex meliorationibus. text. sing. in l. cæterum. ff. de rei vendic. cum de fructibus seruati perquiratur: improbe tamen, inquit Paulus desiderabit petitor fructus æstimari, qui ex artificio eius percipi potuerunt, quod artificium sumptibus possessoris didicit, ex quibus verbis hanc conclusionem existimant quidam Angel. adnotasse. Sed, vt manifestum habet adnotationem Angeli perperam intellectam fuisse, distinguendi sunt fructus percepti ab his, qui percipi potuerunt, ex iustis meliorationibus. Percepti etenim adhuc ex ipsis meliorationibus proculdubio restituendi sunt in specie dictæ. cæterum, secundum gloss. ibi versu. potuerunt, cui consentiunt expressim Angel. & Fulgof. Roma. lingu. 33. Bart. in l. ratio. §. quod si fidei actioni. emptor. idem probat gl. in l. quod si artificem. verb. compensari. ff. de vendic. hi vero fructus, qui percipi potuerunt ex meliorationibus, sed percepti non sunt, etiam à mala fidei possessore minime debentur. text. in dict. l. cæterum. & hoc ipsum est, quod Angel. Fulgof. & Roma. ex ea deduxerunt. vnde non recte vulgo accipitur Angeli sententia. Et licet text. in dict. l. cæterum. expressim decidat dubium istud in meliorationibus, quarum æstimatione necessario non est possessori soluenda per text. in l. si autem. §. vlti. ff. eod. tit. tamen idem erit in fructibus, qui percipi potuerunt ex meliorationibus, quarum æstima-

tio melioranti soluenda est: hoc enim dicit ratio iurisperiti in dict. l. cæterum. ne meliorantis industria ei sit nocitura.

Quid igitur in bonæ fidei possessore dicendum erit, quo ad fructus ab eo perceptos, ex meliorationibus ante litis contestationem? siquidem Bart. glo. Angel. Fulgo. & Roma. de mala fidei possessore responderunt. Et receptum est apud suprema Hispaniarum tribunalia horum fructuum compensationem admittendam esse in hunc sanè modum, vt si æstimatio meliorationum excedat fructus à possessore à die possessionis ex ipsa re perceptos quod superest reo ab actore soluat: at si fructus excesserint meliorationum pretium, hic excessus actori à possessore reddatur habita ratione fructuum post litem contestatam perceptorum. text. optimus in l. sumptus. ff. de rei vendic. quem ita praxis interpretatur. & ea ratioe quoties de compensatione sumptuum, & fructus tractatur, veniunt etiam in hanc computationem fructus percepti ex meliorationibus. Quo fit, vt quidam censeant peioris esse conditionis eum, qui meliorauerit rem, quam is, qui ab hoc munere, & labore abstinerit, prior etenim fructus ante litem contestatam perceptos, & consumptos bona fide, verè restituit: posterior verò eos præcipuos capit, nec reddere tenetur, secundum ea, quæ traduntur in c. grauis. de restit. spoliat. & in l. ex diuerso. ff. de rei vendicatio. Et tamen non omnino congruit hoc discrimen: eam prior non restituit eos fructus, sed imputet in compensationem sumptuum, quos fecerat rei ipsius melioratione: nec teneretur eos reddere: imò perciperet, sibi que adquireret, si de soluenda meliorationum æstimatione agere superdisset: nam, & fructus, quos alioqui præcipuos possessor haberet, nec reddere teneretur, omnino compensatio. lege emptor. vbi gloss. versu. eos. ff. de rei vendic. quod verum est in fructibus perceptis ratione possessionis, & bonæ fidei: siquidem secus erit in fructibus perceptis à possessore ratione dominij iusti, & veri: nam hi non sunt compensandi iuxta gloss. vbi Angel. in eadem l. emptor. versu. superfluum. de qua alibi opportunius tractabitur. Nec obert huic resolutioni, quod Matthæ. Afiliet. scribit de cessione. 87. nume. 6. cum is non rectè intellexerit glo. & Angeli sententiam in d. l. emptor.

Verum materiam istam hypothecariæ actionis, tractati in mentem venit Regia. l. 24. titu. 13. part. 5. qua constitutum est, patrem non posse alienare bona aduentitia filiorum: quod si ea alienauerit, manere bona ipsius patris obligata pignori, & hypothecæ ipsis filiis ad rei aduentitiæ satisfactionem in hunc sanè modum, vt mortuo patre, tunc

Variarum Resolutionum

tunc possit filius rem alienatam ab emptore vendicare: cū ex bonis paternis: facta exculsione nō potest iustam æstimationem rei per patrem alienatæ consequi. Ambiguū etenim est, an hæc Regia decisio iuri Cæsareo contraria sit. Nā & Azon in summa. C. de bonis quæ lib. vers. nec puto. scribit, q̄ pater legitimus administrator filij familias etiam minoris, potest res filij immobiles in quibus pater vsumfructum habet, sine decreto iudicis alienare, quanuis alioqui in huiusmodi rerū alienatione hoc requiratur. Lobes alienum. cum similibus. C. de præd. mī. Azonē sequuntur Bald. 1. quæstio. Fulgo. Paul. Alexan. & Areti. in. l. præs. C. de transa. Bald. in. l. vltim. §. sin autem æs alienum. & ibi Fulgo. & Corneus. C. de bonis quæ lib. Bald. & Angel. in. l. de re filiorum. ff. de transa. Roma. & Iason in. l. filius familias. in fine. ff. qui satis cogant. Deci. cons. 209. col. 1. & alij, quorum meminuit nuncupatim Andreas Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuo. donatio. in prin. num. 28. ex quibus apparet eam opinionem communem esse: quod & Iason faceret in dicta. l. præs. col. 2. & Loazes in. l. filius familias. §. diui. nu. 32. ff. de le. 1. ac probatur id in dicto. §. sin autem æs alienum. hoc tamen ad Regiam legem nō attinet: cum Azonis dictum sit intelligendum in alienatione necessaria, quæ fit ob æs alienum, aliave vrgente necessitate simili, quæ ipsi filio familias imminet non in alienationibus voluntarijs. ita sanè Azon ipse loquitur: eūq; intellexere Bal. in. l. 1. in prin. ff. de reb. eor. idē in. l. si pupillorum. §. si pater. ff. eo. Areti. in. vlt. §. pupillus. ff. de verbo. obli. Iason in dict. l. filius familias. in fi. Loazes in dict. §. diui. & præ cæteris Tiraq. vbi supra. num. 32. quo in loco Azonē post Alexan. in dict. l. præs. defendit à Salyceto & Iasone ibidē ex eo, quod pater rem istam, in qua vsumfructū habet, alienat non vt tutor, curatorve filij, sed vt legitimus administrator, qui præter affectionem paternā cōmodum in ea re habet, & ideo præsumendum est, non eam alienaturum esse temere. Regia verò cōstitutio ad eādem pertinet alienationem, quæ facta fuerit à patre spōte, nulla æris alieni, aliave necessitate vrgente, quæ ipsi filio familias incūbat: vnde non potuit ab hoc Azonis dicto procedere quod dicta lege fuit decisum.

Est & alia eiusdem Azonis sub eadem rubrica consideratio, quæ forsā ansam præbuit his qui Partitarum iura à Cæsareis sanctionibus, iureq; Romanorum deduxerunt, vt præfatam æderent constitutionem. Et pro cōseruatione, inquit Azon, istarum rerum aduentitiarum, vel pretij ipsarum habet filius tacitam hypothecam, & cum pater non vendidit ob æs alienum soluendum. ha-

tenus is author probat, patre alienante rem aduentitiam, in qua vsumfructum habet: absque æris alieni necessitate, filium habere tacitam hypothecam aduersus bona patris. Sed hypotheca nūquam obtinet contra tertium possessorem, nisi prius in bonis principalis debitoris præmissa fuerit excusio. authen. hoc si debitor. C. de pi gnorib. Regia. l. 14. titu. 13. par. 5. igitur filius non euincet, nec vendicabit rem aduentitiam à patre alienatam ab emptore, donec appareat ex bonis patris eum consequi non posse ipsius rei pretiū, sicuti lege Regia sancitum est. quam ob rem quibusdam forsā videbitur. l. 1. C. de bonis matern. rei alienatæ vendicationem filio concedentem, esse sanè intelligendam in subsidium, quoties è bonis paternis eiusdem rei æstimatio restitui nō potest. illud profectò certi iuris est hanc Azonis opinionem veram esse, & probari in. l. cum oportet. §. vltimo. vbi gloss. Barto. Bald. & alij in. §. nō autem. tex. optimus in. l. si quis prioris. §. in illo. vbi gloss. Bart. Bal. & Salycet. Socin. consil. 34. libra primo. colum. penult. Antoni. à Fano. de pi gnori. secunda parte. membro quarto. numer. 13. ex hoc tamen minimè sequitur filio denegari vendicationem rei malè per patrem alienatæ, etiam si pater ipse diues sit, possitque eius rei pretium, filio solui ex bonis patris. quod probatur in dict. l. prima. quæ secundum Accursium ibi statim in limine contractus filio euictionem concedit. idē dicitur ea ratio, quod alienatio facta à patre, non tenet. text. & ibi gloss. in. l. vltima. §. non autem licentia. C. de bonis quæ libe. Nam si venditio nulla est, atque filio vendicatio, vt domino iure competit, optime colligitur, filium eam rem posse vendicare ab emptore nulla præmissa patrimonij paterni exculsione. nec tex. in authen. hoc si debitor. quidquam oberit: cū hic non tractemus de re propria ipsius patris ab alio, qui eius hæres nō sit possessa, tunc etenim locus est necessariæ excusioi, sed agitur maximè de euincēda ab emptore re propria ipsius agentis, qui eius verè dominus est, rei quæ vendicationem habet eo quidem titulo quod à nō domino fuerit alienata. Ex quibus satis, ni fallor, compertum est Regiam Partitarum constitutionem adhuc non potuisse ab hac posteriori Azonis sententia deduci: nisi eam prauè intellectam ab illarum legum cōditoribus fuisse asseueremus. Superest ergo eam decisionē à iure Romanorum omnino alienam esse.

Sæpissime tamen controuertitur sitne ea constitutio admittenda viuente patre qui rem ipsam alienauit: quidam enim opinantur eam obtinere patre iam mortuo: quemadmodum ipsius verba dicunt: nec patre viuente filium excludendum fore à

fore à vendicatione rei aduentitiæ per patrem alienatæ, quia quod in dicta lege sancitum est, iuri Cæsareo, & communi refragatur: vnde strictè accipiendum est: vt minor sit iuris communis correctio, quæ admodum odiosa, & aliena à Partitarum iure videtur, & præterea viuente patre indecens est ipsum filium à patre eiusve patrimonio æstimationem rei alienatæ in iudicio exigere. l. lis nulla. ff. de iudic. & capit. vlti. de iudic. in. 6. si quidem molestum erit ipsi filio litem aduersus patrem subire: cum possit ab extraneo rem propriam iure dominij vendicare, at patre ipso mortuo facilis est huius damni, aut rei æstimationis exactio ex hæreditate, & bonis paternis, quibus huic oneri sufficientibus, iniquum propè videretur emptorem, qui à patre causam habet in iudicio vexari. Alij contrariam sententiam veriorē esse censeant, existimantes etiam patre viuente locum fore Regiæ decisioni: ob eandem rationem: quæ forsitan fortius vrget patre viuente, quo quidem tempore dubium est, sitnè filius futurus patri hæres: & ob id à vendicatione rei venditæ excludendus: patre verò vita functo iam omninò constat, filiū non esse patris hæredem: cum alioqui, si hæres patris sit, exceptio actionis ab actione repellitur. l. cum à matre. C. de rei vendica. l. vendicantem. ff. de euictionib. dict. Regia. l. 24. ad fin. de in viuente patre non est omninò honestum à filio eius contractu rescindi, ob eam reuerentiam, qua filij parentes honorare debent. Filius ergo iuxta hunc sensum in vita patris hac vendicatione abstinere: aut quod magis apud Regia tribuna- lia receptum est, iudicibus frequenter in varias sententias euntibus, eodem pacto viuente patre erit Regia lex seruanda, sicuti eo mortuo seruaretur. Nec prorsus isthac opinio humana est: patre enim bona possidente, è quibus rei alienatæ æstimatio filio solui possit, æquum erit, & rationi congruum rei vendicatione ab eodem filio minime possessorem conueniri.

Quòd si patre viuente præfata Regia decisio locum obrinet, merito quaeritur, sitnè seruanda in filio emancipato, cui de iure rerum aduentitiarū, quæ ei obuenerunt, dum esset sub patria potestate, vsusfructus fuerit acquisitus? Et quia filius iam vsusfructum rei per patrem alienatæ posset percipere, nisi foret alienata, apparet ius ei competere, & permitti viuente adhuc patre ratione illius commodi rem illam vendicare. Sed & hoc apud me eam dubitationem habet, quod paria sint quantum ad hanc rem, filium esse, vel sui iuris iam equidem emancipatum, vel sub patria potestate constitutum. Nam patre alienante rem aduentitiam filii familias statim ab eo vsusfructus tolli

tur, & in filium transfertur. tex. sicut singulari. vbi glossa. & Salycet. in. l. si vsusfructus. ff. de iure doti. textus in. §. finitur. Instit. de vsufu. vel si nam cedendo. iuxta intellectum glossæ. & Salycet. in. d. l. si vsusfructus. & Ioannis Fabri. in. §. item finitur. Instit. de vsufu. quibus nouissimè accedit non facta eorum mentione Ferradi. Loazes in leg. filius familias. §. diui. ff. de legat. 1. numero. 32. qui expressim in vsufu. legali patri in bonis filij familias competenti loquitur. text. adducens in. l. cum oportet. §. non autem hypothecam. versic. & si quid ex vsu. C. de bonis, quæ liber. ex quo notat ius vsusfructus à patre alienari non posse: licet vendi ipsa commoditas ab vsufu.uario valeat. l. necessario. §. vlti. ff. de pericul. & commo. rei vendi. glossa in dict. §. item finitur. & in. l. arboribus. §. 1. ff. de vsufu. Sunt tamen hæc accipienda, vt tunc demum vsusfructus proprietati per alienationem eius extraneo factam accedat: cum ipsius vsusfructus formalis alienatio sit: secundum Bald. in. l. 1. C. si pignus pignori dato sit. eundem in. l. res quarum. C. de iure dotium. Imo iam in. l. vsusfructus col. 1. ff. solut. matrimo. atq; ita sunt omninò intelligendi text. in dict. §. finitur. & in dict. l. si vsusfructus. & quod ex eis Salycet. gloss. Faber & Loazes adnotarunt, non enim tradit hi Doctores exemplum alienationis ipsius commoditatis, nec ipsius rei: sed speciem constituunt, in qua proponitur alienatio ipsius formalis vsusfructus. Quo sit maximè verum esse, quod Alber. scribit in dict. l. 1. C. de bonis mat. num. 4. versicul. quid si pater. vbi asseuerat, patrem alienantem rem aduentitiam, in qua vsusfructum habet, trāsferre in emptorem quo ad eius vitam commodum ipsius rei, & sic vsusfructus utilitatem. Nec ex hac alienatione pater vsusfructum amittit: nec is filio habenti proprietatem acquiritur. Quia secundum Bald. in dict. l. 1. C. si pigno. vbi non constat formalem vsusfructum ab vsufu.uario alienatum fuisse: non fit eius consolidatio cum proprietate, vel vt scribit Imola in dic. l. vsusfructus. is qui habet vsusfructum alienas rem ipsam, vt contractus valeat, ceterum commoditatem alienasse: non ipsum ius vsusfructus formalis. Quin & ipse vsufu.arius rem ipsam vendens, nō amittit ex hoc vsusfructum: nec is extinguitur, quia videtur rem ipsam, vt alienam vendidisse: quod Bal. docet in dict. l. res quarum. potest enim quis rem alienam vendere, vt de euictione teneatur suo quidem periculo. l. rem alienam. ff. de contrah. emptio. Igitur constat ex his nihil referre sit filius emancipatus, vel sub patria potestate quantum ad legem Regiam attinet: vbi vsusfructus per alienationem proprietati accesserit:

Variarum Resolutionum

rit: cum filius tunc possit agere publicè in iudicio, & pater cogatur à iudice agendi licentiam suo filio hac in re concedere: siquidem filiofamilias volenti agere in iudicio de his rebus, quarum usufructus patri non competit, pater nolens filiofamilias licentiam concedere ad agendum in iudicio, cogitur à iudice eam præstare. l. ult. §. necessitatem. C. de bonis quæ liber. ex quo Barto. infert in. l. quid ergo. §. vsuras. ff. de contra. iud. tut. infert, quod contra filiumfamilias currit præscriptio in rebus, quarum usufructus patri non quæritur. Sic sanè licet in rebus dotalibus matrimonio cōstante non currat præscriptio contra uxorem. l. in rebus. C. de iure dotium. quia tunc tempore impedita agere. l. 1. C. de annali except. attamen in his rebus, quæ præter dotem parapherna nuncupantur, præscriptio obtinet, nam licet matrimonio cōstante vxor agere etiam de paraphernis nequeat absq; licentia mariti iure Regio, cogitur tamen maritus à iudice id vxori permittere: imò eo nolente consentire iudex eam licentiam præstare valeat: Regia Taurina. l. 57. quæ potuit deduci ab his, quæ adnotarunt Bart. Imol. Paul. & Alex. in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. soluto matrimo. Bald. in rubr. C. de contrahen. emptio. qd. 24. Iason in. l. iussumandum & ad pecunias. ff. de iureiur. Doct. in dict. §. necessitate. Ioan. Lupi in rubr. de donationibus. §. 22. num. 5. Deci. in cauaritia. in fin. de præbend. Tiraquellus post leges connubiales. §. glo. 6. num. 125. Et in hac specie hanc præscriptionem constante matrimonio in paraphernis contra uxorem procedere scribunt Ioan. Erber in. l. 1. num. 3. C. de bon. mater. Roderic. Suares in. l. 3. titulo. De las deudas. libr. Fori. versic. quarto vltimus. Eodem pacto in rebus aduentitijs alienatis à patre, sicut præscriptio currit à die, quo filius est effectus sui iuris. authent. nisi tricennalis. C. de bonis mat. ita incipiet procedere ab eo die, quo etiam durante patria potestate usufructus patri non competit, & in filium fuerit translatus. Sed quia id rarò continget, alia vt ratione ad probandum Regiam Partitarum decisionem etiam admittendam esse viuente patre, & filio emancipato, eique iam usufructu acquisito. Si quidem mortuo patre, & verè per eius obitum filio sui iuris effecto, dominoque proprietatis, & usufructus rei aduentitiæ à patre alienatæ, filius ipse non potest agere aduersus emptorem, nisi prius expenderit, & excusserit bona patris, ex quibus si possit rei æstimationem consequi vendicare rem ab emptore nequit, atque ita licet satis controuersum fuerit, frequentiori iudicium calculo definitum fuisse scio, legis Regiæ distinctionem procedere, etiam viuente patre, & filio

per matrimonij contractum, vel alias emancipati.

Ex capite sequenti.

- 1 *Pactum redimendi appositum tractatui absq; diei definitionem, quod tempus habeat?*
- 2 *Præscribi quandoque potest his quæ sunt facultatis.*
- 3 *Iuri offerendi, an præscribatur?*
- 4 *Intellectus. l. quod si nolit. §. si quid ita venierit. ff. de ædilit. edicto.*
- 5 *Iuri offerendi pretium ad redimendum, an mala fide, vel ex certa scientia emptoris præscribatur? & inibi examinatur opinio Anchar. de herede præscribente legatum.*
- 6 *Variè intelligitur Angeli responsum circa præscriptionem iuris redimendi.*
- 7 *Quid si pactum istud redimendi sit iuratum? & inibi an iuramentum perpetuam efficiat actionem?*
- 8 *Pactum redimendi annuos reditus non tollit præscriptione.*
- 9 *Iniqua est quadoque cōditio, quod annui reditus intra certum diem, & non postea redimatur: non tamen efficit contractum vsurarium.*

De retractu cōventionali: an istemporis præscriptione tollatur? Caput. I X.



In contractu venditionis pactum fuerit ita conceptum, vt nisi placuerit vel emptori vel venditori liceat ab eo discedere, nullo præfinito tempore: à iure sexaginta dies constituuntur, quibus decursis non licet à contractu discedere. textus insignis in. l. quod si nolit. §. si quid ita venierit. ff. de ædilit. edict. gloss. in capit. illo vos. ver. annos. de pigno. Roma. in ling. 705, & 769. Barto. in. l. si quis arbitr. 4. quæst. & inibi. Cuma. Paul. Alexā. & Iasonu. 24. ff. de verbo. oblig. Quod si in contractu dictum fuerit, licere emptori: vel venditori quadoq; ab eo discedere: perpetuò quilibet eorum poterit poenitere. tex. in dict. §. si quid ita venierit. in fi.

rit. in fi. cuius hac in parte meminere glo. in dict. cap. illo vos. Bald. in. l. 2. §. vlt. ff. qui fatif. cogant. Cremenf. singu. 11. Hoc ipsum propriū est eius patris, quod vulgus de retrouēdendo appellat. Nam si inter emptorē & venditorē conuenerit etiam simpliciter nullo tempore cōstituto, vt venditor possit vēditōrē restituto pretio retrahere: quandoquē licebit ei hoc agere: cū ea actio personalis ex vēdito sit. l. si sterilis. §. si tibi. ff. de action. emp. & ideo perpetua. l. sicut in rem. C. de præscrip. trig. vel quadrag. anno.

Egregia tamen est dubitatio: num ius istud conventionalis retractus tēporis præscriptione tollatur? Quod potissimū erit ad interpretationem l. 2. C. de pact. inter emptor. & vendi. & l. Regia. 42. tit. 5. par. 5. Angelus sanē in conf. 55. in hac specie respondet, iuri offerendi pretium ad rei venditæ retractum obesse præscriptionem triginta annorum: cū ab initio contractus hoc ius venditori actione personali competat. Angelo subscripsere Ancha. conf. 331. col. 2. Bald. conf. 303. lib. 1. num. 3. Ioan. Faber. in. l. cum notissimi. num. 14. C. de præscrip. trig. anno. Alexan. conf. 228. lib. 6. col. vlt. Iason. in. l. si mater. num. 5. C. de instit. & substit. idem Iason. in. l. 10. Dec. 7. Iacobinus. col. 5. Claudius. num. 5. Curtius Iunior. 13. in. l. petens. C. de pact. Deci. conf. 164. num. 4. Feli. in. c. cum accessissent. de constit. num. 27. idem in rubr. de præscrip. num. 15. fatentur hanc opinionem communem esse eam sequuti Balbus de præscript. 4. part. 5. part. princip. q. 3. Antoni. Rubeus, conf. 3. num. 7. Soci. Iunior. conf. 145. libr. 1. num. 36. Hierony. Cagnol. in. l. 2. C. de pact. inter emptorem. num. 42. idem asserit Paul. Parisi. conf. 92. col. 2. lib. 1. ac probatam fuisse supremi Parisiensis Prætorij iudicio eam veram esse censentes adserunt Ioan. Mōtholonius in promptuario iuris, dictione. Emer. & Rebuffus in. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interest. 1. notab. num. 53. Andreas Tiraq. lib. 2. retract. §. 1. glof. 2. num. 7. & 29. Et licet ab ea discesserit idem testatur Chassanzus in consue. Burg. rub. 5. §. 1. & conf. 11. num. 9. Sic & Franc. Purpuratus scribit hanc opinionem communem esse in dict. l. petens. num. 40. dubius tamen an vera sit. Huius equidem sententiæ præcipua ratio est, quod ius istud, quo emptor cogitur priori venditori rem ipsam vendere, competat venditori actione quadam personali, quæ tollitur triginta annorum spatio. dic. l. sicut in rem. & ideo his elapsis non poterit vēditōr actiōnem ipsam in iudicium deducere, quin exceptione legitimæ præscriptionis excludatur. Quamobrem Angel. & alij communiter idem esse exultimant: etiam si emptor promiserit venditori rem em-

ptam vendere quandoquē, & quoties in perpetuum pretium, quo vendita fuit, reddiderit.

Quibus expressim aduersantur Fabianus à Sācto Sabino in tract. de emptio. 3. q. 7. quæstionis principalis. Barbat. conf. 51. num. 9. lib. 1. Parisius dict. conf. 92. nu. 28. Ioan. Crotus. in. l. nemo potest. Fol. penult. versic. vltimo nota. ff. de legat. 1. Gerardus singula. 18. Alciat. in rubri. de præscriptio. num. 64. Ioan. Igneus in. l. in cognitione. numero. 76. ff. ad Sillani. Barbat. iterum conf. 22. vltimo dubio. lib. 6. Chassanzus dict. cōf. 11. & dic. §. 1. Potissimum ex his rationibus. Prima, huiusmodi pactum redimēdi collatum est in liberam voluntatem & facultatem venditoris vt possit quandoquē redimere, sed ea, quæ sunt facultatis, minimè tolluntur præscriptione. l. viam publicā. ff. de via publi. igitur in præsentia casu hæc facultas tolli nō potest præscriptione. huic verò rationi respondetur, ea, quæ sunt facultatis publicæ præscribi non posse: ea verò quæ sunt facultatis priuatæ esse præscriptibilia secundum Bal. in l. licet. & ibi Corne. 1. col. C. de iure delibe. tex. in l. in bello. §. si quis seruum. ff. de capti. l. vlti. ff. de vsucapi. l. si quisquam. ff. de diuers. & temp. præscriptio. vel hæc prima ratio obtinet in his, quæ sunt meræ facultatis & ad factum pertinet. non sic idem erit in his quæ iuris sunt, & aliquo iure competunt, sicuti ius adeundi, quod secundū communem omnium interpretationem in. d. l. licet. triginta annorum præscriptio extinguitur. competit etenim hæc facultas redimēdi rem venditam ipsi venditori oblato pretio iure quodam quod ei ex conuentione acquisitum est: & ideo vt ius adeundi tollitur, ita & istud tolli potest triginta annorum spatio.

Secundò communem sententiā impetit, quod iuri offerendi præscribi non potest. tex. in. l. pure. §. vlt. ff. de doli excep. l. paulus. §. vlt. ff. quibus mod. pign. vel Hypo. solu. pactum verò hoc redimēdi, ad pretij oblationē pertinet. dict. l. 2. cōsequitur igitur ei iure præscriptione nequaquam obesse, sed & hoc tollitur ex eo quod iuri offerendi coniuncto iuri excipiendi & tandem exceptio ni nunquam præscribitur. Barto. in. l. pignori. ff. de vsucapio. quem in hoc alij cōmuniter sequuntur. ac si ius offerendi actioni coniunctum sit posse tolli præscriptione idem Barto. & frequentissimè Docto. fatentur. optimus tex. in. l. cum notissimi. §. 1. & sequent. C. de præscrip. trigin. vel quadrag. anno. vnde cū ius istud offerendi venditori competat iure actionis: mirum non est id præscriptione extingui. Quod si dixeris ius offerendi ex quo actio post oblationem cōpetitura est præscriptionem non nocere. quæadmodum Bar.

Variarum Resolutionum

probare conatur in dict. l. pignori. argumento. l. vt. C. de condi. instit. l. sius quoq; §. vlt. ff. de hę redib. instit. Primum illud respōdebo, in hac specie, quam tractamus actionem ab initio contractus venditori competere, vt ei liceat oblato pretio rem venditam redimere. Deinde Bartoli conclusionem falsam esse contendam propter dict. l. cum notissimi. §. sed cum illud. si etenim & idē Bart. sibi parum constan tenet in. l. i. ff. de cond. ex lege. num. 4. pręscribi iuri competenti ad offerendum, aliquidve agendum pro acquisitione alicuius rei idem probatur ab Accursio in dicta l. cum notissimi. §. eodem iure verbor. opponere à quo deducitur ius offerendi, quod competit ad actionem acquirēdam, tolli pręscriptione. idem ibi probat Salycet. & est communis opinio secundam Angel. Aretin. in. §. actionum. numero 54. de actio. Alexan. in. l. si finita. §. Iulianus. nu. 64. ff. de dam. infect. Francisc. Balb. de pręscript. 4. part. principal. q. 2. sequūtur eandem sententiam Angel. & Imol. in dict. l. pignori. Fanensis. de pignorib. 6. part. 2. membro. num. 19. Deci. in l. petens. C. de pact. col. 3. & consi. 164. col. vlti. la son in. l. Quidiu. ff. de acqui. hęre. col. 2. Paul. de Cast. consi. 220. libr. 2. Aymon. consi. 11. nu. 23. Et in tract. de antiquit. temp. 4. par. cap. circa premissa. num. 35. & 37. vbi sequitur opinionem Angeli. in dict. consi. 55.

Tertiò communi opinioni refragatur text. in dict. l. quod si solit. §. si quid ita venierit. in. d. l. 2. C. de pact. int. emp. & vend. vbi conuentio redimendi rem venditam. si certum tempus pręfinitum non fuerit, in perpetuum ius redimendi tribuit. & pręterea vbi in promissione apponitur verbum quancūq; vel perpetuò: non currit pręscriptio, vt per illum textū. volunt ibi Bal. & Ang. idē Ang. & Imo. in. l. i. ff. de vfuc. Soc. cōf. 86 col. pe. lib. 1. Cępola. cautela. 68. facit text. in. l. 1. vbi glo. ff. de cōfus. & in. l. 1. C. ne rei domini. ibi. omni temporis definitione summata. Sed & hoc procedit quo ad pręscriptionem decem vel viginti annorum. nam triginta annorum pręscriptio his dictionibus minimē tollitur. de dictione perpetuo est text. in. l. minor. §. statu liberum. ff. de euictio. l. prętor ait. §. hoc interdictum. ff. de uoui oper. nunci. & in sti. de perp. & temp. actio. §. 1. de dictione quancūq; glo. notab. in cap. 1. verb. quindocunq; & ibi Bal. col. 1. de feu. dat. in vicein legis communi. glo. & ibi Cornel. in. l. 1. C. de bonis mat. idem de dictione semper, probat tex in. l. in rebus. §. vlt. C. de iure doti. adiuncta. l. 1. ff. solut. matr. vbi Bal. ad finem hoc ipsum notat. & Are. in. l. cum stipulatus sum mihi a Proculo. 3. col. ff. de verb. oblig. Alex. in. l. nemo. col.

vt. ff. de lega. 1. quibus accedunt plura, quę à Tiraquello, Soci. & alijs Iunioribus hac in quęstione traduntur. satis quidem est dictiones illas, quibus in dict. §. si quid ita venierit. & in dic. l. 2. iurifconsultus & Cęsares vtuntur, in hunc modum accipiendas esse, vt triginta annorum pręscriptio vim & legis effectum obtineat secundum Ange. in dict. §. siquid ita venierit, & eundem in dict. l. nemo potest. col. 2. vers. quid autē sit eonuerso. quam interpretatio, quę etiam contrahentium verba patiuntur: cum & ea iusta sit. & à lege procedat.

Quartò obstat fortiter communi sententię, quę emptor cum sciat se obligatum reuendere rem venditori, quoties is redimere voluerit, nullo tempore potest pręscribere, quippe qui malā fidem habeat. text. in ca. vlti. de pręscriptioni. cuius ratione ad hanc quęstionem vtuntur Fabianus in dict. quęst. 3. Parisi. dict. cōf. 92. num. 36. Felin. in rub. de pręscriptio. col. pe. vers. primo considerā. Chassanę. con. 11. num. 29. Gerardus. dic. sing. 18. eleganter Fulgosius consi. 122. verum in specie hoc refellit per Bald. cōf. 303. lib. 1. num. 3. Socinum Iuniorē in consi. 147. lib. 1. num. 64. Tiraquellum dict. gl. 2. nu. 27. tenentes etiam hanc pręscriptio nem procedere ipso emptore sciente: nec ignorat proprię obligationis: idemq; sensum fatentur omnes qui opinionem Angeli sequuntur, à qua velut communi adhuc emptore sciente non esse in iudicando recedendum. Socin. nu. 73. scribit. Quia emptor non est in mala fide ante oblationem pretij: cum aliter non appareat quod venditor velit redimere. Et pręterea vbi malā fides ex scientia rei alienę, vel proprię obligationis absque peccato procedit, poterit optimē admitti pręscriptio triginta annorum à iure ciuili statuta sicuti visum est Adriano in. 4. sen. trac. de restitutione. §. hoc supposito. Corneo consi. 277. lib. 4. Panor mit. in cap. vlt. de pręscrip. num. 13. & in ca. quod clericis. col. penult. de for. compet. & licet Cornac Panormit. in pręscribendis actionibus per sonalibus hoc admittant, vbi nulla potest dilatio solutionis culpa debitori imputari, secus esse existimantes in pręscriptione realis actionis, Adrianus tamen sensit & in realibus idem posse defendi, cum possessor sciens rem alienam esse, minimē sciat, cui sit eius restitutio facienda. Ego nec Adriano, nec Panor. consentio: cum mihi certissimum sit, vel scientiam rei alienę, vel proprię obligationis, & si in solutione vel restitutione differenda nullum mortale, aut veniale crimen committatur, ipsam pręscriptionem impedire, quod latius alibi ostendam. Et ideo pro sententiā Bald. Angeli & sequacium adduci satis commode poterit

terit decisio Anch. in reg. sine possessioe. de reg. iur. in. 6. Fol. 3. versi. item intelligas scribentis hæredem, nõ petente legatario rem legatam, posse eandem præscribere, etiam si hæres ipse sciat rem illam Titio legatam esse. idem adserunt post Anchar. Bar. Soc. consi. 2. ad finem. lib. 3. Deci. consi. 554. Francisc. Balbus. de præscriptio. 2. part. 3. part. princip. q. 13. Ripa in. l. vlti. C. de reu. donatio. q. 69. Paul. Paris. consi. 92. lib. 3. num. 34. Soc. Iunior dict. consi. 145. num. 71. Antoni. à Fano de pignori bus. 6. part. 2. membro. num. 22. Maria Soci. conf. 63. col. 4. lib. 1. Andreas Tiraq. in. l. si nquam. ver bo, reuertatur. nu. 311. C. de reuo. donat. quorum ea ratio est: quod vbi per acceptionem agnitio nem ve alicui actio est competitura, dum is non dum acceptauerit agnouerit ve alter cõtra quem actio datur, non potest dici malæ fidei possessor. Sic enim dum venditor pretium non obtulit em ptori, nondum emptor in mala fide cõstituitur: ad hæc facit communis interpretatio glo. in dic. l. cum notissimi. §. eodem iure. ex qua licet credi tor obtinens rem debitoris sibi pignori traditam dominium ipsius rei nequeat ob scientiam rei a lienæ præscribere: actionem tamen pignoratitiã si debitor triginta annorum spacio debitum nõ obtulerit, optimè præscribit: cum ea actio donec debiti oblatio fiat nequaquam oriatur, interim igitur dum oblatio non fit, non oritur pignorati tia. l. si rem alienam. §. omnis. ff. de pigno. actio. §. vlti. Insti. qui. modis re contra. oblig. & eo tempo re bonam fidem habet creditor respectu iuris of ferendi competentis debitori: quam obrem huic iuri offerendi præscribitur principaliter, & ex con sequenti pignoratitiæ actioni, quæ ex ea oblatio ne foret competitura, quod in specie ita explicat Antoni. à Fano, de pignori b. 6. parte. membro. 2. num. 16. post. alios, qui Accursij opinionem in di cto. §. eodem iure. sequuntur. Illud profecto hac in re considerandum est: non rectè Ancharran. sententiam ab eius fundamẽto deduci: siquidem legatum ante acceptionem acquiritur legata rio quo ad actionem realem, vel personalem sta tim quandoq; à morte testatoris, quandoq; à die aditæ hæreditatis, iuxta. l. 1. C. cõmu. de legat. vbi glo. & in. l. à Titio. ff. de furtis. Ale. laf. & Ripa. in l. prima. nu. 38. ff. de lega. 1. tradidi & ipse in. c. Rai narius. §. 1. nu. 1. de testamen. nam licet legatarius possit legatũ purè relicto repudiare: interim dũ non repudiat, ad eum pertinet. quo fit vt hæres etiam ante moram, fructus è re legata perceptos restituere legatario teneatur, nec titulo bonæ fidei possessoris ab ea restitutione defenditur. Bal. Pau. de Castro. & Docto. communiter in. l. apud Iulianum. §. 1. ff. de lega. 1. vnde Philip. Dec. in. c.

Ecclesia S. Mariæ. de cõsti. nu. 26. scribit Ancharran sententiam tunc demum posse obtinere: cũ legatario legatum fuerit sub ea conditione: si vo luerit: id est, declarauerit se velle, cũ eo casu ante hanc declarationem nec actio ei competit, nec le gatatum debetur. l. si ita legatum. §. illi si volet. ff. de legat. 1. vbi eleganter Paul. Castrensis. quin & Cuma. consi. 147. inaximè aduerfatur Ancharrano, sed loquitur eo casu, quo hæres ipsum legata rium ignorantem certiore legati non fecerit, tandem vtcunq; sit parum obicit opinio Ancharra. his, qui ab Angelo dissentire velint, pri mum quia in hac specie, quam tractamus, statim ab initio contractus actio oritur ad rem ipsam re dimendam: at in casu quæstionis ab Ancharra. propositæ: actio nondum competit, nec oritur ante acceptionem, quæ spacio annorũ omif sa fuerit, quo pacto hæc obiectionem Paul. Paris. dissoluit: dict. num. 36. & præterea quia legatario omittente legati petitionem & acceptionem tem pore triginta annorum præsumitur non ex alia causa id omittere quàm q̄ nolit legatum ipsum accipere: non sic in venditore, qui habet ius redi mendi: potuit enim is, & hoc frequenter contin git tutus hoc redimendi pacto sibi iam cõpeten ti, forsan non habens ad redimendum paratum pretium, tanto tempore tacuisse.

6 His tandè ita præmeditatis in hac difficili quæ stione, & si sciam magis communem esse opinio nem Angeli, ad eius congruam resolutionem pro ponam aliquot, & primum falsum esse quod Ancharra. asseuerat: dict. consi. 31. scribens, hoc ius redimendi decem tantum annis tolli. Nam cum ea actio personalis sit, omninò exigit triginta anno rum spacium: & ideo defendi iure nequit, quod ab Ancharrano obiter adnotatum fuit secũdum Baldum dict. q. 1. Curtium Iuniorum in dict. l. Pe tens. num. 13. Alcia. in rubr. de præscrip. num. 64. communiterque receptũ est triginta annorum præscriptionem fore necessariam. Fortassis ex. l. Regia. 63. in Taurinis constitutionibus sufficient viginti anni.

Secundum, cõstat planè vbi hæc triginta an norum præscriptio bona fide, quæ sæpissimè & hic contingere potest, perfecta fuerit, verissimam esse Angeli, & aliorum sententiam, vbi verò ea præscriptio mala fide processerit, & si comuni ter obtentum sit, eam sufficere ad tollendum ius redimendi, mihi satis dubium id est: ac potius placet quod è contrario adnotauere Fabianus, Barbat. & sequaces, quorum superius mentio nem fecimus.

Tertium etiam si Angeli opinio vera sit ea proculdubio soium procedit, cum venditor actio

Variarum Resolutionum

ne ad redimendam rem ex pacto utitur. Quòd si is, rei ipsius fortè possessor, uti voluerit retètionem oblato pretio emptori rē petenti, obtinebit, non obstante triginta annorum præscriptione. l. pure. §. vlt. ff. de doli excep. Et quanuis casus dissimilis sit, huc tamen tendunt rationes adductæ per Signorol. consi. 139. cuius responsum statim examinabimus. Nec enim emptor huius tēporis decursu dominium rei acquisiuit, ut cenſeamus id demum vendicare posse à quocunq; possessore: sed tantum actione competenti ad redimendum præscripsit, & ea ratione ius excipiendi oblato pretio venditionis inuiolatum manet: quo uti poterit venditor, argumento eorum, quæ Bart. notat in l. pignori. ff. de usufructu. cuius ad hanc decisionem meminit Aymon consi. 71. num. 4. Quarto, adeo quibusdam placuit, hoc ius redimendi præscriptione triginta annorum extingui, ut verum esse existiment, etiam si pactum id iuratum fuerit. quod expressim Angel. & pleriq; alij asseuerant, maximè Iason in dict. l. si mater. & Francis. Balb. dict. q. 3. quorum opinio communis est, ut testatur Soci. Iunior consi. 145. lib. 1. num. 52. & Boerius decisi. 182. colū. 2. & id utrunq; admittendum erit, ubi iuramentum tendit ad promissionem simplicem ipsius redēptionis & pacti. quasi secus sit in iuramento, quod præstitum fuerit ipsius præscriptionis expressa renunciatione, nam illud impedit sanè etiam triginta annorum præscriptionem. secundum Felium in rubr. de præscrip. num. 15. & ibi Alciat. nu. 69. Alex. in l. nemo potest. nu. 26. Gerard. sing. 18. inò & si iuramentum ad promissionem & pactum redimēdi pertineat, necessaria est quadraginta annorum præscriptio quemadmodum in hac ipsa quæstione tenet Aymon consilio. 71. numer. 2. Socin. Iunior consilio 145. lib. 1. nu. 62. Ludouic. Gozad. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. quæst. 4. conclusionē. 2. ea ratione, quod iuramentum perpetuam efficit actionem ad quadraginta annos, & si ea alioqui tēporalis sit. l. nam & postea. §. si is qui temporalis. ff. de iure iuran. ubi Bar. Angel. Alex. & Doct. communiter Iaso in §. item si quis. in. 2. 1. col. de actionibus. Regia. l. 14. tit. 11. par. 3. iuncta. l. vltim. C. de præscrip. trig. anno. cæterum si Angeli sententia vera est, hanc interpretationem nō patitur, nam quod in dic. §. si is qui temporalis. probatur, & ex eo Barto. & Doct. colligunt, obtinet in iuramento, quod etiam extra iudicium, vel in ipso contractu defertur à debitore creditori iuranti vera esse, quæ in eo contractu asseuerantur: & hoc ad exemplū eius, quod in iudicio ad litis dubiæ decisionem litiganti defertur: secus verò dicendum est in iuramento promissionis quo quis iurat con-

tractum seruaturum. sic sanè eleganter hanc difficultatem explicat Roderic. Suares in l. post rem. ff. de re iudica. 2. notabi. versic. considera vltimo. columna. 7. quo in loco absque hac vltima interpretatione responsum Angeli probat, sequutus eam declarationem, quam ex Felino & Alciato retulimus.

8 Quinto illud præ cæteris est circa hanc disputationē consideratione dignum, in censibus, & redditibus annuis, qui cum pacto redimendi constituntur, eam redemptionem perpetuo absq; vlla temporis præscriptione permissam esse, nec in his locum fore communi Angeli & aliorum opinioni ob plures rationes, quibus hoc apertissimi iuris esse constabit. Prima quia in hac specie ius redimendi coniunctum est exceptioni: quod patet: nam cum emptor agit ad reditus solutionem venditor excipit quo ad futuros saltem reditus offerendo pretium redemptionis. vnde sicut natura exceptionis perpetua est & nulla temporis præscriptione tollitur. l. pure. §. vlti. ff. de doli exceptio. Bartol. in l. pignori. ff. de usufructu. quem alij sequuntur, & præ cæteris Francis. Balb. 4. parte. 5. partis principa. q. 2. de præscriptio. Fanensis de pignori. 6. parte. 3. membro. ad finem. ita & ius offerendi quod iuri excipiendi coniunctum est nunquam præscriptione tollitur, quod expressim probat Bart. in dicta. l. pignori. & hi qui eidem accessere per. l. Paulus. §. 1. ff. quib. mo. pig. vel hypoth. solu. ubi qui possidet pignus habet ius offerendi perpetuum: poteritque ad rem ipsam retinendam quandocunq; offerre. idem notat Cornet. in l. licet. C. de iure deli. Secūda ratio ea est, quòd præscriptiões ob id introductæ sunt, ut per eas occurratur iuri agendi: non autem iuri excipiendi siue retinendi, cum ad id ipsum tēdant. l. sicut. C. de præscriptio. trig. vel quadr. anno. notatur in l. 1. C. si aduersa. credit. quo fit, ut æquum, iurique consonum sit, eas præscriptiones non impedire ius illud excipiendi, vel retinendi. ad cuius cōseruationem sunt introductæ. l. legata. ff. de lega. 1. l. cum tale. §. vlti. ff. de condit. & demonstr. Tertiò eadem sententia comprobatur ex eo, quòd in qualibet annua præstatione interruptitur præscriptio: quia censetur tacite facta ex titulo præcedenti, & ad illū refertur gloss. in l. 2. C. de acqui. poss. Bart. in l. cum solus. ff. de usufructu. Soci. consi. 15. lib. 4. titulus autem habet illam qualitatem redemptionis, quæ in qualibet præstatione est repetita saltem tacite, ergo interruptitur præscriptio. & ideo ratione huius interruptionis non potest extingui, nec tolli præscriptio temporis ius hoc redimendi annuos reditus.

Postremò frequentissimè hi annui reditus modo dico

dico pretio saltem minori, quàm perpetui emuntur, qua ratione in his redivibus ad rationē duodecimæ, decimæ, vel quatuordecimæ constitutis facultas redimendi ad contractus iustitiam pertinet, & est de necessitate iustitiæ, quod alibi latius probabitur, vnde ea facultas tolli non potest per præscriptionem. Et ita in hac quæstione expresse responderunt Signorol. consilio. 139. Deci. in. l. petens. col. 3. C. de pact. & consil. 164. vltimo dubio, Chassanæus consil. 11. & in cōsuet. Burg. rub. 5. §. 1. Andre. Tiraq. de retractu conuentionali. §. 1. glo. 2. num. 29. & Caro. Mol. de contractibus. q. 17. nu. 19. & q. 194. dicens, ita iudicatum fuisse in supremo Parisiensi Senatu. idem tenet Tiraquelus dict. nu. 26. & seq. vbi simpliciter esset appositum pactum redimendi, etiã absq; dictionibus, semper, quando cūque, & similibus. Ex quibus apparet perpenis huius præstremæ conclusionis rationibus, eam veram esse quocunq; pretio empti fuerint annui reditus: nam etiam si vltima ratio tunc cesset, priores tamen adhuc obtinent.

Ex vltima verò ratio deducitur, iniquum esse propter pretij iniustitiam contractum, quo annui reditus venduntur ad rationem vnus pro decem, aut duodecim, cum pacto redimendi intra decennium, ita vt post decennium redimere non possint, ac maneat perpetuus reditus. Sūt etenim hi contractus suspecti quantum à Romanis Pontificibus approbati quibusdam setuatis conditionibus, quarum ea potissimum est, quod pretium sit iustum, at in hoc contractu verè iniustissimū est, cum annui reditus, qui perpetuo redimi possint, eodem pretio vendantur communi omnium æstimatione, quo venditi fuerunt hi decennio tantū redimibiles: item ex eo, qd ab eisdem Romanorum Pontificum constitutionibus exigatur libera & perpetua venditoris redimendi facultas, igitur si ea restricta sit, cōtractus nec licitus est, nec permittitur, quod passim traditur ab his qui de his annuis redivibus scripserunt. Et licet Contrad. de contract. quæst. 83. conclu. 8. & Ioan. à Medin. de restitutione. cap. de censu redimibili. colum. pe. probare velint prædictum cōtractum licitum esse: vbi iustum fuerit annui reditus pretium arbitrio boni viri, qui rem istam æstimabit cum qualitate restricta redimendi libertatis: siquidē maius pretium tunc necessarium est, quàm si liberà ex contractu competat redimendi facultas. Hoc tamen, quem proposuimus, casu, adest iniquitas in pretio: & ideo cōtractus illicitus est: nec iusta ratione defendi potest. Nec opinor hunc contractum vsurarium esse: licet is iniquus sit: ea siquidē restrictio vt intra decennium liceat redimere non autē post: non vitiat cōtractum, sed vitiat

& reijcitur ab eo: itaq; manet annuus hic reditus redimibilis perpetuo, & in hunc sensum accipiendum est quod diximus, esse hunc contractum illicitum: id est hanc eius conditionē esse iniquam vnde satis erit eam à cōtractu reijci, & tolli secundum Caro. Moli. in tract. de contractibus: q. 50. sentit Andr. Tiraquel. in lib. 2. de retractu. in principio. nu. 30. quem legito. §. 1. gl. 2. nu. 64. & sequentibus. Aliud enim dicendum erit ex his, quæ ab eisdem traduntur, vbi conditio in hunc modum concipitur, vt liceat venditori redimere post decem annos, non antea: tunc equidem vsurarius est cōtractus, quod opportunius alibi examinabitur: fat enim est, hunc, de quo agimus, contractum iniquum esse ratione conditionis contra iustitiam pretij appositæ: non tamen vsurarium. Quamobrem cum semel in regio prætorio ageretur de executione contractus, quo annui reditus hac abiecta cōditioe empti fuissent, essetq; petita executio pro iam decursis vnus anni redivibus, & opposita intra decem dies iuxta legem Regiam vsuræ exceptio, ob quam iudex inferior pronunciasset contractum non posse mandari executioni: reuocata fuit eius sententia, ac tandem definitum, ipsum contractum executioni tradendum esse, non obstante exceptione vsuræ, reseruato ipsi reo iure retractandi prædictam contractus conditionem: siquidem tantum actū fuerat de executione contractus ad solutionem reditus iam decursi. Quod si ex illa cōditione contractus vsurarius foret, minimè posset executio nisi tradi, cum Regia cōstitutio, quæ de exequentis iudicio extraordinario, & admodum breui, contractibus, statuta est, vsuræ exceptionem ad impediendam executionem omnino admittendam esse censet: & tandem ea fuit iudicium omnium mens, vt si de reijcienda à cōtractu conditione actum fuisset, planè iudicassent eam reijciendam fore: quo liberum esset venditori annui reditus etiam post decennium restituto pretio ipsum censum redimere, quod est memoriæ commendandum.

Ex capite sequenti.

- 1 *Confirmationem sacramentum esse nouæ legis, idque ex sacra scriptura probatur. & numero secundo.*
- 2 *Sola ecclesiæ authoritas sufficiens est testimonium in his quæ ad religionem & fidem pertinent.*

Variarum Resolutionum

- 3 *Sacramentum ab alio quàm à Christo institui non posse.*
- 4 *Chrisma an sit necessarium ad sacramentum confirmationis. ¶ inibi intel. ad capi. 1. de sacra. nouiter.*
- 5 *Sacramentum hoc confirmationis, an sit precise necessarium ad salutē, an ex ratione præcepti?*
- 6 *Episcopus solus, nō sacerdos simplex, est huius sacramenti minister.*
- 7 *An sacerdos simplex sit huius sacramenti minister Romani pontificis commissione?*
- 8 *Sacerdos etiam solenniter degradatus conficit corpus Christi.*
- 9 *An possit simplex sacerdos minores ordines ex Romani Pontificis delegatione conferre?*
- 10 *Minores ordines an sint sacramentum?*
- 11 *Quis sit verus sacramenti pœnitentiæ minister?*
- 12 *Summus Pontifex in his, quæ ad fidem pertinent, errare nequit.*
- 13 *Summus Pontifex errare non potest in canonizatione sanctorum.*
- 14 *Confirmationis sacramentum nō potest ab alio quàm episcopo ministrari, etiam ratione immemorialis præscriptionis.*
- 15 *Episcopatus an sit verè ordo ab alijs distinctus?*
- 16 *An is, qui presbyter nō est, possit in episcopum consecrari, atque ita consecratus an recipit episcopalem potestatem?*

De confirmationis Sacramento ad interpretationem tex. in capit. quanto. de consuetudi.

Caput. X.



Nocētius Tertius pius eruditusque Pōtifex, moribus, & doctrina maximè illustris lib. 1. Decretalium. titulo. de consuetudi. capitu. Quanto. confirmationis materiam attingens scribit, huius sacramenti episcopos nō presbyteros, ministros adeo esse, vt nec moribus confirmandi ius alijs, quàm Episcopis conuenire queat, fatiūs esse asseuerans sacramentum istud fidelibus Christi fidem ba-

ptismate profectis non conferri, quàm à presbyteris non episcopis ministrari. Quam quidem epistolam Decretalem iuris Pontificij interpretes & si diligenter examinarint, plura tamen omiserunt, quæ ipse operæpretium duxi ad eiuustutiorem cognitionem & intellectum colligere ex ipsius capituli decisione, tria aut quatuor deducens.

Primum: confirmationem nouæ legis sacramentum esse, quo per baptismum resurgentes, erecti que sustentamur, & confirmamur: nè ab hostiū impetu rursus impetente labamur, in hoc mundo tota ætate inter inuisibiles hostes & pericula victuri: itaq; in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum roboramur, in baptismo in milites Christi recipimur, & veluti tyrones sub eius vexillo pugnaturi nomen ædimus, in confirmatione ad prælia huius mundi armis competentibus instruimur, viriumq; augmentū ad gratiam accipimus ab Spiritu sancto, qui super aquas baptismi salutifero descendens illapsus, in fonte pulchritudinem tribuens ad innocentiam. capit. primo. de consecra. distinct. 5. Non enim satis visum est humani generis redemptori nobis in baptismo spiritum innoquantem impartiri, nisi & per confirmationem atque frontis chrismate signationem, per impositionem manus episcoporum largiretur sãpẽ spiritum tuentem, ac defendentem. vnde Luc. vlti. dicitur discipulis iam baptizatis. Sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Ad horum manifestam probationem duò apertissima sacre scripturæ loca sunt animaduertenda. Primus, Actu. 8. cum autem audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioānem, qui cum venissent orauerunt pro ipsis, vt acciperet Spiritum sanctum: nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Iesu, tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Rursus Act. capi. 19. His auditis baptizati sunt in nomine Iesu: & cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos. Ecce igitur quod post baptismum erat signum sensibile impositio manuum, quo conferebatur gratia Spiritus sancti, & ita erat sacramentum: sicuti probat tex. in cap. vnico. §. penult. de sacra. vnct. & c. vnico. de sacra. non itera. & concilium Florentinum sub Eugenio Quarto. Hoc ipsum indubitatum esse satis apparet ex ipsius Catholicæ ecclesiæ authoritate, quæ sacrosancta est, & firmiter accipiēda, potissimum in his, quæ ad fidem & religionem pertinent. Nam quoties siue de scripturis, siue de veritate quauis alia ad catholicam

tholicam fidem spectante controuersia adfit, sufficiens est ipsius ecclesie potestas iudiciaria ad eam dubitationem dissoluendam, penitusque rescindendam, quandoquidem nullus penitus rectius uel scripturam aliquam interpretabitur, quam is, qui spiritum, & mentem scriptoris habet: ecclesia ergo spiritum Dei habens errare nequit in diuinis testimonijs interpretandis, quippe quæ ab ipso Christo eius spõso regatur, & doceatur: eam enim Christus dilexit, & seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret. Paulus ad Ephesos. 5. idem Paulus ad Timoth. 3. Ecclesia Dei, quæ est fundamentum, & columna veritatis. & Matthæi capi. 28. dicat dominus. Ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi. Primum ergo principium rerum ad fidem pertinentium, ipsius ecclesie auctoritas est, ut uniuersalis ecclesie traditiones in pertinentibus ad fidem non minoris auctoritatis sint, quam ipsa sacrascriptura, etiam si eius testimonium desit ad probationem eius, quod ecclesia tradiderit, ut præter alios satis eruditè tradunt, Rosensis contra Lutherum 3. ueritate. Ioan. Dried. libr. 4. de ecclesi. dogmat. cap. 2. Albertus Pighius libr. 2. de ecclesi. hierat. & lib. controuersiarum cap. 3. Alfonso à Castro. de hæresib. ca. 5. & libr. 1. de iust. hæret. punit. capi. 4. Quo fit, ut licet sacrascripturæ auctoritate non possit probari, confirmationem sacramentum esse: quod tamen ex ea catholice intellecta inanisissimum est, satis profectò sit ab ecclesia id ita definitum fuisse, ut firmè credamus: confirmationem sacramentum esse nouæ legis, & ea ratione gratiam conferre, quemadmodum, catholici aduersus Lutherum & proficentur, & probant post Magistrum Thomam, & communem Theologorum sententiam in. 4. sentent. distinct. 7. eundem Thom. 3. part. questio. 72. articulo. 1. Melchiasdem papam in epistola ad Hispaniarum episcopos, & Eusebium Romanum Pontificem epistola. 3. ad episcopos Thuseiæ. cap. de his. ca. manus. de consecrat. distinct. 5. Hieronymum, Augusti. Clementem, Bedam & alios quos diligenter citant, concilium Colonienſe in Enchiridio Christianæ institutionis capitu. de sacramento confirmationis. Ioann. Echius Tomo. 4. Homilia. 24. meminit etiam huius sacramenti Dionysius Pauli discipulus cap. 4. de ecclesia. Hierarch. quo quidem loco scripsit, sacramentum hoc appellatum fuisse ab apostolis $\pi\alpha\lambda\lambda\acute{\alpha}$, id est perfectionem sanctificationis. Quod si ab ipso ecclesie Christianæ exordio, ab ipsa apostolorum ætate sacramentum istud apud Christi fideles receptissimè semper fuit, quid obsecro queris? dum disputas à quo fuerit institutum, nonne scis? nec refragari

potes hoc sacramentum esse deinde sacramentum nec ab ecclesia, nec ab Apostolis, nec ab alio quàm Christo institui posse? Id enim catholici theologipræmittunt, & maxime Thom. dict. articulo. idem laciùs. 3. part. questio. 64. articulo. 2. cui in hoc frequentiori consensu ceteri suffragantur: & probatur euidenter ex eo, quod gratia, quæ per sacramenta confertur, à solo Deo Iesu Christo, sicut & gloria dari potest. idem probat diuus Ambrosius lib. 4. de sacramentis. capit. 4. ex Iunioribus eruditissimè ac diligenter Melchior à Cano, qui Salmaticæ theologiam primario munere omnium maximo applausu proficetur, in Relectione de sacramentis. Quinta eius parte. igitur palam est, hoc confirmationis sacramentum à Christo institutum fuisse, ab apostolis uero eius discipulis promulgatum. His suffragatur concilium Tridentinum sessione. 7. capit. 1. dum pronunciat anathema esse eum, qui dixerit sacramenta nouæ legis à Christo non fuisse instituta. Nec refert aliquo euangelicorum loco aperte hanc institutionem non probari: siquidem multa alia signa fecit Iesus, quæ non sunt scripta in libro hoc, Ioannis uertim. Sat enim est sacramento apostolos uos fuisse: ut seclusa dubitatione intrepidè credendum sit ab ipso Iesu institutum fuisse. Sunt equidè plura quæ Christus uoluit nobis per apostolos eius insinuare, quorum apud Euangelistas nulla mentio est: quod ita esse Augustinus fatetur libro. 2. de uisitacione infirmorum. scribeas sacramentum uisitacionem infirmorum institutam à domino Iesu fuisse per Iacobum apostolum eius Iacobi. capi. 5. His diuus Cyprianus accedit sermone de abluicione pedum. Sicut patet, inquit, Spiritui sancto, & Christo diuinitas, ita in suis institutis æquæ est auctoritas & potestas: nec minus ratum est, quod dicente Spiritu sancto apostoli tradiderunt, quam quod ipse tradidit, & in sui commemorationem fieri præcepit. Hactenus Cyprianus. quæ & alios in huius rei testimonium adducant, Rosensis contra Lutherum. 9. ueritate. & Ioan. Driedo. libr. 4. de dogmati, capitulo. 5. prima & secunda eius partibus. Quin & plura ecclesia catholica circa sacramenta, religionem, & fidem tradidit, quæ nec ex sacrascriptura constant, nec ex scriptis apostolorum traditionibus, & tamen uerbo ab apostolis recepit, uel ipsa totius ecclesie consuetudine lumine Spiritus sancti constituta & stabilita sunt. Paulus sanè id asserit secunda ad Thesalonic. cap. 2. Ergo fratres stare, & tenere traditiones nostras, quas edocti estis siue per sermonem, siue per epistolam nostram. August. de baptisino paruulorum contra pelagianos, paruuli, inquit, baptizati in numero credentium ponuntur, &

Variarum Resolutionum

hæc solum ex consuetudine Ecclesiæ antiquæ, canonica, fundatissima. Possem profectò pluram huius rei comprobatiõem adducere, quæ missa facio, eo quòd apud Rossensem veritate. 10. Driedonem dicto capitul. 5. part. 4. obuia sint. Et est optimus apud Gratianum tex. in capitu. ecclesiasticarum. 11. distinc. Explicat eleganter Tertullianus in libro. de corona militis. Colligere quidem ex eis possumus antiquam consuetudinem à temporibus apostolorum custoditã per vniuersas ecclesias sufficiens esse argumentum ad demonstrandum hanc sumpsisse originem ab Apostolorum traditione.

Hinc infertur, nimis superstitionam esse dubitationem eorum, qui confirmationis sacramentum ex eo sugillant, quòd nullibi appareat Apostolos, chrisimatis vnctione vfos, quibus ego respondendum esse censeo, ab Apostolorum ætate ecclesiam hæc vnctione, pro ritu huius sacramenti vsum fuisse, vt testatur Dionysius cap. 4. de ecclesia. Hierarchia. diuuse etiam Augusti. libr. 2. cõtra literas Petilian capitu. 104. ita ad hoc scribit, in hoc vnguento sacramentum chrisimatis vult interpretari, quòd quidem in genere visibilium signaculorum sacrosanctum est: sicut ipse baptismus. quibus verbis Augustinus confirmationem ipsam sacramentum appellat, & id per vnctionem chrisimatis conferri palam asserit. Imò esse necessariam vnctionem chrisimatis, admixtis oleo, & balsamo ad confirmationem, ita vt sine ea sacramentum non sit, adserunt Thomas. 3. part. quæst. 72. ar. 2. & 3. idem post Magistrum in. 4. dist. 7. & ibi cæteri, præsertim Durandus ac Palud. q. 1. art. 2. Hadria. in materia de confirmat. arti. 2. quorũ sententia communior est: nam cum hæc sit materia huius sacramenti, sicut aqua, baptismi: patet manifestè nec baptismum sine aqua, nec confirmationem sine chrisimate cõferri. & probatur in cap. 1. §. pe. de sacra. vnct. & in. c. nouissimè. de consecra. dist. 5. **Q**uia assertioni fortiter refragatur tex. in. c. 1. de sacramen. non iter. vbi Innocentius Tertius ad quæstionem, vtrum confirmationis sacramentum in eo debeat iterari, qui per errorè fuit, non chrisimate sed oleo delinitus: in hunc modum respondet. Ad quòd breuiter duximus respondendum, quòd in talibus non est aliquid interandum sed cautè supplendum, quod incautè fuerit prætermisum. Quibus equidem verbis conuincitur confirmationem sola vnctione olei celebratam sacramentum esse: ergo ex necessitate præcisa sacramenti, nõ exigitur vnctio chrisimatis: nam si hæc exigeretur, nõ esset confirmatio cum sola olei vnctione, sacramentum: & ideo nec satis esset suppleri quod defuit: sed esset sacramentum istud

ita cõferendum, ac si nunquam collatum fuisset nec vlla fieret iteratio, quãdoquidem nullum sacramentum confirmationis præcesserit. Huic objectioni respondent quidam ingenuè concedentes confirmationem cum sola vnctione olei sacramentum non esse: & ideo cum vnctione chrisimatis denuò celebrandam. & tamen ex hoc non repeti iterum sacramentum, cum nullum præcesserit, atque hoc ipsum esse opinatur, quòd decretalis asseruerat, dũ præcipit, non esse sacramentum iterandum: id est, per celebrationem huius sacramenti quæ denuò cum chrisimate fit, nihil iterari: huius expositionis authores fuere Palud. & Durand. d. q. 1. art. 2. & Hadri. in tract. de cõfirmationis sacramento. art. 2. Card. à Turre Cremata in. c. nouissimè. de consec. dist. 5. art. 2. num. 6. quæ quidem interpretatio dubio procul violenta est: siquidem ab eius capitis proprio sensu nimis aliena apparet si quis etenim Innocentij Tertij responsionem animaduertat, videbit planè satis extraneum ab eius sensu hunc intellectum esse esto sanè confirmationem denuò cum vnctione chrisimatis celebrandam esse, omniaq; solemniter agenda, ac si nullus confirmationis actus præcessisset, nec ex hoc vllam fieri sacramenti repetitionem: quid obsecro significant illa verba, quæ Innocentius vtròdoctissimus addidit: cautè supplendum esse, quòd incautè fuerat prætermisum: vbi manifestè de suppletionepotius quam de solenni celebratione agit. Deinde si vera esset præfata expositio non diceret summus Pontifex: non esse aliquid interandum: sed nihil iterari: nihil sanè repeti per huius sacramenti nouam & solennem collationem. Quam ob rem mihi satis placet quod Gale. opinatur in. 3. part. q. 72. art. 2. dicens vnctionem olei esse materiam huius sacramenti, & ideo de necessitate præcisa requiri vt factum sit: Chrisma verò, id est vnguetum ex oleo & balsamo, esse de necessitate præcepti. Quo fit, vt confirmatio olei vnctione celebrata, verum sit sacramentum: sicut baptismus aquæ aspersione: & tamen postea vnctio chrisimatis fieri debet: nec ipsa confirmatio repetenda est: atque hic videtur planus prædictæ Decretalis sensus maximè conueniens canonistarum interpretationibus. Eadem etenim opinio placet Dominico Soto in. 4. Sententiarum. dist. 7. q. vnica. artic. 2. Nam quod antiqui sanctissimiq; viri scribunt de vnctione chrisimatis ad hoc sacramentum conferendum: nihil impedit veritatem huius intellectus: cum chrisma vnctionem significet, quæ referri potest ad olei sancti consignationem. Ex his deducitur quod primo loco adnotauimus, confirmationem sacramentum esse ab ipso Iesu Deo optimo maximo institutum,

tutum, quod vnctionem pro eius materia & necessitate exigit.

Ex quibus & illud erit omnino obseruandum, omnia, quæ sunt de necessitate sacramenti, diuino iure, & à Christo instituta fuisse: illa vero, quæ institutione ecclesiæ adhibentur, non esse de sacramenti necessitate: & quanuis priora quoadq; & quibusdam videatur, probari non posse ex domini nostri Iesu Christi verbis expressis: sunt tamen omnino recipienda, sicut & ea recepta fuere ab ecclesia ex traditionibus Apostolorum, & cõstanti fide credendum, Apostolos ea tradidisse ex eo, quod à Christo fuerint instituta: quod sanctus Thomas & alij probant in. 4. distin. prima. quæst. 5. articul. 2. Nam qui sacramenta instituit idem ipse & illa omnino tradidit quæ ad eorum necessitatem pertinent: quod theologi repetunt in. 4. distin. 7. quæst. vnica. artic. primo. & statim explicabimus.

¶ Secundo loco ex eadem Innocentij Tertij decisione colligitur, cõfirmationis sacramentum non esse præcisè de necessitate salutis: atq; in hoc differre à baptismo, qui præcisè necessarius est ad salutem: & hoc ipsum probatur, dum text. dicit tutius esse hoc sacramentum sine periculo omitti, quàm ab his, quibus id conferre non licet, ex temeritate adsumere: quod Panormitan. & cæteri communiter aduertunt, & Thomas præmittit. 3. part. quæstione. 72. articul. octauo. dum scribit, infantes baptizatos etiam sine hoc sacramento saluos fieri. idem Thomas quæstione. 65. articul. ultimo. & in. 4. distin. septima quæstione prima. articul. primo. ad secundam quæstionem: cuius opinio à Theologis frequentissimo omnium calculo recipitur, vt fatetur Hadrianus artic. primo. Est tamen dubium, an hoc sacramentum sit necessarium ex Dei, vel ecclesiæ præcepto, ita vt mortale crimen sit eius adsumptionem omittere: & videtur ita dicendum esse. Primò ex capit. vt ieiunij. de consecra. distin. quinta. Est enim ibi à concilio Aurelianensi capit. 3. definitum, non esse Christianum, qui episcopali confirmatione christinatus non fuerit. Secundò est textus in eadem distin. capit. de his. vbi Melchides Papa Hispaniarum episcopus scribit, sacramentum baptismi, & confirmationis ita coniuncta esse, vt vnum sine altero ritè perfici non possit. Tertio Gratianus eadem distin. in principio ex Urbano Papa tradit omnes fideles per manus impositionem episcoporum Spiritum sanctum post baptismum recipere debere, vt pleni Christiani inueniantur. Vnde quidam existimant, sacramentum istud accipiendum esse ex necessitate præcepti Ecclesiæ semel in vita: cuius opinionis

consentur Palud. in. 4. distin. septima quæst. 1. Florenti. 3. part. titu. 14. capit. 14. §. quinto. Syluester. verbo, Confirmatio diuina. secunda colum. dicentes etiam esse hoc sacramentum in præcepto vbi Christiano baptizato immineret periculum belli spiritualis, aut persequutionis quo ad finem, quam esset coram tyranno professurus, de fensurusque: sicuti sacramentum eucharistiæ est in præcepto ei, qui in periculo mortis corporalis constitutus est: quod notatur in capit. cum infirmitas. de pœnitent. & remissio. hoc tamen eucharistiæ sacramentum est in præcepto ex institutione diuina, iuxta illud, hoc facite in meam commemorationem. & docet Thomas in. 3. part. quæstio. 80. articul. 11. Theologi. in. 4. distin. 9. vbi præcæteris Gabriel. quæst. prima. quicquid Cæcilia. in contrarium scripserit dicit. quæst. 80. articul. 11. & in summa. verbo, Communio. vers. tertium tempus. Sic sanè Christianus sacramentum confirmationis omittens, vel in periculo mortis spiritualis, vel tempore opportuno, quo verissimiliter auxilio Spiritus sancti in fide confirmantis indiget, mortaliter peccat. quod etiam nititur probare Cardinalis à Turre Cremata. in princip. de consecra. distin. 5. dicens, sacramentum confirmationis esse necessarium ex institutione ecclesiæ. Opposita sententia verior profectò est: si quidem nec ex præcepto Dei, nec ex præcepto ecclesiæ tenemur sacramentum istud accipere, tamen si id maximè vtile sit, & ideo à Christi fidelibus summo perè, solertique diligentia expetendum, & procurandum ac precipuè cauendum est, ne per contemptum omittatur: esset enim cõtempus is graue & mortale crimen. Hæc verò propositio ex eo probatur: quod si esset hoc præceptum diuinum oporteret hoc ipsum sacramentum ministrari existentibus in periculo mortis, continuoque ab hoc seculo transiuris: modò discretionè præditis: sicuti constat eadem ratione de eucharistiæ sacramento: maximo etenim periculo tentationum dæmonis obicitur, qui mortis agone constringitur: at præcepta diuina de sacramentis suscipiendis tunc potissimum vinculum obligationis habent: quando fidelis ob grauem necessitatem eis indiget: sicuti apud Theologos receptissimum est: & tamen continuo transmigraturus ab hac vita non tenetur sacramentum confirmationis accipere, vt probatur in cap. 2. de consecra. distin. 5. cæterum ecclesia nusquam iniunxit Christianis confirmationem: sed tantum eis aperuit vim, & effectum eius ad corroborationem fidei, & ad perfectam vitæ cõsummationem vt tandem instructiores simus ad luctam, & pugnam cū dæmonibus subeundam, ad quã

baptisma-

Variarum Resolutionum

baptismatis vi satis sufficienter armamur, ex auctoritate Magistri in. 4. sententia dist. 1. atque in hunc sensum sunt accipienda, quae Palud. & sequaces in propriae opinionis comprobationem adducunt, quod patet ex notatis ab Hadriano in tract. de confirmatione. art. 1. post Tho. d. q. 1. & gl. d. c. vt ieiunij. Colligitur ergo, confirmationis sacramentum non esse praecise necessarium ad salutem: nec ex praeccepto Dei, nec ecclesiae fidelibus iniungi: & ideo si absque contemptu omittatur mortale crimen minimè committi. licet ex sacro testimonio, auctoritate sanctorum patrum necessarium esse probetur ad gratiae augmentum, ac fidei corroboracionem, vt eam instructiores profiteamur.

¶ Tertium, quod ex eodem Innocentij Tertij responsò adnotari solet eam habet difficultatem: Quis sane sit huius sacramenti minister? qua in quaestione constat, episcopum, non aliū huius esse sacramenti ministrum: & id apparet, eo quod statim post Christi ascensionem nunquam isthac manuū impositio facta est, nisi per solos Apostolos, quibus successere episcopi: nec facta fuit à discipulis, quos presbyteri representant. Sic Damasus Papa in epistola de coepiscopis ait, Quod autem solis Apostolorum, eorumque successoribus proprii sit officij tradere Spiritum sanctum, liber Actorum Apostolorum docet: praesertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum isti. scilicet. presbyteri in ecclesia speciem gerunt, legatur donum Spiritus sancti per manuū impositionem, vt praedictum est, tradidisse. idem docent Innocentius Primus in epistola ad Decentium Eugubinum. c. 3. Melchiodorus ad episcopos Hispaniarum: Eusebius ad episcopos Thuciae epistola. 3. Rabanus de instit. cleri. l. 1. c. 30. quorum mentio fit à Gratiano de conse. dist. 5. ca. 2. 3. & sequentibus. idem asseuerat Beda. in capitulo. 8. Act. Apost. & Isidorus lib. 7. Etymolog. capi. 20. hoc ipsum definitum est in concilio Hispaniae. 2. capitulo. 7. & in Constantiensi. 28. errore Vualephi. & in Florentino sub Eugenio Quarto. & in Coloniensi synodo. titulo. de sacramen. confirma. ad finem. & in Tridentina generali synodo sub Paulo Tertio. titulo. de sacramentis. tradunt & id Theologi in. 4. dist. 7. Tho. 3. part. q. 72. artic. 11. Alfonso à Castro de haeresibus. verb. confirmatio. Ioan. Echius in Enchiridio cap. 7. nostrates in dist. ca. quanto. illius decisionis auctoritate hanc sententiam comprobantes.

¶ Verum enim uero ancipiti controuersia disputari solet hoc in tractatu: an ex Romani Pontificis commissione simplex sacerdos sit huius sacramenti minister: possitque id conferre Christi fidem baptismate profectis? nam quibusdam placet, episcopum ita esse huius sacramenti ministrum, vt

nullo pacto etiam ex Papae dispensatione id ministrari queat à presbyteris non episcopis: & hoc praecipue, quod huius sacramenti, sicut & aliorum minister sit ex institutione diuina ab ipso Deo designatus: & ideo nequeat à Romano Pontifice mutari: quod probatur. Nam ita ad sacramenti essentiam pertinet minister, sicut materia, & forma: quae tamen non possunt à Papa mutari, igitur nec minister. hoc profectò manifestius fit, si consideremus ministrum, formam & materiam sacramentorum non posse ab alio, quam à Deo institui, ipse etenim est sacramentorum institutor, cui soli competit definire, quae sint ad illa sacramenta necessaria. Tho. 3. part. q. 60. art. 5. Quae ob rem sicut Papa non posset statuere, quod laicus consecraret Christi corpus: nec quod sacerdos absque pane sub alia materia conficeret idem corpus Christi: nec quod absque aquae elemento baptismus ministraretur: nec item aliquem sacris ordinibus insigniri posse ab eo, qui episcopus non est: ita eadem ratione concluditur, nec permittere summum Pontificem posse, nec delegatione committere, vt simplex sacerdos sacramentum confirmationis ministret. Quod si dixeris sacerdotem simplicem ex institutione diuina etiam esse huius sacramenti ministrum, duabus rationibus haec diluitur propositio. Prima ex eo quod hoc ipsum reprobatur extiterit frequenti omnium assensu. Secunda, quod si ita verum hoc esset, Papa non potuisset hanc facultatem confirmandi ex diuina institutione presbyteris simplicibus conuenientem ab eis auferre: & ob id possent adhuc hoc sacramentum ministrare: quod nemo doctus admittet. Scribit enim Paul. 1. Corinth. capit. 4. Sic nos existimet homo, vt minister Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. ergo quibus Christus dedit potestatem, non potest homo auferre: cum hoc ipsi Deo Optimo Maximo tantum competat. Hinc sacerdos vtunque solenniter degradatus conficit eucharistiae sacramentum etiam si is haereticus sit. glos. in capit. secundo. de cleri. ex com. mi. vbi Abb. Cardina. & Docto. communiter. textus optimus in capit. quod quidam. 1. quaest. 1. Thom. 3. part. quaestio. 82. articulo. octauo. Docto. in capit. accedens. 50. distinct. Alfonso à Castro, lib. secundo. de iusta haereticorum punitione. capi. 21. licet gloss. in dist. cap. accedens. & in capit. degradatio. de poen. in sexto. & in summa. 9. quaest. 1. contrarium maximo errore dixerint. Potestas siquidem ordinis est ad consecrandum corpus Christi verum: nec ab alio, quam ab ipso Deo ob eius excellentiam dari potest: & ideo semel data indelebilis est. quod & Tho. allerit. 2. 2. q. 39. arti. 3. Sic sane minister

ster sacramenti ab ipso Deo institutus, tolli ab Ecclesia non potest ad hunc effectum, ut si post Ecclesie prohibitionem minister à Christo statutus sacramentum ministraret, verum non sit sacramentum istud. In de fit, ut licet prohibitum sit extra necessitatis tempus laicos baptismi sacramentum ministrare: tamen si illud ministrarent, tenet baptismus, ut scribit Tho. in. 3. part. q. 67. art. 3. Nam baptizare quavis ad ordinem sacerdotalem spectet secundum id quod decet, & solenne est: non tamen ex necessitate sacramenti: apparet igitur si verè huius sacramenti confirmationis episcopus minister est ab ipso Deo institutus, ut constat, non posse sacerdotibus simplicibus hoc ministerium committi: sicut si iidem sacerdotes ministri fuissent à Christo decreti, non potuisset Romanus Pontifex hoc ius ab eis tollere. Ex quo manifestè convincitur falsum esse, quod Inno. Panor. & alij in. d. c. quanto. scribunt dicentes, posse Papam potestatem istam ministrandi sacramentum confirmationis episcopis competentem ab eis tollere, ita ut si ministrarent illud, nihil agerent: quod periculosum est, nec vll ratione defendi valet: ut animaduertunt Alex. de Hales. 4. part. q. 35. memb. 6. lo. Maior in. 4. dist. 7. Hadrian. in tract. de confirmat. ar. 3. Bernard. Anto. Imol. col. 3. Barb. col. 12. in pred. c. quanto. post. gl. in. c. manus. de consec. dist. 5. Quin Abb. & uliorum sententiam hæreticam esse probat Alfons. à Castro lib. 2. de iust. hæret. punit. cap. 22. qui tres ad hanc rem proponit assertiones verissimas sanè, & omnino utiles: quarum Prima habet, Papam non posse tollere ab episcopis potestatem conferendi illa sacramenta, quæ sunt episcopis reservata: ut confirmatio, ordo: ita, ut illorum sacramentorum collatio: ex hac Papæ prohibitione irrita sit. Secunda, Summum pontificem posse prohibere episcopis executionem ordinis episcopalis circa sacramenta, siue particulari, siue generali prohibitione ad effectum istum, ut post hanc prohibitionem Episcopus ordinans, aut confirmans peccet: quavis ea, quæ fecerit, sint rata, & firma, nec iterum repetenda. Tertia, Papam posse ab episcopis eam potestatem ordinis, quam habent circa sacramentalia auferre: ut puta circa consecrationes altarium, calicum, vel tintementorum benedictiones, in hunc sensum, ut actum ab eis contra hanc prohibitionem minimè valeat: cum hac potestas potius iure humano, quam diuino eis competat. Ex hac igitur prima ratioe, quæ fortissimè stringit, videtur, commissione Romani pontificis sacerdoti simplicem minimè posse sacramentum istud confirmationis ministrare. Secundò, ut alias rationes omittam, hoc idem probatur: cum ea, quæ ordinis sunt, committi nequaquam possint ei, qui ordine illo caret. tex. in ca. vlt. de consecrat. Eccles. vel al. Sed

ministerium huius sacramenti pertinet ad episcopos ratione ordinis, seu potius ratione consecrationis episcopalis: ergo committi non potest his, qui episcopi non sint. Et si dixeris non posse hanc commissionem fieri ab episcopis, ut prædicta Decretalis loquitur: posse tamen fieri ab ipso summo Pontifice: respondetur, in his, quæ ad ordines & sacramenta pertinent, non habere maiorem potestatem summum Pontificem, quam habeat episcopus in propria diocesi: licet quo ad causarum decisionem maiorem potestatem habeat ipse Papa, quam episcopi. His quidem, & alijs fundamentis, non posse ex delegatione Papæ simplicem sacerdotem confirmationis sacramentum ministrare allerunt Durand. Scotus, Maior, & Hadria. in. 4. dist. 7. de sacramento confirmati. art. & q. vlt. Alfonsus à Castro lib. de hæreticis. verb. Confirmatio. idè lib. 2. de iust. hæret. punit. cap. 21. & 22. Sed contrariâ sententiâ inò posse simplicem sacerdotem ex Romani Pontificis commissione sacramentum confirmationis ministrare, multi ex eo defendunt, quod ex commissione Papæ possit sacerdos simplex minores ordines conferre: cum hi non habeant immediatam relationem ad corpus Christi verum. Tho. in. 4. dist. 25. q. 1. art. 1. quem ceteri ibi sequuntur: Collectari, Abb. & alij communiter in. d. c. quanto. Ergo etiam poterit Papa delegare simplici sacerdoti ministerium sacramenti confirmationis: cum hoc factum non habeat immediatam relationem ad corpus Christi verum, & ita hac ratione Thom. dist. dist. 7. q. 3. vti-tur, cui huius opinionis auctores omnino consentiunt. Verum hæc ratio tollitur ea consideratione, qua distinguuntur minores ordines à maioribus & sacris: ut licet maiores ordines sint sacramentum, & diuino iure instituti: quod satis competentum est: minores verò nec sint sacramentum, nec diuino, sed potius humano iure statuti: sicuti Durand. dist. 24. quarti sententiarum opinatur: atque ita præmissi hac Durandi sententiâ Alfonsus à Castro dist. ca. 22. primam rationem, quam adduximus, diluere conatur. De prima quidem tonsura hic non agimus, ea etenim conferri potest quandoque ab Abbatibus, qui Episcopi non sunt, nam & non esse eam tonsuram ordinem quidam existimant: sicuti à nobis adnotatum est in cap. quia nos. nume. 3. de testam. posse verò eam conferri ab Abbatibus eorum monachis probat tex. in cap. cum contingat. de stat. & qual. quo in loco, & cap. 1. 69. dist. in. c. ex canone. 14. septimæ synodi probatur, lectores posse ab Abbate in proprio monasterio ordinari: atque ideo docto. in dict. cap. cum contingat. & Syluent. verb. ordo. 3. q. 2. tradiderunt, posse omnes minores ordines ab Abbate proprijs monachis ministrari, quasi Ab-bates

Variarum Resolutionum

bates propter solennem benedictionē aliqua ex parte sint Episcopis similes. Ego sane video in his periculosum esse, ab his discedere sententijs, quæ frequentiori authoritate doctissimorum virorum probantur. Deinde non dubito Durandi sententiā cōmuni Theologorum iudicio improbatā esse: hi etenim in. 4. sent. dist. 24. tenuerūt minores ordines esse sacramentū, & præcipuè Thom. q. 2. arti. 1. ad finē. & arti. 3. in vltimis verbis. Palud. & Maior. quæst. 1. Caiet. item in opusculo. 27. quæstionū. q. 23. dū probat, esse necessarium cōtractū corporalem in sacramento ordinis, & subdit exemplum de traditione libri, & clauium: apertè huius est sententię, vt existimet hos minores ordines esse sacramentū, & cū ordo sacramentū sit, ac sub eo passim à tempore Apostolorum constituantur hi minores ordines, vt tradunt ex Ignatio, Dionysio & alijs quotquot aduersus Lutherum hac ætate scripsere, & præ cæteris concilium Colonien. se, titu. de sacramento ordinis. Castro de heresib. dictione, ordo, consequitur hos ordines sacramentum esse, tametsi non desint, qui Durandi opinionem probabilem esse censeant: nam & ipse Caiet. in. q. de modo tradendi ordines. art. vnico. fol. 4. asserit, hos minores ordines potius esse sacramentalia, quā sacramenta: idem ipse senserat. 3. part. q. 64. art. 6. vers. in responsione ad primum. & Magister senten. in dist. dist. 24. idem insinuat, dum hos minores ordines procedente tempore ab Ecclesia esse institutos opinatur. vnde colligitur sacramenta non esse: cū ea ab Ecclesia, aut ab alio, quā à Christo institui nequeant. Quod si hæc Durandi sententia recipienda est, Prima hæc ratio de presbyteris simplicibus ex cōmissione Papæ ministrantibus minores ordines, parum, aut nihil ad propositam dubitationem pertinet. Verum si rejiciatur Durandi opinio admissa contraria, quæ certior est, nullo pacto defendi poterit, quod præmissimus: imò dicendū erit, nec ex cōmissione Papæ simplices sacerdotes posse minores ordines conferre: quod Hadrianus. d. arti. 3. expressim tenet. Nisi dixerimus sacramenti ordinis ministrum ordinarium, esse episcopum: posse tamen esse simplicem sacerdotem ex delegatione Romani Pōtificis: sicuti statim dicemus in sacramento confirmationis: quod tamen, vt ingenuè fatear, mihi satis dubium est, & incertum, imò falsum omnino quoad sacrorum ordinum ministerium, quod solis episcopis competit. Atque ita verius esse censeo, posse Summum Pontificem delegare collationem minorum ordinum simplici sacerdoti: non tamen eorum ordinum, qui sacri, & maiores dicuntur. quod & Dominicus Soto probat in. 4. distinct. 7. quæst. vnica. arti. 11. & di-

stinct. 25. quæstione prima. articul. primo.

Secunda ratio, quæ videtur persuadere, simplicem sacerdotem ex cōmissione Papæ posse ministrare sacramentum confirmationis: deducitur ex eo, quod simplex sacerdos nullos habens subditos non potest quēquam à peccatis absolueret, nec ei sacramentum pœnitentię ministrare, adeo vt si tentet, nihil actum sit. At si huius sacramenti minister esset, absolutio teneret, & tamen cū minister non sit, ex delegatione episcopi, aut Romani Pontificis poterit hoc pœnitentię sacramentum ministrare: quod passim conceditur: nec negari poterit. Igitur ex Papæ cōmissione, qui minister non est sacramenti confirmationis, poterit id optimè ministrare. Verū & ista argumentatio parum prodest: cū à dissimilibus fiat. Etenim Romanus Pontifex cū simplici sacerdoti delegat ministerium sacramenti confirmationis: non ei concedit, nec tradit episcopalem ordinem, aut potestatem: quæ quidem episcopalis ordinis potestas necessaria est ad ministeriū huius sacramenti, & quidem iure diuino: sed cū idem Pontifex, aut episcopus simplici sacerdoti subditos commendat & tradit: aut cū delegat illi absolutionem sacramentalem, non facit absolute ministrum eum, qui non est minister huius sacramenti pœnitentię: sed ei cōcedit iurisdictionis potestatem, quæ iure diuino necessaria est ad hoc ministeriū, & quæ simplici sacerdoti deerat, vt esset huius sacramenti minister. Enimuerò licet simplex sacerdos eo tēpore, quo ad sacerdotium fuit assumptus, habuerit, & acceperit potestatem ordinis, quæ necessaria est ad absolutionē sacramentalem, non tamen habuit, nec accepit alterā potestatem, quæ iurisdictionem exigit. Nam præter potestatem ordinis simul necessaria est potestas iurisdictionis ad ministrandum pœnitentię sacramentum, non tantum iure humano, sed & diuino: itaque sacerdos simplex minister non est sacramenti pœnitentię, donec habeat iurisdictionis potestatem: vtraque etenim necessaria est. Iurisdictionis autem traditur, cū sacerdoti simplici vel datur ordinaria animarum cura, vel delegata. Nec sufficit potestas ordinis absque potestate iurisdictionis. quod eleganter, & eruditè adnotarunt Thomas in. 4. distinct. 17. quæstio. 3. artic. 3. q. 4. idem in distinct. 18. q. 1. art. 1. q. 2. ad. 2. & distinct. 19. q. 1. art. 2. ad. 3. quæstionem. Hadrianus in tract. de confessione. q. 5. folio. 6. Card. à Turre Crementa. lib. 1. de ecclesia. cap. 96. Alfonso à Castro lib. 2. de iust. hære. punit. cap. 21. Melchior à Cano in relect. de pœnitentiā. 5. part. Fol. 133. & probatur auctoritate concilij Florentini, quo definitū est, sacramenti pœnitentię ministrum esse sacerdotē habenti-

habentem auctoritatem absoluendi ordinariam, vel delegatam. idem tradit, & probat Caiet. in. q. vnica. de ministro pœnitentiæ.

Constat enim sacerdotes à Christo institutos, per sacram ordinationem à Deo accipere immediate potestatem clauium: & sic potestatem absoluendi à peccatis in foro animæ: iurisdictionem autem ab homine: nempe à Papa, vel Episcopo immediate, quâdo illis committitur aliquorum hominum, aut quarundam animarum cura, potestatis quidem iurisdictionis est tanquàm vis motiua clauium. quod probare mihi videntur præter eos, quos modo citavi Alexand. Halensis. 4. part. quæst. 79. membro. 8. articu. 2. & quæst. 80. membro. 3. articu. 2. & quæst. 81. membro: 4. articu. 1. Scotus in. 4. senten. distinct. 19. quæst. 1. articu. 4. atque ibi. S. Bonauentura artic. 2. Durandus quæst. 2. & Palud. quæstio. 1. Albert. Magnus distinct. 18. artic. 6. & illic Ricardus quæst. 2. arti. 3. & alibi. & Ioan. Echius in. 4. Tomo. Homilia. 59. & Dominicus Soto in. 4. distinct. 18. quæst. 4. articu. 2. & 4. & distinct. 20. quæst. prima. articu. 1. & articu. 5.

Tertiò probatur, simplicem sacerdotem posse ex Romani Pontificis dispensatione sacramentum hoc confirmationis ministrare, auctoritate diui Gregorij, qui lib. 3. Epistolarum. capit. 26. ad Ianuarium Carolitanum scribens permittit, & verè concedit licentiam presbyteris, vbi desunt episcopi, ministrandi confirmationis sacramentum. Quòd si id fieri iure non posset, vir doctissimus & sanctissimus minimè permisisset. huius auctoritatis Gratianus meminit. 95. distinct. capit. 1. Sed Durand. & Maior videntes Gregorium summum Pontificem hoc fecisse, quo propriam opinionem audacter tutarentur, respondent audacius Gregorium hominem fuisse, & ideo potuisse errare: atque hac in re palam errasse. Quæ sanè responsio dara nimis, & impia censetur: nam licet hoc in tractatu non oporteat discutere, fuerint ne aliqui Romani Pontifices hæretici, aut in fide errauerint: cum id alibi latissimè tractetur à Canonistis in capit. si Papa. 40. distinct. & capit. Anastasius. 19. distinct. doctissimè ab Alberto Pighio lib. 4. de Eccles. hierar. capit. 8. Alfonso à Castro lib. 2. de iusta hæretic. punitio. capit. 23. verè tamen asseuerandum est summum Pontificem in his, quæ ad fidem pertinent, vt personam publicam & Ecclesie caput aliquid definientem, minimè errare posse: quod probatur Matthæi capit. 16. vbi à petro ostenditur ex illa promissione Christi dicentis ad Petrum, Super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi: hoc est hæreses, non præualebunt aduersus eam: O-

stenditur inquam, fidem synceram, & inuiolabilem permanentem esse in Petro, & eius successoribus. deinde testimonio Lucæ capit. 22. dilucidè apparet rogasse Christum pro fide Petri, vt pro aliorum confirmatione ea maneret integra. Sic enim inquit Iesus. Ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua: tu autem conuersus confirma fratres tuos. qua, obsecro, ratione deficiet Petri, aut successorum fides, illo pro ea rogante, qui semper exauditur? Præterea definitio Romani Pontificis certum nobis exhibet in pertinentibus ad fidem Canonem, quo instructi in fide minimè errabimus cap. maiores. de baptismo capi. significati. de electio. cap. sic omnes. 19. distinct. cum alijs, quæ ad hanc rem adduci possent facillimè ex Gratiano. 24. quæst. prima. & maximè in capit. memor. & in cap. quoties. & cap. hæc est fides. sed si Papa errare posset in fide, eius decretum, non esset nobis Christi fidem profitentibus certum: inò periculosum: quo fit, vt Catholicam & veram propositionem esse constanti animo testemur, Papam non posse in pertinentibus ad fidem quidquam, vt Ecclesie summum rectorem definire, quod erroneum sit. quod adserunt Thomas, & Caieta. 2. 2. quæst. 1. arti. 10. & quæst. 11. art. 2. ad tertium. Florenti. 3. part. titu. 22. capit. sexto. §. 18. idem Caietanus in tracta. de concilijs capi. 9. & 11. Thomas quodlibet. 9. articu. vltimo. Cardinalis à Turre Cremata in dicto cap. hæc est fides. & in tracta. de Ecclesia lib. 2. capit. 109. & sequentibus. Syluest. verbo, Ecclesia. 1. quæstio. 3. Albertus Pighius libro. 4. de Ecclesiast. Hierar. capit. 3. & sequentibus. Alfonso à Castro. de iusta hæreticorum punitio, libro primo, capit. 4. & capit. sexto. verum si quid summus Pontifex, non vt totius Ecclesie Christianæ rector, sed vt priuata persona, vel docendo, vel scribendo asseruerit, quod ipse minimè vult vt vniuersale decretum apud omnes censeatur, nolens ad id recipiendum, aut credendum, quenquam obligari, errare quidem poterit, cum priuata tunc vtatur auctoritate, non publica. Nam & si Papa errare possit, vt priuatus, non tamen perimit Deus, vt id quod prauè sentit, & contra Catholicam fidem, toti Ecclesie veluti eius pastor, officio vicarij Christi fungens, credendum præcipiat. Nèc hoc in loco tractare modò vacat, an in rebus fidei definiendis, examinandis, alijsque negotijs arduis expediendis teneatur summus Ecclesie præsul, Cardinalium vel saltem iuris diuini, peritorum consilium exigere ad iudicij consultationem, & deliberationem: etenim hoc obiter examinat Cardinalis à Turre Cremata in dicto libro secundo. capit. 102. versicu. ad sextum. Cui adde locu. 11

Variarum Resolutionum

locum illum Deuteronomij cap. 17. cuius meminit Romanus Pontifex in capi. per venerabilem. qui filij sint legit. item ea, quæ scripta sunt Exodi capit. 18. & 24. & Actuum capit. 15. Ex nostris Lector poterit Felinum, & Ripam legere in rub. de constit. Iasonem in l. placet. C. de sacrosanctis ecclesi. secunda colum. Abb. in capi. secundo. de clericis. non resident. & alibi passim. Barbat. de præst. Cardinal. part. prima. quæst. secunda. colum. 7. Iacobatum de concilio libro. 5. articul. 5. Sat nunc erit certam esse superscriptam opinionem. Ex qua, & illud deduci potest, Papam non posse in canonizatione sanctorum errare, quam
 13 præuia diligenti examinatione, maturoq; prudentium consilio, vti Ecclesiæ summus Præses de creuerit. Siquidem, vt tradit Cardinalis à Turre Cremata de consecratio. distinctio. 3. in princip. numero. 22. res ista potissimum spectat ad fidei Christianæ religionem, cuius negotia ipse Ecclesiæ caput Christus gerere dignatus est, eaque ratione minimè permittet in re tanta ipsius vicariū falli: quemadmodum in hac specie adserunt diuus Thomas dict. quodlibet. 9. articu. vltimo. Florenti. 3. parte. titu. 12. capit. 8. §. secundo. Ioannes à Neapoli, quodlibe. 11. Cardinalis à Turre Cremata in tractat. de Ecclesia. quæstio. 51. ex. 73. quæstionibus. idem hoc præmittit libro secundo. de Ecclesia. capit. 110. Syluester. verbo, Canonizatio. Franciscus Pauinus in canonizatione Sancti Bonauenturæ. 2. part. art. 9. Latius cæteris Catharinus in huius quæstionis peculiari libello. tamen si contrariam sententiã in hoc tenere tentauerint, gloss. in capit. vnico. de reliquijs & ueneratione sancto. in. 6. Felin. in capit. venerabili. de testibus. & Caietan. in tractat. de Thesauro indulgent. capit. 8. Quorum opinio ea ratione solet defendi, quòd Romanus Pontifex errare possit in his iudicijs, quæ ad particularia facta pertinent: quale hoc esse videtur: cum canonizatio, vel relatio alicuius in sanctos pendeat ex particulari eius vitæ probatione. Et præterea adest vulgaris titulo diui Augustini authoritas in hæc verba passim tradita. Multorū corpora veneramur in terris, quorum animæ cruciantur in infernis. Harum obiectio prior tollitur, & meritò, si cōsideremus, hoc iudicium canonizationis alicuius sancti, & si à peculiari eius vitæ testimonio pendeat, ad vniuersalem tamen totius Christianæ religionis statum pertinere: cum ea sit quædam quasi professio fidei: & ideo credendum pie est, summū Pontificem in perscrutandis eius, qui in sanctos referendus, est miraculis, & gestis, ab ipso Spiritu sancto, qui omnia scrutatur, instrui. Quod autem posteriori loco ex Augustino re-

fertur, & si verè eius authoris nomine cēsendum sit, quod negamus, nihil contrariam opinionem iuuare videtur. non enim dixit Augustinus: multa corpora eorum, qui ab Ecclesia canonizati fuerunt, nos falsò venerari: cum eorum animæ in infernis crucientur, sed nos multa corpora in terris venerari, quæ existimamus esse eorum, qui ab ecclesia fuerint in sanctos, & diuos relati: cum tamen verè eorum nō sint, sed potius hominum damnatorum, qui in infernis cruciantur: forsan infidelium: Sicariorum, Piratarum, aut latronū, qui ab humanis discessere publico apud omnes deprauatæ vitæ testimonio: & tamen fallit nos, non equidem Ecclesiæ iudicium: sed rerum vicissitudo, ex qua Christiana respublica tot bellis, Maurorum, Turcarumve tyrannide oppressa, has illusiones patitur circa sanctorum corporum uenerationem. censet sanè Ecclesia venerandum & colendum, vt sanctum diuum Hieronymum: at non ita decreuit proprio iudicio corpus hoc, quod nos Diui Hieronymi esse existimamus, verè corpus illius esse: sic etiam definiuit maxima ueneratione Ioannem Baptistam colendum esse, nō ex hoc sequitur iudicio ecclesiæ certum esse caput hoc, quod putamus esse diui Ioannis, proculdubio illius esse: forsan enim alterius est. Quòd si & hoc ecclesiæ præuia cognitione, & diligenti examinatione censeret: dicendum quidem esset non permissurū Deum optimum maximum, summum Pontificem in hoc falli: nosq; eius iudicio decipi. Et tamen constanter asserimus uenerationem exhibendam esse hoc in dubio, his reliquijs, quæ vel ex communi Christianorum opinione, vel tacito prælatorum consensu, sanctorum esse censentur. Nam & si in hoc error posset contingere, is præsumendus non est in re adeò graui, & ad religionem pertinenti. Quæ ratione etiam siglo. Felini, & Caietani sententiã vera esset, quod negamus, nempe Romanū Pontificem in canonizatione sanctorum errare posse: ex hoc nulla profectò iusta causa, nec ansa datur hæreticis, vt adserant, non esse venerandas sanctorum virorum reliquias. Impia etenim, hæretica, & nefanda est horum sententiã, sicuti aduersus eius adsertores satis ostendunt ex cōcilijs vniuersalis ecclesiæ, ex sacre scripturæ locis, & veterum patrum autoritatibus Clichthouæus, Castro, & alij Catholici Doctores. Nam licet Summus Pontifex in sanctorum canonizatione errare posset, pro eius tamen iudicio præsumendum est, donec error pateat: & ideo interim viri catholici tenemur iudicio summi præfulis, & stare, & credere. Igitur quòd instructiores simus ad has extirpandas hæreses: ne ve ipsi hæretici qualem qualem

lem occasionem capient ex verè Christianorum opinionibus ad eorum errores contineri, & proterua audacia tutandos, tutiores sententias eligamus, existimantes in his Papam errare minime posse. Nec oberit gloss. in dicto capit. à recta. 2. 4. quæst. 1. dicens Papam errare posse etiam in pertinentibus ad fidem: nam vel est falsa, vel intelligenda, quando Papa, vt priuatus homo: non vt vniuersalis Ecclesiæ rector quidquam decreuerit. Ex quibus opinor minime tutum esse dicere diuum Gregorium in præfata epistola, dum commisit presbyteris simplicibus ministerium sacramenti confirmationis errasse. Sed & alias responsiones, quas Hadrianus, & alij comminiscuntur, nequaquam conuenire video diui Gregorij decreto. Nec mirum est planè ipsum præmissam de legationem fecisse, existimantem, Romanū Pontificem id facere posse: quod etiam censuerunt diuus Thomas in. 4. senten. distinct. 7. quæst. 3. articu. 3. & ibi Palud. quæst. 4. articu. 3. Florentinus 3. parte. titu. 14. capit. 14. §. vltimo. Caieta. 3. parte. quæst. 72. artic. 11. Cardinalis à Turre Cremata in cap. manus. de consecratio. distinct. 5. arti. secundo. post gloss. ibi Syluester verbo, Confirmatio diuina. gloss. in dicto cap. quarto. & ibi Innocen. Composte. Ioan. Andre. Collectarius, Ancharra. Cardina. Henric. Abb. Imol. & alij communiter, vt fatetur Præpo in dicto capit. peruenit. numero. 7. & eandem opinionem defendit Dominicus Soto in dict. distinct. 7. artic. 11. Et licet prior sententia fortissimis rationibus innitatur: ita vt difficilimum existimem eas dilui posse, opinor tamen posteriorem esse magistratam, quod frequentiori calculo probetur, & omnium grauissima concilij Florentini sub Eugenio Quarto auctoritate in hæc verba. Legitur tamen aliquando per apostolicæ sedis dispensationem ex rationabili, & urgente admodum causa simplicem sacerdotem, christinate per episcopum confecto, hoc administrasse cōfirmationis sacramentum. Quibus mehercle verbis manifestum fit: diuum Gregorium hac in re dispensatione vsu, vt simplex sacerdos hoc sacramentum ministraret. Sed quòd idem sit in quolibet clerico, etiam non sacerdote, vt ei Romanus Pontifex hoc committere possit: falsissimum est: quanuis id opinetur gloss. Innocen. Anto. & Abb. in dict. ca. quarto. quorum opinio ab omnibus planè refellitur, & merito, cum diui Thomæ sententia satis dubia sit: & ea ratione potius est restringenda, quam extendenda. Consequitur tandem ex his huius sacramenti ministerium ordinarium solum esse episcopum ratione ordinis, & officij episcopalis, simplicem vero sacerdotem ratione delegationis tantum.

Extat & de hac re Canon Sacrosanctæ synodi Tridentinæ titu. de Sacramentis. his quidem verbis: Si quis dixerit sanctæ cōfirmationis ordinarium ministerium non esse solum episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem, Anathema sit.

Ex quo inferitur, hoc ministerium nec ex consuetudine, vt scribit Romanus Pontifex in dicto capit. quanto. nec ex immemorabili præscriptione acquiri posse presbyteris, cum hi nisi ex delegatione Papæ, huius ministerij sint incapaces. Plura etenim iura, quæ competunt episcopis, possunt ab his, qui episcopi non sunt, præscriptionis titulo acquiri: sicuti probatur in cap. auditis. & in cap. cum olim. de præscriptio. & in cap. auditis. de integro restitutio. & in cap. accedentibus. de excessibus. prælat. ea tamen munera, quæ episcopo ratione ordinis episcopalis competunt, & quæ verè exigunt illam indelebilem episcopi consecrationem, nequaquam acquiri poterunt ab alijs, quàm episcopis, quacunque etiam immemorabili præscriptione. Nam ad episcopale munus pertinent aliquot, quæ nec ex Papæ dispensatione non episcopis possunt delegari: & hæc, nulli dubium esse potest, nec villo temporis iure acquiri non episcopis posse. Alia verò, quæ licet episcopalem ordinem requirant, delegatione tamen, & priuilegio Papæ possunt non episcopis competere: adhuc temporis titulo minime valent alicui conuenire: siquidem in his priuilegijs principis, & immemorialis præscriptio paria non sunt: ex eo, quòd non episcopi secluso Romani Pontificis priuilegio incapaces sint horum munerum: & ideo non habet immemorialis præscriptio parem vim cum priuilegio. Ioan. Monach. in cap. secundo. de præbend. in sexto. & ibi Doctor. communiter, quos Philippus Probus allegat numer. 7. Abb. Felin. & alij in cap. causam. de præscriptio. idem Felin. in cap. accedentes. eodem titu. idem in cap. cum contingat. de foro competen. numer. 4. Hippo. singul. 80. Franciscus Balb. de præscriptio. 5. part. principia. quæstio. 7. idem in 2. part. 3. partis principalis. quæstio. 6. in hac specie, quam tractamus Panormit. in dicto capit. quanto. Cardina. consil. 31. colum. secunda. idem Balb. 5. part. principia. quæstio. 11. sic intelligentes ea iura, quæ probant præscriptionem immemorabilem parem esse priuilegio principis. l. tertia. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & ælti. capit. primo. §. vltimo. de præscrip. in 6. cap. super quibusdam. de verb. signifi. quæ commendant Roma. singul. 189. Abb. in cap. cum nobis. de præscript. idem in cap. per venerabilem. qui filij sunt legit. 3. col. las. in. l. is qui putat. 2. col. ff. de acquiren. hæreditate.

Dixi autem superius episcopatum esse ordinem: non quod censeam verè esse ordinem distinctum ab alijs: quatenus ordo sacramentum est, & characterem imprimi: sed quia episcopatus iuxta veriore[m] sententiam ordo est, quatenus ordo dicitur officium quoddam, & potestas respectu quarundam sacrarum actionum, quæ sacerdoti non conveniunt, ex Thom. in. 4. senten. distinct. 24. quæst. 3. art. 2. & ibi Richardo, Palud. q. 7. Sylves. verb. ordo. colum. 2. Caiet. 2. Tomo opusculorũ. quæstio. 1. de ordine. Abb. in cap. ex literis. de ex. cef. prælat. Quorum sententia receptior est apud Theologos: quemadmodum fateatur eam sequutus Soto libr. 10. De iustitia & iur. quæst. 1. artic. 2. idem in. 4. distinct. 24. articu. 3. non enim habet episcopus maiorem, aut distinctam potestatem supra corpus Christi verum, quàm sacerdos simplex, & ideo episcopatus propriè ordo non est distinctus à sacerdotio. Est tamen eius potestas per consecrationem adquisita indelebilis, & si verè character non sit. Nam quod scribitur in cap. primo. de ordin. ab episco. qui renuncia. episco. non probat episcopatum characterem imprimere: sed potestatem indelebilem, licet, episcopatum verè esse ordinem, & sacramentum, ac characterem imprimere, teneant gloss. in proœmio sexti. verbo. episcopus. Abb. in capitul. aqua. de consecratio. eccl[esi]e. idem Abb. & alij in dicto capitulo. primo. Durand. Almain. & Maior. distinct. 24. quæstio. 1.

Hinc & illud deduci poterit: num is, qui presbyter non est, possit in episcopatum consecrari: ita ut verè episcopus sit, & potestatem indelebilem adquirat: & gloss. in cap. 1. de clerico per salt. promot. & in dict. c. ex literis. & ibi Abb. tenet eum, qui presbyter non sit, verè non posse in episcopum consecrari per text. in dict. cap. ex literis. Sed contrarium quibusdam placuit: cum episcopalis potestas indelebilis sit: & ab alijs officijs distincta, tametsi eam exercere non possit, qui presbyter non sit, secundum Ioan. Andre. & alios in dicto cap. 1. quos sequitur Iacobatus de concilio lib. 10. articu. 7. & est communis opinio, ut asserit Abb. in dict. cap. 1. Quamvis Soto neget hanc opinionem asseuerans, nihil fieri, si qui presbyter non est consecratur episcopus: atq; idem præmittant S. Thom. & qui eum sequuti fuere.

Cæterum si potestas episcopalis sit indelebilis, est, ut modo diximus, distincta ab alijs ordinibus, & verè ordo non: licet episcopus consecratus cum nondum presbyter esset, exercere non valeat officium episcopale: & tamen illud exerceat: male aget, ac peccabit mortaliter: sed tenebit quidem, quod ab eo fuerit celebratum, modo

ex necessitate, res presbyteratũ non exigit. Quo fit ut sacramentum confirmationis teneat: collatio verò ordinis presbyterij minimè: cum eius ordinis minister non sit, qui eo caret: non enim potest potestatem supra corpus Christi verum concedere is, qui eam non habet: sicuti constat ex notatis in dicto cap. primo. de cleric. per salt. promot. Verum S. Thom. & qui eum sequuntur ex eo censent, episcopatum non esse ordinem, quod omnino à sacerdotio dependeat: atq; ideo præmittunt, ad necessitatem sacramenti non esse necessarium, nec requiri presbyteri ordinem, si episcopatus ordo sit, ac sacramentum à sacerdotio distinctum. Qua ratione admissa qui asseuerat, episcopatum non esse ordinem, fateri debet, eum, qui sacerdos non sit, episcopum consecrari non posse, nec consecrationem valere: imò irritam esse: quemadmodum Thom. & alij fateantur. quod si episcopatus sit ordo propriè censendus, tunc facilimum erit probare, eum, qui sacerdos non sit, posse episcopum consecrari, ut tandem consecratio valeat: ut constat ex superius adductis.

Ex capite sequenti.

- 1 *Iniuria verbis facta: honoris præfatione non tollitur.*
- 2 *Qualiter apud Hispanos conuictum puniatur.*
- 3 *Solidorum aestimatio variè expenditur, sine his sint aurei, siue arei ad intellectum iuris Casarei, & Regij: atque ibi de aureorum valore.*
- 4 *Marauedimorum huius regni cognitio traditur ad plurimum legum interpretationem.*
- 5 *Constitutio puniens percutientem non obrinet aduersus conuictantem verbis: & inibi Ananæ sententia non indiligenter examinatur.*
- 6 *An aetione iniuriarum teneatur is, qui alteri verum crimen, vitium vè obiecerit?*
- 7 *Intellectus Regiarum constitutionum, quæ de conuictis loquuntur.*

De iniuria, quæ verbis fit, & maximè de ea, quæ veri criminis obiectione irrogatur?

Caput. XI.

Iniuriam



1 **I**niuriam non tantum facto, sed & verbis fieri palam est, & probatur in. l. si non conuitij. C. de iniur. l. eum, qui innocetem. l. item apud Labeonem. ff. eodem capit. cum. T. à. B. de re iudicata. adeo quidem, vt nec iniuriam istam extinguat honoris præfatio: frustra etenim protestatur, qui alteri verba communi omnium interpretatiõe iniuriosa dixerit: nec iam de eius animo quidquam est cõsendum: quale illud vulgo traditur: Mentiris saluo honore tuo. Bartolus & alij in. l. si quis extraneus. ff. de acquirenda hæreditate. Abbas in capit. ea te. de iureiuran. & in dicto capit. cum. T. à. B. Angelus in. l. vestem. ff. de iniur. Alexand. in. l. turpia. ff. de legat. primo. Socin. consil. 118. volumi. primo. Iason in. l. vt vim. ad finem. ff. de iustitia & iure. Felinus in capit. delicti. penulti. colum. de exceptio. Antonius Rube. in repetitio. §. morte. nume. 461. ff. de verborum significatione. colum. secunda. **Quid enim obsecro iuuat, velle, ac præfari honorem saluam esse eius, cui verbis crimen, famam, & honorem denigrans obijcitur? Parum profecto proderit alterius honori hæc ipsa præfatio: cum is cui conuitium dictum est, ex obiecto crimine labem delicti, notamve famæ contraxerit. facit ad hoc textus optimus in capit. primo. de præsumptio. Igitur à conuitijs abstinendum omnino est: hæc enim à republica legibus puniuntur. Apud Hispanos statutum est, vt qui alterum aliquo è sex vitijs conuitio affecerit, iniuriam illam retractet coram iudice, & honestis personis Palinodiam, vt aiunt, canendo: & prætereà tercentum solidis mulctetur. l. secunda. tit. l. nono. libr. 8. ordinamen. vitia verò hæc sunt: Leprosus, Sodomita, Hæreticus, Proditor, Cornutus. quorum vltimum tradit Accursius in. l. si inimicitia. ff. de his qui. vt indig. dicens contumeliam irrogari per hoc, maxime odiosum nomen. idem notant Anania in capit. primo. numero quinto. de maled. Ioannes Faber in. §. patitur. Institu. de iniurijs. Ripa in. l. vltima. quæst. septima. C. de reuoca. donat. quibus adde Andrea Alciat. libr. septimo. Parerg. capitul. quinto. & Artemidorum libr. secundo. de somnijs. capit. 12. & Claudium Spencæum de continentia libr. secundo. capit. octauo. & lib. quinto. capit. quarto. His etiam ab eadem Regia constitutione additur meretricis nomen, & vitium, foeminae maritatae obiectum, Praxis etiam idem recepit in eo, qui alterum ludæum conuitij causa appellauerit. Quod verò obiter attinet ad æreos solidos, qui-**

3 bus conuitiator ex ea lege mulctandus est, varia traditur apud diuersa tribunalia obseruatio: quidam etenim iudices morem propriæ regionis sequuti, quemlibet solidum duobus æstimant quadrantibus, quos vulgò hæc ætate maruedis appellamus: alij verò, & frequentius supremi & Regij prætorij iudices, quatuor quadrantibus solidum parem esse censent. Nam & solidorum valor conformis non est: imò varius quidam attenditur varia prouinciarum taxatione. Sic equidem solidus, cuius meminit Iustiniani Codex par pondus habebat cum eo nummo, qui nostra ætate Castellanus dicebatur: isque aureus sicuti solidus erat. & hoc probatur ex notatis per Budæum libr. quinto. de asse. quo in loco scribit: solidum, cuius meminerit Iustinianus sextam esse vnciæ partem. & ideo is nonaginta sex grana habebat: auctore Alciato libro vndecimo. C. columna secunda. idem Isidorus scribit libr. Etymologiarum. decimosexto. capitu. vigesimoquarto. diceus, solidum etiam dici sextulam apud Latinos quod sexta sit vnciæ pars: quod probatur ex. l. quoties. C. de suscept. & Atcar. vbi scribitur libram auri duodecim vnciarum constare ex septuaginta duobus aureis solidis: quo fit manifestum esse, solidum grana habere nonaginta sex & esse partem sextam vnciæ. Nummus autem, quem Castellanus diximus, sextam habet vnciæ partem: & ea ratione solido similis censetur: & id receptum est in praxi apud Regia Hispaniarum Prætoria, vbi ad hanc rationem expenditur quingentorum solidorum summa, cuius meminere. i. Sancimus. & l. penultima. C. de donationibus. & Regia. l. nona. titul. quarto. parti. quinta. quæ solidos antiquos, aureos maruedinos appellat: non quòd intelligenda sit de aureis, quorum Iurisconsulti veteres meminerunt, & præsertim in. l. nonnulli. ff. de accusat. & in. l. prima. ff. de varijs & extraordinar. cognit. sed quòd apud nos dictio ista Maruedinus generalis ferè sit: pluribusque & varijs conueniat monetis vt nummus apud Latinos: quod statim ostendemus. Aureus sanè apud veteres fescuplo maior erat solido: ita quidem, vt tantum ponderis haberent aurei quatuor quantum solidi sex: ex quo fit, vt quatuor aurei constituerent vnciam, & quadraginta octo libram Romanam duodecim vnciarum, vt lib. secundo tertio. & quinto. de partibus assium ex Iulio Polluce libr. quarto. docet Guilielmus Budæus. & Alciat. libr. tertio. dispu. capit. nono. Leonard. Portius lib. primo. de monetis & Georgius Agricol. libr. secundo. de pondere & temperat. monet. qui ex Cornelio Tacito, Suetonio, & alijs auctoribus, aureum, esse existimant valoris

Variarum Resolutionum

mille quadrantū, quos vulgò Itali Quatrinos Hispani Marauedinos appellamus: siquidem vnus aureus centum continet sesterios: quorum quilibet decem quadrantibus æquiualeat. licet satis erudite Anton. Augustin. libro secundo emendationum capit. nono. probare conetur aureum nummum sextam fuisse vnciæ partem, atque à solido minime differre: & idem adserit Aemylius Ferret. Instit. de poena temerè litigant. de valore tamen aurei, nulla apud ipsos est controuersia. hinc infertur intellectus ad text. dict. l. nonnulli. ff. de accusatio. quæ pauperem esse censet eum, qui minus quàm quinquaginta aureos in bonis habet: itidem ad Regiam. l. secundā. tit. 1. part. 7. quæ eam summā ad quinquaginta marauedinos retulit vtraque enim lex intelligenda erit de quinquaginta nummis aureis, quorum modo meminimus.

Quod verò diximus solidum parem fuisse nummo aureo Castellanos: intelligendum est quo ad pondus: nam quo ad valorem non omnino similes sunt hi nummi: siquidem solidus ille aureus Iustiniani, ea ætate valebat sexaginta sex sesterios & dimidium ac paulò plus: atque ita sexcentos sexaginta quinque marauedis, vel quadrantes: quibus vnus addi poterit ad exactæ computationis rationem: nummus Castellanus nostra ætate æstimabatur quadringentis octuaginta quinque quadrantibus: & sic quadraginta octo sesteriis nummis & dimidio. Solidorum etiam meminicit. in cap. conquerente. de off. ord. & in cap. placuit. cap. inter cetera. 10. q. 3. verum dubitari solet ad intellectum plurium Regiarum constitutio num qua ratione sit expendendus valor veterum Marauedinatorum, quorū mentio fit plerunque in huius regni veteribus constitutionibus, & in hac re styli lex. 114. adserit Marauedinum aureū, quo veteres in hoc regno utebantur, valuisse sex Marauedinos, qui tempore Regis Alfonsi legumlatoris expendebantur, horum autē æstimatio, ni fallor, ita examinanda est: vt eorum quemlibet æstimemus decem Marauedis, quibus hoc Imperio Caroli Cæsaris primi Hispaniarum Regis utimur: vnde fit vt habita ratione legis styli, Moropetinus aureus esset apud veteres valoris sexaginta Marauedinatorum, seu quadrantum, quibus nunc ex ære utimur: quod licet non satis ex authoribus constet, ea consideratione probatur. Nam denarius æreus, quo veteres in his regnis utebantur, è sex, quas vocant meaias, constabat: & idem decem denarij Moropetinum aureum, quo in modo utimur, constituunt, siquidem is sexaginta meaias habet: vel coronatos sex, quorum quilibet decem meaias continet. At solidus

maiorum nostrorum apud Castellanos duodecim denarios valebat. Ex quibus apparet, maioris valoris fuisse solidum, quàm æreum Moropetinum. Deinde constat aureum Marauedinum, qui regnante Alfonso legum latoris vsu tractabatur, habuisse valorem octo solidorum, & trium denariorum, vt scribit Alfonso à Motaluo in. l. 1. tit. 5. lib. 2. fori. qui dum eiusdem Alfonsi Regis Marauedinos explicat, fuisse eos aureos existimat asseuerans, eum esse nummū Marauedinū, cuius Alfonsi constitutiones passim ineminere. Quamobrem cum Alfonso idem Castellæ Rex nummum aureum priorum ac veterum Regum expendens, collato huius, & nummi, quo eo regnante Castellani utebantur, pondere, comperit veterem Moropetinum aureum æqualem esse pondere sex eiusdem Regis Moropetinis itidem aureis, alioqui iniqua, & inutilis esset ponderis collatio: colligitur euidenter vetustissimum aureū Moropetinum valoris esse & fuisse sexaginta nostræ ætatis quadrantum, quibus ære collatis utimur, & vulgò Marauedis appellamus.

Hinc primò infertur, Marauedinum Alfonsi Regis & legumlatoris æqualem esse quo ad valorem veteri Romanorū Sesterio, sic decem quadrantibus nostræque ætatis æreis Moropetinis: ac centum antiquis Castellæ denariis. Secundò deducitur, præfati Regis Alfonsi nummum, Marauedinum bonum apud huius regni sanctiones passim nuncupari, & id probatur ex l. 1. tit. 9. lib. 8. ord. & l. 1. tit. 5. & l. 9. tit. 6. eiusdem libri.

Tertiò ex his etiam constat intellectus ad dict. l. 1. tit. 9. quæ cõdita fuit à Ioanne Rege Primo Biruiescæ anno domini. M. trecentesimo octuagesimo septimo: & in ea statutum fuit, conuictantem parentibus puniendum esse poena sexcentū Marauedinatorum. est enim ea constitutio intelligenda de Marauedinis bonis. cum modus hic puniendi ab eodem Rege seruatus frequenter fuerit, vt patet in dic. l. 1. tit. 5. & l. 9. tit. 6. quæ cõstitutæ fuerunt ab eodem Principe Guadalaiaræ anno domini. M. CCC. XC. & ab Henrico Rege Tertio Madricij, anno dñi. M. Quadringentesimo, & tamen quod in dict. l. 1. tit. 9. scribitur in hæc verba. que son feys mil marauedis de esta moneda. additum fuit ad planiorē interpretationem ab eo, qui iussu Regum Catholicorum Fernandi & Elisabeth ordinationum Regiarum librum cõpilauit: atque inde probatur, quod prima illatione diximus.

Quartò appareat ex præmissis, bonum Marauedinum differre à Marauedino veteri. cuius etiam mentionem faciunt Regiæ constitutiones, & cõstat

stat hæc illatio ex dict. l. 1. tit. 5. vbi expressim probatur Maruedinum bonum, sex veteribus seu veteris monetæ æreis Maruedinis æqualem esse quibus consequens est, veteris monetæ Maruedinos maioris valoris fuisse, quàm quibus modò vtimur, cū sex veteris ærei Maruedini pares valore sint, decem, quibus nunc in commercijs passim huius regni incolæ vtūtur: habet autē vetus ille adhuc proportionem sexquialteram: & de veteri est intelligenda. l. 11. & item. l. 19. tit. vndecimo. lib. quarto ordinamen.

Quintò inde compertum erit non satis exactè hac in re Celsum Hugonem in repertorio dictas constitutiones Regias dictione Maruedi: perpēdisse, nec perfectè collegisse quid Alfonso à Motaluo in dicto loco scripserit.

Sextò poterit ex his intelligi Regia. l. 3. tit. 12. lib. 8. ordin. quæ fuit statuta à Rege Alfonso vndecimo Aera. M. tricentésima octuagesima sexta Cōpluti. titu. 20. l. 12. vbi armatos homines cōgregātes ad vim inferēdam magistratibus publicis, puniuntur multa sexcentorū Moropetinorum: & in specie constitutionis sequētis sex mille: & rursus in priori ordinatione mille: distinctis ibidem cōnturationis qualitibus: ea etenim multa ad veteris monetæ Maruedinos est referenda: sicuti in dicto ordinationum volumine refertur. tamen si in scriptis manu exemplaribus constitutum Alfonso Regis ea pœna ad mōnetam eius tēporis referatur, quod parum refert: atque hæc dicta sūt iuxta eā opinionem, quæ deduci potuit ex ordinationibus regijs, quibus nunc vtimur: etiam si nō ignoremus aliam rationē horū numismatum fortassis haberi posse, quam pēculari libello aliquando exponere conabimur.

Septimò forsā: ad hanc rationem erit explicanda Moropetinorum Lusitanicæ summa, cuius in eio sit à Romano Pontifice in capit. cum olim in 2. de priuileg. licet Ludouic. Gomeci. in reg. de valore. q. 9. opinetur, quemlibet ex illis Moropetinis, valore parem esse dimidio scuto aureo: quo nunc Itali vtuntur: sed ipse rem istam missam facio his, qui maiorem cognitionem habent veterum Lusitanicæ numismatum: hæc etenim obiter adduximus ad Regiam constitutionem, quæ de conuitiis puniendis tractat: nec tamen ignoramus multas pecuniarias à Regijs sanctionibus indictas: qualibet in huius regni prouincia, seu tribunali, ex praxi satis apertè certam ad summam redactas fuisse.

Verum, vt ad propositam quæstionem, à qua digressi fuimus, reuertamur, ex eadem Regia sanctione, quæ de conuitiis puniendis agit: etiam colligitur, conuitiatorem cogendum esse coram

iudice & honestis personis, quod obiecerit retractare: seq; mentitum fuisse fateri, quodcunq; vitium conuitio expresserit, licet non sit ex illis sex, quæ in eadem regia lege eius initio explicantur: hoc tamē variè accipitur à iudicibus: nec omninò id seruatur: imò frequētius omittitur: aliaq; pœna pro arbitrio iudicantis infertur conuitiatori. nā ea retractatio, cuius paulò antè mentionem fecimus, tantū à lege & iudicibus iniūgitur, vbi cōuitium contigerit per obiectionem alicuius ex illis sex vitiis, quorum lex priori parte meminit. Erit vero aduertēdum, an sit legi regie locus, vbi verba illa dicta fuerint contra absentem? Et sane quibusdam videbitur in hac specie: non esse legē prædictam admittendam ex eo qd tūc cōrumelia dicatur propriè, cum verba in præsentia alterius fuerint dicta, non alias: quia ad rationē contumelie necessariū est vt verba præsentī dicatur: cōtumelia enim quia cōtemptū significat, & honori, qui præsentī sit, aduersatur, id circo verè contumelia præsentī sit aut deniq; absentī, quoties qui protulit verba, eo animo ea in absentē iactat, vt in eius perueniant notitiam. In quo differt à detractore, qui verba in absentem profert vtilia cēlare velit: quemadmodum S. Thomas explicat, 2. 2. q. 72. art. 1. & q. 73. ar. 1. in versic. respondeo. & Dominic. Soto lib. 5. de iusti. & iur. q. 9. art. 1. sic lege Regia tenebitur, qui verba in absentē protulit eo animo, vt in eius notitiam perueniant. Iustissimum tamen est, famæ, & honoris restitutionem fieri his, qui conuitiis obiectis eius læsionem passi fuerint. cap. quisquis. 8. q. 1. inter sollicitudines. de purgat. Cano. Host. in Summa de pœni. 5. quibus. vers. quid de accusatoribus. Thomas 2. 2. q. 62. arti. 2. Floren. 2. part. titu. 2. c. 2. 6. 3. & probatur ex reg. peccatum. de regu. iur. in. 6. hoc addito, non esse minorem, imò multo maiorem honoris & famæ, quàm rerum spoliationem, aucthore Salomone Prouer. 22. dicente: melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Nā & bonorum externorum maximū est honor, vt scribit Arist. 4. ethico. capi. 3. c. deteriores. 6. quæstio ne prima. Scribit & Isocrates in oratione contra Lochitum, Athenis legem latam fuisse, qua quingentis drachmis vetita conuitia puniebantur. Ex quibus ausus est Ioann. Ananias in capi. 1. num. 5. de maledicis. scribere, irrogantem cōrumeliam seu cōuitium verbis Cardinali, eisdem affici pœnis, quas Romanus Pontifex statuit in capit. felicis. de pœnis. in. 6. idem probat Felin. in cap. non dubium. de sentē. excō. quibus & alia ratio ad stipulatur: quòd appellatione percussio non tantum comprehenditur ea, quæ factò fit: sed & ea, quæ verbis: saltem ex lata dictionis significatio-

Variarum Resolutionum

ne. Bart. in. l. aut facta. in prin. ff. de pœnis. p̄dicta autē cōstitutio cū fauorabilis sit, & in honorē Romanæ ecclesiæ eiusq; ministrorū sancita, mirum non est, si hanc latam̄ interpretationē adsumat, qua ratione idem hi doctores dicerent in iniuriā inferentibus verbis contumeliosis, quibuslibet clericis, vt ex hoc ex cōmunicati sint sentētia canonis, Si quis suadente. 17. q. 4. cum & ea cōstitutio fauorem totius cleri ab Innocentio fuerit promulgata. Ego vero dū Salmanticæ interpretarer tex. in cap. nuper. de sentent. excomm. Anno Domini. M. D. XLIII. publicē hanc Ananiæ sententiam impugnaui falsam esse existimans: quam postmodū improbatam esse vi deo à doctissimo, obseruātissimoq; p̄sule Ioanne Bernardo episcopo Calagurriensi in practic. crimi. cap. 50. quo in loco Felinum minimē retulit: atq; ab Anania discessit ea sola ratione, quod grauis pœnia à iure in percutientem statuta nunquam comprehendit inferentem verbis iniuriā. cui ego & illud addiderim libenter vt Ananiæ rationi satisfaciam, quamlibet constitutionem pœnalem respectu ipsius criminis, aut iniuriæ, odiosam esse, & ideo restringendā: respectu verò personarum, quibus iniuria fit, esse fauorabilem & ob id extendendam: quod notari potest ex verbis Baldi in. l. illud. col. 3. C. de sacros. eccles. o. prima glo. in. l. venia. C. de in ius vocand. quam ibi doct. communiter sequitur: & las. in. l. 1. col. 2. C. de succe. edict. Abb. in dict. cap. non dubium. de sentē. excō. vnde Canon. si quis suadente. & similia iura. quæ ob honorem clericorū, aut Cardinalium pœnam irrogant eos percutientibus respectu ipsorum, quibus iniuria fit, fauorem cōtinent: at respectu ipsius iniuriæ odiosa cēsentur nec extendenda sunt: & ea ratione ad verbalem iniuriam nō sunt p̄dictæ constitutiones deducendæ: ex quo tollitur ratio ipsius Ananiæ. tollit & secundo alia consideratio, quæ Ananiæ opinionem videtur plurimum probare. Solet enim adnotari constitutionem partim odiosam partim fauorabilem, censei omninō fauorabile esse, si principaliter in fauorem statuta sit. glo. Domini. & Francus in capit. statutum. de p̄bend. in sexto. gloss. & Domin. ibi in capit. sciant cuncti verb. alios. de electio. in sexto. Feli. in dicto capi. non dubium. & in capit. primo. num. 14. de spon. sa. optima gloss. & ibi Aretin. columna tertia. & Alciatus. num. quadragesimo secūdo. in. l. prima in princip. ff. de verborum obligationi. sed canō p̄dictus principaliter tendit in fauorem clericorum: igitur censendus est fauorabilis. ceterum p̄ter hoc quod gloss. in dicto capit. statutum. minime probat conclusionem ex ea deductam:

cū eadem fateatur illius capitis cōstitutionem tantum fauorabile esse: hæc ipsa Theorica, licet vera sit, est intelligenda quoties odium à fauore distingui non potest: at si odium & fauor distingui commodē queant, fauor, vt fauor: odium, vt odium adsumendum est. Deinde quanuis reipublicæ intersit crimina puniri. l. ita vulneratus. 1. re spon. ff. ad legem Aquiliam. cap. vt famæ. de sentent. excomm. & ea ratione dixerit Bartol. in. l. quemadmodum. colum. secunda. C. de agrico. & cens. leges pœnales & scelerata punientes fauorabiles esse censendas: cui plures accedunt, quos referunt Hippoly. in pract. §. aggredior. numer. 59. & in. l. vnica. C. de rapto virginum. num. 226: las. in. l. fratres. C. de in officio. testamen. colum. secunda. Felin. in capi. translato. colum. vlti. de cōstit. id verum est ad eum effectum ne delicta remaneant impunita, & vbi non satis punirentur, ni pœnales constitutiones latiori quodam modo interpretaremur: alioqui benignam, atq; strictam harum legum interpretationem sequi tenemur: quando ex hoc delictum nihilominus puniri sat potest; ne pœnarum acerbitas augeatur: quod probatur ex iuriconsulto in. l. si p̄sces. & l. in interpretatione. ff. de pœnis. & animaduertunt Bartol. in. l. secunda. §. exercitum. ff. de infam. Deci. in. l. secunda. num. 109. ff. de regulis iuris: & in. l. factum. §. in pœnalibus. ff. eod. & Curtius Ianior in. l. bona fides. num. 13. ff. de positi. ad hæc facit quod pœnalis cōstitutio nunquam extenditur ex lata verborum significatione; nisi & eadem ratio subsistat iuxta eam resolutionem, que traditur per Domini. & Fran. in cap. 1. de temp. ord. in sexto. Bar. & nouiores in. l. si constante. 9. quest. ff. solu. matrimonio. Decius in dict. cap. translato: & in dicto. §. in pœnalibus. & in. l. si quis id quod. colum. vlti. ff. de iurisd. omni. iud. las. in. l. vlti. ff. de in ius voca. & probatur in. l. lege Julia. §. hūc capite. ff. de ritu nup. c. vlti. de trans. p̄zla. quis autem recto iudicio dicet; eandem esse rationem in iniuria, quæ verbis fit: & in ea, quæ facto atrociter inferit? Vnde pœnalis cōstitutio ex iniuria, quæ facto fuerit irrogata ad eam, quæ verbis fit, non erit extendenda, cū ratio legis deficiat: tametsi lata verborum significatio id suadere videatur: nec enim est tanti p̄iudicij conuictum, quanti percussio; si publicam vtilitatem, dispendium ve consideremus. Ex quibus aduersus Ananiam quatuor rationes adduximus aperto Marte diluentes totidē, quæ pro eo animaduerti possent. Sed & Quinto contra Ananiam facit, quod latē conatur probare Aymon consi. 6. colum. prima. & sequen. dicens non esse crimen læsæ maiestatis verba iniuriosa in principem dicere. argumen. text. in. l. famosi.

mosi. ff. ad legem Iuliam maiesta. diuersa: siquidem hæc duo sunt: eodem à Iustiano diuersis titulis explicentur in rubri. C. si quis imperat. maledi. & C. ad legem maiesta. quo fit. vt falsum esse existimem Ananiz sententiam: Sic sanè Cardin. Jacob. in tracta. de concil. libr. primo. pag. 39. obiter Ananiam allegans dubitat eius opinionem veram esse. Scribit hac dere Paulus Iurisconsultus: eum qui nocentem infamauit, non esse bonum

6 & æquum ob eam rem cõdemnari: peccata enim nocentum nota esse & oportere & expedire. dicta. l. eum qui nocentem. cui conuenit Regia. l. prima. titu. 9. part. 7. Barto. tamen querit an iniuriarum actione teneaturis, qui alteri verum crimen conuitio obiecerit? Ita tandem rem ipsam distinguit, vt opinetur, conuitium istud tunc esse puniendum, quando reipublicæ non interest, vitium illud, quod conuitio obiectum fuerit, manifestum fieri: sed si reipublicæ hoc interest, impunitum esse, ac debere cõferri tale cõuitium: licet per accusationem vitium obiectum deduci nequeat in iudicium. Prioris mēbri exempla sunt: si quis alteri obiecerit conuictum esse, filium meretricis, furis, aut lenonis: posterioris verò, si quis alterum dixerit hæreticum, sodomitam, falsarium, spurium latronemve esse. idē notant Petrus, Cinus in. l. si non cõnuitij. 8. q. C. de iniur. eamq; distinctionē procedere quidam existimāt siue in iudicio siue extra iudicium id contigerit. ex glo. in dic. l. eum qui nocentem. ego quidem primum animaduerto siue in iudicio, siue extra iudicium conuitium dicitur: etiam verum, cuiusq; notitia reipublicæ interest: praua tamen intentione, atque iniuriandi animo, peccatum esse non omnino ab iniuriarum actione liberum. quod probatur: nam & si bonum sit, ac reipublicæ vtile nocentium crimina nota esse, & ea manifestari: prauus animus reuelantis refficit iniquam. cap. cum minister. capi. relegendes. 23. q. 5. Secundo opinor, veri criminis exprobrationem, cuiusque reipublicæ interest manifestationem fieri, secluso iniuriandi animo, à peccato, & ab iniuriarum actione immunem esse, nec refert quantum ad hoc, id in iudicio, vel extra iudicium acciderit: atque ita Barto. & sequacium opinionem interpretandam esse censeo. Tertiò ad præmissa optimè conducit perpendere: æquo animo acerrimoque iudicio, sic etenim præsumptiones, & coniecturæ deducantur, veri criminis & reipublicæ perniciosi obiectionē, tunc demum ex iniurioso animo procedere, quando absq; vlla causa, vtilitateve ipsius negotij, quod tractatur, in iudicio, vel extra iudicium contigerit. Quòd eadem obiectione, exprobratiove ex iulla causa facta fuerit, æquissimum erit, præsumere non ani-

mo iniuriandi, sed ex ea causa cõtigisse, quæ quidem tria colliguntur ex pluribus traditis per Oldra. consi. 53. Ioan. Andr. in Specul. tit. de iniurijs. Abb. in cap. vlt. de iniur. & in cap. cum T. à B. de re iudicat. col. pe. Roma. consi. 96. Ripam in. l. vlt. q. 7. C. de reuocand. donat. Marti. ab Azpilcuenta in capit. inter verba. 11. q. 3. Corol. 63. quibus diligenter consideratis, ea quæ sequuntur, colligā.

Primum iniuriarum actione proposita puniendum esse à iudice eum, qui extra iudicium alteri conuitium dixerit: non vt ei, proximo, aut reipublicæ mederetur: sed vt ppriæ libidini aut iræ satisfaceret: tamen si reipublicæ interest, vitium obiectum manifestum fieri, non enim veritas conuitij ipsum conuitiantē eximit à crimine iniuriæ nec ab eius punitione ex pulchra Constantini Cæsaris constitutione. in. l. iustissimos. C. de offi. rect. puin. optimus tex. in. l. 2. C. quād. & quib. quart. pars. libr. 10. & hoc ipsum est, quod Oldra. Ioan. Andr. Abb. Rom. & ceteri probare nituntur.

Secundò eadem ratione deducitur intell. ad. l. 1. C. de famo. libe. si quis etem famoso libello potius quàm iusta delatione alterius honorem læserit, vera illius criminis manifestans, capitali poena est puniendus. oportet sanè & id magis publicæ vtilitati conuenit viros sceleratos potius accusationibus ad iudicem deferri, quàm famosis libellis extra iudicium in maximam omnium perniciem infamari.

Tertium ex his apparet, puniendum esse eum qui in iudicio aduersariu. n. peritrixerit, exprobrans illi verum etiam crimē quod nihil ad proprii iuriscõprobationem vel defensionem attinet: ex hoc equidem animus prauus deprehenditur: & ideo iniuriarum actione is tenetur. text. in. l. quisquis. C. de postuland. nec quidem refert expediat reipublicæ an non id crimen palam notum fieri.

Quartum optimè inferitur: nēpe veri criminis, aut vitij exprobrationem, etiam in iudicio cõtingentem, atq; ad ipsius causæ decisionem pertinentem, puniendam esse, si vel ex rixa, aut verbosa litigantium contentione, aut ex alijs coniecturis iudex collegerit animo iniuriandi processisse.

Quintum palam est, facilius animum iniuriæ inferendi extra iudicium, quàm in iudicio præsumi ex veri criminis aut vitij obiectione, cuius reuelatio utilis est, vel reipublicæ, vel proximo.

Sextum, iuris est apertissimi, huiusmodi reuelationem extra iudicium, etiā fieri posse absque iniuriarum crimine eiusq; punitione, vel ob ipsius criminosis correctionem, vel ob reipublicæ, aut proximi necessitatem, vtilitatemve: ex his enim constat animum iniuriandi abesse. Cautè tamen

id agendum est, ut tunc & sine peccato fieri possit: nec enim sequitur, actioni iniuriarum locus non est: igitur nec detectio criminis peccatum habet: siquidem crimen occultum, etiam si probari possit, non est detegendum saltem extra iudiciū apud eos, penes quos delinquens infamatus. nō est: si damnum reipublicæ, vel proximi, aliter quā ea reuelatione euitari queat: cum ob solam utilitatem reipublicæ, vel proximi permissum nō sit alterius famam veri criminis reuelatione lēdi, nā & hęc inconsulta detectio criminis peccatum est. ex quo tenetur quis famam alterius restituere, se eundē Thomam & Caieta. 2. 2. q. 62. articu. 2. sed cauendum est, ne ita alteri famam restituat, ut se mēdacem esse profiteatur, ex eisdem, & Maiore quart. distin. 15. q. 16. col. 4. & tamen hoc casu in iniuriarum actio non datur.

Septimum, apparet eum qui verū alterius crimen illi exprobauerit ex iusta etiam causa praua tamen intentione, ab actione iniuriarum liberum non esse: imō grauius peccare: licet ad famę restitutionem minimē isteneatur: cum ea nō oriatur ex vitiosa intentione, ut scribit Hadrianus quod lib. 11. litera. R. cui eleganter accedit Marti. Azpilcueta in cap. inter verba. 1. q. 3. corol. 70.

Octauo, mihi probabile videtur & id maximē utile ad regiarum constitutionum interpretationem, non esse à iudice cogendum palinodiam canere, scēque mentitum fuisse coram honestis viris asserere eum, qui alteri extra iudicium prauo animo, in rixa, manifesta iniuriam inferendi inrē tione conuictum dixerit, illi obiiciens verum crimē cuius manifestatio utilis est reipublicę, quod probatur ex his: quę proxima sexta illatione ad notauimus: qua ratione idem esse censeo, si quis alteri verum exprobrat vitium: quod manifestū fieri nihil utilitati publicę conduxerit: licet extra ordinem is utroq; casu à iudice puniendus sit iniuriarum sanē actione iuxta Bart. & sequaciū resolutionem.

Nonō ex pręmissis deducitur verus intellectus ad text. in. l. vlti. C. de reuo. donat. & in cap. vi. de donat. quibus statutum est donationem inter viuos reuocari iustē posse, si donatarius grauem, aut atrocem iniuriam donatori intulerit. Nam 8 quoties diximus ex veri criminis exprobratione actionem iniuriarum oriri aduersus conuictiā tem, dicimus sanē toties donationem à donatore reuocari posse, si atrox, grauisve sit ea criminis etiam veri exprobratio: quō quidē tendunt ea, quę à Ripa tractantur dict. q. 7.

Decimō multo difficilius esse censeo quod ab eodem Ripa proponitur eadem quęstio. 7. num ea donatio reuocari possit ex eo, quō donata-

rius in iudicium per accusationem aut denuntiationem ipsum donatorem veri criminis reum detulerit? Et ut quęstio expediatur utilius, ipsius Francisci à Ripa. in specie sententiam referam: si quidem is existimat, donationem reuocari posse à donatore ex ea causa, quō donatarius eum de vero crimine apud iudicem, reum fecerit, adducit in huius opinionis probationem text. in athen. ut cum de appellat. cogno. §. causas. vbi filius veri criminis aduersus patrem delator exheredari potest: modō crimen non sit in principem nec in rempublicam perpetratum. deinde allegat. l. primā. ff. de his quib. ut indig. vbi libertus accusans patronum de vero crimine, legatum amittit. facit ad idem text. optimus in cap. primo. §. sed & qui delator. quę fuerit prima caus. benef. amittit. ex quo probatur, seudum amitti ob veri etiam criminis aduersus dominium iudiciale delationem: ut quidam existimant, tametsi is textus verē non loquitur, nec procedat in delatione veri criminis, quemadmodum Ilernia, Aluarotus, & alij frequentius eum interpretantur: quo fit, ut parūm vrgēat ea decisio pro sententia Ripę. Quin & text. in dicto. §. causas. procedit in filio respectu parentis: nec rectē indici poterit ad donatarium erga donatorem: cui non ita, ut parentibus obsequendum est: nec eandem reuerentiā exhiberi necessario oportet. verū ipse hanc rē aliter distinguendam esse reor: nam si donatarius ipsum donatorem veri criminis deferat, propriā, aut suorum iniuriam prosequutus: ingratus non est, nec priuari re donata poterit: sicut nec veri criminis accusatio, qua quis aduersus testatorem prosequitur propriam vel suorum iniuriam, nō inducit pręsumptionem tacitę legati reuocationis. text. à contrario sensu in. l. filio. §. Seia. ff. de adimen. leg. optima glos. & communiter recepta in dict. §. item si delator. hanc verō tacitam ademptionem proculdubio induxisset, si ex ea accusatione reo delato grauis atroxve iniuria fieret. l. 3. ad finem. & l. ex parte. ff. de adimen. lega. & licet causa sufficiens ad pręsumendam legati tacitam ademptionem nō sit fortasse semper sufficiens, ut donator reuocare possit expressē donationem, ex notatis in rub. de testam. 2. part. num. 20. versu. quinto. optimē tamē colligitur causam minimē idoneam ad inducendam tacitam legati ademptionē, multo magis nec sufficere ad expressam donationis perfectę reuocationem. Quod si donatarius donatorem reum fecerit veri criminis, quod nec ad eius propriam, nec suorum iniuriā, commodumve rei familiaris pertineat, ingratus est censendus, & ideo à donatore poterit donatio reuocari: quoties iure non cogitur donatarius cri-

Ex capite sequenti.

men illud ad iudiciū deferre. *tex. in. l. 1. ff. de his quib. vt indig. Sic etenim idem erit, si testimoniū in capitali causa aduersus donatorem donatarius dixerit. l. qui cū maior. §. sed si cū accusauerit. ff. de bonis liber. gl. in. c. veniens. in. 2. de testi. gl. & Bar. in. l. post legatū. §. his vero. ff. de his qui. vt in di. Ripa in dict. l. vlti. q. 8. optima gl. in dict. §. itē si delator. quo in loco text. probat. principalem adsercionem, dum statuit, Vasallum accusatorē domini feudo priuari posse: quem tex. ipse ita intelligendum esse censeo, vt procedat quando Vasallus dominum accusat criminis, cuius delationem minimē tenetur exercere: quāuis crimen id verum sit, ac verē non falso fuerit accusatio proposita: nam ingratitude ex eo procedere cōstat, quod sponte non coactus quis crimen etiam verum aduersus dominum, aut donatorem detulerit. Sed si crimen, quod in iudicium deferretur, eā qualitatē habeat, vt delator iure teneatur & cogatur eius accusationem proponere, tunc quidem si verē accusatio instituta fuerit, nullum ingratitude vitium accusator contrahit. ex dict. §. causas. cogitur enim quis accusare crimen valde perniciosum reipublice: cuiusq; punitio maximē ei? vtilitati conuenit: sicuti notat S. Tho. 2. 2. q. 68. ar. 1. & ibi eleganter Caieta. Dominicus à Soto de secreto. membro. 2. q. 5. & Martinus ab Azpilcueta in cap. inter verba. 11. q. 3. parte vlt. Corol. 60. quorum resolutio ea est, vt regulariter nemo teneatur alterius crimen in iudicium per accusationē deferre: nisi maximē reipublice conueniat, scelus id impunitum non dimitti, & probatur in casu si quis per capillum. 2. 2. q. 1. & capi. quapropter. 2. q. 7. qua ratione in dict. §. causas. iure maximo à Iustiniāno excipiuntur crimina contra rempublicam, vel principem commissa: ea siquidem aduersus patrem filius deferens ad iudicium, ingratus non est. vnde Bar. in. l. in eum. ff. de accus. scribens, in crimine homicidij cogi quempiam posse, reum accusare: meritō non recipitur ab Angelo ibi nec à Saly. in dicta. l. si quis homicidij: cū nemo compellendus sit regulariter alium accusare. gloss. in dict. l. si quis homicidij. C. de accusa. & in capitul. licet. eod. titul. quæ frequentiori doctorum consensu probantur. Hinc etiam patet, qualiter non est omnino vera Isernitiæ & Aluarotti interpretatio ad dict. §. item si delator. dum illū text. procedere existimant in delatione calumniofa, & criminis, quod in iudicio probatum nō est. Nam ex præmissis apparet, Vasallum priuari feudo iuste posse, si dominum in iudicio reum fecerit criminis etiam veri, quod tamen ipse sponte nulla lege coactus, cū accusare non teneretur ad iudicium detulerit.*

- 1 *Annorum computatio à Christi natiuitate qualiter apud plerasque nationes fiat.*
- 2 *Ab incarnatione Christi quandoque numerus annorum sumitur. & ibi quam varie hoc fiat.*
- 3 *Æra Cesaris quid sit? & inibi latè traditur quo pacto temporis ratio ab ea adsumi consueuerit apud Hispanos.*
- 4 *De indictionibus & pensitationum generibus.*
- 5 *Quo tempore initium habuerit indictionum vsus: & quam originis rationem habuerit?*
- 6 *Indictionum calculus, eiusque obseruatio, & à qua anni parte incipiat?*
- 7 *Indictionis adiectio præcisè necessaria non est, & quid si ea differat ab anno Domini, ipsi instrumento apposito.*

De ratione computandi temporis ab annorum numero.

Caput. XII.



VAM varia fuerit apud veteres anni ratio, plerique ex authoribus meminere: sicuti Plinius libr. 7. capit. 48. Macrobius libr. 1. Saturna. capit. 8. Gellius libr. 3. cap. 16. è iunioribus Virgilius Polydorus libro. 2. de inuent. rerum. capit. 4. Andreas Tiraq. libr. 1. de retract. §. 1. gl. 10. in prin. Sic non vna fuit omnibus nationibus tēporis computatio: siquidē veterum monumentis cōstat Grecos per Olympiadas, Hebræos vel à diluuiō, vel à mundi origine, Romanos ab vrbe condita atque à consulibus huius rei rationem obseruasse. At Christiani duodecim mensium vtuntur anno, quo & Ethnicorum quidam vsi fuere: eius tamen initium apud nos discrimen habet. Quidam etenim id adsumūt à Iesu Christi natiuitate, quæ vicesima quinta die Decembris contigit: octauo Calendas Ianuarij, authore Augustino in enarratione in psal. num. 132. ad finem. Diuo Thoma. 3. part. q. 35. ar. vlt. idq; ab ecclesia, cuius authoritas certissimam fidem habet, traditum est ex ipso Christianæ religionis exordio. itaq; in Romana curia non à Calēdis Ianuarijs: sed ab ipsa vicesima quinta Decēbris die, anni sit computatio, & initium: sicuti no

Variarum Resolutionum

gat gloss. in extrauag. 1. in fine. de censib. inter cō
 inunes tex. expressus in cōstitutione. 1. §. nos de
 omnipotētis Dei. titu. de pœnitent. & remissio.
 sub eisdem extrauagantibus. tex. ad idem in ex-
 traua. quemadmodum. eo. tit. Rota noua. 50. loā.
 Lucidus in libro. de vero die pas. Christ. cap. 3. idē
 lib. de emēdat. temp. cap. 10. idq; frequentius a-
 pud Hispanos seruatur. Cautius tamen est illis se-
 ptem vltimis Decembris diebus addere signum
 aliquod: vnde appareat, id tempus ad initium an-
 ni non ad finem pertinere: & ita quandoq; tabel-
 liones hac cautela cautissimē vtuntur, q̄b effugie-
 dam incertitudinem, vsus verò obtinuit pleriq;
 in regionibus, vt anni à natiuitate adsumāt. exor-
 diū à Calendis Ianuarijs: quod magis cōuenit A-
 strōlogis, eo quod annus ex duodecim cōuet mē-
 sibus, quorum primus ipse Ianuarius est: ab ipsi⁹
 igitur initio aptior fuisse anni cōputatio, ni se-
 ptem illis diebus à Iesu Christi natalib⁹ differret.
 vtcunq; sic isthæc annorū dinumeratio à Christi
 natiuitate ita intelligēda est, vt anni currentis nō
 dam finiti signum existat. Sic sanē annus millesi-
 mus quingentesimus quinquagesimus à natiui-
 tate Christi, veluti currens adhuc, & inceptus nō
 dum verò finitus significatur: quemadmodū vsu
 receptum est, & animaduertunt Cardi. in. c. iuue-
 nis. de sponsa. Chosmas in prag. sanctio. Gallica-
 na titu. penultimo. verbo, Anno.

Sunt, qui ab incarnatione Iesu Christi, id est: à
 2 vicefima quinta die Martij, annos dinumerant:
 nam & huius moris meminit text. in. ca. 1. dist. 23.
 & Castellæ Rex Alfonso in proœmio illius Re-
 giarum constitutionū operis, quod Septem par-
 titum appellamus. Sed Pisani initium anni incar-
 nationis adsumunt nouem mensibus ante nati-
 uitatem: qua ratione annus à natiuitate quin-
 quagesimus erit, & eiusdem numeri ab incar-
 natione vsq; ad vicefima quintam diem Martij:
 & ab eo die: qui est quinquagesimus annus à na-
 tiuitate, erit quinquagesimus primus ab incarna-
 tione: qui quidem vsus potius placuit quibusdā,
 quàm is, quo Florentini vtuntur, tribus mensi-
 bus post natiuitatem incipientes numerum an-
 norum incarnationis, vnde iuxta computationē
 hanc annus quinquagesimus à natiuitate, vsque
 ad vicefima quintam diem Martij, erit quadra-
 gesimus nonus incarnationis: at ab eo die erit
 quinquagesimus incarnationis simul & natiuita-
 tis: qui tandem vsus apud Romanam curiam om-
 ninō seruatur: quod apparet ex literis Clemen-
 tis Septimi, quatum meminit loānes Lucidus. d.
 cap. 3. probatq; Rota in nouis. 108. scribens, secun-
 dum cursum Romanæ curiæ annum incarnatio-
 nis incipere post natiuitatē Christi: quasi quod

apertius est, annus incarnationis incipiat vicefi-
 ma quinta die Martij, postquam iam inceptat
 annus natiuitatis vicefima quinta præcedentis
 Decembris. Cæterum quod eadē Rotæ decisio
 subdit, iuxta consuetudinem Angliæ, & Franciæ
 incipere annum incarnationis post mēsem Mar-
 tij, est ita interpretandum, vt sciamus annum in-
 carnationis apud Gallos & Anglos incipere à die
 ipso Paschæ resurrectionis: non à vicefima quin-
 ta die Martij. Nec tamen ex hoc infertur Gallos
 enumerare annos domini à resurrectione, quæ
 contingit triginta tribus annis post natiuitatem,
 sed proculdubio enumerant ab incarnatione, ini-
 tium sumentes ab insigni die: nempe à paschæ re-
 surrectionis: quod explicant Chassan. in cōsuet.
 Burg. rub. 1. §. 8. versic. quæro quomodo. nu. 4. &
 in catalog. Gloriæ mundi. part. 12. considerat. 39.
 Chosmas in prag. Sanct. titu. penult. verb. domi-
 ni. & Philippus Probus in ead. pragmat. titu. vlt.
 verb. domini. post eundem Chosmam ibi. Hinc
 aperitur sensus eiusdem Rotæ dicentis post men-
 sem Martium, annum incarnationis incipientē,
 & eum, qui initium habuit à natiuitate præcedē-
 te, numero conuenire. Annus etenim incarnatio-
 nis secundum Gallos incipiens à die resurrectio-
 nis idem est cum eo, qui paulò antè iuxta Roma-
 næ curiæ vsum inceptat à natiuitate. Et licet loā-
 ni Lucido displicuerit modus cōputandī annos
 ab incarnatione, quæ tradidimus ex Romanæ cu-
 riæ vsu, potius consentienti moribus & vsui Pisa-
 norū: eo quod ab ipsa die, qua Christus fuit incar-
 natus deducatur ab eis ipsa Chronologia: verè
 quidem satis cōueniens est, si intellexerimus eam
 computationem procedere ab anno incarnatio-
 nis finito: ita sanē, vt annus ab incarnatione mil-
 lesimus, sit iā finitus & perfectus, millesimo pri-
 mo currenti, ex Cardi. in dict. capi. iuuenis. gl. in
 dict. prag. Sanctio. tit. penul. verb. anno. Aret.
 consil. 71. ad finē. Cattelli. Cotta dictione, Anni-
 fenit Baldus in. l. nuptæ. §. Senatores. ff. de senat.
 ex quibus infertur, oportere tabelliones annos
 describentes expressim addere: vel à natiuitate,
 vel ab incarnatione: ne ad sit temporis incertitu-
 do apud eos, qui momm, & vsum eius regionis,
 vbi confecta est scriptura, in anni computatione
 ignorant. ex ea etenim scriptura, quæ annos dñi
 designat nulla facta mentione natiuitatis, nec in-
 carnationis, facile oritur hæc incertitudo, vti ad-
 monet Author artis notariatus. 2. Tomo. colū. 7.
 Olin sanē apud Hispanos ab Aera Cæsaris anni
 designabantur: quod satis compertum est. & in
 ea re illud ab omnibus asseueratur, initium hu-
 ius computationis triginta octo annis præcedere
 Christi natiuitatē, exordiumq; sumpsisse ab O-
 ctavianiani

Octauiani Augusti principatu: qua ratione annus hic quinquagesimus à natiuitate, erit ab Aera Cæsaris octuagesimus octauus: hoc probatur ex pœmio Partitarum & ex conciliorum, Historiarum que veteribus libris, diligenterque ostendit & Io. Vascus priori parte chroniconum Hispaniæ capi. 22. & Melsias lib. 3. Syluz variæ lectionis cap. vlt. quo fit, manifestum esse lapsum præsulis Gerundensis vltimo libro & cap. Paralipomenon scribentis, Aeram Cæsaris viginti sex tantum annis præcedere Christi natiuitatem. Nam licet auctoribus Eutropio Orofio & Eusebio Christus natus fuerit anno imperij Augusti quadagesimo secundo, ita tamen est id intelligendum, vt sciamus secundum eam computationem imperium Augusti à morte Iulij Cæsaris initium accipere: cum tamen prioribus annis post Cæsaris obitum, maxima bella, & ciuilia confecerit Augustus, nec solus, nec pacatum obtinuerit Imperium. scribit etenim Suetonius in Augusto. ca. 16. Octauianum. C. Sosio, & T. Domitio consulibus anno duodecimo post Cæsaris obitum. M. Antonium, & Lepidum Triumuiros societate priuasse extinctis ciuilibus bellis. ~~20.~~ eo die solum Imperium Romanum obtinuisse. Sed & Dio. libr. 51. & Xiphilinus scribunt, annos imperij Augusti esse numerandos à victoria Actiaca, quam postremo aduersus M. Antonium, & Cleopatram obtinuit. Igitur qui Octauiani principatum, eiusque monarchiam, ad hanc ex Aera annorum computationem adsumpserunt, quatuor priores annos, quibus apud ipsam urbem in Italia, & Macedonia ciuilia bella sedauit, omiserunt: exordium statuentes ab eo tempore, quo pacto triumuiratu, reliquis Romani orbis prouincijs Lepido, & Antonio triumuiuis dimissis, urbem ipsam, Italiã, Gallias, Hispaniam, & Germaniam obtinuit. Sicut & hi, qui Christum natum fuisse quadagesimo secunda eius imperij anno scripsere, à morte Iulij Cæsaris, Augustum regimẽ Imperij habuisse censent. Hi vero qui anno duodecimo post obitum Cæsaris adscribunt initium Imperij Octauiani, tempus tantum id, quo solus reipublicã tenuit, considerant. sic sanẽ Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. dum scribit, Christum natum fuisse anno vicesimo octauo Imperij Augusti, rationem tantum habuit eius temporis, quo solus tempus obtinuit, annis fere duobus huius monarchiæ ab alijs dissentiens. Que ita modum & Gerundensis eadem habita ratione, quatuor annos ab eodẽ imperio, quo solus Octauius vsus est, forsitan detraxit. Etenim Eusebius asseuerat, quosdam primum annum monarchiæ Augusti ab anno decimo quinto post obitum Cæsaris supputare. Sed

& Tertullian. aduersus Iudæos scribit, Christum natum fuisse anno quadagesimo primo imperij Augusti Cæsaris. Huius vero computationis signum ideo Aeram dici quidem existimant, q̃ eo tempore Cæsar Augustus primum censum, ac tributum, gentibus, & vniuerso orbi Romano indixerit, quod quidem tributũ vniuersus orbis Augusto reddere professus fuit: vnde Aera dicta fuit ab ære quod eo tempore primum Augustus vniuerso orbi pro tributo indixerit: ita sanẽ Isidorus scribit lib. 5. Etymo. c. 30. Aera singulorum annorum constituta est à Cæsare Augusto, quãdo primum censu excogitato Romanum orbem descripsit: dicta autem Aera ex eo quod omnis orbis es reddere professus fuerit Reipublice. Hactenus Isidorus, cui subscribendũ non est: siquidem ea vniuersi orbis descriptio iussu Cæsaris Augusti fieri minimẽ potuit eo tempore, quo Aera initium habuit. cum Augustus nondum habuerit vniuersi orbis regimẽ, quod tandem multo post adsequutus est, paulo ante Christi natiuitatem. quemadmodum Eutropius Orofius, Beda, ceteriq; catholici testantur. pacatissimo nanq; tempore Christus nascitur, cuius aduentui pax ista famulata est: nec prius Augustus orbis Romani totius imperium habuerat: quin bella acerrima vsq; ad Christi incarnationem gesserat: cum aduersus confortes imperij: occisoresq; patrii: tum aduersus Hispanos, Dalmatas, Alhyricum, Pannoniam, aliasq; gentes ferocissimas: quo fit apertissimũ esse, non potuisse edicto Cæsaris totum Romanum orbem describi prius quam idem pacatus, subditusque reipublice Romane esset. Et hæc ipsam auctoritate veritatis Euangelicæ constat. Lucæ capit. 2. quo in loco scribitur, à Cyrino præside Syriæ, ex edicto Augusti Cæsaris descriptionem factam fuisse in Iudæa eo anno, quo Christus nat' est, deduciturque ex eo loco descriptionem illam factam à Cyrino fuisse primam omnium; quæ ex illo edicto Cæsaris factæ fuerint. Nec contentaneũ est, ab alia particulari descriptione iussu Cæsaris facta, Aera rationem deduci: cum ex pluribus descriptionibus prouinciarum, quæ edictum illud præcesserunt, incertum sit quã quã originem Aera cõputatio habuerit, meminit & descriptio nis in Iudæa à Cyrino factæ Iosephus lib. 18. anti quit. cap. primo. Et de ea intelligendus est locus diu Lucæ, Act. cap. 5. His accedit, quod Aera non tantum Cæsari: sed & Magno Alexandro, Nabuchodonosori, & Adamo accommodatur in Partitarum proœmio: ex quibus libenter ab Isidoro dissentio, & libentiùs à Gerundensi episcopo in dicto cap. vlti. Paralipomenon, qui hac in re plura scribit potiùs coniecturis satis incertis, quàm rei veritate

Variarum Resolutionum

veritate ductus. Sed forsan ab Hera, temporis & annorum descriptio fit: quod dominationem, ac principatū significet auctore Nebrissensi in Dictionario: quasi idem sit ab Hera Cæsaris, annorum rationē habere, quod ab ipsius Cæsaris principatus, & imperij initio. & eodem modo Philippo, Alexandro, Nabuchodonosor, ac cæteris accommodatur aptissimè. Sed & hæc ratio infirma videtur esse: nam & Heræ computatio, diluuium ac mundi creationi adijcitur in dicto Partitarum Procinio: & tamen in his de alicuius principatu, imperio, dominatione ve nō agitur. Et præterea Astrologi, qui frequētius hac Chronologia vtuntur, temporis initium, vel aliud illustre principiū à quo supputationes incipiunt, Aeram vocant: quemadmodum ex Ptolomæo, Theone, Alfonso Rege, & alijs adnotarunt Hermolaus in Pliniū & Ludouic. Cælius est. antiq. libr. 6. cap. 2. quam ob rem ego, ni fallor, Aeram dici ex ultimo non ipsum illustre principium, à quo supputatio fit, nec ipsam dominationem, principatum ve, nec tributorum indictionem: sed ipsum annorū numerum: vt perinde sit dicere, Aera Cæsaris millesima, ac si diceretur numerus annorum à principatu Cæsaris est millesimus. Sic & Aera mundi, erit numerus annorum à creatione mundi. ita & Aera diluuii & vniuersalis Cataclysmi: eaq; ducor coniectura; quod sciam ex authoribus, nummis quandoque apponi solitum numerum, quo colligeretur pretium, seu æstimatio, eamq; notam æram vocatam esse: sicuti ex iunioribus adnotauit Ludo. Cælius in dicto capitulo secundo. auctoritate Nonnij Marcelli. is enim scribit. Aera numeri nota. Lucilius libr. 29. Hæc est ratio, peruersa æra, summa & subducta improbe. Hæc Nonnius. Qui eum alibi: nempe in libello de indiscretis nominum generibus ita scribat. Aera neutri generis. M. Fullius in Hortensio. Quid tu, in quā soles cum rationem ab dispensatore accipis, Si æra singula probasti, summam, quæ ex his confecta sit, non probares. Er in eo libello Nonnius adduxerit aliarum dictionum exempla, quibus constat, eas vario in genere ab autoribus vsurpari: in hac vero dictione neutri tantum generis exemplum tradiderit, suspicionem non leuem nobis intecit, ipsum existimasse: Aera: à Lucilio in genere foemino vsurpatam fuisse: quippe qui huius dictionis meminerit in earum dictionum numero, quæ varijs in generibus solent apud veteres autores reperiri: nec dubium est, Nonnium voluisse, hanc dictionem eiusmodi conditionis esse. Sed vt cunq; Nonnius Lucilium intellexerit, ego arbitror apud Lucilium: æra: in numero plurali esse accipienda, & in ea significatiōe, qua vsus est Cicero in Hortensio: quaq; vsus est Plau-

tus in Truculēto, apud quem Dinarchus de scortis, & Lenonibus circum argentarias quotidie sedentibus inquit.

Quos quidem, quam ad rem dicam in argētarijs referre habere: nisi pro tabulis nescio.

vbi æra perscribantur vsuraria:

Accipiat dico expensa, nec censat.

Legitur in aliquot codicib' manuscriptis apud Nonnium: AERA numi nota. Et tamen ex his censeo adhuc, originem adsumptam fuisse, vt hæc dicitio mutata veterum auctorum latina, & legitima declinatione in annorum numero significando vsurpetur. Quo fit, vt ipsa nota numeri annorum, vel mundi, vel Magni Alexandri, Philippi, Christi incarnationis, vel natiuitatis significāter Aera appelletur ad similitudinem eius quæ nummis apponi solebat: atque hinc originem duxerit annorum ex Aera cōputatio: quæ licet alijs monarchis conueniant, apud Hispanos tamē ad Augustum Cæsarem in dubio est referenda: cum in Hispania frequentissimè ab Aera Cæsaris facta fuerit annorum descriptio vsque ad annum Cæsaris Millesimum quadringentesimum vicesimū primum. Natiuitatis vero Millesimū tricentesimum octuagesimum tertium: quo quidem tempore à Ioanne Rege Primo huius nominis statutum est, vt annorum ratio à natiuitate Christie non à Cæsaris imperio adsumeretur. Hinc Speculator in libro rationalis. vlt. ca. 2. scribit, Hispanos ab Aera Cæsaris, temporis & annorum rationem habere. Extat tamen huius computationis mentio in Nicæni Cōcilij decretis, & actis. Quod equidem congregatum est anno Domini tricentesimo vigesimo quinto. Sed & post primam huius operis editionem missa fuit ad me è Salmantica Vasci viri eruditissimi, deq; literis humanioribus bene meriti Chronicorum Hispaniæ prior, cuius lectioe deprehendimus à L. Resendio probari eam sententiam, quam nos de æra ex Lucilio certior esse diximus. Deinde apud eundem authorem legi diligentissimā hac de re Genesij Sepuluedæ adnotationem. Etenim is ceter, dictionem istam à veteribus inscriptionibus deductam fuisse, quibus anni ab Augusto Cæsare ita memoriz tradebantur. AERA Cæs. Annus, inquam, erat Augusti Cæsaris. Hanc verò coniecturam multi quidem facimus propter viri multis nominibus in re literaria illustris auctoritatem: potius tamen probamus Aerae significatiōem, quæ ad numerum annorum ex Lucilio ac Nonio Marcello constat. Nam & Isidorus; qui de ordine Concilij celebrandi libellum scripsit, ad significandum ipsorum capitum numerum hac dictione passim vtitur, dum aliquem Canonem ex aliqua Synodo æra. 18. vel alia quacunq;

quacunq; adducens intelligit planè decimum octauum illius Synodi canonem, vel caput.

- P**raeter hæc moris equidem fuit apud veteres, indictionibus vt: easq; annorum numero. hi adijcere solebant. His etenim vsus est Iustinianus Cæsar.
- 4** in. l. vnica. C. de Iustiniani Codice. consi. l. 2. §. leges autem nostras. C. de veteri iure enuclean. & in authen. vt præpo. nomen imperat. §. si qua verò. & Græca Nouella ex Haloandri Codice. 163. Diuus Gregorius in Epistolis. Marcellinus Comes in eo lib. qui Chronicon Marcellini inscribitur. vbi à Theodosio Magno incipiens ad Iustinianum vsq; temporis rationem ex indictionibus, & cõsulis diligenter obseruat. Sic & Theodorus lector Græcus auctor eccles. histor. Teodosij Junioris principatum, eiusque tempus ad indictionum numerum tractat. text. in cap. In nomine Domini. 23. distin. & in capit. inter dilectos. de fide instr. atq; apertissimè constat indictionum vsus ex Casiodoro, & codice Theodosiano multis in locis, præsertim vñdecimo libro. Prænotandum tamen est, tria fuisse perscrutationum genera, ex quibus Aerarium reipublicæ Romanæ constabat. Canonem, oblationem, & indictionem, quorum meminisse Alconius. 4. in Verrem actione: ex quibus etiam principum Christianorum videntur constare Aeraria, ac Regij redditus: auctore Budæo lib. 3. de ass. & in rubri. ff. de off. quaest. in Canonem censentur ea, quæ diademati Regio ita adhærent, vt ordinarij redditus existimetur: quales sunt portoria vectigalia, possessiones, ac prædia, decima pretij, quo res omnes venduntur, quæ Alcauala appellamus: omniaq; alia in fiscum quoquo iure, ordinario tamen, cedentia. Oblatio autem dicitur quicquid à popularibus ipsi principi defertur: vt auxilia in totius regni conuentu Regi promissa: & hæc vulgò seruitia dicimus. Tertium genus indictio appellatur: & sanè significat collectam, siue id, quod princeps proprio edicto certam nummorum summam in dicendo populis imperat: hæc verò quandoque augetur super indictionibus, si publica id suadeat necessitas: quarum quidem pensionum meminit Imperator in. l. 1. C. de indict. & in. l. vnica. C. de super indict. & l. indictiones. C. de annonis, & tribut. & l. rescripto. §. sciendū. C. de mune. & hon.
- 5** Porro, indictiones annorum temporisq; supputationi subseruisse etiam ante Christi natiuitatem autor est Accursus in. d. l. 1. §. vlt. C. de iusti. C. confir. Cui videntur consentire iuris vtriusq; interpretes, præsertim gloss. in. d. c. inter dilectos. Specula. lib. vlti. rationalis. c. 2. & in tit. de instrument. edit. §. breuiter. num. 5. receptum enim est, Christum natum fuisse quarto anno primæ indi-

ctionis, quod etiam Dionysius scribit. Et quæuis Andr. Alciat. lib. 8. Pareg. c. 1. paulò ante Iustinianum censeat hunc cœpisse morem: ipse tamè apud comitem Marcellinum in Chronico, ætati Theodosij Hispani Cæsaris eum adscriptum videt: sic & ante Iustinianum in actis cõcilij Chalcedonenfis tempus ad rationem indictionum significatur: vt planè opiner in veteri republica mirum seruatam fuisse hanc indictionum computationem: cuius origo forsitan deducitur à noua illa indictione, quam Caio Antistio, Lælio Balbo consulibus anno quarto ante Christum natum Augustus instituit, auctore Dione. lib. 55. quem & Alciat. cita. d. c. 1. Indictio verò vltra decimum quintum annum non progreditur: sed quindecim annis peractis ad primum reuertitur: distinguiturq; in tria, iultra ad exemplum ternæ lustrationis: cum quinto quoq; anno moris esset urbè Romam lustrari: nam & census solutio ad indicium lustrationis quinto quoq; anno fiebat, vt scribit. M. Varro lib. 5. de lingua Latina: lustrum, inquit, nominatum tempus quinquennale à luedo, id est soluendo: quod quinto quoq; anno vectigalia, & vltro tributa per censes soluebantur. Quod si coniecturis nec temerarijs vti licet, probabilius videtur indictionem non vltra quindecim annos extendi, eosque in tria iultra diuisos fuisse ea ratione, quòd indictio certi census, aut collectæ soluendæ reipublicæ quindecimo quoque anno fieret: huiusq; summæ solutio in tres distingueretur partes, temporaq; vt tandem tertia pars quolibet quinquennio præstaretur: atq; hic ferè vsus hodie in collectis soluendis obtinuit: siquidem certa summa indicitur quadriennio soluenda, quatuor distinctis solutionibus. id verò, quòd Accursus in rub. C. de indict. & in. l. 1. ad finem. C. de iust. cod. confir. enarrat, primo quinquennio à Romanis indictam fuisse aurum, secundo argentum, tertio ferrum, comeniticium est: si proberetur ab Speculat. in. d. §. breuiter. nu. 5. Iaso. in. l. placet. C. de sacros. eccl. Chassa. in consuetu. Burg. rubr. 1. §. 4. versu, quæro quid sit indictum. Eodem pacto nullū auctore habet Lucas de Penna in. l. indictiones. C. de anno. & trib. scribens, indictiones ob id tria iultra continere, quòd primo iulstro Asia, secundo Africa, tertio Europa censeretur: & ideo refellitur ab eo, qui artem notariatus concinnauit parte. 2. col. 7. tamen si existimet id credibile esse Alciat. d. c. 1. verum consentaneum profectò est, indictionem illam, cuius Dion meminit, Christi natiuitatem præcessisse quo ad edictum, eius verò executionem initium habuisse ab eo anno, quo Christus natus est, ex capit. 2. Luca. Vnde poterit defendi, quòd Speculat. Lucas

Variarum Resolutionum

lar. Lucas Pennensis, & alij opinantur: nempe indictiones ab eo coepisse edicto, cuius Euangelista. dict. capi. 2. meminerit: ita sanè, vt indictionis computatio inceperit ab anno edicti præuia deliberatione, & maturo consilio Romæ instituti, ac decreti: non ab eius executione: quæ primo anno Christi natiuitati. contigit.

Indictionum autem calculus in hunc, qui sequitur modum, adsumitur. Annis Christi additur triennium, omnisq; annorum numerus per quindennia diuiditur, vt tandem annus, qui superest, indictionem constituat: quemadmodum præter Accursium, Speculatorem, & alios docet Beda libr. de natura rerum. capi. 47. signaturque indictio à primo anno vsque ad quindecim eo numero, quo annus hic excurrrens: quo fit, vt tertia indictio sit annus tertius, qui excurrit post factam omnium annorum per quindennia contributionem. Anni igitur mille quingenti à Christi natiuitate in quindennos diuisi efficiunt centum indictiones: his adde quinquaginta annos à natiuitate: ex quibus quadraginta quinque tres indictiones peragunt: reliqui sunt quinque anni, quibus adduntur tres: & ideo annus quinquagesimus supra millesimum quingentesimum à natiuitate octauam designat indictionem. Quæ quidem indictio incipit à Calendis Septembris: quod constat eo mense exactores tributorum propriam munus auspicari. textus in authen. de collectoribus. in princip. quem ad hoc citat Alciat. dict. capi. 1. ex ea tamen constitutioe hoc certum non est: cum ostendat, inter Septembrè, & Octobrem, dispositiones vniuscuiusq; indictionis proponi: vnde certius est eam initium accipere octauo Calendas Octobris: & sic vigesima quarta die Septembris authore Beda dict. capit. 47. Cui adhærent Alciat. dict. capit. primo. & Ioan. Lucidus libr. de vero die pass. Christi. ca. 7. vbi scribit hoc initium obseruare Cæsareos tabelliones: Pontificios verò indictionis exordium adsumere à die natiuitatis: vt simul indictionis, & anni, à natiuitate numerus mutetur: quod probatur ex actis Constantiensis concilij: & idem erit in ea computatione, quæ ab incarnatione fit, nè temporis ratio confundatur. Constat tamen ex actis sextæ Synodi ea ætate adhuc in concilijs, & alijs ecclesiasticis actionibus, idem circa initium indictionis seruatum fuisse à Pontificijs tabellionibus; quod à Cæsareis: vt tandem indictionis exordium à Septembri mense computaretur.

Cæterum post huius operis tertiam editionem cum essem Tridenti legi diligentissimos Onuphrij Pauini in fastos commentarios, in quibus autor is existimat quibusdam motus coniectu-

ris, & ex Græcis Fastis, indictionum usum originem habuisse à victoria de tyranno Maxentio per signum crucis Constantino Magno indicata, & obtenta: nempe octauo Calendas Octobris. Hæc vero sententia in re adeo, vt ipse semper existimaui, in certa mihi non displicet. Etenim ante Constantinum Magnum nulla indictionum ratio, quod ipse sciam, alicubi constat ad annorum numerum significandum.

Verum Iustinianus Cæsar apponi indictionem instrumentis constituit, auth. vt præpo. nomen Imperat. & ita fieri debet: nisi consuetudine id ommissum fuerit. Bartol. in l. si quis. §. si initium. ff. de edend. nume. 12. Cuius opinio magis communis est auctore Felino in dicto capitu. inter dilectos. numero. 12. sed si indictionis annus fuerit in strumento additus, isq; minimè conueniat anno Domini ibidem adscripto, præsumendus est error in indictione. potius quam in anno Domini: cum is facilius, quam indictio notus omnibus sit. Barto. in l. si librarius. & ibi Decius, Mayneri. nume. 30. Cagnol. nume. 23. ff. de regul. iuris. Dynus consi. 35. Felin. in capit. inter dilectos. numero. 12. Iaso in repetit. admonendi. numero. 166. ff. de iureiuran. Decius in cap. primo. numero. 11. de fide instrum. quorum sententia communis est, vt fatentur Barbat. in rubric. de fide instrum. nume. 73. & Lanfranc. in cap. quoniam contra. verb. de instrumentorum productione. colum. 3.

Ex capite sequenti.

- 1 *Quæ sit propositio indefinita, vniuersalis, particularis, singularis.*
- 2 *Hæc oratio: Lego omnes res meas: an sit generalis, an vniuersalis?*
- 3 *An vendito fundo transeat in emptorem ius patronatus ecclesiastici, quod venditor habebat in ecclesia intra ipsius fundi limites constituta?*
- 4 *An venditio omnium bonorum includat ius patronatus?*
- 5 *Oratio indefinita ex propria significatione nõ equipollet vniuersali.*
- 6 *In materia necessaria, vel impossibili, indefinita equipollet vniuersali.*
- 7 *Indefinita negatiuè concepta vniuersalis significationem habet.*
- 8 *Indefinita à lege prolata vniuersali equipollet:*

¶ quid

- quid in prolata ab statutis?*
 9 *An indefinita ab homine prolata habeat vim vniuersalis: & inibi varij Iurisconsultorum ibi examinantur.*
 10 *In probationibus, indefinita vniuersali nequaquam similis est.*

De oratione indefinita, & an ea vniuersalis vim habeat?

Caput. XIII.



Signis est, & admodum perplexa questio quæ à iuris vtriusque professoribus non infrequenter discutitur: an orationis indefinitæ significatio in vniuersum accipienda sit: cuius examen ex protulo, breuiter tamen tractaturus illud præmitto: orationum aliam esse singularem, aliam particularem, aliam vniuersalem, aliam indefinitam. Singularis propositio est ea, in qua sine aliquo signo, subiecti loco terminus collocatur discretus, aut singularis, vel communis cum pronomine tamen demonstratiuo numeri singularis, & primitiue speciei, terminum discretum appello, aut singularem, nomen proprium cuiusque. Terminum autem communem appello nomen appellatiuum singularis numeri, vt homo: aut pronomen demonstratiuum pluralis numeri, vt illi. Erit igitur propositio singularis: Petrus legit. hic homo currit. ille homo dormit.

Particularis autem oratio est, quæ termino communi signum particulare adiungit: vt quidam homo currit: aliquis homo legit.

Vniuersalis oratio est, quæ termino communi signum vniuersale apponit. est enim signum vniuersale, quod ad omnia referri potest, & per se ipsum nihil significat: vt nullus, homo, omnis: erit ergo propositio vniuersalis: nullus homo cætat: omnis homo dormit: nemo currit.

Indefinita verò propositio est ea, in qua terminus communis apponitur sine aliquo signo: vt homo currit: animal sedet. Hæc assumptus ex Aristotele in princip. Priorū, & in lib. Perihermenias: Petro Hispano Summularū lib. 2. c. 7. glo. & Bart. in. l. 1. ff. de regu. iur. Barto. in. l. si ita in principio. ff. de legat. 2. Barrol. & ibi Lustrano colū. 6. in. l. si is qui. v. vtrum. ff. de reb. dub. Alcia. in. l. in vlt. ff. de verb. significat. Titelmano in Dialecti. libr. 3. capit. 7.

Hinc dubiū quibusdā videbitur: quod scribit Bart. in. l. si ita. colū. 2. ff. de aur. & arg. leg. dicens hanc orationem: Lego omnes res meas: esse generalem, vt distinctam ab vniuersali: cui opinioni accedunt Soci. in dict. §. vtrum. col. penul. Hiero ny. Cagnolus in. l. 1. num. 4. ff. de reg. iur. idem in l. vlt. num. 216. C. de pact. vbi Philipp. Decius ex aduerso adferit hanc orationem esse vniuersalem, vt distinctam à generali, & indefinita. idem reperit Decius in. l. omnia. ff. si cert. pet. cuius sententia ex præmissis verior apparet: licet possit. hæc difficultas eo pacto dissolui, vt hanc propositionem dicamus esse vniuersalem, prout distinguitur ab indefinita, vel generali: generalem verò ad distinctionem orationis significantis vniuersitatem sub nomine collectiuo: vt lego gregem: le go peculium: hoc ipsum est, quod Bald. scribit consil. 1. volumi. 3. aliquid esse vniuersale ratione signi: vt lego omnes res: aliquid verò ratione rei: vt lego peculium. Vniuersitas enim est, quæ vna significatione saltem aptitudine comprehendit multa, in quorum quolibet ipsa vniuersitas non prædicatur: quod probatur in. l. hæreditas. ff. de pet. hæred. l. grege. cum sequenti. ff. de legat. primo. l. grege. ff. de legat. secundo. l. eum qui ædes. ff. de vlt. l. nihil aliud. ff. de verb. signifi. l. si municipes. & l. sicut municipum. ff. quod cuiusque vniuers. nomi. explicat eleganter Bald. in. l. edita. in. 1. repet. num. 24. C. de ædend. Paul. Castrenf. in. l. prima in fine princip. ff. de offic. eius, cui est mand. iurif. & ibi Curtius Junior num. 72. sentit Bart. post gl. ibi in. l. prima. ff. de ædend. Sic quod libet animal ex grege non efficit ipsum gregem: sicut nec vna domus hæreditaria efficit ipsam hæreditatem. Nam quod in dict. l. sicut. §. vlti. scribitur: vnum tantum ipsam vniuersitatem repræsentare, ita accipiendum, vt vnus hoc in casu vniuersitas minimè sit: nec vniuersitatē efficiat, sed ex accidenti ius obtinet vniuersitatis: quemadmodum Accursius ibi explicat: & probatur in. l. Neratius. ff. de verbo. significa. & capi. primo. de elect. quod etiam apertissime ostenditur, si ponamus Titio mortuo. vnā tantum domum ex eius bonis extare: hæc enim sola domus non erit hæreditas: nec sola efficit vniuersitatem: quamuis ad eam sit totius vniuersitatis ius redactum. Genus autem constat ex pluribus, in quorum quolibet per se genus ipsum prædicatur: quilibet enim homo animal est: quilibet equus animal item est. Ex quibus infero, posse ex vno fundo vniuersitatem constitui: modo patris familias destinatione is fundus sub vno nomine comprehendat plura, quæ simul nomen illud obtineant separatim verò eorū quodlibet minimè illo nomine

Variarum Resolutionum

mine cēſeatur: exigo tamen hoc in caſu patris familias deſtinationem ob id, quod ex propria vi, & natura nomen hoc, fundus: vniuerſitatē mini- mē deſignet. Si quis etenim vnius nominis fun- dum induſtria, cura, & diligentia ita conſtituerit, vt ſub eo fundo habeat flumen cū iure piſcandi: molendina, prata, ſyluam cęduā, item iplius fun- di partē ad colligendū frumentū, vineas, & ſimi- lia, hūc fundū ipſe omninō eſſe vniuerſitatē exi- ſtimarē: eiꝯq; nomen vniuerſitatis ſignificatio- nem habere minimē dubitarem: quod paſſim in Hiſpania contingit: ſiquidem vn heredamiento: vna heredad, ſimilem fundum appellamus. hoc ſanē Iuriſcōſultus probat in l. cū fundus. ff. de leg. 2. vbi fundum vniuerſitatem appellat: ita ete- nim vt expoſuimus text. ille planē intellectus ap- tiſſimē conuenit huic rei: quid quid Soci. & alij ſcripſerint in l. i. ff. de reb. dub.

Hinc etiam duę quæſtiones definiri poſſunt, quę in tractatu iuris patronatus eccleſiaſtici tra- di ſolent ad intellectū ca. ex literis. de iure patro. Harū prior eſt an vendito fundo tranſeat in em- ptorem ius patronatus eccleſiaſtici: quod vendi- tor habebat in eccleſia intra ipſius fundi limites conſtituta: & ſanē illud in primis apertā deciſio- nem habere videtur: ius ſepulchri, cui aditus non eſt ex via publica: ſed per ipſum priuatū fundū: tranſire in emptorem. tex. in l. ſi mercedem. §. 1. ff. de actio. empr. vbi Alberic. optimus item tex. in l. in modicis. ff. de contra. empt. Inno. ita intel- lectus per Ioan. And. Ancha. & Abb. in d. c. ex li- teris. vbi Hoſtiē. idem probat, quos ſequitur Ro- chus de iure patro. verb. ipſe, vel is. q. 23. quorum quidem opinio communis eſt. dubium tamen id eſt, an idem ſit in iure patronatus eccleſiaſtici: & idem eſſe adſerūt Accuſius in dict. l. in modicis. Barto. & Paulus in dict. l. ſi mercedem. §. 1. per il- lum tex. Roma. ſingul. 56. Card. in cap. cū ſecu- lum. de iure patro. Sylueſt. verb. ius patronatus. q. 5. Henri. & Cardin. in dicto capi. ex literis. q. 13. Abb. in diſput. 5. nume. 5. & Carol. Molin. in con- ſuet. Pariſ. titu. primo. §. 37. gloſ. 10. nume. 9. Con- trariam ſentētiā expreſſim profitentur veram eſſe Inno. Hoſti. Ioā. And. Anto. Anchar. & Abb. in dicto capit. ex literis. quorum opinio commu- nis eſt ſecundum Rochum dicta quæſt. 23. & Cz- ſarē Lambert. de iure patro. lib. 1. parte. 2. q. 5. art. 17. qui eā ſequuntur poſt alios ab eis nūcupatim re- latoros. Quin & ipſe Abb. in dict. diſput. 5. nume. 5. & in dicto. c. cū ſeculum. hanc ipſam opinionē communē eſſe fatetur. horū ratio ea eſt, quod ius patronatus nequaquam vendi poteſt: nec titulo venditionis in aliquei tranſit: niſi vniuerſitati venditæ adhareat: ſicuti iuxta communem inter

pretationē probat deciſio tex. in dicto capit. ex literis. & in dict. cap. cū ſeculū. Nec obſtat ratio adducta ex iure ciuili: nam id locum habet in iure ſepulchri, quod exerceri aliter non poteſt, quā per ingreſſum ipſius fundi: idcirco mirum non erit, ſi tranſeat in emptorem: cū penes vendito- rem inutile ſit, emptore prohibente ingreſſum.

Hoc tamen in dubio tria dixerim ad ipſius re- ſolutionē. Primum omninō deceptos fuiſſe Hen- ric. in dict. cap. ex literis. Card. in dict. cap. cū ſe- culum. eundem conſ. 122. Czſarem Lambert. in di- cto. artic. 17. & 18. dum exiſtimarunt primæ opi- nionis authorem fuiſſe Innocētiū in dict. capi. ex literis. cū iſt hanc ſecundam, quę communis eſt ſatis apertē cōprober: tamenſi confuſe, & per- plexe citauerit dict. l. ſi mercedem. §. 1. quo d po- tuit præfactis Doctōribus anſam prebere. vt Inno- cent. prioris opinionis authorem eſſe cenſerent. Sic & idem Card. in dic. capit. ex literis. q. 13. vt & frequentius pleriq; alij, hanc vltimam ſentētiā ex Innocētij verbis deduxit.

Secundum, quod in hac quæſtione dicendum eſt, me quidē ſatis dubium habet: quæ ſcilicet ex his deciſionib; verior ſit: quam ob rem ingenuē fateor rem eſſe diſputatione dignā: & quæ ambi- guam habet definitionē ex pluribus, quæ Lam- bert. & Carol. Molin. in prædictis locis adducunt.

Tertiō, vtcunq; ſit, priorem ſententiā veram ipſe crediderim eo caſu, quo ius patronatus com- petit domino ipſius fundi, qui vniuerſitatē con- ſtituat: nam ſi ius patronatus competēs cuidam, vt domino alicuius ciuitatis, in emptorem ciuita- tis tranſit: nulli dubium erit, quin & ius patrona- tus competens alicui, vt domino fundi conſtituēt- tis vniuerſitatem in emptorem tranſeat, pro quo eſt ſingul. text. iuxta. Card. inductionem in cap. cū Bertholdus. de re iudica. ſiquidem curia illa fundus eſt, qui vniuerſitatē efficit eo pacto, quo ſuperiūs intelleximus. l. cū fundus. ff. de lega. 2. qua ratione ſi quis apud nos haberet fundum, quem vulgo dicimus heredamiento: & eum cer- to nomine præditum, intra quem ius patronatus vti dominus fundi haberet: item alia iura, quæ vniuerſitatem conſtituerent: minimē dubitarem aſſerere ad eius fundi emptorem ius prædictum patronatus eccleſiaſtici omninō pertinere.

4 Poſterior autē quæſtio ea eſt, an venditio om- nium bonorum ius patronatus eccleſiaſtici in- cludat: & omiſſis variis caſibus, in quibus ppo- ni poterat hæc dubitatio, vnum tantū artingam in hac ſpecie: cū quis dixerit: vendo omnia bona mea: & tunc ius patronatus in eam venditionem venire tenent Abb. in dict. cap. ex literis. Rochus verb. ipſe, vel is. q. 23. Deci. conſ. 127. Bal. conſ. 1. vo- lu. 3.

lu. 3. quia bonorum appellatio vniuersitatē conuenit sicut & hereditas. l. bonorum. ff. de verbo. signifi. verū ex prædictis satis liquet, hanc orationem: Vendo omnia bona mea, esse vniuersalem ratione signi: & ita distingui ab indefinita, quā autem esse vniuersalem ratione rei, id est, non significare vniuersitatē: imò hoc respectu generalē potius esse, vt Bar. scribit in. d. l. si ita. q. si verum est ius patronatus in emptorem minimè tranſire: nisi venditæ vniuersitati cohærent: hæc autē venditio ad vniuersitatis venditionē nihil attinet: planum erit ius patronatus ecclesiastici, huius tituli ratione ad emptorem non pertinere, quod tradunt Innoc. Ioan. Andr. Card. q. ii. in dict. cap. ex literis. Paul. Eleazar in disputatiōe incipienti: Patronus sancti Martini. col. 10. quem retulit Feli. in cap. causam. nu. 8. de prescrip. minimè hæc in parte ab ea discedens: eandem item sententiā sequitur Lambert. dict. q. 5. ar. 14. Deci. in. c. sedes. de rescrip. Ioan. Milis in repertorio, verb. Patronatus ius. nec oberit huic opinioni prædicta. l. bonorū. est enim verum bonorum appellatione vniuersitatem contineri, quādo agitur de successione salicuius. nam tunc verbum bona pro hereditate accipitur, & ita vniuersitatem significat.

His sanè præmissis, plura quæ iuris vtriusq; interpretēs variis ppositis distinctionib; adducunt vno tantū exiōmate complectar in hunc modū.

- 5 Oratio indefinita ex propria significatione omnino ab vniuersali distinguitur: tamen si quandoq; ex subiecta materia, vel ex coniecturis adhibita benigniori interpretatione in vniuersum accipiēda sit. Huius conclusionis ratio deducitur ex eo, quod sicuti præmissimus: propositio vniuersalis: diuersa est ab indefinita: & id Aristoteles docet, dū asserit, vniuersalem orationē esse eam, quæ omni, aut nulli inesse significat: indefinitam autē eam esse, quæ inesse, aut nō inesse significet sine signo vniuersali, nec particulari: id etiam probatur auctoritate Iuriconsulti in. l. si seruitus. vers. & huiusmodi. ff. de serui. vrb. præd. vbi Bar. Bal. & Docto. notant indefinitā ex propria significatione nequaquam æquipollere vniuersali: sed potius ex æquitate: idem Bar. in. l. omnes populi. nu. 57. ff. de iust. & iur. lo. Crott. ibi super. 3. quest. sextæ. quæstionis princi. Bart. in. l. 1. ff. de reg. iur. idem in. l. si pluribus. ff. de legat. 2. Domini. & alij in capit. vt circa. de elect. in. 6. Decius consil. 3. col. 3. & hæc est opinio communis secundum Deci. in. l. 1. nu. me. 12. & ibi Cagnolani num. 8. ff. de reg. iur. verum aduersus hanc opinionem vulgò receptam inducit Soc. egregia Iuriconsulti decisio in. l. 2. ff. de lib. & post. vbi in hac specie: ex heredo filii meum, si testator plures filios habeat: nullus cen-

setur exheredatus: & id auctore Iuriscōsulto ex benigna interpretatione: igitur ex vera, & stricta, ac propria significatione illa oratio indefinita vniuersali æquivaleret. Omisissis tamen responsionibus ibidem ab eodem Socin. adductis Philippus Decius in dicta. l. prima. scribit ex generali æquitate indefinitam propositionem vniuersali æquipollere: non ex propria significatione: eam tamen generalem æquitatem in specie dictæ. l. secundæ. cessare ex speciali quadam benignitate, quæ dictat odiosam esse filiorum exheredationem, & ideo restringendam: & idcirco illam indefinitam non æquivalere vniuersali ex benignitate, speciali quidem respectu generalis benignitatis, ex qua solet æquipollere: vnde benignitas ibi non est accipiēda respectu propriæ & rigorosæ significationis: cōtrariæ, sed respectu generalis benignitatis, quæ contrariam significationem admittit: sicut æquitas generalis dictat, pacta esse seruanda. l. 1. ff. de pact. specialis verò æquitas quæ doque docet non esse pacta seruanda. l. prima. ff. de minor. l. bona fide. ff. deposit. adhuc tamen non obstante hac responsione, Iuriconsulti verba communi opinioni aduersantur: nam iuxta Decij intellectum potius esset in casu dictæ. l. 2. illa interpretatio adsumenda ex propria dictionis significatione, & ex rigore verborum, quam ex benignitate: nec esset aliquo pacto necessaria isthæc benignitas, si verum esset indefinitam ex rigore non æquipollere vniuersali. Quam ob rem aliter ego verba Iuriconsulti interpretari conabor: & profectò verisimè, ni fallor, opinor in ea specie, benignam interpretationem dici illam, nō ex eo quod indefinita vniuersali non æquipolleat: nam hoc attento, esset potius dicēda propria, stricta, & verū interpretatio: sed ex eo, quod indefinita in nullo filio locū habet, nec admittitur: quod est contra propriam orationis indefinitæ significationem, quæ affirmatiue concepta alicui inesse significat, & in aliquo admittenda est ex Aristotele: igitur eam in nullo admitti per Iuriconsultum benignitas effecit aduersus ipsius orationis indefinitæ rigorem.

- 6 Ex prædicta tandē principali adsertione primò deducitur in materia necessaria, vel impossibili indefinitam æquipollere vniuersali. gloss. in dicto capit. vt circa. verbo, aliorum. & ibi Doctor. communiter. Barto. Paul. & alij in dicta. l. si pluribus. Ludou. Lusita. in. l. si is qui ducenta. §. vtrum. 29. colum. ff. de reb. dub. Sit exemplum: homo est animal: perinde valet hæc, ac si diceretur, omnis homo est animal. item hæc, homo nō est asinus: similis est huic, nullus homo est asinus: sic & ista, triangulus habet tres angulos, idem significat at-

H que

que illa, omnis triangulus habet tres angulos: item illa, iustū amat Deus: ita intelligitur, vt omnem iustum amet Deus. Imo in materia necessaria, vel impossibili, particularis propositio vniuersali æquipollent: & ideo, si particularis in hac materia est vera, vniuersalis erit vera: si particularis est falsa, itidem & vniuersalis erit falsa: vt quidam homo est asinus: si enim ista est falsa, & impossibilis: illa itidem omnis homo est asinus, erit falsa, & impossibilis. Eodem modo ista: quidam homo est animal, propter materię necessitatem idem valet, ac illa, omnis homo est animal. Cur autem in hac prima illatione indefinitam dixerim vniuersali æquiualeat ea est ratio: quia materia subiecta necessitatis, vel impossibilis casus eam significationem exigit omnino.

- ¶ **Secundò** infertur, indefinitam negatiuè conceptam: vniuersalem significationē habere. *tex. est in dict. §. vtrum. gloss. quam ibi notant Fulgos. in l. iurigentium. §. sed fraudandi. ff. de pact. Deci. consi. 3. col. 3. idem cons. 490. colū. 3. Philipp. Probus in dict. cap. vt circa. Hieronym. Cagno. in. l. 1. num. 8. ff. de reg. iur. Dinus in rub. eiusdem tit. numero. 8. & est ratio, quia negatio apposita subiecto aut termino communi facit orationem vniuersalem. quod & Titelmanus docet lib. 3. Dialectices cap. 8. hæc etenim propositio nusquam homo legit: eadem est in significatione, ac si diceretur nullus homo legit: ea enim vis est negationis vt totū quod sequitur, neget: vt sua virtute æquē in distantia atq; in propinqua agat: optima gloss. in cap. cum dilectus. verbo à suspensis. de consuetudi. singul. secundū Card. ibi. col. 4. alia in. l. hoc genus. ff. de condit. & demōstrat. quā ibi sequuntur Bar. Albe. & Paul. Castr. dicit notabilem Bal. in. l. si vt proponis. 2. col. C. quo. & quādo iudex. expicat eleganter Dec. in cap. an sit. ff. col. de appella. Oldrad. cōsi. 16. Jaf. in. l. diuortio. §. quod in anno. nu. 24. ff. fol. matr. Alciat. in. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sign. si quis etenim proprio testimonio ita scripserit: Lego Titia centum, si Sempronio non nupserit: hoc significasse videtur, vt nec primis nuptijs, nec secundis, nec vltioribus: Titia nubat Sēpronio. ita fanē Iurisconsultus hæc verba interpretatur: quemadmodum Accursius, & alij, quos modo retuli, censent: pro quibus etiam est optimus text. in. l. si sic. ff. de verborum obligat.*

- ¶ **Tertio** deducitur ex his vera ratio ad id, quod iuris vtriusque interpretes frequenter adnotarunt: scilicet indefinitam à lege prolatam vniuersali æquipollere. gloss. in capitul. vt circa. in princip. de electio. in sexto. quam ibi Doctor. sequuntur. Dinus in rubrica. de regulis iuris. in sexto. nume.

8. Barto. in dicta. l. si pluribus. Deci. in. l. prima. ff. de regul. iuris. numero. 12. idem Deci. & Curti. Junior numero. 7. in. l. prima. ff. si certum petat. & est communis opinio secundum Cagnol. in dicta. l. prima. ff. de regul. iuris. numero. 9. est enim vera huius adfertionis ratio, quod lex in omnes diligenter, eiusque virtus in omnibus locum habet: vnde indefinita oratio in ea dispositione, quæ vniuersalis est, in vniuersum erit accipienda ratione materię subiecte: atque etiam ex mente legislatoris, qui vniuersis legem dare constituit: sicuti in hac specie Bartol. considerat in dicta. l. si pluribus. proinde in legum sanctionibus verba ista: Homicida morte puniatur: eandem habent significationem quam illa: omnis homicida morte puniatur. Sic leges omnes tractantes indefinitè de venditore, in quolibet venditore intelliguntur. Quod si quando ab hac vniuersali interpretatione recedendum erit, continget id ratione legis cessante, ex propria orationis significatione: vel ex alterius constitutionis interpretatione.

- ¶ **Quartò** hinc patet veritas illius controuersie, an indefinita in statutis municipalibus vniuersalis significationis vim obtineat? & manifestum est ex proprio, & stricto orationis intellectu, qui, vt Doctor. pluribus in locis tradunt, in his municipalibus legibus est considerandus, indefinitam non esse vniuersaliter intelligendam: atque ideo plerique existimant in statutis indefinitam non æquipollere vniuersali. Cæterum ipse cum animaduertam eam esse statuentium mentem, vt omnibus in vniuersum eiusdem municipij ciuibus, atque eidem municipio subditis, eoque loci negotia gerentibus, instituta, ac leges proponere, proculdubio opinor indefinitam etiam in statutis regulariter orationis vniuersalis vim habere: nisi casus euenerit, vbi ratio ipsius municipalis legis deficiat: vt tandem fatear dicendum esse in hac specie quæstionis idem, quod in oratione indefinita à lege prolata diximus. cuius opinionis author est ipse Barto. in repetit. l. omnes populi. numero. 57. ff. de iustitia & iure. Cui accedunt Bal. & Angel. in. l. si seruitus. ff. de seruit. verb. prædiorum. Nellus in tracta. de bannitis, secunda parte. 2. temporis. quæstione. 55. Dec. & Curt. Junior in dicta. l. prima. num. 7. ff. si cert. petat. quicquid alij dixerint. Eriusque isthæc sententia manifestior ex illa discussione, quæ apud scriptores maximam concertationem habet: Statuto dicente: Homicida occidatur, nisi pacem inierit cum hærede occisi. nam Barto. in. l. quarta. §. Cato. ff. de verborum obligatio. vltima columna. scripsit, fat esse homicidæ, vt mortis pœnam effugiat, si pacem contra-

xitit

erit cum vno ex pluribus occisi hæredibus: & tamen aduersus Barto. frequentiori calculo receptum est oportere homicidam cum omnibus occisi hæredibus pacis pactum inire: ea ratione, quod prædicti statuti oratio indefinita perpensa statuentium mente in vniuersum accipienda sit: sic sanè repudiato Bartoli responso Bononiense iuris vtriusq; collegium definiuit. vt meminit Paulus Castrensis in. l. secunda. C. de libert. & eorum liber. vbi Sallicet. eandem opinionem cõtra Bartol. probat, & veriore esse contendunt Cuma. Roma. Bessurius, Alexan. Iason. Ripa. Alciat. Socinus Iunior in dict. §. Cato. Cagnolus in. l. prima. numero. 11. ff. de regulis iuris. è quibus hanc opinionem communem esse profitentur Ripa, Iason, & Alciat. idem fatentur Felin. in cap. cum omnes. de constit. numero. 16. & ipse Alciat. in. l. in vsu. ff. de verborum significat. igitur definita oratio ab statuto municipalis prolata, vniuersalis vim & effectum habebit regulariter propter legis virtutem, quæ vniuersalis est: nisi attenda eius ratione quandoque visum fuerit, eam rationem non vniuersaliter: sed iuxta rigorem dictionis assumendam esse, sicut solet alias, & sæpissimè adnotari, vniuersalem legis orationem non esse in vniuersum intelligendam ex benigna interpretatione: deficiente ipsius constitutionis vera, & propria ratione.

- ¶ Quinto, ex his liquet, indefinitam orationem etiam ab homine prolatam vniuersalem significationem habere, quando omnium sub vniuersali comprehensorum eadem est æqua ratio, qualitas, & conditio: tunc etenim materia subiecta, mens ipsius orationem pronunciantis dicitur, in vniuersum orationem esse omnino accipiendam: quod notauit Dinus in dicto numero. 8. quem sequuntur Doctor. ibi glo. & Doctor. in dicto cap. vt circa. Barto. & alij in dic. l. si pluribus. idem Barto. in dicta. l. omnes populi. numer. 57. idem Barto. Bald. Angel. & Paul. in dicta. l. si seruitus. Deci. consilio. 30. col. 3. & consilio. 343. numero secundo. & consilio. 388. num. 3. & consilio. 490. colum. 3. & ferè omnes, qui ad iuris interpretationem quæstionem istam tractauerunt: expressim itidem adferentes, indefinitam ab homine prolatam non æquipollere vniuersali: imò iuxta propriam dictionis significationem intelligendam esse: vbi non est eadem imò diuersa ratio, qualitas, & conditio omnium sub vniuerso comprehensorum: hoc etenim apparet verum esse ex eadem adfensione, quam veluti huius resolutionis radicem præmissimus: & facilius intelligitur perpenlis his illationibus, quæ statim sequuntur.

¶ Sexto subinfertur ex paulo antea dictis verus intellectus ad tex. in. l. si ita relictum fuerit. in principio. & in. l. si pluribus. ff. de legat. 2. Si quis etenim pluribus hæredibus institutus ita testamentum scripserit: Hæres meus damnas esto dare Tirio aureos quinque. omnes hæredes grauati censentur simul dare Tirio quinque: Item si pluribus eodem pacto hæredibus iulitatis dixerit testator. Quantum hæres meus habebit, tantum Stichus dari volo: idem significasse videtur, ac si dixisset: quantum omnes hæredes habebunt, tantum Stichus dari volo. harum sanè decisionum ea est vnica, & sufficiens ratio: quod omnium hæredum par est, & æqua cõditio: nec quidquam est, quod suadeat, testatorem alicuius potius, quam omnium hæredum mentionem fecisse: & præterea dum testator expressim vnum ex pluribus hæredibus onere soluendi legati non grauauit: omnes grauasse eadem ratione censetur.

¶ Septimo colligitur ex præcedentibus vera ratio decidendi ad tex. in dict. l. si seruitus. ff. de serui. vrb. prædio. vbi constituta seruitute ita simpliciter. vt në luminibus officiat: intelligitur in vniuersum: në officiat luminibus præsentibus nec futuris. eam siquidem interpretationem aduersus propriam indefinitæ orationis significationem subiecta materia, mens, & intentio contrahentium admisit: non enim videtur is qui ita sibi cauet, viam sibi præcludere, quin possit fenestras alias, vel ampliores facere: vt explicat Andre. Alciat. in. l. verbum erit. ff. de verb. signifi. ac tradit opinio: Ioannes Coras. in rub. ff. de seruit. nu. 31.

¶ Octauo eodem pacto deducitur genuina, & propria interpretatio tex. in. l. 2. ff. de libe. & posthum. vbi Iuriconsultus ex hæredatione ita concepta per verba indefinita: Ex hæredo filium meum, nequaquam vniuersaliter accipit: & id æquissimum est: cum attenda testatis mente, & materia subiecta, non sit præsumendum, pariter omnes eius filios ex hæredare voluisse: nec illi tribuendum est paternæ pietatis: sed potius est dicendum ex filijs ex hæredare voluisse aliquem: qui tamen cum incertus sit, effecit, vt in totum nulla censeatur ex hæredatio incertitudinis ratio.

¶ Nonò ex eadem ratione cõstat vera cognitio decisionis, quæ Iuriconsultus expressit in. l. qui filius. in principio. ff. de legat. primo. & in. l. si quis ita. §. 1. ff. de testamen. turela. Nam si quis filius proprijs legauerit, etiam posthumæ legasse censetur: si in aliqua testamenti parte posthumæ meminert. ecce ergo qua ratione indefinita, ac si esset vniuersalis, intelligitur: quia ex alia parte testamenti ea interpretatio deducitur. Rursum si quis tutorem filijs dederit, omnibus dedisse intelligi-

Variarum Resolutionum

tur attēta paternā erga filios pietate, sollicitudine, & cura.

¶ Decimò ad eodē fonte deriuatur, quod iuriconsultus scripsit in l. si cui, in princip. ff. de legat. 3. nam & si lana indefinīte legetur, lana tincta non continetur in legato; rursus & in l. quæritum. §. illud fortasse. ff. eod. tit. legato marmore indefinīte respondit, non comprehendī imagines ex marmore factas: quamuis si isthæc legata essent verbis vniuersalibus concepta omnia prædicta continerēt. l. i. ff. de aur. & argen. legat. l. hæres meus. §. i. ff. de legat. 3. Cur igitur hoc discrimen inter vniuersalem, & indefinitam constituamus, ipsa dicitur ratio: quippe quæ non eadem sit omnium sub vniuersali comprehensorum, distincta sanè ratio est imaginis marmoreæ, ab ipsa rudi materia marmoris: ad quam quidem rudem, pristinamq; materiam redigi marmorea statua non potest: & ob illam specialem qualitatem sub oratione indefinita non videtur testator legasse statuas marmoreas: cum hæc nomen habeant ex accepta forma pecuniaræ, & distinctum à rudi marmore: nec possint ad rude marmor, pristinamq; materiam, quam legare visus est, iterum redigi: & ideo inspecta materia subiecta non patitur à propria indefinitæ orationis significatione discernere. Secus tamen erit in argenteis imaginibus, quæ ad priuam argenti materiam sepius, & facillimè redigi possunt: sicuti apparet ex dict. §. illud fortasse.

¶ Undecimò ex his adnotanda simul, & defendenda est decisio Innocētij, qui in capit. auditis. de præscript. dixit, indefinitam minime habere vim vniuersalis in probationibus: nisi ex relatione, aut interrogatione vniuersaliter proposita aliud colligi valeat: ea sanè ratione: quia materia subiecta hunc intellectum exigit: cum probatio debeat necessario concludere. cap. in præsentia. de probatio. vbi eleganter Deci. nu. 16. nec sufficiūt ad constituendam probationem perfectam præsumptiones nec cōiecturæ, ex quibus potius quàm ex vera, & propria significatione indefinita æquipollēt vniuersali: qua ratione commendari debet opinio Innocētij, quem sequuntur ibi Abb. & Felin. nu. 24. Alexander in l. rescriptum, in principio. ff. de pactis. idem consil. 108. libro. 2. Deci. consil. 61. col. penult. Ripa in cap. cum. M. notab. 7. Felin. in cap. cum omnes. num. 28. Deci. ibi. 2. l. c. Etione, & Exea. num. 1. de constit. Philip. Probus in dict. capit. vt circa. Et licet non defuerint, qui contrarium tenere tentauerint, hæc tamen est receptior sententia: in quo ipse iudicem admonerem, vt diligenter omnia consideret, quò tucius deliberare valeat, an sit vbiq; locus huic asser-

tioni. Ex qua etiam illud solet asseuerari, nõ probari sufficienter mandatum procuratorium alicuius capituli Cathedralis Ecclesiæ per instrumentum, in quo dictum sit: Canonici Ecclesiæ Cathedralis sanctæ Mariæ Salmanticensis constituerunt Sempronium procuratorem. Potuit enim actus hic fieri à duobus Canonicis, & verà esse verba instrumenti: atque ita in ea specie non habere præfata verba indefinitæ vniuersalis orationis significationem, adserunt Oldrad. consil. 100. Alexand. consil. 7. libro. 1. & ibi Carol. idem Alexand. consil. 49. colum. penult. vers. præterea: & consilio. 12. libro. 7. Felin. Decius, & Exea in dicto cap. cum omnes. idem Felin. in dicto capit. auditis. numero. 24. Iason in l. 2. colum. vltim. ff. de liber. & posthnm. Det. in capit. 3. loco. colum. 3. de probationib. Ioannes Staphilæus in libro de literis gratiæ, & iustitiæ. Folio. 169. Cæterum ego hanc sententiam non admitterem. eo casu, quo in mandato dictum esset: Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Salmanticensis constituit Sempronium procuratorem. hoc etenim nomen collectiuum sufficit vt ab omnibus Canonicis mandatum cōcessum esse existimemus ex Oldrado, & alijs, quos ad eius sententiæ comprobendam adduximus, & præsertim Iasone, Staphilæo, Carolo, ac Felino, & Detio in dict. cap. cum omnes: idem ipse censerem, si dictum esset in mandato: Decanus & Canonici, id enim sufficeret: sicuti posset idem colligi ex alijs verbis in eodē mandato expressis: quod iudicis arbitrio relinquere oportet.

¶ Duodecimò ex his, quæ superius adnotauimus deducitur, hoc in tractatu minime fore necessariam Bartoli distinctionem in dict. l. si pluribus. dum dixit, in materia odiosa indefinitam non æquipollere vniuersali; rursus tamen in fauorabili vniuersalem significationem habere. & idem probant Domini. & alij in dicto capit. vt circa. Deci. consilio. 343. colum. 3. Felin. in dic. cap. auditis. num. 24. idem in cap. vltim. de treug. & pace. Hec etenim consideratio sufficiens non est: quandoquidem, siue actus in fauorem, siue in odium tendat ex propria significatione, ex mente disponentis, ex materia subiecta consideranda est propositionis indefinitæ vera & congrua interpretatio.

¶ Decimo tertio hinc colligitur verum esse, quod Barto. scribit in l. ab hostibus. §. sed quod simplicit. ff. ex quib. caus. maior. numero. 7. dicens in definitam vniuersali non æquipollere, vbi vniuersalis propositionis significatio indefinitæ aptata, prauum intellectum inducit, id enim non alia ratione probatur, quam quod alienus omnino sit

nò sit prauus sensus ab ipso, qui indefinitam orationem protulerit. & ea quidem causa propria indefinitæ significatio assumitur: nec utimur interpretatione benigniori: ad effugiendum prolata orationis absonum minimeque conuenientem intellectum. quod ab omnibus receptum est.

¶ Decimoquartò hinc constat ratio text. in. l. placet. ff. de libe. & posth. quo in loco iurisconsultus scribit institutiõem istam: Institutio posthumum hæredem: non tantùm præsentem factum existentem in vxoris utero, sed & futurũ ex quacunque vxore posthumum comprehendere. Nam ea interpretatio procedit à verisimili testantis voluntate: qui quemcunq; filium sibi nasciturum vsus pietatis officio ad propriam hæreditatem admittere paterna dilectione gestit.

¶ Decimoquintò aperitur inde intellectus ad capit. quia circa. de priuileg. vbi conuentio seu priuilegium de decimis non soluẽdis concessum ab eo, qui ius habebat percipiendi decimas, ita interpretandum est, vt non tantùm intelligatur in his agris, quos eo tempore possidebant hi, quibus ea est data immunitas: sed & in his, qui postmodum ab eis fuerint adquisiti. atque ita, vt inquit Romanus Pontifex, ea immunitas verbis indefinitis cõcepta parem vim habet, ac si vniuersali oratione data fuisset. hoc etenim procedit attendente concedentis, qui ius sibi ipsi competens solenniter, & iuxta iuris sancita remittens, nihilque sibi excipiens in vniuersum eam dispositionem, quæ ei tantùm præiudicat, & idè beneficium est, intellexisse videtur. l. veteribus. ff. de pactis. capit. cùm dilecti. de donat. cap. quanuis. de præbend. in sexto. l. 2. C. de bonis vacantib. notant in hac specie Abb. in dicto capit. quia circa. Felin. in capit. causam quæ. de rescript. numero. 12. Iason in consilio. 25. libro. 3. Vincentius Herculanus quæstio. 1. fundamento. 11. Fortuni. in. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liberis & posthum. colum. 75. quibus adde quæ notat Barto. in. l. si ita. ff. de auro & argent. legat. Iaso in. l. si stipulatus fuero. §. primo. ff. de verborum obligationib. Alciat. in. l. verbum erit. ff. de verborum significatio. qui simul & Albertus Brunus in tractat. de augm. & deminut. conclu. 9. rursus idem Ias. in. l. qui filius. numero. 12. ff. de legat. primo. & Herculanus, dicta quæst. 1. plura tradidere in ea quæstione: an dispositio quælibet non tantùm in præsentibus, sed & in futuris accipienda sit, præter hos erit legendus Carol. Molin. in consuetu. Parisien. titul. primo. §. primo. gloss. 5. numero. 18. ac Socinus Iunior consil. 98. libr. primo. est item & aliud, quod ad interpretationem dict. capit. quia circa. hac in

re attinet: quia eadem est ratio de decimis futuris, quæ de præsentibus: secundum Henric. in dicto cap. quia circa. col. 1. quæ quidem eiusdem rationis consideratio deducenda est ab ea ratione decidendi quam modò tradidimus: cùm alioqui appellatione decimarum, futuræ decimæ minime contineantur. capi. tua. §. vltimo. de decimis.

Ex capite sequenti.

- 1 *Donationi perfecta in continenti potest adijci conditio, modus vè: non ex interuallo.*
- 2 *Conditio seu pactum apponi potest donationi etiam in vtilitatem tertij: & ei ex hoc actio queritur. traditurq; inibi intellectus. l. quoties. C. de donat. quæ sub mod.*
- 3 *An huic tertio sicut acquiritur actio personalis: an etiam adquiratur dominium absque rei traditione?*
- 4 *Intellect. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. & rursus nume. 6.*
- 5 *Intellect. l. Regiæ. 7. titu. 4. part. 5.*
- 6 *An. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. habeat locum contra ecclesiam donatariam?*
- 7 *An possit donator pactum appositum in fauorem tertij absentis reuocare?*
- 8 *Intellect. ad text. in. l. si cùm fundũ. ff. de pact.*
- 9 *Pactum in fauorem tertij donationi appositum, etiam inuito donatore poterit à donatario seruari.*
- 10 *Iuramentum donatoris impedit reuocationem pacti seu conditionis adiectæ donationi.*
- 11 *Stipulatio notarij donatoris vè nomine absentis concepta an impediatur reuocationem prædictæ conditionis vel modi?*
- 12 *Vbi absenti per alterũ actio queritur sine cessione, necessaria est ipsius absentis ratihabitio.*
- 13 *Intellect. Regiæ. l. 3. tit. 8. libr. 3. ordinat.*
- 14 *An in ecclesiam transferit dominium absque traditione ex pacto dictæ. l. quoties?*
- 15 *Cõtractus innominatus etiã factus in fauore piæ causæ pœnitentiam re integra admittit.*
- 16 *Mandatum morte mandantis expirat, etiam si præstitum fuerit ad pias causas.*
- 17 *Heres donatoris nõ poterit reuocare pactum donationi appositum in fauorem tertij.*

18 *Quid de pœna appositâ pro fœdere pacis conseruâdo, an possit remitti in præiudicium fisci, vel ecclesiæ?*

De conditionibus donationis contractui adiectis.

Caput. XIII.



Perfectæ donatiõni nullas posse adijci conditiones ipso donatario inuito Cæsari constitutione statutum est in. l. perfecta. C. de donatio. quæ sub mod. in hæc verba. perfecta donatio cõditiones potest non capit. quæ quidem probant: donatiõni perfectæ non posse apponi conditiones ex interuallo: licet in continenti id permissum esse videatur: siquidem ex propria vi & natura dictio, Postea, interuallum ostendit. tex. & ibi gl. in. l. in bonæ fidei. C. de pact. in. l. qui procurator. ff. de procurat. l. iuris gentiũ. §. quinimõ. ff. de pactis. l. 1. §. idem labeo. ff. quod vi, aut clam. l. ex Castrens. in prin. ff. de Castrens. pecul. cum pluribus. quæ ad hanc rem congerit Andr. Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. verb. postea igitur in continenti donatio & si perfecta sit etiam inuito donatario conditiones iuxta donatoris voluntatẽ optimè admittit. quod deducitur ex eadẽ. l. perfecta. in. 2. part. tex. optinus & ibi Inol. in cap. cum dilecti. de donatio. in continenti, inquam: id est vel in ipso contractu, vel post ipsum contractum donationis successiuè nullo medio tẽporis interuallo: vt in hac specie scribit Soci. cõsi. 66. vol. 1. col. vlt. Franci. à Ripa lib. 3. responforum cap. 1. in. 4. glo. magna. in. l. siquidem. ad fin. C. de exceptio. ni. facit tex. in. l. 3. C. de ædili. act. l. lecta. ff. si cert. petat. & quod notat Bald. in. l. 1. circa finem. C. de oper. liber. & Ias. in. l. 1. §. 1. col. vlt. ff. de verborum obligat. Ripa in. l. vlti. q. 34. C. de reuoca. donat.

¶ Et id adeò verum est, vt planè donatiõni possit apponi cõditio, non tantum in vtilitatem ipsius donatoris: sed & in fauorem alterius. textus est insignis in. l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. cui plurimum conuenit Regia. l. 7. titu. 4. part. 5. nec mirum cuiquam videatur alteri per alterum obligationem hoc in contractu adquiri etiam iure Cæsareo, nondum condita. l. 3. titu. 8. lib. 3. reg. ordina. cum hoc speciale sit in donatore liberalitatem exercente in donatarium. hac etenim ratione poterit donator à donatario obligationẽ exi-

gere in alicuius tertij fauorem quemadmodum explicat præter alios Saly. in dict. l. quoties. Bal. Nouel. de dote. part. 12. q. 12. col. 2. tamen si vbi donatio incipit à rei traditione: ratione quadam generali poterit id procedere: ea nãmpè quod ex contractibus, qui re contrahuntur alteri per alterum obligatio acquiritur. tex. in. l. ea quæ ciuilit. ff. de acqui. rerum domi. Bal. in dicta. l. quoties. Fulgo. & Paul. in. l. si ita stipulatus. §. Chrysofonus. ff. de verb. oblig. Bal. in. l. multum inter est. nu. 6. C. si quis alt. vel sibi. l. si mercedẽ. §. vlti. ff. de act. empt. Alex. 1. l. stipulatio ista. §. si stipuler. nu. 21. ff. cod. tit. Alberi. Fulgo. Paul. Alex. Ias. col. 1. in. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cert. pet. quorum opinio cõis est aduersus Bar. ibi. vn de Andreas ab Exea in rub. ff. de pact. nu. 128. ratione assignata per Saly. exclusa: hanc existimat veram esse decidendi rationem prædictæ. l. quoties. quam itidem procedere censet non tantum in reali & vera traditione, sed etiam in ficta, nempe ea quæ per cõstitutum fit. sensit tamen Bal. in dict. l. quoties. eam constitutionem debere intelligi, quando alteri ex pacto donantis aliquid ex ipsa re donata præseruatur: tunc etenim alteri, & absenti quæritur illa obligatio: ac datur ei vtilis actio sine cessione: at si quid extra rem ipsam alteri sit dandũ per donatariũ, actio non absenti sed donatori quæritur. per tex. in. l. cum res. C. de donat. idem notat Arer. cõf. 74. col. 2. & Ias. in dicto §. si stipuler. ad fi. Arer. & Socin. in. l. qui Romæ. §. Flauius. nu. 10. de verb. oblig. quorum interpretatio apud me dubitationem habet. nam text. in dict. l. cum res. non tractat de exercitio liberalitatis relatæ in alterum absentem, sed de soluendo ære alieno absenti debito. quin & potissimũ præfata sententia cessare videtur ex dicta Regia constitutione, quæ. 3. est titu. 8. lib. ordina.

¶ Verum donatione ita constituta, & perfecta, vt post certum tempus res donata Titio absenti, aut alteri, quàm donatori restituatur: accedente die, ipso iure, absque vlla traditione dominium ipsius rei Titio, aut alteri competere: vt agere valeat vtili actione in rem, in specie adnotarunt Philippus Deci. conf. 239. nume. 8. & Ripa dict. cap. 1. col. vlt. idem Deci. in. l. traditionibus. C. de pact. num. 14. quod & Specul. innuere visus est. tit. de emphyteusi. q. 70. dum scripsit ex. l. quoties. paulo antè citata, vtilem actionem in rem habere eũ, ad quem donator pertinere voluit post diem certam ipsam rem donatam: deinde hoc ipsum probatur in dicta. l. quoties. 2. parte. vbi imperator actionem ipsi donatori competentem, eandem vtilem tamen concedit alteri, cui donator restitui statuit rem donatam post certum tempus: sed ipsi

ipsi donatori utilis in rem cōpetit ad ipsam rem donatam non seruat contractus placitis. l. 1. C. de donat. quæ sub modo. igitur & alteri utilis in rem actio dabitur. Accedit & ad hæc insignis Regia. l. 7. titulo. 4. part. 5. quæ ad Hispanum sermonem traducens, dicta. l. quoties. constitutionem planè probat, dominium & possessionem rei donatæ post diem à donatore definitam absq; vlla traditione acquiri ipsi donatori, vel alteri, cui rem donatam ipse restitui voluit: quo quidem sensu eam intellexit Roderi. Xuares in l. quoniam in prioribus. C. de inoff. test. in. q. 8. ad legē Regiam & idem in allegatione. 19.

¶ Hanc verò Philippi Decij opinionem ipse falsam esse cenſeo ex pluribus, & primò quod sine traditione dominium & ex actu inter viuos non transfertur, vt est probatissima iuris regula in. l. traditionibus. C. de pact. Secundò quod ex dicta. l. quoties. tantum colligitur actionē personalem eo casu competere: quemadmodum glo. & doct. cōiter ibi interpretantur: alioqui si ex ea lege realis actio daretur: hoc proculdubio ibidem exprimeretur, sicut expressum fuit in dict. l. 1. eiusdem tituli. Tertio ex resolutione contractus verbis obliquis concepta: vt in dict. l. quoties. cōcipitur: nunquam transit dominium absque traditione. glo. cōiter recepta in. l. 1. ff. de don. Quarto etiam si in donationis contractu eius resolutio pacta foret verbis directis, non transiret dominium absq; traditione: cum id speciale sit in pactis legis commissoriae, & adiectionis in diem. Bar. in dic. l. 1. ff. de donat. optimus tex. in. l. pe. C. de adilit. actio. quam opinionem communem esse alibi aperte ostendemus: his igitur palam sit in specie dictæ l. quoties. minime transferri dominium absque traditione. etiam eueniente die resolutionis illius contractus: quod expressim animaduerto respondiſſe Aegidium à Bellamera conf. 39. col. 4. quem simpliciter dubius de huius quæstionis veritate retulit Aymon Sauillianus conf. 19. nume. 9. vnde nec ipsi donatori, nec alteri, cui ipse rem donatam post certum diem reddi statuit, in rem actionem, & vtilem ex dict. l. quoties, conuenire nec concedi: iure respondendum erit. Quin & aduersus Philippum Decium iure optimo aduocare possum Alex. Iaf. num. 17. Socin. 14. in. l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verb. oblig. qui, dum in ecclesiam post diem statutam & definitam transire ipso iure dominium ex pacto donatoris iuxta. d. l. quoties. asseuerat ob eius peculiare priuilegiū. l. fin. C. de sacros. eccles. manifestè censent in alijs non esse locum dominij translationi, nisi rei traditio fiat. Non obstat quod Specul. scripsit: nam is alia ratione vtitur ad comprobationem propriæ

opinionis: siquidem dixit quod data emphyteusi duobus, vt altero mortuo eius pars ad superstitem pertinet: is qui superstes fuit agere poterit ad defuncti partem aduersus eius hæredes actione reali: ex ea ratione quod res pro indiuiso illis duobus tradita fuit: vnde nullus eorum in ea parte, quæ per alterius obitū extradentis voluntate, & expressa dispositione ei acquiritur noua traditione indiget. l. liber homo. §. Titius. ff. de hære. inst. Hec sanè potior est ratio, cui veritas prædictæ dicisionis innititur: obiter verò Specul. l. quoties. in sensu, quem Dec. probat, & veluti per transennam induxit, & tamen hoc in loco nec dāmo, nec admitto, vt de iure certam Speculatoris sententiam, cuius alias ineminit Alex. cōsi. 24. lib. 5. consiliorum.

Item non oberit text. in. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. nam in eo speciale est, actionem vtilem in rem dari donatori fauore alimentorum, quæ sibi in ipso donationis contractu referuauit: & tamen donatarius contra ipsius conuentionis placita minime ea donatori præstiterit: sicuti ibi gl. & doct. scribunt. Alex. in. l. traditionibus. C. de pact. Roma. conf. 284. Corne. cōsi. 102. lib. 1. col. 2. Bald. consi. 250. lib. 3. Nec enim dubium est ex ea constitutione vtilem in rem actionem donatori competere. & id præter alios Aretin. notat in. l. 1. col. pen. ff. de legat. primo.

Fortius vrgere videtur Regia. l. 7. titu. 4. par. 5. Ego tamen eius opinionis sum, vt Regias constitutiones, quas Septempartitum opus complectitur, quoties earum verba patiantur, existimem ad ius Pontificijum Cæsareumq; reducendas fore: vt nihil vtriusq; iuris sanctionibus aduersum in eis statui existimemus: quādo quidem earum legū cōditoris potissimus fuerit scopus, in quæ tantum opus ad Hispanæ reipubu. vtilitatem direxit, ex vtriusq; iuris statutis, constitutiones prædictas Hispano sermone deducere. quo fit, vt verba dict. l. 7. quibus probatur adueniente die resolutionis contractus, & donationis, possessionem & dominium rei donatæ acquiri donatori, vel alteri, quem ipse in conditione aut modo adiecto donationi nominauerit: sint intelligenda: facta ipsius rei traditione, vel saltem apprehensa possessione, etiam propria auctoritate: quod permittere lex ipsa videtur. Et si dixeris ex hoc non satis responsam esse dictæ l. inductioni: fatebor vtrique, sed inuitus, saltem ex iure Cæsareo opinionem Philippi Decij falsam esse: tamen si eam iure Regio defendere velis.

¶ Quod verò attinet ad. l. 1. C. de donatio. quæ sub mod. Ludo. Roma. in. d. conf. 284. cōset eius dicisionem etiam aduersus ecclesiam donatariā pro-

H 4 cedere:

Variarum Resolutionum

- 6 cedere: ita quidem ut si ecclesia alimenta ex pacto, aut modo donationi appposito, non exhibuerit donatori, actione utili in rem conueniri possit à donatore, & per sententiam ad rei donatæ restitutionem compelli. Sed de hoc dubitat Rogerius à Mota. in dict. l. traditionibus. numero. 64. atque ipse falsum esse opinor ex capit. verum. de condit. apposit. quod iuxta communem eius interpretationem probat, donationem factam ecclesiæ modo appposito, minimè reuocari, etiam si modus non seruetur: tamen si agi possit contra ecclesiam, ut modum seruet, ita gloss. Card. Abb. & Præp. col. 3. in dict. ca. verum. Feli. in. c. verum. de for. comp. col. 4. Paul. Castr. in. l. 1. col. 2. ff. de donat. Soci. in. l. quibus. §. Terminus. ff. de cond. & demōstra. col. pe. Corset. in sing. verb. contra ctus. Bal. Nou. de dote. 6. parte. priui. 50. & Ioan. à Medina lib. de contractibus, & restitutione. q. 24. qui omnes hoc ipsum iure verum esse censerent, nisi expressim in contractu dictum fuerit, quod non seruato modo reuocetur donatio: quod pulchre notat Andreas Tiraq. lib. 2. de retrac. in fine. num. 11. & 14. facit ad præmissam interpretationem quòd in donatione facta ecclesiæ, ipsamet datio causa finalis cesserit: nepe liberalitas in pium locum collata: modus vero causa existimatur impulsiva: sicut & in libertate probat tex. in. l. Mæuia. ff. de manumi. test. Nec quidquam iuuat Roma. alimentorum fauor: cum is. in præiudicium & læsionem ecclesiæ admittendus non sit. maxime ex negligentia prælati, vel administratoris rerum ecclesiæ: quæ ei nocere non debet: & prætereà alimenta non omninò amittuntur: sed exhibenda integrè sunt donatori ab ipsa ecclesia. & ideo tex. in dic. c. verum. etiam procedet, vbi modus donationi adiectus pertinet ad alimenta donatori ministranda: tunc etenim modus causam inducit impulsivam non finalem: alioqui modus donationi adiectus causam finale demonstrat: cum apponitur in fauorem donantis, vel alterius quàm eius, cui donatio fit, vel reipublicæ, vel pietatis etiam in ipsum donatarium exercendæ. Bart. in. l. 2. §. vlt. ff. de donatio. idem Bart. in. l. 2. §. fi. ff. de iure dot. & sane vbi modus causam inducit finalem, eo non seruato donatio reuocatur. l. cum te. C. de pact. int. empr. secus verò si impulsivam causam induxerit. l. ea conditione. C. de rescind. vendit. Abb. Præp. & alij in dict. c. verum. Bart. & alij per tex. ibi. in dict. l. 2. §. vlt. ff. de donat. Regia. l. 58. tit. 5. part. 5.
- ¶ Erit deinde animaduertendum, oportere omninò, agentem utili actione in rem. ex dict. l. 1. C. de donat. quæ sub mod. ut obtineat, probare, se ipsum dominum rei donatæ fuisse tempore do-

nationis, quod Corneus respondit con. no. vol. 1. col. 2. dicens alioqui nõ posse rem donatam per sententiam ipsi donatori iuste reddi.

- ¶ Quinimò, & moram requiri ex interpellatione hominis, vel diei tacitæ vel expressæ, ut locus sit præfatae utilij rei vendicationi, eamq; regulariter purgari posse, adnotarunt Cinus, Alberi. & alij in dict. l. 1. Bald. conf. 250. vol. 3. Ripa. lib. 3. respõs. cap. 7. Corn. conf. 110. ad finem lib. 1. Decius. in. l. qui in alterius. ff. de reg. iu. post Corne; ex hoc dicens, heredem donatarij ignorantem modum appositum donationi nequaquam posse ex dict. l. 1. conueniri, etiam si multo tempore omiserit alimentorum præstationem: idem sensit Alex. cõsi. 93. lib. 2. ad finem.
- ¶ Illud tamen utiliter inquirendum erit, num ex iure donator possit conditionem modum ve donationi adiectum in utilitatem alterius, pacto cum ipso donatario tempore contractus inito, reuocare postmodum, altero minimè consentiente? Et Bart. donatorem poenitere posse respondit in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verbo. oblig. pro cuius sententia adducitur Primò text. in eo. §. Flavius. dum probat, actionem tertio competere etiam inuito hærede donatoris: ergo à contrario, inuito ipso donatore, minimè competere. Secundo, id probatur euidentius in. l. 3. ff. de seruis export. & in. l. 1. C. si mancip. ita fuerit alienat. ut manumittat. & l. 3. ff. qui sine manumiss. ad libert. quibus statutum est ex iurisconsultorum responsis, vendito seruo, ut intra certum, aut post certum tempus manumitteretur, posse venditorem ab hac manumissionis lege discedere: & eo poenitente non teneri emptorem seruum ea lege venditum manumittere. Tertio ad idem facit tex. in. l. Aristot. ff. de donat. in principio. vbi probatur, donationem quatenus aliud pactum cõiueat esse contractum innominatū: & ideo in eo pacto locum esse poenitentiæ: si quis etenim seruum Titio de donationis titulo: pacto conuenito, ut post quinquenniū illum seruum manumittat: poterit donator poenitentia ductus, lapso quinquennio seruum petere, ut ei in seruitute seruiat. ita Bart. Paul. Castr. & Doct. ibi communiter illum text. interpretantur. ex. l. 3. §. 1. ff. de cond. ob caus. & l. si pecuniam. §. t. ep. tit. glo. insignis in. l. si cum fundus. ff. de pactis. & alijs decisionibus permittentibus poenitentiam in contractibus innominatis reintegra. ecce igitur qualiter pactum appositum donationi in fauorem tertij contractus innominatus censeretur, & ideo reuocari poterit: quibus rationibus & autoritatibus adducti Bartolum sequuntur, Imola colū. vl. Cumq; Alexander. nu. 8. Areti. laf. Soci. & Zasius in dicto. §. Flavius. idem Inol.

Imol. in capi. potuit. de locat. col. pe. hancq; opinionem communem esse fatentur. Ias. nume. 14. Soci. nu. 16. in dict. §. Flavius. idem Ias. in. l. 2. nu. 66. C. de iure emphyteu. Soci. conf. 115. col. 2. libr. 4. & Exea. in rub. ff. de pact. num. 41. Aymon conf. 135. nu. 10. & Ripa lib. 3. respon. cap. 16. Sed & his Bart. rationibus respondent quidam dicentes in dicto. §. Flavius. non probari quod Barto. opinatur: non enim sequitur: hæres non potest pœnitere, ergo poterat defunctus: hæc enim collectio parum valet: & id manifestum omnino est. Prætereà ratio quæ assumitur ex dict. l. 3. deficere videtur: quia seruo nulla actio ex ea pactione acquiritur: cum eis sit incapax: at in pposita questione tertio acquiritur actio utilis. per dic. l. quoties: & ideo actio ista semel tertio quæ sita absque eius consensu ab eo tolli non potest. verum hoc parum aduersus Bart. vrget: cum & si seruo actio non auferretur quæ sita: officium tamen iudicis ei competit vt manumittatur, est enim seruus libertatis capax, & in pertinentibus ad libertatem, cuius capax est, ius sibi quæritur & irreuocabile. argu. tex. in. l. frater. ff. de cõdi. inde. vers. quæ situm. & in. §. sed tũ factum. Inst. de stipulat. seruo. & probatur in dicto. §. Flavius. ad finem. ergo ratione huius iuris & maxime fauore libertatis esset dicendum, non posse reuocari pactum, cuius meminit in dic. l. 3. iurisconsultus: & tamẽ in eo pœnitentia locum habet, vt constat: quam ob rem adhuc inconcussa manet ratio Bart. Facilius tollitur à quibusdam argumentatio pro Barto. deducta ex dict. l. Aristo. cum ibi contractus verè innominatus fuerit, non mixtus, si ipsius rei principalem dispositionem consideremus: donatio etenim ad vsum tantum ipsius serui pertinebat, vel temporalem vsum fructum: at ipsa manumissio serui ad integram serui alienationem spectabat: quæ quidẽ alienatio, cum nullum ius respectu proprietatis serui transiret in donatarium: sed adhuc maneret penes donantem: nec vllum præiudicium ex ea etiam circa vsum fieret donatario, proculdubio donationem non respicit: sed donationem ipsius serui vt manumitteretur: & ita contractum per se innominatum: & prætereà nil commune habet Barto. propositio cum eo iurisconsulti responsio: siquidem in proposita per Barto. questione, ipsa res donata omnino transit in donatarium. nec apud donantem. quidquam iuris, de quo disponere possit, manet: at in iurisconsulti responsio præcipuè rei ius penes donantem existit adhuc donatione facta, & ideo nimirum si pœnitere possit: quod colligo ex Roma. in. l. si pecuniam. num. 22. ff. de cond. ob caus. & Barth. Socino in dict. §. Flavius. nume. 16. quinimo Bar-

toli opinionem apertissime improbant Paul. Castrensis in dict. §. Flavius. & in dic. l. si pecuniam. num. 11. & in l. in insulam. §. vlti. ff. solut. matrim. Roma. in dict. nu. 22. Francisc. Albergotis in dicta l. 3. ff. de seru. expor. Ioan. Lupi. in rub. de donat. int. vir. & vx. §. 54. in fine Guilielmus Benedictus. in cap. Rainautius. de testamẽ. verb. si absque liberis. in. 2. de fideicommiss. substit. nu. 23. reprobatur itidem Bart. dicens fere omnes Doctores contra eũ stare. Roderi. Suares in. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testament. dum Regiam constitutionem interpretatur. 8. q. quo in loco sentit pfecto & palã asserit cõem opinionem cõtrariam esse Bartolo: quod & expressim testatur Guilielm. Benedictus dict. nume. 23. idem Suares allegat. 19.

¶ Contra Bart. adducitur Primò. l. quoties. superius allegata: dum probat. tertio ex pacto donationi adiecto actionẽ vtilem dari, & statim acquiri ius: hoc verò ius ab eo tolli nequit absq; eius assensu. l. id qd nostrũ. ff. de regu. iu. l. sicut. C. de actio. & obligat. igitur non videtur sola donantis pœnitentia sufficiens ad præfatæ pactionis reuocationem. huic tamen rationi respondent qui partes Bartoli sequuntur: regulam iuris procedere vbi ius tertio acquisitum est irreuocabiler. tunc enim ab eo auferri sine eius voluntate nullo pacto potest, sed si reuocabiler acquisitum fuerit alicui ius, poterit ab eo tolli: atque ita ex dict. l. quoties. ius acquisitum fuisse tertio existimant reuocabiler: & ideo fit vt pœnitentia donatoris tolli possit per pens rationibus & iuribus contractus innominati: quæ pro Barto. considerauimus. Secundo aduersus Bart. tex. in. l. prima. ff. qui sine manumiss. in hunc modum expenditur. scribit. sanè iurisconsultus Paulus. Si seruus venditus est; vt intra certum tempus manumittatur; etiam si sine hærede decessisset & venditor & emptor, seruo libertas competit, & hoc Di. Marcus rescripsit: sed & si mutauerit voluntatem venditor nihilominus libertas competit. Hactenus Paulus. ex quo Barto. opinio, vt quibusdam visum est, periclitatur. Sed & hic text. parum Barto. nocet, quia vel ea reuocatio, cuius in eo mẽtio fit, intempestiue facta fuit: nempe postquam iam ex pacto libertas seruo competebat lapsu temporis præiudiciti vt Accursius existimat in dict. l. 1. vel est intelligendus iurisconsulti ibi: cuius quemadmodum ego intellexi in rub. dist. 13. part. num. 24.

Tertio Bartoli opinioni opponitur Proculus iurisconsultus in. l. si cum fundum. ff. de pactis. Si cum fundũ, inquit, meum possideres, cõuenisset mihi tecum, vt eius possessionem Titio traderes, vindicantem eum fundum a te non ahter me cõuentionis exceptione debet excludi, quã si aut

Variarum Resolutionum

iam ante tradidisses, aut si tua causa id inter nos conuenisset, & per te non staret quo minus iam traderes. Haec tenus iuriscultus, qui expressim asserit, non sufficere tradentis fundum ut is Titio detur, nec ipsius fundi domini poenitentiam, ut tollatur modus contractui appositus in fauorem tertij. Et tamen pro defensione Barto. ad hoc responderi potest, eum tex. procedere ex eo, quod traditio fundi in cōventionem venerat gratia ipsius paciscentis, qui fundum possidebat. intererat enim ipsum fundum illum tertio tradi ut probat ipsius text. verba. notant Areti. Alex. & alij in. d. §. Flavius. Baldus, & Paulus de Castro in dicta. l. si cum fundum. Alex. in dict. l. si pecuniam. nume. 17. sensu Ias. in. l. iuris gentium. in princip. ccl. 4. ff. de pact. notat etiam Bald. in rubr. de pactis. ex quibus contractus innominatus, poenitentiam non admittit, ubi gratia vnus tantum ex paciscentibus fit: quo fit, ut parum caute exposuerit iuriscōsulti verba glos. in dicta. l. si cum fundum. dum discrimen constituit: an is, qui poenitet, fundum possidens eum tradiderit Titio, ut Sempronio det: an pactum fecerit fundi dominus cum Titio eum possidente: ut illum Sempronio tradat.

Quarto adhuc cōtra Bar. obijcitur decisio tex. in. l. vlt. ff. de pactis. ex qua colligitur, pactum de non petendo factum inter debitorem & credito rem adeo prodesse fideiussori etiam absenti, ut si ne eius consensu per contrarium pactum tolli nequeat. Sed hoc procedit: quia statim priori pacto inuito ius adquisitum fuit ipsi fideiussori reo principali liberato: & ideo ius istud fideiussori adquisitum ex pacto, quod ex ppria natura poenitentiam non admittit, tolli non poterit sine fideiussoris consensu. quod omnes animaduertunt in dict. l. vlt. & Roma. singul. 191. Alexā. in dict. §. Flavius.

Quinto Bart. sententia ex eo deficere videtur quod modus appositus donationi ut res donata post certum tempus tertio restituatur, donatio quaedam secunda censenda est facta illi tertio ex notatis in. l. vlt. C. de legatis. quæ cum sit inter viuos, reuocationem regulariter ex sola voluntate donantis non patitur. l. vbi ita donatur. ff. de donat. caus. mortis.

Sexto ad euertendum Bar. auctoritatem adducitur Io. And. in Speculo tit. de instrumēt. editio. §. nunc aliqua. num. 17. in Scholio incipienti. per superiora. Quidquid tamen Paul. à Castro & ceteri eius factionis opinentur nihil ibi aduersum opinionem Bar. scripsit doctissimus ille vir: qui tantum asserit in questione ista, donantem non posse à donatario rem sub hoc modo ei donatam ante diem restitutioni præfinitam petere. de reuo-

catione verò aut poenitentia donatoris respectu tertij nullum verbum. ut explicant Alex. Soc. & alij in dicto. §. Flavius. vides igitur lector candide quam difficilis sit huius quæstionis absoluta decisio: ipsis iuris vtriusq; interpretibus in partes & factiones diuisis: quam ob rem ipse aliquot proponam, quæ communi vtriusq; partis authorum iudicio definita sunt, aut definiri possunt: deinde quid præter hæc in ambigua controuersia tenendum sit colligam, ut potero perfectius.

Primum sanè censeo notandum esse, donatorem posse modum donationi adiectum indistinctè reuocare, quando isthæc adiectio facta fuit in vtilitatem & commodum hæredis ipsius donantis: nec refert stipulatio intercesserit in fauorem hæredis eius nomine: an non ex ratione text. in. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legat. 2. Barto. decisione in. l. vt iusiurandum. §. si liberi. ff. de operis libert. colū. 3. quæ post alios sequitur Ias. in. d. C. de iure emphyt. num. 211. atq; ita in specie quam tractamus probat latè Ripa lib. 3. respons. cap. 16.

Secundò est animaduertendum, etiam admissa Bart. opinione, non obstante reuocatione donatoris, posse donatarium inuito donatore seruare & adimplere modum donationi appositum: & rem donatam tertio tradere. tex. in. l. quæsitum. ff. de seruis export. notant Alex. colū. 7. Areti. & Zasius in dict. §. Flavius. Soci. ibi num. 9. Bart. in. l. vlt. ad finem. Roma. in. l. si pecuniam. nu. 22. ff. de condiēt. caus. dat. quanuis idem Bartol. in. l. Aristo. de donat. scripserit contrarium in contractu donationis, dicens ob liberalitatem donantis permissum esse ei poenitere circa modum donationis etiam in fauorem tertij appositum. per dic. l. Aristo. quod falsum est, atq; ita ab alijs improbatum. nec obest dict. l. Aristo. nam ibi respectu ipsius alienationis serui nulla præmissa fuit donatio, sed vsus tantum ipsius serui donatio facta fuit, & ideo dominium serui semper apud donatorem mansit: qua ratione conditio illa seu modus adiectus traditioni serui, simplex fuit contractus innominatus minime mixtus nominato contractui: quippe qui nullus præcesserat respectu proprietatis serui. ex quo deducitur tradentem alicui seruum absq; donationis ipsius serui titulo sed sanè simpliciter, ut manumittatur: nec vltio præcedente contractu nominato: nempe emptionis, aut permutationis: posse omninò re integra poenitere, inuito eo, cui facta fuerit traditio: & idem in alia re qualibet dicendum est, si ea tradatur ut alteri detur. text. in. l. si pecuniam. §. 1. supra alleg. & in dicta. l. Aristo. & in. l. hoc iure. §. si quis dederit. ff. de donat. notat Io. And. in Speculo, tit. de instru. edit. §. nunc aliqua. nu. 17. in additione

tione incipienti: per superiora. atq; hoc ipsum est quod Bart. adnotauit in dict. l. si. col. 2. & in fine dicens, esse locum pœnitentiæ in contractu innominato, qui mistus nominato fuerit, etiam altero inuito, quando quod reuocatur gratia tantum dantis, & pœnitentis agendum erat: id est, vt in dict. §. Flauius. col. 7. interpretatur Alex. cum ex pœnitentia commodum, vtilitas ve ad pœnitentem pertinet, non ad alterum: siquidem eo tempore, quo modus adiectus contractui seruandus est, ad pœnitentem res illa reuertitur: nec apud alterum contrahentem mensura est, vt in. d. l. Aristo. probatur, tametsi à Bart. discedat Areti. in dict. §. Flauius. 3. col. & Rom. dict. num. 22. constat, & hoc est ratione tex. in dict. l. quæsitū. ea enim est quod nihil intersit venditoris seruum venditum ea lege vt manumittatur, non manumitti: cum is seruus non manumissus ad emptorem adhuc non venditorem pertineat. sic nec interest donatoris, qui rem Titio donauit, vt post certum tempus restituat Seio, rem illam Seio nō restitui: ea enim nō restituta Seio penes Titium manet, nec ad donatorem reuertitur. Ex hoc subinfertur intellectus ad præfatam. l. quoties.

Nam si quis alteri donauerit vsumfructum alicuius rei, & adiecerit legem hanc: vt illam rem finito vsumfructu nempè in morte, aut post vitam restituat Titio: poterit sanè donator pœnitere & à lege dicta discedere, etiam inuito donatario: cuius nihil interest, modum seruari, vel non: siquidem finito vsumfructu res ab eo tollitur, siue modus seruetur siue non: quod si donatarij quidquã interesset, contrarium iure dicendum foret.

¶ Tertio, quidam opinantur Bart. conclusionem non esse admittendam, vbi donator iurauerit contra tractum illum se non reuocaturum: & ipsum iuramenti vi firmum fecerit. ita asserit Guilielm. Benedictus in dict. capit. Rainutius. dum tractat de fideicommissi. substi. num. 23. & sequenti: ea ratione quod iuramentum contractus ex propria natura reuocabiles, irreuocabiles faciat. glo. communiter ibi recepta in dicta. l. si pecuniam. verb. necesse. cuius ego mentionē feci in rubr. de testament. 2. part. nume. 9. cum igitur præcipua ratio, quæ Bart. defendit assumatur ex natura contractus innominati: & ea ob iuramentum cesset, consequens erit tunc locum non esse Bart. opinioni cum donator iuramento præstito promiserit contractum illum eiusq; leges seruare: atque ita Burdegalæ per sententiam à regio senatu definitum esse anno Millesimo Quingentesimo primo, testatur ipse Guilielmus. Et id persuaderi poterit alia ratione: quod hic contractus omnino innominatus non sit: nec simpliciter sed admixtus no-

minato: idè mirum non erit, etiam si de veritate glo. in dict. l. si pecuniam. dubitetur: eam dubitationem hic omittendam esse: & probadam fore Accursij sententiam, alioqui ab omnibus ferè comprobata.

¶ Quarto, præmissa dicta. l. quoties. vera interpretatione, vt modus appositus donationi in fauorẽ tertij validus omnino censeatur: etiam si id pactū eave conditio à nemine absentis nomine acceptata fuerit: vt Iason explicat in dic. §. Flauius. nu. 22. optimè perpensa ipsius constitutioni decisione: ex qua tertio absentis etiam si nemo eius nomine pactiõnem receperit actio vtilis quæritur: considerandum est, non esse locum opinioni Bartol. vbi vel notarius, vel donator ipse stipulationem in fauorem tertij absentis præmiserit: text. optimus in. l. cum maritus. §. vlt. ff. de pact. dot. Bald. in. l. cum à socero. C. de iure dot. Cuma. & Alex. num. 9. Soci. num. 18. Areti. col. pe. Ias. num. 16. in dict. §. Flauius. Areti. conf. 74. col. 5. Guilielm. Bened. in dict. cap. Rainutius. titu. de fideicom. substi. num. 23. Deci. conf. 58. & conf. 239. num. 5. Aufreri. in capel. Tholo. 453. Ripa li. 3. resp. c. 16. Chafsanæ. conf. 53. 2. dubio. Cornæus cõf. 68. col. 2. libr. 3. Aymon conf. 19. num. 11. Alex. conf. 27. lib. 3. Andreas ab Exea in rub. si. de pact. num. 177. ex quibus nulli dubium esse poterit hanc opinionem comunem esse. Sed circa eius interpretationem aliquot erunt adnotanda. & primum omnes conuenire hanc stipulationem vtilem esse, & prædictum effectum habere, si ea facta fuerit à notario is enim veluti persona publica alteri stipulari potest. glo. in. §. si quis alij. & ibi doct. Inst. de inuti. stipulat. optim' text. in. l. 2. 3. & 4. ff. rem pup. saluam fore. & in. l. non aliter. ff. de adopt. l. 1. §. exigere. ff. de magist. conue. Bart. Alex. & Ias. nume. 14. in. l. stipulatio ista. §. si stipuler. ff. de verb. obligat. Bart. in. l. 1. §. huius studij. col. vlt. ff. de iust. & iure. Bald. in. l. certi cõdictio. §. quoniam. ff. si cer. pet. de quo eleganter disputat Andreas Tiraq. in tract. de cõstitutio. 3. part. limitat. 30. Et tamen quibusdam visum est necessariam esse absentis ratihabitionem etiam notario stipulante, vt actio vtilis absentis quærat sine cessione. quod ipse notauit in rub. de testament. 3. part. num. 13. ego vero quantum attinet ad propositam ex Bartolo quæstionem pro intellectu dicta. l. quoties. existimo ex ea actionem vtilem tertio absentis competere, etiam si nullus eius nomine legem donationi adiectam acceptauerit, etiã si nulla eius nomine præmissa fuerit stipulatio: quod mihi ex eadem constitutione manifestè probatur: & ni fallor, eius interpretes idem sentiunt, maximè consideratis his, quæ ad rationem illius decisionis notauimus

Variarum Resolutionum

notauimus superius in initio huius capituli. igitur non est necessaria notarij stipulatio ad effectum istum vt absenti in facto eiusmodi legis actio utilis sine cessione quærat, quid igitur notarij stipulatio tertio & absenti proderit? Et profecto doctores omnes in dict. §. Flauius. alijque, quos eis adiunximus, sentiunt, & palam asserunt ratione huius stipulationis pactum in fauorem tertij & absentis donationi appositum irreuocabile fieri, nec requirunt ad hoc absentis acceptationem: nam hac sequuta, vel ratihabitione, non videtur necessaria stipulatio notarij nec alterius nomine absentis: cui actio absq; stipulatione ex solo pacto fuit quæ sita: quod in specie ista nempe in intellectu. l. quoties. notant And. ab Exca. dict. rub. de pact. num. 185. ex Francisco de Ripa in. 3. lib. respon. cap. 11. pro cuius authoritate posset doctores, quos modò nuncupatim citauimus, non temere adducere: notat idem Carol. Moli. in Alex. cò. 204. lib. 7. Sed licet doc. i dict. §. Flauius. expressim non requirant absentis acceptationem: nec ratihabitionem: videtur tamen eorum opinionem intelligendam esse extra casum. l. quoties. quo ad utilis actionis acquisitionem, modò absentis acceptatio vel ratihabitione sequuta fuerit: ex ea Theorica, quam tradidimus in dict. rub. de testam. dicentes: quoties absenti actio, vel obligatio per alium extraneum: etiam notarium stipulantem quæritur: vt ea sine cessione acquisita sit necessariam esse absentis ratihabitionem, vel acceptationem. tex. optimus in. l. si ego. ff. si cerpetat. & quanuis non desint, qui huic opinioni aduersentur: notario stipulante nomine absentis, nihilominus ea recepta ob tot virorum doctissimorum authoritatem, dicendum est in præfenti quæstione notario stipulante non posse donatorem pactum illud reuocare etiã ante absentis ratihabitionem: & actionem utilem absenti quæ sitam esse licet notarij stipulatio ommissa fuerit. in alijs tamen casibus etiam notario stipulante: ante acceptationem actionem utilem minimè quærit: tamen si reuocari donatio nõ possit. quod extra casum dict. l. quoties. latissimè adnotauit Andreas Tiraquel. de constituto. 3. parte. limitatione. 30. num. 8. & 49. imò & si lege, vel statuto cautum fuerit aduersus iuris Cæsarei regulas alteri per alterum obligationem adquiri, vt ea obligatio efficax sit, vtque agi ex ea possit sine cessione, oportet ratihabitionem, aut acceptationem absentis sequutam esse: ita quidem adnotari poterit ex his, quæ modò in notario stipulante diximus, & in specie talis statuti hoc ipsum scribit Alexan. consil. 126. lib. 5. in fine.

¶ Ex quo inferitur verus intellectus. ad Regiã con-

stitutionem quæ. 3. est. titul. 8. lib. 3. ordinat. qua
 13 Rex Alfonso vndecimus anno Domini Millesimo Trecentesimo Quadragesimo octauo, Compluti, inter alias regias ordinationes tit. 16. fanciuit, alteri per alterum in hoc regno, etiam absque vlla stipulationis solennitate obligationem acquiri: absentique promissionem fieri posse cum effectu: etiam nemine absentis nomine acceptante, modò animus obligandi appareat, id enim intelligendum est, etiam sine cessione, dum tamen ratihabitione, aut acceptatio absentis sequuta fuerit: ea etenim nondum sequuta nec actio quæritur, nec illa obligatio firma ad agendum sine cessione censetur: ex præmissis: tamen si reuocari nõ possit. Præsertim vbi notarius, publica vel priuata persona, quæ iure communi, vel speciali possit id agere, nomine absentis contractum, vel donationem acceptauerit. Alioqui dubium est, non sane vulgare, sed insigne, an ex lege Regia nemine acceptante donationem absenti factam, ita ius absenti quærat, vt etiam ante eius acceptationem reuocari donatio nõ possit. Et Gregorius Lopez in. l. 4. titul. 4. part. 5. existimat, nihil esse hoc in casu per Regiam legem immutatum aduersus ius commune: nisi per iuramentum, aut promissionem non reuocandi donationem constaret de animo. & voluntate donantis ad perfectam, absolutamque, & præcisam obligationem. Siquidem Regia lex non tollit veteres leges, quæ de donationibus absenti factis tractauerunt: sed leges illas, quæ superstitiosas iuris ciuilibus contrahendi formulas induxerunt. Ego vero hac in re arbitror, etiam per legem Regiam inductum esse, quòd donatio absenti fieri possit, & facta valeat, etiam nemine pro eo acceptante: quod iure veteri non erat adeò certum: sicuti & nos tractauimus in rubri. de testamentis. 3. part. num. 13. & nihilominus adhuc extante lege Regia, donatorem posse reuocare donationem absenti factam, ante eius acceptationem: si ea donatio ab aliquo absentis nomine acceptata non fuerit. atque ideo practici in iudicijs semper obseruant in hisce donationibus, an fuerint per donatarios acceptatæ. Quòd si quis dubitauerit, an possit in his donationibus, sicut modò, eodemque tempore viuentibus, ita & nascituris stipulari: sciat equidem, id fieri posse: quod ex iuriconsulto in. l. si quis operis. ff. de oper. libert. adnotarunt Oldradus consil. 95. col. 1. Guido Papæ. q. 257. Bellamera consil. 17. Dec. consil. 225. col. 2. & consil. 245. col. 1. Paulus consil. 347. lib. 1. col. 1. quos sequitur Aymon consil. 19. libr. 1. numero. 10.

¶ Secundo deducitur ex his quantum ad effectum dictæ. l. quoties. plurimum interesse notarium nomine

nomine absentis stipulanti cum eo stipulante actio utilis absenti queratur perfecte & irrevocabiliter: etiam non sequuta eius rati habitatione vel acceptatione: eo vero non stipulante nondum est actio perfecta & irrevocabiliter absenti queritur: quamvis Alciat. in cap. 10. contingat. num. 238. de iure iur. probare conetur, posse in præscripto casu ante acceptationem absentis, ius illud, quod est absenti queritur; ut ipse censet, non contra donatorem, sed contra donatarium, absque absentis consensu reuocari libere ab ipso donatore, etiam si valida præcesserit notarij stipulatio in favorem secundi donatarij, qui tempore donationis aberat.

¶ Tertiò apparet post absentis acceptationem, nequaquam posse donatorem etiam ex consensu donatarij à prædicto pacto donationi in favorem tertij & absentis appposito recedere, tamen ex decisione Barto. ante acceptationem licitum esset poenitere donatori, saltem ex consensu donatarij, etiam si donator absentis nomine stipulatus fuisset, quod constat ex Alex. & ibi Carolo cõsil. 204. lib. 7. & Traquello de primog. q. 8. Qui licet non probeat aperte opinionem istam, aliquantulum tamen, imò si fallor ipse, plurimum Alexandro suffragatur. Alexander verò, cui Carolus accedit, & ante eum accessere Aymon cõsil. 19. num. 11. & Chassan. cõsil. 53. num. 58. aperte sine assueverat, in quaestione, quam tractamus, etiam præmissa stipulatione donatoris ad absentis utilitatem, nam in hoc casu consultus fuit, posse contractum istum ex consensu donatoris, & donatarij reuocari in absentis præiudicium. Sed hæc opinio mihi semper dubia fuit: & denique verius videtur, non posse in præiudicium absentis donationem istam reuocari; etiam ex consensu donatoris, & donatarij. Quia potuit donator iure optimo absentis stipulari ex re in donationem deducta. Præsertim mihi placet hæc posterior sententia ex eo, quod Alex. ipse, & Carolus fatentur, non posse donationem reuocari in præiudicium absentis; etiam ante eius acceptationem, quoties ex lege municipali vel statuto alteri per alterum fieri potest. Quod est ad legem Regiam omnino observandum.

¶ Quarto subinfertur, nondum sequuta rati habitatione absentis, non posse donatorem si stipulatus fuerat, poenitere, non requisito donatorio: quod aliqua ex parte colligitur ex his, quæ Alex. respondit dicto cõsil. 204. dum videtur eo casu utriusque consensum requirere ad hanc reuocationem considerans, ut opinor, ex stipulatione à donatore absentis nomine concepta, etiam ante acceptationem, qua situm esse ius absenti irrevocabi-

le saltem ex solius donatoris voluntate. Quod si verum est præmissa nomine absentis valida stipulatione, eius rati habitationem non exigi necessarium, ut verè & irrevocabiliter ei obligatio queratur: sicuti opinantur quidam, plura ex paulo ante dictis valida & urgenti ratione probantur.

¶ Secundo loco iuxta hanc quartam Barto. declarationem est advertendum etiam præter notarium efficaciter hanc stipulationem nomine absentis ab ipso et donatore fieri posse, imò nec esse stipulationem necessariam adhibita verborum solennitate ad actionem absenti acquirendam: cum ea ex. d. l. quoties. tertio & absenti queratur ex pacto donatoris: habet tamè stipulatio solennis concepta à donatore absentis nomine eos effectus, quos haberet facta ab ipso notario ob rationes in intro huius capituli adductas ad intellectum. d. l. quoties.

¶ Tertiò est considerandum, an idem sit in quolibet extraneo nomine absentis stipulante? & certe in vim stipulationis iure Cæsareo attento, dubium non est nihil ex hoc actum esse: cum nemo possit alteri stipulari præter personas nominatum, & diligenter expellas ab Accursio & alijs in §. si quis alij. Instit. de inutilib. stipulationib.

¶ Quantum verò ad contractum simplicem ex quo absenti actio queratur: dicendum est absenti actio ne in personalem regulariter non queri, etiam si rati habitatione fuerit subsequuta, quod probatur in l. possessio quoque; §. vlti. ff. de acqui. poss. vbi glo. & Doct. cõiuniter ex iuriconsulto notant, etiam per procuratorem non acquiri absenti actionem personalem: & ideo necessariam esse cessionem, tex. singulari. l. C. per quas perso. nob. acquiri. & in l. soluta; §. per liberam. ff. de pigno. actio. Quod si procurator actionem personalem absque cessione absenti non querit, minime queretur absenti actio personalis per eum, qui procurator non est, nec mandatum habet, etiam sequuta rati habitatione; cum hæc regulariter mandato qui polleat: igitur extraneus nomine absentis actum agens, ex quo actio personalis oriri solet, non acquirat eam absenti ex eius rati habitatione, sed solùm rati habitatione sequuta: sicuti mandato præcedente, fiet cessio actionis, & eam cedere cogetur, qui actum nomine absentis egit, ex dict. l. possessio quoque; §. vlti. Differt ergo notarius ab alia privata persona in hoc, quod notarius absenti, cuius nomine stipulatur, vel actum agit, querit actionem personalem sine cessione, modo absenti rati habitatione sequatur, at privata persona non querit etiam sequuta rati habitatione absenti actionem absque cessione. & hoc secundum eos, qui etiam præcedente notarij stipulatione requirunt absentis rati habitationem. Nam hi, qui contrariam opinionem sequuntur,

quintur, maius discrimen inter notarium, & priuatam personam cōstituere conantur: quod ex proximè dictis deprehenditur.

¶ Quarto ex supradictis ego existimo probari dictam Regiam constitutionem nihil obstare decisioni Bart. in dict. §. Flavius. siquidem lege Regia tantū statuitur, non esse necessariā veterem stipulationis solemnitate: atq; alteri per alterū etiam priuatam adquiri posse: absentique factam promissionem efficacem esse: quidquid iure Cæsarium Romanorum antiquius sancitum fuerit.

¶ Principaliter & quinto Barto. sententia, quam cōmune in esse diximus, procedit pendente die adquisitionis rei donatæ: nam postquam venerit dies, qua ex pacto donationi appolito, res donata tertio competit: nequaquam poterit per donatorem pactum illud reuocari: ita planè fatentur omnes, qui in dicto. §. Flavius. Bartolum sequuntur; maxime Alexan. Socini: & Ias. numero. 17. idem notant Deci. conf. 58. Andreas ab Exea in rubri. ff. de pact. num. 152. ea ratione, quod nullus locus sit pœnitentiæ postquam ius est tertio quæsitum: quod etiam probatur in. l. prima. C. si m̄cip. ita fuer. aliena. vt in manu mitt. vbi id expressum videtur: tamen si non omninò conuincat illius text. auctoritas. quippe quæ speciali quadā ratione procedat: nempe ex constitutione diui Marci: quæ statim tempore elapso, quod manumissioni præfinitum fuerat: seruum ipsum liberum efficiat ipso iure: & ideò non est vniuersalis argumentatio, quæ ex illa constitutione fauore libertatis facta colligitur.

Quam ob rem, vt hæc quinta ad Bartoli opinionem declaratio radicatus intelligatur, est videndum quādo ius dicatur tertio absenti quæsitum: nam ex consensu omniū ex ipso pacto donationis ius dicitur absenti quæsitum, quamuis reuocabile: & ideò ad hunc quintum intellectū hoc ius considerabile non est: cum hic de iure irreuocabiliter quæsitum necessario tractetur. Sed & si dies venerit, qua ratione pacti donatarius rem debet tertio tradere: absq; traditione non opinor ius esse illi quæsitum irreuocabiliter: sola etenim actio personalis adquiritur: & hæc durante voluntate donatoris: ita sanè, vt reuocabilis sit: & hoc probatur animaduersis, & consideratis rationibus, quæ pro Bart. adductæ fuerunt. Quinimò etiam si contra Bartolum argumentemur, hoc pactum in fauorem tertij, censeri quendam esse donationem illi factam absenti: ea reuocabilis erit, donec ab eo acceptata fuerit: vt superius probauimus: & constat ex notatis in. l. absenti. ff. de donatio. Deinde si quis Titio rem daret, vt eam nulla die præfinita Sempronio absenti restitueret: nemo

dubitat, posse à donatore pactum illud reuocari. l. Aristo. ff. de donationibus. consequitur ex his actionem tertio quæsitam ob aduentum diei in præfata quæstione, reuocabilem esse. Erit igitur ius quæsitum irreuocabiliter, vt nullus locus sit pœnitentiæ: vbi à donatario adueniente die fuerit tertio ipsa res tradita, tunc etenim verè ius quæsitum est, & irreuocabile, nec post hanc traditionem donator pœnitere poterit. Ex quo inferitur post diei aduentum etiam nulla facta traditione pactum illud irreuocabile esse, quando ea res ecclesiæ restituenda est, cum in ecclesiam ex contractu etiam donationis, dominium absque traditione ipso iure transferit. l. vltima. C. de sacrosanctis ecclesijs. optimus textus in. l. si partem. in fine. ff. quemad. seruit. amitt. atque ita in specie ista tenent Iaso in dicto. §. Flavius: numero. 17. & ibi Socinus licet dubius numero. 14. ex quibus deducitur intellectus ad dictam. l. vltimā. vt procedat non tantum in donatione vera, & perfecta sed etiam in ea, quæ oritur ex pacto donationi priuato factæ adiecto, vt post certam diem rem donatam ecclesiæ restituat: quod egregia commendatione dignum est, maxime quod ad huius dominij translationem hi Doctores non requirunt ecclesiæ acceptationem, hoc tamen pendet ab ea quæstione, quam paulò antè tractauimus, an requiratur acceptatio absentis, quoties is qui poterat iure absenti acquirere ius aliquod, absentis nomine promissionem acceperit. Nam & qui libet priuatus ecclesiæ, pijsve causis stipulari acquirereque potest. gloss. hac in parte. communiter probata in capit. quories cordis. 1. q. 7. cuius in dicto. §. Flavius. meminit Iason, numer. 24. idem Iason in. l. stipulatio ista. §. alteri. numero. 6. ff. de verbo. obligat. Felin. in capit. Si cautio. numero 27. de fide instrum. item erit ius quæsitum etiam ante diei euentum, postquam præmissa nomine absentis huius pacti acceptatione, sequuta fuerit tacitè, vel expressè absentis ratihabitio, vt in præcedentibus adnotatum est.

¶ Sextò animaduertendum, an hæc Bartoli opinio procedat, vbi pactum donationi appositum in fauorem tertij absentis, conceptum fuerit in utilitatem ecclesiæ, pietatisve causa. nam quidam arbitrantur tunc non esse locum pœnitentiæ, nec admittendam esse Bartoli. & aliorum sententiam fauore pijs causis, cuius ratione in contractibus in nominatis pœnitentiæ locus non est. Baldus in l. sicut ab initio. in fine. C. de actionibus & obligationibus. idem Baldus in. l. mandatum. C. mandati. numero sexto. Alexand. in dicto. §. Flavius: numero. 8. ad finem. Iason in. l. si pecuniam. ff. de condict. ob caus. colum. prima. vbi Alexand. numero

mero. n. & Bald. Nouell. de dote. 6. parte. priuil. 51. maximè de hoc dubitarunt. sed facit decisio Barto. in dista. l. si pecuniam. colum. prima. & in l. quod Seruius. ff. eo. titul. & in l. secūda. §. si pecuniam. ad finem. ff. de donatio. quibus locis scribit, in contractibus innominatis fauore matrimonij non esse locum pœnitentiæ. text. ad hoc insignis in l. si ego. in principio. ff. de iure dotiū. vbi tradita alicui re, vt ea in dotem detur, ipsi tradenti competit tantum condictio ex capite causæ non sequitur, non autem ei datur aliqua actio, cōdictio uero ratione pœnitentiæ: ecce igitur qualiter speciali fauore dotis in contractu innominato excluditur ius pœnitendi etiam re integra. Sequitur itidem apud eundem iuriconsultum ad hanc rem maximè commodus locus, qui probat, mandatum, quod alioqui morte mandantis regulariter expirat. l. mandatum. C. mand. fauore dotis, & sic piæ causæ, etiam post obitum mandantis vim habet: nec ab hærede reuocari poterit: licuti hoc piæ causæ priuilegium ex eo iuriconsulti responsio. uerū. sed benignus. colligunt Bal. in capit. primo. qui success. feudi tenea. confir. ad finē. & in l. mandatum. proximè citata. 6. & in capit. cum uenisset. in. 2. de testibus. Bald. Nouel. de dote. 6. parte. priuileg. 52. & seq. Hipp. si. g. 44. Fel. in cap. relatum. colum. secunda. de offic. delegat. qui & ad idem adducunt text. egregium in capit. exijt. de verb. signi. in. 6. verb. in eo uerò casu cuius meminere. Bald. in authēt. si qua mulier. C. de sacros. eccles. col. penul. Roma. cons. 119. Alexan. colum. 2. Aret. in l. fundi venditor. ff. de acquirē. poss. idem tenet Roma. in l. 1. num. 19. ff. solu. matri. & in auth. similiter. C. ad l. falci. nume. 34. specialis piæ causæ in cōtractibus. 17. ex quibus hæc opinio magis communis apparet: & tamen licet uera omninò sit, non cogit præcisè quenquam, vt fateatur: in contractibus innominatis fauore piæ causæ pœnitentiam admittendam non esse: siquidem quanuis morte mandantis mandatum ad pias causas non expiret: nec possit ab hærede reuocari: non ex hoc sequitur ipsum mandatorum, dum uixerit, mandatum id reuocare non posse: imo id ei licere fatentur omnes planè, cum ea sit mandati ppria natura, & conditio, vt libere reuocari à mandatore possit. unde etiam si post mortem mandatoris mandatum durare censeamus: non probatur ex hoc necessariò, ab hærede reuocari id mandatum non posse: nam mandatum quod adhuc durat, reuocari potest: sicuti manifestum est: nisi à lege reuocatio fuerit prohibita: qua ratione, quia prædicti Doctores, existimant reuocationem mandatori permissam esse, etiam si mandatum factum fuerit ad pias causas. l. hoc

iure. §. si quis dederit. ff. de dona. & in l. 3. ff. de seruis export. & l. 1. C. si mancip. ita fuer. ali. vt manumittatur. l. si pecuniam. §. 1. ff. de condict. caus. dat. vbi Alex. num. 15. scribit hoc ita certum esse, vt à nemine sana mentis negari queat. iidem uerò Doctores hanc reuocationem hæredi mandatoris uetitam esse opinantur. expendendum erit num in dist. l. si ego. probetur præmissa conclusio. Et profectò ibi non probari, manifestè constabit, si iuriconsulti decisionem penitus pensite mus: eius hæc sunt uerba. Si res alicui, id est, futuro marito, vt Accursius exponit, tradidero, vt nuptiis sequutis dotis efficiantur, & ante nuptias decessero: an sequutis nuptiis dotis esse incipiant: & uereor, ne non possint in dominio eius effici, cui datæ sunt: & quia post mortem incipiat dominium discedere ab eo, qui dedit, & quia pendet donatio in diē nuptiarum: & cum conditio nuptiarum sequitur, iam hæredis dominiū est, à quo discedere nō posse rerū dominiū inuito eo fatendum est: sed benignius est fauore dotium necessitatē imponi hæredi consentire ei, quod defunctus fecit, aut si distulerit, uel absit, etiam nolēte, uel absente eo, dominiū ad maritum ipso iure transferri ne mulier indotata sit. Hactenus iuriconsultus. ad cuius ueram interpretationem libenter quæram: an is, qui dedit rem marito futuro ut sequutis nuptiis dotis fieret, si uiueret, posset pœnitere & donationē reuocare? Si dixeris eam potuisse reuocare: planè probabitur ex eo responsio, in contractibus innominatis licitum esse pœnitere etiā si pium opus contractus hi respiciant: quod à multis negatum est contrariam opinionem probantibus, & præsertim ab his, qui proximam ex eo loco adnotauerunt conclusionem in piæ causæ fauorem. Quòd si responderis à defuncto non potuisse eam dationem reuocari: sicuti nec ab eius hærede: non solum esset colligendum ex iuriconsulto: mandatum fauore piæ causæ morte mandantis non extingui: nec ab hærede reuocari posse: sed præterea mandatum pietatis causa factum, nec ab ipso mandatore re integra reuocari posse: quod nemo doctus admittet: nec iure admittendum: est: iam enim mandatum ea datio non esset: nec mandatum pietatis causa factum leges mandati haberet: sed potius actus cuiusdam perfectissimi inuolabilisq;. Quam ob rem ego censeo in prædicta iuriconsulti quæstione: nec ipsi defuncto licuisse pœnitere integra re, nec potuisse ab eo dationem præmissam reuocari, quod ex uerborum ipsius responsi contextu probatur: & expressim adserunt Fulgosius, & Alexan. in dista. l. si pecuniam. co. 2. idem deduci poterit ex priorum iuriconsulti responsio in dicta. l. si ego. vbi si quis

Variarum Resolutionum

quis dederit rem aliquam mulieri, vt eam proprio nomine in dotem det: vel dederit rem aliquam pro ipsa muliere in dotem ratione matrimonij futuri, matrimonio ipso non sequuto, is qui dedit, habet ad rem petendā conditionem causa data non sequuta: non autem habet ex capite poenitentiae repetitionem. Et si responderis disparem esse rationem secundi responsi à ratione primi: quia in secundo data fuit res, hoc expresso, vt nuptijs sequutis dotis fieret, at in primo data fuit res absq; vlla cōditione: nam & hoc nihil ad rē pertinet, cum cōditio dationi apposta minimè efficiat reuocabilē actū, qui ex ppria vi irreuocabilis est: licet quo ad dominij translationē aliquid cōditionis adiectio possit operari, quam admodum notatur in. l. 2. §. si pecuniam. ff. de donatio. sic etenim nec reliqui contractus apposta conditione celebrati reuocari poterunt, etiam conditione pendente, quod probatissimi iuris est. Quod si verum est defunctum in specie predicti. §. si res. non potuisse poenitere: nihil mirum erit nec hæredi poenitentiam præmissam esse, vnde non probabitur ibidem dotis fauore hæredem minimè posse reuocare mandatum à defuncto prælitum: sed erit is contractus, cuius Iurisconsultus meminit in dicta. l. si ego. nominatus: nempe datio ex causa dotis: & sic donatio, seu dotis constitutio. Erigitur specialis dotis fauor, qui causam dederit in dicto. §. si res. benignæ interpretationis: quod vbi traditur aliqua res alteri sub conditione ipsi titulo apposta, resq; ipsa, species est, non pecunia: non censetur dominium translatum, donec verè conditio euenerit. notat optimè Barto. in. l. sub conditione. ad finem. ff. de solut. per textum. ibi & in. l. qui absentis. §. 1. ff. de acquir. poss. & in. l. secunda. §. si pecuniam. proximè citata, ex quibus dicta distinctio ac resolutio communiter colligitur. qua ratione mortuo tradente rem ipsam ante conditionis diem: & ea eueniente eo tempore, quo dominium rei est penes hæredem: non potest ab eo inuito auferri dominium: nec præcisè cogi ad eius traditionem, iuxta not. in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verbo. obligatio. statuitur ergo. in dict. §. si res. præcisè cogendum esse hæredem rem ipsam tradere, & consentire traditioni factæ per defunctū: imo si hæres hoc facere distulerit, vel absens fuerit, ceter Iurisconsultus dominium rei ipso iure trāfferri in ipsum, cui à defuncto tradita res fuit ex causa dotis sub conditione futurarum nuptiarū. vtrunq; sanè fit dotis fauore, atq; ita ratio illius. l. si ego. in princip. & in. §. si res. est omnino consideranda. Ex quibus planum est in eo responsio non probari, quod præfati Doct. de reuocatione

mandati fauore piæ causæ adnotauerūt. Non obstat celebris text. in dicto cap. exijt. vers. in eo ve ro casu. nō. eiuin ibi quidquam tractatur de mandato: sed agitur de datione alicuius pecuniæ, vel rei alterius ad vtilitatem, & elemosynam monachorum mēdicantium diui Francisci: qui incapaces omninò sunt temporalium bonorum: & ea ratione statutum est à Romano Pontifice, vt ea pecunia deponatur penes aliquē, qui eā ad vtilitatem destinatam expendat, & cum alioqui, ni monachi sancti Francisci incapaces essent, ea datio irreuocabilis esset, conceditur libera ipsi danti facultas reuocandi præmissam donationē interim dū nondum expensa fuerit in destinatam ab eo causam, hoc verò reuocandi ius hæredi negatur, sicuti etiam fit in quæstione, quam ex Barto. tractamus.

¶ His equidem omnibus animaduersis colligitur in contractibus innominatis etiam ad pium opus celebratis licitam esse poenitentiam: quod expressim notant Roma. in dict. authen. similiter. 18. priuilegio. idem in. l. si pecuniam. num. 11. optimus text. in eadem. l. si pecuniam. §. 1. & in. l. 3. §. 1. ff. de condit. caus. dat. vbi Ias. colum. 1. idem tenet Romanum sequutus: sic & Soci. Romanum sequitur in dicto. §. Flavius. numer. 15. quo in loco ipse, & Aret. colum. vlti. palam adserunt Barto. opinionem in eodem. §. Flavius. etiam procedere, quando conditio, aut modus donationi esset appositus in fauorem piæ causæ. & idem manifestè probatur ex Barto. cui magis communiter Doct. accedunt: nam is in ecclesia quæstionem ipsam, & eius decisionem proposuit: tamen si Alex. ibi. nu. 8. videatur contrarium admittere.

¶ Septimò in eadem quæstione Barto. fatetur minime licitum esse hæredi donatoris ab ea conditio-
17 ne discedere: nec eum modum in fauorem tertij donationi appositum hæredem reuocare posse: quauis defuncto fuerit reuocatio permessa. quod probatur ex. l. tertja. ff. de seruis export. & l. 1. C. si manc. ita fuerit alienat. & l. 3. ff. qui sine manu. mis. quibus authoritatibus freti Bartolum in hoc sequuntur, Alexan. nume. 9. Soci. nu. 19. Areti. colum. pen. Ias. nume. 24. in dict. §. Flavius. hoc ipsum probant omnes, qui Bartoli opinionem sequuntur, quorum superius mentionem fecimus, atq; esse hanc opinionem cōmunè fatentur eam sequuti. Soci. dict. nume. 19. & ex ea de pactis. numer. 174. quanuis contrarium tenuerint Bald. in l. cum à focero. nume. 7. C. de iure doti. & Roma. in dict. l. si pecuniam. nu. 23. nec mirum cuiquam videri debet, non licere hæredi discedere à contractu, à quo posset liberè defunctus resilire: cum in hac quæstione cōtractus hic innominatus ma-
ximè

Simè accedat nominato contractui, & ei mixtus fuerit, ab eoque deducatur.

Octauo ex præmissis animaduerti poterit, num vera sit Bald. Ange. Imol. Pauli, Alex. & aliorum adnotatio ex. l. in insulam. §. vlt. ff. solut. mat. vbi scribunt pacta & cōuenta inter duos pace, hac lege, vt qui eam violauerit, ipso iure mille aureorū poena plectatur: & ea vel fisco, vel ecclesiæ applicetur: rupta deinde pace, minimè posse pacificentes eam poenam sibi inuicem remittere, in præiudicium fisci, vel ecclesiæ: quod in dicto. §. vlt. nequaquam probatur, & tamen erit intelligendum iuxta ea quæ hoc ipso capite superius diximus, sicuti sentire videtur Bart. in. l. i. in principio. nu. 13. ff. de iure fisci, nisi velit quis indistinctè Bald. & aliorum sententiam probare ex eo, quod poena ista apposta sit in pacis, & concordie fauorè, & ideo nec remitti posse in præiudicium alterius: nè hæc facilitas remissionis ansam discordie, ac simultatibus præbeat. Seclusis igitur his interpretationibus, quas ad Bartoli decisionem adduximus: in hac dubia quæstione parùm difficultatis res ipsa habere videtur, & ideo huic disputationi finem facimus.

Ex capite sequenti.

- 1 *Fructus pendentes qualiter pars ipsius rei esse dicantur?*
- 2 *Periculum, & commodum rei venditæ post perfectam venditionem ad emptorem pertinent.*
- 3 *Pensiones rei venditæ, an pertineant ad emptorem, quando tempore venditionis nõdum dies solutionis cesserit?*
- 4 *Intellectus. l. vlt. §. vlti. ff. de iure fisci.*
- 5 *Emptor tenetur stare colono fisci venditoris.*
- 6 *Venditare ex pacto de reuendendo, fructus pendentes pro rata sunt diuidendi.*
- 7 *Intellect. l. 2. C. de pact. int. empt.*
- 8 *Intellect. Regiarum constitutionum, quæ de re tractu iure sanguinis promisso, tractant.*
- 9 *Quæ consuetæ sunt exprimi an censentur expressa, si omissa fuerint?*
- 10 *Annuarum reddituum redemptio fieri debet non tantum soluto pretio, sed & redibus decursis pro rata temporis.*
- 11 *Interpretatio constitutionis Regiæ, quæ de censibus a Carolo Cesare condita fuit.*

- 12 *Qualiter fructus beneficii ecclesiastici diuidantur inter defuncti heredes, & successorem.*
- 13 *Pensio ecclesiastica pensionario defuncto pro rata temporis debetur, etiam si dies solutionis nondum cesserit.*
- 14 *Fructus maioratus, seu primogenij, eius anni, quo possessor mortem obicit, an pro rata temporis pertineant ad eius heredes, licet nondum percepti fuerint?*

De fructibus rei venditæ, an ad emptorem pertineant.

Caput. XV.



SI fructibus iam maturis ager distractus sit, fructus ad emptorem pertinere: nisi aliud conuenit, exploratum est, vt scribit iuriconsultus in. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de actio. empti. l. qui fundum. §. cum fundum. l. cum manu. ff. de contr. emp. tex. optimus in. l. vlti. & non solum. ff. quæ in fraud. cred. Regia. l. ii. titu. 15. part. 5. & hoc probatur ex eo, quod fructus pendentes fundi pars esse videntur. l. fructus. ff. de rei. vindicat. igitur re vendita fructibus iam pendētibus, ipsi fructus ad emptorem spectant. nec tamen intelligas, vt hoc ipsum obiter explicemus. fructus pendentes esse fundi partem quotitatiuam, vt aiunt, nec numeralem: quod manifestum est: nec item partem integram absolute: fundus enim integer dicitur etiam si fructus pendentes non habeat. nec item intelligas fructus pendentes partem esse fundi prædicamentalem, aut subiectiuam: cum fructus etiam pendentes non contineantur sub fundo, vt species sub genere, nec vt pars sub toto vniuersali, nec de fundo prædicantur, vt de genere: sunt autem fructus pendentes fundi pars integralis respectiua, vel hypothetica ex hypothesi, & sic ex suppositione, vel suppositiua, habito respectu ad ipsius fundi statum præsentem, quo fructus pendentes sunt. ita enim animaduertendum censeo ex his, quæ de partibus tractauere Bar. Ange. & alij in. l. qui vsum fructum. col. 2. ff. de verb. obligat. idem Bart. in. l. re coniuñcti. num. 10. ff. de leg. 3. Dec. & nouiorum in. l. in toto. ff. de regu. iuris. Euerardus: Cantiancula: Cammarus in l. opicis. cap. de toto & partibus. Rodolphus Agricola de inuentione libro primo. capitu. 9. Titelmanus in. Dialectica. libro

Variarum Resolutionum

libro quinto. capit. 7. Ludoui. Lusit. in. l. prima. ff. de rebus dub. Bartholo. Philippus itidem Lusitanus in. c. scindite corda vestra. de pœnit. dist. 1. 5. & 6. relectionis partibus. Sed cum hic locus minimè exigat latiore dict. l. fructus. interpretatione, præter alios ad eius cognitione legendi sunt Alb. 2. par. stat. q. 226. Ludo. Rom. col. 309. And. Tiraq. libr. 1. de retract. §. 1. gl. 7. nu. 36. Est & alia maxime cõueniens rō ad primā huius. c. conclusionē, q̄ post perfectā venditionē, periculū & cõmodū rei venditæ ad emptorē pertineat, etiā nondū facta ipsius rei traditione, nec soluto pretio. tex. in. l. 1. C. de peri. & com. rei vend. §. 1. Inst. de cõtra. empt. §. cum autē. eo. tit. Regia. l. 23. tit. 5. part. 5. tradunt Paul. Castr. in. l. sicut periculū. C. de actionib. empt. Ange. Paul. & Saly. in dict. l. 1. & l. 2. C. de pericul. & com. rei venditæ. Deci. cõsi. 179. Hippo. singul. 614. Paul. Paris. cons. 59. 64. & 65. vol. 1. idem Deci. cons. 500. Albert. Brunus in tract. de augmento, & diminut. cõclus. 16. ex quo infertur, fructus pendentes tempore perfectæ c. consensu venditionis etiam nondum re tradita, nec soluto pretio ad emptorem pertinere. l. Iulianus. §. si quid seruo. ff. de actio. emp. l. post perfectā. C. eo. tit. quod vero dixi, nō soluto pretio: est intelligendū etiā non habita fide pretij: alioqui in præceptis à venditore post contractum, nec tñ eo tēpore pendentes, secus erit dicendū ex his quæ alibi tractauimus ad intellectu. l. curauit. C. de actio. emp. Deducitur etiā, ad venditorē nullam fructuum partē spectare, p̄ ea parte anni: qua rē venditam ante venditionem, vt dominus illius habuit, & possedit: vnde integri illius anni fructus post perfectā venditionē collecti ad emptorē pertinent, non ad venditorē, nec p̄ rata, quæ admodū vulgo dicimus tēporis, fructus sunt diuidendi inter emptorē, & venditorē: quod differt ab his, quæ traduntur in. l. diuortio. ff. solu. mati.

¶ His accedit tex. optimus in. l. si usufructuarius. ff. qu. mod. vsufr. ami. l. in singulos. ff. de annuis lega. vbi mortuo vsufructuario, & re ipsa ad proprietarium iam reuersa, fructus etiam maturi tēpore mortis, & proximi collectioni integrè pertinent ad rei dominum directum. Sic & fructus ex fundo percepti post acquisitum ex causa fideicommissi dominium ad fideicommissarium omninò spectant, licet maior pars anni diem fideicommissi præcesserit. l. Herenius in. l. 1. ff. de vsur. & hæc de fructibus.

¶ De pensionibus subdit iuriconsultus in dicto. §. si fructibus. Sin is ager locatus fait, pensiones vtq; ei cedent, qui locauerat. Quasi velit Vlpianus aliud esse in fructibus perceptis ex agro vendito post venditionem perfectam, aliud in pensioni-

bus ex ipsa re vendita post venditionem cedenti bus ex locatione ante venditionē celebrata, vt in hoc posteriori casu pensiones ad venditorē pertineant. id verò Accursius ita intelligit, vt hæ pensiones cedant veditori ad hunc effectū, vt eas emptori restituat, vel actiones pro his sibi cõpetentes emptori cedat ad eas quidē p̄siones, quæ respiciunt tēpus elapsū à die perfectæ venditionis & sic pro rata tēporis annalis. idē ibi notant Bar. & Alberi. & sanè in hoc videntur oēs conuenire, quod etiā si pensiones debeantur emptori, eique sint iure optimo restituendæ, actio tamen personalis ei nequaquā cõpetit ad eas exigendas à colonis vel inquilinis: qua ratione, vel venditor cedit emptori actiones cõtra colonos, vel veditor ager ad pensiones: & eas semel exactas emptori reddere tenebitur omninò.

Sed hoc supposito ad veram huius quæstionis definitionem considerandū est, pensiones, quæ ex re vendita, prius quidē locata, debentur: ad eū pertinere, nempe emptorem, aut venditorē, ad quem fructus pro quibus soluedæ sunt, iure & ratione spectant: siue de integra pensione, siue de eius parte pro rata temporis tractemus, ita quidē vt in distributione pensionū consideremus tempus, quo percipiuntur fructus, quorū ratione p̄siones soluūtur. tex. in signis in. l. defuncta. & ibi Alber. ff. de vsufructu. Paul. Castr. & Sali. in dict. §. si fructibus. idem Salice. in. l. fructus. nu. 3. post Bald. ibi num. 4. C. de actio. empti. Pau. Castren. cons. 214. lib. 2. Ancha. cons. 199. incipientis subtiliter. Areti. cons. 160. vers. circa quintū. idem Areti. in. l. diuortio. in princ. col. vl. ff. solu. mat. Alexā. cons. 28. lib. 1. nu. 2. & cons. 82. lib. 2. nu. 16. Ias. cõsi. 231. lib. 2. Carolus Moli. in consue. Paris. §. 1. glo. 8. nume. 11. sensere hoc gloss. Barto. & Alberi. in dicto. §. si fructibus. Bartol. in. l. vlti. §. vltimo. ff. de iure fisci. ex quibus apparet quid dicendum sit quando venditur fundus, ex quo certo anni tempore fructus percipiuntur: vt puta mensium, aut vindemiæ: & tamen is locatus fuerat ante venditionem ad certam annuam pensionē statuta die soluendam, sitq; venditio ante mensium, & vindemiæ tempus, & ante diem solutionis pensionis, hoc etenim casu pensio ad emptorem spectet integrè, ac venditor cedere tenetur ei actionem, vel si pensionem exegerit, eam restituet emptori. hoc idem dicendum erit in venditione huius fundi, quæ facta fuerit post diem soluendæ pensionis, aut post exactam à venditore pensionem, prius tamen, quam fructus colligantur: nam & tenebitur venditor restituere prædictam pensionem emptori, aut ei actionem cedere. Sic etiam domo vendita, cum ea locata esset pro annua pensione:

pensione: siue venditio præcesserit diem soluendæ pensionis, siue eam fuerit subsequuta, pro rata temporis pensio ad emptorem pertinebit: siquidem pensio in prædio vrbano soluitur pro fructibus, qui quotidie percipiuntur: scilicet, pro eius vsu, & habitatione. Item ex hoc sequitur, vendito fundo post fructus ipsius perceptos, & tamen ante diem pensionis soluendæ pro qua locatus fuerat à venditore, eam pensionem commo- & vtilitati venditoris integrè cedere: quod prædicti Docto. communiter adnotarunt. tamen si Dinus, & Alberi. in dict. l. vltima. §. vltimo. Roma. consi. 10. Angel. in l. diuortio. in princ. colum. 3. ff. solut. matrim. per text. in dicto. §. vltimo. contrarium iure verius esse responderint. Et profectò satis vrget pro Dini sententia text. in dicto §. vlti. in hæc verba. Triphonio suggerete quid
 4 putarem de fructibus aridis, qui ante percepti in prædijs fuissent: respondi, si nõdum dies pensionis venisset, cum addicta sunt, eos quoq; emptorem accepturū. Hactenus Iurisconsultus, ex quo videtur, tempus, ac diem soluendæ pensionis potius considerandum esse, quam id tempus, quo fructus percipiuntur. vnde opinio Dini satis probata à quibusdam censetur. Sed respondet Bart. in dicto. §. vltimo. esse illud speciale in re vendita à fisco: emptor enim percipit pensionem cedentem post ipsam venditionem, etiam si ea soluitur pro fructibus ante emptionem perceptis, nã & hoc emptori priuilegium datur in compensationem damni: quod patitur ex eo quòd cogitur stare colono fisci. Barto. in dicto. §. vltimo. Alberi. & Fulgo. in dicta. l. defuncta. idem Fulgo. in dicto. §. si fructibus. pulchrè Matthæ. Afflict. in capit. primo. §. his consequenter. num. 15. hic finitur lex. expeditum siquidẽ est, ementem à fisco non posse expellere colonum fisci: nõ is colonus aduersus fisco agat. text. in dicta. l. vlti. in princ. Barto. & alij in eiusdem. l. §. vltimo. Barto. in l. cognouimus. C. de municip. & colo. Bald. & alij in l. si filiofamilias. §. si vir in quinquennium. Iac. in dicta. l. diuortio. in princip. nume. 36. ff. solut. matrim. quo fit, vt inter priuatos facta venditione, & perfecta ea lege, vt emptor non possit expellere colonos: aut inquilinos: locus non sit Iurisconsulti responsio in dicto. §. vltimo. cum id contingat ex spontanea pactione non ex necessitate legis à republica statutz, licet hac pactione præmissa nihilominus emptor quanuis expellere colonos minimè possit, ab eis tamen mercedem, ac pensiones exigere poterit. textus optimus in l. si mercedem. §. vltimo. ff. de actionibus empt. vbi hoc animaduertunt Doctor. & Romanus singula. 27. vides igitur, Lector optime, qua

ratione Bartol. & alij intellexerint text. in dicto §. vltimo. rectius quidem quàm Salicet. in dict. l. fructus. qui existimat ideo pensionem cedentem post venditionem rei locatz ad emptorem integrè pertinere in specie dicto. §. vltimo. quod fructus, pro quibus soluenda erat, fuerint pendentes tempore venditionis: id enim falsum est; cum ex eodem responso appareat, ante venditionem fructus aridos, de quibus dubitatur, perceptos iã fuisse. Quin & illud est considerandum in proposito per Iurisconsultum quæstione: duplicem fructum quolibet anno ex eo fundo percipi: aridorum inquam, & liquidorum: atque venditionem contigisse post collectos aridos fructus, prius tamen, quàm liquidi perciperentur, & sic ante vindemiam, & ante diem soluendæ pro vtriusq; fructibus pensionis: vnde in hac specie erit seruanda Iurisconsulti responsio erga ementem à fisco: neq; absolutè adsumenda est Barto. interpretatio. hoc ipsum coadiuuatur autoritate Dyni, qui eum locū ita intellexit, vt in fundo, ex quo anno quolibet duplex fructus perciperetur quæstionẽ conciperet, ac venditionem proponeret: & fingeret post perceptionem priorum, & antequàm posteriores colligerentur. inde fit: vt non temerè Iurisconsultus in initio illius capituli, dum proponit dubium, consideret venditionem perfectam fuisse ante vindemiam: quasi velit, ea perfecta post vindemiã, omnesq; illius anni fructus collectos: etiam nondum cedente die pensionis soluendæ: ad venditorem: non ad emptorẽ pensionem pertinere, nec enim iam ageretur de patietia emptoris, vt colono stare: cum ea perceptis fructibus necessaria non sit: in quo cogitandum censeo. Nam & pro hac consideratione perpendi poterit pulcher tex. in l. si fundus. §. vlt. ff. solut. mat. in hæc verba. Quod in sementem erogatur, si non respõderint menses, ex vindemia deducetur, quã totius anni vnus fructus est.

¶ Nec mihi placet, quod in hac rescribit Fulgosi. in dict. §. si fructibus. dicens emptorẽ, qui colonum expellere potest: nullam pensionũ partem, nec pro rata quidẽ consequi posse ab ipso etiam venditore, nec actionis celsionẽ, cum sibi sit satis consultum expellẽdo colonũ, iniquũ enim est hoc, nam emptor colonum non expellens negotium venditoris vtiliter gerit: vt satis constat.

¶ Ceterum tractari solet hoc in loco pulchra quæstio: nunquid præmissa pacto de retro vèdendo ad certum diem, vel quoties pretium à priori venditore oblatũ fuerit: sit nõ seruanda decisio Iurisconsulti in, d. §. si fructibus. vt iuxta eam, eiusque
 6 interpretationes, fructus rei venditæ pertineant ad priorem venditorem, postquàm is solenniter,

Variarum Resolutionum

& opportunè pretiū rei obtulerit. & videtur, eandem considerationem hic locum habere, ex. l. 2. & l. cum te fundum. C. de pact. int. empt. & vendi. vbi probatur, fructus rei venditæ ad venditorē primū pertinere ex die moræ commissæ ab emptore nolite fernare pactum retrō vendēdi. & idem frequentissimè Doct. admonent in. d. l. 2. & in. l. qui Romæ. in princ. ff. de verb. obli. Tiraq. lib. 2. de retract. §. 5. glo. 2. sicuti ab eisdē probatur, fructus rei venditæ cum pacto reuēdendi, perceptos tamen ante moram, emptoris effici, ad ipsūq; pertinere, idem glo. vbi Card. & Imol. in cap. illo vos. de pignori. quorum opinio cōmunis est, igitur vel erunt hi fructus emptoris, vel venditoris: integri quidem absq; vlla diuisione: emptoris sanè, qui percepti fuerunt ante diem reuenditionis: venditoris autem, qui eo die pēdentes in fundo fuerint: atq; ita in hac specie animaduertunt Alex. in dict. l. qui Romæ. in princip. num. 10. & Bald. conf. 389. lib. 4. Chassanæ. in consuet. Burg. rub. 5. §. 1. nume. 26. Contrariam sententiam: in d. hōste fructus pendentes pro temporis rata diuidendos esse inter venditorē & emptorē: expressim adserunt Raphael Comensis in. l. vltim. ff. de iure fisci. idem in dicta. l. qui Romæ. in princip. & vbi Soci. nume. 20. Iason. nume. 37. Hierony. Cagnol. in. l. 2. nume. 76. C. de pact. inter empto. & vendit. Andre. Tiraq. lib. 2. de retract. §. 5. glo. 4. nume. 4. quorū opinio celeberrima est, & ad praxin omninō memoriæ commendanda: cui suffragatur, quod in dict. l. qui Romæ. Barto. scribit in principio dicens, quod si actū sit inter debitorem & creditorem, vt fructus pignoris creditor percipiat loco vsurarū, & pignus debitor solutione liberet ea parte anni, qua fructus ex pignore nondum fuerint percepti: nihilominus sit diuisio fructuū eius anni pro rata tēporis inter debitorem, & creditorem: quam opinionem magis cōmuniter alii in ea. l. qui Romæ. post Barto. approbant. Sed hæc ratio mihi non satisfacit: cū in hac quæstione, quam Bartolus, & alii tractant, fructus loco vsurarum ex pacto ad credito rem pertineant, vsuræ verō cessationem solutio nis sortis respiciant. l. lecta. vñ. sed cū sortis. ff. si cert. pet. ideo mirum non est, fructus pro rata diuidendos esse, cū & vsuræ, quarum loco recipiuntur, vsque ad diem solutionis veræ, pro temporis rata debeantur. Adducitur præterea pro Cumani sententia, quod idem Barto. cui plerique accedunt, scripsit in dicta. l. diuortio. numero. 10. ad finem, vbi soluto matrimonio, fundi dotalis fructus eius anni pro rata temporis diuidi inter virum, & vxorem ex dicta. l. diuortio. ea ratione censet, quod restitutio fundi dotalis à ma-

rito vxori fiat ex necessitate, nō ex voluntate sicuti fit in venditione: & ob id diuersum ius censeri in his duabus traditionibus, quatenus ad fructus pendentes attineat. Sed & ista ratio sufficiens non est: nam licet reuenditio fiat ex necessitate pacti præcedentis, tamen non ex hoc sequitur fructus pendentes pro rata temporis diuidendos esse inter emptorē, & venditorē, alioqui sequeretur idem dicendum fore, si venditor rei dominus vendere rem cogatur, vel ex testatoris, cuius hæres est, mandato, vel ex promissione ab eodem emissa de vendendo emptori: quoties emptor emere voluerit: quibus sanè casibus non opinor excludi iurisconsulti sententiam in dict. §. si fructibus. licet traditio fiat necessitate cogente. Nec est penitus efficax ratio Bar. ad. l. diuortio. ea siquidē decisio alia ratione procedit: nempe pro oneribus matrimoni, quæ maritus pro temporis rata sustinuit: & ideo fructus dotis, qui ad idem subsidium spectant, pro rata eiusdem temporis ad maritum pertinebunt. Adhuc in cōprobationem eius, quod Cumani adnotauit, æquissima ratio perpendi potest ex eō, quod venditor primus pretio sibi dato ab emptore vtitur, eiusque commoda percipit, nec id offerre, aut deponere curat, donec videt fructuum pendentium collectionem instare: vtiturque ea cautela, vt eodem anno, & commodo pecunie, & fructibus rei venditæ fruatur: quod vergit in maximum præiudicium emptoris, qui ex ea pecunia, vel aliam rem fructiferam, vel lucrum aliquod honestum percipere posset. quo fit, vt Cumani opinio ad praxim humanior, æquior, & conducibilior, nec à iure abhorrens appareat. Nec eisdē oberit textus in dicta. l. secunda. quippe qui intelligendus sit pro rata temporis eius anni, quod reuenditio sit: non autem de eiusdē anni integris fructibus, licet & hi tempore reuenditionis, aut consignationis pretij pendentes fuerint. Et quoniam ista hæc sententia quibusdam non admodū iuri consona visa fuit, erit temperanda ita vt locum habeat vbi reuenditio ex pacto fit, certo ab initio constituto pretio: nam si ea fieri ex pacto debet in certo pretio cū id in reuenditionis contractu fructibus iam pendentes in conuentionem deducatur, censendum erit & eo pretio rem ac pendentes fructus venire: sic idem Cumani, Soc. & Tiraq. existimant rem istam definiendam esse. Secundo diligenter animaduersa ea ratione quam pro Cumano adduximus, videtur eius decisionem minimè esse recipiendam, vbi tempore venditionis fructus erant iam maturi, & pendentes, ac breui post venditionem eos emptor percipit: nam si postea cū reuenditio fieri debet aut sit

aut sit fructus itidem sint maturi, pendentes aut propediem colligendi: iisdem integrè ad venditorem pertinebunt: nec pro rata veniunt inter eum & emptorem diuidendi, quod æquitate maxima suadetur, & ob eam ab opinione Cumani hoc in casu recedendum censeo: tametsi Tiraq. dict. gl. 4. nume. 9. coactus Gallorū consuetudine etiam in hac specie admittat Cumani responsum.

Sed ex Cumani sententia infertur ad id, quod frequenter accidere potest: si quis rem aliquam ad vitam emerit, & is moriatur fructibus pendentes: nam hi fructus pro temporis rata ad defuncti hæredes pertinebunt: quemadmodum in dicta. l. qui Romæ. numero. 21. Socinus existimat.

Secundò deducitur intellectus ad Regias constitutiones, nempe. l. 13. titu. 10. lib. 3. Fori. l. 6. titu. 7. libr. 5. ord. l. 70. Tauri. ex quibus proximior cō sanguineus potest intra nouem dies à die venditionis facta pretij cōsignatione retrahere rem patrimoniale, autam ve, nam si tempore retractus fuerint pendentes fructus, hi pro rata pertinebunt ad primum emptorē: pro rata, in quam temporis, quo dominium ipsius rei primus emptor habuerit. Est tamen dubium non inelegans circa easdem regias constitutiones, à quonam die fructus rei venditæ pertineant ad proximiorē retrahentem, cui non fit traditio ex retractus petitione eo die, quo pretium offert, & consignat: sed multò post, & forsan lite mota, ac per sententiam definita. quidam etenim censent fructus ad retrahentem spectare à die litis contestationis super retractu: & hi sunt Alberi. prima parte. statut. quæst. 97. Guido Papæ decisione. 257. ex. l. videamus. §. si actione. ff. de vsur. Boerius titulo de retract. in cōsuetudine Bituricensi. §. quarto. columna tertia. Faber in. §. actionum. colum. 2. de actio. Ioan. Igneus in. l. dudum. C. de contra hend. empt. nume. 50. & sequenti. Tiraq. lib. 1. de retract. §. is gloss. 2. nume. 4. quorum opinio procedit, vbi fructus petuntur, vt fructus: nam si petatur, vt interesse, à tempore moræ debentur, & restituendi sunt secundum eundem Fabrum. & Boerius. mora autem contrahitur ex die oblationis & consignationis pretij. text. in. l. 2. C. de pact. inter empr. l. acceptam. C. de vsur. l. ob signatiōe. C. de solut. l. si mora. ff. solut. matr. l. magnam. C. de cō stipuiat. quod expressim in hoc dubio adnotauit Ioan. Igneus. in dict. l. dudum. num. 49.

Tertiò ab eadem Cumani cōsideratione oportet definire quæstionem in praxi frequentissimā quoties reditus annui, qui census vulgò dicuntur cum pacto redimendi emuntur: si quidem cōtingit eos redimi tempore, quo nōdum dies solutio

nis cessit, & ambigitur an pro rata temporis emptori debeantur: vidi profectò semel aduocatum quendam in controuersa lite apud Regium Granatense tribunal maximo conatu contendere, pro temporis rata censum emptori deberi, ex eo, quod consuetum sit in his contractibus eam legem apponi & expressim caueri, vt si redituum fiat redemptio, census pro rata eius anni soluantur: & ob id etiam hac clausula nō expressa idem esse dicendum, ac si expressa fuisset: cum consuetudine adiici conuentionibus, apposita & expressa censeantur. l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de ædilit. edict. l. vlti. C. de fideiuss. c. quod translationem. de offic. lega. capitu. cum. M. de constit. vbi hoc ipsum animaduertunt Abb. Bald. Imol. Felin. & alij communiter. Felin. in capit. ex literis. colū. 5. de fide instrumen. lason post alios in. l. certi conditio. §. si nummos. ff. si cer. peta. numer. 24. Socin. conf. 101. volumi. 3. & Euerard. in Topicis capitu. 63. verum isthæc allegatio parum firmitatis habet: quippe quæ nec conueniens sit nec iure probetur, cum ex inspectione instrumēti, & scripturæ appareat à contrahentibus eam conditionem expressam non fuisse. l. quæcunque. §. vltimo. ff. de publi. nec enim facta præsumēda sunt. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. nam & textus, qui passim à Doctōribus allegantur non probant in specie eorum adnotationem: & præsertim in dicto capitu. cum. M. tantum probatur ea, quæ necessariò sunt exprimenda, & ex natura actus sub intelliguntur, expressa censeari licet ommissa fuerint. Sic ea, quæ sunt naturalia contractus expressa censentur. dicto. §. qui assidua. iuncta. l. emptori duplam. ff. de euidtio. l. ex empto. ff. de actionib. empt. Deinde ambigua dispositio est intelligenda iuxta id, quod consuevit fieri dicto capi. quod translationem. l. vt liberis. C. de collationibus. l. si prius. §. primo. ff. de aqua pluuiæ. arcend. Similiter quæ in pactum deduci solent, à legibus probata censentur. dicta. l. vltim. C. de fideiussorib. nec tamen ex his probatur: reliquas conditiones, legesve, à contrahentibus ommissas, expressas debere censeari, tametsi consuetum sit eas instrumentis, eorumque conuentionibus apponi. vnde præmissa allegatio non omninò recipienda est: quauis plures iuris vtriusque interpretes eam probauerint: quibus adde Hippol. singula. 123. Felin. in capitul. primo. numero. 10. vt lite non contesta. Alexand. in lege. Gallus. §. idem credendum. colum. vltima. Socin. ibi & in confi. 85. libr. primo. nume. quinto. Rochum. de consue. Fol. paruo. 6. columna. 2.

Ad quæstionem igitur respondendum erit etiā ea lege contractus non expressa, censum deberi

Variarum Resolutionum.

10 emptori pro rata illius anni, quo redemptio fit: cum ob rationem Cumani tum ob id, quod scribit Bald. in capit. cum. M. de cōstit. colum. 2. ver. nota, quod nomine. dicens, pensiones redditusve pecuniarios, qui non debentur pro fructibus, diuidendos esse inter emptorem, & venditorem habita ratione temporis: sic ergo redditus annui, qui debentur non ratione fructuum, sed pretij, quo empti fuerunt, diuidendi sunt pro rata temporis inter emptorem, & venditorem: etiam si venditio horum reddituum non fiat ex pacto reuendendi: sicuti ex prædicta decisione Baldi colligitur euidenter: sed & in specie, vbi hæc reuenditio fit ex pacto redimendi: hoc notant Hieronym. Cagnol. in l. secunda. C. de pactis inter empt. & vendit. numero. 77. & Tiraquellus libr. secundo. de retract. §. quinto. gloss. 3. Licet Guido Papæ quæstio. 27. scripserit consuetudine obseruari, vt redimens censum liberetur à solutione integra proximi termini. Nec mihi placet, quod ipsemet Guido opinatur, nempe redimentem censum ante tempus constitutum eius solutioni, debere omninò soluere eius anni censum integrum ex. l. qui Romæ. in princip. ff. de verbo. obligatio. à qua deduci solet, accipientem mutuum sub vsuris cum pacto, vt vsque ad biennium sortem non possit soluere, non posse prius soluere: & si soluere voluerit, teneatur ad integras eius biennij vsuras. gloss. Alberic. Bartol. & Doctor. communiter in dicta l. qui Romæ. in principio. nam præter id, quod isthæc Doctorum frequentissima ad dict. l. qui Romæ. interpretatio maximam duritiam habet, nec iure manifestò probari potest: imò falsam eam esse censet Carolus Molin. in tracta. de cōtract. quæ. 55. ad propositam à me quæstionem nihil attinet cum in ea liberari habeat venditor facultatem redimendi censum, vt eo pacto apertissimè cōstat idem dicendum erit in eo, qui super alieno fundo annuos redditus emerit cum pacto redimendi: solvendos tamen in frumento, vino, oleo, aliave fructuum specie. nam cum hi redditus soluendi sint ratione pretij, quo empti fuerint, nō ratione fructuum: pro rata temporis diuidentur inter emptorem, & venditorem. quanuis horum reddituum constitutio lege lata à Carolo Cæsare Hispaniarum Rege prohibita sit: cum redimendi pactum ei cōstitutioni apponitur: vt patet ex comitijs Madritij habitis anno. M. D. tricesimo quarto. l. 27. itidem Toleti anno. M. D. tricesimo nono. l. 10. Sed nihilominus emi poterūt iustè hi redditus ea lege non obstante absque pacto redimendi: perpetui scilicet: imò & constitui poterunt cum pacto redimendi super propria re, quam quis in aliū trāsferret per contractum census, ea lege vt sibi quotā-

nis soluantur tot frumenti mensuræ, redimendi facultate concessa quoties certa pecuniæ quantitas soluta fuerit: in hac mercede specio locus est diuisioni pro rata inter redimentem & accipientem pecuniam pro redemptione, eo tempore quo nondum dies soluendi census, nec colligendorum fructuum cesserit: siquidem hi redditus non soluntur ratione fructuum, nec vt eorum pensio: sed ratione translati dominij in ipsum redimentem. & præterea licet hoc cessaret, congruit Cumani cōsideratio huic opinioni: atque ita semel in hoc Regio prætorio per sententiam definitum fuit in hac, quam vltimo loco proposui, contractus formula.

12 Prius tamen quam ab hoc egrediamur capite non erit alienum expedire quid in pensionibus ecclesiasticis agendum sit: cum pensionarius mortem obierit ante diem solutioni pensioni constitutā: vtrum pro rata temporis eius hæredibus pensio reddenda sit? Cui quæstioni oportet præmittere qualiter fructus beneficiorum ecclesiasticorum eius anni, quo mortuus fuerit, qui beneficium habebat, sint diuidendi: præmissa consuetudine, ex qua redditus ecclesiastici & ex eis acquisita ad hæredes clericorum pertinet: vtrūque hæredes sint, etiam consanguinei, vel extranei: sicuti tradidimus in cap. cum in officijs. de testamen. & quidā partem esse censentes habentem beneficium vsufructuario, opinantur fructus ante obitum collectos ad hæredes defuncti: pendentes verò ad ecclesiam, vel successorē integrè pertinere. l. si vsufructuarius. ff. quib. mod. vsufr. amitt. hoc sane placuit gloss. & ibi Doctor. in capi. si propter. de rescript. & in ca. præfenti. de off. ordi. in. 6. præfatum Domi. & Franco. ibi. gloss. in. l. 1. C. de annosis ciuilib. lib. 11. Hosti. Henri. Card. Imol. & alij in cap. vlti. de pecul. clerico. Corset. in ling. verb. clericus. tradit Matthæ. Afflict. in cap. 1. §. his consequenter. hic finitur lex. probat id optimus text. in pragmat. sanct. tit. de Annatis. §. item quodr. atque ita hanc opinionem fatetur communem esse Alberi. in dict. l. diuortio. nume. 12. & licet gloss. in dict. c. præfenti. exigat fructus esse collectos & in horrea reconditos, vt defuncto debeantur & eius hæreditatis sint. idem gl. in dict. c. si propter. & in. l. si fur. in princ. ff. de vsufruct. & in. l. ex diuerso. in princ. ff. de rei vend. verius tamen est factis esse quod fructus sint à fundo separari licet non fuerint reconditi. Cardi. Imol. & Barb. in dict. ca. vlt. ad finem. Alberi. in dict. num. 12. Domi. in. d. cap. si propter. Franc. in dict. capi. præfenti. Saly. in. l. si pater. C. de vsufr. Flori. in. l. qui scit. §. si alieno. ff. de vsur. quorum opinio communis est secundum Tiraq. in lib. 2. de retract. §. 5. glo. 4. in princ. Sic etiam

Sic etiam si agri pertinentes ad ecclesiasticum beneficium, aut domus, alia ve prædia ad pensionem annuam locata fuerint: mortuo possidente beneficium, pensiones eius anni ad eum pertinebunt iuxta distinctionem. l. defuncta. ff. de usufruc. superius traditam. vers. de pensionibus. vt. in hac specie scribit Ange. cõs. 245. num. 7. vers. sexto. Cui adde Cardi. consil. no. Sed in hac ipsa questione cum apud me compertum satis sit, nõ esse equalem usufructuarium clerico habenti ecclesiasticum beneficium: quemadmodum ostendi in dicto capitulo. cum in officiis. & videam redditus, ac fructus beneficiorum à iure dari sacerdotibus ob ministerium, quod ecclesiis exhibent in earum regimine & cura, aliisve diuinis obsequiis. c. cum secundum. de præb. existimo æquius, & iure verius esse, fructus eius anni, quo mortem clericus obierit indistinctè pro rata temporis ad defuncti hæredes pertinere: quod expressim adserit Alberi. in dict. num. 12. & quanuis Bart. & alij ibidem, & gloss. in prag. sanct. dict. §. item quod. hoc idem asserere tætauerint: nihilominus ausi nõ sunt ab ea sententia, quam comunem esse diximus, discedere. mihi sanè probatissima visa est Alberici opinio: præsertim ex ratione dicta. l. diuortio. Imò eam procedere, constanter arbitror etiam in renunciã re beneficio ecclesiastico: ob eãdem rationem aduersus Alberi. qui in eo casu comunem sententiam veram esse existimat. his quæ diximus accedit non incongrua ratio, quam adsumpsimus à Dominico in. c. prælati. §. porro. supra citato: vbi ex eo text. not. fructus agrorum: & prædiorum ipsius ecclesiastici beneficii, eiusque redditus, constitutos, ac designatos esse à canonibus pro oneribus sustinendis totius anni: donec noui fructus collecti fuerint: atque inter alia ecclesiæ onera cõnumerantur stipendia ipsis ministrantibus debita: quod palam expressum est in dict. §. porro. rationi igitur conueniens est pro rata temporis fructus ecclesiastici beneficii diuidendos esse inter defuncti hæredes & successorem, aut ipsam ecclesiam.

13 Superest tandem ad propositam questionem de pensionibus ecclesiasticis respondere: & in hoc dubio est considerandum pensionem ecclesiasticam usufructui similem esse: cum & ea morte extinguatur sicuti ipse usufructus. hanc enim similitudinem optimo iure procedere existimat Car. in Cle. 1. §. eandem. nume. 4. & ibi Imol. num. 26. de sup. negl. præla. Ioan. Baptista de S. Seuerino in tracta. de pensioni. q. 25. Hierony. Gigas. quæstio. 49. & 52. & 53. ex qua similitudine infertur questionem prædictam esse definiendam iuxta distinctionem text. in dicta. l. defuncta. quemad-

modum placet in specie Alexandro, consil. 15. libr. 2. Ioanni Baptif. dict. quæ. 25. & Giganti de pensionibus. qõ. 53. qui testatur ita à viris iuris vtriusque peritissimis responsum fuisse lite mota apud sedis Apostolicæ iudices. Hinc ergo primò infertur, mortuo pensionario fructibus iam perceptis, ante diem solutioni pensionis constitutam, integrã pensionem eius hæredibus deberi. Secundò post diem pensionis soluendæ: antè quàm fructus super quibus constituta fuerit, colligerentur mortuo pensionario: pensionem eius hæredibus non deberi etiam quæ prædicto diecesserit: imò iam solutam repeti posse. Tertio, fructibus partim collectis ante obitum pensionarij: partim post eius mortem perceptis, pensionem eius hæredibus deberi pro rata fructuum ante obitum perceptorum; hæc deducuntur extraditis per Alex. Ioan. Baptistam & Hieronymum Gigantem. & hoc ipso capite versu. de pensionibus. mihi sanè parum arridet: ista hæc doctorum consideratio: cum pensionarij fructus beneficii non percipiat: eos enim percipit, qui ecclesiæ titulum habet: & adhuc is non est usufructuario similis: possit verò, vt frequentius contingit, certa pecuniæ non fructuum, quantitas est à possessore beneficii soluenda: nec ea soluitur pensionario tanquam pretium ipsorum fructuum. Nam in dict. l. defuncta. agitur de pensione: quæ pro ipsis fructibus in eorum pretium pro ipso denique usu rei soluitur: & ideo ea decisio non rectè congruit pensionibus ecclesiasticis. Quam ob rem audacter opinor, pensionem ecclesiasticam pro rata temporis hæredibus pensionarij deberi, cum ea à summis Pontificibus constituatur in alimenta ipsius clerici, cui conceditur: atque in stipendium eorum, qui ministerium aliquod vel exhibent, vel exhibuere ecclesiæ, ecclesiæ uel ordini: atq; hac ratione perpèsa ex dicta. l. diuortio. in principio. existimo opinionem istam veriorem & æquiorẽ esse: siquidem pensio ecclesiastica cedere videtur in alimentorum causam. Roma. consil. 388. Hierony. Gigas de pensionibus. q. 51. qui & alios adducit. q. 52.

14 Ex eo autem quod apud Hispanos satis frequens sit primogeniorum usus: sapissimè dubitatur an fructus eius anni, quo mortem obierit maioratus possessor, pertineant ad eius hæredes, an ad successorem in ipso primogenio: cum nondum tempore mortis percepti fuerint, sed pendentes: & hoc ipsum dubium in pensionibus locationum tractari solet. quod variam habet decisionem ex varia huius rei cognitiõe. In feudis receptum est, mortuo Vafallo ante Calendas Martias, omnes fructus illius anni ex feudo prouenientes ad dominum pertinere: eoverò mortuo post Calendas

Martias vsque ad Augusti finem, eos habere Valli hæredes. text. optimus in capit. primo. §. his consequenter. hic finitur lex, & consuetud. Regni incipi. vbi Docto. & Zasius in epitome feud. part. 10. ad finem hoc addito, quod si feudum alio modo, quam morte amittatur, fructus pendentes ad eum pertinent ad quem feudum deuoluitur. Bald. Marti. Lauden. & Præpo. in capit. primo. an agnat. vel filius. Tiraquel. dict. libr. secundo. de retract. §. 5. gloss. 4. nume. 3. ex feudo sane ad maioratum argumētatur quidā, quæadmodum colligere licet ex Ioanne Lupi in rub. de donati. §. 69. & Roderico Xuares in quæstio. de maioratu. igitur decisio dict. §. his consequenter. in primogeniorum successiōe erit seruanda. hoc tamen displicet ex pluribus, & primò: quòd non admodum congruè procedat argumentatio à feudo ad maioratum. inter quæ & si sint aliquot similitudines, plura profectò discrimina reperiuntur: sicuti ex ipsis authoribus apparet. deinde in dicto. §. his consequenter. reuertitur feudum à Valallo eiusque successoribus ad dominū: at in maioratu mortuo possessore, ad sequentem agnatum ea dignitas transit. Præterea non est omnino æqua distinctio tex. in dict. §. his consequenter. & ideo nisi moribus regionis recepta fuerit, etiā in feudo, erit in fructibus cōsideranda distinctio, quæ de usufructuario tradita est, secundum Ancha. cōf. 193. Iferniam in dict. §. his consequenter: col. 2. Alberi. in. d. l. defuncta. in fine princ. & Carol. Mol. in consuet. Paris. titu. 1. §. 1. glo. 8. nume. 11. Quam ob rem fortassis magis verum est in maioratibus fructuum diuisionem fieri inter hæredes defuncti & successorem, eo modo quo fit inter usufructuarium, & proprietarium, vel sicuti fit in fideicommissio considerata Iuriconsulti de cisione in l. Herennius in. 1. ff. de vsur. in hæc verba. Herennius Modestinus respōdit, fructus, qui post adquisitionem ex causa fideicommissi dominium ex terra percipiuntur ad fideicommissarium pertinere: licet maior pars anni ante diem fideicommissi cedentem præterisse dicatur. Hactenus Iuriscōsultus. cui duo libet addere: primū in p̄sionibus, quarū ipse non meminit, rationem habendam esse ad instar fructuum in quorum pretium soluendæ sunt. L. si defuncta. superius citata. Secundum ad veram interpretationem Modestini dicendum erit, à die aditæ hæreditatis fructus ad fideicommissarium pertinere. gloss. in dict. l. Herennius. quam communiter sequuntur Doctores, vt asserit Alex. i. l. si tibi homo. §. cum seruus. col. 2. ff. de leg. primo. idē notant, ipse Alex. in. l. si quis. bonorum. ff. eo. tit. & Copus de fructu. lib. 2. tit. 3. cap. 4. quod deducitur ab ea opinione, qua tradi-

solet, dominium rei legata in legatarium transire à die aditæ hæreditatis: cuius ipse mentionē fecit in capit. Rainaldus. §. 1. de testam. & proculdubio prior est similitudo succedentis in maioratu fideicommissario. l. cum ita. §. in fideicommissio. l. peto. l. cum pater. ff. de lega. 2. quam usufructu finito domino integrum rei commodum obtinenti. cum is qui maioratum possidet non tantum usufructuarius, sed & dominus est rerū ipsius primogenij: tamen si nequeat eas alienare. Verum si diligenter rem istam pensitemus, æquius ac denique verius videbitur, inter hæredes defuncti qui maioratum possedit: & successorem in ipso primogenio, eius anni quo mors contigerit, fructus pro rata temporis diuidendos esse: atque ita in hoc Regio Granatensi prætorio per sententiam decisum fuisse, memoria teneo. Constat etenim primogenium constitui veluti dignitatem quandam, vt qui eam obtinuerit caput familiæ sit: eius honores præcipuos habeat, oneraque ferat iuxta prouinciam niores: nam & alere ex bono & æquo debet viros è familia nobiles, pauperes tamen: ac titulo primogenij in agnationis gloriam, & nomen, principibus bello & pace seruire: quorum oneru ratione fructus ipsius primogenij percipit ad obitum vsque, ac pro rata percipere eos, eum oportet: cum isthæc onera ad vltimum vitæ spiritum sustineat: & ob id huic decisioni accommodatur optime Iuriconsulti responsio in dict. l. diuortio. Nam & eam illic ad feudum, quod ad dominum non est reuersum, sed delatum sequenti agnato, induxerunt Cuma. Alex. nume. 3. & Soci. nume. 10. eadem ferè ratione propter seruitia ad quæ agnatus domino obligatur.

Nam quòd primogenium dignitas sit, apparet ex Archi. Domi. & Præpo. in. c. quam periculosum. 7. q. 1. Bald. in. l. cum antiquioribus. C. de iure delib. col. 5. Ioanne Cirier libr. 1. de primogenitura. c. primo. & id apud Hispanos satis cōpertum est cum primogenia familiarū quædam ornamenta, ac dignitates esse censeamus.

Ex capite sequenti.

- 1 *Aduersus fiscum in dubio est iudicandum, vbi is agit de exigēda pœna. & ibi intellect. l. non puto. ff. de iure fisci.*
- 2 *Ex duabus scripturis eadem die cōfectis prior presumitur ea, quæ in fisci vtilitatem tendit. & nume. 7.*
- 3 *Vbi probationes sunt pares, pro fisco etiā actor est pronuntiandum.*

Ex dua-

- 4 Ex duabus sententijs contrarijs illa potior est, quæ pro fisco lata fuit.
- 5 Intellect. ad. l. si is qui. ff. de iure fisci. & nu. 2.
- 6 In dubio ea scriptura præsumitur prior, quæ doctis causam habet, etiam aduersus fiscum. & numero. 7.
- 7 Quis dicatur Primipilus ad. l. satis. C. in quib. caus. pig. vel hypo. tacite contrahatur.
- 8 Fiscus etiam vbi de pœna exigenda tractat, præfertur delinquentis creditoribus ex delicto.
- 9 Lise pendere inter fiscum & priuatum, nequam est priuatus ipse possessione rei, de qua agitur priuandus.
- 10 Agens actione reali an fateatur reum possidere, & ibi quid vbi agitur vt quis plebeius pronuncietur.
- 11 Lise pendente super nobilitate, quam dicimus Hidalguiam an cogatur quis contribuere? sit vt exclusus à minoribus quæ conferri debent nobilibus his.
- 12 An in his causis nobilitatis petitorium suspendi possit per possessorium, à reo, vel ab actore deductum?
- 13 Intellect. Clementinæ vnic. de caus. poss.

Qualiter fisco à iudice fauendum sit. Cap. XVI.



RISCI causam iure, ac munere magistratus examinantē scire oportet, maximis fauoribus eam à legibus ornatam esse: quæadmodum passim traditur, & præsertim à Francisco Lucano Parmēsi in tractat. de priuilegio fisci. Mar. Laudensi in tract. de fisco. & Matthæo Assiēt. in rub. de fratribus nō uo benef. inuestit. nume. 15. in vrbibus Feudorum, qui diligenter plura fisci priuilegia varijs in locis expressa in vnum congererūt. quibus profectō consideratis illud adiiciendum est, quod Modestinus scribit dicens. Non puto delinquere eum, qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facile respōderit. l. non puto. ff. de iure fis. hinc etenim adnotari solet in dubio aduersus fiscum iudicandum esse, & id veluti singulare animaduertit Ma

rhelnotabili. 72. Nam & Aurelius Victor scribit Traianum dicere solitū: fiscum lienem esse, quod rōcōscēte reliqui artus contrahescant. huic cōmōdum oimnino, quæ Plinius in Panegyrico ad Traianum ipsum expressit his sanē verbis. Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur fiscus, cuius mala causa nunquam est, nisi sub bona principe. Sic Iulius Capitolinus de Marco Antonio Philosopho commemorat: in causis compendij ipsum Imperatorem nunquam fuisse fisco: meminit Alciat. lib. 8. parerg. cap. 6. Ioan. Coraf. lib. 6. Miscellan. capit. 19. vbi plura de fisco: optimus tex. in. l. vnica. in princ. & in. §. vlti. C. de cad. tol. & in. l. iultas. C. de iure fisci. lib. 10. Princeps etenim, qui fiscalibus lucris inhiat, maximam infert reipublicæ calamitatem: cum falsis delationibus frequentius quàm oporteat, ansam præbens: vanos delatores minime coercens, eos ad nequitias impellat: sunt equidē fiscales calumniæ magna calumniantium pœna animaduertēdæ: tametsi delationes quandoque principibus vtilis fuerint, & ideo cautè audiendæ sunt, vt veritas diligentissimè inquiratur. Sed quia Iuriscōsulti respōsum quibusdam à vero alienum videtur: tot fisci priuilegia potius, quàm ipsius rei cōgruam æquitatē cōsiderātibus: de eius interpretatione agēdum paucis erit. Et profectō, quoties fiscus aduersus priuatum agit de lucro captādo: ac de pœna ab eo exigēda, qui crimē aliquod commisisse dicitur: eiusque patrimonium ob id ad fiscum delatum censetur: in dubio contra fiscū iudicandum est: nec à priuato res propriæ sunt auferendæ. Cuma. nu. 11. Soci. 8. lason. 17. Ripa. nu. 4. in. l. 1. ff. solu. mat. Angel. Aretin. & las. in. §. si quis agens. in fine. de actioni. Fel. coll. 4. in. c. pastoralis. de rescript. idē Deci. in cap. 3. de probat. idem Decius in. l. in ambiguis. ff. de reg. iu. Hippo. in rub. de probat. nu. 392. lason in cō. 39. nu. 3. lib. 1. & licet Alexan. in. d. l. 1. col. 2. & Alciato de præsump. reg. 3. p̄sump. 41. displicuerit Cumanī interpretatio, admittenda tamen est: nē aduersus fiscum, cui iura impense fauent, passim temerè iudicemus. Imō fortassis ea fuit Iuriscōsulti mens, vt in dubio, quoties ambiguum fuerit, habeat ne fiscus in aliqua controuersia priuilegium, potentiusve ius quàm priuatus, aduersus fiscum pronunciemus eū pari iure, vt priuatum cēntes, quod Deci. existimat in. d. l. in ambiguis. & in dict. cap. 3. & in rub. de iudic. 2. lectione. col. vlti. Ripa dict. nume. 4. idem in. l. si debitor. num. 7. ff. de pigno.

Hinc poterit definiri quæstio illa, qua tractari solet, duabus scripturis eadem die confectis, quarū vna ad vtilitatem priuati, altera in fauorem fisci conscripta fuerit: an sit præsumenda prior hæc, I s quàm

Variarum Resolutionum

quàm ea, quæ ad priuatum spectat. Et præsumendum esse tempore priorè priuati scriptura. ex. d. l. non puto. ibi hoc adnotarunt Dinus, Bar. Alberi. quibus accessere Matthes. notabi. 72. Alex. in dict. l. prima. colum. prima. & Alciat. dict. præsumpt. 41. quibus obstat quod dict. l. non puto, minimè probat eorum sententiam. item quod non debet esse deterioris conditionis fiscus quàm priuatus. l. prima. C. de conduc. & procurat. prædio. ff. lib. 11. glo. in. l. item veniunt. §. imperatorum. ff. de petit. hæred. vn. de sicut si essent duò priuati controuertentes ob diuersa instrumenta eodem die confecta, ob incertitudinem alterum instrumentum alteri non præualeret. l. 1. §. primo. ff. de bon. poss. secud. tab. ita mota lite inter fiscum & priuatum: non est dicendù priuati instrumentum præualere instrumento fisci. imò si fiscus ex causa onerosa agat contra priuatum rem possidentè ex causa lucratiua, præsumitur prius fisci instrumentum. text. in signis in. l. 1. C. de iure fisci. lib. 10. quem ita intellexere ibidè Bart. glos. Lucas de Penna. Odofre. Platea. & Rebuffus. ac Roma. singu. 158. & Sali. in. l. si debitor. C. de pri. fisci. Alex. in additionibus ad Bart. in dict. l. 1. Matthe. Afili. in dict. rub. nu. 47. Claudius in. l. 1. ff. solut. matr. in princ. licet priuatus etiam ex causa onerosa agens contra priuatum rem possidentem titulo lucratiuo, vt obtineat probare teneatur, ante donationem reo factam, sibi ius Hypothecæ ad rem illam cõpetisse. l. de rebus. C. de donat. ante nupt. Sed & si fiscus agat ex causa onerosa aduersus priuatam rem eandem petentem iure Hypothecæ titulo itidem oneroso, præsumendum esse in dubiò prius instrumentum fisci quàm priuati, per dict. l. 1. conantur probare Bald. in. l. si debitor. C. de priu. fisci. Deci. in dict. l. in ambiguus pro dote. Bal. Nouel. de dote. 9. parte priu. 1. Soci. num. 6. las. num. 3. & 37. Vincè. Herculanus nume. 2. & Ripa. num. 4. in. l. 1. ff. solu. matr. Roma. in auth. similiter. C. ad. l. Falci. numer. 30. priuilegio. 13. in contractibus. quorum opinionem eam sequuti fatentur comunè esse Anto. de Fano in tracta. de pignori. 2. par. membr. 4. nume. 117. Guilielm. Pontanus in dict. l. 1. ff. solut. matr. nume. 6. & Alciat. reg. 3. de præsumptio. præsumpt. 43. num. 4. licet ab ea discedat. idem fatetur Ripa in dict. l. si debitor. nu. 7. & 8. & his suffragatur decisio text. in. l. Si is qui. ff. de iure fisci. vbi in rebus quæstis à debitore post hypothecam priuato constitutã, fiscus, qui posterior tempore est, præfertur. quod ibi considerant Barto. & Doct. tametsi in quæstis ante hæc hypothecam, priuatus qui prior est, fisco etiam expressam habenti, præferatur: non tantùm si priuatus habeat expressam priorem,

sed & tacitam. Dinus, Bar. Alberi. & alij in dict. l. si is qui. idem Dinus, in reg. qui prior. de reg. iur. in. 6. idem in. l. priuilegia. ff. de priuilegi. credito. Anton. Fanensis in dict. tract. de pignori. 2. membrò. 5. part. nume. 42. Bal. Nouellus de dote part. 10. num. 2. dicens hanc opinionem comunè esse aduersus gloss. in. l. si pignus. ff. qui pot. in pigno. hab. & probatur in. l. prima. C. rem ali. geren. idè notat Mari. Socin. in tractat. de oblationibus. libello. 12. Cinus in. l. si fundum. C. qui pot. in pig. hab. Alex. con. 58. num. 5. lib. 7. ex quibus satis apparet quod Nouellus adseruit, scilicet hæc opinio nem comunem esse, licet is neminem citauerit. Ad hanc itidem rem in fisci fauorem conducit, quòd vbi in facto probationes sunt pares, pro fisco etiam actore pronuncandum est, secundum Speculat. tit. de teste. §. postquam. nume. 7. Ioan. Andre. in capit. in nostra. de testib. Matthe. Afili. in dic. rubr. de fratrib. nouo bene. nume. 71. Deci. in dict. l. in ambiguus pro. & in dict. capit. 3. num. 5. Alex. in. l. i. col. 2. Vincenti. 3. ff. solut. matrini. Franci. Lucanus in tract. de fisco. priuilegio. 82. licet alias regulariter in hac specie pro reo sit iudicandum. l. Arrianus. ff. de actio. & obl. c. ex l. teris. de probatio. Pariter eadem ratione dicendù erit, duabus sententijs contrarijs latis à duobus iudicibus ordinarijs, eam esse seruandam, quæ pro fisco etiam actore lata fuerit. Speculato. & Ioan. Andr. vbi supra. Iason in dicta. l. 1. num. 37. quorù opinio obtinerè debet: & probari auctoritate omnium, qui præcedentem asseuerant: siquidem paria sunt hæc duo. ex. l. lege Iulia & Papia. ff. de manumiss. quo in loco iuriscultus insinuat, in ea causa, quæ ob peculiarem fauorem obdubias & pares testium adserciones sententiã obtinet: latis diuersis & cõtrarijs iudicij à duobus ordinarijs iudicibus: eam sententiã præualere, quæ illi causæ fauorabilis est: atque ita argumentationem hanc ex eo loco communiter Doctor. colligunt in dict. capit. in nostra. & in. l. inter pares. ff. de re iudica. & in cap. vltim. de re iudicat. & alibi frequentissimè.

Quam ob rem hæc duo, quæ modo in fisci fauorem tradidimus, pari optimoque iure procedere videntur, perpèso vero intellectu. d. l. nõ dubito. tametsi vtrùque reprobet Matthesilla. dict. notab. 72. & vltimum Cuma. las. Vincent. & Zafius col. 2. in dict. l. inter pares. existimantes sententiã pro reo latam etiam contra fiscum potiore esse: sicque extendendum esse Romani Põtificis, & iurisculti responsum in dicta. l. inter pares. & in. d. cap. vlt. vbi Fel. num. 6. de hac re dubitat. Sed nihilominus electis in his duabus cõtrouersijs prioribus sententijs, vbi fiscus minimè tractat de bonis

de bonis à priuato ob crimen auferendis: apparet tertio inferri hinc posse veram interpretationem tex. in dic. l. is qui. ff. de iure fisci. Nam si fiscus agat aduersus priuatum priorem obtinentem hypothecam iure itidē posterioris hypothecae: praesumitur bona illa, quae fiscus hoc iure petit: ac qui sita fuisse à debitore post priorem hypothecam: nisi prior creditor contrarium ostenderit: quod ita esse docuerunt Bald. Nouell. de dote. part. 9. priui. & Vincenti. Herculanus in dict. l. 1. col. 3. & probatur ex his duabus adfectionibus à me paulo antè selectis: quauis expressim huic decisioni aduersentur Barto. in dict. l. si is qui. & Anto. à Fano in tract. de pignori. 2. membro. 5. partis nu. 43. aduersus quos etiam poterit considerari quod ex. l. 1. C. de iure fisci. de duobus instrumentis eadem die confectis in fauorem fisci & priuati hoc ipso capite adnotauimus: in cuius cōprobationē & illud accedit, quod fiscus & dos pari priuilegio censentur quoad hypothecae ius, gloss. in l. dotis. C. de iure doti ibi communiter recepta. Bart. & Doct. in dicta. l. 1. ff. solut. matrim. probatur in l. assiduis. C. qui pot. in pigno. hab. & in l. 2. C. de priui. fisci. sed ubi duae apparent scripturae eodem die confectae, altera in fauorem dotis, altera in priuati alicuius utilitatem, receptum est, eam priorem praesumi, quae dotis causam habet. Sic etenim opinantur ex eo text. Din. Bar. Bal. Pau. & alij in dict. l. 1. & in l. in ambiguus pro dote. vbi Deci. ff. de reg. iur. igitur idem erit dicendum fauore fisci aduersus priuatum. illud tamen est animaduertendum in hoc eodem dubio, nempe duobus apparentibus instrumentis, quorum alterum in fauorem dotis alterum in commodum fisci fuerit constitutum praesumendum esse prius id quod ad dotem pertinet, sicuti censent Bald. in dicta. l. dotis. & in l. ad exactionem. C. de dotis promiss. Soci. col. 2. las. num. 37. & prius col. 2. Ripa. num. 10. in dict. l. 1. post Nicol. de Neap. ibidem. Antoni. à Fano. de pignori. 4. membro. secunde partis nu. 109. Alciat. dicens hanc opinionem communem esse reg. 3. de praesump. cap. 41. ad finem. Nam & in hypothecis quandoque ius potentius habet dos quam fiscus, siquidem in dote, hypotheca etiam tacita praefertur priori priuatorum tacitae hypothecae. dict. l. assiduis. quod sic fiscus. is etenim habes hypothecam posteriorem non praefertur priuato habenti priorē etiam tacitam. l. si pignus. ff. qui pot. in pigno. hab. sicuti superius diximus, Caterum Bal. Nouel. dict. par. 9. pri. l. & Vincen. in dict. l. 1. nu. 5. in ea sunt opinione vt existimēt in praedicto dubio pariter dotem & fiscum concurrere, nec alterum alteri praeferrī ex. l. 2. C. de priui. fisci. & in hoc, ni fallor potius inclināt las. dict. nu. 37. at que cogitā

dum esse ceter Saly. in dict. l. 2. quem sequitur Tirraquel. de primogenijs. qō. 17. nu. 15. Imò quidam arbitrantur hypothecam & ius fisci doti praualere, per text. optimum in l. satis. C. in quib. causis. pig. tacite cōtr. Prior tamen sententia, vt dotis causa sit potior, verior videtur, & tenēda ob ea, quae tradita sunt: quibus non oberit dic. l. 2. in ea etenim solū statuitur, lite mota inter fiscum, & mulierē pro dote ratione hypothecae, priorem tempore potiorē esse iure: nec ibi quidquā probatur, quod rei expediat in ea dubitatione, qua ambigitur vter eorum sit prior. minus obstat dic. l. satis. quae speciale ius constituit in causa primipilari: nam si quis rem primipilarem tractauerit, bona uxoris, etiam dotalia pro huius muneris administratione hypothecae subiecta censentur: quod etiam gloss. notauit. & ibi Doct. in cap. ex parte. de consuetud. Cuilibet sanē legioni apud Romanos signum vexillare Aquila erat ex Plinio lib. 10. cap. 4. Alexandro ab Alex. libr. 4. dierum genial. c. 2. Centurio verò, qui Aquilae in legione praerant primipilus dicebatur, & is ducebat quadringentos milites auctore Vegetio lib. 2. de re milit. capi. 8. eratque is primus legionis Centurio, caputque totius legionis: hoc ipsum dicente Tito Livio lib. 7. & 8. ab vrbe condita, & lib. 4. quintae Decadis. Alexandro. ab Alex. lib. 1. ca. 5. Scribit & ad haec Dionysius Halicarn. lib. 9. de antiquit. Primipilum à Romanis dici eum, qui praclarissima legionis vnus fungitur praefectura: quam ex lege sexaginta centuriae eidem obsequentes, atque obtemperantes sequuntur, quam ob rem primipilum hunc dici comitem primi ordinis & praefectum legionis, scribit Pomponius Latus lib. de magistratibus Romanorum. Nam & in prima acie legionis quatuor centurias gubernabat primipilus: eiusque milites primipilarij dicebantur, ac summo in honore habebantur: magno siquidem honore ducitur primae exercitus parti praefici. Apud iurifconsultos primipilus dicitur militaris annona. l. officiales. C. de episcopis & clericis. l. tertia. C. de primipilo. l. speciebus. C. de cohorta. lib. 12. l. prima. C. de priuileg. fisci. l. sed & milites. §. vltimo. ff. de excusat. tuto. l. non solum. §. qui primipilum. eodem titulo. l. pater. ff. de admend. leg. l. pater. §. Iulius. ff. de legatistertio. l. vltima. §. patrimoniorum. ff. de inue. & honorib. quod ab origine praemissa deductum fuisse ex eo apparet quod cum in legione primus esset primipilus totiusque legionis commoda cōsequeretur, militare quoque annonam per capita militum diuidebat: inde igitur factum est, vt militaris annona primipilus dicta fuerit auctore Alciat. lib. C. 12. tit. de primipilo. & ibi Pyrrho. Claudio Cotarço lib. 1. de iure milit.

Variarum Resolutionum

milit. capi. 22. Antonio Augustino de excusa. tut. cap. 8. idq; probatur ex innominato Græco legū interprete. quibus Vegetius ad stipulatur dict. c. 8. vetus, inquit, consuetudo tenuit, vt ex primo principe legionis promoueretur Centurio primipili: qui non solum aquilæ præerat, verum etiam quatuor Centurias: hoc est, quadringentos milites in prima acie gubernabat. Hic tãquàm caput totius legionis merita cõsequebatur & cõmoda. idem Vegetius eod. lib. c. 20. illud verò, inquit, ab antiquis diuinitus institutū est, vt ex donatio, quod milites consequuntur, dimidia pars sequestraretur apud signa, & ibidē ipsis militibus seruetur. quod idē auctor pulchrè exponit, ex quibus satis est vero simile, annonā militari primipilum dici: eamq; ab ipso primipilo, id est, primo legionis centurione, qui toti legionis præerat, administrari. Nec mirum videri debet, ob eam administrationem bona dotalia obligari hoc ordine, vt tūc ad dotales res periculū perueniat: cum vniuersis viri facultatibus exhaustis nihil residuum inuenietur. d. l. satis. siquidem à militari annonâ, totius exercitus robur ac nerui, nec non reipublicæ salus depēdeat: qua ratione in eiusdem causæ primipilaris fauorem specialiter plura statuta sunt, sicuti cõstat ex iuribus superius adductis & l. vlt. & l. 1. C. de primipilo. Hæc sanè vera est huius officij, & administrationis cognitio, quæ Accursiū, Bart. in dict. tit. de primipilo. & Panor. in d. c. ex parte. omnino latuit. nec decisio dictæ. l. satis. est deducenda ad ea, quæ fisco præter causam primipili debentur: quod Alciat. dict. præsumpt. 41. adseruit: & id satis compertū est ex Accursio alijsq; iuris vtriusque Doctoribus in dic. l. satis. & in d. cap. ex parte. Porrò quod Antoni. Augusti. scribit, primipilarios à iuriconsultis nō eos dici qui primipilum exercent, sed eos, qui iam eo munere functi fuerint: sicuti consulares, prætorij, & similes: contendit que verba iuriscõsulti Modestini, è Græco prauè traducta fuisse: quanuis maximis rationibus probabile sit, & Græco codice Pã dectarum Florentinarum probetur: ægrè tamen persuadebitur Accursianis ob vulgarem iuriscõsulti traductionem in d. l. sed & milites. §. vlti. dū inquit. Primipilarij autem hi existimantur, qui exercent primipilum. & idem Suidas, Alciat. & Claudius Cotaræus existimant. Sed & id, quod Titus Liuius tradit lib. 7. ab vrbe condita, in hæc verba. Sed id propter. P. Salonium postulatam est à coniuratis, qui alternis propè annis, & tribunus militū, & primus centurio erat, quem nunc primipilum appellant: non est ita interpretandū vt vnū tantum in exercitu primipilum fuisse censeamus, cum in qualibet legione vnus esset primi-

pilus, & id referendum est, ad decimæ, seu decumanæ legionis primum cẽturionem, qui per excellentiam, quod ea esset prima, ac cæteris nobilior legio, eius primus centurio primipilus ibi diceretur, cæteris Aquilarum centurionibus idem primipili nomen retinentibus honoris causa præferendus. cui interpretationi idem Liuius consentire videtur lib. 2. 5. Decad. ibi quoque, inquit, ei, ex autoritate Senatus gratiæ actæ, tribunique militares in legione prima primumpilum virtutis causa ei assignarunt. item Vegetius de re militari libro. 2. cap. 21. Atque hæc sufficiant de primipilo. tametsi Ioan. Cora. lib. 5. Miscellan. capit. 4. neget huic annonam militarem cõmissam fuisse: cum existimet, eum distingui à legionis præfecto, cuius id erat munus. Quia in re ego non dubito, legionis præfectum maiorem potestatem, & autoritatem habuisse, quàm habuerit primipilus. Verum, vt lector possit hac de re diligentius deliberare, libentissimè addiderim quæ Paulus Manutius in commentarijs epistolarum ad M. Brutum eleganter adnotauit. in quauis, inquit, legione erant, Aetas prima Hastatorū: altera principum: Tertia Triariorum, quæ velitis exceptis diuidebantur singulæ in decem centurias, qui & manipuli dicebantur. Prima Hastatorum centuria, primus Hastatus: Secunda Secundus: Tertia Tertius, & eodem modo vsque ad decimā vocabatur. Sic primus princeps, Secundus princeps, Primus autem Triarius non dicebatur, sed primus pilus. Centuriones autem Centurio primipili: Centurio primipilicis, Centurio primipilicis principis, Centurio primipilicis. Velites autem in centurias non diuidebantur: vt Polybius lib. 6. docet. Hæc Manutius.

His omnibus animaduersis considerandum est fauore dotis posse tutè eligi Bald. opinionem in dicta. l. dotis. vt in dubio eius hypotheca, etiam aduersus fiscum prior & potior præsumenda sit. hanc tamen præsumptionem prioris temporis in dote, fisco & alijs qui hoc ipso gaudent priuilegio quidam ita admittunt, vt procedat neutro possidente: alioqui priuato possidente rem ad quam iure hypothecæ agit, vel fiscus, vel dos: non erit præsumenda prior nec fisci, nec dotis hypotheca, secundum Iaso. in dicta. l. prima. numero 7. ex capit. si à sede. de præb. in. 6. vbi is, qui obtinuit beneficium ecclesiasticū à Sede Apostolica præfertur idem obtinenti ab ordinario: cum non apparet: vter ex eis prius beneficij collationē habuerit: nisi qui ab episcopo obtinuit, eius habeat possessionē: tūc etenim impetrator Apostolicus priuilegio præsumptionis aut prælationis nō utitur. Sed non est par causa obtinentis beneficium à sede Apostolica: & dotis, aut fisci: quibus plura à iure

à iure priuilegia conceduntur: & ideo hæc Iasonis opinio minimè est recipienda, atque ita eam improbant, Vincen. num. 5. Regia. nu. 6. Guillel. Ponta. num. 16. in dict. l. 1. vbi Soci. pro eis est, col. 2. Sic aduersus Iasonem extat. l. 1. C. de iure fisci. à qua communis sententia deducitur: & tamen ea cõstitutio palàm hoc priuilegium præbet etiam aduersus possessorè. Et præterea quòd Iason notat defendi nõ poterit, admissis duabus interpretationibus, quas in fauorem fisci tradidimus ad rex. in. l. inter parès. ff. de re iud. & in. l. Artianus. ff. de actionib. & obligat.

Igitur ex vero sensu iurisperiti in dict. l. non puto. quatuor deduximus in fisci fauorè, quæ ab alijs non ita expressim, nec distinctè proposita fuerunt. quibus duo addenda sunt. Primùm quod vbi per contractũ, legem, aut sententiã pecuniaria pœna alicui indicitur, eaque diuiditur in hũc modũ vt fisco dimidia, priuato altera dimidia cõpetat: si contigerit damnatum non esse soluendo: nec ex eius bonis posse solui totã hanc pecuniã: sed bene partem dimidiam: non erit præferendus fiscus: sed is & priuatus cõcurrat: atque æqualiter ex condemnati bonis partes habebunt iuxta ipsorum bonorũ quantitatẽ, quemadmodũ Ioan. Gallus. q. 139. testatur Parisijs Arresto definitum fuisse aduersus generalitẽ Regis Thesaurariorum sententiã: qua regem, eiusque fiscũ præferendum esse pronunciauerit. Sed pro Arresto parliamenti optimè facit dict. l. non puto secundum Cuiacianum intellectũ. ad idem cõducit text. in. l. eius qui de latorem. ff. de iure fis. verũta pro iudicio Thesaurariorũ in fauorem fisci adest opinio communis Guil. de Cuneo, Iacobi Bart. Bald. Ancha. & Ale. in. l. rescriptum. in prin. ff. de pact. Antonij Fanès de pignotib. 2. par. membris. q. 4. num. 15. qui in specie alleuerat, fiscũ etiam in pœnis pecuniarijs præferendum esse delinquentis creditoribus ex delicto: licet non præferatur creditoribus ex contractibus. ita sanè vt pœnam in creditoribus potior sit fisco. text. optimus in. l. 1. C. pœnis fiscalibus credit. præferri lib. 10. l. quod placuit. ff. de iure fisci. vnde iustior videtur sententia pro fisco lata, quàm ea, quæ aduersus eã pronunciatã fuit.

Secundò præter hæc erit considerandum, an litè pendente proposita per fiscum actione reali aduersus priuatum: res ipsa super qua controueretur sit à reo auferenda & penes fiscũ sequestranda. Nam esse in rege eiusque fisco speciale vt pendente litè subditus qui cum eo litigat non sit tunc in possessione scribit Nicolaus Boer. in cõsuetud. Bituric. cõsuetud. f. 13. col. 2. ex. l. 2. ff. de obseq. patro. præstat. quæ parum ad hoc facit: nec enim negat iurisperiti libetum cum

patrono litigantem, posse alio vtili remedio agere aduersus patronum lite pendente eum turbantem possessionẽ rei, de qua lis agitur: licet interdico vnde vi: cum id crimẽ præmittat: agere non possit: propter obsequium patrono debitũ: quẽ admodum Accursius & alij ibidem explicant, & ideo contraria sententia iure verior est, vt nec lite pendente fiscus possit priuatum, cum quo contendit, re ipsa de qua tractatur, priuare. optima gloss. in. l. res quæ. ff. de iure fisci. l. vlti. C. eodem titu. l. litibus. C. de agri. & cõlit. vbi Bart. Pulchrè in hæc specie Guido Page. q. 366. ad idem text. in capi. 1. si de inuestit. inter domini. & vasal. lis oriatur. nec opinor hac in re dubitandum esse. nulli bi etenim à iure hoc priuilegium fisco cõcessum esse cõstat. Deinde fiscus agens reali quidẽ actione aduersus priuatum nequaquam poterit rei conuenti possessionem interuẽtere: cum regulariter agens actione reali plane fateatur rei pẽtitæ reum possessorẽ esse. §. omnium. Inst. de act. cap. examinata. de iudic. l. fin. autem. ff. de rei vendic. l. 1. C. vbi in rã actio. nec tamen ex hoc expeditum erit actorem possessioni, quam fortassis habet, renunciaisse. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. possess. vbi Bart. num. 8. communiter receptus in hoc quandam distinctionem eleganter proponit: cuius Iason ineminit in. §. æquè si agat, de actio. nũ. 59. Sed si quis agat cõfessoria, aut negatoria actione, non fateatur aduersarium possessorem esse cum actiones istæ etiam possessori competat. l. & si forte. §. sciendum. ff. si serui. vendi. notat Faber & alij in dict. §. quæ. maxime Ia. num. 40. Abb. in dict. cap. examinata. num. 13. post gloss. vbi. gl. in cap. cum ecclesia. de caus. poss. & propri. verb. quicquid iuris. Bart. in. l. si prius. numero 3. ff. de nũ. ope. nunciat. Bal. in. l. ordinarij. num. 6. C. de rei vendic. & expressim Ioã. Gallus. q. 54. Ceterum si regius procurator, non pulsusve aduersus aliquẽ egent, vt plebeius p sententiam pronuncietur: subditusque tributorum, indictionũve exactionibus: ob id quod se asserit nobilem esse, & ab his cõtributionibus immunitem: quem Hidalgoũ vulgò dicunt: si actio ista circa huius nobilitatis proprietatẽ à procuratore fidelis fuerit proposita: non ex hoc agens fateatur reum huius immunitatis possessorem esse: quod probari poterit ex dict. §. sciendũ. & ex his, quæ statim à præmissis deducemus, hi vero, qui vulgò dicuntur Pecheros, Latine dici possunt Ararij, ex Valerio Maximo lib. secundo. de cõsuetud. sortia notã. Alconio Pædiano. 1. in Veris actione. Liviõ lib. 29. ex quibus cõstat, ararios etiã dictos olim fuisse eos, qui à censuribus notabantur, priuabanturq; ferendi suffragij, & capiendi muneris omni

Variarum Resolutionum

omni potestate, ut tantum ad æra pro suo capite tributi nomine pendenda ciues essent. quam dictionem & Budæus explicat. l. vlti. de senato. ff. etenim Aerarij propriè dicebatur, quod ob aliquod crimen, aliamve causam cogebantur reip. multâ reddere. Quod ex Pausania priore heliacorû constat. Primo hinc tollitur ea difficultas, quæ solet in causis huius immunitatis, quam Hidalguia dicimus, contingere: num agente fisco hac de re circa proprietatem: possit reus obtinere, ut in eo iudicio pronücietur circa possessionem, ipsum scilicet defendendû esse in possessione huius immunitatis, quam habet: si reus possessionem istam probauerit: licet in huius iuris proprietate nõ probauerit ea, quæ attentis huius Regni constitutionibus probari oportet. Et planè licet plerunque ob huius articuli dubitationem & ambiguitatē in varias itum fuerit sententias: tamen ita posse pronüciari quandoq; obtinuit, eaq; pronüciatio tamen si non sit admodum iuri consona, quorundam suffragiis quæ censetur, modo fisci procurator probationem istam quasi possessionis contraria probatione minimè diluerit: nec quidquam impedit quod fisci procurator proprietatis ius in iudicium deduxerit: & ea causa expensa non fuerit, ex hoc etenim non sequitur possessionis causam tractari simul non posse: nec actorē fateri visum fuisse, reum hoc ius immunitatis quasi possidere: qua ratione solet circa possessionem pronüciari & circa proprietatem reseruari fisco ius eam integro alioq; iudicio prosequendi. in quo est animaduertendum in huius nobilitatis controuersia sufficere quo ad possessionem minorem probationem, quàm quo ad proprietatem, sicut expressum est in Pragmaticis huius Regni fo. 172. & sequentibus. ex quibus et constat probationē, huius nobilitatis etiam quoad proprietatē semper incubere ei, qui ea gaudere vult: siue is sit reus, siue actor: est enim satis cõprobata intentio Regis, ut nemo ratione huius nobilitatis exemptus, aut immunis à contributione indictionum censetur: quod in specie asserit Pragmatica constitutio regum catholicorum Fol. 175. & etiam probatur iure, quo constitutum esse apparet, neminem præsumi nobilem: neque nobilitatem Politicam præsumi; cum ea sit extrinseca qualitas quæ minimè præsumitur. l. prima. §. si magistratus. ff. de mag. conuenien. l. ex persona. C. de probati. notatur in cap. si fortè. de elect. in sexto. Bartol. in l. prima ad finem. C. de dignit. lib. duodecimo. Bonus à Curtili Brixiensis in tract. nobilitatis. sexta parte. quib⁹ in locis utraque tractat: an nobilitas per existimationem, reputationem, aut opinionem probetur potissimum ubi non

ita frequenter contingere solent actus, quibus nobiles à plebeis distinguuntur: idem tradit Chassanæus consil. 64. Nec posse nobilitatem acquiri præscriptione: nisi ea immemorialis sit in specie tradunt Franci. à Ripa. lib. secundo respon. capit. 26. num. nono. & Tiraquel. in tracta. de nobilitate, quæst. 14. ex Romano singul. 289. & probatur argumento text. in cap. 1. de præscrip. in. 6. idemque in his regnis, pragmaticis sanctionibus, & forensivusu receptum est.

Secundò ab eadem radice præcedit Henrici Regis Pragmatica sanctio, qua sancitum est: lite pendente super hac nobilitate vel fisco vel priuato agente, cogendum esse priuatum ipsum tributa indictiones, aliaq; onera à Rege plebeis iniuncta subire, donec vel saltem quo ad possessionem pronücietur nobilis, eaq; sententia in rem transferri iudicatam, idem cautum est. l. sexta, tit. secundo. libr. quarto. ordinat. text. optimus ad hoc in cap. cum personæ. de priuileg. in sexto. cuius ad hanc rem meminit Ioan. Lupi. in capitu. per vestras. de donatio. secundo nota. §. primo. num. 43. in quo solet dubitari, an eadem Pragmatica constitutio sit itidem seruanda circa officia, honores, & munera, quæ ex moribus iam diu receptis nobilibus: nõ plebeis cõferenda sunt: sint ne de hac nobilitate in iudicio litigantes lite pendente inhabiles ad hæc munera? etiã si opinione, & quasi possessione existimentur nobiles: nõ dum tamen super ea re vltima saltem in possessorio lata sententia. Et videtur præfatam Regiam constitutionem tantum de solutione indictionum & tributorum intelligendã fore: cum ob graue dispendium, quod ceteris popularibus imminet in his contributionibus ex hac nobilium immunitate: tum ob iuris præsumptionē, quæ maxima est in principis fauorem, ut nemo sit ab his tributis exemptus: capit. omnis anima. de censib. dict. cap. cum personæ. quæ quidem rationes non ad sunt in muneribus & honoribus: cum ad hos quilibet iure eligi possit regulariter & si plebeius sit: vnde cū prædicta Henrici Regis constitutio non prohibuerit lite pendente super hac nobilitate quæ quã admitti ad munera, quæ ex moribus diu receptis, nobilib⁹ nõ plebeis cõferenda sunt: equissimū esse apparet etiã dum controuersia litis durat, eum qui ad hunc effectū probauerit summarie se ius hoc nobilitatis quasi possidere, posse admitti ad hæc publica munera, nec ab eis excludendū fore. Ex aduerso instat ratio, quod lite pendente, donec ferat vltima sententia saltē in possessorio, qui litigat, nobilis, aut hidalgus minimè censetur, ex dict. Henrici Regis sanctione: tamen si talis cõt opinionis existimentur iure cuiusdam quasi possessionis:

fionis: & hoc patet, quia soluere cogitur à Regib⁹ indicta: igitur ad hæc munera admittendus non est, cum ea nobilitatis qualitatem requirant.

Deinde in hanc sententiam adducitur iuriconsultus in. l. reus delatus. ff. de muneri. & honorib. ubi reus delatus durante lite ad munera publica eligi nõ potest. Tertiõ, hoc ipsum suaderi potest auctoritate tex. in. l. si vt proponis. C. quãdo pro no. non est necess. ex quo constat pẽdẽte lite super decurionatu non posse quẽ eligi ad duũuiratũ: qui decurionib⁹, nõ aliis cõferendus oĩno est.

Quartõ his accedit text. in capi. omnipotẽs. de accus. quo cautum est, reum criminis delatũ pendente accusatiõne non posse ad ecclesiasticam dignitatem promoueri: cuius Canonis ea ratio est, quod accusatione durante grauata est opinio rei delati ob infamiã facti. glos. & doct. in di. c. omni potens. glos. in cap. vlt. de testi. & in. l. qui à latronibus. §. 1. & ibi Bar. Paulus, & alii. ff. de testamẽ. quã quidẽ infamia facti non tm̃ facit quẽ indignũ munerib⁹ ecclesiasticis: sicuti alibi tractabit sed & sæcularibus. tex. in. l. 2. & ibi Plate. C. de digni. li. 10. & in. l. 1. vbi. dd. C. de reis postu. eo. lib. Sic sane quẽadmodũ nemõ ob crimẽ ecclesiastica dignitate priuat lite pẽdẽte: & tm̃ ad eã promoueri tunc tẽporis non põt: ita qui de nobilitatis q̃litate cõtendit: dũ ea lis agitur ad officia, quẽ nobilitatis qualitatem exigunt eligendus non est.

Quintõ eandem dubitatiõnẽ definire videtur iuriconsult⁹ in. l. qui status. ff. de re milit. & in. l. qui de libertate. ff. de lib. caus. quibus in locis asseruat, de statu litigãtem in militiam adsumi nõ posse: siue is actor sit, siue reus: etiam si e possessio ne libertatis, quã semper presumit, in seruitutẽ postuletur. Quibus rationibus fortasse hæc pars in dubio isto, quod tractamus, notior erit: modõ & illud vt cõpertum, ac iure satis probatum, hac in re censeatur: nempe lite ista durante non esse priuandum his muneribus eum, qui ante litẽ motã ad ea electus fuerat. tex. in signis i. c. nõne. 8. q. 4. gl. in. c. cũ non liceat. de præcri. cuius præter doct. ibi meminere Abb. in. c. sciscitatus. col. 3. de rescrip. & Aret. in. d. c. omnipotẽs. col. 1. not. Bal. in pulchra. q. in. c. 1. qui succes. tenea. feu. cõ. optima glo. quã idem asserit post primam damnationis sententiam pendente appellatiõne in. c. sæpe. de appel. quam existimat esse sing. Ab. ibi nu. 14. solennem las. in. l. 1. col. 3. ff. de re iudi. no. Are. in. c. si constituerit. col. 2. de accus. similis gl. in summa. 8. quã lib. 4. probat tex. in. l. 2. §. vlti. ff. de poenis. optimus item tex. in. l. 1. §. integer. ff. nil noua. appe. pend. dicta. l. qui à latronibus. §. si quis. l. eius. §. vltim. ff. de testam. l. furti. §. 1. ff. de his qui not. infam. quibus decisum est pẽdẽte ap-

pellatiõne à sententia capitali, & quã infamiam irrogat, integrum & illa sum seruari damnati statum: posseq; eum vti his, quã vti poterat ante accusationem: quẽ quidem auctoritates possent, p̃ priori huius dubij responsione adduci: nisi intelligantur vti modõ intelleximus, vel fateamur plane ita esse vt lite pendente accusatus iure suo utatur. cap. 1. vt lit. penden. non tamen ex hoc sequitur posse eũ per alios ad munera dum accusatiõ discutitur promoueri. atq; ita iuxta hanc sententiam frequentissimẽ in hoc Granaten si pratorio: vidi pronũciatum fuisse. Tertiõ principaliter eõdem iure disputari potest quod frequenter in huius nobilitatis controuersias incidit: nam proposita aduersus fiscum pro hac immunitate actiõne quantum ad proprietatem potest actor priuatus suspendere petitorium iudicium, & eligere possessorium ad hunc effectum; vt si proprietatem non probauerit: possessionẽ verõ iuxta pragmaticas sanctiones optime se habuisse docuerit: feratur pro actore sentẽtia in possessorio: iure proprietatis fisco reseruato: modõ petitorium suspendatur ante conclusiõnẽ in causa. tex. in pragmatica Regum Catholicorũ Fernãdi, & Elisabeth: adiũcta decisione tex. in. c. pastoralis. de caus. poss. & proprietate. & his, quã Bart. & alij tradidere. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqu. pos. Sed si super hac nobilitate actiõne aduersus priuatũ proposita à procuratore fisci reus voluerit petitorium deducẽ ab aduersario, suspẽdi, ita hoc petierit à iudicibus, exigens vt prius de possessorio tractetur maior est dubitatio: in qua si reus dixerit se spoliatũ fuisse quasi possessiõne: quã vt abatur: atq; ita captis pignoribus ob solutionẽ indictã pecuniaz, coactum fuisse contribuere: & ideo egerit interdicto recuperandã quasi possessiõnis prius, quã super proprietate litis contestatiõ facta fuerit, iustissimũ est prius de possessiõne, quã de proprietate tractari. l. si quis ad se fundum. C. ad. l. iul. de vi. l. 1. C. si per vim, vel alio modo. Bart. cui magis communiter Doct. consentire videntur in dict. §. nihil cõmune. 4. combinatione. quo fit, vt in hac specie ad petitionem rei agentis interdicto recuperandã ante litis contestatiõnem suspendi optima ratio debeat petitorium ab actore: & sic à fisco in iudicium deducẽ: nam & de hac suspensiõne petitorij ratione possessorij manifestẽ tractat huius regni leges in hui⁹ nobilitatis materia.

Ceterũ, an hæc ipsa suspensio petitorij ab actore propositi, possit peti per reũ deducẽtem possessorium recuperandã in hoc iudicio, quo de hac immunitate tractat: lite iam cõteltata: cũ ex Henrici Regis decreto captis pignoribus cogatur durãte lite contribuere, indiciãsq; pecunias soluere pendet

Variarum Resolutionum

p̄det ab interpretatione tex. in Clem. 1. §. vlt. de caus. poss. & propriet. qui probat duo non omni no vulgaria, his verbis. Causa beneficiāli per appellationē ad sedem apostolicā legitimē deuoluta, tam appellati, quā appellato licere decerni nedū petitoriū, sed & possessorium intentare. Et in spoliatis odiū ante causæ conclusionem suspēdere petitoriū à se, & ab aduersario intentatum, in solo possessorio procedēdo. Hactenus Clemēs Quintus. Huius verò decisionis prior pars eā difficultatem habet: quòd iudex appellationis non potest aliam causam tractare, nec de alia cognoscere, quā de ea, i qua appellatū fuerit. l. eos. C. de appellat. Cle. appellati. co. tit. vnde si de possessorio corā iudice inferiori actum non est: nec de ea re appellatio proposita, videtur coram iudice, ad quem appellatum fuit possessionis causam tractari non posse. Sed ad hoc ita respōdetur, eam cōstitutionē procedere in causa beneficiāli ad sedem apostolicā deuolutā: at i alijs causis appellatione ante litis contestationē proposita & ea iustificata, iudex superior poterit etiam de possessorio cognoscere, quanuis causa tamen proprietatis apud priorem iudicem fuerit proposita. argumento tex. in cap. non solum. de appell. in. 6. & in specie ista hoc adnotarūt Stephanus, Paul. Imol. nu. 9. & Bonifa. num. 41. dict. Cle. 1. & Pan. Cas. conf. 277. col. 2. libr. 1. secūs esse dicentes, vbi appellatio post litem contestatam contigerit: quod Card. ibi col. 1. probat & Panor. in dict. cap. pastoralis. num. 34. qui totam Pauli Eleazar. distinctionē sequitur, quam etiam Rota admittere videtur de cisi. 205. i nouis: licet dubitauerit decisione. 382. & Anto. §. si verò. col. 1. Car. col. pen. in dict. c. pastoralis. censeant priorem dictæ Cle. partē omnibus causis esse communē: eamq; seruandā esse apud quencunq; appellationis iudicem. Posterior dictæ Cle. constitutionis pars difficilis ex eo censeatur: quod probat posse reum suspendere petitorium ab actore in iudicium deductū, & deducere etiā post litis contestationē possessorium recuperandæ, vt idem prius definiatur: quod repugnat regulæ, quæ traditur in. c. cum dilectus. de ordin. cognit. is enī, qui prius appellat, prior agat. atq; ita Bar. in dict. §. nihil cōmune. 4. combinat. scribit, reum non posse post litē contestatam ad iudicium deducere possessorium, vt suspēdat petitorium ab actore deductū: quam opinionem defendit Areti. num. 16. Alex. nu. 85. Claudius à Seyfello num. 55. in dicto. §. nihil cōmune. idē notat alii, quorum opinionem fatentur cōmunē esse Ias. ibi nu. 17. & Ripa nu. 161. qui eā sequitur. quo fit vt huius opinionis authores existimēt id qd̄. i. d. Cle. statutū eēt, speciale eēt in cāis bñficialib⁹

& spūalib⁹: sicuti gl. & Doc. magis cōmuniter ibidem insinuant: sed contrariā sententiā aduersus Bar. tenuerūt etiā iuri ciuili Cuma. Soci. col. vlt. Pau. de Cast. Ias. nu. 138. Vincen. Hercula. nu. 108. Corasius nu. 33. Claudi⁹ Marnerius. 4. cōclusi. 4. cōbinationis. in. d. §. nihil cōmune. idē Pau. Cast. conf. 277. libr. 1. col. 2. Abb. in cap. ex conquestione, de rest. spoli. & ibi Doc. idē Abb. in. d. c. pastoralis. nu. 34. quorū opinio cōis est apud Canonistas. secūdū Ripā. d. nu. 161. & Paul. d. consil. 277. & Capicium decisi. 28. nume. 8. ex quibus apparet, reum conuentum petitorio posse post litis contestationem proponere possessorium recuperandæ ad effectum suspendendi petitoriū. per tex. in dict. Clemen. vnica. §. vlti. & ea deinde ratione, quòd exceptio dilatoria, quæ lite iam contestata, incipit competere, potest tunc opponi in vim dilatoriz exceptionis. tex. glo. & Doct. in. c. insinuante. de off. deleg. capi. pastoralis. vbi gl. & communis de excep. tex. glof. & ibi Bald. in. l. 2. C. de consort. eiuf. lit. tradit Ias. in. l. ita demum. C. de procu. 2. colum. idem Ias. in. l. error. C. de iuris, & fact. igno. nume. 17. glo. in ea. exceptionem. de excep. igitur cum dilatoria hæc exceptio, vt petitorium suspendatur, competat ex propositione possessorij, & hæc facta fuerit lite iam contestata: consequitur eam exceptionem vim propriam & suspensionis effectum habere. Quòd si admittendā sit hæc sententia aduersus Bart. quid obsecro dicemus ad communem omnium interpretum intellectum, ex quo dicta Clemen. nihil statuit omnibus causis commune, sed beneficiālibus, & spiritualibus peculiare? Cui obiectioni Iaso. in. d. §. nihil commune. numer. 137. respondere dicens ita esse, vt nihil ibi specialiter statutum sit: eamq; decisionem omnibus causis communem esse quod non est admodum expeditum: si quidē communi omnium interpretationi contrarium videtur. Quam ob rem Paul. Castr. in dict. consil. 277. colum. 3. expressim existimat in hac controuersia, an reus conuentus petitorio, etiam lite contestata possit deducere possessorium ad effectum suspensionis: nihil ibi esse speciale, quod præter Ias. fatentur etiam cæteri, qui Canonista. opinionem sequuntur: in eo verò, quod priori parte eiusdem constitutionis decisum est, scilicet, coram iudice appellationis deduci posse possessorium, cum coram priori iudice tantum proprietatis causa tractata fuerit, peculiare. quid, atque speciale sancitum esse in beneficiālibus causis, & his similibus: & sic Paul. Castr. intelligit glof. & communem: qua prædictā constitutionem speciale quid statuisse assertum est.

• Ego vero ex hac disputatione video omnibus placere,

placere, etiam post litis contestationē reū posse petitoriū ab actore deductū suspēdere: proponēdo possessorīū recuperandæ ratione spoliationis lite iam cōtestata cōtingētis: ratio etenim id maximē fieri posse postulat, nec quantū ad hāc speciem Doctōrū controuersia refragatur, & ob id fortassis in ea quæstione quam proposuimus, si contigerit lite iam contestata super proprietate huius nobilitatis, aut immunitatis, à filco in iudicium deducta, ipsum reum captis pignoribus cogi cōtribuere: & sic quasi possessione nobilitatis quā is allegat se habuisse, spoliari: dici posset, eā proprietatis causam proposito à reo possessorio recuperandæ etiā lite cōtestata suspendēdā fore. nisi potior videatur contraria sententia ex eo, quod nullū hic detur nec contingat spoliantis odium: cū ob præsumptionē, quæ pro eo manifesta est: tū quia ea spoliatio auctoritate legis, & Pragmaticæ sanctionis Hærici Regis fiat: nō autē propria & priuata auctoritate: quā ob rē vidi in hoc Granatensi Regio prætorio secundum hanc partem pronunciatū fuisse, præmissa non facili iudicium & aduocatorum de eare concertatione.

Quòd si spoliatio, cuius ratione possessorium deducitur, ante litem contestatam contigerit: mihi verior videtur etiā iure Canonico Bart. opi. Nā iuris Canonici decisio: nō tantū quo ad priorem eius partem: sed & quo ad posteriōrē peculiaris est causis beneficialibus, spiritualibusve: non autē omnibus cōmunis. sicuti ex glo. & doctōribus ibidē colligit. itē ex Cald. & Hærico col. pe. post Io. An. in. d. c. pastoralis. & his omnib⁹ qui Bartolū sequūt. Deinde exceptio ista dilatoria, & si post litis cōtestatiōe oriatur ex proposito possessorij tamē admittenda nō est: cū excipiens, ante litis contestationē posset agere actum, ex quo tunc exceptio competeret, & sic ipse posset ante litem cōtestatam eadem exceptiōe vtī: qua ratio ne sibi ipsi imputet hanc omissionem, secundum Aretinum, & Ripam nume. 161. in dict. §. nihil cōmune. Sic sanē idem quod Bar. Speculator adseruit in tit. de pet. & possel. §. primo. nu. 3. vers. sed pone. vbi Io. And. scribit contrariā sententiam in praxi minimē admittendam, nisi in matrimonij carnalis, aut spiritualis controuersia.

Vt cunq; tamen sit, illud adnotandum erit, dictam Clementinam constitutionem, quæ in appellationis causa loquitur, itidem procedere etiā in causa supplicationis ob eandem rationem: quemadmodum Capicius adseuerat in Neapolitana decisione, 28. dicēs ita in eius Regni summo Senatu per sententiam definitum fuisse.

Quin & illud est considerandum qualiter ab actore, & reo potuerit agi petitorio: cum ipsamet

constitutio præmittat reum posse suspēdere petitorium à se, & ab aduersario in iudiciū deductū ac videatur absonum esse, & omnino infrequēs, actorem & reum circa eandem rem simul petitorium deducere: nam glo. ibi huic difficultati mēderi cupiens exponit coniunctionē, Et, eam accipiens disunctiuē pro, vel, vt petens restitutionē interdicto recuperandæ suspendat petitorium à se, vel ab aduersario propositum: quæ quidem interpretatio quibusdam placet, alijs vero magis aridet, quod petitoriū dicatur ab vtraq; parte proponi: ab actore quidē agendo, à reo vero defendēdo. l. i. ff. de exceptio. sed & Car. oppo. 7. i. d. Cle. 1. posse id fieri fatetur. Cui ipse libenter cōsentio exemplū istud cōsingens: si quis etiam possidēs, quod petit, agat petitorio: quod contingit in iuribus incorporalibus: & in beneficialibus: ex paulo antē traditis: ac demū reus etiam egerit petitorio cum non possideat isq; reus deinde pponat possessorium suspendēs petitorium à se, & ab aduersario deductum. Aliter aptari poterit exemplum dictæ constitutioni ex Lapo. alleg. 97. Car. ibidem quæstione. 1. si quis agat possessorio: reusque petitorium deduxerit: ac denique actor petitorium proposuerit: eaque causa ad apostolicam sedem per appellationem fuerit deuoluta, licebit sanē primo actori possessorium prosequi suspensa proprietatis quæstione ab eo simul & ab aduersario in iudicium deducta.

Et idem erit secundum eosdem si actor agat petitorio, & præterea possessorio aduersus possidētis: isque reus petitorium deducat vsus reconuentione saltem ad effectum, vt simul tractetur vtrūque: poterit equidem actor coram iudice appellationis possessorium iudicium prosequi, suspensio petitorio ab ipso & ab aduersario propositum.

Ex capite sequenti.

- 1 *Veteris legis precepta an cessauerint: possint vè noua lege iterum statui? atque ibi traduntur quadam de Paschate celebrando.*
- 2 *Decimarum institutio quatinus non sit ex iure naturali, nec diuino, quo ad certam quantitatem: est tamen, & procedit quo ad congruam sacerdotum sustentationem.*
- 3 *Laici quandoque coguntur sacerdotibus oblationes exhibere.*
- 4 *Decimæ quantum ad quotam partem iure humano iustissimè sunt institutæ.*

Variarum Resolutionum

- 5 *Ius percipiendi decimas non potest laicis competere aliter quam ex privilegio: & ibi de concilio Lateranensi.*
- 6 *Laici spoliati iure percipiendi decimas, an sint ante omnia restituendi?*
- 7 *Clerici possunt prescriptione acquirere ius percipiendi decimas ex aliena parochia, & ibi de intellectu cap. 2. de prescrip. in. 6.*
- 8 *An possit consuetudo reddere quem immunē à solutione decimarum: & ibi an teneantur laici decimas deferre in horrea clericorum?*
- 9 *Laici an possint eximi à solutione decimarum privilegio Romani Pontificis.*
- 10 *Prescriptio quid possit circa exemptionem à soluēdis decimis, & ea quāti temporis sit sufficiens.*
- 11 *Servitutes discontinuæ quāto tempore vsucapiantur? & ibi de vsucapione iuris pascendi.*
- 12 *Verba quedam diui Thomæ in tractatu de decimis perpenduntur.*
- 13 *Prescriptio, privilegium ve de decimis percipiēdis, aut non soluēdis, an ad noualia extēdatur?*
- 14 *Intellectus cap. penultimi de privilegijs.*

De decimis, an iure naturali, diuino, an humano tantum debitæ sint? Cap. XVII.



NON equidem diffiteor, queſtionem istam quibusdam ieiunam nimis, parumque videri vtilem, potissimum his, qui forensia, proximè iudicialē quotidie tractāt: quippe qui eā succinētē, ac veluti per transfennā absq; eius appendicibus contēplentur, minimè cōsiderantes ea quæ ex huius controuersiæ vera decisione etiam ad praxim deduci frequentissimè poterunt: verum eam radicitus examinans: quam vtilis etiam apud tribunalia sit, dubio procul ostendam. Est tamen ad eius cōgnitionem prænotandum: præceptorum veteris testamenti quædam esse iudicialia: quædam moralia: quædam etiam ceremonialia. Iudicialia quidem pertinent ad iustitiam hominibus exhibendam: iusq; vnicuiq; tribuendum: ex quibus leges veteris testamenti censentur: quarum obseruatio iudi-

cibus ipsis incumberebat, vt proximo redderetur, quod suum esse constaret: paxque & concordia absque vllius iniuria tutissimè custodiretur. Moralialia ad dictamen legis naturalis spectant: vt qui libet virtutes ipsas exerceat, nihilque agat ab ipso naturali iure alienum. Ceremonialia vero de his agebant, quæ ad cultum diuinum, ad reuerentiā, honorē, & obsequiū Deo exhibēdū statuebātur: sicuti Paulus ad Romanos. c. 7. scribit dicens, itaq; lex quidē sancta, & mādaturū sanctū & iustū, & bonū. His etenim verbis Paulus mādaturū sanctū ad ceremonialia, iustū ad iudicialia: & denique bonū ad moralia retulit auctore diuo Thoma. 1. 2. quæst. 99. ar. 4. quo in loco hæc præcepta commemorat à cæteris Theologis passim receptus. tamen si glo. in cap. 1. de decimis. in. 6. & in cap. vlt. 6. distin. cuius meminere Fel. in capi. traslado. de constit. & Iaso in. l. 1. num. 35. ff. si cert. petat. alia vtatur distinctione imperfecta quidem: quemadmodū ex Thoma apparet in dict. q. 99. doctoribus in dict. c. 1. & in dict. cap. vlti. vbi Cardin. à Turre Cremata in principio idem tradit, & Florētinus. 1. parte. tit. 14. cap. 5. Horū autem præceptorum iudicialia, & ceremonialia Euangelicā lege lata omnino cessauerunt, vimq; præceptorū amiserunt. Paulus etenim ad Galatas cap. 3. scribens Prius autē quam veniret fides, sub lege custodibamur conclusi in eam fidem, quæ erat reuelanda: itaq; lex pædagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides, iam non sumus sub pædago. Et iterum cap. 4. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cū filio liberæ: itaq; fratres nō sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberavit. Paulus, inquam, ita scribēs testatur manifestissimè, eijciendam esse legem veterem, quæ tanquam ancilla fuit legis Euangelicæ: vnde alibi: Trās lato, inquit idem Paulus, sacerdotio, necesse est legis quoq; translatio fiat. ad Heb. capi. septimo. quibus sanè adeo verū est lege à Christo Iesu lata veterem legē antiquā fuisse, vt planè hæreticum sit existimare, legem veterē seruandam esse simul cū lege noua: sicuti apparet Actu. c. 15. & August. tradit lib. de hæresibus, ac diligenter Alfonso à Castro de hæresibus. dictione lex. quin & moralia veteris legis præcepta adhuc vim habent, & perpetuò habebunt: nō ex auctoritate veteris legis: sed ex eo, q̄ sint à natura ipsa instituta: & à Christo. Iesu in lege Euangelicæ eadem ratione, qua & naturali debuerunt, & sunt præcepta. quod explicat Dominicus Soto lib. 2. de iust. & iu. q. 5. art. 4. conclus. 2.

Hinc non immerito dubitari solet: an veteris legis ceremonialia præcepta possint post Euangelicæ legis

legis promulgationē, lege lata ab homine iterū statui? nam de iudicialib⁹ id cōpertū est fieri posse, & factū fuisse apparet ex titulo de iurijs. c. primo de homi. & hęc leges seruantur nō tanquā ex veteri lege: sed quia nouiter lege humana constitutę sunt. Verūm cęrimonialia veteris testamenti nequaquā posse lege lata à principib⁹ Christianis iterū institui in hac specie adserit diuus Thomas. 2. 2. q. 87. art. 1. in solutione quęstionis. & idē 2. 2. q. 104. arti. 3. scribens cęrimonialia à iudicialibus in hoc ipso differre, quod cęrimonialia non tantum mortua sint, sed & mortifera obseruantibus ea post Euangelicę legis edictum: at iudicialia mortua quidem esse: quippe quę vim obligationis non habeant; non tamē mortifera: quia si quis princeps eadem iudicialia pręcepta iterum statueret ad eius principatus regimen non peccaret; his etenim verbis Thomas sensit cęrimonialia non posse absq; crimine sub lege Euangelica iterū statui: & id maxime probatur: nam cęrimonialia principaliter fuere statuta, & ordinata ad pręfiguranda Christi mysteria vti futura: & ideo eorum obseruatio pręiudicat fidei, veritati, secundum quam confitemur illa pręfigurata mysteria iam contigisse: atq; completa esse. Quo fit, vt hęc ipsa opinio admittenda sit in his cęrimonialibus, quę pręcipue significabant Christi & futurę legis Euangelicę aduentum: veluti immolatio agni, Circumcisio, non tamen in his, quę licet cęrimonialia essent, magis pertinebant ad deuotionem quandā, ac ritū sacrificiorū, & eorum ornatum, quā ad futurę legis, Christi que nasciturū pręfigurationem: cuiusmodi sunt vestes sacerdotum, altaria, Thyrificatio, decimarū & primitiarum solutio, oblatiōes, hijsq; plura similia, quę etiam post legē Euangelicā à Christianę reipublicę rectoribus statuta sunt: vt constat in cap. 1. de consecratio. distinctione prima. traditur in cap. primo. de purificatione. post part. & alibi, sepius pręsertim per Gratianum, & alios. 5. distinctione. Et ita fieri posse animaduertendum est. ex verbis diui Thomę, Ioann. Maior in quart. distinctione. tertia. quęstione. 1. colum. prima. Distingo. de liberta. Christiana. pagina. 81. Florenti. prima part. titu. 4. cap. quinto. §. nono. Sic etenim plura vitia, quę ex veteris legis. instituto sacerdotū impediabant: etiam sub lege Euangelica ex Pontificum decretis eadem dignitate quęquam. in signis omnino vetat: quod a tibi opportuni⁹ tractabitur.

¶ Non oberit his, quod ab Ecclesia catholica ad Paschę celebrationem consideratur Lunę cursus, idem, qui ab Hebręis ad immolationem agni Paschalis inspectabatur: nam id non arguit Ec-

clesiam Catholicam agni immolationem repetere: sed potius ea exclusa in memoriam veri illius agni immolationis, qua Iesus Christus seipsum obtulit in holocaustū pro humani generis redemptione, & ad sacramenti significationem: cum per passionem, & resurrectionem Domini, transitus de morte ad vitam significetur, authore Augustino ad inquisitiones Ianuarij, lib. 2. capit. 1. & 2. prędictum Lunę cursum animaduertendum esse statuit. Celebraturi etenim Christiani Christi resurrectionem, eius passionem recolimus: rationem habentes eius temporis, quo Christus vti agnus vere Paschalis morti traditus fuit. Quin imo, & in hac re nē Iudaismum sequamur, Pascha nostrum minime celebramus eo die quo suum Iudęi, ex veteri lege soliti erant celebrare: tamen si eius aliquam rationem habeamus quod constabit manifestē, si consideremus Primum institutum fuisse apud Hebręos, vt decima quarta Luna primi eorum mensis ad vespērā immolaretur, ac comederetur agnus Paschalis, decima quinta vero Luna ipsius Paschę festiuitas obseruaretur, eiusque solennitas haberetur. Sicuti apparet Exodi capit. 12. Numeri. 9. Leuitici. 23. Secundo, mēses ab Hebręis iuxta Lunę cursum adijungi ita, vt prima Luna, sit prima dies mēsis, satis compertum est: & pręterea primum Hebręorum mensem eum esse, cuius prima Luna sit equinoctio uerno proximior, iuxta erudite adnotata per Ioannem à monte Regio in calendario. Deinde ex historia Euangelica deducitur, Christum, Iesum feria quinta ad vespēram cum eius dilectissimis discipulis comedissee agnum paschalem, ac feria sexta à Iudęis crucifixum fuisse in Parasceue, quę erat ante Sabbatum: ita enim ex verā ecclesię interpretatione, eiusq; traditionibus, & sanctorum virorum consensu receptum est Luna decima quarta ad vespēram Christiani celebrasse Pascha, & decima quinta Luna Cruci affixum fuisse: & id colligitur ex Marci capit. 15. Lucę. 22. Ioannis. 13. rursus Marci. 14. non enim venerat Iesus ad legem ipsam violandam, sed ad implendam. Et quanuis solet disputari ad aperiorem intellectum apud Theologos de hac re: nos hanc disputationem missam facimus, cū huic loci nec conueniat, nec nostrę sit professio nis: sequimur tamen, quod ex ipsa veritate Euangelica, ac simul ex ecclesię vsu, doctissimorumq; virorum interpretationibus iam diu firmiter receptum est, qua de re legendus est Paulus Burgensis in additionibus ad Nicolaū de Lyra: Matthei capit. 26. Paulus Forosempronienſis lib. 3. secundę part. ita loquitur. Lucidus de vero die passionis Christi. ca. 9. & Ambro. Catharini. lib. 2. contra

Variarum Resolutionum

Caietan. qui testantur eo anno, quo Christus paschus fuit, Iudæos celebrasse pascha die sabbati: non quidem ex lege: sed ex traditionibus patrum, quibus institutum erat, ut cum ex lege contingeret pascha in pasceue Sabbati, & sic feria sexta trāferretur pascha in ipsum Sabbatum: quia non deceret tantum festum celebrari in pasceue. Eandem opinionem probat Rupertus Abbas super Matthæ. à qua magno conatu discedit Dominicus Soto in. 4. senten. dist. 9. q. 1. arti. 4. asseuerans post alios, quorum testimonio utitur, Christum eodem die celebrasse pascha, & comedisse agnū paschalem, quo Iudæi. idem probat Ioan. Arbo-reus libr. 3. Theosophiæ capi. 9. His adde in Actis Apost. cap. 12. omnes dies Azymorū dici pascha.

Item illud est notandum ob resurrectionem Dominicam, quæ ipso die Dominico contigit, Pascha à Christicolis celebrandum esse Domini co die. Sic etenim decreuit Pius Papa primus huius nominis, à Petro nonus, in epistola. 1. & capit. nosse. de consecrat. distinct. 3. idem alibi sæpissimè statutum est, sic tamen, ut festum istud solenniter celebretur primo die Dominico sequenti post decimam quartam Lunam primi Hebræorum mensis: sicuti decretum est à Victore decimotertio Pontifice à Petro in epistola prima. capit. celebritatem. de consecrat. distinct. 3. & apud Eusebium libr. 5. eccles. Histor. cap. 22. idem paulò post Nicænam synodum à Syluestro Papa primo. capit. 1. atque Antiocheno concilio sub Iulio primo cap. 1. sancitum est, quod est ita accipiendū, ut à decima quarta Luna ad vicesimam primā die Dominico Pascha nostrum celebretur: sicuti in dict. Canonibus expressum est: modò dies is Dominicus non cōtingat, nec decima quarta, nec decima quinta Luna: quòd si contigerit, ad sequentem diem Dominicam differtur isthæc solennitas, ex diuo Augustino, qui hoc ipsum eleganter explicat in quæstionibus ex nouo Testamento. cap. 84. tomo quarto. & Anselmo lib. 2. de imagine mundi. cap. 24. nam à decima quarta Luna ad vesperam vsque ad decimā quintam Lunam peractam dies hic solennis agebatur, & ideo ne ipsos Iudæos Christiani imitemur, hoc ab antiquis patribus piè, & catholicè institutum est: quæ admodum & præter alios docet Spe. lib. 6. rationalis. ti. de die Paschæ. Sic sanè secundum Augustinū, & Tertullianum lib. de hæresi. olim damnata est hæresis quorundam, qui existimabant à Christianis Pascha decima quarta Luna necessario fore celebrandum, quòd refert & Alfonso à Cast. de hæresib. verbo. Pascha. Ex quibus, ni fallor, aperitur sensus Canonis Apostolorum octau. Si quis, inquit, episcopus, aut presbyter, aut diacon⁹ sanctū

Paschæ diē ante vernale æquinoctiū cum Iudæis celebrauerit, abijciatur. quod itidem admonuit, ut par est, ex Apostolica doctrina Dionysius Alexandrinus apud Eusebium libr. 7. Hist. eccles. ca. 20. Et Socrat. lib. 4. c. 28. & lib. 5. ca. 21. & 22. Sozomen. lib. 6. c. 24. & lib. 6. c. 18. & 19. siquidem hui⁹ Canonis decisio eam rationē habet, quæ ante æquinoctiū vernum nō potest Pascha celebrari: quin ipsa decima quarta Luna, aut decima quinta celebretur: quòd prohibitum est, igitur ex his satis certum est cautissimè catholicam ecclesiā in huius solēnitatis celebratione hoc ipsum aduertisse: ne Iudæorū cæremonialē legem custodiret. Scribit & ad hæc Leo Papa epistola. 62. ad Martianū Augustum in hæc verba. Si quidē ab vndecimo Calendarum Aprilium, vsq; in decimum Calendarum Maiarum, legitimū spatiū sit præfinitū intra quod omnium varietatum necessitas concludatur, ut Pascha Dominicum, nec prius possimus habere, nec tardius: quod enim in decimū. & nonum Calendarum Maiarum videtur nonnūquam peruenisse festiuitas, quadam ratione defenditur. Quia & si dies resurrectionis vltra terminū exisse videtur: dies tamen passionis limitem positum non inuenietur egressus. Ad octauum autem Calendarum Maiarum Paschalem obseruantia perducere: nimis insolens, & aperta transgressio est. Hastenus Leo, qui in epistola. 63. ad Eudochiam Augustam idem scribit: Theophilū Alexandrinæ vrbs episcopū arguens, eo quod Paschalem solennitatem, & Dominicā resurrectionem perduxerit ad octauum Maiarum Calendarum diem: qui est Aprilis vicesimus quartus. Nihilominus ex vsu ecclesie vniuersalis, Dominica resurrectio cōtingere potest septimo Calendas Maias, id est, vicesima quinta die Aprilis: & vndecimo Calēdas Aprilis, qui est vicesimus secundus dies Martij. scribit & adhæc Rober. Guaguin. li. 1. de gestis Fræcorū ad finem, sub rege Clotario contentionem fuisse grauem inter Francos & Hispanos de Paschæ celebratione: illis decimo octauo Calendas Maij eam celebrantibus, his vero duodecimo Calēdas Aprilis. Eamq; cōtentionem testatur diuinitus fuisse sopitam. Nam Sabbato sancto, dū Catechumeni ad regeneratiōis lauacrū accedunt, salutaris apud Hispanos aqua peraruit, cum eadē apud Francos abūderet. Idē cōmemorat Sigibertus Abb. Gemblancensis testatus, Francos celebrasse pascham decimo quarto Calēdas Maias, Hispanos duodecimo Calēdas Aprilis: eamq; cōtroversiam miraculo definitā fuisse. Fontes siquidē in Hispania, qui Sabbato sancto Paschæ diuinitus repleri ad baptizandum solebant, non in Hispanorū, sed in Francorum Paschæ repleri sunt: idq; cōtingit anno Domini

Dñi quingētesimo septuagesimo primo. vt idem Abb. tradit: & adnotauit Io. Vafa. in Chronico: rā Hispaniæ parte priori. Cōstat sanè ex testimo nio Leonis Pape, & vsu ecclesiæ Hispanos in die ta paschæ celebratione omnino errasse: & nihilominus an Franciam celebrarint iuxta decreta patrū, & cōciliorū, satis controuerti potest: annosiquidē quingētesimo septuagesimo primo Pascha celebrari debuit quarto Calendas Aprilis & sexagesimo nona die Martij, vt apparet ex Calendario Dionysij Abbatis & Io. Luci. in lib. de emē datione temporum. Deinde contentio prædicta non potuit contigisse tēpori Solorij regis, qui regnauit ab anno Dñi quingētesimo sexagesimo ad annū vsq; quingētesimum sexagesimum quintū, quibus annis pascha secundum decreta patrū non potuit celebrari decimo quarto Calēdas Maias nec decimo octauo eidem Maij Calēdas. Quā obrem ego sequor potius Gregorium Turonensē episcopum, qui iuius contentions fere mē minit. lib. 10. cap. 23. & hoc tribuit ætati & imperio Chluperiti regis Francorum. Tunc etenim id potuit contigisse, anno scilicet quingētesimo septuagesimo quinto, qui fuit secundus eius regni: & principatus, quo quidem anno pascha celebrari debuit decimo octauo Calēdas Maias, id est, decimo quarto die Aprilis vt Guaguinus refert. Potuit etiam eadem contentio accidere sub eodem Chilperico anno Domini quingētesimo octuagesimo tertio, quo pascha celebrari debuit decimo quarto Calēdas Maias, id est, decimo octauo die Aprilis: quod Abb. Gemblāncensis insinuat. Vt hinc faciliē intelligatur horum autorum varia & incerta testimonia. Imo si adamussim omnia expendātur, commemorata contentio conuenit omnino anno Domini quingētesimo octuagesimo tertio: cum eo anno, & non alijs superius traditis contigerit dies Dominicus duodecimo Calēdas Aprilis, quo die Hispani Paschæ festum celebrarunt. Sed & de Paschæ celebratione tractat Anselmus libro. 2. de imagine mundi. cap. 24. & 25. vbi pascham cōstituit a duodecimo Calēdas Aprilis ad octauum Calēdas Maij, quo loco falso legitur Martij. Sunt tamen, qui censeant Dionysium Monachum in eo Calendario, quo nunc utimur, ad huius & similibus solennitatum celebrationem, non omnium futurorum annorum rectam habuisse rationem, & ob id hisce temporibus ob variū Lunæ cursum, variāq; sedem æquinoctij, eam cōputationē minime cōuenire: qua de re ad Leonē decimū Pontificem Maximum scripsere Paulus Germanus Forosēmpromiensis, Ioannes Stofflerinus: ac Petrus Ciruellus Darocēsis Hispa. & præter hos Ioā

nes Lucidus: de emendatione temporum: & ad concilium Tridētinū Ioan. Mari. quod examini & decreto sanctæ Romanæ ecclesiæ relinquendum est: nec quidquā mutādum: dum ipsa catholica ecclesia aliud non decreuerit. Est & ad hæc tēgendus Nicephorus Gregoras lib. 8. Rom. histoi. cap. de Paschæ correctione.

¶ Ex eadem radice periculosum est, q. Ca. scribit, 3d part. q. 37. dū ad se sit art. 1. etiā sub lege. Euāgelica posse permitti circūcisionem, quæ simul cum baptismo fit apud Christianos Indos sub Aegypto: eō qd ea fiat non ad obseruationē legis. Mosaicæ: sed ad imitationē corporalis circūcisionis, quæ Christus passus est: sed nihilominus isthæc obseruatio maximum exhiberet scādalum in republica Christiana utcūq; cōtingeret: tametsi non fieret circūcisio ad legis. Iudaicæ: obseruationem. Scribit etenim Paul. ad Galat. 5. Quoniam si circūcidamini, Christus vobis nihil proderit.

¶ Consequitur ex suprascriptis legem de decimis solvendis ea ex parte, qua cæremonalis fuit, vim & obligatiōis ius per legis Euāgelicæ promulgationem amississe. Idemq; satis probatū esse, etiam si iuxta Thōmā, & sequaciū opinionē dixerimus præceptū de decimis soluēdis non cæremonale, sed iudiciale fuisse: quod verius est. & ideo super est, verē an iure naturali, vel diuino Euāgelico de cimarū solatio plebi Christianæ indicta fuerit: quā illo quidem ex veteris testamēti legibus probari nō potest: nec argumētum sumitur necessarium eas iure diuino indictas fuisse. Et tamē plura adduci solēt, quæ probare vidētur, decimas iure diuino, & naturali ministris spiritaliū debitas esse. Primo quidem autoritate Romani Pontificis dicētis in. t. parochianos, de decimis. decimas nō ab homine, sed ab ipso Deo institutas fuisse. ad idē tex. in. c. cū non sit. c. tua. eo. ritu. c. omnes decimæ. 16. q. 7. tex. in. c. in aliquibus. §. vlt. de decimis. Secundō, hoc ipsum poterit colligi ex. c. 1. de decimis. in. 6. vbi Romanus Pōtifex ad inonet maximo conatu prohibitione præmissa: nē concionatores in publicis sermonibus quidquam populo prædicēt: quo eū auertāt a decimarū solutione: quam cōstitutionem excōicationis pœna cōfirmat Cle. vlt. de pœnis. Tertiō, idem suaderi potest autoritate tot virorū sanctitate illustrium, qui decimas Clericis debitas esse diuini iuris testimonijs probare conātur: vt Gratianus refert. 16. q. 7. & 16. q. 1. c. reuertimini. & Romani Pōtifexes sæpissimē in rub. de decimis. Quarto, iuris naturalis ratio dicit, decimas ecclesiarū ministris esse soluēdas, cum hi laborent circa spiritaliū administrationē, animarū fidelium curā exercent, ac pro plebe ipsa Christiana sacrificia offerentes;

summo Deo preces effundant: igitur digni sunt mercede sua veluti legitime operantes. Matthæi cap. 10. Luc. 10. 1. ad Tim. 5. prima ad Corin. 9. ca. cum secundum. de præbend. cap. 1. §. his itaq; 13. quæst. 1. ca. ex his. 12. q. 1. Quæ obsecro tam effera barbara vè gens esset, quæ sacerdotibus in cõmunem totius reipublicæ vtilitatem Deum colentibus, mercedem laboris, bonaque: ex quibus alimenta sibi perciperent, non constitueret? proculdubio quælibet respublica etiam solo naturalis legis lumine imbuta maximã haberet curam, vt sacerdotes alioqui egeni, victum sibiq; necessaria ex publico instituto consequerentur. Nam & apud Aegyptios: sacerdotibus ex horreis publicis cibaria ministrabantur, Genes. cap. 47. de primitiis frugum, quod hæc non tantum ab Israelitis: sed & ab ethnicis Deo offerri solerent, tradit diligenter Tiraquel. de primogeniis in præfatione, num. 65. Sed & olim Herculi decima dabatur. quod constat ex Varrone lib. 5. de lingua Latina, Plutarcho in problematis Romanis cap. 17. & alijs plerisque auctoribus. apud Arabas etiam Sabis Deus fuit, cui thuris decimas mēsurā, non pondere sacerdotes accipiebant. teste Plinio lib. 12. capi. 14. quamobrem iure naturali tantum inspecto ecclesiasticis ministris decima debita videtur: & ideo quibusdam visum est, præceptum de decimis Leuitis soluendis non omnino cõemoniale aut iudiciale: sed morale fuisse: atque sub lege etiam Euangelica omninò vigere, nec antiquatum esse.

Et præter has rationes minimè de sunt auctores qui decimas etiam hodie iure diuino, & naturali debitas esse asseuerent: nam & hoc tenuerunt glo. Archid. Anch. & alij in capit. 1. de decimis in 6. Innocent. in cap. vltim. de Paroch. Ioan. Andr. in rubr. de decimis. idem in cap. à nobis. Anto. in cap. parochianos. colum. 2. Abb. in cap. in aliquibus. colum. vltim. de decimis. Alexan. confi. 60. libr. 4. quorum opinio communis est secundum Francum in dict. cap. 1. de decimis. in 6. imo scribit Innocent. in dict. cap. vltim. esse quasi hæreticos eos, qui adferunt decimas etiam sub lege gratiæ non esse debitas iure diuino, sed tantum positiuo. Sunt tamen, qui hac in re præmissam sententiam veram esse opinentur in decimis prædialibus: non sic in personalibus, quas iure tantum humano debitas esse non diuino existimant: huius equidem opinionis sunt Hostien. in Summa, titu. de decimis. §. & vtrum. quæst. 7. Henr. in cap. peruenit. de decimis. colum. 5. Felin. in capit. causam. de præscript. colum. 1. & id communi vsu receptum esse adnotauit Cardina. in capit. 1. de decim. cum tamen hi, quos priori loco citauimus, non

tantum prædiales, sed & personales iure diuino, & naturali deberi absq; vlla distinctione probauerint. quorum rationes fragiles sunt: nec efficaciter eorum assertionem fulcire videntur: siquidem prima, quæ pluribus vtitur locis, quibus expressum est decimas à Deo institutas fuisse, sic est intelligenda, vt à Deo lata lege ante Christi aduentum in veteri testamento id sancitum esset certò certius habeamus: atque eodem pacto interpretemur Canones, quibus scriptum est, lege diuina decimas indictas fuisse: lege, inquam, diuina veteris testamenti: ad cuius exemplar & imitationem Ecclesia catholica sub lege gratiæ eandem decimam fructuum partem in ecclesiasticorum ministrorum alimenta soluendam esse censuit: quamobrem Hieronymus, Augustinus, Ambrosius & ceteri viri doctrina & sanctitate illustres, testimonijs veteris instrumenti hæc in controuersia vtuntur: vt ostendant ecclesiam eiusque principes legem à Deo Israeliticis datam imitatos fuisse, igitur & tertia ratio ex his manifestè refellitur. Secūda verò nulla indiget responsione: si optimam argumentandi rationem memoria repetamus: non enim ex ea sequitur iure diuino decimas institutas fuisse: satis equidem erit eas tantum lege Pontificia indictas esse, vt iure optimo excommunicatio ferri possit in eos, qui earum solutioni detrahunt, aut detrahere conantur. Quarta ratio id tantum probat, quod iure negari non potest, scilicet à laicis cõgruam sustentationem Clericis exhibendam esse, qua quidem possint ipsi ministri ecclesiastici sibi alimenta ministrare: nec mendicare in opprobrium tanti ordinis, tantæq; dignitatis cogantur: & vt mercedem laboris pro plebe impensis ab ipsa plebe accipiant: non tamen ex hoc sequitur ad isthæc alimenta congruam vè sustentationem decimam fructuum portionem necessariam esse: nec ideo iure naturali eam clericis deberi.

Præterea, decimas nec iure naturali, nec diuino Euangelicæ legis institutas esse vrgētibus rationibus probari potest. & Primò, quia ratio naturalis non magis dicit ministrantibus spiritualia dandam esse decimam partem, quam nonam, octauam, vel quartam. Deinde sub lege Euangelica ea solum lege diuina tenemur seruare, quæ à Christo Iesu etiam per eius Apostolos nobis præcepta sunt. iuxta illud Matthæi vlti. docetes eos seruare omnia, quæcunq; mandauimus vobis. Sed de soluendis decimis nec in Euangelij, nec apud Apostolos vllum est præceptum: igitur nec lege diuina tenemur decimas soluere. Tertiò id ipsum constat, si verum est quod diuus Thomas præmittit. 1. 2. quæst. 108. art. 1. & 2. & quod lib. 4. art.

scribens, in lege Evangelica nullū præceptum cōtineri, quod non sit naturalis iuris, præter præcepta de sacramentis, atq; de fide: ex illo, iugum meum suauē est, & onus meum leuē. præceptum verò de solutione decimarum, nec ad sacramenta, nec ad fidei articulos attinet: ergò colligitur oprimē id in Evangelica lege nequaquam contineri. Quartò manifestum est decimas consuetudine diminui non posse, si essent iure naturali, aut diuino Evangelico inductæ: & tamen consuetudine eas posse diminui probat text. sing. absq; sophistica interpretatione intellectus in capit. in aliquibus. §. vltim. de deci. Hinc profectò factum est, vt pleriq; censeant, decimas etiam prædiales iure tantum humano, & Pontificio statutas esse: non diuino Evangelico, nec naturali. huiusque opinionis sunt diuus Thomas. 2. 2. quæst. 87. art. 2. quæst. 1. arti. 3. idem Thom. quodlib. 2. art. 8. Florenti. 2. part. titu. 4. cap. 3. §. quinto. Syluest. verb. decima. quæst. 3. & 4. Ioan. Maior. in. 3. sent. dist. 37. quæst. 36. Alexand. de Hales in. 3. part. summæ. quæst. 51. membro. 6. art. 1. Hadri. quolib. 5. arti. 1. idem Ioan. Maior in. 4. dist. 15. q. 4. col. pe. Dominicus Soto lib. 9. de iusti. & iure. q. 4. arti. 1. quam sententiam à Theologis receptam esse aduersus Canonistas asserit Alfonso à Castro lib. de hæresibus. verb. decima. his etiam suffragatur quinta ratio ex eo, quòd eodem iure, quo decima fuit in dicta plebi Israëliticæ ad alimenta Leuitarū, fuit itidem ipsius Leuitis inductum, vt decimam decimarum summo sacerdoti soluerent. nu. 18. hic tamen decima decimarum sub lege Evangelica non debetur iure diuino summo Pontifici: nec ei soluitur: igitur nec decima à laicis clericis soluenda hodie legis diuinæ Evangelicæ præcepto debetur. Nam licet Thomas dict. q. 87. art. 4. ad tertium scripserit sub lege Gratiæ clericos iure naturali teneri decimam decimarum soluere Romano Pontifici: id intelligendum est potius de congrua portione ad summi Præsulis alimenta: hoc nesciamq; sustentatione ear: quàm de vera, & propria decima decimarum parte. ratio siquidem naturalis dicitur Christiani populi summum moderatorem ab eius subditis, quorum præcipuam curam gerit, alendum esse iuxta ipsius dignitatis conditionem, quæ suprema est Christiani orbis: & ideo iustissimum est ei à Clericis partem aliquã ecclesiasticorum reddituum ministrari pro tanti oneris impensis.

Cæterum his iactis, ac præmissis fundamentis primū sequitur, iure naturali, & diuino legis Evangelicæ clericis debitam esse à laicis eam partem fructuū, quæ ad eorū alimenta, congruamq; sustentationem: dum spiritualia ministrant, ne-

cessaria sit, in laboris impensi iustam mercedem. hoc ipsum est, quod modò probauimus, & ex Theologis passim colligitur, potissimum ex his, quos paulò antè citauimus: imò hæreticum esset dicere contrarium: sicuti constat ex cōcilio Constantiensi, à quo dānata est hæresis quorundam, qui isthæc alimenta, & vitæ subsidia Clericis negari posse, constanter adseuerarunt: quod traditur eruditè simul, ac diligenter ab Alfonso Castr. in dict. verb. decimæ. Hinc & illud verum esse colligitur, Paroecianos, qui vulgò parochiani dicuntur, ex præcepto naturali, & diuino teneri ad oblationes presbyteris ministrantibus spiritualia exhibendas, vbi ipsi presbyteri indigent, nec habent, vnde possint sibi necessaria ministrare. Abbas in cap. causa. de verb. signific. idem post alios in rub. de paroch. Henric. in capi. quantis. de decim. Thomas. 2. 2. quæst. 86. & ibi Cajet. artic. 1. & quæst. 100. arti. 3. Socin. in tracta. de obla. libello. 3. quæst. 4. Roma. consi. 344. Card. à Tur. Crema ta post alios ibi in cap. omnis Christianus. de consecrat. dist. 1. artic. 1. Hosti. in summa. titu. de parochijs. §. in quibus. versi. in his. Abb. rursus in capi. 3. num. 6. de pig. nori. Florent. 3. part. titu. 12. cap. 12. Syluest. verb. decima. q. 2. Regia. l. 4. tit. 20. part. 1. text. ita intelligendus secundum glo. ibi in dict. ca. omnis Christianus. Quòd si clerici ministrantes spiritualia inopia minime grauentur, laici non sunt cogendi oblationes eis exhibere: nisi consuetudine legitima oblationes factæ fuerint altaris: nam tunc ex ratione huius consuetudinis cogi poterunt laici ad oblationes: sicuti in prædictis locis receptum est nemine refragante, & probatur in cap. ad apostolicam. de simo. vbi Doct. Bart. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccles. Abb. Areti. & Felin. in capit. veniens. in. 1. de resti. Hippoly. singul. 192. ex hoc adnotantes; sola diuina præstatione adquiri obligationem fauore ecclesiarum, & piæ causæ, ad intellectum. l. cum de in rem ver. so. ff. de vsur. quem late examinant Bar. ibi & oēs in. l. si certis annis. C. de pact. Franc. Balb. de præscript. 1. part. 3. partis princ. q. 10. Iason in. §. præiudiciales. num. 65. de actio. Ripa in cap. cum ecclesia. num. 39. de caus. poss. eleganter Carol. Moli. in tracta. de contract. q. 20. Imò & in hac pietatis causa, decem annorum consuetudinem, diuinam vè præstationem sufficere scribit Abb. in capitu. suam. de simo. & sequitur enim Rochus Curti. de consuet. Folio. paruo. 30. col. 1. & nouissimè Cassador. decim. i. titu. de consuetudine. Sic sane ab eadem radice procedit quod apud plerasq; nationes moribus receptum est, vt rectori parochiali, qui animarū curam gerit detur ex bonis defuncti, vel lectus, vel vestis quædā, aliavè mobilium,

Variarum Resolutionum

aut immobilium portio: secundum Inno. Hosti. & communem in dict. cap. ad apostolicam. Henri. & alios in cap. Iacobus. de Simonia. Cassador. dict. decisi. 1. quo in loco testatur iuxta hanc opinionem in apostolicæ sedis prætorio litem decisam fuisse. illud tamen est considerandum, non posse presbyterum parochialem propria auctoritate negare ministerium spirituale ipsis laicis, etiam si hi cessauerint à consuetis diu oblationibus: nam & si laici sint cogendi auctoritate prælatorum consuetas oblationes exhibere: non tamen sunt ab eis subtrahenda spiritualia ministeria: quemadmodum rem istam distinxere Thomas & alij communiter, & præ cæteris Ioan. Andre. & Panor. in dict. rub. de Parochijs. Lopus, allegat. 67. col. parua. 13. ac tandem asserunt Henricus, Socin. Card. à Turre Cremata & cæteri proximo loco nominatim adducti: ac Felin. post alios in dict. cap. veniens. contra gl. in capi. omnis Christianus. ex quibus ita distinctè examinatis constat qualiter sit intelligenda gloss. in cap. Sanctorum. 10. q. 1. scribens, Laicos cogendos ad oblationes ministris spiritualium exhibendas: est enim id verum vel ratione legitime consuetudinis: modo liberè prius ministrantur spiritualia: nè videatur pretium temporale oblationis dari pro spirituali ministerio. dict. capit. ad Apostolicam. cap. sicut. eod. titu. Archi. in cap. Agatho. 63. dist. & in capi. ordinationes. 1. q. 1. sic etenim est intelligenda decisio tex. in dict. cap. ad Apostolicam. cuius meminere Feli. in cap. 1. de spons. col. 10. idem in ca. eccles. S. Marix. nu. 97. de consti. Ripa in. c. cū M. num. 177. eod. tit. idem Ripa de peste. capi. de præseruatiuis remedijs. num. 108. Gomez. in reg. de trienniali. q. 12. Ioan. Maior. in. 4. sent. dist. 25. q. 4. item oblationes ex præcepto debentur à laicis, ministris spiritualium, qui aliud nequeunt sibi necessaria ad victum exhibere, vt superius probatum est. qua in re duo erunt præcauenda: primū nè quis existimet ministrum ecclesiasticum, qui ex aliquo peculiari artificio potest victum querere; non esse à Parochianis alendum. non enim tenetur qui laicis proprio labore spiritualia ministrat sibi victum querere aliunde quàm ex oblationibus ipsorum laicorum, quibus seruit: etiam, si maximus aliqui artifex sit: possitq; commodè ex ea industria alimenta percipere: quod in specie tradunt Roma. dict. conf. 344. & Deci. in cap. cum inter. num. 26. de exceptioni. sensit Hosti. in dic. Summa tit. de Parochi. vers. in his: tam etsi contrarium adnotauerint Abb. & Felin. in dict. cap. veniens. & præmiserit dicta Regia. l. 4. titu. 20. par. 1. Secundum æquitati maximè innittitur, & ideo memorix commendandum est: scilicet,

non posse in se dici inopem, vt ratione huius inopiæ cogendi sint laici oblationes exhibere, eum vicarium, qui officium & munus sacerdotale exercet in aliqua Parochia nomine alterius, qui & si absens sit, pingues tamen & opimos redditus ab ecclesia ex decimis, alijsvè prædijs iure sacerdotij percipit: nam is tenetur eius vicarium alere: ei que exhibere congruam portionem illorum reddituum, quos ipse absens, & fortassis non iuris: sed inique alteri commissis ouibus: magno cum Christianæ reipublicæ detrimento consequitur, nec Parochiani tunc cogi poterunt vicario absentis quidquam ratione inopiæ, quæ vera non est, elargiri. argumento tex. in ca. de monachis. de præbend. notat optimè Dominic. Soto. libro. 9. De Iustitia & iure. quæstio. 3. articul. 1. quem legito.

¶ Secundo principaliter deducitur, decimas quantum ad quotam, quæ verè decima pars est, iure humano Pontificio institutas fuisse sub lege Euaγγελica: & ex eo iure obligationem oriri ad imitationem veteris diuinæ legis. vnde nulli dubium esse potest quin hodie Christiana plebs sub peccati mortalis poena decimas soluere teneatur ratione præcepti humani & apostolicæ sedis: cui omnes Christiani subesse tenentur: & ideo impium & hæreticum est asseuerare, posse laicos denegare sacerdotibus decimarum solutionem iustissima lege debitam: nec quidquam refert, sacerdotes diuites esse: & habere prædia, agros, aliasq; res, vnde viuere absq; inopia possint: nam si eis, vt dictum est, decimæ debentur, parum obest eos diuites esse: sicuti debitor immunis non est à solutione debiti ex eo quod creditor diues sit. neq; lege Pontificia statutum est vt sacerdotibus decimæ darentur ea tantum principali causa quod pauperes essent. atque in specie ista sacerdotibus etiam diuitibus decimas Pōtificum præcepto deberi scribit Thomas quodlib. 6. artic. 10. & 2. 1. quæst. 87. artic. 3. ad primum. cui frequentissimo omnium consensu cæteri ad stipulantur. abstineant igitur impij ab ecclesiasticarum constitutionum detractione: nec ipsis sacerdotibus suggillant, quod ab agricolis, & rusticis decimam fructuum exigant partem, tot Sacrorum canonum decretis ad exemplar diuinæ legis sanctissime institutam.

¶ Tertio hinc apparet manifesta ratio, cur ius istud percipiendi decimas laicis competere non possit Nam ius istud consequuntur sacerdotes ex ministerio altaris & spiritualium: quia seminatis spiritualia debentur temporalia: quorum exhibitio ordinatur propter ministerium spiritualium, quæ ab alijs quàm clericis ministrari nequeunt: vnde

vnde fit vt ius percipiendi decimas spirituale sit, nec laicis possit regulariter competere: secundum Thom. & Caieta. 2. 2. q. 87. art. 3. & quolibet. 2. artic. 8. text. optimus vbi hæc est communis doctorum adnotatio in cap. causam. de præscrip. cap. 2. de iudic. gloss. & communis in capit. quanuis. de decimis. quæ tamen addit, posse episcopum alicui laico ex iusta causa, eò nēpē quòd ecclesiam, eiusvè patrimonium à Tyranni oppressione exmerit, concedere ad vitam, aliudvè tempus decimarum fructus, nō quidem ius ipsum percipiendi decimas: sed vt eas nomine & titulo ecclesiæ consequatur: quod Docto. ibi frequentiori calculo admiserunt: & Card. in capi. cūm Apostolica. col. 4. de his quæ fiunt à prælat. existimat hoc esse singulare Panormit. in cap. adhæc. de deci. notat idem Thomas dict. art. 3. & artic. 8. Bald. in l. si vsus fructus. ff. de iure doti.

Sic & laici sacerdotum nomine, conductionis iure decimas & oblationes percipere possunt, ac quotidie exigunt & percipiunt. gloss. & ibi Abb. Anania & ceteri in capit. querelam. ne prælat. vic. suas. Roma. consi. 266. Deci. in cap. 2. nu. 14. & Ripa. nu. 115. de iudic. tamen si gloss. in cap. Altare. 1. q. 3. quam Roma. dixit singul. notab. 657. in oblationibus contrarium expressim tenuerint ex eo canone, qui tantum prohibet laicos ad altare accedere vt oblationes accipiant: quod sanctissimum est. Quin & si laici possint constitui oblationum collectores: cauendum omnino est, nē hoc minus viris fallacibus, malis moribus præditis; aut mendacibus, impostoribusvè delegerur: hos enim execratur textus in capitulo vltimo. de reliqu. & venera. sancto. Clemen. 2. de pœnitent. cap. tuarum. de priuileg. Mari. Soci. in tracta. de oblationi. libello. 20.

Olim sanè ante concilium Lateranense obtentum fuit vt laicis de ecclesia benemeritis decimæ à prælatis perpetuò in feudum concederentur: at concilium Lateranense hoc in posterum fieri magno conatu prohibuit: ita quidem vt laici iustè possint detinere decimas antiquitùs sibi à prælatis in perpetuum feudum concessas: non tamen eas, quæ post conciliū prædictum etiam iure feudorum. etiam à prælatis fuerint eisdem perpetuò datæ. text. singul. in capi. cūm Apostolica. de his quæ fiunt à prælat. & in cap. quanuis. vbi gloss. & ca. prohibemus. de decimis. idem expressum est in capi. 2. §. sanè. cod. tit. sn. 6. verum locus hic nō temerè postulat ad huius rei cognitionē examen illud, quod solet tractari, quis fuerit huius concilij Lateranensis author, quavè ætate id celebratum fuerit? Hoc etenim necessarium est ad inquirendum, quoties à laicis illhæc defensio adu-

cta fuerit in controuersia, cuius temporis ratio habenda sit.

Et dubio procul Alexander Tertius post pacatam Italiã: tot seditionibus extinctis, prope mortis tempus Romæ apud Lateranum, cōcilium celebravit: quemadmodum tradidere Platina libr. de vitis Pontificum. Sabellicus Enneadis. 9. lib. 5. Raphael Volaterranus Anthropologiæ libro. 22. quod item apparet ex cap. cūm & plantare. de priuileg. cap. prohibemus. de deci. cap. Iudei siue Sarraceni. capi. ita quorundam. de Iuda. quibus & alijs locis decreta citantur ex concilio Lateranensi sub Alexandro Tertio. contigit huius cōcilij conuētus anno Domini fere Millesimo centesimo septuagesimo nono: vt præter Historicos commemorant Ioan. Andre. Collecta. Anton. & Card. in dict. cap. cūm Apostolica. decisio Capellæ Tholosanæ. 439. Guido Papæ. q. 288. Carol. in consuet. Parisien. tit. 1. §. 46. nu. 18. & Fracisc. Balbus in tract. de præscriptionib. 5. part. princ. q. 7. col. 7. apud quem in hoc ipso numero vitium est Impressoris manifestum ex his quos ipse Balb. retulit. huius igitur temporis habēda ratio est in examinādis causis pertinentibus ad decimarum concessionem laicis ante concilium Lateranense factam. Et licet Innocentius Tertius concilium generale Romæ apud Lateranum congregauerit, anno Domini Millesimo Ducentesimo decimo quinto: quod ex Platina & alijs secundo concilium Tomo deducitur: idemq; asseruerunt gloss. & Docto. in ca. vlt. de decimis. non tamen ad hoc concilium referenda est prohibitio, qua veritum fuit laicis decimas dari in feudum: siquidem id ad præcedēs pertinet ex dictis: cūm Apostolica. vbi Innocentius Tertius maninir cōcilij Lateranensis, alterius profectò ab eo quod ipse celebravit: idem apparet cūm idem Innocentius in ca. in Lateranensi de præb. mentionē fecerit Lateranensis concilij, id significans quod sub Alexandro Tertio habitum fuerit: cuiusq; decisio sub rubrica de priuilegijs. ca. cū & plantare. continetur. quibus & illud accedit, quod in libris decretaliū Gregorij Noni, quoties aliqua cōstitutio ex Lateranensi concilio Alexandri Tertij refertur, ea cōcilio Lateranensi sub Alexādro Tertio tribuitur: at si ex Lateranensi altero ab Innocentio Tertio congregatō assumpta fuerit: ea Innocentio Tertio in generali cōcilio, adscribitur: vnde cōiectare licet Alexandrū Tertium apud Lateranū non generale totius ecclesiæ conciliū: sed cū sacrosanctę Romanę ecclesiæ Cardinalibus tantum, Synodum cōfessisse, & ideò ab his, qui cōcilia ecclesiastica congregauerunt tria tantum Lateranēsia, & generalia cōcilia traduntur. Primū sub Martino Primo: Scdm

Variarum Resolutionum

Sub Innocētio Tertio: Tertiu sub Iulio Secundo & Leone decimo. Nec in canonibus Secūdi Lateranensis concilij vlla mētio fit eorum canonum, qui à Gregorio Nono ex concilio Lateranēsi referuntur: ad hunc sensum vt canones & decreta Lateranensis cōcilij, cuius mentio fit in Gregorij decretalibus, possint titulo Lateranensis concilij ab Innocētio celebrati, cēferi. obiter tamen tollendum est à regia Partitarum lege mendū quoddam ad hunc tractatum maximē pertinens: nam dum in l. 4. tit. 21. parti. 1. mentio fit concilij generalis ab Innocētio Tertio celebrati: scriptum est, eam ecumenicā synodum contigisse Aera Millelima ducentelima quinquagelima quinta: & tamen si adsumatur computatio tēporis à Christi natiuitate, scribendum esset Aera Millelima Ducentelima decima quinta ex Platina & alijs. si à Cæsaris principatu additis triginta octo annis legēdum est Aera Millelima Ducentelima quinquagesimatercia. Igitur constat vtcunq; res ista examinetur, laicos posse retinere decimas ipsis in feudum concessas ante concilium Lateranense, in quo omnes, ni fallor, conueniūt: quanuis tex. in dicto cap. prohibemus. eiusdem mehercle concilij, insinuet, laicos cum animarum periculo decimas possidere, quas ante illud concilium etiam obtinuerint. huic tamen decreto satisfieri potest si id intellexerimus in decimis à laicis ante concilium illud obtentis absq; legitimo infeudationis iure: aut fortassis tex. is hūc sensum habet, vt laici obtinētes decimas in feudum, in periculo animarū sint cōstituti: quia minimē impendūt ecclesijs, à quibus eas acceperunt, seruitia, obsequia, & ministeria, quæ secundū feudalis cōventionis leges exhibere tenētur: atq; ita colligitur interpretatio non omninō incongrua: vel saltem paulō modestior quā ea, quæ traditur à Carolo in d. §. 46. nume. 19. à quo atem cauendū est in scholijs ad Alex. dict. conf. 60. lib. 4.

Præter hæc & illud est animaduertendum, laicos obtinentes decimas in feudū ante Lateranense concilium, posse eas ex cōsensu episcopi in aliquā ecclesiā trāsferre, vt eas ipsa ecclesia eodem titulo obtineat. tex. in dict. ca. prohibemus. iuncta glo. & doctorum communi expositione. & in c. cum & plantare. §. 1. de priuileg. & in dict. c. cum Apostolica. non sic poterūt istæ decimæ in alios laicos transmitti, etiam ex consensu episcopi, sicuti probatur in dict. c. cum Apostolica. & tenēt Hosti. Ioan. Andre. & Abb. in dict. cap. prohibemus. Henric. in cap. quanuis. de deci. col. 1. Imola in cap. 2. de feudis. col. pen. Zasius tract. de feudis part. 4. ad finem. Hostien. in Summa titul. de feudis. §. quis possit. col. 2. Curtius in tract. de feudis.

2. parte. q. 8. quorum opinio communis est secūdum Carolum dict. §. 46. num. 16. & Nicola. Boëri. in consuet. Bituricensibus. titu. de consuetudi. prædialibus. §. 11. & pcedit etiam in his decimis, quæ antiquo feudo extincto ad ecclesiā redeunt: quemadmodum prædicti doctores intelligūt & probant. licet decimas ante cōcilium Lateranense feudum laicis concessas: & modo eo feudo cessante ad ecclesiā liberè pertinentes: posse à prælato in feudum iterū laicis dari eo pacto, quo alix res ecclesiæ in feudum dari consuetæ, cōcedi possunt: adserant glo. in dict. ca. prohibemus. Cardi. in dict. cap. 2. de feudis. & alij. quorū opinionem magis cōem esse in praxi testantur Imol. in dict. cap. 2. col. pen. Iason in capit. 1. qui feu. dare poss. col. 4. & Curtius dict. q. 8. & idem Iason cōsi. 155. in fin. lib. 1. consil. & Boëri. dict. §. 11.

Sed si dubitetur, an decimæ titulo fendi à laicis possessæ, concessæ fuerint ante conciliū Lateranense, vel post: erit considerāda antiquitas possessionis: quæ si immemorabilis tēporis fuerit, maximam præsumptionem inducit: ac sufficientem probationem tituli ante concilium adquisiti: quod in specie expressim tradidere Ioan. Andr. Anto. Cardin. & Imola in d. c. cum Apostolica. Ancha. & Card. in cap. causam quæ. de præscript. Iacobi à Sancto Georgio in tract. de feudis. verb. mero, & mixto imperio. ad finem. quibus accedunt, eorum sententiam communem esse existimantes Alex. cōsi. 6. lib. 1. col. pe. Iason cōsi. 156. col. 1. lib. 1. Francisc. Balb. de præscript. §. part. q. 7. ad finem. Ripa in cap. 2. col. vlt. de iudic. Nec est necessaria probatio famæ: ex qua deducatur, has decimas ante concilium Lateranense in feudum cōcessas fuisse: satis enim est possessionē probari eius tēporis, cuius initium memoriam hominum excedit, vt frequentius à prædictis authoribus receptum est: quanuis Abb. in dict. cap. cum apostolica. si. col. ex Ioan. Andre. ibidem & Felin. col. 1. in dict. cap. causamq; & idem in ca. cum contingat. num. 4. de foro comp. opinentur, præter immemorabilem quasi possessionem, fore necessariam probationem ex famâ, quæ dictet laicos eas decimas in feudum habuisse ante concilium Lateranense. illud tamen fortasse requiritur quod saltem ex fama constet, laicos eas decimas titulo feudi possedisse: quod Ripa in dict. cap. 2. adnotauit. cui suffragantur plura, quæ tradit idem sentiens Aymon de antiq. tem. 4. part. capi. absolutis. nume. 57. & præcedentibus. & pro communi sententia videtur optimus text. in capi. 1. de præscrip. in. 6. §. vlti.

Ex quibus deduci vera resolutio poterit ad quæstionem illam: num laici iure percipiendi decimas

cimas spoliati, & agentes interdicto recuperande, sint ante omnia restituendi: quibusdam etenim visum est, eos non esse restituendos, nisi probauerint id ius verè ad eos pertinere, vel ex privilegio Romani Pontificis, vel ex cõcessione feudali ante Lateranense concilium: quia iuris communis præsumptio ipsis hoc in iure aduersatur. capi. ad decimas: de restit. spoliati. in. 6. atq; ita indistinctè respondent Ioanni. Andre. in Speculo. rub. de restit. spoliati. Anto. & Abb. in capit. si diligenti. de præscript. col. pe. Feltr. in ca. ad petitionem. de accusat. num. 17. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. 7. fall. ff. de acqui. pos. Rursus Bart. Brixie in glo. 14. q. 1. ca. 1. existimat ex aduerso laicos istos spoliatos iure decimas percipiendi restituendos ante omnia esse: cuius opinionem in praxi apud Gallos seruari eam sequutus scribit Guido Papæ, quæstio. 288. ex eo quòd sæpissimè spoliatus ea re, quam iure communi obtinere nequit, est ante omnia restituendus. cap. licet episcopus. de præbend. in. 6. l. 1. §. deijcitur. ff. de vi & vi armat. l. 1. C. si per vim vel alio modo. igitur quantum aduersus laicum sit præsumptio iuris, cum tamen ius istud obtinuerit decimas percipiendi & eo fuerit spoliatus: restituendus erit. Sed isthæc consideratio minus congrua est, ea ratione quòd laicus est incapax possessionis vel quasi, huius iuris, quòd petit sibi restitui interdicto: Vnde videtur tantum habet contra se præsumptionem iuris communis, verum etiam incapacitatem possessionis, quam restitui sibi petit. Quam ob rem sunt & alij qui censeant hanc restitutionem spoliato hoc iure ante omnia cõcedendam fore: vbi pro reo, aduersus què agitur interdicto, Vnde videtur non adest iuris præsumptio, tametsi ea aduersetur actori: siquidem decisio decretalis. ad decimas. tunc obtinet cum aduersus agentem est iuris præsumptio: & ea re palàm suffragatur, non aliàs, secundum glos. Ioan. Andr. Ioan. Mona. & Domi. in dict. capit. ad decimas. Iason post alios num. 47. & Ripa in dict. §. nihil commune. num. 77. quorum opinio magis communis est sicuti eam sequutus asserit Martinus Azpilcueta in repet. cap. accepta. de rest. spoliati. oppo. 10. num. 21. ac fortassis in praxi obtinebit: vnde quo ad petendam restitutionem ex interdicto, Vnde videtur, satis erit præsumptionem iuris non adistere reo spoliati: licet ea actori contraria sit: quantum ad præscribendum si præsumptio iuris communis adest contra præscribentem: nec tamen aduersario suffragatur: erit adhuc necessarium vt ea præscriptio procedat tituli ius cum his quæ à Romano Pontifice requiruntur in capi. 1. de præscript. in. 6. quemadmodum Franc. & Docto. ibi Anto.

& Abb. num. 35. Felin. nu. 7. in dict. cap. si diligenti. tradiderunt. reprobantes glo. in dict. cap. 1. verbo titulum. & Imol. eius sequacem in cap. vltim. col. 9. de præscrip. in eius relectione. quòd verò atinet ad interpretationem dict. c. licet. de præb. in. 6. satis erit lectori perpendere ea, quæ diligenter, & resolute pertractauit præceptor insignis in dict. cap. accepta. oppositione. 10.

¶ Quarta ab eadem radice procedit ratio discriminis hac in re inter privilegium & præscriptionem: siquidem laici privilegio Romani Pontificis possunt consequi, & obtinere ius percipiendi decimas: non sic præscriptione, etiam eius temporis cuius initium memoriam hominum excedit. quæ sæpissimè apud ius Pontificium adnotatum est, & præsertim in cap. causam quæ. de præscriptio. & à Francisco Balbo de præscrip. §. part. princip. q. 7. ea etenim est ratio quòd laici incapaces sunt possessionis huius iuris, quæ necessaria est ad præscribendum: nec immemorialis præscriptio privilegio æquiualeat, vbi adest isthæc incapacitas, vt scribit Ioann. Mona. in cap. 1. de præb. in. 6. cuius ipse mentionem feci cap. 10. huius operis ad finem. illud tamen hac in parte admonendum est quoties hoc capite scripserim, vel consuetudine, vel privilegio, vel præscriptione ius percipiendi decimas acquiri posse, vel libertatem, seu immunitatem ab earum solutione competere, id planè intelligatur verum esse: modò ex redditibus ecclesiasticis alioqui cõgrua superfit portio ad ministrorum ecclesiasticorum iusta alimenta: cum hæc iure diuino & naturali eis debita sint: & ideo nec vltimo privilegio, nec consuetudine, nec præscriptione tolli possunt: sicuti constat rationibus & auctoritatibus, quas paulò ante adduximus: præsertim ex capi. 1. 13. q. 1. facit tex. optimus in cap. suggestum. de decimis.

¶ Quinta hinc perpendi potest, clericos posse præscribere ius percipiendi decimas ex aliena parochia: vt tandè decimæ cuidam ecclesiæ iure communi debita, alteri soluenda sint: probatur hoc ipsum in ca. ad aures. de præscrip. ca. cum contingat. cap. apostolicæ. de deci. tex. in hac specie insignis in cap. 1. de præscr. lib. 6. vbi ad hanc præscriptionem exigitur, vel immemorabile tempus, vel titulus simul cum quadraginta annorum quasi possessione: quòd mirum est: cum alioqui in præscriptione triginta, vel quadraginta annorum nec iure canonico nec ciuili titulus sit necessarius. capit. placuit. §. potest. 16. quæstio. 3. notatur in ca. sanctorum. cap. de quarta. cap. si diligenti. de præscriptio. ideo tamen exigitur in præscribendo iure percipiendi decimas: quia iuris communis præsumptio est aduersus præscribentem. tunc etenim procul

proculdubio necessari⁹ est titulus. tex. glo. & cō-
 munis in dict. cap. 1. glo. & alij in dict. cap. si dili-
 genti. glo. & Dinus num. 27. in reg. possessor. de
 reg. iur. in. 6. Balb. de præscrip. 2. part. 3. part. prin-
 cip. q. 6. & id iure civili itidem procedere tenent
 Abb. in cap. peruenit. de emptio. colū. 2. idem in
 dict. cap. de quarta. num. 14. & 26. idem & Fel. in
 dict. cap. si diligenti. nu. 7. nec enim est vlla dif-
 ferentia in materia tituli inter ius canonicum &
 civile: quemadmodum Balb. resoluit dic. q. 6. &
 2. part. 4. part. princip. q. 2. col. 3. quo fit, falsum es-
 se quod Paul. Castrensis scribit in l. seruitutes. in
 princ. num. 9. ff. de seruit. dicens tex. in dict. cap.
 1. non esse intelligendum in rebus prophanis seu
 secularibus, temporalibus ve: quod & Dinus sen-
 serat in dict. reg. possessor. nu. 27. eodem sanè iu-
 re non est admittendum quod Gratianus in. d.
 §. potest. colligere tentat: nempe iure canonum
 in præscriptione decem vel viginti annorum, ti-
 tulum minimè requiri: licet is iure Cæsareo exi-
 gatur. Sed & fortior obiectio fit contra decisio-
 nem tex. in dict. cap. 1. ea ratione, quod præscribē-
 ti seruitutem in alieno fundo aduersetur iuris cō-
 munis præsumptio: ex qua res aliena libera cen-
 setur, & præsumitur. l. alius. C. de seruit. notat in
 specie Bart. in. l. 1. §. hoc interdicto. num. 12. ff. de
 itin. actuque priua. idem Bart. in. l. si prius. nu.
 14. ff. de noui oper. nunciat. & tamen in præscri-
 bendis seruitutibus, & his iuribus incorporali-
 bus non requiritur titulus. l. si quis diutino. ff. si
 seruit. vendic. Dinus in dict. reg. possessor. num.
 31. Abb. in dict. cap. de quarta. num. 25. quamob-
 rem glo. in dict. cap. 1. hanc difficultatem præsen-
 tiens eam diluere conatur: idemque tentarunt
 facere varijs in locis iuris vtriusq; professores: ex
 quibus, si communioem consensum adsumpse-
 rimus, dicemus, rationem text. in dict. cap. 1. pen-
 dere à præsumptione iuris circa maximum præ-
 iudicium: & ob id titulum requiri: quod secus est
 in præscribendis seruitutibus: in quibus præsum-
 ptio libertatis versatur in modica, leuiq; læsione
 vnde mirum non erit, si in his iuribus incorpora-
 libus temporis vsu adquirendis titulus necessa-
 rius nō sit: secūdam Ancha. in reg. sine possessio-
 ne. col. 9. vers. ex prædictis. Imol. in dict. cap. si di-
 ligenti. num. 15. & in cap. vlt. num. 10. de præscri.
 Anto. in cap. cūm ecclesia. col. pen. & ibi Ripam
 ea. colū. de caus. poss. & proprietat. Roma. in. l. se-
 quitur. §. si viam. ff. de vsucap. Feli. in dict. capi. si
 diligenti. num. 7. Balb. dict. q. 6. qui hanc solutio-
 nem cōmunem esse censet. 2. part. 4. partis princ.
 q. 2. col. 2. quod etiā deduci poterit ex verbis Di-
 ni in dict. reg. possessor. num. 31. quorū omniū
 consideratio profectō, ni fallor, parum perstrin-

git: quin intrepidè opinemur adhuc fortissimū
 obicem insolutum esse: siquidem vsucapio serui-
 tutis realis, prædio alieno ita maximū præiudiciū
 inferre potest: vt eam læsionem inter grauissima
 incōmoda prædij seruientis numerem⁹. Qua ra-
 tione oportet distinguere, ac perpēdere: aliud esse,
 me ius istud possidere iure cōmuni resister-
 te, ac prohibente hanc quasi possessionem, vehe-
 menti sanè vetante edicto: aliud ius aliquod qua-
 si possidere. aduersus. quandam præsumptionē
 iuris: quod non vetat. eiusdem iuris. quasi posses-
 sionem, nec vehementer ei resistit: priori sanè ca-
 su accipiendum est, quod caute statuitur. in dict. cap. 1. & in dict. cap. ad decimas: ius etenim cano-
 nicum non simpliciter præsumit decimas ad ec-
 clesiam parochialem eiusque ministros spectares
 verū vrgenter prohibet eas ab extraneis cleri-
 cis percipi: cū sint institutz & soluantur à ple-
 be in alimēta, congruamq; sustentationem cleri-
 corum eidem plebi ministrantium spiritualia.
 Posteriori verò assumendum est quod à iuris-
 consultis ex dict. l. si quis diutino. frequēter colli-
 gitur, quod enim qui ius seruitutis habeat in al-
 terius fundo, non est contra ius cōmune: sed tāt-
 tūm contra quandam præsumptionem naturalis
 libertatis: ideo titulus necessarius non est in præ-
 scribendis seruitutibus: sicuti rem hanc expli-
 cuit Innocen. in dict. cap. si diligēti. vbi Abb. nu.
 34. hoc ipsum sensit, vt ex eo Deci. adnotauit cōf.
 134. col. pe. dicens decisionem tex. in dicto. cap. 1.
 procedere vbi fortiter ius commune resistit præ-
 scribenti. idem his non citatis Corasius scribit in
 l. seruitutes. in. 4. ff. de seruit. num. 35. licet Paulus
 Castrensis ibidem col. penult. ab hac ratione di-
 scesserit.

¶ Sexto ab eadem resolutione poterit dissolui quæ-
 stio illa, qua sepius tractatur: an consuetudo
 in solutione Decimarum vim aliquam habeat ad
 eximendum ipsos laicos ab eo iure, quo soluere
 8 decimas tenentur. Nam à iuris vtriusq; interpre-
 tibus frequentius in eam itum est sententiam: vt
 opinentur consuetudinem posse à personaliū
 decimarum solutione eximere seculares: non ta-
 men ab obligatione soluendi prædiales decimas
 ita sanè distinxerūt Hosti. & alij in cap. in aliqui-
 bus. de deci. & presertim hi, qui existimarunt
 decimas prædiales iure naturali & diuino: perso-
 nales vero humano tātum institutas fuisse: horū
 mentionem fecimus hoc cap. vers. consequitur.
 vnde hanc esse communem opinionem fatetur
 Rochus Curtius in rub. & c. vlt. de consuetud. Fo-
 lio paruo. 12. col. 3. per tex. in dict. ca. in aliquibus:
 idem probat Card. à Turre Crem. in cap. reuertimi.
 16. q. 1. articul. 7. num. 12. Paul. Parisius con-
 s. 25.

si. 25. lib. 4. col. 2. Eandē sentētiā sequuntur Fel. in. c. causam quā. de præscri. Frāci. Balb. de præscri. 5. part. princ. q. 7. quidā verò censent, decimas cōsuetudine ad vigesimā, trigessimāve partē reduci posse: tolli autē nequaquam posse: quasi ius naturale & diuinum diminui, nō omninō tolli possit. huic opinioni subscribere præter alios Vincēt. & Panormit. num. 7. in cap. in aliquibus. de decimis. Fulg. conf. 166. col. 2. Soci. cōf. 297. col. 3. lib. 2. Bal. in. l. cōpetit. C. de præscri. trigin. anno. Paul. Pari. dict. conf. 25. num. 21. quod & Thomas velle videtur dum. 2. 2. q. 87. art. 1. & quodlib. 2. artic. 8. scribit, ecclesiam, Romanum Pontificem, & legislatores ecclesiasticos potuisse statuere vt ratione decimæ partis alia pars minor à populo solueretur: ea ratione quòd huius rei certa quantitas, aut portio non iure naturali nec diuino, sed humano tantum inducta fuerit: igitur consuetudo circa hanc portionem constituendam, vt sit quidē decima, vicesimave plurimum poterit efficere. cap. vlti. de consuetud. quam ob rem sub rubrica de decimis, passim statuitur in solutione decimarum attendendam esse consuetudinem. ca. in aliquibus. §. vlt. c. commissum. c. cum sint homines. cap. dilecti. capi. ad apostolicā. ex quibus & alijs hanc opinionem in decimis prædialibus non tantum in personalibus dict. quæst. 7. Fran. Balb. veluti magis probatam elegit. eādē communem esse esserit eam sequutus Boerius in const. Bituricensi. titu. de consuetud. prædi. §. 12. Glo. tamen & Innoc. in dict. capi. in aliquibus. indistinctē censent nullam cōsuetudinem eximere posse laicos, nisi ea sit à Romano Pontifice cōprobata, à solutione decimarū, nec personalium, nec prædialium, nec ab earum aliqua parte, quod satis durum est.

Henricus tandem in cap. peruenit. de decimis. col. 5. existimat, laicos posse consuetudine eximi partim à solutione decimarum personalium: à prædialibus verò nec vlla ex parte consuetudine eos immunitatem adsequi valere: sicq; interpretatur tex. in dict. cap. in aliquibus, veterum authorum sententiam. Quibus in hercle opinionibus, ea, qua potuimus diligentia atq; solertia perpensis, in hac difficili; atq; non inuiti quæstione, certò certius opinamur, decimas ex ea parte, qua à iuris naturalis, & diuini instituto processere: nempe vt significant, ac præmonstrant ministrantiū spiritualia congruam sustentationem: eandemq; necessariam: nulla consuetudine tolli, nec diminui posse: siquidem ius naturale, nec diuinū potest consuetudine vlla tolli: nec item diminui, quòd satis manifestum est ex his, quæ notantur in cap. vlti. de consuetudine, & ex ea ratione qua receptum est ius naturale immutabile, ac perpetuum

esse: atque itidem diuinum: quod ab vllō homine mutari nequit. Nam & si possit princeps, ipsa ve consuetudo ius naturale, ac diuinum interpretari: ac docere ius prædictum ita esse intelligendum vt in proposita specie, distinctis, certisvè casibus, nihil aduersus ipsum ius naturale, nec diuinum committatur: nullo tamen iure fieri potest, nulla principum licentia, nulla etiam immemoriali, vt aiunt consuetudine: vt quod iure naturali, aut diuino Euāgelico inductum fuerit, vel partim violetur, aut tollatur, quod euidēter colligā: nē ceruicosus quispiam refragetur existimans posse consuetudine, vel Summi præsulis dispensatione, ius naturale ac diuinum etiam ex causa diminui. Aut etenim animaduersa causa, quæ hanc diminutionem suadet, ius ipsum naturale, nec diuinum violatur: quippe quod ex ea causa cesset: tunc sanè ea diminutio vera est iuris diuini interpretatio: quæ ostendit manifestè eum casum minimè à iure naturali nec diuino vetitum esse: & ideò princeps nihil nouum per hanc interpretationem inducit: nec dicitur ius ipsum diminueri. Aut eadem causa perpensa, nihilominus iuris naturalis, vel diuini prohibitio, aut præceptum constat in hac ipsa parte in hac ipsa specie, cuius gratia diminutionem, limitationemq; iuris naturalis: & diuini permissam esse Summis principibus fatentur quidam: nulli dubium est quin & in hac parte iuris diuini, aut naturalis precipientis, aut vetantis tollatur vis, ac potestas, eiusq; obligatio. Quod si ita est: libentissimè quæram, vbi vel ex ratione, vel ex autoritate sufficienti permissum sit etiam summis principibus iuris naturalis: vel diuini vinculum tollere: obligationem remittere: quenquamve mortalium ab eis eximere? At fortasse dices licet quidem Christiani orbis monarchis, aliqua ex parte iuris naturalis, & diuini vinculum remittere: quanuis totam iuris eiusdem vim tollere eis concessum non sit: hoc profectò vti futile & leue cōmentum subsistere non potest: cum summo etiam præfuli nō liceat ius diuinum, nec naturale violare: & aperte constat ex prædicto. moderamine violentiam iniuriamq; iuri diuino, & naturali irrogari: siquidem quod ex eis iuribus ante hanc particularem derogationem vigeat: modò post eam enanuisse censetur: quod dicendum non est: id etenim cōuincitur ex traditis à me ipso in Epitome de Spōsalib. 2. par. ca. 6. §. 9. & cap. 8. §. 6. num. 4.

Eas verò decimas, quæ iure tantum humano in dictæ Christianæ plebi fuere, similiter censemus tolli posse consuetudine, quæ rationalis sit, ac legitimè præscripta: qua & cætera, quæ iure etiā Pontificio statuta sunt, sæpissimè & regulariter tolluntur

Variarum Resolutionum

tolluntur. cap. vlt. de consuet. l. de quibus. ff. de legibus. vnde plura colligi hoc in tractatu, & deduci poterunt.

Primum hinc constat, consuetudine induci posse ut clerici à personalibus decimis sint immunes, licet iure canonico, etiã si sint ecclesiarum rectores, eas soluere teneantur. tex. à quibusdam ita intellectus in cap. nouum genus. de deci. vbi Abb. post Innocent. quem sequuntur Card. consil. 90. Hosti. Abb. & alij communiter in cap. veniens. de transactio. Regia. l. 2. tit. 21. part. 1. Quæ tamen indistinctè loquitur, & quibusdã magis placet, clericos iure communi à personalibus decimis liberos esse, propter capit. nouum genus. Clericos inquam curam animarum habentes. sic sanè receptum est clericos, etiam ecclesiarum rectores obnoxios esse decimarum solutioni ex prædijs patrimonialibus quæ sint vel in propria, vel in aliena parochia constituta, iuxta communem omnium resolutionem in dict. cap. nouum genus. vbi glo. Regia. l. 2. titu. 5. libr. 1. ordinat. item Diuus Thomas. 2. 2. q. 87. ar. 4. à quibus etiã possent eximi consuetudine vel præscriptione. glo. in cap. in aliquibus. de deci. & in. ca. quia cognouimus. 10. quæst. 3. Feli. in cap. causam quæ. col. 1. de præscri. Balb. de præscript. 5. part. princip. q. 7. erit igitur aduertendum, posse clericos etiam si non sint ecclesiarum rectores, consuetudine, vel præscriptione eximi à solutione decimarum personalium & prædialium: etiam ratione prædiorum patrimonialium: quæ sint in alterius parochia.

Secundò, licet magis communiter receptum sit ex prædijs ecclesiarum intra alterius parochiæ limites sitis, decimas eidem parochiæ soluendas esse prout notant Panormit. & alij in dict. ca. nouum genus. idè Panor. in. c. pe. 1. notabi. de deci. idè in cap. 1. de censib. post glo. ibi & eleganter Card. consil. 88. nec refert sint ea prædia dotalia vel non, secundum eisdem, quorum est opinio communis, hoc adserente Baldo Nouello de dote co. 2. consuetudine tamen aut præscriptione obtineri poterit libertas ab harum decimarum solutione: & ita plerisque in regionibus obtentum est, nec immeritò, cum & iuxta iuris canonici sanctiones decimas istas minimè deberi scripserint glos. sing. in dict. cap. nouum genus. Diuus Thomas dict. arti. 4. & ibi Caiet. Balb. dict. q. 7. Regia. l. 2. dict. titu. 21. & dict. l. 2. tit. 5. libr. ordinat. probatur autem hæc secunda illatio ab his, qui præcedentem tenere.

Tertiò deducitur iure optimo procedere consuetudinem ex qua decimæ vni ecclesiæ debentur iure communi, alteri ecclesiæ soluantur. capi. ad apostolicæ. c. cū cōtingat. c. quohiã. de dec. idem probatur alibi sæpissime: dum scriptum est consue-

tudinē in decimis soluendis considerandam esse atq; ibi hoc tradunt Abb. & alij Card. consil. 88.

Quartò fortiori ratione procedit, quod glo. & Docto. per tex. ibi tradiderunt in dicto capi. cū contingat. dicentes: consuetudinem veluti iustissimam interpretem obseruandam esse: quoties de iure dubium est, cui ecclesiæ decimæ ex certis rebus sint soluendæ: quod passim contingere poterit: imò in hac specie sufficit decem annorum consuetudo, cū ea non sit cōtra ius canonicum, sed potius eiusdem iuris æqua interpretatio: quæ præter ius aliquid inducere cõsetur: secundum Abb. in dicto cap. cū sint homines. cuius opinio ex eo probatur, quòd etiam iure canonico consuetudo præter ius, legitimè decennio inducitur. glo. optima in cap. vlt. verb. consuetudo. de consuet. in. 6. Abb. in cap. certificari. col. 1. de sepultu. Rochus Curtius in cap. vlt. de consuet. in. 2. requisito consuetudinis. q. 3. post Innocentium, Hosti. Abb. & Docto. ibi. Barto. & communem in. l. de quibus. col. 5. ff. de legib. Oldradus consil. 285. Abb. & Feli. col. 2. in cap. statuimus. de mai. & obedi.

Quintò hinc verum esse apparet quod paulò antè ex Hosti. & alijs retulimus: nempe consuetudine induci posse exemptionem à solutione decimarum personalium: ut nec laici earum partem aliquam soluere teneantur: cū isthæc consuetudo iuri tantum humano deroget: nec irrationabilis sit, saluis prædialibus decimis, quæ sufficere videntur congruis sacerdotum alimentis.

Sextò pariter inferitur: veram esse illorum sententiam qua decisum est, consuetudine posse decimam prædialem reduci ad vicissimam aliamve portionem: modò ea sufficiat honeste sacerdotum sustentationi: notat Guido Papæ decis. 284. dicens ita Gratianopoli seruari.

Septimò eodè iure defenditur consuetudo quæ passim in orbe Christiano vigeret: ut ex certis fructibus nulla soluatur decima nec eius aliqua portio: utpote de foeno, de herbis, ex oleo: si tñ ex alijs redditibus supersit iusta sacerdotum sustentationi: ita præter alios scribunt Paul. Castr. consil. 17. lib. 2.

Octauò ex his colligi poterit veritas gl. in cap. cū homines. de deci. quam sequuntur ibidem Abb. & Doct. & est similis in dict. cap. reuertimur. quam dixit notab. Iason in. l. 2. q. 37. C. de iure emphyte. à quibus traditum est, laicos teneri omnino decimas deferre ad horrea clericorum, etiã si non fuerint ab eis petite: cū tamen è contrariò sint qui teneant, decimas non deberi nisi petantur à sacerdotibus: ita quidem censent Archid. in cap. 1. de deci. in. 6. Rota in antiquis. 25. Feli. in ta. si autem. col. 4. de rescrip. Balb. de præscriptio. 5. parte. q. 7. Adrianus quòdlibet. 5. arti. 1. ad finem;

Guido

Guido Papæ decis. 183. Ex quib⁹ colligit amplius Paul. Paris. con. 15. num. 26. lib. 1. quod si decimæ tempore collectionis fructuum à sacerdotibus non petantur, postea peti non possunt. quod nec iure verum est: nec ab Archidi. & sequacibus commode deduci potest: cum hi expressim priorem adsertionem proposuerint ex diuo Thoma 2. 2. q. 87. art. 1. ad finem. cuius verba inferius à me explicabuntur aliter, quã ab his accepta fuerint: & tamen utrunq; fit, nec ex Archidi. nec ex alijs id potest adsumi quod Parisius existimat æquũ & verum esse: & ideo eius ampliationem falsam esse asseueras, hac in cõtrouerſia vel quatuor proponam. Primum, seruandam esse cõsuetudinem, si ea alicubi vigeat, quod laici teneantur decimas deferre ad horrea clericorum: & eas clericis etiam non petentibus tradere. Secundum, si horrea sint publice deputata ad quæ decimæ omnium sacerdotum deferantur, opinor laicos tene-ri, etiam clericis nõ petentibus decimas in ea horrea adducere: satis enim fit decimarum tunc peti- tio. Tertium, opinor laicos teneri tradere decimas clericis etiam non petentibus, licet scientib⁹ quã- tum iure decimarũ sibi pertineat: modò leui sum- ptu & labore possint istæ decimæ ad horrea cle- ricorum, eorumq; domos adduci: alioqui si id nõ potest fieri nec leui sumptu nec labore, non tenè- tur iure laici decimas asferre in domos horrea ve clericorum: atque ita intelligo contrarias opinio- nes, quas modo retuli. Quartum est aduertendũ etiam cessantibus consuetudinibus, laicos non posse frumentum aliõs ve fructus in propria hor- rea condere: nisi prius clerici certiores fiant: vt vel ipsi, vel eorũ procuratores adsint: & sint præ- sentes fructuũ collectioni, istasq; eorũ decimas percipiant: nè vlla fraus à laicis fieri possit in solu- tione decimarũ: sicuti expressè adnotauit Specul. tit. de deci. ad finẽ. quem sequuntur Abb. & Doct. communiter in cap. ex parte. in. 2. de de- ci. Aufre. in cape. Tholosana. 109. &. 432. Boer. in consue. Bituric. tit. de consuetud. prædialibus. 9. 12. Guid. Papæ. q. 283. ex. l. 2. C. quãdo & qui. quar- ta pars deb. lib. 10. adiuncta. l. non solum. ff. de rei vend. text. singularis in l. 2. titu. 5. lib. 1. ordi. & in pragmat. 17. quanuis consuetudine possit obti- neri contrarium: scilicet vt laici libere colligant frumentum, ceterosq; fructus: & eos in propria horrea sine testibus condant. hisq; ita cõditis de- cimas integre ministris spiritaliũ reddat: quod in specie late probat Aymon Sapilli. conf. 21. pro quo videtur mihi, ni fallor, expressè Regia. l. 3. tit. 5. lib. 1. ordinat. licet huic consuetudini aliqua ex parte refragentur Specul. & sequaces.

Nonò principaliter hinc perpendi poterit ra-

tio vera & sanè iustissima, quæ Catholicos Hispa- niatum Reges & præsertim Carolum primum, Cæsarem inuictissimum induxit, vt publicis edi- ctis vetuerint in his regnis decimas à laicis exigi, quæ per consuetudinem contrariam nõ consue- uerunt solui quemadmodum cautum est ab eo- dem Cæsare Toleti, anno. 1525. l. 14. &. 76. rursus anno. 28. Madricij. l. 19. ac deinde Segobiz, anno 32. l. 56. idem que apud Gallos statutum est à Phi- lippo Quarto anno. 1354. ac ex consuetudinibus Aruerniz idem constat. titu. 17. artic. 18. & ex cõ- suetudinibus Bituricensibus titu. de consuetud. prædialibus. 9. 12. vbi ita pluries iudicatum fuisse Parisijs, adserit Boerius. Hoc ipsum tradit Carol. Degraffalio lib. 23. Regalium Franciæ iure. 7. Ex ordinatione Philippi pulchri Francorum Regis, edita anno Domini. 1304.

Decimò his omnibus animaduersis apparet, hanc consuetudinem quã circa decimas iure ob- seruandam esse censuimus, ex quadraginta tan- tum annorum vsu sufficiente in esse. vt ea legiti- mè præscripta censeatur. tex. insignis in cap. vlt. de consuetud. quod in specie ista, quam tracta- mus, Paulus Par. scribit. conf. 25. num. 6. &. 27. lib. 4. Nam quoties de consuetudine, non de præscri- ptione agimus: quadraginta annorum vsu le- gitimum esse censere tenemur: tamen si eadem in specie præscriptio longius tempus exigat. Anto- ni. in dict. cap. vlt. num. 39. Fel. in capi. ad audien- tiam. de præscript. num. 25. Nec ad consuetudinẽ istam, etiam si ei aduersetur iuris communis præ- sumptio, titulus est necessarius: cum tex. in cap. 1. de præscriptio. in. 6. procedat in præscriptione nõ in consuetudine, secundum Archid. Domini. & alios ibi. Deci. conf. 134. ad finem. Alexan. cõf. 6. lib. 1. gl. Abb. & ibi Rochus Curtius in. d. capit. vltimo. Folio paruo. 44. l. 1. in. l. de quibus. num. 46. ff. de legibus. Francil. Balb. de præscrip. 1. par- te princip. q. 10. à quibus & alijs itidem receptum est, nec bonam fidem requiri ad consuetudinem inducendam. & licet Soci. conf. 297. lib. 2. Fulgo- si. conf. 166. & expressius Balb. de præscript. 5. par- princip. q. 7. senserit hanc consuetudinem non posse induci minori seu breuiori tempore, quàm eo, cuius initij memoria hominum nulla sit: eorũ sententia in consuetudine vera esse non potest: quanuis in præscriptione iure probatissima sit: cum vel quadraginta anni probato titulo, vel tẽ- pus, cuius initium nulla hominum memoria te- neat, requiratur ad præscriptionem efficiendam in hac re, quam tractamus. dict. ca. 1. de præscript. in. 6. vnde maximè ad hoc conducit scire quali- ter cõsuetudo à præscriptione distinctim cogno- scatur: quod ex Abb. Curtio, Balbo in dictis locis percipi

Variarum Resolutionum

percipi dilucidè poterit: & potissimum ex Antonio in dicto cap. ult. nume. 49.

Vndecimò, attentè & diligenter pensatis, his, quæ hac de re tradidimus, censendum est, irratio nabilem, & omnino iniquam esse eam consuetu dinem, quæ laicos omnino ab omnium decimarum, personalium quidem & prædialium solutio ne, & obligatione eximeret in aliqua regiõe pro uinciave: etiam si sacerdotes eiusdem ibidem spi ritualia ministrantes, aliunde quàm à decimis cõ grue possent alimenta percipere. Nimia etenim hæc est exemptio: siquidem ex ea tollitur illa re cognitio, quam iustissimum, & æquissimum est sacerdotibus ministrantibus spiritualia exhiberi aliquo præstito stipendio: vnde ab episcopis hæc irrationabilis consuetudo admittenda non est: imò penitus rescindenda.

Septimò ad eandem rationem expèdi poterit ¹⁰ dubium illud: an ex priuilegio Romani Pontifi cis possit laicis competere immunitas à solutioe decimarum? & planè qua ex parte iure naturali, ⁹ vel diuino Euægelico sacerdotibus decimæ debentur: non possunt à summo Põtifice tolli: ea verò qua iure humano debentur sunt per priuilegiũ Apostolicæ sedis, aliqua ex causa id iustificante, remitti aliquibus possunt: cùm hoc priuilegium sit dispensatio quædam contra ius humanum: quæ si sine causa fiat, tenet quidem in hunc sensum, ut factum eius ratione valeat, nec ab inferioribus in discrimen reuocetur: peccabunt tamen is, qui concesserit eandem: & is, qui ea usus fuerit, quem admodum explicuimus in Epitome de matrim. 2. part. capit. 6. §. nono. nume. 7. & in hac materia hoc ipsum, quod vltimo loco diximus de dispensatione, sine causa, notat post alios Abb. in cap. à nobis. de deci. vbi glos. apertissimè adseuerat, posse Romanum Pontificem quibusdam hanc obligationem soluendi decimas remittere: quia per hanc remissionem non tollitur ius naturale omnino: sed partim fit contra id dispensatio quædã particularis: quam sententiam ibidem omnes cõ cordi iudicio receperunt: & eos sequuti Dec. con sil. 113. colum. secunda. Soci. consil. 297. volumi. 2. idem Deci. in capit. cùm ordinem. de rescript. in principio. quibus suffragatur iuris Canonici decisiones, quæ horum priuilegiorum mentionem faciunt ea approbantes. capit. suggestum. cap. ex multiplici. dicto cap. à nobis. & capi. ex parte. & cap. vlti. de deci. cap. accedentibus. capi. si de terra. capit. dudum. de priuileg. Regia. l. 23. titul. 21. part. 1. ratio tamen gloss. & si ab alijs probata sit, iure non procedit: dum eadem dicitur, posse Romanum Pontificem dispensare contra ius natura le, tollere tamen illud non posse: & ideò posse ali

quibus remittere obligationem soluendi decimas: non tamen tollere omninò, & vniuersaliter præceptum de decimis soluendis. nam posse Papam aliquibus immunitatem istam cõcedere fa temur: quia iuri humano Pontificio non natura li derogatur: item, non posse in vniuersum à summo ecclesiæ principe præceptum hoc tolli, verum esse censemus: non quia decimæ sint omnino iure naturali statutz, sed ex eo quòd tale decretum esset irrationabile, minimeq; conueniẽs Christianæ reipublicæ: cuius interest spiritualiũ ministros inopes non esse, sed ut laborantes in vinea Domini mercedem aliquam decentem à laicis capere. atque itidem neutiquam posset cõmodè præceptum de soluendis decimis generali lege aboleri, quin iuri diuino, & naturali præiudicium fieret: quod nullo pacto est admittendum.

Octauò, eodem iure erit examinanda illa con trouersia, quæ non minorem præcedentibus dubitationem habet, an vera & propria præscriptio, titulo solius vsucapionis eximere possit quem ab obligatione soluendi decimas. Clericos etenim posse præscriptione acquirere exemptionẽ istã: cum sint capaces quasi possessionis spiritualium iurium à iuris vtriusque professoribus receptum est: & præsertim à glo. in. d. c. in aliquibus, quam Doct. ibi sequuntur. Feli. in. d. c. causam quæ. col. 1. Balb. in. d. 5. parte princi. q. 7. qui hanc opinio nem intelligunt etiam quo ad totam decimarũ portionem. idem notat Domi. in cap. secundo. §. penul. de deci. libr. 6. & probatur in cap. de quarta. de præscript. laici verò velut incapaces huius quasi possessionis præscribere non possunt hanc immunitatem: sicuti gloss. in dict. capit. in aliquibus. & hi, qui eam sequuntur in præcedenti sententia palam adseuerant: à quibus in hoc vltimo ipse dissentio: quippe qui & si sciam laicos incapaces esse quasi possessionis iuris percipiendi decimas ex alienis fundis: quæ ecclesijs debentur, dicto capit. causam quæ. non video alicubi probari eos esse incapaces ad quasi possidendam exemptionem istam à solutione decimarum: cùm nec istud ius sit spirituale, nec quasi spirituale: non enim est ius percipiendi eas decimas, quæ sacerdotibus ministrantibus spiritualia debentur: nec easdem decimas verè debitas retinendi: sed ius percipiendi ex agris proprijs fructus integros absque detractioe decimarum: quod quidem ius esse spirituale, vel quasi, eiusq; incapaces esse laicos, nihil in dũ ex iuris Pontificij sanctionibus constat. his accedit non omninò debilis ratio, quod si huius iuris, & exemptionis à solutione decimarũ essent incapaces laici, nulla consuetudo, etiã temporis, ut aiunt, immemorialis posset eximere laicos ab

cos ab obligatione soluendi decimas integras vel earum partem: quod tamen falsum esse constat ex superius adductis. probaturque isthæ argumentatio: quia nulla consuetudo, etiam temporis, cuius initium memoria hominum nequit comprehendere, non reddit capaces alicuius iuris eos, qui verè incapaces existunt. Abb. in. 5. requisito consuetudinis. in capit. vlti. de consuetudi. & ibi Rochus Folio. 30. colum. 4. Felin. in dict. cap. causam quæ. colum. 2. glo. in cap. nobis. verb. iurisdictione. de iure patro. & in capi. sicut. verb. impedire. & ibi Abb. de electione. idem Abb. in capit. sacrosancta. colum. vlti. de electio. Selua. de benef. 2. part. quæst. 23. colum. 6. & hi, qui Ioan. monach. sequuntur in capit. 2. de præben. in. 6. quorum memini in huius lib. cap. 10. Hinc igitur fit, ut posse laicos præscriptione eximi à iure soluendi decimas, etiam quo ad totum, verum esse, alijs reftagantibus censeam. ea vero præscriptio, vel erit quadraginta annorum cum tituli probatione, vel temporis immemorialis iuxta capit. 1. de præscriptio. in. 6. Erunt forsàn qui etiam hac opinione recepta existimabunt, non sufficere ad hæc præscriptionem perficiendam tempus ordinarium quadraginta annorum: sed esse omninò necessarium tempus ordinarium duplicatum ex iuriconsulti ratione in. l. si sic. ff. quemadmo. seruit. anitt. vbi scriptum est in amittenda seruitute quæ sit discontinua exigendum esse tempus duplicatum. idem adnotauit gloss. in cap. cum ecclesia sutrina. de caus. poss. in gloss. penult. cuius præter alios meminit las. in. l. 2. C. de iure emph. colum. 2. & licet Bernardus dixerit hoc procedere iure ciuili, aliudque esse iure canonico: id frequentissimè improbatum est: cum nulla hac in re constituatur differentia inter ius Ciuile, & Pontificium. Nec satisfacit, quod quidam diligenter satis animaduertent, iuriconsulti responsum minimè tractare de præscribenda seruitute discontinua: nec de amittenda discontinua eadem seruitute: siquidem ea duplicatio temporis necessaria non est, vbi seruitus ita constituta fuerit, ut alternis diebus, vel noctibus ea possimus uti, sed id demum iuriconsultum respondiisse, duplicatum tempus requiri in amittenda seruitute, cuius vsus alternis annis, mensibus, vel hebdomadis competit. quod ibidem à glo. videtur perpendi: & expressius ab Antonio in capi. peruenit, de censibus. nume. 29. vers. & aduerte. Ripa in dict. capit. cum ecclesia. nume. 119. Balbo de præscrip. 3. part. quartæ part. princip. senserunt idem glo. & Docto. in. l. penult. & fin. C. de seruit. & aqua. Nam cum ius percipiendi decimas non quotidie, nec alternis adhuc mensibus, sed certo anni

tempore competat cum effectu exactionis: sitque eius quasi possessio minimè continua: imò potius discontinua auctore Innocen. in dict. capit. de quarta. & ibi Felin. colum. penult. videtur rationem iuriconsulti hac in re locum sibi vindicare. Verùm huic obiectioni respondemus primò: ius istud percipiendi decimas non esse seruitutem, sed quandam iuris Pontificij iustissimam indictionem: qua decentissimè ministri spiritualium retributionem ex temporalibus accipiunt: nec hoc ius est ad exemplar seruitutum temporalium censendum. Secundo eadem obiectione cessat, quia duplicatio temporis à iuriconsulto inducta ad quadraginta annorum spatium tantum extenditur iure Canonico: ita ut quadraginta anni iure Canonum sepius ad præscriptionem requisiti, minimè duplicentur, quemadmodum notant Panormit. Felin. & alij in dict. cap. de quarta. Cæpol. de seruit. verb. præd. cap. 24. quorum opinionem fatentur communem esse Franc. Balb. dict. 3. parte. quæst. 2. sicuti nec viginti anni, qui iure ciuili inter absentes exiguntur. in his præscriptionibus duplicantur secundum gloss. in dict. l. pen. & fin. Cæpolam. & Balb. in dictis locis aduersus Abb. in dict. cap. de quarta. colum. penult. Sed & tertio considerandum erit in personalibus seruitutibus, quæ à re personæ debentur, vel à persona personæ, minimè dari seruitutem discontinuam: siquidem animus semper & continuo possideat. l. 3. §. vnde vi. ff. de vi & vi armat. Bart. eleganter in. l. iusto. §. non mutat. ff. de vsucapi. cui ceteri consentiunt, & maxime Paul. Castrensis consil. 3. colum. vlti. libr. 2. & consil. 444. libr. 1. nume. 18. Abb. in cap. cum ecclesia. nume. 42. de causa poss. & proprie. quam opinionem fatentur communem esse Balb. 2. part. 5. partis princip. quæst. 3. vers. circa primum. & Felin. in dicto capit. de quarta. numero. 37. quam ob rem in hoc dubio, quod tractamus, non erit locus iuriconsulti responsio, in dicta. l. si sic. Quin & ex hac vltima ratione perpendendum erit, quod solet frequentissimè in praxim incidere quantum, scilicet, tempus necessarium sit ad præscribendam seruitutem iuris pascendi in alieno agro? & quibusdam visum est, tempus immemoriale requiri: nam ita verum esse censent Petrus Iacobi in pract. titu. de seruit. pecoris depressi, & sequenti. Cæpola de seruit. rulli. præd. cap. de seruit. iuris pascend. nume. 14. & capit. de seruit. aquæ duct. numero. 39. Guido Pæpæ decisio. 573. Anchar. consil. 255. Decius consil. 483. numer. 6. Bertrand. consil. 24. lib. 1. num. 10. Parisius consil. 27. lib. 1. num. 70. Chassanæ. in consuetu. Burgund. rubr. 13. §. 5. nu. 16. & 17. quorum omnium ea est præcipua ratio, quòd illa seruitus

L habet

Variarum Resolutionum

habet causam, aut quasi possessionem discontinuam: & ideo non poterit præscribi aliter, quam per tēpus immemoriale. text. in l. hoc iure. §. dūctus aqua. r. ff. de aqua quot. & xstia. l. seruitutes. l. magna. ff. de seruitutib. vbi gloss. & communis, quam præter alios tradit Baldus de præscriptio. 2. part. 4. partis principalis. & ante eum Cæpola de seruit. vrb. præd. cap. 19. vnde cum isthæc ratio conclusionem sit, cōsequitur necessariò præmissam esse: & ea ratione in praxi admodum est recepta in supremis huius regni tribunalibus. Sed ex nouioribus quidam opinantur rationem falsam esse omnino existimantes seruitutem, cuius causa discontinua sit, præscriptione ordinaria acquiri posse: nec requiri immemoriale tēpus: quod modo discutendum non est: nam & eam disputationem lector, si libuerit, legere poterit apud Ioan. Longouallium in rep. l. imperium. 4. parte. ff. de iurisdic. omnium iudic. & Corasium in l. seruitutes. 4. ff. de seruit. numero. 21. Et tamen etiam si communis opinio iure non probaretur, adhuc in vsucapiedo hac iuris pascendi seruitute requirendum esset tempus, cuius initium memoriā hominum excedat: vel quadraginta annorū cum titulo: ex eo quod ista seruitus maximi sit præiudicij: & præscribens habeat contrariam iuris præsumptionem, sicuti paulò antè diximus ad intellectum capit. 1. de præscript. in. 6. ex quo & defendi poterit, quod Dinus in reg. possessor. num. 34. scribit dicens, iure Canonico ad præscribendum vsufructū requiri tempus immemoriale: dum subdit, vel verius transcursum tēporis à quo memoria nō extet: quod & iure ciuili præcedere Accursentius in d. §. non mutat. vsufructus etenim seruitus est. l. 1. ff. de seruit. cuius vsucapio habet iuris præsumptionem aduersam: censeturq; maximi præiudicij: quam ob rem requirit quadraginta annorum possessionem cum titulo: vel tempus immemoriale, ab omnibus tamen receptum est, vsufructum quantū ad tempus, & titulum eodem modo vsucapi, quo dominiū: cum pars dominiū sit: nec in hoc vllam esse differentiam inter ius Canonicū, & Ciuile, ex his quæ tradunt Pannormit. in dicto cap. de quarta. nume. 27. Paul. Cast. in dict. l. seruitutes. in fine principij. Bart. & alij in dict. §. non mutat. Balb. de præscrip. 2. part. 4. partis princip. q. 2. col. 3. & Doct. per text. ibi in l. vlt. C. de long. temp. præf.

Sed quia in hoc ipso capite non omninò consensimus interpretationi, quā Doctores passim cōmunicant ad text. in d. c. 1. de præsc. in. 6. nō satis aridet, nec placet in vsucapione iuris pascendi eam decilionem admittendā esse, igitur his sum-

motis querendū est, sit nē ista seruitus realis, an personalis: siquidem vbi realis sit cōfestim erit locus sententiæ cōmuni, qua diximus, tēpus immemoriale requiri: at si personalis appareat, non erit exigenda tāti temporis vsucapio: ac sufficere ordinaria, longiq; tēporis quasi possessio. seruitus sane ista iuris pascendi realis est, vbi ea cōstituitur ad vtilitatē alicuius prædij: nēpe vt animalia quibus illud prædiū colitur, in agro vicino pascantur: vel vt animalia, quæ in hoc prædio educantur in alterius fundo pabulum habeant. l. 3. l. pecoris. ff. de seruit. rust. præd. l. 6. rit. 31. Par. 3. notant Faber, & las. in §. equè. Inst. de actioni. colligitur ex his, quæ Cæpola tradit libr. 1. de seruit. cap. 2. & tit. de seruit. rust. præ. c. de seruit. aquæ duct. & c. de seruit. iuris pascendi. in princ. secundum quem & alios erit hæc seruitus personalis, cum alicui competit nullius agri aut fundi ratione. Quid ergo de seruitute iuris pascendi intra fines alicuius ciuitatis, oppidi, aut villæ, vicinis alterius ciuitatis cōpetentis vt hi possint propria animalia mittere in pascua aliena, an erit realis, vel personalis? & esse personale in scribit Aymon Publicus in Consuetu. Atuerniæ, tit. 25. arti. 2. quod expressim alter Aymon Sautilia; conf. 4. colū. 2. asseuerat ex hoc dicens, hanc seruitutem acquiri vsucapione ordinaria: nec requiri immemoriale tempus: quod ex Paul. Cast. colligitur in consi. 113. in causa, quæ vertitur inter cōmunitatem barzani. & præd. lib. 2. col. 2. nam & si seruitus ista causam discontinuam habeat, cum personalis sit animo semper quasi possidetur, vt paulò antè scripsimus. Verum seruitutem istam realem esse opinor, vel eo qd gratia habitantium in certo loco constituatur: vel ipsi loco acquisita sit, aut contemplatione rei municipibus in aliqua ciuitate, vico, vel oppido degentibus perpetuò competat. text. in sig. 15. in l. testatrix. §. plures. ff. si seruitu. vendice. Parisius conf. 27. lib. 1. ad finem. Zasius tit. de seruit. rusti. præd. col. 3. idem expressius lib. 1. sing. respon. ca. 11. Ioan. Longouallius in dict. l. Imperium. 4. par. Ergo si seruitus hæc prædialis est: & discontinuā causam habet, iusta ratione colligitur perpen- communi omnium sententiæ: eam acquiri regulariter non posse vsucapione ordinaria, minori- vè, quam eius temporis, cuius initium memoriā humanam excedit. Et licet hæc controuersia difficilis sit maximeq; dubitationem habeat cōcors omnium opinio: in praxi tamen ita receptum est: quamobrem conabimur eam intra quosdam limites constringere, nē passim & sine delectu aduersus iuris rationem obseruetur: & ob id trademus species aliquot, quibus manifestum erit: nō esse hanc communem sententiam in vniuersum accipien-

accipiendam. Est siquidem considerandum: satis esse, allegantem ius seruitutis huius, seu alterius cuiuslibet discontinuæ, in iudicium deducere, se vsum fuisse decennio hoc iure pascendi, sciente & patiente aduersario ex titulo donationis, aliove sufficienti ad constituendam seruitutem. Nam & si non probet hunc titulum, is omnino præsumitur: donec oppositum probetur: nec tunc ratione præscriptionis seruitus acquiritur: sed titulo ex vsum decennij probato. glo. elegans vbi Bartolus, Paul. Castrensis, & alij communiter in dicta. l. seruitutes. Cæpola. de seruitu. vrb. præd. capitu. 19. colum. tertia. Balbus de præscriptio. 2. part. 4. partis principalis. quæstione prima. Alexand. consil. 69. libr. quinto. nume. septimo. Cæpola in consil. ciuili. 11. colum. penulti. qui hanc esse communem opinionem passim fatentur: & probatur in l. si certis annis. C. de pactis. tradit etiam Felinus in capitu. de quarta. de præscriptio. numero. 4. Iason in l. qui in aliena. numieto. 44. ff. de acquirenda hæreditate. textus in signis in l. prima. §. vltimo. ff. de aqua pluuiar. arc. d. Secundo animaduertendum est hac in re duos tradit casus à Petro Iacob. in præd. titu. de seruitu. pecor. de præscript. & Guidone. quæst. 573. quibus ius hoc pascendi decennio acquiritur. Primus sanè vbi vsum huius decennij contingens præcesserit patiente eò contra quem præscribitur, & recipiente mercedem aliquam in pretium huius pastus pro quolibet animali: quolibet anno, vel mense. hic etenim actus simul cum patientia, & vsum decennij sufficit ad acquirendam hanc seruitutem. Secundo, idem erit: cum intra decennium, quo vsum huius iuris institutus est, in iudicio controuerso pronunciatum à iudice extiterit, pignora capta ab eo contra quem præscribitur, restitenda fore vsucipienti: aut proposita in iudicio à pascuorum domino querela aduersus vsucipientem, & vntem pascuis alienis, reus absolutus fuerit: his equidem sententijs saltem bis latis, ac simul decennij vsum operantur legitimam acquisitionem. Quauis ipse satis dubitem, an in præxi obtineri possit, vt in his tribus speciebus à frequentissima omnium sententia recedatur. Et tamen illud est adijciendum seruitutem etiam discontinuam ex vero, & probato titulo bona fide, & decem annis inter præsentem, ac viginti inter absentes optimo iure acquiri, vt expressim adserunt Paul. Castren. in dicta. l. seruitutes. Cæpola dict. capitu. 19. Balbus dicta quæstione prima. columna secunda. Felin. in dict. capit. de quarta. colum. penulti. Faber in dicto. §. æquæ. colum. quinta. ex. l. vltima. in fine. C. de longi. temp. præscriptio. l. si ego. §. primo. ff. de publici. Quibus in lo-

cis & in l. si quis. ff. si serui. vend. etiam traditur, an sit necessarius titulus ad vsucapionem seruitutis continuæ; & tandem obtentum est, cum necessarium nõ esse. quod non temerè refellit Francisc. Duarenus lib. pri. disputat. cap. 34.

His verò, quæ de iure pascendi tempore adquisito adnotauimus, maxime congruit, quod scribit Panormita. in cap. delecti. numero. 7. de arbitris. existimans in his agris, quorum pascua pluribus ciuitatibus, aut oppidis communia sunt, quosq; compascuos appellat Cicero in Topicis, communionem, & societatem istam dissoluedam fore, quoties horum agrorum pascua non sufficiunt omnibus socijs, & necessaria sunt ad pascenda animalia eius oppidi, cuius dominio, limitibus, ac finibus cedunt, & competunt. Quali dominus præferendus sit imminente hac necessitate. text. optimus in l. venditor. in fine. ff. communia. præd. huic Panormit. sententiæ suffragantur Doctores. in dicto cap. dilecti. Ifernica. in consil. Neapolitarum. 17. libro. 3. numero. 2. & ibi Aflic. numero. 8. idem Aflic. decisio. 290. Paul. Parisi. consil. 27. libro. 1. numero. 234. Rochus Curti. de consuetud. folio paruo. 46. colum. 2. quorū sensus idem significat, siue isti agri sint compascui ex præscriptione, siue ex pacto, siue alio quocunque titulo. loquuntur tamen hi Doctores in ea specie, vbi vnius ager est quo ad pascendi vsum domino & alteri communis. Quod si prædia, & territorium duarum vrbium, vel oppidorum, & pascua & communia sint quo ad vsum pascendi vtriusque oppidi hominibus: & petatur huius societatis, & communionis dissolutio ex Panormita. opinione, probandum erit, hunc promiscuum pascendi vsum non sufficere animalibus illius oppidi, qui hanc dissolutionem petit: alioqui locus non erit huic petitioni.

Sed & quoties quis vel præscriptione, vel pacto, ius habet pascendi animalium in prædio alieno: non potest prædij dominus quidquam agere, quo liber hic vsum pascendi impediatur: sicuti nec dominus fundi seruiantis potest ædificare in præiudicium seruitutis. l. si domus. ff. de seruitu. vrb. prædio. l. si eo loco. ff. si serui. vendic. optime Soci. consil. 105. & sequentibus. libro primo. Et in hac specie de iure pascendi Aymon Sauillia. consil. 4. colum. secunda. & alter Aymon in consuetudi. Aruerniæ. folio. 155. colum. secunda. & Cæpola. in tractat. de seruit. rustic. prædio. cap. de seruit. iur. pasc. numero. 18. & 26.

Sic rector ciuitatis, eiusve decuriones minime possunt præter morem iam vsum receptum, vel ex consensu omnium, aut ad publicam vtilitatem, vel ex Regia permissione pascua omnibus ciui-

Variarum Resolutionum:

bus cōmunia, vel ad tempus, vel perpetuò interdicere: nec ex eisdem agris partem aliquam certis claudere limitibus, & prohibere pascendum: quod notat Bart. in l. toties. §. primo. per tex. ibi. ff. de pollicita. idem Bart. in l. ambitiosa. numero duodecimo. ff. de decret. ab ordine faciend.

Cæterum, vt ad tractatum de decimis, à quo digressi fuimus, redeamus: si verū est, posse laicos eximi è iure soluendi decimas, vel præscriptione, vel consuetudine, iuxta ea quæ superius tradita fuere: discutiendus erit sensus verborum, quæ diuus Thom. scripsit. 2. 2. q. 87. art. 1. ad finem. & quodlibet. 6. art. 10. his equidem, & similiter laudabiliter ministri ecclesiæ decimas non requirunt, vbi sine scandalo requiri nō possent propter consuetudinem, vel aliquā aliam causam. Nec tamē sunt in statu damnationis, qui non solunt in locis illis, in quibus ecclesia non petit: nisi forte propter obstinationē animi: habentes volūtātē non soluēdi etiam si ab eis peterentur. hætenus Thom. addit ipse quodlib. 2. ar. 8. male facere ecclesiarum rectores, si decimas exigunt à laicis in ea prouincia, vbi non est cōsuetudo eas dari: & sic vbi consuetudine obtentum est, decimas ministris ecclesiarum non solui: cum ea petitio maximam præberet scandalis, & tumultibus occasionem. Ex his etenim ego colligo diuum Thom. fateri, sacerdotes nec posse, nec debere decimas exigere vbi vel præscriptione, vel consuetudine, earū solutio, & exactio cessauerit. Quod si ea cōsuetudo, præscriptio, ve potuerit obligationē soluendi decimas tollere, non dubium est: nec tunc sacerdotibus eas exigētibz absq; vllō scandalo, necessario soluendas esse. Sin autem consuetudine, aut præscriptione tolli non potuit obligatio ista, ob particulare scandalum non est omittenda decimarū exactio: tametsi ob generale periculum, vt schismati obuietur laudabiliter omitti possit: vt scribit Alex. Halēsis. 3. part. q. 51. mēbro. 6. art. 1. Deinde si vere sunt laici decimarū debitores, non video quo pacto valeāt excusari ab earū restitutione, & subinde à peccato: ex eo q̄ à sacerdotibus decimæ non petātur: nec enim ex hoc libera earū remissio deducitur: potissimū quia nō sponte omittitur petitio, sed nē locus scandalo. Igitur non constant sibi ea, quæ Thom. scribit: nisi eius verba intellexerimus, præmissa consuetudine, quæ iure potuit obligationi decimarū derogare: nam tunc laici minimē tenentur decimas soluere sacerdotibus etiam petentibus. Et quod Thom. sentit hanc consuetudinem nequaquā eximere laicos à decimarū obligatione, vbi ecclesia eas perat: accipiendū est de petitione, quæ fiat à Romano Pontifice, vel à concilio: sublatā

hac ipsa cōsuetudine aliqua iusta ratione, per sententiā, decretū, aut constitutionem ecclesiæ, sicuti intellexerunt eadem verba Florent. 2. parte. ti. 4. cap. 3. §. 6. & Syluester verbo. decima. q. 4. ver. quautū ad terriū. Hæc tamen consuetudinis derogatio ab ecclesia omittenda est, ab ipsoq; summo eius pastore ob scandalum euitandum: atq; ita sunt interpretanda, quæ à diuo Thom. hac de re scripta sunt. Sic dū ecclesia cōsuetudinem istā non reuocauerit, laici eam seruantes liberi sunt à peccato: ei verò obnoxii si obstinato animo ita ea consuetudine vtuntur, vt parati sint decimarū solutionem omittere, eamq; immunitatem proteruē, & contumaciter defendere, etiam prædicta consuetudine ab ecclesia reuocata.

Illud verò prætermittendū non est, eam præscriptionem, qua acquisitum est ius percipiēdi decimas intra alienam parochiā, ad noualia minimē extendi. tex. insignis in cap. cum cōtingat. de deci. si quidē præscriptio nō procedit sine possessio ne, quæ in noualibus nusquā contingit. & ideo in eis præscriptio obseruāda non est. optimus ad id tex. in l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de iur. acti. quo priuat. vbi Bart. & Angel. ad idem. l. qui fundum. §. primo. ff. de vsucap. pro empt. quam dicunt singu. esse Roma. singu. 577. & Balb. de præscript. 2. part. princip. quæst. 2. hoc tamen verum est, vbi nouale omninō distinctū est ab his agris, qui coli consueuerunt, & è quibus præscribens decimas obtinuit. Nam si nouiter proficissus fuerit ager, ex quo Syluæ cædunt, glandiū, fœni, aut herbarū redditus percipiēbantur, & horum decima portio vsucapienti soluta fuerit: etiam ad eum pertinebit frumentū nunc primum ab agro collecti decima. hic etenim ager vsucapienti decimas reddere consueuit ex fructibus ab eo perceptis: vnde parum refert fructus eius nunc mutari, secundum Panormita. in consi. 71. in. 2. lib. & Pau. Paris. consi. 73. lib. 4. his accedit tex. in capi. commissum. & in cap. cum in tua. de deci. vbi Panormita. Fel. in cap. auditis. nume. 9. de præscriptio. Baib. dict. quæst. 2. Nec oberit præmissis decisio tex. in cap. ex parte. in. 3. de deci. qua probatur. priuilegium de percipiendis decimis alicui concessum etiam noualia continere. Quia distinctum ius est in priuilegio concessio ecclesiasticis, quod ad noualia extenditur, seu noualia comprehendit: licet præscriptio non sit ita benigne intelligenda. gloss. & alij communiter: quemadmodum ibi refertur Panormit. in cap. cum contingat. de deci. Priuilegiū vero hac in re laicis concessum nequaquam seruandum erit in noualibus. capi. tua. §. vltimo. de deci. Regi. l. 23. titul. 21. part. 1. Sed profectò magis consonum iuribus apparet, priuilegiū de decimis perci-

percipiendis, etiã clericis concessum ad ipsas noualiũ decimas minimẽ extẽdi: cũ ea decisio, quæ cõmunẽ opinionẽ probare videtur in. d. c. ex parte. specialẽ rationẽ habeat: quippe quæ meminerit priuilegij cõcessi his, quib⁹ iure cõmuni, & ordinario decimẽ cõpetũt: licet ab eis ius eas percipiẽdũ, præscriptione iure uel speciali sublatũ sit: quod quidẽ priuilegium fauorabilẽ causam habet, & ideo ita large accipitur, ut & noualia includat. ex gloss. egregia. in cap. statutum. de præbend. in. 6. cuius alibi mentionẽ fecimus, atq; ita in specie à communi sententia discedit Fortun. in. §. & quid si tatum. ff. de lib. & posth. col. 76. cui suffragatur tex. in. c. 2. §. 1. de deci. in. 6. vbi & initio capitis expressum est, non satis esse, quod quis habeat priuilegium percipiendi decimas intra alterius consinia: ut percipere possit noualium decimas: nisi & quo ad noualia priuilegium speciale fuerit adsequutus: quin & hoc ipsum de percipiendis noualium decimis erit strictẽ interpretandum sicuti ibidem cautũ est, & præterea priuilegia, cum ex his alteri sit præiudicium, restringenda sunt ad hunc sanẽ modũ, ut attentis, & maturẽ perpensis verbis & mente concedentis, in eo accipiatur sensu, qui minus alterius iuribus lædat. tex. in regu. ea quæ. de regu. iur. in. 6. cap. cum olim. & ibi Docto. de consuet. cap. penult. vbi gloss. & Abb. & idem Abb. in cap. quia circa. de priuileg. glo. in. 1. vlt. §. in computatione. C. de iure delib. gloss. & Abb. in cap. cum olim. in. 1. de priuile. Alex. consi. 226. col. 6. & 7. lib. 2. Deci. consi. 113. Felin. & Dec. ci. in cap. super eo. de off. deleg. Deci. in cap. quæ in ecclesiarum. de consi. num. 26. & consi. 520. colũ. 1. Iason. in. 1. quoniam. ff. de flumini. Felin. in cap. 1. nu. 4. de rescript. idem in cap. causam quæ. num. 10. eo. titu. Selua. de benef. 3. part. q. 13. Abb. in cap. in his. de priuileg. Gozadi. conf. 14. num. 18. à quibus plura ad id iura inducẽtibus præmissa deducitur resolutio: quæ maximẽ probat Fortun. sententiam. Ad idem consideranda est decisio tex. in dict. cap. pe. de priuileg. ex qua priuilegium alicui concessum, quo is eximitur à solutione decimarũ ex fructibus noualiũ, intelligẽdum est de his noualibus, in quibus alter nõ habet tempore dati priuilegij, quali possessionẽ iuris percipiendi decimas: & hoc ne illi fiat præiudiciũ præter concedẽtis hãc immunitatẽ intentionẽ. quo fit ut idem sit dicendũ vbi noualia essent tempore datæ immunitatis proficissã: & ex eis debita fuissent decimæ alteri: secundũ Panor. hoc ex cõmuni omnium sentẽtia adserentẽ in. d. c. pe. actandẽ, si eidẽ Panormit. credimus, præfatum priuilegium erit intelligẽdũ in his noualibus, quæ post ipsi⁹ donationẽ proficissã fuerint, non in his, quæ iam

tempore datæ immunitatis proficissã fuerant: cũ statim facta proficissione, & ipsis agris cultis sit adquisitionem maximũ ius quo ad decimas percipiendas his, quibus idem ius alio qui cõpetebat. & ideo non est voluntatis Romani Pontificis eis præiudicare: nisi id apertẽ constiterit, qua ratione conciliari, ni fallor, possunt duæ sanẽ repugnantes sententiæ: vna quidem eorum, qui constãter adseuerant, prædictam Decretalem constitutionem etiam procedere in priuilegio immunitatis à solutione decimarum ex agris antiquitũs cultis, & coli solitis: ut id priuilegium accipiatur, & intelligatur absq; præiudicio eorum, qui sunt in quasi possessione percipiendi ex eisdem agris, & eorum fructibus decimas: quasi Pontifex summus noluerit eis præiudicare: quod ita esse existimant Innocen. & Cardi. in dict. cap. penult. Odrad. cõf. 268. Felin. in cap. causam quæ. de rescript. num. 11. & Catellianus Cotta in vltimis memorialibus. dictione, Priuilegia. Altera Boatini, & Abb. in dict. ca. de quibus. accedit eleganter Decimus consi. 113. hi etenim contrariũ expressum præfiterentur censentes priuilegiũ immunitatis à solutione decimarũ ex agris antiquitũs cultis, ac iam proficissã esse obseruandum etiam in his agris, è quibus decimas alij percipiebãt: idq; ius tempore dati priuilegij quali possidebant. Nam huius difficultatis propria, & vera dissolutio pendet à verisimili, & præsumpta mente concedentis hoc priuilegium: atq; ideo si possessio est penes eum ad quem iure communi spectat: nec alibi potest ea immunitas effectum sortiri: opinio Panormi. in dubio admittenda est cũ huius possessionis scientiam præsumatur concedẽti satis notam esse: cap. primo. de constitu. in. 8. & si derogare voluisse. Quod secũs erit vbi ea immunitas potest esse etiam habere extra res illas iure communi possessas: quibus & earum possessioni non est præsumendum principem derogare voluisse. Sic sanẽ vbi possessio iuris percipiendi decimas est apud eum: cui iure communi, & ordinario minimẽ competebat: licet priuilegio, consuetudine, aut præscriptione alioqui ei quaesita sit omninõ locum sibi vendicat Innocentij, Cardi. & aliorum sententia: cũ priuilegium simpliciter cõcessum de decimis, ex agris etiam antiquitũs cultis non soluendis: villo pacto non præiudicet his, quibus præter ius commune competit, quasi possessio percipiendi decimas: ex eo, quod huius quasi possessionis summus Pontifex ignarus est: nec eius mentionem in priuilegio fecerit: & ideo eam tollere non præsumitur. quod ex his, quæ in dicto cap. penult. scribit Panormita. colligi diligenter poterit.

Variarum Resolutionum

Ex capite sequenti.

- 1 *Nolenti, mandante iudice instrumentum exhibere, denegatur ius id in posterum in iudicio ad fidem obtinendam producendi.*
- 2 *Ut imponatur perpetuum silentium diffamanti, & nolenti agere, bina admonitio requiritur.*
- 3 *Quid distet. l. diffamari. à. l. si contendat. ff. de fideiussoribus.*
- 4 *Iudex ipsius rei principalis ad eundem est: cum alterum ex his remedijs in iudicio proponitur.*
- 5 *Excommunicatus non est admittendus, si velit uti auxilio dictarum legum, & ibi de exceptione excommunicationis in foro seculari opposita.*
- 6 *Actor vocatus ad iudicium ex. l. diffamari. & similibus, poterit eligere alterum ex duobus iudicibus ipsius rei.*
- 7 *Dictarum legum decisio etiam in criminalibus admittenda est.*
- 8 *Successor vocatus ad primogenium, potest iudicis officium implorare viuento ipso possessore, cui successurus est, ut pronuncietur primogenium ad eum mortuo possessore pertinere.*

Expenditur constitutio. l. diffamari. C. de ing. & manu.

Caput. XVIII.



DVO traduntur iure Cesarum affinia remedia, quibus consultum est illis, qui vel aliorum diffamatione iactantiae passim infestantur: vel timent actionibus non oportune impeti: eo sane tempore, quo legitimis defensionibus varijs casibus fuerint frustrati. Primum est ex. l. diffamari. C. de inge. & manu. Alterum ex. l. si contendat. ff. de fideiussoribus. Nam ut primum examinemus, erit diligenter adnotandum id auxilium diffamatis competere, in eum effectum ut à iudice cogantur diffamantes intra certum diem actionem, vel ius quod habent, in iudicium deducere, adiecta comminatione & ea postmodum executioni tradita, perpetui

silentij imponendi, ni intra preffinitum diem egerint tex. sing. in. l. diffamari. vbi hoc expressim adnotarunt Albe. Sali. Fulg. & Bal. nu. 16. Inno. col. 1. cui ceteri accessere in. c. conquerente. de off. ord. Anto. & Feli. nu. 16. in cap. accepimus. de fide instrum. Rota Antiqua. 305. Angelus Aretin. Instit. de except. in principio. numero. 23. hanc siquidem formulam pre oculis iudices habere debent, quoribus iusta causa id postulauerit: decernere sane tenentur in hunc modum interloquuti, ut intra certum diem agat quis actione sibi competenti, hoc adiecto, cum alioqui non esse audiendum, eique perpetuum silentium imponi, quod etiam probatur in cap. vlt. qui matri. accusa. possunt. vbi glo. cap. accepimus. de fide instrum. gloss. optima, ac communiter recepta in. l. 1. C. ut nemo inuit. agere, vel accusa. cogatur. quibus accedit, quod si iudex aliqua iusta ratione motus preceperit in iudicio instrumentum quoddam exhiberi: eius vero possessor obedire noluerit, poterit interloquendo pronunciare, nullam fidem exhibendam fore ei instrumento, si quando ab eo contumace fuerit in iudicio productum. l. vlti. C. de fide instrum. Barto. in. l. prima. §. edenda. ff. de edendo. Innoc. Panor. & alij in cap. G. perpetuus. de fide instrum. col. penult. Barto. Angel. Saly. Alexand. & Iason in. l. 2. colum. 3. C. de edendo. Deci. in ca. 1. de probat. colum. pe. idem in cap. cum in ecclesia. de appell. Ancha. in Clea. §. ceterum. ad fin. de vsur. & licet Innoc. aliqua ex parte diuersam ab hac proposuerit sententiam: frequētissime tamen ab eo propter similitudinem rationis isthæ conclusio deducitur. Sunt item alie iuris vtriusque decisiones, quibus suaderi potest id, quod in dict. l. diffamari. decisum est: quemadmodum Accursius ibi scripsit: & preterea idem comprobatur in. l. 1. si ea. vbi glo. C. de his, qui accusa. non possunt. & l. Titia. ff. de accusat. Verum ad hoc, ut perpetuum silentium indicatur diffamanti: oportet binam admonitionem à iudice premitti. Ange. in auth. de hereditib. & falc. §. si quis autem. collat. 1. Alex. cōsi. 108. lib. 1. ad finem. idem Angel. per tex. ibi in auth. de ecclesiast. tit. §. si quis autem pro redemptione. C. pola. cautela. 110. Angel. Areti. in principio. Instit. de exceptionib. num. 23. Matthæ. Afflict. decis. Neapolit. 264. dicens hoc ipsum seruari in illius regni pretorio. idem Iason tenet in. l. 2. colum. 3. C. de eden. dubius tamen cum ea, que pro Angelo adducuntur, quibusdam specialibus casibus, non in vniuersum intelligenda sint. Quam ob rem vnicam tantum admonitione sufficere aduersus Angelum existimant Roma. licet dubitet in. l. quā diu. in. 3. nu. 12. ff. de adquir. hæred. Alex. in. l. vlt. col. 1. ff. de ferijs. Fel. in. d. c. accepimus. nu. 6. fat enim

fat enim est fieri solennē cominationē silentij imponēdi vnica tantū monitione p̄missa. quę quidē opinio apud nos frequētissimē in praxi recipitur: nam vnica. eademq; p̄p̄toria monitio sufficit. illud sanē nō est p̄termittendū, iniquissimē agere iudicē, qui hanc monitionē, cōminationēq; indixerit futuro actori: nisi prius saltē summarie de diffamatione constiterit: quę admodum scribunt Bar. in. d. l. Titia. ad fin. Angē. Areti. d. nu. 23. & Alex. d. conf. 108. colū. vlt. & merito cū isthęc diffamatio sit huius iudicij fundamentum, sine quo reus si uolē nimis hoc remedio utitur. licuti in ea. l. diffamari. satis expressum est. Sed cōp̄issimē iudiciū hoc tractat omiſsa hac diffamationis cognitio, ex eo q̄ futurus actor simpliciter citatus, actionē quā habet in iudiciū deducit: eaq; examinatur principaliter vtrinq;: & ideo tūc nihil ad rē attinet summaria de diffamatione cognitio. quam etiam effugiunt, qui simul cū hoc auxilio etiam utuntur remedio. l. si cōtendat. quod distinetam rationem habet. Nam ex. l. diffamari, hoc agitur, ut pronūcietur nullam ius diffamanti competere aduersum diffamatum: & id nisi p̄missa diffamatione tractari non potest, ut eleganter notant Innocent. in cap. Abbat. de verbor. significat. Rota antiqua. 305. Paulus Castrensis in dicta l. si cōtendat. Bartho. Socin. consi. 94. colum. penult. libr. 3. Alexand. in. l. si finita. §. eleganter. nume. 26. ff. de damno infect. ex quibus duo colliguntur. Primum quidem, me etiam alicuius rei possessorem regulariter non posse à iudice petere, ut cogat Titium super eadem re intra certum terminum agere: vel declaret ei nullum ad eam rem ius competere: quia ne mo inuitus agere cogendus est, nisi diffamatio p̄cesserit. Secundum, quod ab eisdem communiter receptum est ad. l. si cōtendat. pertinet: scilicet, posse quem petere à iudice, ut pronūciat sibi exceptionem aduersum Titium cōpetere, seq; liberū esse ab ea actione, quę in ipsum Titio cōpetierat, aut competere aliquo modo videtur. quod probatur in dict. l. si cōtendat. vbi glo. cōmuni omnium consensu probata idem adserit: cui similis est in. l. Aurelius. §. centum. ff. de libe. legat. cuius meminere Panorrita. in capitu. si quis contra. colum. 2. de for. compet. & Roma. consil. 90. & consi. 412. notat Bartol. in dict. §. eleganter. Felin. in dicto capi. si quis contra. colum. prima. tex. optimus in. l. si pater. C. qui bonis ced. post. & ibi Barto. ac Felin. rursus in cap. significauit. de testib. nume. 5. text. & ibi gloss. in. l. vltima. C. de usur. pupi. quorum opinio communis est secundum Socin. dic. conf. 94. libr. 3. colum. prima. tamen si non desint, qui contrarium tenere tenta-

uerint: nec ad hoc proponendum, tractandumve in iudicio, diffamatio requiritur. igitur discrimen maximum apparet inter ea, quę ex dicta. l. diffamari. & l. si cōtendat. passim deducuntur. Quin & vsu aduocatorū obtentum est, hęc duo remedia simul misceri ad faciliorem causę, & litis expeditionem.

¶ Erit tamen operę pretium inuestigare: quis iudex erit ad eundem, vbi hęc remedia in iudicium deducuntur: an iudex ipsius diffamantis, cōtra quę hęc auxilia iure proponuntur: an ipsius diffamati, qui verē reus est: licet primum ad iudiciū alterum p̄ducatur? Et quibusdam visum est, hanc controuersiam tractandam esse coram eo iudice, qui competens esset, si actione vsus diffamator velit diffamatum conuenire: cū attenda origine, & naturali ipsius causę conditione, & is, qui modò litem incipit, verē reus sit, & ideo eius iudex adiri poterit: tamen si actor non sit illius iurisdictioni subditus: argumento adsumpto à Iuriconsulto in. l. qui habebat. ff. de tutel. nam & Bartol. cui ceteri consentiunt, adnotauit in. l. libertus. ff. de in ius vocando. in hac causa. verē reū esse, qui alterum ad iudicium prouocat per text. ibi probantem, posse libertum sine venię petitione postulare à iudice, ut ingenuus pronūcietur: aut offerre huius liberi status aduersus patronum legitimam defensionem: igitur si venia necessaria non est apparet manifestē hunc libertum verum actorem non esse. Sed nec text. ibi nec Bart. decisio huic opinioni suffragatur: textus in quā, quia non tractat speciem istam, vbi libertus utitur remedio. l. diffamari. cū ibi libertus esset iā à patrono prouocante in ius vocatus. Deinde Bar. licet existimet vtērem remedio. l. diffamari. quod ad reliqua verē reum esse: tamen aperte asseruat quod ad primam petitionem actorem esse: & ideo oportere, ut tunc libertus veniam petat: quod ceteri Docto. sequuntur. maxime Paul. Castr. ex hoc scribens, excommunicatum proponentem in iudicio auxilium. l. diffamari. exceptione excommunicationis repellendum esse: idem ibi probat Alexand. post Antonium, & Abb. in cap. intelleximus. de iudic. vbi Felin. num. 9. & Dec. numer. 14. eandem opinionem veram esse censent. Imò idem erit, si excommunicatus utatur beneficio. l. si cōtendat. nam cū & tunc non sit reus necessarius, ac potius prouocet alium ad iudiciū, admittendus non est, secundum Abb. Imol. Felin. & Deci. in capitu. cū inter. in fine. de except. eūdem Felin. in dict. cap. intelleximus. nume. septimo. licet in hoc vltimo Anto. in dicto capit. cū inter. & in vtroque Ioan. Anias in capit. dura. de crim. fals. numer. quinto. contrarium tennerint.

Variarum Resolutionum

non ergo adducitur commodè in huius prioris opinionis fauorem, id quod Barto. notauit in dicta. l. libertus. obiter tamen erit considerandum: non tantum in foro ecclesiastico, sed etiam in seculari exceptionem excommunicationis maioris actorem à iudicio excludere. text. in cap. de cernimus. de sententia excommunicat. in sexto. Bald. in cap. exceptionem. de except. text. in cap. i. in princ. hic finitur lex. in feudis. gl. in cap. pia. de excepti. in. 6. versic. opponat. & vers. ecclesiasticis. norant Felin. in cap. vlt. nume. 10. de exceptioni. la. in l. prima. arg. gl. ibidem. C. de iuris. & fact. ignor. Regia. l. 4. tit. 10. libro. 2. fori. l. 176. styli. Quin imò & si lex secularis in contrarium fieret, in inuimè valeret: vt scribit Ioannes Baptista de sancto Seuerino in l. omnes populi. col. 39. ff. de iust. & iure. In Gallia sane moribus, & iudiciali, ac forensi stylo inductum est, vt huius exceptionis ratione nemo ab agēdo repellatur, teste Fabro. in. §. vlti. Instit. de curatorib. Andrea Tiraquello lib. 1. de retract. §. 1. gloss. 9. nume. 275. & Ioanne Rupellano lib. 1. Foren. institut. cap. 35. qui hoc mirum esse censet, Gallis religiosissimè Christi fidem colentibus: cum eis deorum gentiliū veterem illam colluuiem veneratibus isthęc exceptio maximam vim haberet. de his siquidè Julius Cæsar lib. 6. de bello Gallico hæc vba subdit. si quis autem priuatus, aut publicus eorum decreto non iterit, sacrificijs interdicit. Hęc pœna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum, ij numero impiorum, ac sceleratorū habentur: ijs omnes decedūt, aditum sermonem que defugiunt: nè quid ex contagione incommo di accipiant: neq; his petentibus ius redditur: neq; honos vllus communicatur. hætenus Cæsar. Apud Hispanos etiam videmus passim à iudicibus secularibus non oblatè exceptione excommunicationis actorem ad agendum admitti. Ad ducitur his omnis Secundo loco ad probationē huius sententiæ quod Barto. notat in l. in criminali. C. de iurisd. omnium iudicum. immerito tamen. Nam istantū adserit reum vtentem remedio. l. diffamari. vel. l. si contendat. debere actore conuenire coram iudice competenti. nec tamen aperit, an sit iudex competens ipse, coram quo reus esset conueniendus, an is, cui actor subditus est. Et ideo tertio pro hac parte consideratur quod idem Bartol. resoluit in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro socio. num. 19. dicens condemnatum ab arbitris volentem reductionem ad boni viri arbitrium petere, hoc ipsum petere debere à iudice qui de ea causa ordinario iure cogniturus esset, si compromissum non fuisset. idem Abb. & Doct. in capitul. exposita. de arbitr. per textum: ibi idē

Abbas in capitu. Quintauallis. de iureiuran. numero. 39. Socin. consilio. 18. numer. 31. lib. primo. Frede. Senensis consil. 285. Lanfranc. de arbit. parte vltima. quæstio. decimanona. Carolus Ruinus consil. 7. libr. 4. Marcus Antoni. Blancus de com. promiss. q. 10. num. 13. Alex. in cons. 131. lib. 2. dicēs hanc opinionem communem esse: & ibi Carol. Moli. in additionibus testatur eam in praxi receptā esse. licet Roma. consil. 265. & Matth. Afflict. decif. 51. tenuerint, hanc causam reductionis tractandam esse coram superiori ipsius arbitratoris qui sententiam tulit. Quarto ad idem facit text. in l. cum hi. §. transactiones. ff. de trans. vbi transactio super alimentis recipere debet authoritatem ab eo iudice, qui causam principalē tractat. Quinto idem probatur ea ratione quod absolutio à iuramento in contractu vsurario præstato peti poterit ab episcopo, qui superior ipsius iuratis est, secundum Calderi. consil. 1. de offic. ordi. & consil. 6. de iureiur. Abb. in cap. si quis contra. col. 2. de foro compet. Lapum allegat. 10. licet Feli. aliquid dubitauerit in. c. 1. col. vlt. de iureiur. non animaduertens, eum episcopum absoluere posse qui esset iudex competens super ipsius contractus executione. ex quibus apparet agentem ex. l. diffamari. vel ex. l. si contendat. adire posse eum iudicem, coram quo ipse per actorem esset conueniendus: quod in hac specie expressim adseruit Anton. colum. vlt. & in capitu. si clericus. Maria. Soci. in cap. cum sit generale. 2. col. Panormitan. in dict. cap. si quis contra clericum. 2. col. de fo. cōpet. Alexā. consil. 103. lib. 5. Roma. consil. 412. Barth. Soc. cōs. 94. lib. 3. Abb. in cap. ex parte. num. 5. de rest. spoliat. Barb. in dic. cap. si quis contra. num. 6. decisio Neapolitana in nouis Anton. Capitij. 18. ex quo & Alex. in dict. consil. 103. constat hoc adeo verum esse vt hac ratione possit etiam episcopus ad iudicē laicum trahi: atq; ita ex præmissis opinor hanc sententiam magis communem esse. Et si contrarium, nèpe vtentem remedio. l. diffamari. vel. l. si contendat. debere sequi forum alterius, cum in hoc verè sit actor, tenuerūt Paul. Castrensis in dict. l. in criminali. nume. 3. & Matth. 2. Afflict. deci. 268. dicens ita decisum fuisse in Regio Neapolitano Prætorio.

Cæterum hac in quæstio superest egregia dubitatio quid dicendum sit: vbi diffamatus vel reus agens auxilio. l. si contendat. habet duos iudices? Nam vt vulgò receptum est licet actor sequi debeat forum reisi tamen ipse reus iure communi non iure speciali habeat duos iudices: poterit actor ex his quem maluerit eligere ad actionem prosequendam. text. & ibi omnes in. l. vlt. C. de iurisd. omni. iudi. & in. l. cum clericis. vbi Bald. num.

1. C. de

1. C. de episcopis & cleri. glo. & Doct. in. 1. vlt. C. vbi in rem actio. rex. in cap. cum sit generale. & glo. in capi. dilecti. de foro compet. gl. in cap. statutum. §. cum vero. de referip. in. 6. ad finem. Roma. conf. 412. Mathæ. Afflict. deci. 257. idē Afiliētis in constitut. Neapolit. lib. 1. rubric. 37. nu. 18. Quod si re^o proponat in iudicio corā iudice ab eo electo remediū ex. l. diffamari. vel ex. l. si corē dat. poterit equidem actōr ex supradictis petere causam illam ad alterum rei iudicem remitti eo quod ipsam elegerit: sicuti ad quæstionem elegāter respōdit Barthol. Socin. conf. 94. lib. 3. motus sanē pluribus rationibus & maxime ex eo quod reus prouocās actorem ad iudicium: adire de. et & potest eum iudicē, quem aditurus esset actor siis priuam actione egisset: sed actor non egisset coram iudice per reum electo, imō corā altero quem inodo actor eligit: igitur ad electum ab actore causa est remittenda: deinde actore cōparte in iudicio, reus qui prouocauerat verē partes rei agit: & in omnibus vti reus iudicandus est, probatur in capi. in presentia. de probatio. & per Bart. in dist. l. libertus. ff. de in ins. vocād. ergo actor iudicis electionē habet, etiā si reus corā vno ex proprijs iudicibus actorem in iudicium vocauerit: idem probat Maria. Soci. in capi. propositi. de foro comp. num. 26. hoc intelligens vbi de ipsa principali causa, actione inquam & exceptionibus tractandum est: nam si de eo solū ageretur vt actori certum tempus statueretur intra quod actionē proponeret: perpetui silentij cōminatione indiēta: iudex à reo electus competēs ad id & id. neus esset: quod manifestam rationē habet, & ideo probatissimi iuris est.

Præter hæc est aduertendū de silentio dictæ l. diffamari. seruandam esse in criminalibus sicuti probatur in. l. si ea. C. qui accusa. non possant. notant Barto. & alij communiter in. l. Titia. ff. de accusat. idem Bart. in. l. Papinianus. §. si quis post rem. ff. de inoff. testam. Oldrad. conf. 3. Antonius Abb. Anania. & Areti. in capi. licet. de accusatio. vbi tex. non parum ad hoc facere videtur. Hanc tamen opinionem video non omnino in praxi admissam esse: siquidem etiam accusatore non probante minime imponitur perpetuum silentium in criminalibus controuersijs: sed tantum absoluit accusat^o ab obseruatione iudicij, quem admodum dixi cap. 1. huius operis. num. 8. & fortassis illud obtinet postquam accusator accusationem fuerit in iudicio prosequutus: quasi secus sit dicendum vbi admonitus à iudice, accusare omisit: tunc etenim iuxta dictam. l. si ea. silentium ei perpetuum indicetur.

Quin & illud est obseruādū ex decisionib. l. dif

8 famari. & l. si contendat. vocatum ad primogenium timentem à possessore alienationē faciendam esse bonorum eorum, quæ sub primogenij vinculo continentur: vel si possessor ipse iactet assidue bona illa esse libera nullique restitutioni subiecta, posse officium iudicis postulare: & præfat. beneficijs vti in iudicio: vt bona prædicta per sententiam pronuncientur primogenio subdita idque primogenium post obitum possessoris ad eū pertinere: quod in hac specie docet Rodericus Xarez allegat. 4. conducūt ad idein. l. si pater. C. qui bonis ced. poss. l. si finita. §. eleganter. & ibi. gl. ff. de damno inf. l. si duo patroni. in principio. iuncta gloss. ff. de iureiuran. Et erit satis vt sit locus remedio. l. diffamari. diffamationem extraiudicialem esse. nec est necessarium iactationem istam in iudicio, vel apud ipsa forensia tribunalia contingere: sic etenim probatur in dicta. l. diffamari. & notant Panormita. & alij frequentissimè in dicto capit. conuergente. de offi. ordi. hoc ex eodem capite colligentes.

Ex capite sequenti.

- 1 *Donatio facta filio, quem pater tunc vnicum habebat, alijs postea susceptis liberis, reuocatur tamquam quo ad legitimam.*
- 2 *Donatio facta a patre filio, quem vnicum habebat, non reuocatur alijs susceptis liberis quo ad tertiam bonorum partem. & numer. 4.*
- 3 *Melioratio non potest verè fieri filio, quem vnicum habet.*
- 4 *Auus potest meliorare vnum ex pluribus nepotibus susceptis a filio, quem vnicum habet: etiam patre viuente.*
- 5 *Donatio facta ecclesie susceptis liberis tantum reuocatur quo ad legitimam eis iure debitam. & numer. 11. vbi expenditur text. in capitul. vltim. 17. quæst. 4.*
- 6 *Monasterium, quod quis ingreditur, an ei sit loco filij?*
- 7 *Examinatur ratio text. in auth. nisi rogati. C. ad Trebell. & num. 11.*
- 8 *An prædicta constitutio sit admittēda contra expressam testatoris voluntatem.*
- 9 *Legatis ducentis filia, si nupsit: centum verò si ingressa fuerit religionem: an ei profiteni religionem debeantur ducēta? & ibi intellectus ad. l. Titia. ff. de condi. & demonstrat.*

Legatum

Variarum Resolutionum

- 10 *Legatum ea conditione, si non nupserit, an liceat legatario nubenti, in conscientie foro accipere?*
 11 *In primogenijs alijsque similibus dispositionibus potest adijci conditio, si nec presbyter, nec monachus fuerit.*
 12 *Quid referat donationem rescindi ex capite. l. si vnquam. C. de reuo. donat. an ex titulo inoficiosæ donationis.*

Donatio facta ecclesiæ an reuocetur natiuitate filiorum?

Caput. XIX.



S I QVIS donationem ex tranco, etiam liberto fecerit, & postea ei nascantur filij: donatio in totum reuocatur. l. si vnquam. C. de reuo. donationib. l. 8. tit. 4. part. 5. quod si pater donauerit filio, quæ

- 1 vnicum habebat: natis postmodum ei filijs donatio reuocatur vsque ad legitimam bonorum portionem filijs postea natis competentem. l. si totas. C. de inof. donat. quam ita interpretantur Bartol. Angel. & alij ibi. Bart. idem Alberi. Bald. Imol. & Paul. Cast. in. l. Titia Seio. §. Imperator. ff. de legat. 2. Ioan. Andr. Ant. Abb. & Imol. in. c. vlt. de donationi. Angel. & Salyce. in dict. l. si vnquam. Alex. cons. 142. libr. 2. num. 9. quorum opinio communis est secundum Corneum consil. 11. col. vlt. lib. 3. Tiraquel. in dict. l. si vnquam. verb. liberis. num. 60. & sequentib. Ripam ibi. qd. 47. tamen si ipse, cui non omnino aduersatur Tiraquelus, aduersus hanc communem conetur defendere etiam in totum reuocari donationem filio factam: aliorum filiorum natiuitate. Sed & Carol. Molin. in tractat. de inof. donationib. sententiam communem improbat scribens; hanc donationem voluntate donatoris in totum reuocari ex. l. si vnquam. Sed auctoritate. l. si totas. quo ad legitimam portionem tantum, ipso donatore inuito, vel tacente rescindi. Sed quia ad. l. si totas. difficilimè responderi poterit, communis sententia recipienda est & quo ad huius regni constitutiones ulterius examinanda. siquidem pater potest quemlibet ex filijs quinta & Tertia bonorum partibus præ cæteris meliorare. qua ratione si donatio facta fuerit à patre filio, quæ eius legitimam portionem excefferit, ipse filius cæsetur ea ex par-

te donationis quæ præter legitimam subsidium Quintæ & Tertie bonorum partibus æquualet, omnino melioratus. Regia Taurina. l. 62. An igitur isthæc donatio filio, quem vnicum pater habebat, facta: reuocetur aliorum filiorum natiuitate quo ad legitimam portionem filijs postea natis debitam, ex bonis patris non facta Quintæ nec Tertie partis deductione: an quo ad legitimam tantum eorum bonorum quæ deductis Quinta & Tertia partibus superfit, dubium est. Et videtur donationem hanc reuocari quo ad aliorum filiorum legitimam, nulla facta quinte nec tertie partis deductione: ex eo quod forsitan pater hanc donationem minime fecisset vnico filio, quem tunc habebat, si cogitasset, ex istimassetve alios filios sibi nascituros: vt probatur in dict. l. si vnquam. Quin inter liberos seruasset æqualitatem. l. illud. C. de collatio. vltima. C. com. vtri. iudi. l. quesitum §. sed & ipse. ff. de fundo instru. Et præterea cum præmittamus donationem filio, quem pater vnicum habebat, factam fuisse, videbitur quibusdam eam iure meliorationis minime valuisse: nam, vt quidam existimarunt, melioratio fieri non potest filio, quem pater vnicum habet, ex eo quod melioratio electio est, vt probatur in. l. 9. tit. 5. lib. 3. Fori. l. 18. cum sequentibus Tauri. electio vero in vno minime datur, sed in pluribus saltem vt propria sit. glo. in. l. si possessor. §. 2. ff. de peti. hære. & probatur in rub. de electione. & ff. de opti. legat. deinde optimus est tex. in princip. Insti. de assignat. libert. iuncta glos. in verb. plures. vbi pater habens plures filios poterit vni libertum assignare. dixit ergo tex. hoc licere patri habenti plures liberos: quia si vnū tantum haberet, non posset pater alteri, quam illi libertum assignare: & ideo in patre habente vnum filium, non est necessaria liberti assignatio: vt inquit Accursi. ibi dem: & eadem ratione nec iure regio cõgruit melioratio patris vnicum tantum habenti filium. Ad idem facit text. cum gloss. in. l. in fideicommissaria. §. si legatum. ff. ad Trebell. vbi prælegatum non cadit in vnicum tantum hæredem: nec dici posset prælegatum: sed perceptio iuris hæredis; & ratione hæreditatis: sic melioratio in vnicum filium collata non est vera melioratio: sed perceptio iure legitime quantum ad Tertium attinet. His etiam accedit, quod melioratio nil aliud dicitur quod melioratio præ cæteris sibi equalibus grã fiat: at si vnicus est filius, huic debet tertia bonorum simul cū toto primonio, p legitima, excepta quinta bonorum parte: igitur nulla ei grã fit: & ideo nec melioratio dici potest. quod ulterius probatur, quia respectu extraneorum, totum patrimonium parentum excepta quinta parte filijs iure portionis legitime debetur:

betur: quauis respectu ipsorum filiorum. Quinta simul & Tertia partes excipiantur à legitimo subsidio: sed vnico existente filio reliqui extranei sunt: frustra igitur de melioratione tractatur atq; ita ipse opinor non posse aptari meliorationem: nec etiam si fiat, effectum meliorationis habere quo ad Tertiam bonorum partem, vbi vnicum tantum filium parentes habent. Quo fit, vt nec in fauorem descendendum hic vnico filius quo ad Tertiam bonorum partem grauari possit, sicut nec quo ad legitimam: licet hoc grauamen admittendū esset, si illi hac melioratio verè nomen & iura meliorationis haberet. l. 27. Tauri vbi loā. Lupi. nu. 23. hoc in specie probat, qd si donatio vni eo filio facta non habet vim meliorationis, consequitur reuocari aliorū filiorum natiuitate quo ad integram eorum portionem legitimam ex toto patrimonio deducendam. Obiter tamen suboritur difficultas an existente dicto, l. Regia, possit autem meliorare vnum ex pluribus nepotibus genitis ab vno & eodem patre, quem vnicum filiū is habebat? Nam propemodum iniuria fit filio vnigenito, si eius pater quod ei debitum est ratione legitimæ, vn̄ ex nepotibus contulerit. qua in re est considerandum: olim in hoc regno controuersum fuisse prius quàm Taurinæ constitutiones sancirentur, an nepos posset ab auo meliorari viuente eius patre. Didacus etenim à Segura in l. coheredi. §. cum filii. nume. 29. vers. prædicta ergo. ff. de vulga. scripsit, hanc meliorationem fieri non posse cum pater præcedat eius filium & sic nepotem aui meliorantis: nec habeat nepos hic viuente patre ius succedendi necessario ipsi auo, nec obtineat primum locum suitatis: Regia verò & Fori lex meliorationem hanc fieri permittat filiis vel nepotibus habentibus ius succedendi. eandem opinionem testatur pluries ante Tauri. constitutiones à iudicibus receptam fuisse loā. Lupi in. l. 18. Tauri. contrarium tamen etiam eo tempore verius apparet, ea ratione quòd in his regnis inter descendentes omnia bona parentis constituunt legitimam ac debitam portionem exceptis Quinta & tertia partibus: quauis quo ad extraneos, omnia bona, excepta Quinta parte, vt legitimum subsidium filijs debeantur: & ideo quo ad extraneos pater solum potest quintam bonorum partem distribuere: quo ad descendentes verò quintam & tertiam: quemadmodum constat ex huius Regni sanctionibus. Sic etiam respectu descendentiū nō est nec cēsetur legitima quinta nec tertia bonorum pars in qua melioratio fit. vt notat Ioan. Lupi in. l. Tauri. 27. & pater, quia si legitima foret non posset melioratus grauari etiam in descendentiū fauorem. l. quoniā

in prioribus. C. de inof. test. Quam ob rem isthęc vltima sententia verior est, cui non oberit Fori. l. 9. tit. 5. li. 3. Quippe quæ in duas diuiditur partes. Quarum prior prohibet, habentem filios, aut nepotes, qui ius habeant succedendi, alteri legare, nec dare ex bonis propriis aliquid præter quintam bonorum partem. Posterior verò permittit cui libet, quē voluerit ex filiis aut nepotibus quo ad tertiam partem meliorare. ecce quod in posteriori parte non exigitur, nepotem cui melioratio fit, habere primū in successione locum: licet hoc exegerit dicta lex in priori parte & sanè iustissime. vnde non poterit inde sumi efficax argumentatio aduersus opinionem, quam veram esse diximus: & quæ vti verior ex iure veteri probata fuit à Regina Ioanna Caroli Cæsaris matre, Taurina constitutione. 18. ex quibus deducitur eandem constitutionem non esse noui iuris sanctionem, sed veteris veram & iustam interpretationem, quod de omnibus Taurinis legibus expressim decreuit edicto generali eadem Catholica Regina anno. M. quingentesimo vndecimo Regijs iudicibus præcipiens vt in cōtrouersijs motis post Taurinarum legum promulgationem: tunc pendentes, vel postmodum in iudicium deducendis, ratione tamen alicuius dispositionis quæ dictant publicationem præcesserit, ius omninò dicerent ex eisdem Taurinis sanctionibus. Poterit tamen quis dicere hanc sententiam veram, & lege probatam esse, vbi auus habeat plures nepotes ex pluribus filiis: nam ex melioratione cui libet ex his nepotibus facta, eius pater nullum grauen iure sentire potest. cum eadem melioratio posset alteri fratri & filio meliorantis vel eius nepotibus ex altero filio fieri. Sed vbi vnicus tantum est filius, qui plures itidem genuit eius patri nepotes, iniuria ei fieri videtur, cum ex eo patrimonio quod sibi debetur, eo inuito detur portio, ei forsan cui ipse non daret, & qui non est ei omninò gratus. Et nihilominus opinor etiam hanc meliorationem ab auo fieri iuste posse, attentis præcedentis quæstionis & decisionis rationibus: ex quibus nullum grauen huic filio fit: quia respectu descendentiū, etiam ab eo non constat legitimum eius subsidium ex omnibus bonis parentis: imò potest tertia bonorum pars præter quintam excipi, vt alicui ex descendentiū prælegetur: sic meherclè vidi semel per sententiā in hoc Regno prætorio decisum fuisse: & eandem legisse memor sum hanc opinionem apud Cifontanum. dict. l. Taurinæ. 18. interpretem.

Cæterum ad institutū regrediens colligere nō incommodè possum perpensis dictis rationibus meliorationē aut donatiōem factam filio, quem

tunc

Variarum Resolutionum

tunc pater vnicum habebat, reuocari aliorum filiorum natiuitate quo ad eorum legitimam portionem deducendam ex integro parentis patrimonio. excepta quinta bonorum parte. contrariam, pfectò sententiã iure probatissimam esse censẽ, liberè asseuerans præfatam meliorationem aut donationem simpliciter factam tacito meliorationis titulo tantum reuocari natiuitate aliorum filiorum quo ad legitimam eis competentem, deducendam quidem à bonis & patrimonio parentis prius detractis. quinta & tertia partibus: quod probatur ab eadem. I. si totas. iuxta quam donatio facta filio, non reuocatur natiuitate filiorum, nisi quo ad legitimam eis debitam & tamen in his rebus respectu eorundem filiorum non est portio legitima consideranda ratione omnium bonorum excepta quinta parte: sed quo ad necessitatem etiam tertia pars deducitur, si pater eam alicui ex filiis vel prælegauerit, aut donationis titulo contulerit. hoc ipsum amplius probatur: quia iuxta communem sententiã donatio facta filio, aliorum natiuitate tantum reuocatur quo ad eam partem quæ necessario, inuitis adhuc parentibus, filiis postea natis debetur. vnde fit, vt cum iure Regio liberè possit pater tertiã bonorum partem vni ex filiis dare, minimè teneatur eam filiis postmodum natis distribuere. Et ideo posterior sententia potior mihi videtur. Non obstat prima ratio, quæ erga ipsos filios ad mittenda non est. pater etenim filio donans aliquam rem non præsumitur vrgenti præsumptione id fecisse, eo quod de nascituris filiis non cogitauerit: imò ob amorem paternum potius præsumendum est, patrẽ idem facturũ fuisse licet de futuris, ac sibi nascituris liberis cogitasset. sicuti ex l. si totas. communiter deductum est. Secunda ratio item refellitur ea consideratione, quòd in dubio locum sibi vendicet: at vbi pater filio, etiam vnico eo tempore donationem fecerit: iam dicendum est eum voluisse filium hunc sibi nascituris in patrimonij diuisione inæquale fore. Tertia argumentatio, & si verissima sit: diluitur tamẽ si aduertamus tẽpore meliorationis vnicũ fuisse filiũ melioratũ: at labẽte tempore reliquis filiis patri natis, plures iã ei sunt filij inter quos iure optimo cadit vera melioratio, vt constat apertè.

5 ¶ In donatione facta ecclesiæ egregia est dubitatio an ea in totum reuocetur natiuitate filiorum: an tantum quo ad eorum legitimũ? sicuti modo in donatiõẽ facta filio diximus, & quæ ad huius quæstionis decisionem passim adducitur tex. in cap. vlt. 17. q. 4. adsumptus ab Augustino in sermone de vita clericorum. 52. ad fratres in eremo. Tomo 10. Folio. 314. licet Tiraq. in. d. l. si vnquã in princ.

num. 60. dubitauerit illius capitis verba esse diui Augustini. cum apud ipsum ea reperire non potuerit. ipsius capitis literam vti apud Gratianum & Augustinum ea legitur, referam libenter, quo facillimè lector possit, quid inter vtranque discriminis sit: diligenter animaduertere. A Gratiano in hũc modum refertur. Quicumque vult ex hæredato filio hærede in facere ecclesiã, quærat alterum qui suscipiat, non Augustinum: imò Deo propitio neminem inueniat. Quàm laudabile factum sancti Aurelij Carthaginẽsis episcopi! quidam enim cum filios non haberet, nec speraret, res suas omnes, retento sibi vsufructu, donauit ecclesiæ, nati sunt ei filii nec opinanti: reddidit episcopus ea, quæ donauerat, in potestate habebat episcopus non reddere: sed iure fori, non iure poli. Hactenus Augustinus. nam quæ sequuntur apud Gratianum ipsiusmet Gratiani verba sunt ex Augustino resolutionẽ quæstionis colligẽtis. apud ipsum Augustinum ita scriptum est. Quicumque vult ex hæredato filio hæredem facere ecclesiã, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum: imò Deo propitio nullum inueniet. Quàm laudabile factum sancti & venerandi episcopi Aurelij Carthaginẽsis! quomodo impleuit eos omnes, qui sciũt, laudibus Dei. Quidam enim cũ filios nõ haberet, nec speraret, res suas omnes retẽto sibi vsufructu donauit ecclesiæ. Nati sunt filij sibi postea, & reddidit episcopus, nec etiã opinanti illi quæ donauerat. In potestate habebat episcopus non reddere. Sed iure fori non iure poli. Hęc Augustinus. de quo Possidonius Calamẽsis in eius vita ca. 24. ita scribit. Quidam etiã ex honoratis Hipponensium apud Carthaginem viuens, ecclesiæ Hipponẽsi possessionem donare voluit, & confectas tabulas sibi vsufructu retento vltro eidem sanctæ memoriæ Augustino misit: cuius ille oblationem libenter accepit, congratulans ei, quod eternæ suæ memoriæ esset salutis. verũ post aliquot annos nobis forte cum eodem cominũs cõstitutis: ecce ille donator literas per filium suũ mittẽs rogauit, vt illæ donationum tabulæ suo filio redderentur, pauperibus verò erogandos direxit solidos centum. Quo ille Sanctus cognito ingemuit, hominẽ vel finxisse donationẽ, vel eum de bono opere pernituisse: & quanta potuit, Deo suggerente cordi eius, condolenti animo ex eadem refragatione dixit, in illius scilicet increpationem & correctionem. & tabulas, quas ille sponte miserat, nec desideratas, nec exactas confestim reddidit, pecuniamq; illã respuit, atq; rescriptis eundem sicut oportuit, & arguit & corripuit admonens vt de sua simulatione vel iniquitate cum pœnitentiæ humilitate Deo

Deo satis faceret: ne cum tā graui delicto de seculo exiret. Haftenus Possidonius, qui ostēdit Augustinum cōgemuisse, donatorē illum donationem absq; filiorum iniuria, & grauamine, ecclesiae factam, impio animo reuocasse. nam si eā potuisset iure reuocari, non ita diuus Augustinus eum corripuisset.

Quaestioni tandem sic à quibusdam respondetur donationem ecclesiae factam natiuitate liberorum reuocari non in totum: sed quo ad legitimam tantum portionem ipsis filiis necessaria lege debitam; sumiturq; ab his non fragilis ratio ex tex. in dict. capi. vlt. quia si in totum donatio hęc reuocaretur iure fore teneretur episcopus ille omnia bona ecclesiae donata restituere: quod ibi negatur expressim: atq; ita opinionē hanc tenuerunt glo. Archid. ibi. glo. Imol. & Abb. eolū. 3. in cap. vi. de donationib. Bart. in dict. §. imperator. nu. 6. & ibi Cuma. Bal. Saly. Angel. & Pau. in dict. l. i. C. de inoff. donatio. Corfet. in singul. verb. donatio. 4. Iason. in Auth. Si qua mulier. num. 6. C. de sacro. ecclesi. idem in. l. generaliter. col. 2. C. de instit. & substi. Felin. in cap. in praesentia. de probat. num. 43. Roma. in Auth. similiter. 8. speciali in contractibus. C. ad. l. falc. & alii, quorum meminit Tiraq. in dict. l. si vnquam. verb. libertis. nume. 66. & hanc esse comunem opinionem fatētur Francisc. à Ripa in dict. l. si vnquam. q. 49. & Fortunius Gasias in tract. de vit. sine. illat. 16. idq; apparebit si pensitare volueris horū autoritatē simul & eorū, qui contrariam sententiam probare conantur: quorū paulò post mentionem faciemus. Huic communi opinionem praeter alia suffragatur: quod excepta legitima portione filiis ex patrimonio parentum debita, in reliquis bonis saltem par ius est filiis & ecclesiae: ita vt ea interpretatio, quae filiis fauet, & ecclesiae fauere debeat: ac tandem in ecclesiae fauorem adsumenda sit. Auth. si qua mulier. C. de sacros. ecclesi. cap. in praesentia. de probat. quo fit idem esse dicēdum in donatione facta ecclesiae, quod in principio huius capituli diximus de donatione facta filio, quibus accedit ea ratio quod substitutus ea conditione: si quis sine liberis decederit. omnino excluditur, si institutus monasticam vitam elegerit: ipsumq; monasteriū iure hāredem fecerit. censetur etenim cum liberis decedere. d. cap. in praesentia. auth. nisi rogati. C. ad Trebelli. in auth. de sanctis. episc. §. sed & hoc praesentia. col. lat. 9. & Nouella constitutione. 123. tit. de eccle. diuersis capitulis. §. si quis sub conditione. ex eo qd qui monasterium ingreditur vt antiquiores existimant, non videtur decedere sine liberis: cum monasterium loco filii habeatur. gloss. in. l. si ita

quis promiserit. §. ea lege. ff. de verb. oblig. Bald. & Imol. in. l. filius à patre. §. i. ff. de hāred. inst. no tatur in dict. auth. si qua mulier. nullibi tamē expressum est, monasterium loco filii haberi: nam in dict. cap. in praesentia. non dicitur monasteriū haberi loco filii sed hāredis. quod praeter alios animaduertit Bart. in dic. auth. nisi rogati. & praeterea in dicto. §. sed & hoc praesentia. dum dicitur quod conditio liberorum suscipiendorum quo ad monasterium habetur pro non scripta: euidenter probatur, monasterium non haberi loco filij si enim monasterium loco liberorum haberetur conditio censeretur impleta. quod Bar. scribit in consi. deinde non potest praedicta ratio cōgrua censi: quia & si monasterium loco filij habeatur: erit monasterium filius fictus, ciuilis, & improprium, qui non excludit sub ea conditione substitutum. l. fideicommissum. ff. de cōditio. & demonstr. l. si ita quis. §. is cui in tempus. ff. de legat. 2. l. vltim. C. de his qui veni. etat. notat in hac specie Paul. Castres. in dict. auth. nisi rogati. quo in loco etiam Salyc. censet erroneum esse dicere monasterium loco filij haberi: & idem tradunt doct. potissimē Feli. in dict. cap. in praesentia. nu. 42. Ripa. in dicta. l. si vnquam. q. 34. & Tiraquel. verb. susceperit. num. 40. post Bal. in. l. filium. ff. de his qui sunt sui. quam ob rem Richardus Malumbrius existimat, monasterium ideo substitutum excludere, nē religionis professio impediatur ne ve quis à vita monastica, & contemplatiua auertatur: quod maxime odiosum est in religione Christiana. huic rationi consentiunt Barto. dict. consi. & frequenter alij Doct. in dic. authen. nisi rogati. vbi idem Bart. & Canonistę in dict. cap. in praesentia. latē Frāc. à Ripa. in. l. ex facto. §. si quis rogatus. nume. 77. ff. ad Trebell. post Bar. in dict. §. is cui in tempus. sicuti conditio ea reuocatur quae auertit à matrimonio carnali. l. Sed si hoc. §. vlti. & l. quoties. ff. de cond. & demonstr. & rub. C. de indic. viduit. toll. fortiori ratione conditio omnino reicienda est quae à matrimonio spirituali detinet. Sed & hęc ratio infirma quibusdam apparet. primò quia hic institutus qui non susceptis liberis religionem profitetur, idem habiturus est ex his bonis siue sit locus fideicommissi siue non, nec monasterium eo viuente his bonis priuatur, vnde minimē praesumendum est quenquam in hac specie ab ingressu religionem futuri & leui occasione auertēdum esse. Nam si dixeris, forsan abstinebit ab ingressu religionem sciens, ea bona post eius obitum non esse penes monasteriū mansura: profectò neminem vidimus haftenus abstinere ingressu religionem eo quod non habeat bona, quae in monasterium deferat. Ad hoc etiā

Variarum Resolutionum

facit quod ingrediens monasterium religionis causa: parum sollicitus est erga bona temporalia & patrimonium, quibus renunciat omnino, capitu. cum ad monasterium: de statu regul. quo in loco Roma. Pontifex refert egregium facinus diui Gregorij, cuius & ipse meminit lib. 4. Dialog. cap. 55. ergo nullo pacto verè dici poterit, quempiam ex animo verè religionis ingressum optantem, posse ab eo instituto auerti, ob id, quod eius bona ex fideicommissò ad alium deferantur ipso religionem profitente. Nec item est præsumendum quenquam minus in animum sibi per suadere religionis professionem: quod ob eam propria bona ex voluntate eius, qui ea. sibi reliquerat, alij competant: paupertatem enim profiteri volenti non possunt hæc impedimento esse. Postremò si præfata Ricardi ratio vera esset, etiã à fideicommissò excluderetur ecclesia, piave causa, ingredienti religionem substituta in eum casum quo sine liberis eis decesserit: quod tamen falsum est vt probatur in dic. §. sed hæc præsentì. His suffragatur quod si locus esset huic rationi, quam

8 improbauimus, substitutus non erit admittendus instituto religionem profitente: vbi testator expressim in ea substitutione, monasteriũ si qd' ingrederetur institutus, à bonis eius & hæreditate exclusisset: quod durum quibusdam visum est opinantibus ob expressam testatoris voluntatẽ substitutum præferendum esse monasterio: quod à proprijs bonis iure potuit testator abalienare: quemadmodum in specie opinantur Paul. Castrensis & Corneus in dict. authen. nisi rogati. Alexan. l. mol. consil. 121. num. 13. libr. 2. & ibi Carol. Molin. Deci. in dict. ca. in præsentia. num. 58. ad finem. idem Deci. conf. 259. col. 2. & cõf. 426. Pulchrè Ripa. in dict. §. si quis rogatus. nume. 39. Laurent. Calca. conf. 7. nume. 24. dicens ita omnes tenere. idem probat & adserit Gualdenis de arte testandi. tit. de substitutionibus. capit. 18. quibus accedit similis quæstionis responsio. Si quis etenim puellæ si nupserit ducenta legauerit, centum verò si religionem fuerit professa, eadem virgine religionem profitente, dubitatum est an ei centum tantum: vel ducenta debeantur? Barto. respondit huic puellæ religionem profitenti legatum integrum ducentorum deberi, ac si nupisset: fauore quidem religionis, ne quis metu amittendi legatum maius abstineat ingressu religionis. ita Bar. & ibi Soc. in l. 2. ff. de his quæ pœn. caus. Anton. num. 27. Areti. num. 72. Feli. num. 37. in dict. cap. in præsentia. las. in auth. si qua mulier. C. de sac. eccles. col. 3. vbi scribit hanc opinionem communem esse: quod etiam facetur Ioan. Crotus in l. nemo potest. Fol. 7. ff. de legat. 1. c. quibus ferè o-

nines ad hoc cõsiderant tex. in dict. §. sed hoc præsentì. & in auth. nisi rogati: & potissimum Areti. apertè post alios asseuerans eam decisionem admittere esse etiam contra expressam testatoris voluntatem, refragantibus his, quos nominatim citauimus in præcedenti quæstione. suffragatur & Bartolo, quod notant Doct. in matrimonio carnali ex. l. Titia. ff. de cõdit. & demonstra. nempe si legata fuerint cõtum Titia si nupserit, & ducenta si non nupserit, & eadem Titia nupserit, ei ducenta esse præstanda: quasi conditio si non nupserit contraria procreationi prolis & vtilitati reipublicæ viduitatem inducens à testamento reiiciatur: quod verissimum est.

Sed an in dict. l. Titia. probetur, dubiũ esse arbitratur. Dec. in dict. cap. in præsentia. nume. 59. scribens communiter iuriscõsulti verba hoc modo legi. Titia si nupserit ducenta, si non nupserit centum legauit: si nupserit mulier, ducenta non etiam centum residua petet. Ridiculum est enim eandem & vt viduam & vt nuptam admitti. Hæc literam vt propriam iuriscõsulti Gregorius Haloander agnoscit. igitur si apud iuriscõsultum maior quantitas legata fuit nubenti: non est cur ex eo probationem opinioni Bart. aptemus. Titia vero ducenta consequitur quia nupserit & conditioni paruit: centum verò petit ex eo quod conditio illa, si nõ nupserit, est eadem ac illa, si fuerit vidua: quæ extare videtur si Titia aliquo tempore vidua fuerit. l. vlt. C. de indiët. vid. col. end. quæ tamen ratione sprete, iuriscõsultus ridiculũ censet legatariam vt nuptam & vt viduam simul admitti. verũ inconcinna, & futilis apparet hæc interpretatio: idè multò melius ab Accurs. Barto. & alijs legitur idem responsum in hunc sanè modum: Titia si non nupserit ducenta, si nupserit centum legauit. Si nupserit mulier ducenta, non etiam centum residua petet. Ridiculum est enim eandem & vt viduam & vt nuptam admitti. atq; ita hoc respõsum legi in Pandectis Pisanis olim, nunc Florentinis testatur Antonius Augustinus lib. 1. emendationum. cap. 2. ea vero decisio ita accipienda est, vt Titia nubens ducenta accipiat: perinde ac si illi conditioni, si non nupserit, paruisset. l. mulieri & Titio. ff. de condit. & demonstra. nec poterit residua centum ea conditione, si nupserit, legata petere, cum nupserit: quia ridiculũ est, eandem & vt viduam, & vt nuptam ad legatum admitti. à similitudine ergo matrimonij carnalis & spiritualis optimè opinio Bartol. cõprobatur ex dict. l. Titia. contrariam sententiã ob expressam testantis voluntatem, quam & in quæstione proxima obseruandam esse diximus, veriorẽ esse existimant Bald. & Paul. in l. Deo nobis. C. de epis. &

epif. & cleri. idem Bal. Paul. Salyc. & Corneus in dict. auth. nisi rogari. Iacobus à bello visu in dict. §. sed hæc præfenti. Imol. in. l. Lucius in. 2. ff. de hæred. inst. col. vlt. Deci. consi. 419. Ioan. Crottus in dict. l. nemo potest. Fol. 7. Deci. in dict. ca. in præfentia. num. 59. Ancharr. dicens hanc opinionem communẽ & feruari, in regu. nemo potest. q. 5. de reg. iur. in. 6. dixit ad hæc Bal. in dicta. auth. nisi rogari. communiter hanc. opinionem aduersus Bar. feruari. Ego sanẽ liceat adhuc credam. Bartol. sententiam plurimum auctoritate inuictam esse: contrariam veriore esse cenleo: attenda testatoris voluntate, quæ certa est disponendo de rebus quæ monasterio non tenentur. relinquere ex quo & proximæ dubitationis responsum libenter admittere: nec enim video quid his iure obstat. Nam quod frequenter adducitur, conditionem illam, si non nupserit, nõ scriptam censeri, aut sequitis nuptijs feruatam fuisse: id à veteribus iuriscõsul- tis factum est in publicæ utilitatis cõmodum, in odium cõlibatus & fauorem prolis suscipiendæ: vt omnes maiorẽ conatũ & studio procreandis liberis operam darent, quem admodum ex ipsis iuriconsultis constat: & ex his, quæ nos scripsimus in epitome de matrimonio, 2. part. cap. 8. in principio. lex igitur reiecta dicta cõditiõne legatario etiam nubenti aduersus certissimã testatoris voluntatem legatum deserit: non in pœnam legantis, sed in fauorem reipublicæ, & prolis suscipiendæ: ne legatarij retrahatur à suscipiendis liberis: quo fit vt etiam in animæ iudicio: & conscientie foro: legatum legatario debeatur, quãuis is, resurgente conditione, legato abscripta, nuptias contraxerit: atq; itidẽ legatarius iustè legatum istud percipiet: hoc etenim lex voluit & sanciuit, sancti- que potuit contra apertissimum testantis iudicium. Quicquid in contrarium scripserit Ioan. à Medina i lib. de restitutione. q. 23. col. 8. Sed & si alicui legata fuerint centum si nupserit: & is religionem fuerit professus: idem legatum adsequetur: præsumitur enim testatorem de nuptijs cogitantem, idem facturum fuisse, si de ingressu religionis cogitaret. dict. §. sed hoc præfenti. Sic legatum ea conditione si non nupserit, legatario nubenti debetur. nõ tamen erit idem obseruandum si legata fuerint alicui ducenta, si presbyterii ordinem assumpserit, aut religionem fuerit professus: nam legatario nubenti non debetur legatum, si bi aduersante testatoris voluntate in fauorem religionis & cõtinentiæ iustissima: cùm possit, quis inuitari ad ingressum religionis spe lucri consequendi. cap. 2. vbi hoc notant Doct. de condit. ap- posit. optimus tex. in. l. Titio. §. 1. ff. de cõd. & de monstraç. Et tamen his præmissis nõ est penitus

recipienda argumẽtatio hac in re à matrimonio carnali ad spirituale. compertum enim est iuriconsultos præmissam cõditiõnem, si non nupserit, à legato reieciisse ob fauorem reipublicæ circa procreationem liberorum, in adium cõlibatus, quem & pœnis quibusdam persequebantur Romanorũ veteres leges. qui quidem fauor non tribuitur à iure professioni religionis: tametsi religiosorum status perfectior sit quàm eorum, qui cõiugio operam dant. c. nuptiæ. 32. q. 1. cle. exiit. in princi. de verb. signi. cùm & status coniugatorum in Christiana reipublica sit maximè licitus: capit. gesta. cum gloss. 74. dist. & capi. integritas: 32. q. 1. & pater quia matrimonium sacramentum est in remedium fornicatiõis: & à natura institutum in humani generis cõseruationem: quod alibi tractauimus: igitur non ita erit reiecienda cõditiõ illa: si religionem non ingrediatur: si monachus non fuerit: quæ & si religioni refragetur aliquo modo, fauet tamen in matrimonio & liberorũ procreationi: sicut illa, si non nupserit: quæ reipublicæ odiosa est, & matrimonio contraria. Præterea non est opinatiõne, nec cogitatione dignũ quenquam verè pium & catholicum ob id religionis institutum omittere: quod bonis ac rebus temporalibus, quibus renunciat, carere ex voluntate testatoris ei sit necessarium. imò frequenter ipsa paupertas monasteriorũ maiorem occasiõnem exhibet. Christianis in eis religionem profiteri, quo maiori cum merito, vt mendicũ vitam humanam tot periculis diuitiarum causa obnoxiam humiliter peragant. Quam ob rem primũ infero, impium esse & turpe à testatore cõditiõnem aliquam adscribi legatis, aut institutionibus principaliter ad hoc vt quenquam auertat à religionis professione, monasticam instituto. Pauper mitat. num. 42. & ibi Deci. num. 53. in dict. cap. in præfentia. Secundò posse iustissimè testatorem aliquoratiõibus motum, filicẽ centum legare si nupserit: minus verò nõpe quinquaginta, si monasticam vitam elegerit: quasi maior dos necessaria sit nubenti, quàm religionem profitenti: maiores enim sumptus, & maiora onera nuptis, quàm monialibus incumbũt: aut sanè ea ratione, quod posteris & familiæ velit maiorem bonorum partem relinquere. Tertium opinor in primogenijs, maioratibus, & melioratiõibus, eam cõditiõnem admittendam esse: ex qua primogenium, vel melioratio ita posteris deferatur, vt nec monachis, nec presbyteris competere possit. imò eo ipso quod quis eiusmodi bonorum possessor presbyter, aut monachus factus fuerit: ea bona statim sequenti ex familiæ nomine deferantur. Non enim ista cõditiõ adscribitur vt à religione quis

Variarum Resolutionum

auertatur. sed in familia: fauorem: ne, ea bona extra familiam alienentur. & quia similes institutiones primogeniorum, ipsaque primogenia minimè cōueniūt monachis, nec presbyteris: quod in specie notat Ioan. Lupi. de donatio. in rubric. §. 16. num. 4. & 14. præmittunt Alex. cōs. 100. lib. 4. num. 12. Iason. in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 42. ff. de lib. & posth. Quartum, verum esse cenſeo non esse locum monasterio: imò potius si deicōmissario substituto ea conditione si sine liberis institutus decesserit, quoties apertè testator excludi monasterium, quod institutus ingreditur, statuerit: quin & idem erit vbi ex certissimis coniecturis hoc ipsum à testatoris iudicio colligi potuerit auctore Decio dict. consil. 259. vbi eleganter hanc opinionem probat. Non oberit quod in dict. §. sed hæc præſenti. statutum est, vbi institutus monasterium fuerit ingressus conditionè illam restitutionis & fideicommissi inualidam esse, & pro non scripta haberi: quia id est intelligendum in hunc sensum, vt fauore religionis dicta conditio cenſeatur defecta, & successu destituta quia institutus videatur decedere cum liberis, aut herede, què testator ipse, vt ius præſumit, noluit excludi à substituto: non autem est simpliciter & planè dicendum conditiones prædictas pro non scriptis haberi: nam id falsum est: cum si ita esset, fideicommissum substituto post mortè instituti deberetur: excluso monasterio. Ex quibus ea est vera ratio, quæ legislatorem induxit vt statuerit, monasterium substitutum excludere: quæ testator præſumatur pariter liberos instituti, & monasterium dilexisse: atque ita sicuti liberos instituti prætulit substituto, eodem pacto, si cogitasset institutum religionem professurum esse, monasterium ipsum substituto prætulisset: quemadmodum insigniter explicat Paul. Castrensis in dict. auth. nisi rogati. cui consentire videntur hi, qui tenent, substitutum monasterio præferendum esse: vbi testator expressim id significauerit, quibus animaduersis apparet verum esse, quod frequentiori calculo receptum est in dict. auth. nisi rogati. & in dict. capit. in præſentia. scilicet, monasterium præferendum esse substituto, etiam substitutionis conditione his verbis concepta: si institutus decesserit sine liberis legitimis. & naturalibus ex suo corpore natis: cum præſumptio iuris sit, testatorem pariter, & hos filios liberosve instituti, & monasterium dilexisse.

Quam opinionem esse magis communem asseruerant Alex. con. 121. lib. 2. num. 11. Ripa in dict. §. si quis rogatus. num. 37. Deti. in dict. cap. in præſentia. num. 59. Ayimon Sauili. cōs. 152. col. 1. quãuis non desint & plures ac maximæ autoritatis

virii. qui & tunc monasterio præferendum esse substitutum opinentur. Hactenus igitur probare conati sumus donationem factam ecclesiæ, etiã si donator postea filios susceperit, tantum quo ad filiorum portionem legitimam reuocari. licet eam in totum reuocari cenſeant Fortuni. dicta. il latio. 16. & plures citati per Tiraquellum in dicta glo. libertis. numer. 63. qui tamen, præter Fortunium, in specie & distinctè lequutum simpliciter asserunt, donationem ecclesiæ factam eo casu reuocari: minimè definientes an in totum, an quo ad legitimam reuocetur, & nihilominus videtur eam donationem in totum reuocari: quia, vt inquit Augustinus, iure poli ecclesia nõ potest bona donata retinere: nec hoc erit intelligendū de bonis donatis quo ad legitimam filijs debitã: id etenim alienum est à sensu Augustini: cum is distinguat ius fori à iure poli: quæ quidè iura nullū discrimen paterentur, si ea Augustini consideratio, piaq; admonitio intelligeret de bonis quæ pro legitima portione filijs iure debentur. vnde vt congruat sensus accipiendū est, quod ab Augustino scribitur in hunc modū: quo ius fori retentionem illorū bonorum permittit ea ex parte, qua legitimæ filiorum portioni nullum præiudicium sit: ius vero poli eam etiam retentionem prohibeat. Quod si ita est, ius, istud poli, vel seruãdum est etiam in iudicio exteriori: vel ius fori itidem in interiori animæ tribunali admittendum, quod verius est. Agitur enim hic veritate cõperata ex iuris ciuilibus legitimis sanctionibus: quæ iustissime seruantur in conscientia & animæ iudicio: & ideò eandem opinionem, quam hac in cõtrouersia verã esse credo apud exteriorem iudicem, eandem, & verissimam esse contendam in propriæ conscientia examine: quod ab Augustino scriptum est intelligens secundum quandam honestatem moralem, quæ tamen legalem obligationem, aut restituendi necessitatem minimè inducat: quod glo. sensit in capit. si quis irascitur. 13. q. 2. Nec mihi persuaderi potest, prælatum, aut episcopum illius ecclesiæ, cui donatio facta fuerit. in his bonis, quæ filiorum legitimam portionem non attingunt, restituendis tutum omninò esse apud forẽlem iudicem, rei gestæ veritate patrefacta: & eundem apud interioris iudicii censorem cogendum esse eadem bona ex eisdem actis restituere. Monstrũ enim esset, maximum hoc disidium constitui inter eos iudices, qui iustitia duce ius dicere tenentur.

¶ Cæterum præter ista, quoties donator post donationem filios susceperit, est considerandū, an donatio ex constitutione. l. si vnquã. ob filiorũ procreationem, an ex eo q̄ inofficiosa sit, reuocetur. Nã

tur. Nā iure compertum est, priori ratione in totum donationē extraneo factam omnino reuocari: ita ut nihil ex rebus donatis ad donatorem spectet. sicuti ab eadem constitutione communiter adnotatum est, etiam quibusdam renitētibus in contrariam sentētiam, scilicet, ut tantum quo ad legitimam portionem filiis debitam reuocatio fieret. communi siquidem opinioni plurimū ad stipulatur Regia Partitarum lex: cui⁹ in initio huius capituli mentionem fecimus: & id. diligēter traditur ab Accursio, & aliis, præsertim Tiraquello in dict. l. si vnquam. glo. totum. refragantur verò hi qui illam decisionem intelligunt in donatione facta libertis: quorum meminit late idem Tiraquellus in glo. libertis. quod si donatio reuocetur ex posteriori capite, tātum quo ad legitimam portionē filiis iure competētem rescinditur: secundum ea quæ notantur in. l. 1. C. de donat. inoffic. & per Barto. in. l. Titia. §. imperator. col. 1. ff. de legat. 2. quæ ibi sequuntur Alberi. Inol. & Comēsis, Panormi. & alii in cap. vlt. de donat. Curtius Senior con. 1. col. vlt. dicēs communi sententia receptum esse, & donatio inofficiosa re & consilio in totum reuocetur: ea vero, quæ sit inofficiosa re tantum, nō consilio, solum quo ad legitimam etiā si facta fuerit extraneo. quin & priori modo facta, aliqua re liberis relicta, adhuc quo ad legitimam tantum reuocatur. l. 1. & vlt. C. de inoff. donatio. Bartol. in dict. §. imperator. col. 1. Abb. in dict. capit. vlti. 2. col. ut tandē ferē eō res ista, sic à iuris vtriusque doctoribus distincta, tenent, quod donatio inofficiosa etiam facta extraneo quo ad legitimam tantum reuocetur, quod Accurs. in dict. l. 1. q. 5. & ibi Cinus Bald. Pau. Cas. defendere conātur ex. l. si liqueat. C. cod. titulo: gloss. & Iason in authen. vnde si parens. C. de inofficio. testam. in fine. Aretin. con. 47. & probatur in dicta Regia. l. 8. in fine titul. 4. part. 5. qua de re late aduersus communem disputat Carol. Molin. in tractatu. de inoffici. donat. Nam de ea donatione, quæ filio fuerit facta, & si inofficiosa sit, omnium est vnanimis consensus, eam quo ad legitimam tantum reuocari. inō lege Regia tunc inofficiosa censetur donatio cum legitimam donatarij Tertiam & quintam bonorum partem excesserit. l. 29. Tauri.

His etiam adiciendum est, donationem titulo inofficiosa reuocari etiam si non sit omnium nec maioris partis bonorū, modò inofficiosa sit, at ex. l. si vnquam. quia donator liberos post eam susceperit, non reuocatur, nisi ea sit omnium vel maioris partis bonorum, aut saltem eius partis, quæ dimidiam æquauerit. Baldus in dicta. l. si vnquam. Cinus. 1. q. Bal. col. pe. in dic. l. 1. Alex. in. l.

ex facto. ff. de vulg. col. 5. vers. ex prædictis mihi videtur. quibus ad stipulatur videtur Regia. l. 8. tit. 4. part. 5. dūm exigit donationē factam fuisse omnium bonorum, vel magna eorum partis. non enim dixit simpliciter, alicuius partis: sed magne cum & appellatione partis dimidia sit intelligenda. l. nomen filiarum. §. portionis. l. recte. §. vlt. ff. de verb. signific. cum aliis, quæ pulchrè ex variis authoribus ad huius significationis rationem adducit Andre. Tiraq. in dicta. l. si vnquam. glossa omnia vel partem aliquem. num. 8. igitur appellatione magna partis iustius dimidiam interpretabimur. sunt & alij, qui huic opinioni subscripserunt: quorum Tiraquel. meminit. nu. 7. scribens. nume. 23. communioem esse opinionem, ut locus sit reuocationi donationis ex. l. si vnquam. etiam si donatio facta fuerit infra dimidiam, aut minoris partis, quàm sit dimidia. ex Bald. & Cumanio in dict. §. Imperator. Inola. in dict. cap. vlt. col. 5. Iasin. l. 1. 3. notab. & ibi Detio col. 2. C. de partit. & alibi quos ipse Tiraq. citat. num. 13. quorū opinio iure verior est: si consideremus verba dictæ. l. si vnquam. dūm scripserit Imperator: bona omnia vel parte: n aliquam. Quibus ita prænotatis secundum huius regni constitutiones donatio facta extraneo, ratione & titulo inofficiosa reuocabitur in totum excepta Quinta bonorum parte ipsius donatoris: hanc siquidem Quintam partem bonorum donatoris, retinebit ipse donatarius: cum reliquæ partes constituent portionē legitimam liberis eius debitam. Si tamen donatio reuocetur ex capite dictæ. l. si vnquam. tunc in totum omnino rescindetur: nec Quinta bonorum pars erit consideranda: ut eius ratione quidquam ex rebus donatis ad donatariū pertineat.

Ex capite sequenti.

- 1 *An sit principi significandum id, quod eum, & si certus esset, minimè auerteret à concessione? & numero. 5.*
- 2 *Quæ sit causa impulsua, & quæ finalis. Vbi ex hoc deducuntur plura.*
- 3 *Intellectus gloss. in capitulo. cum essent. de simonia.*
- 4 *Interpretatio gloss. in cap. consuluist. de vsur.*
- 5 *Expenditur ratio glo. in capi. unico. de clericis non residentibus. in sexto.*
- 6 *Litere ad beneficium, cui cura animarum non incumbit hoc expresso, quod curam habeat animarum: an iure valeat?*

Variarum Resolutionum

- 7 *Falsus valor beneficij in literis expressus quandoque eandem non vitiat.*
- 8 *Impetrans à principe indulgentiam homicidij tenetur metignem facere prioris venia à principe sibi alterius homicidij concessa.*
- 9 *Petens à Rege licentiam constituendi maiorum, an teneatur mentionem facere filiorum omnium quos habet, eorum numerum exprimens?*

An vitium in exprimēda causa impulsiva, vel ea tacenda contingens, concessioni principis noceat? Caput. XX.



PLura solent à iuris vtriusque interpretibus passim tradi circa preces ad aliquid impetrandum principibus offerendas: ut iure expeditum sit, quæ sint, dum preces porriguntur, exprimenda, præcauēdave, nè falso ipsi principi significantur, cum sæpissimè ex taciturnitate, vel obreptiōe, ea quæ conceduntur, viribus æquissimè sint caritura. Et præter alia à plerisque obseruatum est, vitium commissum in exprimenda, aut tacenda causa impulsiva nullam quoad effectum efficere concessionem principis. textus singula. in cap. postulat. de rescript. Et pro habente, inquit, sufficientis beneficij subsidium, ex certa scientia super obtinendo alio bñficio de leui non scribimus, quin faciamus de primo in nostris literis mentionem. ex his etenim verbis hoc deduxerunt Panormitanus, Cardinalis, Felinus, Decius & alij ibidem. Decius in capitu. cum cessante, columna secunda. de appellationibus. lafo. consilio. 105. libr. primo. Corne. eleganter consilio, 34. libro primo. columna prima. quo fit, ut gratia à principe concessa alicui, viribus non subsistat, si causa in precibus expressa falsa fuerit: quo quidem comperto princeps non ita leuiter precibus annuisset: tamen si nihilominus tandem ab eo petitum concessisset. Similiter idem erit, vbi aliquid in precibus subicitur: quo expresso princeps maturius cogitasset, deliberasset, vè super gratia concedenda: & tamen eam postremo concessisset. viroque enim casu deficiente causa impulsiva, deficiet ipsius principis gratiosa dispositio.

Quod fortiori ratione probatur, si consideremus in his, quæ circa impetranda ecclesiastica beneficia tractantur, taciturnitatem eius, quo expresso gratia adhuc cōcederetur, ipsam gratiam vitare. textus in capitu. non potest. in principio. & textus, & gloss. in capitu. si motu proprio. de præbend. in sexto. textus. in capitu. si proponente. de rescript. tradit Felin. in capitu. ad aures. ver. Nona conclusio. & in dist. capitu. super literis. columna secunda. eodem titulo. igitur si taceatur id, cuius expressio difficiliorem reddidisset principem, maiori ratione gratia deficiet.

Contrariam sententiam aliquot rationibus fulcire conabimur: quibus fortasse videbitur iure satis probari, in scriptis à principe obtinendis, vel obtentis, defectum causæ impulsivæ nequaquã esse considerandum ad hoc, ut ipsa rescripta proprijs viribus destituantur. Et primò quavis defectus causæ finalis, inanem reddat ipsam dispositionem, quod notissimum est: defectus verò causæ impulsivæ minimè obstat, quin actus ipse validus omninò censeatur: quemadmodum frequentissimè adnotatum est, & præcipuè à glos. & Doctor. in capitu. post translationem. de renunciati. in capitu. & si Christus. de iureiurand. in capitu. cum cessante. de appellatio. in l. si mulier. C. de iure dotium. in l. prima. §. sexum. ff. de postulanti. quo in loco Iurisconsultus scribit Calpurniam feminam impudicam causam dedisse edicto: nè femine postulandi munus exercere possent. Meminit Valerius Maximus lib. octavo. cap. tertio. Caiæ Afraniæ, quæ cum impudentia abundaret, inusitatis foro latratibus assidue tribunalia exercebat. ut non temerè Andr. Alciat. libr. secundo. Parerg. capitulo. 37. exilimet apud Iurisconsultum legendum esse, Caiæ Afraniæ: non Calpurniæ.

Secundò ad hanc rem adsumitur iuris regula, quæ distat, impetransem aliquid à principe non teneri facere mentionem eius, quod & si expressum esset, non impediret impetrationem: text. in cap. super literis. de rescript. vbi Abb. Imol. & alij hanc ipsam conclusionem veram esse censeant etiã in gratijs, quæ fiunt à Romano Pontifice circa obtinēda ecclesiastica beneficia.

Tertiò probatur in c. dudum. vers. considerantes. de præbend. in sexto. quo eadem regula palam à Romano Pontifice etiam in beneficijs consequendis traditur. Et vlteriùs in capitu. si pro clericis pauperibus. eodem titu. Nam licet defectus sacri ordinis in postulandis beneficijs alicuius momenti sit: tamen etiam si impetrans non significauerit principi se nondum sacris ordinibus insignitum esse, beneficium ex literis Papæ obtinebit: quia

bit: quia tandem hoc expreſſo princeps gratiam conceſſiſſet: quod conſtat ex ſtylo curiæ Romanæ, & conſuetudine, qua in his gratijs expediendis, utitur ipſe princeps, ſecundum Lapuin allegat. 89. in 2. ratione. Barb. conſil. 46. columna ſecunda: libr. ſecundo, & Felin. in dicto capitu. ſuper literis. numer. octauo. igitur ſi cauſa impulſua eius eſt conditionis, vt quauis quoquo modo in animum principis potuerit inducere faciliorem eorum, quæ petita fuere, conceſſionem, principaliter tamen id principi non perſuaſerit: nec fuerit præcipua conceſſionis ratio: aperti iuris eſt vitium, vel in ea exprimenda, vel tacenda contingens, nullo pacto poſſe principis conceſſionem inefficacem reddere: cum tandem etiam hoc principi patefacto eandem gratiam petenti feciſſet.

Qua ratione ad huius quæſtionis congruam reſolutionem prenotandum eſt, cauſam finalem eam eſſe, quæ principaliter in agendo actu ab agente conſideratur, quæ ipſum præcipue mouet & in quam ipſius mens dirigitur finalis enim verè hæc eſt vltima quo ad executionem, prima tamen quo ad intentionem: vt explicat Bartol. in l. ambitioſa. numer. decimonono. ff. de decret. ab ordi. faci. Thomas. i. ſecundæ. quæſtione prima. artic. primo. ad primum. & artic. quarto. & quæſtio. decima octaua. artic. ſexto. ad ſecundum. & quæſt. 20. artic. primo. ad ſecundum. vnde de prima omnium cauſarum eſt cauſa finalis. Thomas diſt. quæſt. prima. artic. ſecundo. tradit hæc eruditè, & diligenter Martinus ab Azpilcueta in cap. inter verba. u. quæſtione tertia. 4. corollario, pagina. 83. cauſa autem impulſua eſt, quæ præter finem vltimum mouet agentem, cauſam dat actui: & ſine qua non fieret actus vulgò dicitur impulſua, quia impellit ad agendum: ab alijs efficiens dicitur non ſat rectè: licet cauſa efficiens à finali etiam diſtinguatur: ſiquidem quod faciendæ rei præbet operam efficiens eſt. id cuius gratia fit actus, ſinis vocatur: eſtq; potiſſima cauſarum omnium ſinis: nam & ſi vſu & effectu poſtremus ſit omnium, tamen eſt propoſito, atque inſtituto primus: ſicuti poſt Thomam docet Rodolphus Agricola libro primo Dialecticæ inuentionis. capi. 14. ex quibus ita intellectus primò de ducitur, non eſſe hæc neceſſariam ſolidam quæ collectionem: hoc non contingente, actus hic nõ fieret, igitur hoc quod modò contingit, eſt cauſa finalis, aut principalis huius actus. Sic nec iſta. hoc remoto, ipſe non agerem iſtum actum: ergò hoc eſt cauſa finalis actus: eſt equidem impulſua cauſa, quæ præcurſionem quandam adhibet ad efficiendū, vt vtar interim verbis Ciceronis lib. quin

to Topicorum. Et ideo has argumentationes minus ſufficienter colligit exiſtinat Ioan. Maior in 4. ſententia. diſtinctione decima quinta. quæſtio. 29. verſi. Quintò arguitur. & in diſtinctione vigesima quinta. quæſt. ſecunda. columna quarta. & probatur euidenter in dicto. §. ſexum. Nam editum illud nõ feminæ poſtulare in iudicio: nõ fuiſſet à prætore promulgatum, nec ſancitum eo tempore, ſi Calphurnia apud eum tam impudenter non poſtulauit: & tamen ſcribit Iuriſconſultus Calphurniam illam nequaquam cauſam finalem prætori dediſſe: ſed eam fuiſſe primam, principalem, finalem, & vltimam prætoris cauſam, vt impudentiæ feminarum obuiam iretur: earumq; pudicitia, pudor minimè forenſibus acclamationibus læderentur: quod ibidem optime adnotauit Accuſius.

Secundò hinc apparet qualiter ſit intelligendum id, quod in cap. cum eſſent. de ſimo. traditur: ſiquidem ſeruire alicui prælato principaliter ſpe conſequendi ab eo beneficium eccleſiaſticum etiam non accedente expreſſa pacto ſimonia eſt: vt gloſſ. & Docto. ibi adnotarunt. licet ea ſimonia mentalis tantum ſit ſecundum Felin. ibi. & Caieta. in Summa. ver. ſimonia in fine. ſeruite autem epifcopo principaliter ob perſonæ dignitatem, ob ſtipendium pro victu quotidiano conſequendo: at minus principaliter ſpe conſequendi ab eo aliquod beneficium eccleſiaſticum: ea ſpe ſecundo loco ab animo conſtituta, nulla eſt ſimonia: que admodum à gloſſ. & Docto. definitum eſt in dict. capitul. cum eſſent. quibus adſtipulatur gloſſ. in cap. cum ad noſtram. de electio. & quæ tradantur ab laſone per tex. ibi. in. l. ſiquis nec cauſam. ff. ſi cert. pet. Felin. in cap. non dubium. de ſent. ex com. num. 2. Quæ ſic intelligenda ſunt, vt non ſtatim exiſtitemus ſpem habendi beneficium eccleſiaſticum eſſe cauſam finalem, aut principalem ex eo quòd alioqui nõ eſſet quis prælato ſeruiturus niſi ab eo beneficii collationem ſperaret. poteſt enim hoc ita eſſe, & ſimul ſpem iſtam obſtam impulſiuam, non finalem huius miniſterij fuiſſe.

Tertiò ab eadem ratione colligitur vera interpretatio glo. in cap. conſuluit. de vſur. verbo. ſperantes. quæ voluit, mutuantem pecuniam principali cauſa ob amicitiam alterius, & vt ei indigentibus ſubueniret, minus tamè principali ratione ob ſpem, quam concepit, aliquid ultra ſortem à debitore ſponte dandum ſe accepturum, non committere, nec mentalem vſuram: quod communi omnium ſententia probatum eſt. Et procedit etiam ſi alioqui non concepta illa ſpe non eſſet pecuniam debitori mutuaturus: cum ſpes iſta re-

Variarum Resolutionum

cipiendi aliquid ultra sortem à debitore sponte, & liberè dante non fuerit causa finalis mutui, sed impulsua: quanuis ea seclufa actus hic non fieret. hoc enim est ita colligendū à Caic. 2. 2. quæst. 78. articulo. primo. ad quartum. & quodlibeto de usura. cap. 2. & Ioanne Mediano in tract. de restitutione. Folio. 119.

Scribit tamen Decius in capitu. ad nostram. de probatio. nume. 5. Simoniam committi si prælatus non præcedente vlla conuentione beneficiū contulerit famulo: hoc expresso, quòd ea collatio fit in remunerationem: & ad tollendam obligationem, qua prælatus ad antidora tenebatur. atque hoc pacto intelligit Innocenti. & Antoni. in capitulo. tuam. de ætat. & qualitat. existimantes conferentem beneficium alicui ea intentione, vt per hanc collationem liberetur ab obligatione, qua ad antidora tenebatur, simoniam committere. idem Ange. in l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petitio. hæredi. hoc etenim secundum Deci. verum est: vbi expressim collatio fit in hunc effectum: secus autem si simpliciter ea intentione fuerit. Sed si in hac specie constituamus conferentem beneficium obligatum esse præcisè legali obligatione ad remunerationem, seu satisfactionem ministerij sibi impensæ, non dubito simoniam contingere mentalem etiam ex simplici collatione, ea intentione facta: actualem vero, seu exteriorem, si expressim fiat ad tollendam præmissam legalem, & præcisam obligationem. Si verò collator beneficij tantum sit obligatus morali obligatione, quæ procedit ex honestate, & gratitudine ad remunerationem, opinor nec mentalem simoniam committi, vbi collatio simpliciter ea intentione, & animo facta fuerit: nec item exteriorem, etiam si expressim actum sit à collatore, quæ ex ea collatione debitur illi, quod ab honestate processerat, repensum fuisse existimetur. Nam vel in pactum deducere solam obligationem moralem: ita vt ab honestate processit, nullo ei addito robore: vel eam tantum vti à bonis moribus, & grato animo oritur, remittere, nihil efficit ad simoniaci criminis culpam. Siquidem iure verum est licere mutuanti absque vitio usuræ deducere in pactum obligationem illam antidoralem, qua recipiens mutuum tenetur mutuanti simile beneficium pendere: modò hoc adijciatur, quod promittens non plus obligetur, quam alias tenebatur cessante pacto, vel colligatur ex ipso facto: & paciscentium mente nihil per hanc conuentionem adijci antidorali obligationi. ita gloss. penult. & finalis in capitu. si foeneraberis. 14. questione. 3. Card. Anan. & Abb. in dict. ca. consuluit. idem Card. in Clemen. 1. de usur. quæst. 20. Thom. 2. 2.

quæst. 78. arti. 2. ad tertium. Gabrie. in. 4. senten. distin. 15. quæst. 11. & ibi Ioannes Maior. quæst. 29. versu. secundo arguitur. Felin. in capit. ad audientiam, in. 2. de rescript. num. 10. Bald. in rubr. C. de usur. col. 1. Iason in l. ex hoc iure. numer. 65. ff. de iusti. & iure. & alij quos dicens hanc opinionem commune esse citat Carolus Moli. de contractib. & usuris. num. 27.

Quartò, inde constat veritas glo. in cap. vnico. de cleric. non residen. in. 6. quæ scripsit sacerdotem euntem in ecclesiam, vt præsens sit diuinis officijs, motus principali causa ob percipiendas quotidianas distributiones, simoniacum mentalem esse, quam sequuntur Doct. ibi. dicit sing. Felin. in ca. suam. de simo. vbi Abb. & Anania. idem probant. idem Abb. in. c. ex parte. in. 1. de off. del. Card. in Cle. 1. notabi. 6. de celebrat. miss. Præpo. in summa. 1. q. 1. col. 3. Est enim potissimè considerandum, non esse finem vltimū, & principalē, distributionum quotidianarum lucrum: vbi sacerdos alioqui non esset in ecclesiam iturus nisi eas distributiones percepturus esset: hæc enim causa potest esse impulsua & principalis impulsua cum ob diuinum obsequium præcipue interesse vult diuinis officijs, & tamen non interesset eisdem, nisi illud lucrum sibi immineret, & tunc non est dicendus hic sacerdos, nec mentalis simoniacus. Principalis verò cum lucrum istud, non diuinum obsequium maxime æstimatur, & præcipuus finis huius operis est, quò quidem casu simonia mentalis committitur: sicuti probatur ex prædicta ratione, traditurq; breuiter, & crudite à Martino Azpilcueta viro vndecūq; doctissimo in. c. vlt. de pœnit. dist. 5. num. 56. & in relectione de dicendis horij Canonice, seu de oratione. notab. 6.

His ita breuiter præmissis, ad quæstionē principalem erit animaduertendum: gratiam semel à principe concessam ex causa vera, & impulsua, minime deficere, quanuis ea causa deficiat. dist. 5. sexum. maxime quòd etiam si causa finalis huius concessionis ab initio vera defecerit, postquā eadem sortita fuerit effectum, adhuc viribus non carebit principis gratia: nec reuocabitur aliquo pacto. argumento eorum, quæ notantur in l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iur. gl. in capitu. statutum. verb. Canonice. de rescript. in. 6. Deci. in cap. quoniam Abbas. numero. 6. de offi. dele. tamet si ibidem tractetur de causa efficiēti. deinde video in hac controuersia, quæ ad intellectionem dist. ca. postulasti. in examen adducitur aliter quam superius definitum est, adsumi causam impulsuam & finalem. Siquidem finalis ea dicitur, qua non existente princeps gratiam non fecisset, qua ve ei significata, petita minime concessisset.

ceſſiſſet. impulſua verò ea eſt, quæ principem mouet, aut moueret ad facilius, vel difficiliùs cõcedendum, quod ab eo petitum eſt. falſitas, aut ſurreptio in priori cauſa contingens regulariter gratiam inefficacem reddit, ſecundum omnes: & probatur, quia in his, quæ à gratuita vnus voluntate pendent, & vbi parum vrget cauſæ expreſſæ falſitas, ſi probetur legantem minimè legaturum fuiſſe, ſi ſciret cauſam expreſſam falſam eſſe, legatum inefficax eſt. l. cum tale. §. falſam. ff. de condit. & demonſtrationib. fortiùs igitur inutilis eſt conceſſio principis, quem ratione moueri oportet, ſi falſitatem, aut ſurreptionem conſtiterit commiſſam fuiſſe in precibus, quibus comperta veritate minimè princeps ipſe annuiſſet.

Falſitas verò, aut ſurreptio in poſteriori cauſa contingens adhuc principis gratiam inuolidam efficit iuxta communem omnium traditionem in dict. cap. poſtulaſti. vbi Deci. ab ea diſcedit, & profecto vbi cauſa impulſua notabiliter principem moueret, admitti poſſet communis opinio, ac iure defendi: ſed ſi ea eius ſit conditionis, vt boni viri arbitrio principem non mouiſſet notabiliter: iure verius eſt eius falſitatem, aut ſurreptionem non officere gratiæ. vt probatur in dicto capitu. dudum. atque ita conciliare conatur diſcrimen iſtud iuris vtriuſque vir eruditiffimus Mart. Azpilcueta in capitu. ſi quando. de reſcript. 3. exceptio. Imò etiã ſi cauſa impulſua notabiliter inoueret principem, eumque difficiliorem redderet ad gratiæ conceſſionem: eam tamè nihilominus abſque vllò moderamine, vt conceſſa fuit, tandem conceſſiſſet: non arbitror locum eſſe communi opinioni: & gratiam validam eſſe ceſſeo ex his, quæ hoc ipſo capite aduerſus communem adduximus. Tunc etenim exiſtimo cauſam impulſiuam notabiliter principem mouere, eiſque rationem habendam fore: cum ea principi verè ſignificata, princeps non ita, vt conceſſit, gratiam feciſſet: ſed eidem conceſſioni moderamina quædam adhibuiſſet: ex quibus cautiùs petitis prouifum eſſet: ſic ſanè interpretandum eſſe opinor, quod ex dict. cap. poſtulaſti. communi omnium iudicio deducitur.

Verum, vt his, quæ priorem ſententiam probare videntur, obiter ſatiſfaciamus, notandum eſt taciturnitatem earum qualitatum, quarum expreſſionem ius nominatim non exigit, tunc demum obelle principis conceſſioni: cum eis ſibi ſignificatis petitum minimè conceſſiſſet. d. cap. ſuper literis. vbi omnes. Panormi. in. c. conſtitutus. col. 1. de relig. domi. Quòd ſi tacuerit impetrã aliquam qualitatem, cuius expreſſionem ius requirit: conceſſum à principe viribus caret: etiam ſi ea

qualitate expreſſa nihilominus princeps idem conceſſiſſet. tex. & gloſſ. in dict. cap. ſi motu proprio. cap. non poteſt. capit. ſi proponente. tenent in ſpecie Domi. colum. vlti. & ibi Franc. in dicto cap. dudum. Feli. in dict. cap. ad aures. verſi. nona concluſio. & in dict. cap. ſuper literis. 2. colum. Petrus Rebuffus in forma mand. Apoſtolici. gloſſ. pro expreſſis. ad finem. & in tract. nominationũ. quæſt. 9. num. 50. quibus in locis vltra Feli. plura commemorat, quæ de iure ſunt exprimenda in precibus principi offerendis. probatur hoc: nam pro forma iura exigunt harum qualitatum expreſſam mentionem. dict. ca. ad aures. Forma verò obſeruanda eſt ad vnam, etiam in minimis & ſimilibus iuxta. l. 1. & ibi Bal. ff. de li. & poſth. Baldus in. l. vlti. C. de ſuis & legit. hæred. verſi. ex hoc elicitur. Decius in cap. de appellationibus. 2. col. de appellat.

¶ Ex quibus plura poterunt examinari: & Primum quod ſcribit Rota in antiquis. 562. nempe, gratiã à Romano Pontifice impetratam ad beneficium cui non inerat cura animarum: facta tamen mentione, quod id eam curam haberet: nullam eſſe, vt pote ſurreptitiam. nam licet faciliùs Papa conceſſiſſet beneficium à cura animarum immunè comperta veritate: adhuc ea expreſſio falſitatis prætextu nocet gratiæ: quia contingit in his, quæ de iure neceſſario ſunt exprimenda, vt cura animarum. capitu. cum in illis. de præbend. in. 6. Clemen. 1. eodem titulo. regula Cancellariæ. 63. Rota in nouis. 292. igitur ſicut omiſſio eius qualitatis, quæ de iure neceſſario eſt exprimenda, officit gratiæ: quanuis eam nihilominus princeps conceſſiſſet: ita falſa mentio huius qualitatıs nocet, etiam ſi veritate comperta idein eſſet princeps conceſſurus, quemadmodum ex priori deciſione Rotæ colligitur, dum allegat capitul. cui de non ſacerdotali. de præbend. in ſexto. & capit. ſuſceptum. de reſcript. eodem libro. quibus idem probari videtur. Sed ſi exactè mens & verus ſenſus deciſionis perpendantur, ex ea contrarium manifeſtè deducitur: qua ratione probatur, falſam mentionem eius qualitatis, quæ iure exprimenda erat, tunc non nocere gratiæ: cum cauſa demonſtrationis fit. l. falſa. ff. de conditio. & demonſtratio. nec ex hac falſitate princeps inductus fuerit ad conceſſionem eius: quod alioqui ex certa ſcientia minimè conceſſiſſet. dict. Rotæ deciſio. 562. & expreſſiùs, ac diligentius deciſio. 19. titu. de præbend. in antiquioribus. & in antiquis. 582. Panormi. in capi. ſignificante. colum. penult. idem in cap. ſuper literis. numero. 6. de reſcript. & ibi Felin. colum. 2. optimè Ioan. Staphilæus de literis gratiæ & iuſtitia. Folio. 52. titu. de modo

Variarum Resolutionum

modo & forma impetrandi. Dominicus conf. iii. constat siquidem de corpore: de ipso, inquam, beneficio, quod conferre vult summus pontifex: ideo nimirum si parum noceat falsa demonstratio. Et maxime quod nullus dolus in hac falsa qualitatis mentione presumi potest: cum ea non expressa facilius obtentum esset apud principem: quod prædicti authores animaduertunt, secus esse opinantes si causa restrictionis, aut taxationis huius qualitatis foret facta mentio: quia eo casu non posset ipsa gratia trahi ad id beneficiū, quod ea qualitate caret: licet id facilius à Romano Pontifice concessum foret: vt rectè intelligentibus satis notum est ex dict. cap. cui de non sacerdotali. & capit. susceptum. ne gratiam ipsam exequamur in beneficio sub ea minime comprehenso. His accedit alia consideratio: nam vbi beneficio inest qualitas, cuius de iure mentio est in precibus facienda: ea proculdubio exprimi debet, vt i superius dictum est, etiam si ea non expressa princeps precibus adnuisset: at si aliquid precibus exprimat, quod beneficio petito nequaquam inerat: & eo non expresso, idem princeps concessisset: licet id pertineat ad qualitates iure exprimendas, non vitiatur ex hoc gratia à summo Pontifice concessa: vt ex Rotæ decisione palàm deducitur.

Secundò hinc facilius discutietur, quod tradit Ancharra. conf. 295. pro clariori. nume. 13. dicens, literas obtentas ad beneficia ecclesiastica validas & efficaces esse: quanuis falsa fuerit eius beneficij, quod petitur, valoris mentio: modò appareat nihilominus vero valore expressè easdem principem concessurum fuisse. dubium etenim hoc videtur, ex eo quòd licet de iure verus valor beneficij in eius interpretatione exprimi non debet, iuxta gloss. in Clement. 1. de præbend. & ibi Docto. & in dict. cap. ad aures. tamen de stylo curiæ Romanæ, & ex regulis Cancellariæ exprimendus est necessario verus beneficij valor. reg. Cancell. 21. & 61. vbi gloss. & Ludoui. Gomeci. post Felin. in dicto capitulo. ad aures. nume. 10. & in capit. causam quæ. in. 2. de testibus. num. 6. Rotam in nouis. 292. Oldra. conf. 216. Cardinalis in dict. Clement. 1. 3. colum. 2. Seluam de benefic. 3. part. quæstio. 12. columna. 2. Deci. conf. 156. Rebufsum in tract. de nominat. quæstio. 9. numero. 29. ideo cum falsitas contigerit in ea qualitate, quæ necessario est Pontifici significanda: parum tuta, imò suspecta est Ancharra. opinio. atque ita eam reprobatur Felin. in dicto capitulo. ad aures. numero. 12. ex his, quæ paulò antea notauimus, & præsertim propter text. in dicto capitulo. cui de non sacerdotali. cui tamen iam satis respon-

sum est. quamobrem Ancharra. sententia potius mihi placet: siquidem verus valor iure non est exprimendus: & quanuis ex regula Cancellariæ contrarium appareat: ea regula strictè est interpretanda, cum verus valor beneficiorum difficilem habeat certitudinem authore Ludouico Gomecio in regula. de valore exprimendo. quæstio. 11. quò fit, vt error in hoc exprimendo minime sit considerandus, vbi principis voluntas constat. accedit ad hoc, quod notanter scribit Rebufsus in dicta quæstione nona. numero. 44. adseuerans, nominationem, quæ apud Gallos obtenta fuerit: facta mentione beneficij obtenti, & eius valoris, maiori tamen quantitate expressa, quam verè valuerit, admittendam esse. quia etiam si nominationem concedentes cognitionem habuissent veri valoris, nequaquam nominationem negarent: iundò eam facilius concessissent. deinde Ancharra. sententia minime aduersatur decisioni Romani Pontificis in dicto capitulo. cui de non sacerdotali. Nam aut verus valor exprimitur in literis gratia taxationis, & tunc non potest obtineri vbi prædictarum, literarum aliud beneficium minoris valoris: cum id repugnet voluntati principis: dicto capitulo. cui de non sacerdotali. aut verus valor significatur, vbi constat de corpore beneficij, causa demonstrationis, & eo casu admittendum est quod Ancharra. censuit: nec gratia propriam virtutem amittit ex errore valoris expressi: si vel propter minorem valorem, vel alias apertum sit principem etiam certum de vero valore idem concessisse concessurum vè: quod in specie sequutus Ancha. tradit Ripa in dict. ca. ad aures. num. 78.

Solet tamen ad effugiendum vitium istud, quod committi plærunque videmus circa valoris veri. expressionem adhiberi prouida cautio: qua valor significatur vsque ad certam quantitatem his sanè verbis. Cuius valor centum aureos non excedit, aut quod valet vsque ad centum aureos. Sic etenim apud Romanam curiam fit: vt valor beneficiorum, qui parum certus esse potest, absque periculo exprimat. glo. insignis in capitul. quamuis. verb. vsque ad certum. in priori eius parte. de præbend. in. 6. & ibi Docto. Cardin. in Clementina prima. 4. notabili. de concess. præb. Francus post alios in dict. capitulo. cui de non sacerdotali. colum. vlt. Domi. conf. 133. colum. 3. Felin. in dict. capitulo. ad aures. conclus. 9. & 10. Ioann. Staphilæus. de literis gratiæ & iust. folio. 29. colum. 1. Ludoui. Gomeci. in tract. de expectatiuis. numero. 103. deducitur tandem ex præmissis, quæ diximus ad interpretationem textus in capitulo. cui de non sacerdotali. iure ibidem

ibidem constitutum esse, ut in maiori summa nequaquam subintelligatur separatim minor, quæ speciem distinctam a maiori constituit: cum maior, gratia taxationis fuerit expressa: & ideo refragatur voluntati Romani Pontificis maiorem summam vtriusque speciem significantis: quod eius literæ de minori summa differentiæque specie intelligantur secundum Ancharra. Domini. colum. 2. Francus. 3. in dicto capitulo: cui de non faceret dotali. Deci. in capitulo. constitutus. columna tertia de rescript. Ioan. Crotus. 1. lectione. numer. 5. Alciat. numero. 34. in. l. prima. §. si stipulanti. Socin. junior in. §. Cato. numer. 73. ff. de verborum obligationibus.

Nec satisfacit quod Iason in dicto. §. si stipulanti. colum. 2. & 5. & Dominus in dicto capitulo. cui de non sacerdotali. scribunt dicentes, minorem summam inibi sub maiori non includi, ex eo quod sumus in materia strictissimæ interpretationis: nempe in literis beneficiis conferentibus servatis ad beneficia obtinenda, quæ tanquam attributa sunt ut in capitulo. quavis. in. l. de præben. in. 6. sunt intelligenda iuxta rigorosam interpretationem: Nam maior summa ex proprietate sermonis minorium continet. l. si quis cum totum. ff. de except. rei iud. dicto. §. si stipulanti. vbi hoc ipsum adnotarunt Aretinus, Socin. idem Iaso. & alij communiter. in quacunque verò materia & si odiosa sit, adsumenda est interpretatio à sermone proprietate. text. celebris in. l. cum lege. ff. de testam. vbi Aretinus, & Calderi. consil. 2. de consangu. Deci. in capitulo. cum ordinem. columna. 2. & in capitulo. sedes. de rescript. & in capitulo. de constit. colum. penulti. & in capitulo. a clerico. §. 1. colum. vltim. de iudic. idem in reg. factum. §. in poenalibus. & in regu. in contrahenda. ff. de regul. iuris. consequitur igitur in dicto capitulo. cui de non sacerdotali. minorem summam maiori non inesse: ex aliqua ratione potius quam ex ea, quam Domini. & Iaso. comminiscuntur. Sic sanè non placet quod gloss. in regu. plus. de regul. iuris. & in capitulo. vltim. verbo. maiores. de consuet. in. 6. Areti. in capitulo. vltim. colum. 2. de accusat. Alexand. in dicto. §. si stipulanti. ex eadem decisione collegerunt, scilicet in mandato hominis minorem summam sub maiori nequaquam comprehendi, cum in eo sit forma diligenter seruanda: id etenim falsum est, cum & in mandato hominis, quod minus est sub maiori intelligatur. l. rogatus. ff. manda. l. si ultra. C. de fideiussor. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquirend. hæred. siue id mandatum à superiori siue ab inferiori processerit: siquidè vtrunque à mente ipsius mandantis interpretationem

adsumit, ut in specie ista probat Deci. in. l. in eo quod plus. ff. de regu. iur. tametsi Fortu. in. l. Galus. §. & quid sit tantum. col. 58. conetur inter mandatum superioris & mandatum inferioris differentiam constituere.

Tertiò principali huius capituli resolutione probatur, verum esse quod adseuerat gloss. à Docto. ibi recepta in capitulo. vltim. de concess. præbend. libro. 6. scribens, vbi Romanus Pontifex mandauerit Titium recipi in canonicum ecclesiæ Salamanticensis, non obstante certo canonicorum numero ibidem statuto: eundem Titium recipiendum esse, licet in eadem ecclesia nullus sit certus canonicorum numerus statutus. Nam si Romanus Pontifex ex certa scientia sciens in eadem ecclesia non esse certum canonicorum numerum statutum idem mandatum dedisset, minimè conuenit, eas literas veluti obreptitias surreptitias vè à canonicis repelli. ex dict. gloss. quam sequitur Bald. in capitulo. Cumana. de elect. columna. 1. Felin. & Deci. columna. 2. in capitulo. constitutus. de rescript.

Quartò, omnibus superius examinatis ad amussim perpensis, poterit considerari, num verum sit quod Guilielmus Cuneo in. l. 3. C. de episc. audient. tradit scribens, remissionem homicidij eiusq; abolitionem à principe impetratam: non facta mentione prioris indulgentiæ simile crimen eidem impetrati dimittentis vti surreptitiam in ualidam esse, quia princeps si certior factus fuisset, eum homicidam veniam criminis postulanti, prius aliud homicidium perpetrasse, eiusq; veniam obtinuisse, retraheretur ab huius veniæ, quæ modò petitur, concessione. Et quavis Princeps tunc absque animæ periculo, & criminis reatu, possit remittere criminis poenam, quæ in satisfactionem reipublicæ à legibus instituta fuerit: vbi ex hoc ipsi reipublicæ damnum minimè sequatur: & absque læsione priuati iniuriam passi: secundum Thomam. 2. 2. quæst. 67. artic. 4. & Maiorem in. 4. distinctio. 15. quæst. 19. Felin. in capitulo. qualiter. §. ad corrigendos. numero. 36. de accusationibus. pulchrè Alfonso à Castro. libro. 2. de potestate leg. poenalis. capitulo. 12. vers. cõtra hanc secundam. at tamen ob defectum voluntatis apparet admittendam esse Guilielmi opinionem, quam sequuntur Barb. in capitulo. dilectus. in. 1. de rescriptis. numero. 20. Bald. in dicto. l. 3. Felin. in dicto capitulo. postulasti. colum. 3. Iaso in. l. nec damnosa. C. de precibus imperat. offerre. nume. tertio. Anania in capitulo. ad abolendam. colum. 2. de hæret. Ioann. Lupi in capitulo. per vestras. 4. notabi. numero. 11. de donat. inter virum & vxor. Ioannes Crotus in capitulo. vltim. colum. penulti. de constitutu.

Variarum Resolutionum

constitu. in. 6. Andreas Alciatus in cap. cum non ab homine. nu. 43. de iudi. Ferdi. Loazes in tract. de matrimonio. dubitatione. 10. nu. 6. qui ad hoc Regiam eandemq; expressam constitutionem refert, quæ. 2. est. titul. 11. libr. 1. ordin. quæ quidem & Guilielmo loquuntur quando in eodem genere delictum repetitur, quasi contrarium sit obseruandum, vbi diuersum delictum is, qui veniã postulat, fecerit. quod expressim Alciat. notat. dict. nu. 43. consulens iudici, ne statim propter Guilielmi sententiam delinquentem puniat, sed ipsum principẽ admoneat prius, vt ei rescribat quæ fuerit eius mens in præfati criminis remissione, nec tamen opinor hoc necessariũ esse, tametsi æquissimum videatur. comprobatur Guilielmi decisio per text. egregiam in. c. 2. de filiis presbyt. in. 6. à cuius ratione Ioã. Andr. Douini. col. 2. deducunt necessariũ fore, vt in secunda alicuius vitij dispensatione mentio primæ circa idem concessæ omnino fiat. idem scripsere Rotæ iudices decis. 280. in antiquis. Abb. post Innoc. in. c. veniens. col. 4. do præscript. & Paul. Parisi. cõsi. 74. ad finem. lib. 4.

9 Quinto libet hoc in loco non incongruẽ ex his quarere. quid dicendum sit de eo libello, quo rex licentiam exhibet alicui eam petenti, ad constituendum primogenium ex bonis suis etiã cum præiudicio portionis legitimæ, quæ cæteris filiis iure debetur: vbi is qui petit licentiam plures habet filios, nempe octo, decem, aut duodecim: non facta principi mentiõ numeri liberorũ, tametsi eorũ in genere meminẽt? memoria teneo cum semel in litem hæc incidisset quæstio, quibusdã visum fuisse, hunc principis libellum viribus nõ subsistere, utpote veritate tacita obtentum: forsitan enim princeps certus de numero filiorum minime dictam licentiam concessisset, vel ei inmoderamen aliquod adscripsisset, quo tot filiorum præiudicio mederetur. quin & iure hoc fulciri poterit. nam si quis impetrare velit à principe legitimationem filij illegitimi, & is filios habeat legitimos & naturales, tenet principi exponere quot filios legitimos & naturales habeat: ita quidem vt & numerus certus principi significetur, sicuti expressim hoc adnotauit Præposit. in. c. per venerabilem. §. quod autem. colum. 15. vers. aduerte

nunc ad solennitatem. qui filij sint legitimi. & post eum Cur. Senior consil. 19. vers. capio tertium. & consil. 35. col. 9. & consil. 73. vers. Nono impugnari poterit. argum. 1. nec ei. §. vlti. ff. de adopt. vbi iuriconsultus scribit in causæ cognitione, quæ adoptioni præmittitur, agendum esse de numero filiorum adoptantis. in contrariam sententiã itum est, ex eo quod princeps has facultates constituendi primogenia in honorem nominis, gentis, & familiaris solitus sit facillimè cõcedere, hac apposita conditione, vt cæteris filiis, qui à primogenio excluduntur, eiusq; ratione legitima portio priuantur, congrua alimenta exhibeantur, nec quicquã solet mouere principẽ, maior vel minor filiorum numerus, quemadmodum frequenter obseruatũ est, quo fit vt ex huius capitis principali resolutione commodè possit hoc dubium definiti, non oberit quod ex Curtio traditum est. nam & si passim apud vtriusq; iuris interpretes obseruatũ sit, legitimationem filij illegitimi inualidam esse, nisi principi mentio facta fuerit filiorum legitimorum & naturalium, quos pater habet. per text. in auth. quib. modis nat. effici. legit. §. si verò. tractat latè Andr. Tiraquel. in. l. si vnquam. C. de reuoc. donat. verb. donatione largitus. nu. 254. nos item huiusce assertiois meminimus in Epitome de matrimonio. 2. parte. cap. 8. §. 9. nu. 7. pauci tamen præter Curtium, & Præpos. exprimendum esse numerum filiorum adnotarunt. Sed & si eius opinionem admittamus, vt fortasse est vera & intelligenda, vbi legitimatio fit ad consequenda iura. omnia filij legitimi & naturalis, & vt simul legitimatus, patri cum legitimis & naturalibus succedat, quo casu legitimis & naturalibus ex ea legitimatione legitima portio diminuitur: maiorque eis læsio contingit vbi maior est eorum numerus: ideoque ratio dicitur hoc esse principi significandum: secus est in ea, quam tractamus, specie. Princeps enim facilius permittet primogenium cõstitui ex eo patrimonio, quod alioqui in plures distinctum partes ob maiorem filiorum numerum facilius dissipabitur, ad extraneosque alienatione rerum auiti fundi deuenient, quod & huius Regni constitutiones abhorrent videntur.

Finis libri Primi.

LIBROS
DEI. DR.
M. MARCO

VARIARVM EX IVRE
Pontificio, Regio, & Cæsareo Resolu-
tionum Liber Secundus.

AUTHORE DIDACO
Couaruias à Leyua, Episcopo
Segobienfi.



Cum Priuilegio.

SALMANTICAE,
In ædibus Dominici à Portonarijs, C. M. Typógraphi.
M. D. LXX.

V A R I A R V M E X I V R


Pontificio Regio & Casareo Retor

tionum Libet Securus

A V T H O R E D I D A C O

Comarum in Episcopo

Regobisim



Cum Privilegio

S A L M A N T I C A E

In archiepiscopatu Pontificis, C. M. Typograph

H V I V S S E C V N D I

libri Caputum Summa:



QUOD de his, qui ære alieno grauantur: de que cessio-
ne bonorum iura statuerint? Caput Primum.

De vsufructuario: & an is teneatur soluere defuncti
debita? Caput Secundum.

Discutitur Cæsarum constitutio in.l.2.C. de rescind.
vendi. Caput Tertium.

Rursus traditur, an renunciatione contrahentium eadem consti-
tutio tollatur? Caput Quartum.

Examinatur Iurisconsulti responsum in.l. generali. §. vxori. ff. de
vsufruct.legat. Caput Quintum.

Vbi de paupertate, aut diuitijs tractatur: cui incumbat qualitis hu-
ius probatio? Caput Sextum.

Duobus simul naufragio, ruina, aut belli conflictu pereuntibus: vter
eorum præsumatur prius decessisse. Caput Septimum.

An iustum sit lege, vel statuto aliquem ob alterius culpam puniri?
Caput Octauum.

Rursus de ratione pœnæ: qualiter ea à lege, vel ab homine infligen-
da sit. Caput Nonum.

Quando crimen semel in iudicium deductum, possit iterum in iu-
dicio tractari? Caput Decimum.

De executione instrumenti publici, quod conditionale est, vel li-
quidam quantitatem minimè continet. Caput Vndecimum.

An à iudice, qui vt bonus vir arbitratur, liceat appellare? Caput
Duodecimum.

Examinantur quæstiones à Barto. traditæ in.l. Theopompus. ff. de
dote præleg. Caput Decimumtertium.

Liberatione legata: an actione in rem valeat conueniri legatarius?
Caput Decimumquartum.

An successor vniuersalis, vel singularis teneatur stare locationi?
Caput Decimumquintum.

A 2 Ad

Ad quod vsque tempus res Ecclesiæ locari iure possint. Caput
Decimum sextum.

Quo pacto, & forma res Ecclesiarum possint dari in emphyteu-
sin. Caput decimum septimum.

Rursus de emphyteusi Ecclesiastica, & priuatorum, qualiter intel-
ligenda sit. Caput Decimum octauum.

Traduntur aliquot interpretationes ad l. quoties. C. de rei vendi-
cat. Caput Decimum nonum.

De Ecclesiarum & sacrorum templorum immunitate. Caput
Vicesimum.

Variarum

Variarum ex iure Pontificio, Regio, & Cæsareo Resolutionum Liber Secundus:

AUTHORE DIDACO
Couarrubias à Leyua, Episcopo
Segobiensi.

S V M M A R I A.

Ex capite sequenti.

- 1 **A**N licuerit vnquam, iure vè liceat creditori debitorē in vinculis habere, & an liber homo possit dari in pignus pro debito pecuniario?
- 2 Debitor capi nō potest, nisi prius bonorum excusio fiat.
- 3 Fœmina pro debito pecuniario in carcerē mitti nō debet etiam ratiōe administratæ tutelæ.
- 4 Milites armatæ militiæ, necnon & nobiles eodem priuilegio vtuntur.
- 5 Cessio bonorum liberat à carceribus debitorē & inibi qualiter iure Regio cessio fiat: & de bonis cedentis.
- 6 Qui bonis cesserit tenebitur nihilominus as alienum soluere, dum peruenerit ad pinguiorē fortunam.
- 7 Traditur latè: an valeat renunciatio huius beneficij: nempe cessionis bonorum.
- 8 Debitor ratione delicti, nō admittitur ad cessionem bonorum.
- 9 Clericus non tenetur bonis cedere: nec debet in carcerem pro ære alieno mitti. & ibi intell. ca. Odoardus. de solutionibus.
- 10 Cadauer debitoris non debet in sepultū detineri pro debiti solutione: seu donec soluatur debitū.
- 11 Vltimo affectis supplicio: an iuste possit negari ecclesiastica sepultura?

Quid de his, qui ære alieno grauantur, deq; cessione bonorū iura statuerint? Cap. I.



LEgibus duodecim Tabularum aduersus æris alieni debitorem institutū est, vt creditori iure priuato liceat prehendere, ac in vinculis debitorē habere post rem ipsam iure iudicatam. Hæc sunt ipsamet legum verba: In vinculis sexaginta dies habeto: inter eos dies trinis nudinis continuis ad prætorem in comitium præducto, quantæq; pecuniæ indicatus erit, prædicato. Tertijs autē nudinis, si interea pactus non sit, capitis pœnas dato, aut trās Tyberim peregrè vānū ito. Et si plures foret, quibus reus esset iudicatus, tertijs nudinis partes secāto. Quibus quidē verbis lex vult produci vincitū debitorē trinis nudinis ad prætorē in iudiciū, vt repetatur publicè, in quantā pecuniā fuerit creditori cōdēnatus. Sic etenim constabit ompibus vincito nō fieri iniuriā, aut à creditore, aut à iudice. l. 2. C. de custo. reo. Si verò intra idē pus triū nudinarū pactus debitor cū creditore nō fuerit, capitis pœnas det, aut vendatur, vt ex pretio creditoris satisfiat. Quòd si plures erāt creditores, debitor in partes secabatur. Extat integra lex duodecim Tabellarū, titul. de re iudicata. quæ ad modū Aymarus Riuallius, & Oldēdorpheus rub. 8. tradiderūt. huius legis vltima parte tanta pœnæ crudelitas denūciata est, vt de eius rigore inter Sextum Cæcilium, & Phauorinū ingens orta fuerit disputatio apud Gellum lib. Noc. Atti. 20. c. 1. cuius Accursius meminit in. l. 1. C. qui bo: ced. pos. vnde Cæcilium, inquit, plures vincitos fuisse à creditoribus, nullū verò dissectū. Sic & Quintilianus.

A 3 tilianus.

Variarum Resolutionum

tilianus. lib. 3. cap. 8. scribit: eam legem quo ad dif-
 fectionem, non esse natura laudabilem, & idē mo-
 ribus repudiata fuisse. idē testatur Tertullianus
 in Apologetico. 4. c. Nihil profecto, inquit Cæci-
 lius apud Gellium, imitius, nihil immanius, ni-
 si, vt re ipsa apparet, eo consilio tanta immanitas
 pœnæ denunciata est, nē ad eam vnquam perue-
 niretur. addici namq; nunc atq; vinciri multos vi-
 demus quia vinculorum pœnam deterruim homi-
 nes contēnunt. dissectū esse antiquitus nemi-
 nem equidem neq; legi, nec audiui. hætenus Cæ-
 cilius. Ex quo apparet ad terrorem pessimorum
 debitorū, qui additionē quoq; solam contemne-
 rent, constitutum esse id genus pœnæ. Prior verò
 legis pars, quæ de vinculis tractat, apud Roma-
 nos frequentissimè seruabatur: siquidē debitor,
 qui creditori non soluebat debitum confessum,
 aut iudicatum: vel id soluere non poterat, addice-
 batur creditori in seruitutem lege nexus. Cicero
 in oratiōe pro Flacco de quodam Hæraclide ait.
 Cum iudicatum non faceret, additus Hermip-
 po, & ab hoc ductus est. Nexus autem dicebatur
 inde obligatio, qua corpus vt pignus afficitur. di-
 cebantur & hi debitores additi, quia traditi es-
 sent creditoribus: & nexu vincti: quod eruditè
 explicat Budæus titu. de in diem additionē. ex
 Quintiliano lib. 7. c. 4. Quin & filij debitorum
 apud Romanos creditoribus addicebatur autho-
 re Dionysio, & Ludouico Cælio lib. Lectio. An-
 tiq. 7. capit. 20. hoc ipsum quandoque obtinuisse
 Hebræorum legibus probatur Reg. 4. ca. 4. ecce,
 inquit, creditor venit, vt tollat filios meos ad ser-
 niendum sibi. Sed & Diuus Basiliius in Psalm. 14.
 fencit, eius ætate potuisse filios ob æs alienum pa-
 rentum ex lege vendi. Similem ferè huic legem
 ante Solonem statuerant Athenienses: sed ita fa-
 nē, vt qui mutuum acciperent oppigneratis cor-
 poribus, creditoribus addicerentur. Solon verò
 legem tulit, remissione æris alieni constituta,
 quam *συσχίζια* appellauit: vt in posterum mini-
 mē liceret corpore obligato pecuniam fœnerari:
 authore Plutarcho in Solone: & in lib. de vitæ
 a. & in Politicis ad Traianum, nē fœnore, &
 vsuris ciues premerentur: ac tandē oēs in seruitu-
 tem redigerentur. eiusdem meminit Plutarchus
 lib. 2. de virtute Alexandri. Eam verò legem Solo-
 nem ab Aegyptiorum legibus accepisse scribit
 Diodorus Siculus libro primo, ea verò remissio
 æris alieni, quæ *συσχίζια* dicitur, quaque vsi fuere
 quidam principes de alieno nimis liberales, quā
 iniqua sit testatur Cice: lib. de off. dicens, nul-
 lam esse rem, quæ vehementius reimp. contineat,
 quàm sit fides. Sed fidem esse nullam posse, nisi
 sit necessaria solutio rerum creditarum. Seneca

lib. 3. de benefic. inquit, æquissimam esse, & ius
 gentium præ se ferre hanc vocem, Redde, quod
 debes. Eodem pacto anno ab vrbe condita Qua-
 dringentesimo Vigesimo octauo. C. Patilio. & L.
 Papyrio consulibus lata est lex Patilia, qua qui-
 dem sublata fuit lex duodecim Tabularum, &
 cautum, nē quis ob pecuniam creditam in vincu-
 lis teneretur: sed eius bona, non corpus, essent de-
 bito ac creditori obnoxia teste Liuiio Decade. 1.
 libr. 8. idque maximè fuit reipublicæ cōueniens.
 cum ob duritiem legis veteris quandoque plebs
 ipsa in seditionem fuerit concitata. quod idem
 Liuius scribit eiusdem Decados libro. 2. Quin &
 ob eandem causam Afellius prætor plebi, & pau-
 peribus patrocinauit, vt fœnus tolleretur: ab ipsis
 fœneratoribus occisus est: quod facinus, nec Se-
 natus ipse vindicare valuit, vt refert Appian⁹ Ale-
 xandrinus libro primo. de bello ciuili. Sic & iure
 Cæsarium decretum est, nē debitores liberi in ser-
 uitium, aut pignus dentur creditoribus. l. ob res.
 & authen. ino. C. de actio. & obligat. & in auth.
 vt nulli iudicū. §. quia verò. coll. 1. 9. l. 2. C. que res
 pig. obli. possint. & in capitu. secundo. de pigno-
 ribus. etiam si bona debitoris defecerint, nec ex
 eis possit creditoribus satisfieri. vnde à plerisque
 in dubium reuocatur decisio text. in capitu. ex re-
 scripto. de iure iuran. vbi probatur, posse liberos
 homines, obfides dari pro pecunia debita, & qua
 si pignora constitui. Sunt etenim quidam eam
 constitutionem ita intelligentes, vt liber homo
 non possit dari pro debito in pignus: nec veluti
 pignus retineri: & tamen existimant posse homi-
 nem liberum obligari eo pacto, vt retineri possit
 etiam pro debito, & ære alieno ad effectum ser-
 uandi conuentionem initam inter creditorem &
 debitorem: sic equidem vt pignus homo liber mi-
 nimè detinebitur inuitus: sed pro conuentione ser-
 uanda: secundum gloss. in priori solutione in di-
 cto cap. ex rescripto. Cui accedere videntur ibi-
 dem Hostien. Henric. & Cardina. & Felin. col. 3.
 Bald. in l. secunda. C. de patri. qui filios distra x.
 col. vlti. argum. ex l. obsides. ff. de testam. & l. 16.
 titu. 1. part. 6. quæ tamen loquuntur in obsidibus
 datis auctoritate publica: vnde in priuatis nē hu-
 mana libertas impediatur. alijs magis placet, non
 posse hominem liberum inuitum detineri etiam
 ex conuentione pro ære alieno soluendo nisi de
 pace, similive pacto conuentum fuerit: ita visum
 est glo. in vltima responsione in dict. c. ex rescri-
 pto. quam sequitur inibi Abb. & Imo. idē Imol.
 & Arcin. in dict. l. obsides. Francisc. de Ripa in l.
 obligatione. numero. 12. ff. de pignori. optima &
 Regia. l. 3. titu. 13. part. 5. quæ verè eundem sensum
 habere videtur. gloss. ad idem insignis in capitu.
 vt pri-

vt pridem. 23. quæst. 8. & traditur in ca. exposita. de arbit. Quod si iuramentum accesserit huic pacto expressim in id præstitum, vt quis pro pecunia debita detineri possit: magis receptum est ex eius virtute liberum hominem inuitum detineri posse: quæadmodum ex. d. c. ex rescripto. Doctores adnotarunt, præsertim Imol. & Felin. ac Guiliel. Bened. in. c. Rainutius. de testam. verb. testamentum. 3. num. 26. etiã si Panor. non omnino cõsentiat huic cõclusioni: præsertim quia in. d. c. ex rescripto. dati fuerunt fideiussores in eum casum, quo obsides deficerent ab obligatione, nec velent promissioni stare, quo argumento utcũque colligitur, eos nõ potuisse detineri inuitos. quod tamen contingere potuit ad maiorem obligationis tutelam, si fortasse obsides aufugerent à loco, vbi per creditorem detinebãtur. & ideo communis opinio adhuc defendi potest.

Hinc etiam constat in solutione debitorum, quæ auctoritate iudicis fit, hunc ordinem seruandum esse, vt si debitor possideat bona, quæ possint vendi publica subhastatione, nunquam is ad carcerem ducatur. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudi. cap. peruenit. de fideiuss. tunc etenim debitor in publicis vinculis detinendus est: cum non habeat bona ex quibus res alienum solui possit. glo. memorabilis. in. l. 3. §. tutores. ff. de susp. tuto. quã dicunt sing. esse Bal. in. l. si sine. ff. de in ius vocan. Barb. in. c. 1. col. 4. de deposit. Alex. & Ias. in dict. §. in venditione. rursus idem Bal. ordinariã in. l. 1. col. vlt. C. de iuris & fact. ignor. notabilem Paul. Cast. in. l. 4. §. prator ait. ff. de re iudi. Abb. in ca. quo ad consultationem. col. 5. eo. tit. & ibi Feli. nu. 10. quorum opinio cõmunis est secunquã Aret. in. l. maritum. §. eleganter. num. 7. ff. solut. matr. & Ripam in. l. obligatione generali. ff. de pignori. nu. 20. & probatur in dict. §. tutores. atque hanc opinionem rursus cõmunem esse asseuerat Alex. in dict. §. in venditione. commendat Ias. in print. Instit. de actioni. nu. 90. Pau. Cast. in. l. alia. §. eleganter. ff. solut. matrimo. quo fit, vt quoties debitor habet bona, & tamen non præstat fideiussores de euitatione, quibus cautum sit emptoribus eadem bona in publica subhastatione licitantibus: adhuc in carcerem publicum mittatur. Fœminæ tamen publicam vitam agentes ex peculiari priuilegio non possunt, & si bona defecerint, pro pecunia debita, modò debitum causa criminis contractum non fuerit, in carceres duci. authent. sed nouo iure. C. de custod. reor. l. 1. & auth. sequent. C. de offic. diuersi. iudic. l. Regia. 62. Tauri. Cuius ipse memini in Epitome de matrimonio. 2. part. capitu. 8. §. vndecimo. ad finem. Imò idem erit in matre, ratione administrationis tutelæ filiorum,

quæ quidem pro reliquorum solutione in carcerem duci non potest secundum Præpo. in capit. ex parte. M. colum. vltima. de appellatio. & Hippolyt. in Practic. criminali. §. attingam. numero. 64. & probatur ea ratione, quod mater etiam ob administrationem tutelæ habet priuilegium, nè conueniri valeat ultra quàm facere possit. Barto. communiter receptus in. l. si quis sub conditione. numero. 20. ff. de testamenta. tutela. ex. l. patronus. ff. de re iudicat. idem Barto. in authent. matri, & auix. nume. 13. C. quando muli. tut. offi. fungi. poss. Sed quia communiter obtentum est, vt omni legum auxilio mater renunciet, cum ei tutela filiorum comittitur iuxta notata in dict. capitu. ex parte. & in dict. authen. matri, & auix. quibusdam visum est, ob pecuniam ratione tutelæ debitam filiis, posse in carcerem matrem mitti: & id simul permitti propter renunciationem, & filiorum fauorem. Barto. in dicta. l. si quis sub conditione. nume. 18. idem in dict. authen. matri, & auix. nume. 13. & ibi Salyce. uumer. 14. Roma. Alexand. Socin. & Iason in. l. plerique. col. vlti. ff. de in ius vocand. Roma. in. l. alia. §. eleganter. nume. 11. ff. solut. matri. Matthes. notab. 109. Iason in. l. penult. nu. 4. ff. si cert. pet. Ioan. And. Domi. & Franc. in. c. 2. de iudic. in. 6. Platea. colum. pen. post Angel. in. l. nemo carcerem. C. de exac. trib. lib. 10. Ioan. Baptista de sancto Seuerino in tract. de debit. susp. & fugitiu. q. 6. à quibus ipse libenter quæro, quonam pacto eorum sententia defendi possit, si verum est, quod Bart. ipse, quem ipsi immet sequuntur in dicta. l. si quis sub conditione. nume. 20. scribit dicens, matrem filiorum tutricem non obstante generali renunciatione, habere priuilegium, nè conueniatur ultra quàm facere possit. Nam aut ipsa mater habet bona: & tunc ipsa capienda sunt pro debita pecunia, priusquàm ad carceres ea deducatur: quod si bonis careat, ex priuilegio tuta est, nè possit cõueniri: ergo eodem defenditur, nè ad carceres ducatur. qua argumentatione in milite vtitur Bal. in. l. 1. col. vlt. C. qui bonis ced. poss. dum adducit. l. miles. ff. de re iudi. idem Alexand. in. l. Centurio. num. 25. ff. de vulga. Deinde constat renunciationem istam parum prodesse vt parentes, quibus honos & reuerentia debita est, à filiis conijciantur ob debitum civile in carcerem: quemadmodum notatur in dict. §. eleganter. quam ob rem mihi potius placet, quod contra Barto. paulò ante retuli ex Præpo. & Hippo. præter quos à Barto. discedunt Ioan. à Monte Sperello in dict. l. pleriq. Barb. in cap. 2. numero. 4. de pignori. Ludouic. Gomec. in dicto capi. 2. de iudic. in. 6. nu. 22. & Andreas à Pomate in additionibus ad Bartol. in dict. authen. matri, &

Variarum Resolutionum

aujæ licet Xuares in l. 2. tit. de los gouernos. q. 5. scribat hac in quæstione, nõ esse multũ tribuendum Barbatij opinionibus: & tamen eius Additio. hanc vltimã sententiam eligit, ex quibus ipse opinor matrẽ etiã ob pecuniã debitã filijs causa administratæ tutelæ in carcerẽ deduci nõ posse.

Sic & milites armatæ militiæ ex causa æris alieni non possunt in carcerẽ duci: fit etenim in eorum bonis, & rebus exequutio: hocq; priuilegio gaudent, vt & si bonis careant, minimẽ capiantur pro ære alieno soluendo: siquidem quatenus facere possunt conueniendi sunt. l. miles. & l. itẽ miles. ff. de re iudicat. vbi id latissimẽ traditur. & in l. Ceturio. ff. de vulgari. Apud Aegyptios lege cautũ fuit, ne milites pro debito pecuniario caperentur teste Diodoro Siculo libro. 2. idem esse in his, qui nobilitatis dignitate decorantur, scribit Bald. in dict. l. 1. ad finem. C. qui bonis cede. poss. Alex. in dict. l. Centurio. num. 25. Iason in dict. l. miles. col. 2. & colligitur ex distinctione Guilielmi de Cuneo in l. penult. ff. ex quib. caus. maior. quam præter alios refert, & probat Ioan. Baptista de sancto Seuerino in tractat. de debitor. sup. & fugit. q. 5. principali. q. 5. optimus tex. in l. medicos. C. de profess. & medic. lib. 10. quem explicat Barto. & Docto. ibi Matthes. notabi. 59. Franc. à Ripa lib. 2. resp. cap. 20. & idem Ioan. Baptista. q. 4. vnde nobilitas hoc ius & priuilegium habet: ne possit ea præditus pro debito in carcerem mitti. quod licet iure Cæsareo dubium sit, Regia tamen Hispaniarum lege id constitutum est in his nobilibus, quos vulgus Hidalgos appellat. l. 4. & 5. tit. 2. lib. 4. ordinat. l. 79. Tauri. Et tamen nec iure Regio, nec iure Cæsarũ hi nobiles habent militare priuilegium, ne scilicet cõueniatur vltra quã facere possint: cum id nullibi expressum sit: ex Cumano & alijs magis communiter in dict. l. miles. & in dict. l. Centurio. Arma verò, equi, nec domus vbi hi nobiles habitant, capi pro exequutioe solutionis æris alieni possunt, quemadmodũ expressum est dict. l. 5. & l. 3. eiusdem tituli. Quod si debitum à criminis causa originem ducat, nobilis in carcerem mittitur. dict. l. 79. Fit tandem, vt qui habet priuilegium nõ conueniatur vltra, quã facere possit, non possit is in carcerem mitti. à contrario verò non sequitur eum, qui non potest pro ære alieno in carcerem duci, habere priuilegium, ne conueniatur vltra quã facere possit.

Regulariter igitur si quis bonis, ac reb⁹ careat ex quibus solui possit æs alienum, in carcerem ducitur: quin & si debitum sit ratione reddituum regaliũ præcisẽ debitor in carcerem lege Regia mittendus est, donec soluat, quanuis habeat res;

quæ possint pro solutione capi, & publica subhastatione vendi: vtrunque etenim fit, idemq; colligitur ex l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. & in specie tenet Guido. decis. 91.

Quod si debitor bonis cedere velit, à carcere dimittendus est: nam præter alios effectus, hunc potissimum celsio bonorum habet. l. 1. C. qui bonis cedere poss. l. 4. titu. 15. part. 5. quæ quidem celsio fieri nõ potest, nisi eo tempore, quo ad requisitionem creditorum debitor in carcerem custoditur secundum communem, & maximẽ Henri. in cap. Odoardus. de solut. & erit satis debitorem in carcerem missum fuisse ad petitionem vnus ex pluribus creditoribus: celsio etenim tũc facta cæteris creditoribus præiudicat. l. 4. & ibi Doct. ff. de cess. bono. l. 3. titu. 15. part. 5. pulchrẽ Salycẽ. in dict. l. 1. num. 4. Guido Papæ consi. 124. numer. 7. nec sunt alij creditores necessariò citandi ad hanc celsionem sicuti expressim adnotauit Petrus Iaco. in practic. rubr. de cess. bonorum. oportet tamen, vt prius, quã celsio ista fiat, debitor, vel cõdemnetur, vel cõfiteatur in iudicio debitum, iuxta veriorẽ literam, & communem sensum. l. pen. & vlt. ff. de cess. bon. vbi gl. Regia. l. 1. tit. 15. part. 5. Doct. in. d. c. Odoardus. gl. in. l. 1. C. qui bo. cede. poss. opportunẽ verò circa materiã illam celsionis bonorum erunt aliquot prænotanda. & primum quid Regiæ constitutiones post vetera Partitarum iura statuerint, siquidẽ olim debitor nõn habens bona, vnde creditoribus æs alienum solueret, tradebatur creditoribus ipsis, vt eis seruiret, donec debitum ex seruitio arbitrio iudicis cõpensatione quadam solutũ foret. l. 17. & l. 12. titu. 20. & l. 2. tit. 8. lib. 3. Fori. quod nouis quibusdam sanctionibus in hunc modum accipitur, vt debitor in carcerem missus inibi detineatur, quousq; bonis cesserit, & catenæ, vt aiunt, renunciauerit: ac tunc creditori traditur in eius seruitium: cuius æstimatio solutionis locũ obtinet: interimq; torquem ferreum debitor ferre debet. l. 78. ex huius regni Pragmaticis constitutionibus. Imò si debitor in vinculis, & carcere publico sex mensibus manserit, eo ipso à iure censetur dicta bonorum celsio facta: ac tradendus est cum ipso torque ferreo ipsi creditori, quod expressum est in eiusdem cõstitutionibus. l. 79. & 80. Semper tamen in his Hispaniarum prouincijs: sicut & vbique locorũ obseruandum est, quid sit moribus receptum circa solennem bonorum celsionem.

Is autem, qui cedit bonis, tenetur creditori dimittere omnia bona, quæ tunc temporis habet: gloss. communiter recepta. in l. penult. ff. de cess. bono. explicat Bald. in l. vlti. C. qui bo. ced. poss. colum. penult. optima. l. 1. titu. 15. part. 5. vestes verò, qui-

rò, quibus quotidie vtitur, ei relinquuntur. Cinius in dict. l. 1. q. 4. Petrus Iacobus in dicta rubri. de cess. bono. Aufreri. in Capella Tholosana. 136. Panormit. hanc esse comunem opinionem professus in dicto. c. Odoardus. de vestibus lineis hac in re tractat dict. Regia. l. 1. statuens eas debitori cedenti bonis dimittendas. idem de instrumētis necessarijs ad querendū victū: nempe de his, quę pertinent ad artem, ex qua victum querit, scribit Ioan. à Medina in lib. de contractibus. q. 3. causa. 3. & q. 5. quod apud forensia tribunalia quibusdam dubium fortasse videbitur. Præstabit item cedens cautionem de soluendo ære alieno cū ad pinguiorem fortunam peruenerit: cautionē, in quā, iuratoriā: cū eo in statu aliam dare non valeat. glos. Hosti. Ioan. Andre. Henri. colū. 3. & alij in dict. cap. Odoardus. Cogendus enim erit cū pinguiorem nactus fuerit fortunam æs alienum soluere: ita tamen, vt ei deducantur alimenta, quibus satis cautū sit egestati imminenti alioqui, si integra fieret æris alieni solutio: quod probatur in dict. l. 4. ff. de cess. bono. & in dict. l. 1. tit. 15. parti. 5. & idem, ni fallor, in animæ iudicio obtinebit nec in eo erit iuxta rigorem integra solutio postulanda: vbi ex cais, qui prius bonis cesserat in egestate maneat: hoc equidem priuilegium lege humana & iuxta celsioni bonorum concessum est. & ideo hæc humana constitutio admittenda erit in animæ foro: licet contrarium censeat Adrian. in. 4. sent. tractat. de restit. capit. 2. & gregior. vers. sexto dubitatur. & Ioann. à Medina. de contract. dict. q. 5. Panormi. & Rauennas in cap. cū tu. de vsur. vbi in vsuario idem sensit Cardin. argumento gloss. ibidem, quam examinauimus in leg. peccatum. 1. relectionis parte. Sed si quis bonis cesserit actibus quibusdam iuxta loci consuetudinem, ignominiosis: non tenebitur is soluere debitum quauis pinguiorem nactus fuerit fortunam: authore Guidone. q. Delphinatus, 343. cū satis ea ignominia fuerit punitus: & ea pœna loco solutionis sufficiat: argumento gloss. singul. in cap. sicut dignum. §. eos in super. de homici. quam sequuntur Doctores. ibi maxime Feli. commendat Roma. singul. 24. cui similis est in regu. peccatum. de reg. iur. in. 6. ex quibus constat punitū corporali pœna loco pecuniariæ, quam præ inopia soluere non potuit, etiam si postmodum bona acquisierit, minimè teneri ad pecuniæ solutionem: idem adnotarunt Cæpola caute. 3. Paul. Castren. Angel. laf. num. 29. & Deti. nume. 26. in. l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omni. iud. optimus tex. in. l. sed si vnus. §. sed si ante. ff. de iniurijs. Cuius meminit ad hanc rem Baldus in. l. vltima. ff. de in ius vocando. quod, ni fallor, ea ra-

tionem procedit: quia pœna pecuniaria in corporalem mutatur. Vnde non omnino probatur Guidonis sententia: cū inibi debitū nequaquam in illam celsionem mutetur. Nam & illud verum est, per celsionem bonorum nō tolli, nec naturalem, nec ciuilem obligationē: sed tantum exceptionem competere. Cinius. 9. q. Bald. & alij in dict. l. 1. C. qui bonis ced. poss. quorum opinio communis est. secundum Ias. in. §. vlti. col. 1. de actioni. licet glo. in. l. vbi cūq;. ff. de fideiuss. teneat, cedente in bonis penitus ab obligatione ciuili liberari. Hæc autē exceptio cedenti competens ratione celsionis, impedit litis contestationem. l. 3. ff. de cess. bono. Barto. in. l. penult. ff. eod. tit. Capella. Tholos. 136. quod ab omnibus comuniter receptum est. Et ideo Regia. l. 3. titu. 15. par. 5. qua probatur eum, qui bonis cesserit, nec postea conueniri posse, nec, si cōuentus fuerit, teneri respondere: est intelligenda cum effectu, siquidem respondere teneatur, & exceptionem litis contestationem impediētē obijcere. Quę omnia tunc obtinent cum debitor eadem inopia, & fortuna grauatur: quia si ad pinguiorem deuenit, nulla aduersus ciuilem, & naturalem obligationem exceptio competit. Quam ob rem, etiā si in praxi decisio Guidonis non sit leuis momenti, perpenso iuris recto tramite inibi nec placet, nec vera videtur. Atq; ideo etiam in animæ iudicio tūc tenebitur credi: quod in specie respondet Dominicus Soto. lib. 4. de iust. & iur. q. 7. artic. vltimo. Ex Bixotis, vt narrat Ioan. Stobæus, serm. 42. non nulli eos, qui debitum non soluant, in forum deductos, & sedere iustos cophino super iniecto cooperiunt. qui autem hoc pallus fuerit, ignominiosus fit. Huiusmodi vero ignominia Erupidis patrem Bæotam genere notatum fuisse scribit: atq; hæc & alia tradit ex Nicolai scriptis de moribus gentium. Sed hac corbis ignominia notatū fuisse Mnesarchū Euripidis patrem, dubium esse censeat Gregorius Gyraldus in historia poetica Dialog. septimo.

Queritur deinde hoc tractatu vtrum beneficio celsionis bonorū possit renunciari: & videtur 7 renunciationē istam iure admittendam fore, cū ea tacite facta, valida sit. l. vlti. C. qui bonis ceder. poss. taciti verò, & expressi idē sit iudiciū. l. cū quid. ff. si cer. per. vnde etiā expressa renunciatio fieri potest: secundū Frede. consi. 60. Rotam Anti quā. 565. Feli. post alios in. d. c. ex rescrip. nu. 11. de iure iurā. in contrariam sententiā à plerisq; itum est ex eo, qd nemo possit pro debito pecuniario seipsum etiam carceri publico perpetuo obligare: esset enim ea obligatio perpetua quædam & præcisa seruitus, ad quam liber homo se adstrin-

Variarum Resolutionum

gere nequit. l. 2. de lib. homi. exhib. l. Titius. §. Titio. ff. de cond. & demon. not. glo. & Docto. in l. anti. quitas. C. de vsufr. & in l. post certi. C. de lib. cau. qua ratione renunciationem cessionis bonorum inualidam esse existimarunt Richard. Malumbrius. Bart. Imo. & Alber. in l. alia. §. eleganter. ff. solu. matr. Cinus. q. 6. & Sali. nu. 9. in l. 1. C. qui bonis ced. poss. Fab. in. §. vlt. de actio. idem in l. vlt. C. qui bo. ced. poss. Ale. cōf. 37. num. 6. lib. 2. post Dinum in. d. §. eleganter. Ab. & alij in. d. capit. Odoardus. quorum opinio communis est secundum Alberic. in rubri. C. qui bonis ced. poss. colum. vlt. qua in re ad quæstionis exactam cognitionem plura sunt consideranda. Primum, iure non valere pactum, quo debitor consentit prozre alieno prius in carcerem deduci, quàm in bonis excusio fiat, tollitur etenim ordo à iure inductus in fauorem libertatis humanæ, atq; ita esse hanc communem opinionem fatentur Aretin. in dict. §. eleganter. nume. 8. & Ripa in. l. obligatione generali. nume. 24. ff. de pignori. Secundum: hoc ipsum pactum omnino valere, & seruandū esse vbi id pactum fieri cōsuetudine permissum fuerit: nam & hoc non solum ratione pacti, sed & consuetudinis vi obtinet robur secundum Guidonē Papæ. q. 61. Capellā Tholosanā. de cil. 61. optimē Petrus Iacob. in practica rub. de cess. bono. Ripa in dict. l. obligatione. nu. 29. præmittunt Doct. in dict. §. eleganter. & in. d. l. Titio. §. Titio. & in specie notabili Carol. Mol. de contra. q. 36. scribens pactiōnem istam nequaquam admittendam esse pro solutione annui redditus cōstituti cū pacto redimendi: propter odium huius contractus: quo emuntur redditus annui redimendi iure cōuento.

Tertiò animaduertēdū est renūciationē cessionis bonorū, eiusq; beneficij iuxta veriorē sententiā & eam, quæ receptior est, non esse firmā: imò ea non obstāte debitor captus, à carceribus liberabitur, si bonis cedere voluerit, quā præter proximē citatos notant Henric. in dict. cap. Odoardus. 1. colū. & Capella Tholos. d. q. 61. Quartò, renunciationem istam iuramento præstito factam validam esse censent Imola. in. c. cū contingat. nu. 83. de iureiur. Frederic. d. consi. 60. Capella. & Henric. paulò antè citati. & Maria. Soci. tractatu de citationibus. ar. 17. nu. 18. Ripa in dict. l. obligatione. num. 33. cū bonis moribus minimè repugnet quenquā ob æ alienum publicis in carceribus detineri donec soluat debitā pecuniam. Nec de sunt, qui opinētur renunciationē istam admittendam esse etiā absq; vinculo iuramēti: sicuti superius retulimus: quibus etiam accedunt Angel. Romanus, & Alexā. in dict. §. eleganter. & Inol. in dict. cap. cū contingat. num. 32. Feli. in cap. si

diligenti. de for. compet. col. 2. Ripa in dict. num. 33. Et quia Guido Delphinatus. quæst. 211. scribit etiam iuramento præstito non esse admittendam renunciationem istam cessionis bonorum, & testatur ita pronunciatum fuisse à Parlamenti iudicibus, quibus subscribit Carolus Molinæus dicta quæstione trigesima sexta. Ego iudicem ad monitum esse velim, vt etiam hac præmissa renunciatione, & iuramenti vinculo stabilita, cautè eam obseruet, negotij & personarum cōditione perpenſa: sæpe etenim æquitas suadebit his non obstantibus, permittendū esse debitori beneficium ei à iure concessum bonis equidem cedi, quo etiam publicum carcerem effugere valeat: atq; hoc indulgendum est inopiæ eius & paupertati forsan inculpatæ. Quintò constat, nō esse firmum, nec validum pactum illud, quo inter creditorem & debitorem conuentum est, posse propria autoritate debitorem à creditore capi, ac detineri donec soluat debitum, quia reipublicæ non conuenit hæc priuata exequutio, nec priuatus hic carcer, essetq; pactum istud frequenter causa rixæ, & dissensionis, & ideo iure improbat, secundum Bar. in dict. §. eleganter. vbi Aretin. & Rip. in dict. l. obligatione generali. nu. 21. fatentur hanc opinionem cōmunem esse.

Præterea dubitatur, num beneficium istud cedi bonis cōpetat ratione obligationis descendens ex delicto? Et tunc non esse admittendam cessionem bonorū probatur ex eo, quòd in poenis pecuniarij ratione criminis infligendis, qui non habet vnde eas soluat, corporali poena puniendus est. tex. in insignis in. l. 1. ad finem. ff. de poenis. cuius vltra Bar. & Doct. ibi meminere Ange. & Iaso. num. 43. in. §. poenalis. de acti. idem Ias. in l. si quis id quod. num. 28. ff. de iuri. om. iud. post glo. & Doct. ibi optimus text. in eadem. l. si quis id quod. & in. l. vlt. ff. de in ius vocand. vbi Bald. tradunt Felin. in cap. ad liberandum. de Iudæis. Ioan. Lupi. in rubri. de donatio. int. vir. & vxor. §. 9. num. 19. Hippo. in. l. 1. C. de Sicarijs. nu. 63. ad idem conducit tex. in. l. vlt. in fin. C. de sepul. violatæ & in. l. illicitas. §. vlt. ff. de off. præsi. ex quibus apparet quādo poena pecuniaria in corporalem ob delinquentis inopiam commutanda sit. & id non tantum procedit vbi quis ob crimen pecunia mulctatur in propriam & veram delicti poenam, sed & si ea poena sit satisfactio & emenda; estimatioq; damni ipso crimine proximo illatis siquidē licet ea poena respectu alterius sit interesse, tamen ob ipsius delinquentis culpam vera poena censetur, & ob id prætextu inopiæ in corporalem mutatur. tex. egregius in cap. finem litibus. de dolo & contum. vbi Panorait. eum commen-

dat. 2. col. dicit singu. Francus in capi. reprehensibilis. de appel. col. 3. quo in loco gl. vers. propriu. hoc ipsum adnotauit, & Iason in dict. l. si quis id quod. num. 28. Hinc sane constat ratio eius quod ex dict. cap. finem. collegit Ananias in cap. 1. col. 2. de calumniat. cum tex. existimans singularem esse, & scribens, iure canonico calumniatorem etiam in causa ciuili posse corporali poena puniri, quem sequitur Ioan. Bernardus praesul Callaguriensis in practica criminali. capit. 59. nam hoc ita accipiendum est, vt obtineat quando calunia torinopia laborat, & caret bonis, ex quibus caluniae laesio possit compensari. Haec vero commutatio poenae pecuniariae in corporalem fieri non debet astore inuito, quo quidem volente expectare pinguiorem rei fortunam, omittenda est commutatio, sicuti docet Abb. in dict. capit. Odoardus. colum. 2. hoc intelligens vbi poena priuato accusatori applicatur: nam si ea fisco adiudicetur, mutatur in corporalem etiam nolente accusatore. Hac igitur ratione obtinuit apud iuris vtriusque interpretes, non esse locum cessionis bonorum vbi qui ex delicto vel quasi in pecuniam damnatus fuerit. quae sententia placuit Fabro & Iasoni. nu. 13. in §. vltim. Int. de actioni. Henrico in dict. ca. Odoardus. Iasoni rursus in dict. l. si quis id quod. nu. 28. Saly. in l. 1. q. 6. C. qui bonis ced. poss. Aufferio in capella Tholos. 61. quam opinionem fatentur eam sequuti communem esse Alberic. in rubr. C. qui bonis ced. poss. Cypola conf. 9. criminali. sensit idem glos. in regul. peccatum. de regulis iuris. in. 6. verb. peccatum. & item glo. vltima. in dict. cap. Odoardus. dum ab ea collegit Panormit. Clericum ob crimen conueniri quatenus facere possit non deductis sibi necessarijs alimentis. idem comprobatur, quia licet ex contractu actio in aliquem non detur nisi id tantum quod facere potest, tamen ex delictis in solidum conuenitur: l. sed si ex parte. §. 1. ff. quod cum eo. & l. si rerum amotarum. ff. de re iudicata. tradit late Boerius. q. 349. num. 8. qui regulam illam: qui non habet in aere leuat in corpore. probat seruari tantum in multa fiscali. verum cum haec quaestio proximis diebus esset in his regnis frequentissima, pragmatica Regis inuictissimi Caroli Caesaris sanctione constitutum est, vt damnatus criminis causa ad pecuniae solutionem pro damno accusatori illato, & pro vera damni restitutione, possit bonis cedere, eoque beneficio, cessionis inquam a carceribus publicis liberari, ac si ea pecunia ex contractu & ciuili obligatione deberetur, quod ita decretum est Pintiae anno. M. D. tricesimo octauo. & iterum Arandae anno. M. quingentesimo quadragesimo septimo. idem pronunciatum

fuit apud Gallos in Parisiensi conueto anno. M. D. tricesimo primo, teste Ioanne Rupellano Forensium institutionum lib. 4. cap. 6. nec omnino decretum istud veterum Iurisperitorum responsis obuiat, siquidem pecuniaria multa, aut poena, quae olim etiam priuato applicabatur, simul & vindictam publicam complectebatur, & damnum sarciebat priuatum. l. vlt. ff. de in ius vocand. dict. l. si quis id quod. & l. vlti. C. de sepult. viol. semper enim simplum inerat quadruplo, vt probatur in l. hoc edicto. §. vlti. ff. de publica. & vlti. Bald. in ca. 1. §. si duo. de pace tenen. & eius violat. Bart. in l. ab his. C. de nauicul. lib. 10. Ias. in §. sic itaq; 2. col. de actioni. Bart. & alij in dict. §. vlt. poena vero, quae nunc applicatur priuato laeso, non est vindictae loco sed respectu damni dati. & ideo in poena pecuniaria, quae hodie vel fisco vel priuato datur vindictae loco, & publicae vltionis vim habet, cessione admittenda non est: sed ea ob inopiam in corporalem mutatur. at ea poena, quae priuato addicitur damni illati loco, non est in corporalem mutanda. imo cessione bonorum propter inopiam admittenda erit. quod expressim tenent Ioan. And. & Abb. in d. c. Odoardus. 2. col. Boerius in dic. q. 349. & Rupellanus in d. c. 6. atq; in hunc sensum poterit etiam accipi text. insignis in dict. ca. finem litibus. cum illius constitutionis poena partim vindictam publicam calumnantis respiciat: quantum de expensis alteri soluenda distrahetur, siquidem non omnino certum inibi est, alterius priuati laesionem parum esse expensarum illarum condemnationi, forsitan enim eas aduersarius fecisset absq; calumniatoris malitia. Plerumq; tamen Regiarum curiarum iudices. non obstante pragmatica constitutione: delinquentem inopem damnatum pecuniaria poena in satisfactionem priuatae laesionis: non admittunt ad cessionem bonorum, sed eum damnant. mittuntq; in publicas triemes, vt mercede publica ibidem remigis officio fungatur, donec ex mercedis pecunia damnum priuatum sarcatur.

Ceterum cum aduersus clericum ob a alienum agitur: clericus ipse debitor capi non potest, nec in carcerem mitti, vel in eo detineri, nec excommunicari si inopia adeo labore, vt non possit pecuniam debitam soluere. text. singul. in dict. ca. Odoardus. vbi iuramenti cautio ab eo exigitur de aere alieno soluendo cum ad pinguiorem fortunam deuenit. & licet glos. verb. recognoscent. & verb. ad pinguiorem velint praemittere & expressim opinentur Hostiæ, Ioan. And. & Henric. ibi clericum debitorem inopia & egestate laborantem teneri ad cessionem bonorum: iure verius est, ob clericorum priuilegium, quod decisio praedieta

Variarum Resolutionum

dicta in sinuat, non teneri clericum inopem cedere bonis, quemadmodum Abb. Imol. Anchar. & alij frequentius in dict. ca. Odoardus. scripsere: quibus ad stipulatur quod clericus non potest conveniri nisi quatenus facere possit, deductis necessarijs alimētis. glo. Bart. & alij in. l. miles. ff. de re iudicat. glo. in cap. studeat. 50. dist. quarum opinionem sequuntur Capella Tholos. & Aufre rius ibi decis. 24. Feli. in. c. cum ex officij. de præ scrip. col. 1. fatentur communem esse Iason. col. 3. & Ripa. num. 7. in dicta. l. miles. & Xuares in. l. 2. tit. de los gouiernos. 5. q. col. 4. & procedit, ne in opprobrium status ecclesiastici cogantur clerici mendicare. licet Matthes. notab. 61. Alberi. Paul. in dict. l. miles. contrarium iure verius esse cōten dant. propter quorum auctoritatem, & quia cōmunis sentētia difficilis est, ipse eam intelligerem in his, qui vel sacris ordinibus sunt insigniti, vel altari, aut ecclesiæ proprio ministerio seruiunt: non in his, qui tantum minoribus ordinibus decorantur, hi etenim quantum ad hoc priuilegiū pares mihi cēsentur laicis & secularibus. Simpliciter vero sequitur communem Ioan. Staphi. de literis Grat. & iust. Fol. 154. col. 2. idem Hierony. Gigas de pensionibus, quæstio. 35. qua in re aduertendum est in praxi, quod si clericus æ realieno grauatus habeat ecclesiasticum sacerdotium, aut beneficium, fueritq; ad solutionem conuentus: iudex nē ipse excommunicetur, reditus annuos illius beneficij adiudicabit creditoribus pro ratione quātitatis debite, dimissa ipsi clerico portione congrua ex eis, vnde valeat alimenta percipere. argumentum ex. in capitu. peruenit. de fideiuss. ita equidem fit in Roma. curia auctore Collectario in dict. cap. Odoardus. Rebuffo in auth. habita. C. nē filius pro patre. priuilegio. 112. & Auferio. d. Capella Tholos. 245. quo in loco falso citat Collectarium in capi. olim. in. 2. de restitutio. spoliat. cū ibi hoc minimē tetigerit. verum si clericus sit suspectus de fuga cum proprijs bonis, poterit à creditore capi, & tradi proprio iudici, detinendus sanē donec æs alienum soluat ex illis bonis, quæ fuit occultare conatus. Baptista de S. Seuerino in tracta. de debit. suspect. & fugit. q. 6. quintæ quæstionis principalis.

Sed & quo ad decisionem cap. Odoardus. simili ter opinor, esse eam constitutionem intelligendam in his clericis, qui ecclesiæ ministrant, nō in alijs: nisi & hi sint in sacris constituti. Nec aliter ea decretalis in foro admittenda est, ob multitudinem eorum, qui temerē sine aliquo delectu, vt vitijs & criminibus liberius vacent, primis & minoribus ordinibus solent, maxima profectō prælatorum incuria, insigniri. idem de Scholasticis

arbitror: tamen si Rebuffus in dict. auth. habita. priu. 112. scribat, eos etiam si clerici non sint, habere priuilegium, nē conueniantur, nisi quatenus facere possint, quod nūquam memini me vidisse à iudicib⁹ Salmaticēsis Academiæ seruatū fuisse.

Quoties verò in Romana curia cōmissio petitur secundum cap. Odoardus. constitutionem, in signatura apponitur clausula ista, consulto summarie de paupertate prout de iure, teste Ioā. Staphilæo dict. libro de literis grat. & iust. Folio. 156. Non tamen potest opponi exceptio ex capitul. Odoardus. vbi quis tribus sententijs cōformibus fuerit soluere damnatus, vt scribit Ludouicus Gometius in compēdio vtriusq; signaturæ. col. vlti. dicens ita Romæ in prætorio Rotæ pronunciatū fuisse. idem esse censet vbi æs alienum soluere iurauerit: nam præcisē cogitur soluere, nec iuuatur dictæ constitutionis beneficio, vnde si quis consentiat constitutioni pensionis iuramento præstito, & præmissa obligatione in forma Cameræ: non poterit vti beneficio & priuilegio prædicto sicuti idem Gomeci. tradit: à quo ipse dissentio existimās, eum, qui vel soluere iurauerit, vel tribus sententijs damnatus fuerit posse aduersus executionē opponere, & obijcere se inopem clericū esse nec posse excōicari, aut in vinculis detineri pro æris alieni solutione, præstita iuramēti cautione, qua promittat soluere cū ad fortunam pinguiorē deuenierit: non enim video iustā aliquam rationem ex qua vel tres sententiæ, vel iuramentum hoc priuilegium clericis ob statum ecclesiasticum concessum omninō tollatur: illud etenim quod de pēnsione dictum est facillimē excluditur cū ex ipsius beneficij ecclesiastici redditibus ea solui possit: illud fortasse obtinebit is, qui ad pensionem agit, vt non obstante inopia eius qui pensioni consensit, beneficio priuetur ex eo, quod non soluerit pēnsionem ex redditibus, quos percepit, cū huic pœnæ seipsum tempore consensus submiserit, quod idē Gomeci. fatetur in regu. de annali poss. q. 53. ex his etiā deducitur qualiter sic accipiēdum id, quod solet in cōmissionibus Romanorū Pontificū adscribi, cū agitur ad iniquā pensionē rescindendam, extinguendam, aut moderandam, nam vt iudex in ea causa procedat soluta durāte lite pensione: & nē interim eius solutio omittatur: apponitur clausula, absq; retardatione solutionis pēnsionis, quod idem Ioā. Staphilæ. refert de literis grat. & iustit. Fol. 153. Ludouic. Gomeci. dict. tracta. vtriusq; signaturæ. Fol. pen. & seq. & Hierony. Gigas. de pēnsionib. q. 35. igitur lite pendēte non cessat solutio pēnsionis: & tamē conuētus ad eius solutionē nihilominus poterit inopia grauatus vti priuilegio, quod clericis iure con-

concessum est per constitutionem capi. Odoardus. Sic sanè ibidem clericus nõ celsit bonis, sed ab excõicatione soluitur, quia præ eius inopia nõ poterat præcisè compelli ad solutionem æris alieni, quo verè adstringebatur,

10 Frequenter hoc in eodè tractatu dubitari solet, an cadauer debitoris diuitis, vel inopis possit ad petitionem creditorum insepultum detineri, vt pignus quoddam: donec æs alienum integrè soluat. Et illud creberrimo omnium consensu expeditum est, non esse impediendam sepulturam, nec denegandam debitoris cadaueri, siue is pauper siue diues sit. argumento text. in auth. vt de functi seu funera eorum. Pulcher text. in. l. cum sit iniustum. C. de sepult. violat. quo in loco passim interpretes hoc commemorant: & Ripa de peste. cap. de præseruatiuis remedijs. num. 101. Regia. l. 13. titu. 6. partit. 7. & l. vlti. tit. 13. part. 1. Nicolaus Boerius decisioe. 287. in nõ creditoris appellatio, nè cadauer debitoris sepeliatur, recipienda non est, cum res ista celerem expeditionem exigat, nec vlla optima ratione dilationem admittat. glo. quam Doct. inibi probat in ca. ex parte. in. 1. de sepultu. Specula. tit. de appellatiõ. §. in quibus. versi. o. 8. auo. Regia. l. 11. tit. 16. lib. 3. ordin. optimus text. in. l. vlti. ff. de appellati. recipi. in. l. sunt personæ. l. si quis sepulchrum. l. nè corpora. ff. de relig. & sumpti. funer. etiam si debitum sit omninõ liquidum: secundum Panormit. in dict. cap. ex parte contra glo. in. c. ei qui. §. si quis autè auus. verb. defuncti. 2. q. 6. quod manifestius apparebit ex sequentibus. sunt etenim, qui existimant, cadauer debitoris posse, creditore hoc petente, detineri insepultum donec æs alienum solvatur, quod ex obligatione Guarentigia defunctus soluere tenebatur, & id huius obligatiõis viribus tribuendum esse censent Angelus in dict. auth. vt defuncti seu funera eorum. in princ. col. 1. Hippo. in. l. vlti. num. 64. ff. de quæstionib. Segura in. l. si ex legati causa. num. 73. ff. de verb. obligatio. quorum opinionem falsam profectõ esse arbitrator, inhumanam quidem: à Christiana charitate alienam: nec adhuc barbaris moribus conuenientem, atq; ob id à pluribus improbatam fuisse constat: præsertim à Felino in cap. sicut Iudæi. 1. col. de iudæis. Guillelmo Benedicto in cap. Rainuntius. de testamen. verbo, mortuo itaq; testatore. nume. 56. Hippo. singul. 199. Roderico Xuares in rep. l. post rein. ff. de re iudic. 6. ampliatione ad. l. Regiam. Thoma Granmatico decis. 82. impium enim esset apud ethnicos: nedum apud Christianos, cadauer inopis debitoris insepultum detineri ex ea causa quod æs alienum minimè solvatur. Ratio siquidem naturalis, diuina & humana iura

nequaquam patiuntur defunctorum cadaueribus sepulturam negari: nisi id fiat ob aliquã causam, quæ Reipublicæ commodum spectet. Ecclesiastici capit. 7. scriptum est. Mortuo non prohibeas gratiã, id est gratis sepulturam exhibe. capi. in ecclesiastico. 13. q. 2. capi. qui diuina ea. caus. & q. Genesis capit. 23. Abraham dicit. Aduena sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscu: vt sepeliam in mortuum meum. Respõderunt filij Heth dicentes. Audi nõs domine princeps dei es apud nos, in electis sepulchris nostris sepeli in mortuum tuum: nullusq; te prohibere poterit: quin in monumẽto eius sepelis mortuum tuum. Tobit. cap. 1. 2. & 12. laudatur Tobias quod plus timens Deum quàm regem rapiebat corpora occisorum & occultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea. Nam secundũ naturã iustum est, etiam si nulla inter se societas, aut pactio sit, corpora defunctorum sepulturæ tradere, sicuti Antigone apud Sophoclem dicere videtur cum iultũ natura docente esse asserat Polynicẽ sepulchro condere. meminit & Aristoteles lib. 1. rhet. ad Theodecten ca. 10. de iniuria iureque factis. quin & Simonides poeta cum ad littus nauẽ appulisset, inhumatum corpus iacens sepulturæ mandauit, & idẽ aduonitus diuinitus nè proximo die nauigaret periculum naufragij euasit. teste Valerio Maximo lib. 1. capit. de somnijs. qui & lib. 5. capitu. 1. miris laudibus Hannibalem extollit: q; Aemilij Pauli, Tiberij Gracchi, Marcij Marcelli cadauera, & si hi hostes essent, honorifice sepelierit. Antiquissimum quidem sepulturæ genus Ciceroni lib. 2. de legibus illud visum est, quo apud Xenophontem Cyrus vtitur. redditur enim terræ corpus & ita locatum ac situm quasi operimento matris obducitur: eodemq; ritu scribit Regem Romanorum Nuinam conditũ: gentemq; Corneliam ad eam ætatem hac sepultura usam fuisse. Sic & Ioannes Stobæus sermone. 120. de sepulturis agens ipsius hac de re. Xenophõtis in idem lib. 1. de ciuit. Dei. cap. 13. Nec ideo, inquit, contemnenda & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximeq; iustorum, atq; fidelium: quibus tanquàm organis, & vasis ad omnia bona opera Sãctus vsus est spiritus. Si enim paterna vestis, & anulus, ac si quid huiusmodi tãto charius est posteris, quantõ erga parentes maior exitit effectus, nõlo modo ipsa spernenda sunt corpora, quæ vtiq; multõ familiaris, atq; coniunctius quàm quælibet indumenta gestamus. Hactenus Augustinus: qui etiam scribit, laudabiliter in euãgelio commemorari eos, qui corpus Iesu de cruce acceptum honorificè tegendum, sepeliendum

que

Variarum Resolutionum

q; curarunt aliquot præter hæc de sepultura de-
q; sepeliendi pietate tradit idem Augustinus. c.
12. Stobæus dicto sermone. 120. Cicero lib. primo
Tusculanarum. Guilielmus Benedict. dict. verb.
mortuo itaq; nu. 50. quibus accedit quod de Ci-
mone Atheniensi Valerius Maximus refert, lib.
5. cap. 4. Cimon inquam cum pater eius Milcia-
des ob crimen peculatus damnatus in carcere
diem obiisset, nec per leges liceret fun⁹ efferre, ni-
si pensitata pecunia: & ipse non esset soluendo,
translatis in se vinculis, patrem ad sepulturam re-
demit, meminit huius pietatis in patrem alia de
sepulturis scribens Patricius lib. 5. de institutione
reipu. tit. 10. Huc pertinet quod ecclesiastici cap.
38. admonetur, in mortuū produc lachrymas &
quasi dira incipe ploare, & secundum iudicium
cōtege corpus illius: & non despicias sepulturam
illius. Quin & hostium corpora maximo cum
honore sepelienda sunt. nam &. 2. Reg. c. 2. inquit
David, vos benedicti à domino, qui fecistis mise-
ricordiam hanc cum domino vestro Saul & sepe-
listis eum. Et Gesar Pompeii caput sibi oblatum
plurimis, & pretiosissimis odoribus cremandum
curauit teste Valerio Maximo lib. 5. capit. 1. §. de
Cneo Pompeio. his similitima tradit Chassanæ. in
Gloriæ mundi catalogo. 2. part. considerat. 5. Vo-
laterranus lib. 31. ad finem. Alexander ab Alexan-
dro dierum Gentilium lib. 6. capit. 14. Ex quibus
apparet hostibus & inimicis religiose sepulturā
esse exhibendam, & ideo iniquum creditor po-
stulat, dum contendit debitoris cadauer sepelien-
dum non esse; donec sibi debitæ pecuniæ solutio
fiat.

Hinc & alia suboritur quæstio an liceat, ius-
tum ve sit in republica bene instituta, & potissi-
mum Christi religiōe imbuta ultimo affectis ob
crimina suplicio, sepulturam negari? quandoq;
etenim eorum cadauera insepulta diu publico
spectaculo manent in ipsis suspensa patibulis. cō-
stat sanè cuiusq; datur sacramentum pœnitentia-
e, concedendam esse sepulturam. text. in capit.
quæsitum. 13. q. 2. sacramentum verò pœnitentiæ
nequaquam negari potest ultimo damnatis sup-
plicio, si hi verè pœniteant, etiam si atrocissima
perpetrauerint crimina. capi. 2. de furtis. c. super
eo. de hæret. in. 6. text. insignis Clement. 1. de pœ-
nit. & remiss. vbi glo. idem esse censet de sacramē-
to eucharistiæ, quod probatur in dict. cap. 2. & in
dict. cap. super eo. etiam tempore interdicti secū-
dum Calder. de eccles. interdict. Fol. 11. colū. 4. &
Sylu. verb. interdictū. 5. q. 7. vsu tñ obtentū est nè
his, qui proximè sunt pœna mortis puniendi eu-
charistiæ sacramentum detur. Sicut nec eis iure
datur extrema vnctio: cum ea tantum sit exhibē

da his, qui corporis ægritudine laborant, & ob
eam in mortis periculo sūt constituti, quemad-
modum in specie docent Thomas in. 4. sent. dist.
23. q. 2. art. 2. Palud. ibi. q. 3. Sykuester verb. vnctio
q. 5. Io. Andr. Dom. & Francus in dict. capi. super
eo. sic eius decisionē interpretantes, q; si verū est, vt
iure satis probat, his nō posse negari factū pœni-
tentie, apertè colligitur, nec sepulturā iustè posse
eis negari: cum hæc duo pariter cōcedantur. Imò
nec posse consuetudinem induci, vt damnatis vl-
timo supplicio denegetur ecclesiastica sepultura
nec ea iudices punitorum cadauera hoc sepul-
tæ beneficio priuantes à peccato immunes esse,
conantur probare Petrus à Rauenna in tract. va-
lete. cū perpetuo silētio. Fol. 10. col. 1. hoc ipsum
deducens ex text. in dict. Clemē. 1. assumpta præ-
missa argumentatione, cui & Rochus accedit in
relectione de consuetudine. Fol. 12. col. 3. idem seu-
sit Abb. in cap. ex parte. in. 1. de sepult. & Syuest.
verb. sepultura. q. 10. ego vero non audeam mor-
taliscriminis culpa notare iudices, qui perpan-
sa delicti, loci, & temporis conditione optimo in
republicam zelo: corpora damnatorum vl-
timo supplicio: vel ad tempus, vel in perpetuum
ad exemplum in loco publico suspēsa & insepul-
ta dimittunt, quod video: Maiorem asseuerare
in. 4. senten. dist. 45. q. 4. quo in loco iudices ali-
quot ex causis excusat, caute tamen hi, qui pu-
blicis magistratibus funguntur vt debent hoc
rigore, & præsertim vbi lex nihil hac in specie san-
xit. Nam in. l. capitaliū. §. famosos. ff. de ponis. à
Iurisconsulto scriptum est, famosos latrones in
his locis, vbi grassati sunt, furca figendos esse, vt
& conspecta deterreantur alij ab iisdem facinori-
bus. Sic & Vlpianus in. l. 1. ff. de cadauerib. pu-
nit, corpora, inquit, eorum qui capite damnātur,
cognatis ipsorum neganda non sunt. & id obser-
uasse se etiam diuus Augustus libro decimo de
vita sua scribit. Hodie autem eorum, in quos ani-
maduertitur, corpora nō aliter sepeliuntur, quā
si fuerit petitum & permissum, & non nunquam
non permittitur, maxime maiestatis causa dam-
natorum. Eorum quoq; corpora, qui exurendi
damnantur, peti possunt, scilicet vt ossa & cine-
res collecta sepulturæ tradi possint. Hactenus Vlpianus.
Eadem rubrica Paulus scribit: corpora
damnatorum quibuslibet parentibus ad sepul-
tam danda esse. quibus satis probatur, non esse
regulariter corpora deneganda vt sepulturæ tra-
dantur, requiritamen iudicis permissionem, &
quandoq; ob criminis grauitatem in exemplum
oportere, vt insepulta maneat. hinc expendi
poterit quod idem iurisconsultus scribit in. l. pe-
ff. de cadaue. punit. missum in exilium ab aliqua
ciuitate,

ciuitate, non posse absq; principis licentia in eã
ciuitatem mortuum duci ad sepulturam: quod
sõmmẽdant Bart. ibi Anchar. in Cle. 1. de pœnit.
& remif. & Ial. in l. 2. col. 2. C. qui testam. fac. pos.
Rauẽna. in Alphabeto aureo ad finem, ante alle-
gationem consuetudinis, optimus tex. in capi. ex
parte, in 3. de sepult. & in cap. is cui. de sent. excõ.
in 6. Idem notat Jo. Saphilæus de literis gratiæ
& iust. Folio. 191. & id adeo verum est, vt non tan-
tum corpus sed nec eius ossa nec cineres possint
in eum locum, à quo fuerit relegatus adduci. cum
in dicta. l. 1. idem de ossibus & cineribus, quod de
corpõibus damnatorum, sit statutum, tametsi
Anastias in cap. 2. de furt. & Hippol. in l. vlti. nu.
58. ff. de quæstio. existimauerint, posse ossa, vel ci-
neres inconsulto, principis in eum locũ duci. quo-
rum opinio, magis est benigna quàm vera, vt af-
serit Gualdensis de arte testandi. titu. de sepultu.
cautel. 3. eadem sanè ratione manifestus vsurarius
non est ecclesiasticæ sepulturæ tradendus, donec
hæredes eius vsuras restituerint, etiam si is eas re-
stitui iusserit, quæadmodum est decisum in capi.
quæquam. de vsur. in 6. item si monachus aduer-
sus paupertatis professionem aliquot bona oc-
cultè mortis tempore habuerit, eius corpus cum
ipsis rebus est extra ecclesiam in sterquilinio se-
peliendum. tex. in cap. cum ad monasterium. de
stat. reg. §. 1. è diuo Gregorio, dialogorum libr. 4.
cap. 55. inde etiam fit, quod licet reo delato ante
sententiam vel eius executionem mortuo, eius
corpori nulla sit inferenda pœna, nec iniuria irro-
ganda. Angel. in lege. de functo. ff. de publi. iudi.
Alex. & Ialon in l. 2. C. qui testam. face. poss. quã-
doq; tamen ob criminis immanitatem, corpora
ipsa suspenduntur, vel exuruntur, aut ipsius de-
linquẽtis imago, secundum Imolam in dicta. de-
functo. & optime Gonsal. à Villadiego de hære-
si. q. 22. num. 4. optimus tex. in ca. mulier. 15. q. 1.
& in cap. accusatus. §. pe. de heret. in 6. l. vlt. ff. ad
l. lulianam est. de quibus alibi latius tractabitur, il-
lud profectò non est præmittendum quod se-
ipsum occidens in ecclesia sepeliendus non est. ca.
placuit. 23. q. 5. quem text. singularem esset censet
Roma. singula. 264. quanuis priuatim liceat pro
eo orare: liceat inquam ei, qui credit in vltimo vi-
tæ spiritu criminis dolorem, & contritionem pœ-
nitentia ductum habuisse: sicuti Palud. explicat
in 4. sent. dist. 20. q. 2. col. 1. & Marti. Azpilcueta
in cap. 1. de pœnit. dist. 7. vel si forsan coniecturis
aliquot præsumi queat, eum furore aut mentis
alienatione seipsum occidisse: nam & tunc eccle-
siasticæ sepulturæ is traditur secundum Ioan. Gal-
lum. q. parlament. 127. his accedit quod repertus
mortuus in puteo non est priuadus ecclesiastica

sepultura: quia non præsumitur seipsum præcipi-
tè dedisse: quod in hac specie notat Socin. Iunior
cõf. 51. lib. 1. Igitur sepultura ecclesiastica negatur
seipsum occidenti ob delicti atrocem culpam,
quam ex pluribus detestatur præter alios Andr.
Alciat. libr. 6. parerg. capit. 27. omnium latissime
Andr. Tiraquel. de nobilitat. capi. 31. num. 475. &
520. veterum ipse etiam memini libr. 1. huius ope-
ris. cap. 2. Sed & apud Egespium. lib. 3. de excidio
Hierosolymitano cap. 17. Iosephus dux quidam
Iudæorũ asserit, legibus prohibitam esse sepultu-
ram iustissima ratione ijs, qui seiplos occiderint.
idq; idẽ Iosephus scribit libr. 3. de bello Iud. ca. 25.
legibus sanè Romanorum seipsum occidens non
patitur bonorum publicationem, nec ea fisco ad-
dicuntur, nisi seipsum occiderit conscientia cri-
minis ea publicatione digni: nempe accusatus de
crimine ex quo bona erant publicanda: ex eo et-
enim quod seipsum occidit, crimen illud fateri
cõfetur. & idẽ locus est pœnæ legali. l. 3. §. 1. ff. de
bonis eorum, qui ante sentent. sibi mort. confci.
tradunt Alberi. in eiusdem tituli rubrica. Corne.
consilio. 195. lib. 2. Deci. consil. 738. Paul. Parisien.
consil. 155. lib. 4. Doct. in dicta. l. 2. C. qui testamen-
t. facer. poss. l. 24. titu. 1. part. 7. Ioann. Igneus in l. 1.
§. si sibi manus. ff. ad Sillani. nu. 16. optimus text.
in l. omne delictum. §. si se vulnerauerit. ff. de ré-
milita. Hodie verò iure nouiori Regio si quis vel
conscientia criminis, aut tædio vitæ aliave ex cau-
sa seipsum occiderit, eius bona fisco vendicantur,
nisi & is liberos habuerit hæredes. Regia. l. 9. ti-
tul. 13. libro. 8. ordina. quæ forsan est intelligenda
iuxta distinctionem iuris communis & legis Par-
titarum, vt quidam opinantur, loquitur enim in
distingtione, & generaliter statuens, quod occidens
seipsum amittat propria bona, & ea nisi liberos
hæredes habuerit fisco adiudicentur. qua in re co-
gitandum est.

Scribit & ad ea, quæ diximus de insepultis ani-
maduerforum cadaueribus Valerius Maximus
lib. 6. cap. 3. cadauera Tiberij & Caij Gracchorũ,
qui & si summa ac amplissima nobilitate clarui-
sent, quia statum reipublicæ conati erant conuel-
lere, insepulta iacuisse, ac defuisse supremum hu-
manæ cõditionis honorem filijs Gracchi & Afri-
cani nepotibus.

Ex capite sequenti.

- 1 *Examinatur intellectus. l. vlt. ff. de vsufructu legato.*
- 2 *Vsufructuarius quartæ, vel quintæ partis bonorum*

Variarum Resolutionum

- norum non tenetur ad æris alieni solutionem. & inibi perpenditur Regia. l. 21. Tauri.*
- 3 *Legatum tertie vel quarta partis bonorum mobilium, & immobilium particulare censetur, ac si certa res legata fuerit.*
 - 4 *Vsufructuaris omnium bonorum non tenetur ad æris alieni solutionem.*
 - 5 *Legatum vsufuctus omnium bonorum, hærede instituto: post obitum vsufuctuarij validum est: & inibi qualiter sit intelligendum.*
 - 6 *Hæres institutus, licet teneatur (dato vsufuctuario omnium bonorum) debita soluere: id tamen onus expeditur ex bonis, quorum vsufuctus alteri est legatus.*
 - 7 *Quis teneatur soluere legata, vbi hæres quidã instituitur: alteri legato vsufuctu omnium bonorum.*

De vsufuctuario: an & is teneatur soluere defuncti debita? Caput. I I.



Mltum interest, inquit Venuleius, vtrum bonorũ quis, an rerum tertie partis vsu fructũ legauerit. Nã si bonorũ vsufuctus legabitur, & æs alienum ex bonis deducetur: & quod in actionibus erit computabitur. At si certarum rerum vsufuctus legatus erit non idem obseruabitur. l. vlti. ff. de vsufr. legat. quo in loco Barto. satis eruditè tractat: an vsufuctuarius ex testamento, aliave vltima voluntate æs alienum soluere teneatur, nec enini idem est legatarium vsufuctus, posse conueniri pro ea parte, qua legatum habet ad debitæ pecuniæ solutionem: & legatũ ipsum minui propter æs alienum: siquidem hæc maximo discrimine distinguuntur, quod manifestum est, & ideo quæstio ista non modicam vtilitatem affert: quæ tandem ex sequentibus adsertionibus compendio quodam ad praxim & Theoriã deducetur.

- ¶ **Prima cõclusio.** Vsufuctuarius rerum certarum: minimè tenetur ad onus æris alieni soluendi. Hæc probatur posteriori parte dicti. l. vlti. vbi Bart. & alij text. ad idem in. l. i. §. si hæres. ff. ad Tertullia. Areti. consi. 116. & est communis, ac frequentissima omnium sententia.

Secũpa cõclusio. Vsufuctuarius tertie, quartæ, vel quintæ partis hæreditatis: tenet ad æris alieni p ea parte solutionem. Hoc adnotauit Bar. in dicti. l. vlti. ex priori eius parte: cui consentire videntur ferè oēs, qui dubitationem hæc discutere conant: quibus suffragatur tex. in. l. si quis seruũ. §. vlt. ff. de leg. 2: addit Bart. extincto vsufuctu possessor vsufuctuariũ, vel eius hæredem consolidationis tẽpore, deducere ex ea parte hæreditatis æs alienũ: quod illius partis rone ipse vsufuctuarius soluit. idem Bart. sequutus scribit Guiliel. Benedict. in. c. Rainuti. de testam. verb. & cætera bona. nu. 43. adducit ad hoc Bar. tex. in. l. q si possessor. ff. de pet. heredit. quo expressum est, hæreditatis bonæ fidei possessorem, qui ipsius hæreditatis æs alienũ soluit, eucta sibi hæreditate, iure optimo retinere pecuniã in eam cãm solutã. imò idem erit si bona fide legata indebita soluerit: sicuti inibi à Iuriconsulto traditur: cuius decisionem explicat Socinus Iunior cõf. 150. libr. 1. mihi pfecto quod Bart. addit huic secũdæ cõclusioni dubiũ videt: nec oino colligitur ex dicti. l. quod si possessor. cum in ea specie bonæ fidei possessor cum fructibus ab hæreditate percepti cõpenset pecuniã hæreditatis titulo solutã: ac demum fructibus non perceptis: retentione vtatur: at in vsufuctuario diuersa est ratio: quippe qui fructus integros inter vsufuctus ex hæreditate percipiat: & horum ratione æs alienum soluere teneatur: habet nihilominus opinio Bartoli tanta viri autoritate æquitati proximam.

Tertia conclusio. Vsufuctuarius quartæ, vel quintæ partis bonorum: non potest conueniri: nec aduersus eum agi ad æris solutionem. Nam bona dicuntur ære alieno deducto. l. sub signatũ. §. bona. ff. de verborum signification. & ea ratione: cum ipse habeat vsufuctuum eorum bonorum, quæ deducto ære alieno supersunt, nullo iusto titulo æs alienum soluere tenebitur: probatur deinde hæc ipsa conclusio in dicti. l. vltima. & in dicti. l. si quis seruũ. §. vltimo. optimus textus in. l. generali. §. finali. ff. de vsufu. legat. atq; ita Barto. in dicta. l. vltima. & in dicta. l. si quis seruũ. §. vltim. hoc ipsum asserit: & id ferè omnium calculo receptum est. verum ex iure Regio adduci in contrarium solet Taurina constitutio vicefima prima, qua sancitum est, ad tertiam, & quintã bonorum partes, quibus melioratio alicui ex liberis instituitur, pertinere æris alieni solutionem pro eiusdem partibus: ipsumq; melioratum ea tenus in iudicium vocari posse. vnde Ioã. Lupi alij que interpretes existimant iure Regio non esse quo ad æris alieni solutionem, & quo ad debita soluenda differentiam, an fuerit legata tertia bonorum pars, an ipsius hæreditatis: imò tolli discrimen

mèn illud: quod inducitur à Iurifconsulto in dic. l. si quis seruum. §. vltimo. Ego vero præmittendum esse cenſeo, mentionem tertiar, & quintar bonorum partium, prælegatum eſſe, non institutionem. argumento ex. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de legatis primo. l. quoties. C. familiar herciſ. l. vicetiſima prima. ibi como ſi fueſſen heredes. & l. vicetiſima quarta Tauri: adiuncta deciſione auth. ex cauſa. C. de libe. præte. ſic ſanè in ſpecie reſponderunt Montaluus, & Xuares in. l. nona. tit. quinto. lib. tertio. Fori. quæſtiõe ſeptima. & Segura in. l. 3. §. vltimo. ff. de liber. & poſthum. numero. 100. & apparet ex ipſius dictionis ſignificatione: cum meliorare hoc in tractatu prælegare verè ſignificet. hac igitur ratione: licet conſtitutio vicetiſima prima Tauri facta non eſſet, æs alienum apparens tempore diuiſionis bonorum deducendum eſt ex hæreditatis cumulo: ac demum quinta: & tertia bonorum partes è reliquis bonis: æs autem alienum poſt hanc diuiſionem emergens ab hærede petitur: vel petendum eſt: hæres verò pro quinta, & tertia partibus à filio meliorato id demum conſequitur, hoc etenim conſonum eſt iis, quæ ex Iurifconsulto adnotantur in dicta. l. si quis seruum. §. vltimo. Regia conſtitutio tria expreſſim explicat. Primum, æs alienum apparens tempore diuiſionis, deducendum eſſe ex tertia, & quinta partibus bonorum ſimul & ex alijs: quod parum refert: cum idem ſit deducto ære alieno à tota hæreditate: è reliquis bonis quintam, tertiam partes adſumi: & ideo frequentius ex hæreditate, primum debita: ac deinde his deductis, quinta & tertia bonorum partes deducuntur. Secundum ab eadem conſtitutione colligitur, meliorari in quinta, & tertia bonorum partibus vocari poſſe omiſſo hærede in iudiciũ, vt ſoluat debitum poſt diuiſionem emergens, pro eiſdem partibus. Sed & hoc quantum ad effectũ attinet non multum differt à veteriſuris Romanorum legibus: ex quibus hæres debitum iſtud ſoluere tenebatur, iſque conteniendus erat, non legatarius: tamenſi ab eo hæres conſequi poterat pro parte legati: quod cauſa æris alieni ſolutum fueſſet. Tertio eadem Regia cõlſtitutio idem eſſe cenſet, ſi melioratio fuerit in re certa, vel certis rebus facta. Et tamen expeditum eſt iure Cæſareo legatarium certarum rerum liberum omninò eſſe ab æris alieni ſolutione. Quam ob rem vbi res ipſæ, in quibus ſpeciatim fuerit melioratio inſtituta, non excedunt quintam, & tertiam bonorũ partes ære etiam alieno deducto: non eſt cur tractemus, an ipſe melioratus poſſit ad debitorum ſolutionem conueniri: onus etenim iſtud ad hæredem pertinet. Sed ſi res prædictæ, ære alieno à

bonis omnibus deducto: excedunt tertiam, & quintam bonorum partem: vel id, quod iure poterat prælegari: ipſius prælegati, ſeu meliorationis diminutio fit: & pro ea parte, quæ diminutione tollitur ab hærede conuenitur legatarius: hæres autem à creditoribus, qui nullam iure veteri aduerſus legatarium actionem habent: Regia tamen lege melioratum ipſum in iudicio conuenire valèr ad eam partem, quæ ex re meliorata propter æs alienum deducitur: aut quæ ob eandem cauſam à melioratione tollitur. Sic ſanè Regia cõſtitutio à iure Romanorum diſtinguitur: & plane procedit in filijs, libertiſve, quibus meliorationis titulo prælegatum factum fuerit, ob peculiareſ rationes, quæ ipſos ſimiles inſtitutis hæredibus plerunque efficiunt. Non ita idem erit in alijs tertiar, quartar, vel quintar partium bonorum legatarijs: aut quibus certæ res fuerint à teſtatore legatæ: in quibus opinor illæſum manere ius Cæſareum, quod commune paſſim appellamus.

Quarta conſuſio: legatum quartæ, vel quintæ partis bonorum mobilium, & immobilium: particulare cenſetur, ac ſi certarum rerum pars quarta legata fueſſet. Et idem erit, vbi legatur vſusfructus tertiar, vel quartæ partis bonorum mobilium, & immobilium. Nam circa ſolutionem debitorum, & onus æris alieni iſthæc paria ſunt: & ex prima huius capituli conſuſione deciduntur. Nec hoc legatum verè dici poteſt certæ partis bonorum: quia iura, & actiones in eo non continentur cum ex eis conſtituatur tertia bonorum ſpecies diſtincta à mobilibus, & immobilibus. l. mouentium. & ibi Bartol. ff. de verborum ſignificatione. tradunt latè Iaſon in. l. à Diuo Pio. §. in venditione. quarto notabili. ff. de re iudica. idem in. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ad ſinem. ff. de verborum obligationib. idem Iaſon conſilio ſexageſimo quinto. quarto dubio. & conſilio centeſimo nonageſimo quarto, libro primo. Dec. cõſilio ſexcenteſimo quinquageſimo tertio. & conſilio quadringenteſimo decimo quarto. latiùs Andreas Tiraquellus in. l. ſi vnquam. C. de reuocanda donation. verb. bona. numero ſeptimo. quo fit, vt vſusfructuarius tertiar, vel quartæ partis bonorum mobilium, & immobilium: ac ſi eſſet certarum rerum minimè teneatur ad onus æris alieni ſoluendi: quod mihi videtur ab omnibus receptum eſſe, & præfertim à Barto. in dicta. l. vltima. & in dicta. l. si quis seruum. §. finali. Decio conſilio ducenteſimo triceſimo ſeptimo. & cõſilio trecenteſimo octuageſimo ſeptimo. Gualdenſi, de arte teſtandi titul. de legatis, cautela quadrageſima ſecunda. hæres etenim ex reliquis bonis ad hoc onus tenebitur: tamenſi in legato partis bo-

norm simpliciter relicto, deductio sit æris alieni prius, quàm ea pars distingatur: atque ipse hæres à creditoribus conuenitur: sicuti Paul. Castreñsis in specie adnotauit in dicta. l. si quis seruum. §. vti. vbi ad lineam idem senserat Bar. & probatur ex his, quæ proxima conclusione attingimus.

Quinta conclusio, is cui legatur omnium bonorum vsusfructus, vel legatur omnia bona etiã titulo legati, tenebitur ad æs alienum testatoris nomine soluendum: quod expressim in legato vsusfructus omnium bonorum scribit Bartol. in dicta. l. vltim. cui suffragatur tex. in. l. vxori meę. 4. ff. de vsufruct. legat. vbi sub vsufructu omnium bonorum venit Calendarium: explicat Oldrad. consil. 24. i. gitor in vsufructuariu n omnium bonoru n transeunt actiones, vt aiunt actiua: & passiuæ. Sed inibi tantum probatur vsufructuario competere actiones ad exigendum ea, quæ testatori debentur: non autem aduersus eum creditoribus actiones dari: idque ex dictionis significatione apparet. ite n adducitur. l. nam quod. §. vlt. ff. ad Trebellia. qua probatur legatariu n omnium bonorum teneri ad solutionem æris alieni: quo fit vt licet in hoc, cui proprietas omnium bonorum legatur: fateamur obligationem soluendi debita in vsufructuario tamen omnium bonorum eam iure negandam fore censeamus: potissimum propter text. in dicta. l. vltima. ff. de vsufruct. legat. & in l. vsufructu. & ad legem Falcidiam. & in l. C. si certum petatur. l. secunda. C. de hæred. actionib: ex quibus hæc quinta conclusio Bartoli in vsufructuario etiam omnium bonorum falsa apparet: & ita eam reprobant Paul. Castrensis in. l. finali. §. si autem. C. de bonis qua. liber. idem in consilio. 294. numero secundo. lib. secundo. Alexand. in dicta. l. vsufructu. lason in. l. prima. colum. tertia. ff. ad Trebellia. Gualther. Benedic. in dicto capitu. Ramuntus. verb. & cætera. bona. numero. 43. quorum sententiam communem esse Bartol. reprobante asserunt expressim Alexand. in l. fili. §. si vultis. q. 2. l. 3. l. 4. l. 5. l. 6. l. 7. l. 8. l. 9. l. 10. l. 11. l. 12. l. 13. l. 14. l. 15. l. 16. l. 17. l. 18. l. 19. l. 20. l. 21. l. 22. l. 23. l. 24. l. 25. l. 26. l. 27. l. 28. l. 29. l. 30. l. 31. l. 32. l. 33. l. 34. l. 35. l. 36. l. 37. l. 38. l. 39. l. 40. l. 41. l. 42. l. 43. l. 44. l. 45. l. 46. l. 47. l. 48. l. 49. l. 50. l. 51. l. 52. l. 53. l. 54. l. 55. l. 56. l. 57. l. 58. l. 59. l. 60. l. 61. l. 62. l. 63. l. 64. l. 65. l. 66. l. 67. l. 68. l. 69. l. 70. l. 71. l. 72. l. 73. l. 74. l. 75. l. 76. l. 77. l. 78. l. 79. l. 80. l. 81. l. 82. l. 83. l. 84. l. 85. l. 86. l. 87. l. 88. l. 89. l. 90. l. 91. l. 92. l. 93. l. 94. l. 95. l. 96. l. 97. l. 98. l. 99. l. 100. l. 101. l. 102. l. 103. l. 104. l. 105. l. 106. l. 107. l. 108. l. 109. l. 110. l. 111. l. 112. l. 113. l. 114. l. 115. l. 116. l. 117. l. 118. l. 119. l. 120. l. 121. l. 122. l. 123. l. 124. l. 125. l. 126. l. 127. l. 128. l. 129. l. 130. l. 131. l. 132. l. 133. l. 134. l. 135. l. 136. l. 137. l. 138. l. 139. l. 140. l. 141. l. 142. l. 143. l. 144. l. 145. l. 146. l. 147. l. 148. l. 149. l. 150. l. 151. l. 152. l. 153. l. 154. l. 155. l. 156. l. 157. l. 158. l. 159. l. 160. l. 161. l. 162. l. 163. l. 164. l. 165. l. 166. l. 167. l. 168. l. 169. l. 170. l. 171. l. 172. l. 173. l. 174. l. 175. l. 176. l. 177. l. 178. l. 179. l. 180. l. 181. l. 182. l. 183. l. 184. l. 185. l. 186. l. 187. l. 188. l. 189. l. 190. l. 191. l. 192. l. 193. l. 194. l. 195. l. 196. l. 197. l. 198. l. 199. l. 200. l. 201. l. 202. l. 203. l. 204. l. 205. l. 206. l. 207. l. 208. l. 209. l. 210. l. 211. l. 212. l. 213. l. 214. l. 215. l. 216. l. 217. l. 218. l. 219. l. 220. l. 221. l. 222. l. 223. l. 224. l. 225. l. 226. l. 227. l. 228. l. 229. l. 230. l. 231. l. 232. l. 233. l. 234. l. 235. l. 236. l. 237. l. 238. l. 239. l. 240. l. 241. l. 242. l. 243. l. 244. l. 245. l. 246. l. 247. l. 248. l. 249. l. 250. l. 251. l. 252. l. 253. l. 254. l. 255. l. 256. l. 257. l. 258. l. 259. l. 260. l. 261. l. 262. l. 263. l. 264. l. 265. l. 266. l. 267. l. 268. l. 269. l. 270. l. 271. l. 272. l. 273. l. 274. l. 275. l. 276. l. 277. l. 278. l. 279. l. 280. l. 281. l. 282. l. 283. l. 284. l. 285. l. 286. l. 287. l. 288. l. 289. l. 290. l. 291. l. 292. l. 293. l. 294. l. 295. l. 296. l. 297. l. 298. l. 299. l. 300. l. 301. l. 302. l. 303. l. 304. l. 305. l. 306. l. 307. l. 308. l. 309. l. 310. l. 311. l. 312. l. 313. l. 314. l. 315. l. 316. l. 317. l. 318. l. 319. l. 320. l. 321. l. 322. l. 323. l. 324. l. 325. l. 326. l. 327. l. 328. l. 329. l. 330. l. 331. l. 332. l. 333. l. 334. l. 335. l. 336. l. 337. l. 338. l. 339. l. 340. l. 341. l. 342. l. 343. l. 344. l. 345. l. 346. l. 347. l. 348. l. 349. l. 350. l. 351. l. 352. l. 353. l. 354. l. 355. l. 356. l. 357. l. 358. l. 359. l. 360. l. 361. l. 362. l. 363. l. 364. l. 365. l. 366. l. 367. l. 368. l. 369. l. 370. l. 371. l. 372. l. 373. l. 374. l. 375. l. 376. l. 377. l. 378. l. 379. l. 380. l. 381. l. 382. l. 383. l. 384. l. 385. l. 386. l. 387. l. 388. l. 389. l. 390. l. 391. l. 392. l. 393. l. 394. l. 395. l. 396. l. 397. l. 398. l. 399. l. 400. l. 401. l. 402. l. 403. l. 404. l. 405. l. 406. l. 407. l. 408. l. 409. l. 410. l. 411. l. 412. l. 413. l. 414. l. 415. l. 416. l. 417. l. 418. l. 419. l. 420. l. 421. l. 422. l. 423. l. 424. l. 425. l. 426. l. 427. l. 428. l. 429. l. 430. l. 431. l. 432. l. 433. l. 434. l. 435. l. 436. l. 437. l. 438. l. 439. l. 440. l. 441. l. 442. l. 443. l. 444. l. 445. l. 446. l. 447. l. 448. l. 449. l. 450. l. 451. l. 452. l. 453. l. 454. l. 455. l. 456. l. 457. l. 458. l. 459. l. 460. l. 461. l. 462. l. 463. l. 464. l. 465. l. 466. l. 467. l. 468. l. 469. l. 470. l. 471. l. 472. l. 473. l. 474. l. 475. l. 476. l. 477. l. 478. l. 479. l. 480. l. 481. l. 482. l. 483. l. 484. l. 485. l. 486. l. 487. l. 488. l. 489. l. 490. l. 491. l. 492. l. 493. l. 494. l. 495. l. 496. l. 497. l. 498. l. 499. l. 500.

quod is nec teneatur: nec conueniri valeat ad æris alieni solutionem, pluribus rationibus probat Ioann. Gallus in. q. Parliamenti. 34. assuerans ita obtentum fuisse apud supremos Galliar. iudices. Cæterum Rogerius à Perusio Barto. sententiam cum esset Bononiar. iudex admittendam esse pronunciauit in ea specie, qua testator Titium vsufructuarius omnium bonorum reliquit, & post eiusdem obitum Caium hæredem instituit: nam tunc vsufructuarius tenetur ad æris alieni solutionem secundum Rogerium: à quo discessere Matthæillus notab. 4. & Socinus consilio. 13. libro priuo. colum. sexta. etiam in eo casu existimantes locum fore comuni omnium aduersum Bartolum adfertioni ob legem. quoniam. C. de heredi bus institue. Nam & si maximè fuerit contro uersum, an validum sit legatum hoc vsufructus: hærede instituto post obitum vsufructuarij, quæ admodum tradit Iaso. in. l. extraneum. C. de hæredib. instituend. in. r. quibusdam opinantibus: legatum hoc vsufructus non valere: cuius partis auctores fuere Dinus consilio tertio. Ioann. Andre. in Speculo, titulo. de pignori. §. vltimo. Alexand. in dicta. l. extraneum. colum. vltima. & in l. filius à patre. ff. de liber. & posthumi. iure tamen verius est legatum hoc validum esse. & statim institutum post vsufructuarij mortem; hæredem esse, adire posse; & transmittere tanquam pure institutum tempus enim mortis non est adiectum institutioni ad infringendam institutionem: vel ne hæres statim iure succedat, tur. transmittat: sed quominus legatarius in vsufructu turbari possit: non igitur hæc verba suspendunt vel limitant institutionem: sed ostendunt coniam testatoris voluntatem super legati viribus: atque ita hæc vltimam opinionem tenuerunt Baldus, Paulus, & Iason in dicta. l. filius à patre. Baldus in. l. ad quod pauperibus. 14. qua. stione. C. de epi scopis & clericis. Corne. & Iason in dicta. l. extraneum. Romanus consilio. 71. & idem legit vbi Titius fuerit hæres institutus in vsufructu; & post eius obitum simpliciter instituat Sempronius: verba siquidem ista intelligenda sunt iuxta subiectam materiam, & verisimilem mentem testatoris: vnde institutio Titij verè legatum est: quæ admodum dici solet de quolibet instituto: an recedit aliò dato hærede vniuersali, sic sanè poterit institutus statim adire; & hæreditatem aditam transmittere: quod in specie probauit Paulus Castrensis consilio. 460. columna secunda. libro secundo. Paulus a Montè Pico in. l. liti. §. Titia cum nuberet. ff. de legatis secundo. qua. stione vigesima sexta. & qua. stione. 39. & Charolus Molinæus in Alexandri consilio. 162. libro 20 quid-

quidquid ibidem Alexand. responderit.

6 Vt cumque tamen sit semper hæres institutus dato legatario omnium bonorum usufructus prius, quam tradat bona ipsi legatario: poterit incipiendo à mobilibus bonis solvere debita à testatoris: vñ vendendo bona, quæ ad eorum solutionem fuerint necessaria: ac tandem reliqua tradet usufructuario cum cautione de soluendis debitis postmodum emergentibus: vel ad horum solutionem ab usufructuario petet bona sufficere: ex l. usufructu bonorum. ff. ad legem Falcidiam: & est omnium ferè communis sententia: quemadmodum fatetur Detius consilio. 620. in fine. licet Baldus consilio. 137. libr. primo: & Gozadinus consilio. 94. columna quinta. teneant hanc bonorum deductionem ad æris alieni solutionem non posse fieri ab hærede, imò ipsum omnino teneri debita solvere absque hac deductione: ita ut integrè omnium bonorum usufructum legatarius percipiat. quam opinionem improbat, poiorem & communem sequuntur Alexander in dicta. l. usufructu. Paulus Castrensis consilio. 294. numero tertio. & consilio. 460. columna vltima. libro secundo. Socinus consilio. 131. columna sexta, libro primo. Decius consilio. 485. columna vltima. & consilio. 390. columna penultima. Aymon consilio. 187. columna prima. Et id verum est secundum Socinum Iuniorem consilio. 109. numero. 14. libro primo. procedit tamen, nisi ex coniecturis, aut verbis testatoris contraria voluntas ipsius deducatur: nam & ea exactè obseruanda est: sicuti respondit Detius consilio. 536. numero. 13. & pulchrè Carolus Ruinus consilio. 41. libro secundo. Quod si agatur de debitis à testatore contractis post constitutionem usufructus: tunc usufructuarius ipse tenebitur ex ipso usufructu ea debita solvere, auctore Paulo Castrensi in consilio. 275. numero. 8. libro primo. quem sequitur Aymon dicto consilio. 187. columna prima. Sed non est eorum adfertio tenere intelligenda; siquidem procedit in ea specie in qua Paulus Castrensis respondit: nempe vbi onus æris alieni est inditum ipsis rebus, aut personæ ratione. bonorum præter voluntatem ipsius testantis iure quidem tributorum, aut aliarum pensitationum, quæ rei publicæ soluuntur: ea etenim onera subire tenetur ipse, qui bonis fruatur.

7 Sexta conclusio. Usufructuarius etiam omnium bonorum non tenetur solvere legata gratuito à testatore relicta. Bart. in dicta. l. vltima. ff. de usufructu. legat. Alexand. in dicta. l. usufructu. ff. ad l. Falcid. las. in l. prima. colum. 4. ff. ad Trebel. Barba. consilio. 63. libro. 3. quorum opinio communis est: & tamen iuxta varias species erit intelli-

genda. Primo etenim, si legata fuerit res quædam vni, & alteri omnium bonorum fuerit usufructus legatus: illius rei proprietates primò legata censeatur: usufructus autem usufructuario, simul & proprietates legatario pariter competit. l. Sempronio in principio. ff. de usufructu. lega. vbi Bartol. per eum textum hoc ipsum adnotauit: idem Bartol. in l. si quis seruum. §. vltimo. ff. de lega. 2. Roma. singul. 580. Iason in l. re coniuncti. numero. 10. 70. ff. de legat. tertio. & ibi Ioan. Crocius. questione quarta. Folio. 2. ad finem. Bartol. in l. questum. §. si quis fundum. vltima colum. ff. de fundo instru. Alexand. consil. 56. libro. 1. Paulus Castrensis. consil. 223. libro secundo. colum. secunda. ex quibus apparet, hanc sententiam communiter receptam esse: & satis probari in dict. l. Sempronio. in princ. tamen Bald. in l. quoties. ad finem. C. familia herciscundæ. Iason in l. cum questio. secunda colum. C. de legat. Areti. consil. 74. in fine. Salyce. in dicta. l. quoties. Angel. Areti. in §. primo. Instit. de usufructu. Paul. à Monte Pico in dicto. §. Titia cum nubere. columna. 19. probare conentur usufructuarium omnium bonorum non habere in respectu alteri legata quo ad proprietatem, & usufructum, vel simpliciter, partem aliquam usufructus, cum vniuersali legato quo ad rem specialem derogatum specie sit. eandem opinionem sequitur Catellianus Cota in memorialibus. dictione, fundus: tunc etenim generi per speciem derogatur: quando vtraque dispositio est vniuersalis: vertiturque, & tractatur circa idem: ac si circa diuersa concepta fuerint, non idem erit, imò, ut melius fieri potest, vtrunque legatum concurrat: quod statim examinabitur. Secundo, vbi vnicertus fundus, alteri eiusdem fundi usufructus legatus fuerit, vtrunque legatarium in eius fundi usufructu æqualem portionem obtinere: licet alterius tantam integra sit proprietates: probatur in l. si alii. ff. de usufructu. legat. quo in loco Doct. cõmuniter hoc ipsum ex Iuriconsulto deducunt: & ex l. Sempronius Attalus. §. vltimo. ff. eodem. quauis Barthol. Soci. consilio primo. columna penulti. libro quarto. velit in precedenti casu usufructuarium omnium bonorum rei speciali legato relicto integrum usufructum debere obtinere.

Tertio, considerandum est, quid si dicendum quando constituto legato usufructus omnium bonorum, legatur alteri certa quantitas: nam si ea annua sit, eius solutio ad usufructuarium pertinet. text. insignis in l. vltima. §. sin autem legata. C. de bonis quæ liberis. quæ quidem constitutio expressim loquitur in eo, qui ex legis dispositione usufructuarius est: & tamen eadem obtine

Variarum Resolutionum

bit in usufructuario causa vltimæ voluntatis ob eandem rationem, quam sequuti ita inibi interpretantur Baldus, Salycetus, Fulgosi. Pau. & Corneus. subdit vero text. in dicto. §. sin. autem. hoc procedere si legata annua possint solui ex ipsis fructibus, quos usufructuarius percipit: alioqui locus non est eidem constitutioni: nec tale onus incumbet usufructuario: quod ipsi nec Doctores sensere: imò perpensa eorum mente idem ipse censeo, vbi ita essent onerosa legata, quòd à testantis voluntate certis quibusdam coniecturis deduci valeat, nequaquam eum voluisse horum legatorum solutionem usufructuario incumbere: sicuti & in simili paulo ante ad notauimus, Decium & Carolum Ruinum sequuti.

Cæterum, si legata annua non sint: sed statim soluenda: eorum solutio ad hæredem non ad usufructuarium pertinet, quod ex eodem Paragrapho, sin. autem. deducitur. notant Bartolus, & alii in initio huius Sextæ conclusionis citati. idque in hunc modum accipiendum est, vt ab hærede statim ex ipsis bonis vendantur res ad solutionem legatorum necessarias. sicuti probat eadè decisi. in. d. §. sin. autem. tradit in specie Aymon cõ si. 187. aduersus Philipp. Corne. cõs. 195. lib. 4. qui conatur probare, hæredem teneri omnino ad legatorum solutionem absq; aliqua diminutione bonorum, quorum usufructus alteri legatus sit: etiam si omnium bonorum usufructus legatus fuerit: quod ni fallor, refragatur menti, & sensui omnium Doctorem, qui rem istam tractauerunt. Sic dum Alexand. in dicta. l. usufructu. & Barb. consil. 63. columna quarta. libro tertio. scribunt, usufructuarium omnium bonorum ex causa testamenti non teneri ad legatorum solutionem: at si usufructuarius sit ratione legalis sanctionis, ad id onus omnino obligari: est accipiendum in hunc modum, vt usufructuarius omnium bonorum ex testamento, immunis sit à solutione legatorum: eaque incumbat hæredi: qui ex bonis ipsis poterit vendere res huic oneri necessarias, etiam inuito ipso usufructuario: sed usufructuarius legalis, qualis est pater familias onus hoc soluendi legata directò lubire tenetur: eiusque ratione in iudicium vocari à legatariis iure poterit: tametsi id negotium expediendum sit ex ipsis rebus, in quibus usufructum habet: iuxta distinctionem Imperatoris in eodem. §. sin. autem.

Scribit sane Alexand. in dicta. l. usufructu. in hac venditione bonorum ad legatorum solutionem, esse considerandum: ne maior diminutio fiat in ipsius legato usufructus, quàm in cæteris legatis. Nam æstimatione præmissa ipsorum

bonorum quo ad proprietatem, & usufructum item & separatim ipsius usufructus, reliquorum que legatorum, omnia legata diminutione equè parientur eo quidem pacto, vt nõ maior diminutio contingat legato usufructus omnium bonorum ex venditione rerum ad solutionem legatorum, quàm cæteris legatis. Concurrit etenim usufructuarius omnium bonorum in omnibus ipsis rebus: cum quibuslibet legatariis: quo fit, vt si reliqua legata summam centum aureorum efficerent: & ad hæc soluenda oporteret vendi tres, quòd ex earum venditione tollerentur decem à legato usufructus, venditio restringitur: ita quòd solum fiat diminutio in quinque ab ipso usufructus legato pretioque deducto ex rebus hoc modo venditis soluentur legata: adhibita quidem pro cuiuslibet portione diminutione congrua. atque secundum hanc considerationem opinor intelligendum esse, quod Alexand. in dicta. l. usufructu. adnotauit.

Quod si quandoque oportuerit æstimationem usufructus fieri, ea erit constituenda prout à Iuriconsulto traditum est in. l. hæreditatum. ff. ad legem Falcidiam. quæ quidem distinctio non tantum in legis Falcidie ratione, sed & alijs speciebus obseruanda est: quemadmodum quibusdam visum esse frequenter constat: quorum sententiam opportunius alibi examinabimus.

Ex capite sequenti.

- 1 *Pretium iustum cuiusque rei non consistit in puncto indivisibili: sed latitudinem habet.*
- 2 *Intellectus. l. in causa. §. idem Pomponius. ff. de minoribus.*
- 3 *Qualiter iustus rei cuiusq; valor per testes probetur: & ibi Baldi sententia examinatur.*
- 4 *Pretium iustum cuiusq; rei nõ ex natura sua, sed ex communi hominum æstimatione statuum dum est. Ex quo plura deducuntur.*
- 5 *Fauore reipublicæ & inopiæ communis pretium taxari potest, eodemq; cogitur quis vendere.*
- 6 *An liceat mercatoribus carius merces vendere pecunia credita, quàm statim numerata vendidissent: & ibi intellectus capi. in ciuitate. & cap. nauiganti. de vsur.*
- 7 *An sit vsurarius censendus, qui rem vendiderit carius iusto pretio ob dilatam solutionem?*

Tradi-

- 8 Traditur vera ratio, considerandi læsionem vltra dimidiam iusti pretij.
 9 Emptor cõuentus ex.l.secunda. C. de rescindẽ. vend. qui rem restituere elegerit, an sit condẽnandus, vt eam cum fructibus reddat?
 10 Actio ex eadem constitutione sitnẽ admltenda aduersus tertium rei venditæ possessorem.

Discutitur Diocletiani & Maximini Cæsarum constitutio in.l.secũda.C.de rescind.vendit. Caput. III.



Vemadmodũ satis celebris est Cæsarum cõstitutio, quẽ de rescindendis venditionibus tractat, ob læsionem vltra iusti pretij dimidiã contingentem: ita frequentissimis quo ad Theoricã, & praxim impeditur quæstionibus: ex quibus solet difficilis censerì. harum aliquot attingam in presen-
 tiarum: non quòd eas difficiliorese esse censeam, sed quia sæpissimẽ subeunt mentem eorum, qui tractatum istum expedire conantur. Primum siquidem Accursius & alij enixè laborant in perscrutando: quanam ratione sit isthæ læsio vltra dimidiam consideranda. Cuius rei cognitiõ præmitto iustum pretium rerum nequaquam consistere in puncto indiuiduo: sed in mediocritate quadam, quæ latitudinem habet per gradus: quẽ admodum generaliter docet Aristoteles libro secundo Ethicor. capit. 6. itaque cuiusque rei pretium triplex, supremum, infimum, & medium: nec potest accidere, rem quandam præcise centum valere: ita vt nec valeat plus nec minus. Valeret enim centum pretio medio: at pretio supremo centum & quinque: pretio infimo nonaginta quinque, iniquitas enim in pretio cõstitit propter excessum, vel diminutionẽ iusti pretij quod ad mediocritatem pertinet: quæ cum latitudinẽ habeat in pretium supremum infimum, & medium distinctam: in hoc triplici pretio iniquitas contingere nequit secundum Scotum in. 4. distinctione. 15. quæstionẽ secundam. & ibi Maiorem quæstionẽ. 29. & 40. Conrad. de contractibus, tertia parte. quæstio. 56. consil. quinto. Antoni. Burgensem in cap. cum causa. de emptionib. & venditio. numero. 5. Carol. Molinæ. de contractibus. quæstio. 14. colum. secunda. Ioan. à Medina de restit.

quæstio. 31. & sequentib. Marti. ab Azpilcuetain capit. qualitas. de pœnitent. distinctio. 5. numer. 45. & idem colligitur ex diuo Thoma. 2.2. quæst. 77. artic. primo. pluraq; ab eodem axiomate deriuantur non omnino relatione indigna.

Primum, vera interpretatio Iurisconsulti in. l. in causa. §. idem Põponius. ff. de minoribus. scribentis, licere naturaliter contrahẽtibus inuicem se decipere: siquidem id verum est, modò ea decipio intra latitudinem iusti pretij & eius mediocritatem contingat: alioqui licere nequit naturaliter: si ea per excessum, aut diminutionem iusti pretij acciderit: cum, verè iniqua tunc sit: nec possit vlla lege probari. vel planè Iurisconsulti responsum ad mutuum, tacitamque pertinet contrahẽtium indulgentiam: quæ condonare videtur ob naturam, contractus modicam læsionem, cum alioqui commercia ipsa impedirentur, si semper exacta illa, & mathematica pretij æqualitas foret anxie, & nimia scrupulositate consideranda. Honestius siquidem & vtilius est, modicum defectum, vel excessum mutuo condonare, quàm in summa & indiuidua æqualitate immorari, & torqueri: quam ob rem non tantum vtile, sed & maxime commercijs humanis necesse fuit modicã à summa illa pretij æqualitate defectionem permittere, & etiam fideliter probare, quæ ob id naturaliter licere dicitur: quòd cõtrahentes naturali consensu id sibi mutuo condonare videantur: & quia de natura contractuum ea esse videntur: sine quibus commodè non possunt in communi & promiscuo vsu haberi, sicuti eleganter explicat Carolus Molinæus dicta quæstione. 14. columna secunda.

In huius vero difficilimæ ratiõis examine, qui ea expendere velit, quæ à me dicta sunt, dubio procul videbit, & contractus naturam me obseruasse, ac simul rationem habuisse eius quantitatis, in qua deceptio, aut circumscriptio licita esse possit: atque ideo distinctionem illam: naturaliter: qua Iurisconsultus vsus est in dicto. §. idem Põponius. & rursus in. l. item si in pretio. §. vltim. ff. locat. sic intelligendam fore existimaui, vt secundum ea, quæ naturalia huic contractui, & similibus sunt, & propter frequentem eorum in commercijs vsu de eorum natura censentur, licita sit circumscriptio: modò intra eos limites contingat, intra quos iustitia commutativa læsa nõ sit. Et quanuis iuxta rigorem significationis tunc propriè deceptio, aut circumscriptio dici non possit: quodam tamen dicendi vsu & deceptio dicitur, ac dici potest: vbi emptor venditori non dat eam quantitatem, quæ à venditore ex summa iusti pretij æstimatione haberi posset: aut vbi venditor

Variarum Resolutionum

ab emptore id pretium acceperit, quod summo rigore iustum esse censetur: ac denique maius quam id, quod emptor ex minori, iusta tamen aestimatione iure dare potuisset absque ulla iustitiae commutativa laesione. Nam & dolus bonus quandoque dicitur à Iurisconsulto. in. l. 1. ff. de dolo. Sed & indulgentiam contrahentium, consensum esse quendam intelleximus, quo in ea, quae naturalia contractui sunt, contrahentes consentire videntur: qui tandem consensus cum ab initio liber omnino sit, & esse debeat, condonatio quaedam dici potest seclusa propriae, ac verae donationis lege.

Quod si quis dixerit, naturalem fuisse huic venditionis contractui quancumque in quavis quantitate deceptionem, quavis ea sit rationi, & legi naturali contraria: inhi profecto non facile id persuaderi poterit. Nam cum hic contractus ex illis sit, in quibus bona fide agendum est, non crediderim, aliquid ei inesse naturaliter. Hoc est: ex eius propria natura, quod iustitiae commutativae contrarium sit, ac bono, & aequo aduersetur: cuiusmodi esse constat id, de quo agimus vel ex ipso Iurisconsulto. in. l. iure succursum. §. vlti. ff. de iure dotium.

Ceterum, quod Accursius censet in dicto. §. idem Pomponius. Dum naturaliter, id est, ex iure gentium eam deceptionem licitam esse existimat: ex eo dubium esse videtur, quod quae iure gentium licita sunt, ea iuri naturali contraria esse nequeunt, si iuris gentium legitimam, ac veram definitionem exactè observare velimus. Est etenim ius gentium, auctore Caio, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, vocaturque ius gentium, quasi quo ferè omnes gentes utuntur. l. omnes populi. ff. de iustitia & iure. idem Ulpianus sensit in. l. prima. ff. eod. & Iustinianus probat in. §. ius gentium. Instit. de iure natur. quo in loco Theophilus id apertius explicat scribens, ius gentium esse, quo omnes homines, aut saltem hi, qui ratione volunt vivere, utuntur. idem etiam inibi probatur. §. quod vero. Quod & D. Thomas eleganter docuit. 1. 2. quaest. 95. artic. quarto. asserens, ea ad ius gentium pertinere, quae deriuantur ex lege naturae, sicut ex principijs, ut iustitiae emptiones, & venditiones, & alia huiusmodi. Ex principijs naturae intelligo ius gentium elici, non quidem absolute, ac praecise, sed naturali ratiocinatione adhibita. quod alibi diligentius tractari poterit. id etenim tantum hoc loco admonemus, deceptionem in contractu venditionis contingentem, quo casu ea sit naturali rationi contraria, & commutativae iustitiae deroget, atque ideo iniustum efficiat contractum, nullo pacto dici posse iure gentium vel inductam, vel proba-

ram fuisse. Vnde illa interpretatio, qua verbum illud: naturaliter: sic explicatur, ac si dictum fuerit: iure gentium: iure probari nequit. Quin imo & ex diametro contraria sunt: deceptionem illam, cuius mentio fit in dicto. §. idem Pomponius. iure gentium licere, & eam naturali rationi contrariam esse: atque ideo ex iustitiae legibus apud forum interius, & animae iudicium iniquam esse censendam. Nam utcumque de iure gentium vel Iurisconsulti, vel Theologi tractauerint, nusquam receptum fuit, esse aliquid iure gentium institutum, quod naturali rationi sit aduersum: cum & id, quod de seruitute adduci solet, facili negotio evitari queat: quemadmodum & nos adnotauimus in regu. peccatum. de regul. iuris. 2. parte. §. 11. Sed & D. Thomas venditiones, & emptiones eo iure inductas fuisse censet, quae iustae sint, & quae ex parte commutativae iustitiae leges in eisdem seruari contingat: quali neget, eam venditionem, quae ab hisce legibus discedat, iure gentium receptum fuisse: atque ad ius gentium minimè pertinere, constanter doceat. Vnde tutius esse existimauerim, Iurisconsultorum responsa de ea deceptione interpretari, quae naturali ratione licita sit, & esse possit: ne dicere cogamur, verbis sic ad rectam contrahendi rationem accommodatis, & pertinentibus: & in his contractibus, qui bonam fidem exigere videntur, Iurisconsultos, id licere respondiisse, quod rationi naturali, ac naturae legibus, denique iuri gentium non obscure refragetur. Quod si de quavis deceptione ea responsa sunt intelligenda, & eam fuisse naturalem contractui eo tempore responderimus eo modo, quo fuerit eadem deceptio ut iusta, & aequa Iurisconsultorum sententia probata: iniquum esse hoc iudicium plane fatebimur: cum illi iustitiae, eiusque legibus deroget, quibus Iurisconsulti derogare non potuerint: nisi dicere quis velit, eadem responsa non probasse ut iustam, aequamve, ac licitam quancumque deceptionem: sed quia tunc ante istam constitutionem decepto actio minimè compete- bat ad eiusmodi laesionem reparandam, Iurisconsultos id respondiisse, quod in dictis locis ex eorum libris in Pandectarum opus relatum extat: quae de re amplius deliberandum esse censeo: atque omnino velim, Iurisconsultorum verba ex propria dictionum significatione, earumque vi, cum in sensum accipi, qui & ipsis Iurisconsultis, viris profecto & in morali Philosophia egregie doctis, nullam iniqui iudicij notam inurere valeat.

Secundò inde constat, posse quem iustissimè vendere pecunia ad tempus credita pretio supremo eas merces, quas statim pecunia numerata pretio mediocri, vel infimo vendidisset, aut vendere

dere consuevit: hoc etenim in specie notant Dec. conf. 111. Cypola consilio ciuili. 10. colum. 4. Caieta. 22. quæstione. 77. arti. primo. Syluest. verb. vsura. 2. §. primo.

Tertio ab eadē radice pcedit ratio eius, quod Bald. scripsit in dicta. l. secunda. numero. 26. dum censuit non satis probatam esse læsionem vltra dimidium iusti pretij testibus asseueratibus rem venditam tempore contractus valuisse decem & plus: idem repetit ipse Bald. in capitu. cū causa de testibus. numero tertio. ex eo quod incerta sit isthæc testium asseueratio: cū illud plus referri valeat ad variam pretij quantitatem, & excessum. meminit huius opinionis satis dubius Panthaleon Cremenensis in dicta. l. secunda. Folio vltimo. versiculo. querit etiam Bald. hic ego sanè distinguendum esse arbitror: nam si testis dixerit rem venditam iusto pretio valere: aut valuisse tempore contractus decem: ea affirmatio non probat omninò ita esse eius rei pretium iustum decem, vt minoris, nec pluris iustè valuerit: cū considerata latitudine iusti pretij potuerit resilla etiam iusto pretio nouem æstimari; & ideo concludens non est testis responsum ad rescissionem contractus ob læsionem vltra dimidiam iusti pretij. Quam ob rem expedit, vt testis interrogetur, & respondeat, rem illam valuisse iusto pretio supremo, vel infimo: maiori, vel minori decem, aut saltem iustè decem & non pluris, vel minoris valuisse tempore contractus. Sic etenim exactè, vel venditor, vel emptor agens ex dicta l. secunda. iustum pretium probabit: ac demum iusto pretio probato excessum ad deceptionem ostendendam indicabit: textus optimus in dicto capit. cū causa. Quod si testis dixerit rem iusto pretio minori valuisse decem & plus: nil certum ab eius testimonio deducitur: quo ad excessum per dictionem, Plus, significatum, secundum Baldum, & colligitur ex notatis per Bart. & Iason. in l. cū furti. ff. de in litem iur. & ideo si testis responderit; rem venditam: iusto pretio minori valuisse tempore contractus decem & plus: ac venditam fuisse quinque: non sufficiet probatio ista venditori ad rescissionem contractus: quod Baldus in hac specie notat: & post eum Imola in capitu. cū causa. de empt. penulti. colum. Felin. in cap. licet causam. 8. numero. de probatio. Antoni. Burgenensis in dicto capit. cū causa. numero. 15. Alexand. consil. 109. libro. 4. numer. 15. Quibus et ratio aduersatur: quod iuxta communem omnium interpretationem etiam minimus excessus vltra dimidiam locum faciat dicta. l. secunda. & tamen dictio, plus, eique similis vltra: proculdubio, etiam si incertam quantitatem excess-

sum tamen vtunque modicum ostendit. l. hæc adiectio. ff. de verborum significat. igitur probatur ex eo testimonio læsio vltra dimidiam: quæ sufficiens est ad rescissionem, atque ita contra Baldum tenent Salyce. in dicta. l. secunda. numero. 24. Felin. in dicto capitu. cū causa. de testib. Alexan. in. l. & si post tres. num. septim. ff. si quis caut. Iason in dicta. l. cū furti. in fine. quod verius apparet quo ad contractus rescissionem: licet quo ad suppletionem iusti pretij, parum illa dictio, plus, probet: quemadmodum in dicta. l. secunda explicat Panthaleon Cremenensis: Areti. in dicto capit. cū causa. numero. 14. ex quibus ipse potius accederem Salyceto, vbi ratio testis concludit de aliquo vltra numerum ab eo expressum: authore Carolo Molinæo in dicto Alexand. consil. 109. Verum si testis hac de re interrogatus dixerit, rem venditam fuisse vltra dimidiam iusti pretij: esse hoc sufficiens responsum ad plenam & congruam probationem, vt contractus rescisio fiat: volente venditore rem recipere, & pretium reddere: existimant per eum text. Antoni. Abb. Areti. & Felin. in dicto capit. cū causa. de testibus. illud præterea adnotantes necessariam fore probationem certam iusti pretij: si venditor, emptor vè reus noluerint contractum rescindi: sed elegerit excessum, vel redde re: vel diminutionē iusti pretij supplere. ita quidem egregia Romani Pontificis decisio in dicto capit. cū causa. hoc ipsum probat: dum in iudicio ostensa deceptione vltra dimidiam iusti pretij: exigit iusti valoris certam probationem.

Cæterum, iustum cuiusque rei pretium nō ex cuiuslibet affectione, aut sumptu constat: sed ex communi hominum æstimatione perpenditur: itaque tantum valet res, quantum absq; fraude & iniuria communiter potest homini sciēti eius conditionem. Prior huius propositionis pars probatur in. l. pretia rerum. ff. ad leg. Falcid. textus in capitulo primo. de emptionib. & in. l. si seruum meum. ff. ad legem Aquiliam. & in. l. septem. C. de erogat. milit. annonæ. libro vndecimo. Non ignoramus, inquit Plinius libr. trigelimo tertio. c. vltim. pretia rerum, quæ vsquam posuimus, alia in alijs locis esse, & omnibus penè annis mutari, prout nauigationes cōstiterint, aut vt quisq; mercatus sit aut aliquis præualens maniceps annonæ flagellet. Posterior pars apparet ex gloss. singular. in. l. mortis causa capimus. ff. de donationib. caus. mor. vbi Angel. & Imol. Bartol. & ibi Alexand. in. l. prima. §. si hæres. ff. ad Trebellianum. & Felinus in dicto capitul. cū causa. de testib. colum. secunda. ex quo plura deducuntur.

Primum, in contractibus emptionum & ven-

B 4 ditio-

Variarum Resolutionum

ditionum, similibusque permutationibus, nequaquam attendi, nec constitui iustum pretium ex natura rei: sed ex hominum æstimatione: tamen si insana sit æstimatione: nam si natura rei foret obseruanda, plus esset æstimandus equus, quam gemina ob vtilitatem equi, & quod omnivium & animatum pretiosius est mortuo & inanimato ex natura sua secundum Conradum de contractibus. quæst. 76. secunda suppositione. Sic apud Indos triticum maiori pretio venditur, quam in Hispania inspecta quidem communi hominum æstimatione non ipsius rei natura, quæ eadem est apud Hispanos & Indos.

Secundo hinc apparet in pretij iusti æstimatione non esse considerandum quanti res ipsa empta fuerit: nec quot labores pro eius acquisitione venditor fuerit perpeffus: sed tantum habendam esse rationem communis hominum æstimationis. Sic sanè mercator, qui magnis expensis atulit merces è Flandria non poterit eas carius vendere, quam communi hominum æstimatione valeant in Hispania: alioqui restituere tenebitur quidquid ultra iustum pretium acceperit. nam licet in venditione mercium sit considerandus sumptus venditoris: tamè id verum est vbi communi hominum æstimatione valor ipsarum mercium non fuerit diminutus. quod expressim Conradus adserit in dict. q. 56. conclusi. 3.

Tertiò eadem ratione constat, non posse venditorem ultra iustum pretium rei ex communi hominum æstimatione quidquam recipere ex eo quod rem illam ipse venditor plus emerit. id etenim nil facit ad ipsius rei propriam & veram æstimationem.

Quartò manifestum est, nõ posse venditorem ab emptore ultra iustum rei pretium exigere, nec recipere quicquam propter damnum, quod ipse ex venditione patitur, nisi ad preces emptoris rem vendiderit alioqui non venditurus, vt scribit diuus Thomas quem Syluest. sequitur. verbo. emptio. quæst. 6.

Quintò inferitur, posse iustè emi rem valentem centum, minori pretio nempe octuaginta si ea res in tuto non sit: imò litigium imminet: habeatve aliquod onus annexum. l. fundi partem. ff. de contrah. empt. Panormit. in cap. cum Ioannes. col. 2. de fide instrumentorum. idem in capi. ultimo. de alienat. iudic. mut. caus. facta. nume. 6. sentiunt Barto. & docto. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. obligat.

Sextò hinc certum est, inspecta communi hominum æstimatione, pretium rei diminui vel augeri ex paucitate emptorũ, & multitudine mercium ac venditorum: quod in mundanis quoti-

die contingit, & eodem pacto pretium minuitur si venditor emptorem quærat, nam ultra nec merces vilescunt, & ideo in subhastationibus vilius res emuntur. Nec est peccatum expectare tempus, quo res venalis exponatur, vt vilius ematur, cum tamen iusto pretio emptio fiat. tradit adhuc plura Caietan. 2. 2. quæstio. 77. arti. 1. quod si merces sint necessariae reipublicæ: vt frumentum: vinum & similes: iure probari potest, eas vendi debere mediocri pretio, attentis sumptibus expensis, & laboribus venditorum: & præterea boni viri arbitrio aliqua data quantitate, quæ ipsis venditoribus lucro cedat, æquum profecto hoc est: nè ob mercium & venditorum paucitatem res publica inopiam, famem, & penuriam patiatur in annona: sensere hanc opinionem Ange. in summa, verbo. emptio. nu. 7. & Syluest. q. 9. & probatur ex eo quod vbi adest necessitas rerum ad victum pertinentiũ, & res publica grauat inopia, cogitur quis vendere merces reipublicæ necessariae. tex. in l. 1. vbi Bart. & alij. C. de episc. aud. Panor. & alij per tex. ibi in c. 1. de emptio. ne. quod & ipse explicabo lib. 3. huius oper. capi. 14. iusto tamen pretio hanc venditionem indicendam esse, probat text. in l. annonam. ff. de varijs & extraord. cri. l. 1. §. cura carnis. ff. de offic. præf. vrb. l. si quis sepulchrum. in princ. ff. de relig. & sumpt. fun. quibus locis satis constat, iusto pretio esse venditionem hanc faciendam, quoties in fauorem publicum quis cogitur vendere. probat id ipsum textus in l. venditor. §. si constat. ff. communia præd. vnde quod Bartol. scribit in dict. §. cura carnis. dicens tempore publicæ inopiæ & necessitatis quæ cogit vendere merces reipublicæ necessariae viliori pretio: & sequitur eum Roma. in l. 2. num. 12. ff. solut. mati. Alex. con. 190. col. 2. lib. 2. Tiraquellus lib. 1. de retract. in præfatione. nu. 28. per tex. in l. 5. §. inde agitur est. ff. ad leg. Rhod. de iact. & in leg. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de usufruct. vel in dictis iuribus nõ probatur: vel ita accipiendũ est vt tempore publicæ necessitatis quis cogatur vendere pretio statuto ab ipso reipublicæ administratore: quanuis id pretium sit inius quam illud, quo res illa posset communiter vendi. hoc verò pretium taxatum à prætore iustum est: aliud verò iniustum. & ideo non omnino rectè colligit Barto. quia nunquam licitum erit cogi quem rem propriam vendere pretio iniusto: etiam fauore reipublicæ: vt Iurif. consultus opinatur in dict. §. si constat. Aut saltem Bar. sententia erit admittenda: vbi non tantum adest publica necessitas quo ad ipsam rem vendibilem: sed & adest publica necessitas quo ad pretium: itaq; res publica indiget illa re ad aliquod com-

commune bonum: nec habet pecuniam proprio dandam: tunc etenim locus est planè opinionis Bartoli in dict. §. cura.

6 Septimò, si communis hominū æstimatione ad iusti pretij definitionem obseruanda est, vt opinamur poterit iure asseuerari non esse damnandos mercatores, qui in nundinis merces, quæ solent frequentius vendi pecunia credita, quam numerata, vendunt carius pretio ad certū diem soluendo, quam si statim id numeraretur. Nam in his mercibus iuxta communem hominum æstimationem cum ad tempus pretio soluendū vendantur, iustum pretium illud adsumendum est, quod ad pecuniam creditā pertinet, propter hominum cōiūctum & mutuam permutationem. nec possent commodè emptores reperiri, qui statim numerato pretio eas merces emerent: & tamen hi reperiuntur facilius & in maximum reipublicæ commodum: vbi fides de pretio habetur ad certam diem. hoc ipsum est, quod adnotarunt Salyce. in authen. ad hęc. 9. & .ii. quæstio. C. de vsur. Decius conf. iii. colum. 3. probaturq; alijs rationibus traditis diligenter per Ioan. Medina de cōtractib. quæst. 38. causa. 6. vbi conatur hanc opinionem eueitè satis vrgentibus rationibus ex quibus eius sententiā tutior est: quanuis & hæc defendi possit.

Cæterum, quādoq; licet mercatori rem vendere ob dilatatam pretij solutionem carius iusto pretio, quod res ipsa valebat tempore contractus. Et id permittitur, vbi adest dubium, an res ipsa tempore solutionis sit plus, vel minus valitura: nec venditor erat ante tempus solutionis venditurus; his etenim duobus contingentibus licita est hæc venditio. text. celebris in capi. nauiganti. & in cap. in ciuitate. de vsur. vbi docto. Hostien. in summa titul. de vsuris. §. an aliquando. versic. quid ergo. nouiores in capit. ad nostram. de empti. & vend. Syluest. verb. vsura. 2. §. secundo. Maior in. 4. distin. 15. q. 3. prior siquidem conditio licitanti reddit hanc pactionem propter dubium euentum augimenti, & diminutionis quo ad pretium, emptor etenim & venditor commodum & incommodum ex eo contractu sperare possunt: cum soleat pretium cuiusque rei lapsu temporis augeri, rursus, & minui, quo sit eum contractum illicitum esse, quo res venditur pretio, quo plurius valebit à tempore contractus vsque ad mensē Maij, aut Iulij. Constituitur sanè tunc in tuto venditor, quippe qui frumentum, aut similes merces vendit pretio, quo iuste valent tempore contractus, & deinde quo plurius valebunt ad diem dilate solutionis: quod iniquum est secundum Hostien. in dicto. §. an aliquando. versic.

quid si. Lauren. à Rodulphis in repetitio. capitulo. consuluit. de vsu. quæstio. 29. & seq. Anani. i dict. cap. nauiganti. num. 12. Scotus in. 4. distin. 15. q. 2. arti. 2. colum. 4. & Syluest. verb. vsura. 2. quæst. 2. versic. sextum. posterior conditio traditur à gloss. cōmuniter recepta in dict. cap. in ciuitate. & probatur inibi; atq; expressius in dict. cap. nauiganti. parte vltima: dum summus Pontifex respōdet in hunc modum: Ratione huius dubij etiā excusatur, qui panos, granū, vinū, oleum, & aliis merces vendit, vt amplius, q̄ tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem, si tamen ea tēpore cōtractus non fuerat venditurus. ex quibus colligitur communis opinio, quam probat præter alios Ioannes à Medina de restitutione. q. 38. caus. 5. & Capola conf. ciuili. 10. col. vlt. & Dominicus Soto lib. 6. de iusti. & iur. q. 4. art. vlt. Et licet in. c. in ciuitate. tantum fiat mentio prioris conditionis, posterior additur in dicto cap. nauiganti. quem admodum frequentissimo omnium consensu receptum est: cum species illa, que expeditur in dicto cap. in ciuitate. eadem sit, quæ in dict. cap. nauiganti. vers. vltimo proponitur. vbi harum duarum conditionum sit satis expressa mentio, nec aliter ea constitutio intelligenda est: tamen Calet. 2. 2. quæst. 78. artic. 2. ad septimum. probare conetur, priorem conditionem absque posteriori satis sufficere ad ipsius contractus iustitiam: atq; ita satis esse censet, merces vendi pecunia credita maiori pretio, quam valeant tempore contractus: quādo adest dubium, an tempore solutionis sint plurius, & minoris vel valitura: tamen non foret venditor seruaturus in tempus destinata solutionis. nec obberit, vt ipse opinatur textus in dicto capi. nauiganti, dum vtrunque conditione exigitur: quia inibi venditio non fit pecunia credita, sed statim soluta: & idè vtraque conditio exigitur: quasi secus sit, vbi venditio fit pecunia ad certum diem numeranda: à quo tempore contractus hic perfectionem adsumit: & ea ratio sit erit dubium maioris, vel minoris pretij ad eam vsque diem adesse, licet non esset venditor merces seruaturus. eandem opinionem, ni fallor, colligi posse ex illimo ex traditis per Conradum de cōtractibus. quæstio. sexagesima prima. quæ tamen mihi non placet: cū quia aduersus frequentissimam omnium sententiam proponitur: tum etiam ex eo quod absonus sensus videtur is, quem Caietan. tribuit Romani Pontificis decisioni in dicto capi. nauiganti. §. vltimo quo in loco non potest congruè fingi: venditionem factam fuisse pecunia statim numerata: siquidem fatuus & insanus esset emptor, qui merces emeret pecunia statim numerata carius quā

Variarum Resolutionum

fit earum iustum pretium tempore contractus, quanuis adhuc non iudicaretur contractum eum illicitum, si venditor non esset eas merces eo tempore venditurus: essetque dubium, an plurius, minoris vè forent valituræ eo tempore, in quod is venditionem destinauerat, iuxta ea que à Conrado & Caietan. traduntur: sensit Syluester verbo. vsura. 2. q. 2. versicul. nec distinguo. nec refragantur hi qui communem opinionem, defendunt. Quibus quidem prænotatis Primum inferitur, in hac venditionis & emptionis iustitia, vbi pretium augetur ex dubio futuri temporis, considerandum esse arbitrio boni viri ad iusti pretii taxationem quid in his mercibus seruandis, aut custodiendis esset venditor expensurus: quod sensere Ioannes Maior dict. quæstione. 32. columna tertia. & Syluest. §. secundo. Item secundo hinc apparet, posse quem vendere frumentum pretio quo valebit hebdomada mense, vel die, ad quem vsque erat seruaturus: nec tamen exiget pretium maius illius diei, vel mensis, sed mediocre, vel commune: secundum Bernardinum sermone. 34. art. 1. col. 3. & Syluest. dicto. §. 5. vers. Tertium. quo in loco is author scribit, hunc venditorem, qui merces esset alioqui seruaturus, posse eas vendere ea conditione, vt cum ei libuerit, eligat pretium commune: modo semel eo constituto, & electo, variare nequeat. Eodè iure tradit Scotus dist. 15. q. 2. art. 2. in fi. venditorè, qui merces est seruaturus ad Calendas Martias, non posse eas vendere, Calendis Octobribus pretio, quo valebunt, Calendis Maii.

Tertio eadem inspecta ratione poterit non incongrue intelligi, quod plerique opinantur asserentes, posse merces vendi, carius iusto pretio ob dilatam eius solutionem: vbi venditor ex eo quod pretium statim nõ fuerit ei solutum amittit, aut proprius cessat acquirere lucrum, quod eius industria & pecunia statim soluta, verisimiliter adquisiturus foret. nam ratione huius interesse potest merces vendere carius iusto pretio pecunia credita. argumento sumpto à glo. communiter recepta in capi. conquestus. de vsur. & in. l. curabit. de actio. empt. de quo alibi latius tractabitur: siquidem in specie hanc opinionem probat Conradus de contractib. q. 59. conclusion. 3. Abb. col. pe. & Anania num. 16. in dict. capi. nauiganti. & Caiet. dicta. q. 72. artic. 2. hoc etenim verum est, atque ita erit obseruandum, vbi mercator statim pecunia soluta posset eas merces vendere & emptores earum haberet: alioqui si mercibus non venditis pecunia credita mercator, esset eas retenturus, nec emptores earum haberet pretio statim numerato: non video quid eius intersit. fidem habere de pretio: cum aliter eas merces ven-

dere non possit: quam ob rem ita visum est Syluestro, verb. vsura. 2. §. 1. Quibus omnibus illud adijciendum est: iuste posse eum merces statim pecunia numerata: tradendas tamè ad certum diem minori pretio, quam valeant tempore cõtractus: vbi dubium est, an sint plurius, vel minoris valituræ tempore traditionis. text. optimus in dicto capit. nauigati. §. primo. vbi Doct. & erudite Antoni. Burgensis in cap. cum dilecti. de emptione. num. 37. & sequenti. Sic etiam licitum erit dare frumentum vetus in permutationem noui recipienti tempore colligendarum messium, modò dubium sit, an frumentum nouum sit plus, vel minus valiturum, quàm vetus, vel quando qui dat frumentum vetus esset illud seruaturus in tempus messium colligendarum habita ratione eius quo plurius eo tempore solet æstimari frumentum nouum, quàm vetus, hæc etenim deduci commode possunt ex prædictis cõstitutionibus. quibus adde Iaso. in. l. cum quid. ff. si cert. petat. illud profectò latrocinij genus maxime execrandum est, & iustis pœnis vindicandum, quo mercatores vtuntur: quippe qui pecunia credita vendunt indigentibus & aliqua egestate oppressis, merces carius, quàm valeant: & per se, vel per alios statim iterum eas merces emunt ab his, quibus eas vendiderat: & fit emptio isthæc viliori pretio ob id, quod statim pecunia numeratur. Quod eleganti oratione improbat Carol. Moli. de contractibus. num. 14.

Verù si quis absq; prædictis conditionibus vendiderit res consistentes numero, pòdere, vel mensura carius iusto pretio ob dilatam pretij solutionem, vsuram cõmittit: præsumitur em contractus mutui verus simulata venditione, ne venditores cogantur excessum iusti pretij restituere iure Canonico aduersus vsurarios statuto, quod probatur inde, c. in ciuitate. & c. nauigati. de vsur. Et tñ emptor tenebitur soluere pretium iustum prædictarum mercium attèto tẽpore contractus: nec poterit ille excessus iusti pretij ab eo exigere, nec satis erit, reddere tantundem frumenti, vel olei: cum vsque ad iusti pretij quantitatem verè sit dicendus hic contractus venditionis: ratione tamen excessus præsumitur mutuuum. Et ideò redigitur res ista ad æquabilitatem sublato excessu iusti pretij: quemadmodum præmittunt Abb. num. 2. & Anani. num. 1. in dict. capit. in ciuitate. sensit Salyce. in authentic. ad hæc. q. 9. C. de vsur. quod si res alia vendatur carius iusto pretio ob dilatam solutionem: quæ tamen non sit ex his, quæ pondere, numero, vel mensura traduntur: non erit contractus censendus vsurarius, secundum Bald. in rubr. C. de vsur. 2. col. quem defendit An-

dit Antoni. Burgenfis in cap. ad noſtram. numero. 18. de emptio. quod alibi examinabitur ad interpretationem. l. curabit. C. de actio. empti.

His ſane prænotatis rurſum quaeritur, quid ſit obſeruandum, quæque ratio ſit habenda ad deprehendendam læſionem vltra iuſti pretii dimidiã? **8** Et proſectò vbi venditor tractat de emptione, conueniunt ſere omnes iuris vtriuſque interpretes: tunc eum deceptum fuiſſe vltra dimidiam iuſti pretii, quando nondum recepit dimidium iuſti ipſius rei valoris: aut ſi rem, quæ iuſtiſſimo pretio valet centum, minori pretio, quam quinquaginta vendiderit. At ſi emptor eam actionem aduerſus venditionis contractũ in iudicium deduxerit, ſeq; læſum vltra dimidiam iuſti pretii dixerit: quibusſdam viſum eſt, ſatis eſſe, vt huic actioni locus ſit, ſi pro ipſa re dederit iuſtum pretium; & præterea plus quàm iuſti pretii dimidiã partem: nempe ſi emerit rem, iuſto pretio valentem centum ad ſummum, centum quinquaginta tribus, aut duobus, ac tandem tunc eum poſſe iure iſto agere: ſicque intelligendam eſſe dictã. l. 2. deſiſſionem: tenent Accuſius, & Doct. ibi, præſertim Bald. q. 17. Fabianus de emptione. q. 8. principali. 2. col. Anto. Burg. in dict. cap. cum dilecti. numero. 14. de emptione. & Panormi. poſt alios in capi. cum cauſa. de emptione. vbi gloſſ. & Doct. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verb. obliga. tradit Carolus Molin. in conſuet. Pariſi. §. 22. num. 46. Theologi præſertim Scotus, Gabriel, & Almain in. 4. diſt. 15. q. 2. Regia. l. 56. titu. 5. Par. 5. l. 4. tit. 7. lib. 5. ordinat. alij diuerſum opinantur, exiſtimantes tunc emptorem agere poſſe dictã. l. 2. actione: vbi rem emerit pretio excedente plus duplo ipſum iuſtum valorem: vt puta rem iuſtæ æſtimationis viginti, emerit quadraginta vno. huic opinioni acceſſere Panormita. in capit. cum dilecti. numero. ſecundo. de emptio. & vend. Petrus à Bella Pertica & Cinus in dictã. l. 2. q. 7. Roſtedus in libello, de actione quanto minor. Speculator titu. de emptione. verſic. vbi autem. Oldendorpius. 4. actio num. claſſe. actione. 1. ſubtiliter & doctè Carolus Molin. de contractib. q. 14. nu. 174. & Stephanus Forcatulus in Necyomancia iuris Dialogo. 100. Franciſcus Othomanus in Iuriſcõſulto. Regia. l. 16. tit. 11. part. 4. quorũ opinio ex eo probari videtur, quòd ad rectam rationem, & verum examen dictã. l. 2. ſi velimus ſcire, an emptor ſit læſus vltra dimidiam, inſpicendum eſt, valeat ne res empta minus dimidia pretii conuenti: tunc etenim neceſſario dicetur læſus vltra dimidiam: non alias: incipiendum ſiquidein eſt à re empta nõ ab ipſo pretio: & conſiderata commutatione, vt ſit iuſta & æqualis perpendendum eſt quod empro

ri res empta nihil aliud eſt, quam pretii conuenti penſatio. ſicuti venditori pretium itidem eſt rei venditæ quæ æſtimatione, penſatioque. Atque ratio iſta eadem eſt cum illa, quam video viris ſumme doctis placuiſſe, ex eo hanc opinionem probantibus, quòd in hoc contractu in emptore, & venditore id ſit mature conſiderandum, an quilibet eorum recipiat dimidium eius, quòd dedit. id etenim ipſe cenſeo cum iudicio dictum: ſed & ex priori ratione ſatis elici, plane opinor. Et ideò quemadmodum venditor læditur vltra dimidiam, ſi pretium conuentum ſit minus dimidia valoris rei emptæ: ita emptoris læſio directè cognoscitur, ſi res empta valeat minus dimidia pretii conuenti. & præterea ſicut in venditore oportet, quòd res duplo ſuperualeat pretio conuen- to, vt ſit læſio vltra dimidiam: ita in emptore oportet pretium conuentum plus duplo ſuperualere rei emptæ. quibus proſectò conſideratis, nõ omninò displicet quòd hi authores opinantur: tamenſi adhuc his non obſtantibus communis omnium ſententia, quæ receptior eſt apud forenſia tribunalia, potius arrideat: prior namq; opinio, quæ communis eſt, reſpicit deceptionem emptoris in eo quòd dat: nempe pretio: poſterior verò in eo quòd recipit ratione pretii, venditio verò eſt à pretio iudicanda nõ ab eo, quòd vtrinque datur: ſicuti permutatio: cum venditio vera non ſit permutatio pecuniæ cum re: ſed æſtimatione rei per pecuniam: igitur tantum conſiderato ipſo pretio, quòd emptor dat: læſio contingit vltra dimidiam, ſi dederit ſexdecim in pretiũ rei iuſtè valentis decem. alioqui iuxta poſteriore Cini & aliorum opinionem in venditione vnus & eiufdem rei cuius æqua & exacta æſtimatione in decem conſtituitur: diſformis haberetur ratio: cum ad læſionem vltra dimidiam venditoris tantum ſufficerent ſex: & ad eandem læſionem emptoris eſſent neceſſaria vndecim. quòd Bald. & alij perpendunt: maximè Carolus Molin. in dicto. §. 22.

9 Eſt & aliud hoc in tractatu diſputatione dignũ: ſit ne reus conuentus ratione deceptionis vltra dimidiam condemnãdus ad fructuum ex re perceptorum reſtitutionem: vbi rem ipſam reſciſſo contractu reſtituere elegerit? Et probatur eam reſtitutionem cum fructibus faciendam eſſe: ex eo quòd cum venditio ex cauſa de præterito, quæ iam inerat à tempore venditionis, reuocatur: fructuum ab ipſa re vendita perceptorum reſtitutio ſit. tex. in. l. cum aũt. §. cum redhiberetur. l. quòd ſi nolit. in fine. ff. de edilitio edicto. l. quòd dictũ eſt. & l. Imperator. ff. de in diem adiectione. notat Tiraquellus in. l. ſi vnquam. verb. reuertatur. nume

Variarum Resolutionum

numero. 229. & .231. C. de reuocand. donatio. Sed venditio iniusta ratione pretij rescinditur ex causa, quæ tempore contractus inerat: igitur & cum ipsis fructibus restituenda est res ipsa, de cuius restitutione agitur. deinde hoc probatur in. l. 1. C. si maior factus alienat. rati. habuerit. vbi nolente emptore pretium iustum supplere, rescinditur venditio & res cum fructibus restitui debet. Et præterea quoties etiam actione personali restitutio alicuius rei datur ex iustitia: fructus in eam restitutionem veniunt sine mora, sine mala fide. l. patri. §. item ex diuerso. ff. de minorib. l. videamus. in. 2. ff. de vsur. quod & nos tradidimus libr. primo. capit. tertio. in principio. atque ita hanc sententiam veriore esse putant Rosfredus. 4. part. de libellis. rubri. de actione civili quanto minoris. numero. 20. Alberic. in dicta. l. secunda. num. 16. & Salyce. ibi nume. 5. ex Junioribus Emanuel à Costa Lusitanus in. §. & quid si tantum. 2. part. nume. 72. ff. de lib. & posthu. quibus profectò refragantur Bald. in dict. l. 2. nu. 3. & Panthaleon Cremenfis. colum. 29. Anchar. in peccati venia. q. 10. versu. sed ego vt dixi. de reg. iur. in. 6. Cæpola de simulat. contract. §. 2. ad finem. Antoni. Burgen. in capi. ad nostram. de emptio. num. 36. Sylue. verb. vsura. 2. q. 15. & Fabianus de monte. S. Sabini in tract. de emptione. 8. q. principali. col. pen. versu. octauo. hi quidem omnes existimant, emptorẽ conuentum actione personali ex dict. l. 2. & nolentem iustum pretium supplere nequaquam esse condemnandum ad restitutionem rei cum fructibus: quia interim donec contractus rescissio fit dominus verus est, & ideo propria re vtitur: nec tenet fructus restituere: cum eos suos fecerit, quæ ratio parum vrget, siquidem & is, qui à minore euit, ante concessam in integrum restitutionem verus dominus est: & tamen data in integrum restitutione ad fructus tenetur. sic & in redhibitoria ante redhibitionem verum dominium habet quod negari non potest: at nihilominus condemnatur ad rei cum fructibus restitutionem. quam ob rem opinio Rosfredi iure verior est: licet contrariam praxim receperit: quæ forsitan obrinuit ob id quod iuxta dict. l. 1. C. si maior factus alienat. sine decret. fact. rat. habuer. Rosfred. & sequaces, venditor etiam teneatur pretium cum vsuris reddere: hæc verò vsuræ & si eo tempore legumlatoribus visæ fuerint iustæ, nunc tamen iniquum apparet lege naturali, diuina & humana: ex pecunia vsuram recipi. & ideo cum venditor tunc reddere tenebatur pretium cum vsuris: æquissimũ equidem fuit quod & emptor rem cum fructibus restitueret: at cum hodie vsuræ ex pretio reddi non debeant, mirum videri non debet, si nec emptor

fructus rei restituere minimè teneatur. Sed & antiquis venditore reddere pretium cum vsuris, emptor damnandus foret vt & fructus perceptos, bona tamẽ fide consumptos, restitueret ob æqualitatem inter contrahentes seruandam, alioqui iniquum esset à venditore pretium reddi cum vsuris totius temporis, ab emptore verò rem ipsam tantum sine fructibus perceptis, quos bona fide consumpserit. Et quãuis praxis his ratiõibus potuerit persuaderi, adhuc opinio Rosfredi iustiorẽ habet causam: siquidem pretium reddi cum vsuris, iniquum est: rem autem cum fructibus restitui maximam æquitatem habet propter ea, quæ in prioris sententiæ comprobationem adduximus. alia. etenim ratio est eius, quod à Cæsariis decisum est in. l. curabit. C. de actio. empti. vbi cogitur emptor vsuras pretij non soluti venditori reddere: quia interim ex re vendita fructus percepit: quos iure percipere æquẽ non poterat ante pretij solutionem. saltem potuisset venditor eos præcipuos velut ex re propria cõsequi: at in præsentis specie non ita conuenit à me reddi vsuras pretij, ob id tantum quod mihi res debita cum fructibus restituatur. verum opinione Rosfredi admissa in hac fructuum condemnatione obseruandum est id, quod in actionibus realibus, cum agitur de fructibus restituendis, iure definitum est. vnde emptor restituet rem ipsam & si bonam fidem habuerit cum fructibus perceptis nõdum consumptis: item & eos reddet, quos post litis cõtestationem perceperit. atque etiam consumptos prius: vbi factus fuerit locupletior: quemadmodum distinximus superius cap. 3. primi libri eodẽ pacto si quid certum venditor ex pretio perceperit reddere. id tenebitur: nempe si ab emptore loco pretij nõdum soluti redditum annuum acceperit: iustum profectò erit id emptori restitui, nõ venditor rescisso contractu cum emptoris læsione, locupletetur: in quo iudicis arbitrium plurimum poterit.

¶ Superest ad eiusdem constitutionis interpretationem non inelegans quæstio: quid de eo, qui deum rem ab emptore emerit: an aduersus ipsum valeat in iudiciũ deduci dictæ. l. 2. actio, cum hic tertius possessor sit? ad cuius dubitationis resolutionem in hunc modum proponimus adsertiones. Prima conclusio, auxilium actione ex dicta constitutione competit aduersus tertium rei venditæ possessorem, etiam ignorantem prioris contractus læsionem, qui tamen rem habuit vel titulo lucratiuo, vel iniusto eodem vitio læsionis ultra dimidiam laborante. Bald. num. 16. Salyce. nu. 18. in dicta. l. 2. à quibus nullus dissentit: quemadmodum testatur Tiraq. in. l. si ynquã. C. de reuoc. donat.

donat. verb. reuertatur. nu. 271. qui eos sequitur: & præter ipsum Baldi opinionem probant Panthaleon Cremenſis in dicta. l. 2. colū. 56. Fabianus in tracta. de empr. & vedit. q. 8. principali. q. 7. ita tamen hoc est accipiendum vt procedat vbi primus emptor soluendo non est: nec potest à venditore conueniri, ac demū in subsidium ex æquitate, quam præ oculis habuere, cuiusq; meminere Bald. & alij ad huius conclusionis probationē & in specie hoc adnotauit Emanuel à Costa in. §. & quid sit tantum. 2. part. nu. 64. ff. de libe. & posthum. argumento tex. in. l. in causa. 1. §. vlt. ff. de minorib. Secūda cōclusio. actio ex præfacta constitutione nec competit, nec admittenda est contra tertium possessorem, qui rem iusto pretio adquisiuit, titu. emptionis, aliove simili. Bald. Salic. Panthaleon Cremenſis, & Tiraquellus, paulo antè citati: quorum vltimus addit hanc opinionem communem esse: quam & Bald. sequutus tenet Iafon in. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebell. Aymon cōf. 7. ad finē: hoc ipsum sensit Cinus in dict. l. 2. q. 11. dum scribit: ita planum esse secundum illos, qui tenēt actionem personalem ex ea lege dari, quæ opinio communis & verior quàm eorum, qui existimant officium iudicis competere, quorum opinione præmissa haberet locum distinctio tex. in dict. l. in causa. §. vlt. cum igitur actio hæc personalis sit: nec tertius possessor ex sua persona conueniri valeat, ex authoris personā nequaquam conueniendus est. l. apud Celsum. §. de authoris. ff. de doli excep. & proculdubio hæc secūda conclusio frequentiori omnium calculo probatur: quā quidem perperā intellexit Fabianus dict. tract. de emptione. q. 8. princi. q. 8. scribens eam veram esse vbi primus emptor satis idoneus est, vt in iudicium pro læsionis compensacione cū effectu vocari possit. quippe q̄ habeat bona vnde possit eam læsionem refarcire: alioqui etiam tertius possessor, qui rem habuit iusto titulo & pretio, iusta q; & æqua commutatione, poterit à primo venditore ea actione conueniri, aut ea ex causa in iudiciū vocari. quod est omnino contra Bald. Salyc. & Cremen. qui dictum à Cino, dum scripsit secundum opinionem illorum, qui afferunt dari officium iudicis locum esse distinctioni iurisconsulti in dict. l. in causa. §. vlti. intellexerunt in specie præcedētis & primæ conclusionis, cum emptor ac tertius possessor rem lucratiuo titulo vel iniquo pretio habuit: & ideo quoad hæc secundam conclusiōem non admittunt eandem distinctionem. quin & iurisconsultus in dict. l. in causa. loquitur in officio iudicis, & in integrum restitutione, quæ in rem videtur scripta: hic vero agimus de actione merè personali, quæ in rem

scripta nō est: & quæ rōne cōtractus à lege datur.

Tertia conclusio. actio personalis venditori ratione læsionis vltra dimidiam à iure concessa, cōpetit aduersus tertium possessorem titulo oneroso & iusto pretio, qui tamen tempore acquisitionis rei, sciebat illam venditam fuisse cum læsione vltra dimidiam: in subsidium sanè, quando primus emptor soluendo non sit. hoc enim dicit æquitas, quam maximi faciunt Doctores quæstionem istam disputantes.

Quoties verò venditor aduersus tertium possessorem agit auxilio dictæ constitutionis, etiam iure communi Cæsarium intra quadrienniū agere debet: nam eo transacto excluditur ad exemplum in integrum restitutionis, quæ intra id temporis petenda est: quod expressim hæc in controuersia probant, & asseuerant Cynus. quæstione. 11. Bald. & Saly. in. d. l. 2. vbi post eos Panthaleon Cremenſis, & Aymon dicto consil. 7. cæteri que, quos ad huius quæstionis tractatum citauimus. Alibi etenim tradidimus iure Cæsareo intra triginta annos posse in iudicium deduci auxilium ex dict. l. 2. competens venditori & emptori causa læsionis vltra dimidiam: iuxta veriore magisque receptam sententiam: tamen si iure Regio ea actio intra quadrienniū proponenda sit, vnde quibusdam videbitur ex æquatam esse, ac ferè similem censerī beneficio restitutionis in integrum minoribus ætate competenti, & ob id iure icidem Regio admittēdam fore, etiam quo ad secundæ conclusionis interpretationem, distinctio neni dict. l. in causa. §. vlti. ac denique verum esse quod ad eam Fabianus à monte Sabino adnotauit. quod maturius pensitandum est.

Ex capite sequenti.

- 1 *Renunciatio specialis sufficit & necessaria est, vt deceptus vti non possit. l. 2. auxilio.*
- 2 *Is qui verè scit tempore contractus iustum rei valorem, non potest agere ad læsionis restitutionem.*
- 3 *Renunciatio specialis, etiam eidem contractui adscripta, hoc beneficio & actione renunciantem priuat. & inibi de exceptione non numeratæ pecuniæ.*
- 4 *Expenditur text. & quod ex eo Barto. adnotauit in. l. vlt. §. Item quæsitum. ff. de condictio. indebiti.*
- 5 *Læsiō vltra dimidiam in grauissimo excessu cōtingens*

Variarum Resolutionum

- tingens non comprehenditur sub speciali renū-
ciatione, nec iuramento, imò his non obstanti-
bus erit compensanda.
- 6 Quid de ea clausula, quæ adijci solet his contra-
ctibus, quæ alter alteri donat quicquid res va-
luerit ultra pretium conuentum, etiam si di-
midiam excefferit.
- 7 Traditur latè quæstio, an in his renunciatio-
nibus subsit vera donatio, quæ insinuationem
exigat.
- 8 Remissio debiti donatio est, quæ & insinuationem
requirit. & nume. 12.
- 9 Vbi res & pecunia simul cum alia re permuta-
tur: an sit contractus venditionis, an permuta-
tionis?
- 10 Expenditur text. in. l. si quis donationis. ff. de
contrah. empt. & in. l. si sponsus. §. circa. ff. de
donatio. inter virum & vxor.
- 11 Læsiō etiam intra iusti pretij dimidiam in ani-
mæ iudicio, donatio non præsumitur, imò repa-
randa & restitutione tollenda est: & inibi hoc
latè intelligitur.
- 12 Quid præterea sequeretur, si verum esset ex
præfatis renunciatiōnibus donationem deduci
& verè constitui.
- 13 Re vendita demum apud emptorem extincta
locus non est constitutioni secundæ. C. de rescin-
den. vend. quod ibi variè explicatur.
- 14 An res & pretium alternatiuè sint in obliga-
tione: an ipsa res tantum: vbi læsiō ultra dimi-
diam in contractu venditionis contigerit.

Rursus traditur an renūcia-
tione contrahentium eadem
constitutio tollatur?

Caput. IIII.



Solet in cōtractibus emptio
num & venditionum ad ef-
fugiendam actionem, quæ ex
dict. l. 2. competit decepto vl-
tra iusti pretij dimidiam: ap-
poni clausula, quæ huic au-
xilio deceptus renūciat: &
ideo quæritur si ne ea in iudicijs admittenda: Quæ

quidem dubitationē duabus absoluam cōclusio-
nibus, & earum priori existimo, nihil efficere
ad exclusionem præfatæ constitutionis generalē
contrahentium renūciationē, quippe quæ mini-
mè in hunc sensum accipiēda sit, vt deceptus age-
re non valeat ad compensationē læsionis ultra di-
midiam, tex. insignis in. l. vlti. §. item quæsitū. ff. de
condictio. indebi. atq; in hac specie ita rñderunt
Bald. §. q. Paul. Cast. col. 3. Panthaleon Cremenf.
17. extensione in. d. l. 2. Bar. & alij in. l. si quis cum
aliter. ff. de verb. obli. quorum opinio cōis est, vt
apparet ex traditis per And. Tiraq. in. l. si vnquā.
C. de reqo. donat. in prin. nu. 123. vbi eam ipse se-
quitur. posterior verò adfertio: vbi ea renūciatio
specialis sit, omninò adseuerat nō posse deceptū
ultra dimidiam agere, nec ad contractus rescisio-
nem, nec ad iusti pretij integrā solutionē, quæ pro-
batur autoritate iurisconsulti in. l. quæritur. §. si
venditor. ff. de edil. edict. notant expressim Bald.
nu. 7. 4. quæst. Sali. 7. q. Paul. Cast. vers. quærtā
conclusio. Panthaleon Cremenf. §. limitatiōe. col.
30. in. d. l. 2. Bart. in. d. l. si quis cum aliter. ad fin. &
ibi las. nu. 22. Angel. Arcti. in. §. actionū. de actio.
nu. 17. Fabia. in tract. de empt. q. 8. principi. 4. q. ver-
si. tertio quæro. Rosfred. de libellis parte. 4. rubri.
de actione quāto minoris. nu. 24. Deci. cōsil. 180.
nu. 4. cōmunemq; esse hanc opinionē profiteor:
quæ procedit etiam si renunciāns eo tēpore igno-
rauit iustum rei pretium, sicuti in specie adno-
tarunt Paul. Castren. & Cremenfis in dicta. l. 2. &
idem est, ac potest colligi ex mente aliorum, qui
posteriori cōclusioni accessere. nihil etenim im-
pedit quòd ad ignota non extēdatur, nec trahen-
da sit renunciatio. dict. §. item quæsitum. cum id
locum obtineat in generali renunciatiōe: si qui-
dem in speciali, vbi qui renūciat etiam de his,
quæ ignorantur prout de notis disponit, secūs di-
cendum erit: imò isthæc renunciatio de ignoris
dici non potest, sed de omninò præuisis & cogi-
tatis: quod apertissimum esse cenfeo. Nam præ-
ter hæc si verè is qui agit sciret tempore contra-
ctus iustum valorem rei, non foret renūciatio ne-
cessaria, secundum Petrum, Cinum, Barto. Bald.
Cremensem limitatione. 1. & alios in dict. l. secun-
da. Deci. consi. §. col. 831. quorum opinio commu-
nis est, sicuti fatentur eam sequuti Alexand. con-
sil. 42. num. 7. lib. primo. & Antoni. Burgensis in
cap. cum causa. de empt. & vendit. numer. 20. tra-
dit idem in capitu. cum dilecti. nume. 18. eo. titul.
Andr. Tiraq. libr. 1. de retract. §. 1. gloss. 18. nu. 14.
tametsi verum sit non præsumi scientiam veri va-
loris & iusti pretij: vbi quis ultra dimidiam lædi-
tur, nē locus sit pluribus præsumptionibus, nem-
pe quòd quis velit iactare propriū patrimoniū,
& deinde

& deinde qđ donare velit, ubi potest alia quāam donationis causa præsūmī, ignorantia, scilicet. l. si cūm aurum. ff. de solutio. & præterea si donare vellet deceptus vltra dimidiam, nequaquam vteretur contractū & titulo venditionis, quo ad deficientem quantitatem: quam ob rem quod traditur in l. quisquis. C. de rescinden. vendit. præsūmi scientiā valoris propriæ rei, non obtinet quādo læsio contingit vltra iusti pretij dimidiam ex gloss. & Docto. ibidem Barto. in dict. l. si quis eū aliter. & Abb. & Antoni. Burgensi. in dict. c. cūm causa. num. 20. Petro, Cino, & Saly. in dict. l. 2. ad finem. quo fit vt necessaria sit scientiæ probatio aduersus ignorantie præsūptionem.

Rursus & hæc secunda principalis cōclusio ad mittenda erit, etiam si in eodem venditionis contractu renunciatio appositā fuerit. Nam & tunc 13 deceptus vltra dimidiam ratione renunciationis excluditur: hoc probatur ex veteri, communi & receptissimo vlti huius, & aliorum renunciationum, quæ in contractu eodem exprimuntur: & ex eo vim propriam non amittunt: quod manifestum est, quoniam & in specie huius renunciationis sentiunt hoc Barto. & alij in dict. l. si quis eam aliter. Bald. in dict. l. 2. num. 10. Saly. ibi num. 13. Angel. Arcti. in §. actionum. num. 17. de actionib. & idem præmittunt ceteri, qui de hac renunciatione scripserunt, quibus intèr conuincit Regia l. 9. titu. 1. parte 5. ex qua renūciatio exceptionis non numeratæ pecuniæ omnino valet, etiam si quis eo tempore quo confessus fuit in manu pecuniam accepisse renuntiauerit: quæ quidem decisio probatur opinio Baldi in l. si quis eam aliter. præf. Fabri in prin. l. l. de test. obligatum. 14. Card. in cap. vlti. num. 9. de solut. quam æquū esse asserit in vltimo neque & communiter seruari num. 6. in cap. si cautio, de fide iustu. quoniam si conclusa lege Regia, renūciatione exceptionis non numeratæ per se in se ipso tempore cautionis quāvis inualidam esse censent Petrus, Cino, Bart. Bald. Ange. Saly. & Paulus Castrensis in l. si ex cautio. pe. C. de non num. pecunia. Abb. & Sely. numer. 48. in dict. cap. si cautio. ex quibus apparet hanc opinionem magis communē esse, quod itidem fatetur Alex. consil. 35. lib. 1. nu. 3. Decian. l. qui pecuniam. num. 4. l. si cer. pet. non pro ad dict. l. si ex cautio. & conuincitur pagina 73. de Rosericy Xuares in l. post rem. ff. de re iud. holi. 14. col. 3. an. 7. parte legis Regiæ. & nihilominus quia Regia constitutio plures frequentissimè in vltimis seruatur, & ita seipsum recipienda est, vt reus non possit obijcere exceptionem, etiam intra biennium se defendere transferendo omnes probandi in aduersariū, sed si probare velit, non esse

sibi pecuniam numeratam, omnino audiendus sit iuxta sententiam Azonis, & Accursij in d. l. si ex cautione. Inol. in cap. vlti. de solut. ad finem. Felix in dict. cap. si cautio. nu. 49. quam vbiq; seruari asseuerat Albert. in dict. l. si ex cautione. & expressum idem tradit facta legis Regiæ mentione Xuares dict. 3. col. quod si renunciatio ex intervallo fiat, communi omnium consensu valida censetur, tunc etenim non adest illa eadem facilitas renūciantis statim in cautione: siquidem mature id deliberare potuerit, quod non inveniē contingit vbi eadem facilitate, quā cōfiteretur pecuniam sibi numeratam fuisse, exceptioni non numeratæ pecuniæ renūciat. quo fit, vt licet Regia constitutio statuerit, debitorem ab exceptione non numeratæ pecuniæ excludendum fore renūciatione per eū præmissa, si ea in scriptura cautionis & confessionis scripta fuerit, nihilominus & si ea renūciatio ex intervallo fiat, idē dicendū erit fortiori ratione, vt tunc & tunc valida sit ipsa renūciatio. Nec oberit, quod Regia lex vtatur dictione, Si, conditionem significat. Nā dicitio, Si, non inducit præcisē conditionem vbi ex hoc absurdus sequitur intellectus. tex. in l. 2. C. de cōdit. insert. Bart. in l. 1. num. 4. ff. de conditio. & demonstr. constat igitur iure Regio, renūciationem statim eodem contractui adscriptam, effectū sortiri quo casu, quo iure Casarum maxime controuersum fuit, & frequentiori calculo probatum, eam, nisi ex intervallo fiat inualidam esse, ergo & in renūciatione constitutionis secunda. C. de rescind. vend. idem erit dicendum, contrariam sanē opinionem, imo renūciationem læsionis vltra dimidiam ipsi eodem contractui venditionis appositam nisi ex intervallo fiat, nullius esse effectus probare, quatur Laurentius Calca. consil. 25. num. 17. cui plura suffragantur. Primo quod eadem facilitate: quæ quæsi dicitur vltra dimidiam, ad hanc renūciationem inducitur, quemadmodum Bald. censet in dict. l. 2. nu. 7. qui videtur eodem sententiæ subscribere: sed is loquitur in feminis, cæcis, & minoribus, qui facillimè decipiuntur: aut saltem ignorantia, imprudētia, aut animi fragilitate labuntur facillimè, quibus æquū est vt subagantur, & eis nocent huius læsionis renūciatio, nisi & ipsa maturo consilio post venditionem ex huiusmodi dicitur etenim cum vere deprehenderint se lesos fuisse, at in rationibus, qui iure gratia iudicij, & consilio de propriis actibus deliberant, nihil idem erit. Secundo in eisdē opinionis defensionem adducitur quod iure Casareo, contrarium tenetur in dict. l. si ex cautione vbi prædictum, vt renūciationem exceptionis non numeratæ pecuniæ eidem adscriptam cautioni, nisi adiuncta

lo fiat,

Variarum Resolutionum

lo fiat, inualidā esse. sed & hoc parum vrget, cum id procedat ex eo quod sicut debitor spe futuræ numerationis fatetur mutuam pecuniam se recepisse, ita & eadem spe exceptioni renunciat. unde mirum non est eam renunciationem, nisi ex interuallo fiat, inutilē esse. Tertio accedit quod Roma. scribit in dict. l. si quis cum aliter. col. vlt. nempe exceptionem doli aut simulationis in eo dem instrumento factam nihil renūciantī nocere, hoc tamen in odium doli, & simulationis iure statutum est, & ideo parum comprobat Calcanei sententiam. Quarto, vt quibusdam visum est, efficax argumentum adducitur ex iuriconsulto in. l. vlt. §. idem quæsitū. ff. de condict. inde. item, inquit Scæuola, quæsitum est, an pactura, quod in pactionibus scribi solet in hunc modū, ex hoc contractu nullam in se controuersia amplius esse, impediatur repetitionem? Respōdi nihil proponi cur impediret. à quibus verbis Bart. col. liget. quod renuncians condictioni indebiti, condictioni sine causa, & omni legū auxilio, potest nihilominus cōdicere pecuniā solutā cōdictione indebiti, quasi huic non renunciauerit. Bartolū sequuntur Paul. Castrenf. & Iason ibi dicens eius opinionem communem esse, quam etiam tenet Guiliel. à Cuneo & Alberic. in. l. i. ff. de condict. indeb. verū huic rationi primò respondeo, Bartoli sententiam non probari in dict. §. item quæsitum. quo in loco iuriconsultus tractat de renūciantione generali, quæ proculdubio ad nō cogitata, nec excogitata nō extēditur. l. mater decedēs. ff. de inoff. testam. nos verò in hac peculiari questione agimus de renunciantione speciali, ex qua apparet renunciantem cogitasse de eo, cui renunciauit. l. qui iure. ff. de testam. milit. deducitur ex his, quæ notantur in. l. sub prætextu specierum. C. de transact. quin & contra Bart. facit quod potest quis iuri sibi cōpetenti renūciare. l. si quis in conscribendo. C. de pact. l. si quando. §. generaliter. C. de inof. testam. l. sed si quis. §. quæsitū. ff. si quis cautioni. atq; ita aduersus Bartol. tenent Fulgo. in dict. §. item quæsitum. Are. in. l. si quis cum aliter. col. vlt. ff. de verb. oblig. Imola in capi. cum contingat. num. 54. de iure iur. idem in. c. penult. de empt. & vendit. nu. 16. falsa q; viderur opinio Bart. ex traditis per Alex. consi. 42. nume. 8. lib. 1.

Secundò & si vera sit Bartoli sententia tunc obtinet cum vel ratione sexus, ætatis, aut rusticitatisque, similive, facilitas renūciantī præsumitur, & ideo non ita hæ renunciantiones admittendæ sunt ac si à maioribus ætate, viris, & prouido consilio præditis foret emissæ: sicuti eam decisionem visus est intellexisse Hippo. singul. 18. Tertio quod Bart. adnotauit, licet genericè in quibusuis perso-

nis admittatur: quo ad renūciantionem condictionis indebiti planè obtinebit speciali quodam iure: siquidem certum est, neminem ei renunciaturum fuisse, si sciret se indebitam pecuniam solvere: præuia etenim maxima diligentia solent, quæ verè debentur solui: & ob id non est præsumendum quenquam soluere pecuniam aliquam certò scientem indebitam esse. igitur qui condictioni indebiti renunciat, id agit existimans pecuniā illam debitam esse, alioqui non renunciaturus si existimaret numos illos non deberi. ac in alijs renunciantionibus aliud dicendum erit, cum fiant frequentissimè ab his, qui sciunt sibi omninò cōpetere ea iura, & priuilegia, quibus renunciant. Et potissimum id contingit in emptoribus & venditoribus, qui desiderio vel emendi, vel vendendi plerunq; his vtuntur clausulis, quibus se ipsos omni legum auxilio priuant.

Quintò Calcanei sententiam adiuuat, quod hæ renūciantiones potius ex tabellionum stylo, quàm ex contrahentium consensu ipsis contractibus adscribuntur ex Bart. in. l. i. q. 7. ff. de iure codic. quam ob rem nisi post contractum ipsum ex interuallo fiat, parum roboris habere videtur, quippe quæ non processerunt à contrahentium consensu. Hoc tamen non omninò conuincit verum esse, quod responsum est à Calcaneo: iuxta tradita in meis commentarijs ad rub. de testam. 1. par. num. 14. quia præsumi non debet has renunciantiones à tabellionibus adiectas contractui fuisse, nisi ex contrahentium consensu: expresso quidem vel tacito ipsis hoc adseuerantibus, aut contractui ipsis perlecto consentientibus, vel ex eo, quod cum hæ renunciantiones sint consuetæ adscribi his conuentionibus ad earum maiore vim ipse tabellio rogatus censetur vt & eas adscribat. potissimum hanc quam tractamus, quæ potest labente tempore inspecta contractus natura vel emptori, vel venditori prodesse, & sic in communem vtriusque utilitatem apponitur. Sextò multò minùs probatur hæc sententia in. l. doli. versic. diuersum. ff. de nouatio. vbi facilitate, qua quis decipitur in ipsa principali conuentione, eadem cogitur has & similes renunciantiones admittere. idem statuitur. l. 17. titu. 14. part. 5. *Diuersum est* inquit Iulianus, in muliere, quæ contra senatusconsultum promissit. nam & in secunda promissioe intercessio est, idēq; est in minore, qui circūscriptus delegatur, quia si nunc etiam est minor, rursus circumuenitur: quibus verbis probatur, non posse responsum illud ad huius quæstionis decisionem adduci, cum inibi agatur de minore, & formina, qui delegatur: & possunt vtī exceptione, & legis beneficio aduersus eum, cui delegatur:

rur: licet verum sit, exceptionem competentem
 alicui aduersus delegantem minimè opponi pos-
 se aduersus eum, cui delegatur, cum prior delega-
 tus sit facilitate sexus, & restitutionis in integrum
 auxilium habet, posterior verò aduersus senatus-
 cōsultum Velleianum, & idè eo vti poterit, his
 etiam aduersus quemlibet hæc auxilia iure datur.
 Nos autem tractamus de eo, qui cum maior sit,
 nulloq; alio beneficio vti possit, quam eo, cui re-
 nunciat, & iure potest renunciare: merito eo pri-
 uatur: etiam si in eadem contractus principalis
 scriptura renunciatio scripta fuerit. Quam ob-
 rem, quanuis sæpissimè viderim in forensium
 causarum allegationibus proponi, renunciatio-
 nem dictæ constitutionis secundæ inualem esse,
 eo quod in eodè instrumento venditionis scri-
 pta sit varieg; id à iudicib; admitti, & refelli, pro-
 fectò non video cur eà allegatio admittenda sit.
 Cæterum vbi læsio non tantum contigerit vltra
 iusti pretij dimidiam sed præterea grauissima; &
 5 vt nostrates loquuntur, enormissima sit, adhuc
 obtinet actio ex dict. l. 2. poteritq; deceptus ex ea
 agere, etiam si expressim renunciauerit eidem cō-
 stitutioni: eamq; renunciationem iuramento præ-
 stito stabilierit, donaueritq; quãtatem iustum
 pretium excedentem, cuiusve dimidiam partem:
 præmissa scientiæ iusti pretij asseueratione: quan-
 doquidè hæc renūciatio, eiq; adherentes clausulæ
 tunc demum vim habent: cum læsio vltra dimi-
 diam medioeris est: non sic vbi is excessus ad gra-
 uissimam læsionem pertinet: quo quidem casu
 læsio ipsa re contingens uolo comparatur. l. si su-
 perstite. C. de dolo. & colligitur ex traditis per
 Calderi. consi. 8. de iureiu. Panormit. in cap. cum
 contingat. eo. tit. num. 23. Pau. Castren. consi. 174.
 lib. 1. Dec. consi. 180. & 45. & 380. col. vlt. Paul. Pa-
 risien. consi. 12. num. 80. lib. 2. & alijs, quorum au-
 thoritatem, & rationes latius expendam in enar-
 ratione. c. quamuis pactum. de pact. in. 6. in hac
 etenim specie, quam modò tractamus, idem ad-
 notauit Cassador. decis. l. titu. de emption. dicens
 hanc sententiam Romæ in prætorio Rotæ serua-
 tam maiori iudicum parte suffragante, cum res,
 quæ iusto pretio bis mille & trecentum aureos
 valebat, mille tantum fuisset vendita. idem ipse
 vidi definitum prima & secunda supplicationis
 sententijs in hoc regio Granatensi prætorio: cum
 domus quædam æstimationis iustæ ter mille, &
 quingentorum aureorum, vendita fuisset mille
 & quingentis aureis. Et id maximam æquitatem
 habet.

Hactenus satis probauimus læsum vltra dimidiã
 in contractu venditionis, posse agere auxilio di-
 ct. l. 2. nisi contractui consenserit sciens iustum

rei valorem, vel actioni sibi competenti, & læsio-
 ni vltra dimidiam renunciauerit. idem & Tertio
 solet adnotari: vbi læsus alteri donauerit in eodè
 6 cōtractu eam quãtatem, quæ iusti pretij dimidiã
 excedit, quasi ea donatio liberè facta læsum vltra
 dimidiam hoc beneficio priuet: saltem oportet
 clausulam istam appetere concipi, vt expressim do-
 netur id quod excedit, vel deest ad iusti pretij æ-
 stimationem quæcunq; ea quantitas sit: alioqui
 donatio quantitatis deficientis iusto pretio, vel
 id excedentis: nihil ad hoc operaretur: quia po-
 test intelligi intra dimidiam iusti pretij partem:
 sic etenim rem hanc Barto. explicat in. d. l. si quis
 cum aliter. cui consentiunt Doct. ibi, & in cap. cū
 causa. de emptione. sicuti ibidem testatur Burgē-
 sis num. 22. idem tenent Barr. ipse Bald. Pau. Sal-
 & Panthaleon Cremensis in dict. l. 2. 15. extēsiōne.
 tradit Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 18. co. 3. & 4.
 quibus accedit tex. insignis in. l. 56. ti. 5. par. 5. quæ
 præter donationem simplicem non relatam ad
 quancunque quantitatem iuramentum exigit,
 quasi absque iuramento ea donatio sufficiens non
 sit simpliciter facta, vt læsus hoc iure & auxilio
 careat. superest tandem quæstio non inelegans:
 imò sat. vtilis, & frequens, an in his tribus calibus
 quibus læsum vltra dimidiam excludi adnotaui-
 mus propter quandam tacitam donationem, sit
 ne donatio ita censenda, vt insinuationem exi-
 7 gat: si quingentos solidos excesserit? Et. quibus-
 dam omninò placuit hic donationem, vtrã sub-
 esse, ac deinde insinuationem requiri, vbi quod
 donatur, nēpe id, quod excedit iusti pretij dimi-
 dium, eam efficit quantitatem, quæ insinuationem
 requirat: cum prætextu illius quantitatis:
 quæ excedit iusti pretij dimidium, vel deficit, di-
 midia iusti pretij parti, vera donatio ab eo, qui læ-
 ditur fiat. vnde iuris apertissimi est, insinuationem
 requiri perpenis constitutionibus, quæ has do-
 nationes insinuari iustis ex causis prouidè statue-
 runt. Huius sententiæ authores donationem ite-
 dem subesse fatentur in eo quod etiam intra di-
 midiam iustum pretium superat, vel iusto pretio
 deficit, & eius causa quantum ad hanc quantita-
 tem, insinuationem exigere videntur, si eorum
 rationes consideremus: atq; ita responderunt huic
 dubitationi Ancharra. & Imola in cap. pen. colū.
 2. de empt. Roma. in. l. 2. in princi. num. 55. & ibi
 Alcia. num. 16. ff. de verb. obli. Calcanç. consi. 25.
 num. 12. Alex. in. d. l. si quis cum aliter. col. penul.
 ff. eo. tit. Maria. Soc. consi. 215. lib. 2. col. 2. Bertachi-
 nus in tract. de Gabellis. 3. part. 8. partis princip.
 q. 12. tradit Tiraq. in. l. si vnquam. C. de reuo. do-
 nat. verb. donatione largitus. nu. 3. & idem lib. 1.
 de retract. §. 1. gl. 18. nu. 15. qui quidem & Alex. in
 dict. l.

Variarum Resolutionum

dict. l. si quis cum aliter. ausi non fuere uti certam hanc sententiam pronunciare. nam licet dubitationem attigerint: meminerintque huius opinionis: nihil tamen definire audent. vnde hi duo commode non possunt huius assertionis authores ceteri, pro eaverò multa possunt ex utriusque iuris sanctionibus adduci: & prae ceteris.

Primum, locus iurisconsulti in. l. si quis donationis. ff. de contrah. emptio. ubi venditio facta viliori pretio, quo ad pretium deficiens iustae commutationi prohibetur inter virum & uxorem, quia donatio est. ad idem tex. in. l. si sponsus. §. circa. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. si vir uxori. in princ. C. ad Velleianum. l. 1. §. si quis in fraudem. ff. si quid in fraud. patro. cum alijs, quae ad hanc rem adducit Tiraquel. in dict. l. si vnquam. verb. donatione largitus. nume. 3. ex quibus colligitur, contractum venditionis donationem censeri. quatenus vel iustum pretium exceditur, aut diminuitur. notat in hac specie Azo in summa. C. de rescind. vendit.

Secundo ratione instruitur isthaec opinio: nam qui renunciat huic actioni, vel scit iustum valorem rei vel illud ignorat, si sciens iustum pretium renunciauerit, proculdubio donare videtur, cum nulla alia causa hic presumenda sit, quam donationis, si verò ignarus iustae aestimationis expressum, & in specie, huic auxilio ex lege sibi competentem renunciet, ea renunciatio gratuita est: nullo iure cogente facta, & ideo donatio erit censenda. l. 1. ff. de donatio. l. donari. ubi Dec. ff. de reg. iur. igitur in utrunque casum apparet adsumendum esse donationis titulum: siquidem ubi ignarus iusti pretij non renunciat in specie lesioni ultra dimidium, nequaquam excluditur ab actione sibi competenti ad laesionis satisfactionem.

Tertio hoc ipsum probatur ea ratione, quod remissione debiti, seu renunciatio iuris competentis donatio quaedam iudicatur. l. in rebus. §. 1. & in princ. ff. de donatio. l. si mulier. & ibi Alex. post alios. de condict. ob caus. l. peculium. in. 1. & in princ. ubi Bar. ff. de peculio. optimus text. in. l. sicut. §. an pacisci. ff. quib. mod. pig. vel. hypothecc. solua. Deci. post alios in. l. si quis obligatione. ff. de regu. iur. Abb. Feli. & alij in cap. veniens in. 1. de testib. omnium latissime Tiraq. dic. verb. donatione largitus. num. 143. quo fit, ut etiam in remissione debiti, licet omnino propria donatio non sit, insinuatio tamen requiratur secundum gl. Bar. & Doct. in dict. l. si quis obligatione. Bart. in. l. Modestinus. col. 1. ff. de donat. & ibi Pau. Castrensis quorum opinio communis est, sicuti tam sequuti asserunt Alex. Soc. & Dec. in. l. si creditori. C. de pactis. Dec. in dicta. l. si quis obligatione

Calcan. conf. 25. nume. 23. Curtius Iunior cof. 47. col. 2. Tiraq. loco paulo ante citato. nu. 144. quavis sint & alij qui contrariam sententiam defendere conantur post gl. in dict. l. Modestinus. sed tandem deducitur ab hac tertia ratione, insinuationem requiri ubi quis renunciat laesioni ultra iusti pretij partem dimidiam. Contrarium sane in insinuationem non requiri in his modis, quibus tollitur veluti quaedam priuata renunciatio ne dicitur. l. 2. constitutio, probar eleganter Calde. conf. 2. tit. de emptio. cur. subscribit Barb. in. l. 2. ff. de verbo. obliga. Fol. pen. col. 4. & accedere videntur Bar. & Bald. in. l. si tibi. in principio. ff. de pact. Fabianus de emptio. & venditioe. 8. q. principali. q. 4. verb. quarto quarto. & Pithaleon Cremenf. in dict. l. 2. 15. extensione. col. 10. & 1. limitatione. col. 28. asserentes, in his casibus nullam induci donationem: nec posse pacitionem ista gratuitam largitionem censeri. vnde fit ut insinuatio minime sit necessaria, & quia huius posterioris sententiae probatio potissimum instruitur ex eo, quod hic nulla donatio contingat: atque inde tollantur prioris opinionis fundamenta, conabimur manifestissimis argumentationibus ostendere, nullam posse donationem ex his clausulis, & renunciationibus deduci.

Primum etenim illud est considerandum, quod precipua contrahentium intentio: totusque huius contentio nis scopus is est, ut emant, & vendant: nihilque minus quam gratuitam donationem esse concipiunt, & cogitant. ideoque & si huic contractui mixtum sit aliquid, quod ad donationem pertineat: contractus nomen adsumit à principaliori contrahentium actu, & intentione, nempe ab emptione & venditione: non à donatione. l. si quis nec causam. ff. si cer. pet. l. fundi partem. ff. de contra. emptio. hoc deinde constat, siquidem ubi res quaedam simul & pecunia cum alia re permutantur, & huic conventioni contrahentes nomine permutationis adscribunt tacite, vel expressim: contractus is permutationis censetur: tametsi pecunia maior sit quam aestimatio illius rei, cui adhaesit. tex. in. l. si in emptione. ff. de contra. empt. ubi Bart. & Bald. id ab eo texu deducunt. Bar. Paul. Castrensis & Imola in. l. Aristo. ff. de donatioib. Alexan. conf. 119. nume. 6. lib. 5. Alexand. confil. 63. lib. 7. ubi Carol. Moli. idem in consue. Parisi. tit. 2. §. 13. gl. 5. q. 12. & §. 23. q. 15. Ferronus in consuetud. Burdeg. tit. 8. §. 18. Bar. in. l. 1. ff. de rerum permut. latissime omnium Tiraque. lib. 1. de retract. §. 30. in gl. 1. num. 10. & sequentibus. Abb. & Doct. in cap. ad quaestiones. de rerum permut. nisi pecunia, quae rei in permutatione accessit, maxima quantitate excedat rei iustum valorem, tunc etenim potius

potius erit venditionis quam permutationis contractus nominandus: ex Paulo Castrenf. in dict. l. Aristo. cui ceteri consentiunt: & presertim Tiraquellus dic. glo. i. post Purpu. in. l. 2. num. 56. ff. si cer. pet. & Ferronum dict. §. 18. potissimum ubi fraus presumitur, aut de preiudicio alterius a contrahentibus agitur: quod ipsi authores vberius explicant, & Matthæ. Afflic. decif. 72. ad finem. fat est ops obire id adnotasse ad huius primæ rationis probationem, nec tamē omittendū est, ubi coniecturis locus sit: ab ipsis contrahentibus nullo nomine tacite vel expressim conventioni ad scripto, inspiciendum esse quid malus sit, nempe pecunia an res, quæ simul cum alia re permittatur: nam si pecunia maior sit, erit venditionis contractus: si verò res, permutationis nomen habebit. tex. in dict. cap. ad quæstiones. l. 2. tit. 6. par. 5. & id communi omnium sententia receptum est in locis modo relatis: quod si res & pecunia æquales sint, respondet Bar. in d. l. 1. ff. de rerum perm. & inibi Fulg. & Iason. Imol. in dict. l. Aristo. ubi Rom. & idem consi. 86. colū. 1. Iason. & Ripa. in. l. 2. colū. vlti. ff. si cer. pet. Guido Papæ. q. 2. & alij à iunioribus citati. verius tamē est conventionē istam simul esse venditionem & permutationem pro media parte: cum æquales sint vtrinque species & pecunia: argumento. l. Lucius. ff. de præscript. verbis. l. si sponsus. §. circa. l. cum hic status. §. pen. ff. de donat. int. vir. & vxor. l. Aristo. ff. de donat. sensere hoc Paulus Castrensis ibi. Speculat. tit. de rerum permut. versic. si verò res. Cinus, Ange. & Bal. 3. lectione in. l. quæritur. ff. de statu homi. in hac specie expressim Alcia. in. l. 2. ff. de verbo. obligati. num. 18. idem in dict. l. 2. ff. si cer. pet. col. 2. vers. quartus casus. & Andreas Tiraquel. in dicto §. 30. gl. 1. nume. 36. quo in loco Bald. adducit, qui huic quæstioni respondens, scribit, huic verè esse contractum venditionis: in præludijs feudorum. col. 4. vers. pro intellectu horum. Baldum sequitur Fabianus in tracta. de emptione. 2. q. princip. col. antepe. vers. sed iuxta prædicta. expedit late ipse Tiraquel. nume. 13. & sequentibus: sed & præcedente in opinionem aduersus Bald. probat Carol. Molin. in consuetud. Parisien. dict. q. 12. & 15. idem in Alexand. consi. 63. lib. 7.

Secundò, ut ad institutum peculiare regrediamur, eadem opinio alia ratione constat, vendere etenim rem viliori pretio non est donatio, sed damnosus contractus auctore Baldo. in rubr. C. de contrahen. empt. num. 11. is equidem, qui rem propriam vendit vilius quam eius sit iusta æstimatio, cum id agit causa donationis collatæ: in emptorem, qui extraneus est, cum quo nulla amicitia est, nulla adesse necessitudo, ac denique nulla est

causa donandi: sed ita venditor contrahit, vel quia existimat se videri pretio iusto: vel coactus necessitate quadam vendendi, aut voto & desiderio, quod illa res exeat à proprio patrimonio, ut morali quadam praxi constat. quæ igitur obsecro ratio dicatur, ut animum donandi presumamus habere eum, qui nullo pacto de donatione cogitat, nec titulo donationis emptori quadrantem daret?

Tertiò eandem partem persuadere conabor ex. l. si quis donationis. ff. de contra. empt. & in. l. si sponsus. §. circa. ff. de donat. inter vir. & vxor. quanuis & hi iurisperitorum loci in contrariæ partis fauorem fuerint adducti, præmittitur sanè donationem inter virum & vxorem non valere: atque hoc supposito ibidem respondetur, quod si quis vxori vendat rem viliori pretio donationis animo & causa: totus ipse actus irritus est, quia prohibita donatio ex eo constituitur, at si maritus viliori pretio rem vxori vendiderit non donatio mente, nec titulo prætenso, sed verè titulo & animo venditoris, contractus valet, quia venditio est. Rursus inter extraneos in dict. l. si quis donationis. scribitur, tunc demum re vendita viliori pretio donationem eum contractum censerì pro ea quantitate, quæ iusto pretio deficit, quando donationis causa manifesta est, non autem ubi constat, actum præcipuè fieri absque vero animo donandi, quod animaduertunt Cinus & Bald. in. l. 1. C. de pact. Nec obstat quòd in dictis iurisperitorum locis venditio facta vxori viliori pretio, quatenus iustum pretium deest, vel exceditur, non tenet, cum in eo sit vxor facta locupletior, quia id non procedit ex eo quòd in ea quantitate sit donatio, nam donatio non est, sed quia ille actus venditionis factus iudicatur in fraudem donationis prohibitiæ, & ideo retrahatur.

Quarto efficaci utar ratione. Nam læsio in contractu venditionis contingens intra dimidiam iusti pretij non sustinetur titulo donationis: siquidem ex natura contractus per legem illa retinetur à ledente, & est isthæc retentio emptionis, & venditionis consequutio, nec quicquam ad donationem pertinet. l. item pretio. in fine. ff. locati. & expressim Bald. in rubric. C. de contrah. emp. quæst. 12. Aretinus in. d. l. 1. C. de pact. Tiraq. in. d. lege. si vnquam. verb. donatione largitus. nume. 7. & tamen etiam respectu læsionis contingentis intra dimidiam iusti pretij partem procedit, quod iurisperitus scribit in dic. l. si sponsus. §. circa. vt inter virum & vxorem hæc læsio minimè admittatur. imò speciali iure rescindenda sit. igitur non obtinet responsum ideo quòd sit donatio, sed quia actus hic fit in fraudem iuris prohibentis donationem inter virum & vxorem.

Variarum Resolutionum

Quintò quod in præmissis renunciationibus, quibus læsus vltra dimidiam iuri proprio cedit, nulla subsit donatio, probatur. Nam si in contractu emptionis & venditionis esset à iure considerandus donationis titulus circa læsionem in pretio contingentem, maximè foret præsumendus & constituendus in ea læsione, quæ intra dimidiam solet contingere, cum ea à iure minimè rescindatur, & minoris sit quantitatis, quàm ea, quæ dimidiã excedit, & maior est: iureq; rescinditur, nisi læsus hoc beneficio se ipsum priuauerit, sed regulariter in læsione intra dimidiã, vbi rescisiõ locus nõ est, donatio nec subest, nec præsumitur, ergo nec erit donatio præsumenda quo ad læsionem vltra dimidiam, vbi proprio consensu læsus tempore contractus clausulis quibusdam se ipsum huius damni restitutioniõ abdicauerit. Quod modò secunda parte argumentationis adsumptissimus constat. Quia si donatio circa læsionem intra dimidiam præsumeretur, non esset ea læsio ex parte lædentis peccatum: nec is teneretur in animæ iudicio restituere eam quantitã, in qua læsio contigit: quod falsum esse apparet: quæadmodum summatim attingam. Quauis iure civili læsio intra dimidiam contingens forensi iudicio minimè rescindatur, non tamẽ inde sequitur permissum esse contrahentibus se intra eandem quantitatem lædere, ita quidem, vt ea permissio licita sit, nec em̃ sequitur, iure civili actus hic nec punitur nec rescinditur: igitur & is licitus est. Leges etenim non omnia, quæ illicita sunt puniunt nec punire tenentur, nec actionem itidem dare aduersus eum, qui iure naturali, & iusta ratione quid agere, vel restituere debet. Possunt sanè legumlatores hæc plerunque quibusdam ex causis omittere, & dissimulatione quadam tolerare: modò ea curent providere, quæ ad hominum cõuictum & reipublicæ integrum, atq; illæsum statum attinent, secundum Thom. 2. 2. q. 77. artic. 1. tradidimus & nos de lupanaribus in Epitome in quarta parte prima. cap. 4. nume. 9. & de actionibus aduersus ingratos. & pacto nudo, iure civili omisis, ac interdum negatis in capitulo. cum in officijs. de testam. numero. 10. Ergo cum læsio etiam citra dimidiam licita non sit humana lege, naturali & diuina maximè improbata, peccat atque ad restitutionem teneretur, qui contrahendo notabiliter proximũ lædit, etiam intra iusti pretij dimidiam: sicuti asserunt, & probant Thomas dict. quæstio. 77. artic. primo. & quolibet. 2. arti. 10. idem Thomas in quarto sentent. distinct. 15. q. 3. artic. secundo. vbi Gabriel. quæst. 10. colum. 9. & Ioan. Maior. q. 40. vers. octauo arguitur. Contra de contract. q. 57. conclus. prima. Adrian. quodli

bet. 6. arti. 3. Caiet. dist. artic. primo. & quodli. 16. quæstionum cap. 12. Folio. 66. Innocen. & Anan. in cap. in ciuitate. colum. 4. de vsur. post Anton. & Abb. ibi. idem Abb. in capit. quia plerique. de immunit. eccles. quæst. 9. vbi Anton. idem tenet Salyc. in auth. ad hæc. C. de vsur. q. 21. Fortuni. de vltimo fine. illat. 17. Antoni. Butrius, & Antoni. Burgensis in capi. cum dilecti. numero. 2. de emptione. Gerard. singul. 22. lason in. 5. sed dist. nu. 104. de actio. Alfonso à Castro libro secundo. de potesta. legis poena. cap. 10. Fallentia. 3. Capola in tracta. de simulatione contract. 2. præsump. colũ. 2. Ioan. à Medina. de restit. q. 32. & seq. Deci. cõsi. 111. col. 2. egregius Doctor Martinus Azpilcueta, in cap. qualitas. de poenit. dist. 5. nu. 45. & sequentibus. idem latiùs in cap. nouit. de iudic. 6. notab. corollario. 9. Syluest. verb. emptio. quæst. 8. Conradus in summa totius operis, de contractib. q. 6. 57. dist. 3. lason in. 1. si quis in conscribendo. numero. 5. C. de pact. & alij quorum meminit Tiraquel. de legib. connubialib. 9. lege. numero. 8. vbi nume. 10. fatetur hanc opinionem communem, & veriolem esse: asserit etiam eam communem Gomecius in capit. secundo. numero. 5. de constitutu. in. 6. eandem probat & defendit Dominicus Soto libr. 6. de Iustitia & iure. q. 3. articu. 1. Et licet Bald. in authen. ad hæc. C. de vsur. opposi. 21. Barba. in cap. primo. de emptio. colum. 3. Ioan. Crotus in cap. 2. primo notab. de constit. in. 6. contrarium defendere conẽtur asseuerantes, nec in hac deceptione subesse peccatum, nec teneri quæ ad restitutionem: quorum vltimum ausus est asseuerare Gerson in tractat. de contractib. & in suis floribus. Prior opinio verisima est, manifesta, & vrgeri admodũ ratione: quæ dicitur, naturali lege in contractibus commutatiuis à republica, & hominum moribus in vtriusque vtilitatem institutis, re ipsa exactam, & summam æqualitatem requiri ex iustitia commutatiua partis ad partem, secundum Aristotelem libr. quinto Ethicorum, ca. quinto. & lib. 1. Pol. c. sexto. quo fit, deceptio nõ illã omninò esse contra virtutem iustitiæ commutatiuæ, quæ in æqualitate iuxta proportionem consistit: si quis igitur ab ea virtute recesserit: id est, à medio iustitiæ: in vitium declinans, peccat, & ad restitutionem teneretur. idem ostenditur Leuitici capi. 25. Quando vendes quippiam cui tuo, vel emes ab eo, non contristes fratrem tuum. Item. 1. ad Thessalonicenses capit. 4. Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est dominus de his omnibus. idem diuus Augustinus tradit libro. 13. de Trinit. cap. 3. Et minus, inquit, quidem ille, vel seipsum intuendo, vel alios quoque

expe-

experiendo, vili velle emere, & carè vèdere, omni bus id credit esse commune. Sed quoniam re vera vitium est, potest quisque adipisci: eiusinodi iustitiam, vel alicuius alterius vitij, quod huic contrarium est incurrere pestilentiam, qua huic resistat, & vincat. Hactenus Augustinus. Quin & communis opinio adhuc obtinet non solum vbi scienter, quis in commutationibus proximum inscium & ignorantem iustum rei valorem, lædit, ac decipit: sed etiam si quis bona fide existimans se iusto pretio emere, aut vendere, alterum etiam intra dimidiam læserit: quod notant Scotus in quart. distinctio. 15. quæstione secunda. Florenti. 2. parte. titu. primò. cap. 16. §. tertio. Conrad, dicta quæstione. 57. conclusio. 5. Caieta. dicto capit. 12. Adria. dicto articu. tertio. Anzoni. & Abb. in dicto capitu. quia plerique. quæstio. 9. quorum opinio communis est: & probatur evidenti ratione: qua constat hunc teneri ad restitutionem. postquam cognoverit se proximum læsisse: quia rem alienam detinet invito domino: & causa detentionis iniquæ ad restitutionem tenetur: sicut is qui bona fide rem aliquam acquisiuit, & habuit ab eo, quem dominum esse existimabat, si nondum completa usucapione, sciuerit rem illam alienam esse: nec domini consensu sibi traditam, tenetur omninò eam domino restituere, & detractione detentionis iniustæ domino invito: vel ratione ipsius rei, quia aliena est, iuxta eruditè tradita per Thomam & Caiet. secunda secunde. quæstione. 62. artic. primo. 4. & 6. Et ideò cum is, qui bona fide contraxerit, postmodum cognoverit re ipsa proximum læsisse, tenebitur ad huius læsionis restitutionem, & compensationem: quandoquidem ad eum peruenit, vel res ipsa empta, vel pecunia, que iustum pretium excessit. tamen si Arcu. in capit. cum causa. de testib. nume. 2. & Anton. Burgensis in cap. cum dilecti. de emptio. numer. 22. contrariam sententiam veriore esse contenderint: quibus subscribere videtur Gomeci. in dicto cap. 2. nume. 10. omnes tamen conveniunt, etiam in foro exteriori contractum esse rescindendum, vel læsionem tollendam, vbi dolo lædentis, aut decipientis etiam intra dimidiam contigerit: dolo, inquam, vt aiunt, ex proposito. l. 1. §. persuadere. ff. de seruo. corrupt. l. & eleganter. ff. de dolo. l. Iulianus. §. si venditor. ff. de actionibus. empr. Abb. & Anani. in dicto capi. in ciuitate. de vsur. Deci. in cap. primo. numero. 18. de consiliiu. Fortuni. in dicta illatio. 17. gloss. communiter recepta in dict. cap. cum dilecti. nec in hoc vlla contingit dubitatio.

Quoties verò læsio, vel vltra dimidiam, vel citra dolo ex proposito acciderit: eo dante causam

contractui, aut incidenti in ipsum: non datur dolo optio ad iustum pretium supplendum, vel rem ipsam restituendam: sed præcisè ea optio cõ petit dolum passo: secundum Conradum de contractib. in totius operis summa. q. 57. distinct. 3. dicto. 6. & Ioan. à Medina de restitutio. quæstio. 23. Cuius contrarium adnotarunt Ange. in summa. verb. dolus. §. 9. & Syluestr. verbo. culpa. §. 7. Sed prior opinio vera est, vbi dolus ipse dedit causam contractui: posterior verò quando dolus in contractum incidit, aut sanè dicemus vbi que admittendam esse priorem sententiam in hunc sensum, vt si dolus causam contractui dederit: habeat deceptus optionem: si dolus in contractum incidit, habeat actionem ad hoc, vt sibi iustum pretium integrè soluatur: denegato ipsi dolo iure restituendū: & repetendi pretium solutum: in quo est aduertendū. Verum si quis sciens iustum valorem rei absq; mendacio, aliave persuasione eam emerit viliori pretio, etiam intra dimidiam, ab ignorante quod sit iustum eius rei pretium, fortassis etiam in foro exteriori cogetur iustam rei æstimationem supplere: scribit etenim Augustinus in dicto libro. 3. de Trinit. cap. 6. hac de re in hæc verba. Nam scio ipse hominem, cum venalis codex ei fuisset oblatu, pretijque eius ignarum, & ideò quiddam exiguum poscentem cerneret venditorem: iustum pretium, quod multò amplius orat, nec opinanti dedisse. Hactenus doctissimus simul & sanctissimus ille vir: cuius auctoritate ferè constat fraudem, dolumve subesse: si quis sciens iustum valorem rei, eam vili pretio emerit ab eo: qui iustum eius valorem ignorat: vn de etiam in foro exteriori cogendus est qui læsit proximi læsionem ipsam resarcire: quod in specie adferit Caro. Mol. de contractib. q. 14. nume. 173. & verè, ni fallor, vbi qui scit iustum rei valorem itidem scit alterum eius ignarum esse: quoniam tunc planè dolo geritur res: nec potest fraus vllò iusto colore excusari, sed saltem in foro Canonico pluribus placuit, deceptum ignorantem aduersus deceptorem ex vera scientia pretij: agere posse ad læsionis compensationem apud iudicem ecclesiasticum. Abb. in cap. in ciuitate. de vsur. num. 6. & in cap. cum causa. nume. 4. Anani. in dict. cap. in ciuitate. num. 8. Calderi. in cap. nauiganti. col. 4. de vsur. Anchar. in regu. peccatum. de reg. iur. in. 6. num. 21. omnium, quos ego legirim, exactissimè Marti. Azpilcueta in dict. capit. nouit. coro. 9. nume. 79.

Superest casus nò omninò facilis: cum quis scilicet scienti iustum valorem rei eam vendiderit carius, quam valeat: vel à sciente eam emerit vilius: nam & hunc in conscientiarum iudicio peccare, &

Variarum Resolutionum

teneri ad restitutionem colligitur ex his rationibus, quas in communis sententiæ probationem adducit Conrad. dict. quæst. 57. & in summa eiusdem quæst. dist. 3. post. 14. dictum vers. primo arguitur. & aduertit hoc verum esse Caieta. dict. capit. 12. quolibet. 16. questionum: quia donationis præsumptio hic non subest; & ideo vsurpatio est reializ domino inuito. Hinc deducitur aliud fore respondendum si possit commodè donatio præsumi: nempe si læsus nulla necessitate coactus: nullaue alia causa, quæ ipsum cogat vendere, vel emere: rem illam emerit carius vel vendiderit vilius, certò sciens quis sit eius iustus valor: quod manifestè inferitur ex Conradi & Caietani argumentationibus. Ancharra. in regul. peccatum. numero. 21. Salyceto eleganter in dicta Authen. ad hæc. quæstio. 21. Gomecio in dict. capit. secundo. numero. 10. Ioanne à Medina in tractatu de restitutio. capit. 33. quibus omnibus consideratis constat regulariter in his commutatis contractibus non posse donationem præsumi: nec eam præmitti: etiam si læsio ultra, vel citrà dimidiam acciderit. quibus & alia ratio ad stipulatur: quòd contractus emptionis, & venditionis ex propria vi, & natura non est gratuitus: & ideo ad id quod est accidens, nempe ad præsumptam donationem non est aduertendum: cum in hoc cõtractu commutationis de iustitia tractetur, iustumque pretium quæatur, non donum: sicuti Thomas argumentatur dict. q. 77. artic. 1. Et præterea contractus hic frequentissimè fit: quadam quasi necessitate cogente: quæ inducit inuoluntarium mistum: quod donationem gratuitam impedit. Nec enim aliter hic cõtractus reducitur ad debitam iustitiam, & æqualem proportionem quam si restitutio fiat, & reparatio læsionis. vnde in foro etiam exteriori cum ad hoc agitur. ob læsionem ultra dimidiam: non satisfacit reus restituendo id per quod pretium crescit ultra dimidiam: nec supplendo pretium ad dimidiam vsq;: quippe qui teneatur integrè totum, quod deest iusto pretio, vel excedit illud, restituere secundum Cinnum communiter receptum in dict. l. 2. q. 8.

Sextò, in tutelam & defensionem posterioris sententiæ argumentor ab absurdis & inconuenientibus, quæ sequerentur ex priori cõtraria. id nanteque ex quo absurda, & falsa sequuntur necessaria: verum esse non potest. l. Offidius. ff. de leg. 3. Sed si vera esset opinio prior, sequeretur omnino: posse venditionem hæc quatenus donatio censetur, ob ingratitudinem reuocari. l. vlt. C. de reuo. donat. ca. vlt. de donat. & sic ea ex parte, qua vel deficit iustum pretium, vel exceditur ultra dimidiam: quod ipse falsum esse opinor, nec iure pro-

bari posse. Deinde etiam sequeretur, quòd ex ea parte posset venditio reuocari natiuitate liberorum: susceptis sanè liberis post ipsum contractum à veditore. l. si vnquam. C. de reuo. donat. hoc autem falsum est: & eius contrarium omnes iure verius esse asseuerant teste Tiraquello in dicta. l. si vnquam. verb. donatione. in princ. & nu. 6. quo in loco fragili admodum ratione comprobatur hanc opinionem scribens eam procedere ex eo quòd etiam si venditor de futuris liberis cogitasset: nihilominus vendidisset rem illam. Ego etenim credo quòd nihilominus vendidisset: non tamen vlli pretio, nec minori quam sit rei iusta æstimationis equidem, qui de suscipiendis liberis cogitat, & si rem aliquam venditurus sit, consultius, & cautius disponit de proprio patrimonio, remq; ipsam iusto pretio non alias vendet: vt patrimonium ad alimenta liberorum conseruetur ergò deficienti hæc Tiraquelli infirma ratio, eius, & communem sententiam veram esse credq; quia nulla inibi datur donatio: sed venditio principaliter tractatur. Præterea & tertio: si hic donationem subesse fateremur, sequeretur, quòd venditore habente filios, liberorvè, quibus legitima deberetur: hic contractus iure inofficiosæ donationis reuocaretur ea ex parte, qua pretium iustum deficit, vel exceditur: & ea quantitas impu- taretur in eam portionem, quæ à parentibus exteris legari, vel donari iure poterat: quod nec in praxi receptum est, nec iure defendi potest: nisi eo casu, quo facta fuerit venditio in fraudem legitime portionis filijs debite. tex. in. l. 1. §. si quid in fraudem. ff. si quid in fraudem patroni. de quo ipse aliqua adnotauit in. c. Raynuius. de testa. §. 10. numero. 9. & sanè vbi pretium venditionis esset ita vile, vt maiori ex parte, maximo, grauissimoque excessu læsio contingeret, & potest aliunde fraus donationis prohibere præsumi: censebitur color venditionis ex proposito quæsitus, & tunc erit locus his tribus, quæ ipse absurda esse censui: sicuti doctè, & eruditè tradit Tiraquel. in. d. l. si vnquam. verb. donatione largitus. nu. 9. ac prius. nu. 2. 3. & sequentibus. ex Baldo ibi. Cyno. vlt. quæst. Bald. 3. notab. Aret. col. 3. Iacobi. col. 1. in. l. 1. C. de pact. ex his quidem in his renunciationibus non subesse donationem veram, & propriam, quæ in sinuationem exigat, apparet, poteritq; colligi responsio ad rationes, quibus prior opinio instruitur. Nam ad primam constat, si perpendatur exactè quod in tertio huius posterioris opinionis dictum est. Et ad secundam illud verè dici potest, non esse hic donationem aliquam constitucendam, nec præsumendam: deinde & si præsumatur donatio: ea propria non est: sed impropria satis. Tertia ratio tollitur

tollitur ex eo, quod & si remissio eius, quod mihi liquidò debetur donatio sit: remissio tamen eius quod debetur non autem liquidò: donatio propria non est, nec insinuationem exigit. gloss. in. l. contra iuris. §. si filius. ff. de pact. in gl. vlti. & in. l. Imperatores. glo. r. eod. titu. optimus tex. in l. præses. C. de transact. Alexand. & Iason in. l. pactum curatoris. C. de pact. Bart. consi. 47. late Ti raquel. dict. verb. donatione largitus. nu. 159. quæ tamen si dubium quibusdã videri possit: quo ad præsentem speciem, & casum dubiũ non est: cũ remissio ista læsionis ultra dimidiã fiat ratione contractus venditionis, qui causam habet onerosam: quamobrem remissio ista: seu renuntiatio facta respectu contractus venditionis, vt is firmior sit, nõ potest verè, & propriè dici donatio: siquidem remissio debiti eo casu donatio dicitur quo fit nulla ex alia causa, quam liberalitatis exercendæ. Paul. Castren. in. d. l. contra iuris. §. si filius. Deci. in dict. l. si quis obligatione. ff. de regul. iur.

- ¶ Subsequenter ad ampliorem declarationem quæritur, an sit locus constitutioni dictæ. l. 2. de rescind. vendit. re ipsa, quæ vendita fuerit, perempta, & extincta: Et Panor. in cap. cum dilecti. de emptio.
- 13 in fine existimat, adhuc re perempta posse venditorem agere contra emptorem ad iusti pretij supplementum: quanuis agere non possit ad rei restitutionem: idem Abbatem sequutus inter singularia retulit Francisc. Cremensis singul. 84. Ripa in. l. quod te mihi. ff. si cert. peta. nu. 11. & Panthaleon in dicta. l. extensione. 25. & rursus colum. 59. post Albericum ibi col. 3. Guidonem & Bartholomæum Brixensem. ea ratione, quod in specie dictæ constitutionis res, & pretium sunt in obligatione. text. in dict. capi. cum dilecti. vbi Ioan. Andr. & Docto. quorum opinionem asserunt communem esse, saltem Canonistarum: Panor. ibi. Imola in cap. cum causa. eodem titu. num. 19. Panthaleon in dict. l. 2. col. 58. Bart. in dict. l. 2. dicens esse
- 14 hanc obligationem alternatiuam. eandem sententiam tutiorem post Barto. ibi fatetur Imol. in dict. capi. cum causa. num. 19. & in dict. cap. cum dilecti. num. 18. scribitq; eam seruari in praxi Carol. Molin. in consuet. Parisien. titu. 1. §. 22. nume. 42. igitur etiam perempta re, quæ alternatiuè debetur, & est in obligatione: manet obligatio ad pretium. l. in emptione. §. si emptio. ff. de contrahend. emptio. l. Stichum, aut Pamphilum. ff. de solutioni: Contrariũ expressim probat gloss. communiter inibi recepta secundum Sali. q. 14. & 19. in dict. l. 2. cui accedit & Burgens. contra Panor. in dict. cap. cum dilecti. nu. 60. Pulchra in eadem sententiã. l. 56. tit. 5. parti. 5. quo in loco communis opinio probatur. Cui ad stipulatur quod gloss. in

dict. l. 2. Bal. q. 15. & Saly. post alios asseuerant, in hoc casu rem tantum esse in obligatione: pretium verò in solutione, & facultate soluendi, & hæc est communis sententia secundum Carol. Moli. dict. num. 42. Burgensem in dict. cap. cum dilecti. ad finem. optimus tex. in eadem. l. 2. facit tex. in. l. miles. §. decem. ff. de re iudi. tradunt Bar. in. l. stipulationes non diuiduntur. nu. 41. ff. de verb. oblig. Burgens. in dict. cap. cum dilecti. nu. 33. tex. in. l. ite veniunt. §. cum prædiximus. ff. de petit. hæred. l. si quis stipulatus fuerit decem in melle. ff. de solutionibus. quo fit, verè ipsa perempta nulla supersit obligatio: cum pretium in obligationem non veniat: nec ad id præcisè agi possit. Et præterea etiã si vera sit opinio Canonistarum, non potest defendi, quod ex ea Panormit. adnotauit. Nam vbi quantitas debetur, respectu & ratione certæ speciei, quæ si extaret inuito creditori à debitore tradi posset loco illius quantitatis: perempta ea specie, debitor liber est à quantitatis solutione. Bart. in lege. quod te mihi. ff. si cert. peta. quem ita interpretatur Iason ibi nume. 15. optimus text. in. l. 1. §. vlt. ff. si cui plus quam per legem Falcidiam. l. si seruus communis. in princip. ff. de furtis. iuncto versiculo. ex his igitur. & est communis hæc Barto. opinio. Pretium autem in præsentem quæstione debetur ab emptore venditori ratione ipsius rei: tanquam eius vera & iusta æstimatio, cõpensatio: poteratq; emptor si res extaret eam tradendo venditori eximi à solutione pretij: ergo ea perempta à pretij supplemento emptor eximitur. Nec sat erit dicere pretium istud deberi non ratione rei peremptæ: sed ratione læsionis, vt pungit Panthaleon Cremens. dict. l. 2. col. 59. quia cum læsio re ipsa nõ ex proposito, nec data opera contigerit, manifesti iuris est, eam pretij integram solutionem ratione ipsius rei emptori incumbere. Et idèõ veriore esse vltimam opinionem Accursij & sequacium existimãs, in tres eam distinguam adfertiones. Prima est, venditore decepto ultra dimidiam iusti pretij: re perempta absque emptoris culpa: nõ potest emptor conueniri: nec tenetur ad integram iusti pretij solutionem. hæc probatur aduersus Panor. his, quæ modò adduximus pro Accursio & sequacibus. Secunda, re perempta absq; emptoris culpa apud secundum emptorem, qui eam emerat, & iustum pretium primo emptori dederat, tenetur emptor venditori iustum pretium omninò supplere: quasi id loco ipsius rei ad ipsum peruenerit. l. ipsa res. ff. quod met. causa. quod Salycet. numer. 18. & Panthaleon colum. 59. in dict. l. 2. expressim adnotant. Ex quibus Tertia deducitur. Emptore decepto ultra iusti pretij dimidiam, etiam re per-

Variarum Resolutionum

empta absque culpa tamen emptoris & penes ipsum: venditor tenetur, quod pluris iusto pretio accepit, emptori reddere, & in id conueniri potest: quia licet res perempta sit, loco tamen eius venditor pretium habet. Et deinde satis est re ipsa perempta, venditorem habere iustam ipsius rei estimationem: quæ quidem non perit: damniumque maius extinctione rei emptori imminet: qui rem amittit, & iustum eius valorem: quæ nequit repetere. itaque his consideratis constat perfecta huius quaestionis resolutio. Tamen in his regnis aduersus hanc tertiam conclusionem extet Regia decisio in dict. l. 56.

Cæterum post vnam, & alteram huius operis editionem, in hanc Cæsarum constitutionem scribere Antonius Padilla, & Menesius moribus, literis, ac genere illustris: atque Catholicæ Maiestatis consiliarius: Arius item Pinellus Lusitanus egregia eruditionis, & diligentia vir: apud quos multa me legitte fateor, quæ mihi Summo opere placuerunt, & viris summe doctis probanda fore non dubitauerim. Etenim constitutionem istam, quæ celebris est, hi duo Iurisperiti proprijs commentarijs illustrissimam fecere.

Ex capite sequenti.

- 1 *Legatum omnium bonorum, vel rerum testatoris, aut legatum frumenti, argenti, lanæ, & similiarum: an ea, quæ testator venalia habebat, contineat?*
- 2 *Obligatio omnium bonorum, siue lanæ, argenti, & similiarum, non apposita certi loci restrictione, venalia etiam comprehendit. & numero. 9.*
- 3 *Testatore legante omnes res, quas domi habet, non censetur legatæ res, quas domi venales testator habebat: quod variè intelligitur.*
- 4 *Si testator legauerit omnes res, quas domi habet excepta lanæ venali: tunc ratione exceptionis, vt de contentis in regula fiat, venalia continentur.*
- 5 *Tractatur latè intellectus. l. nã quod liquidæ. §. vlti. ff. de penu legata.*
- 6 *Exceptiones regulam ipsam firmam faciunt in non exceptis: extenduntur tamen ad similes.*
- 7 *Regula ipsa non extenditur ratione exceptionis ad ea, quæ alioqui non contineret: nisi exce*

prio fiat de his, quæ regula non comprehendit.
8 *Intellectus capi. qui ad agendum. de procurat. in sexto.*

9 *Intellectus cap. 2. de offi. vicar. in. 6.*

10 *Dictionis, seu, examinatur propria significatio & inibi tractatur intellectus od. tex. in. l. si quis ita. ff. de auro & argent. legat.*

Examinatur Iurisconsulti responsum in l. generali. §. vxori. ff. de usufru. legat. & quod Barto. ibi tractat. Cap. V.



Vxoribus cum quidam ita legasset: usufructum domus, & omnium rerum, quæ in domo sunt, vxori meæ lego, excepto argento: ait prodit Scauola vnum venale mercium & rerum quæ domi venales erant, ad vxorem minimè pertinere. Cui responsioni obstat profectò vniuersalis dictio, omnium rerum, ex qua videntur in legato omnium, etiam venalia contineri. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & argento leg. l. Iulianus. in principio. ff. de legat. 3. quam obiectionem præfentiens Barto. in dicto. §. vxori. aliqua scribit ad eam tollendam, ex quibus, vt huius dubitationis veritas constet, sequentes deduximus conclusiones. Prima conclusio. legatum omnium rerum testatoris seu usufructus omnium bonorum: etiam res venales comprehendit. hæc enim vniuersalis locutio ad omnem testantis substantiam refertur: in qua dubium non est, quin etiam contineatur venalia. optimus text. in. l. quoties. §. vltimo, ff. de usufru. suffragatur Barto. interpretatio communiter recepta in dict. §. vxori. sensere in specie Alexand. in. l. si constante. ff. solut. matri. in quaestio. 3. Barto. 2. solutione. & Anto. Fanensis de pignoribus. 2. par. membro. 2. nume. 16.

Secunda conclusio. legatum argenti, lanæ, frumenti, vel seruorum testatoris, etiã adiecta dictio ne vniuersali: minimè comprehendit venalia. probat hanc assertionem text. in. l. seruos. §. vlti. ff. de legat. 3. Cuius hæc sunt verba. Eum qui venalitiarum vitam exercebat, puta suorum numero nõ facile contineri velle huiusmodi mancipia: nisi cui dens voluntas fuerit, etiam de his sentietis. Nam quod quis ideò comparauit, vt illico distraheret, mercis

miereis magis loco, quàm suorum habuisse credē
 dū est. qui quidem text. probat hoc verum esse
 etiam si legatum ad certum locum, seu ad res ibi-
 dam. existentes non referatur. Hoc ipsum colligi-
 tur ex Barto. Alexan. & nouioribus rem istam di-
 sputantibus, quorum paulò antè mentionem fe-
 cit: in sequentibus referam quid de hac quæstio-
 ne tradiderint. Tertia conclusio. obligatio om-
 nium bonorum generalis, siue lanæ, argenti, vi-
 ni, frumenti, vel alterius cuiusque rei: non appo-
 sita certi loci restrictione ad venalia extenditur:
 2 eaque comprehendit: vel sit hypotheca expres-
 sa, vel tacita. Barto. in dicto. §. vxori. idem Barto.
 in. l. si constante. ff. solut. matrim. in. 3. part. quæ-
 stio. 3. text. optimus in. l. cum tabernam. ff. de pi-
 gnori. in odò res venales sint penes debitorem, nec
 vendita: fuerint. idem Alexan. in dict. l. si cōstan-
 te. super Bart. q. vbi Ioan. Crottus. 2. lectione. nu-
 mero. 203. fatetur contra Roma. ibi Barto. distin-
 ctionem communem esse: idem asserit Gome-
 ci. in. §. item Seruiana. num. 22. de actio. quam
 opinionem sequitur. Antoni. Fanensis in tracta-
 de pignori. 2. part. 2. membro. nu. 14. Et licet Ias.
 in dict. §. item Seruiana. num. 51. dubitauerit de
 hac Bartol. sententia: & scripserit magis comuni-
 ter receptum esse, vt sub hypotheca tacita res ve-
 nales minimè cōtineatur, id verū est in hypothe-
 ca ad certum locū restricta: qualis est illa rerum
 inuectarum in domum conductam. l. certi iuris.
 C. locati. nam in eam res venales non veniunt. l.
 debitor. ff. de pignori. notant eleganter Bald. in
 dict. l. certi iuris. 6. q. Alexan. in dict. l. cum taber-
 nam. in additionibus Bart. explicat diligēter An-
 toni. Fanensis de pignori. 2. part. membro. 4.
 num. 165. ratio verò tanti discriminis inter secun-
 dam & tertijā conclusiones ea est, quòd legatum
 maximum infert præiudicium hæredibus: in eo-
 que agitur de gratuita rerum alienarū adsequi-
 tione: at in hypotheca agitur de ære proprio as-
 sequendo, deq; eius solutione: nec graue præiudi-
 cium cuiquam infertur: sicuti rationē istam sen-
 tiens Bald. docet in rubri. C. de verb. significat. à
 quo hoc adnotarunt Gomeci. in dict. §. item Ser-
 uiana. num. 22. Ioan. Crottus in dict. l. si constan-
 te. num. 203. lectione. 2.

Quarta conclusio, testatore legante omnes res,
 3 quas domi, vel in villa habet: non cēsentur legatē
 res venales, quas domi, vel in villa habebat. tex-
 tus in dict. §. vxori. Bar. id expressim notat. text.
 ad idem in dict. l. pediculis. §. item cum quære-
 tur, probat tex. in. l. ex factō proponebatur. §. re-
 rum Italicarum. ff. de hæred. inst. & in. l. debitor.
 ff. de pigno. cuius Imola meminit ad hoc dicta. l.
 ex factō, quibus in locis isthęc conclusio iure ma-

nifesta sit: eamq; tenent Abb. in. c. in nostra. col.
 4. de sepul. Deci. in. l. 1. ff. de reg. iur. nu. 29. Lance-
 lot. Deci. in dict. §. vxori. Matthæus Affli. decis.
 106. Antoni. Fanensis de pignori. dict. 2. mēbro.
 nu. 14. Et licet Ioan. Crottus in dict. l. si constan-
 te. nu. 103. contēdat in dict. §. item cū quære-
 tur. non probari hanc conclusionē ex eo quòd inibi
 legatum non fuit ita conceptum, vt ad res certo
 loco existentes relatio facta fuerit. Sed si Crottus
 rationem, & mentem iuriscōsulti exactē perpen-
 disse, non ita ad corticem, & negligenter eius re-
 sponsum intellexisset. ratio etenim, quæ dicto. §.
 vxori. accommodatur, quare venalia in legatum
 non veniant, ea est: quia relatū fuit legatū ipsum
 ad res, quas domi testator habebat: quasi illa ad-
 iectio: rerum, quæ domi sunt: restringat legatum
 l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. Sic eodem iure
 in dict. §. item cū quære-
 tur. illa adiectio de or-
 namento muliebri testatrix: excludi aurum, &
 alia, quæ etiam si ad muliebre ornamentum per-
 tineant, non tamen spectant ad muliebre orna-
 mentum testatrix: cū venalia essent. & ipsa te-
 statrix ea haberet venditioni exposita: paratavē.
 Vnde sicuti legatum rerum certo loco existen-
 tium ipsius loci facta mentione, res venales inibi
 stantes non continet: ita eodem modo legatum
 rerum pertinentium ad muliebre ornamentum
 testatrix, minimè cōprehendit res venales, etiā
 si ad muliebre ornamentum pertineant: cū ex
 eo quod venales sint, nullo modo possint cense-
 ri ad muliebre testatrix ornamentum pertine-
 re. ex quibus apparet, hanc quartam conclusio-
 nem procedere: siue legatum verbis generali-
 bus, siue vniuersalibus conceptum fuerit, vtroq;
 etenim casu. vbi legatum restringitur ad certum
 locum non continet venalia. & hoc probatur in
 dicto. §. vxori. vbi Bar. vers. item nota. expressim
 ita hanc conclusionem accepit. aduertit Carol.
 Molin. in scholijs ad Deci. in dict. l. 1. numero. 18.
 ipsum Detium repræhendens ex eo quod à Bar-
 tolo adnotauerit, in vniuersali legato venalia cō-
 præhēdi: non sic in generali. Siquidem Bar. non
 constituit differentiam inter legatum generale,
 & vniuersale: sed tantū interesse putat, fiat ne le-
 gatum vniuersale cum restrictione, aut designa-
 tione certi loci, vel simpliciter. Forfan voluit De-
 tius adnotare, legato in hunc modum concepto:
 lego res meas, lego vsumfructum rerū mearum,
 venalia non contineri: at si testator ita scripserit
 lego omnes res meas, lego vsumfructū omnium
 rerum mearum, etiam venalia compræhendi.
 hoc verò quantum attinet ad posteriorem distin-
 ctionis partem, verum est: & ex Bartolo potest
 apertissimè colligi: quemadmodum prima con-
 conclusio-

Variarum Resolutionum

clufione respondimus: prior autem distinctio- nis pars si eam intelligamus aliqua rerum specie nominata: vt puta argento, frumento, vino, oleo & similibus, itidem procedit etiam si tunc signum adijciatur vniuersale: quod secunda conclusione explicuimus ex Alexandr. & Fanensi, quibus addo eundem Alexandrum hoc idem probantem in additionibus Barto. in dicto. §. vxori. verb. non venit. Quod si legatum generaliter conceptum fuerit nulla specie rerum nominata, nec adhibita certi loci restrictione: in hunc sane modum: lego res meas, lego vsum fructum rerum mearum, sensit Deti. venalia in hunc legatum non venire. Ego contrarium iure verius esse confeo propter generalis orationis vim: & indefinitæ propositionis communem significationem. & id Bart. in dict. §. vxori. insinuat, dum in versi. solutio. scribit. Sed hic testator reliquit vsum fructum rerum suarum: & adiecit, quæ domi erant: quæ verba limitant primum legatum generale, quo in loco sensit is author: non apposita loci restrictione, sufficere illa verba generalia. rerum mearum vsum fructum lego: vt & venalia in legatum veniant. Cæterum hæc quarta conclusio vera est: nisi testator voluntas expressa, vel tacita aliud suaferit: ita quidem, vt si de venalibus in legato etiam si testator senserit, hæc in legatum veniant: text. singula. in dicto. §. item cum quæreretur. ad finem. Cuius præter Docto. ibi meminit Romanum commendans in singular. 432. ex quo plura ad huius quæstionis intellectum opportunè deducuntur.

Primò siquidem infertur: legato his verbis concepto: lego vxori meæ frumentum omne, quod domi habeo: etiam frumentum venale in hoc legatum venire: quando domi testator nullum aliud frumentum præter venale habebat: in quo legatum effectum sortiri posset: nè vana sit testantis vltima voluntas. ita expressim hoc adnotarunt Accursius & alij, præsertim Lancelo. Deti. in dicto. §. vxori. Bald. in rubr. C. de verbo. significatio. 4. quæstio. Paul. & Iason in. l. 1. C. eodem titu. Ludouic. Gomeci. in dicto. §. item Seruiana numero. 19. Hierony. Cagnol. in. l. 1. ff. de regulis iur. num. 59.

Secundò, constat etiam venire in legatum venalia: vbi testator his verbis, aut similibus mentem propriam explicuerit: lego vxori meæ frumentum quod domi quocumq; modo habeo. Bart. & Lance. in dict. §. vxori. Cagnol. d. nu. 29. Alex. consi. 118. nu. 5. lib. 5. nec satis esset testatorem dixisse. lego vxori omne frumentum, quod domi habeo: nisi addidisset: quod domi quocumq; modo habeo: sicuti ex dict. §. vxori. & Bart. interpre-

tatione colligitur: & id in specie ista respondit Corne. consi. 14. lib. 1. his accedit gloss. insignis in Clementi. 1. de foro compet. verb. omnimodam: quam Imol. Card. Abb. & Barba. inibi sequuntur. Felinus. in cap. conquestus. de foro compet. explicant eius sententiam Iason & Deci. nume. 26. in. l. imperium. ff. de iuris. omnium iudi. Abb. Felin. & alciat. num. 38. in cap. quod sedem. de offic. ordin. Carol. Molinz. in consuetud. Parisiensibus. §. 1. glo. 5. num. 48. Paulus Parisius. consi. 9. & consilio. 8. numero. 31. libro. 1. ad idem etiam con- ducit gloss. Celebris in Clemen. 1. verb. quamuis de re iudicat. quam præter Cardina. Imol. ibi commendant Abb. in consilio vltimo. libr. 1. Socin. consilio. 3. libro. 3. vltima colum. tradunt Deti. & Feli. colum. 7. in cap. sedes. de rescript. Iason in. l. si vnus. in fine princi. ff. de pact. Gomeci. in reg. de triennali poss. q. 2.

Tertiò apparet in spēta mente testantis, in legato rerum certo loco existentium res venales contineri: quādo etiam si res illæ venales essent, erant tamen fructus collecti ex fundis & agris ipsius testatoris: nec eas testator negotiatiois causa venales habebat: sed quia necessariò erant vendendæ, venales dicebantur: has enim res & si venales sint, non censetur testator à legato rerum, quas domi habebat, excludere. quod eleganter probat Detius consi. 472. col. vlt. ex decisione Panormi. consi. 6. libr. 1. & idem potest comprobari ex. l. seruos. §. vlti. ff. de legat. 3. cuius verba paulò antè retuli in secunda huius capituli conclusione. igitur vt verè res venales sint, & locum obtineat responsum iurisconsulti in dict. §. vxori. oportet eas testatorem venales habuisse, dum negotiatio nem exerceret.

Quartò si testator his verbis ita legaret: vxori meæ lego omnia, quæ domi habeo, excepta lana venali: proculdubiò in hoc legatum venirent res domi existentes etiam si venales omninò forent secundum Decium in. l. prima. numer. 31. ff. de regul. iuris. & ibi Hierony. Cagno. numero. 29. eundem Decium in cap. cum dilecta columna secunda. de confirmat. vtili. cuius opinionis probatio, quia celebris est, aliquanto longius à me reperitur. Constat etenim, & pendet ab illa elegantiquæstione: quæ tradi, & dubitari solet, an ex qualitate exceptionis colligatur, quid sub regulæ comprehensum fuerit. Et profectò diligenter ea re considerata dicendum est, exceptionem, vt ea vera, & propria sit, debere fieri ex comprehensio sub regula: alioqui vana omninò exceptio foret, quæ non prædicatur de eo quod regula comprehendit, atq; in hunc sensum exceptiones dicuntur sub regula comprehendit, quemadmodum Dynus

nūsexplicat in rub. de regulis iur. in. 6. numero. 14. Bar. & Bal. in. l. in. his. ff. de legib. Bar. in. l. si cum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Barto. & Doctō. communiter, maxime Dec. num. 20. in. l. prima. ff. de regulis iur. Euerardus loco. 3. versi. secundo. perperam enim orationem quis conciperet, si ita scripserit: lego seruos meos excepto equo albo. aut si quis proponeret, omnes homines currunt excepto equo. Et idēō hęc ratione perpensa: si testator à legato generali exceperit lanā venalem, maximum lignum est, legatum ipsum de rebus venalibus intelligendum esse, vt vera & propria sit exceptio lanę venalis, quę alioqui non foret necessaria, nec conueniēs, si legatum ipsum principale venalia minimē contineret. Similiter illud erit adnotandum, legatum ipsam quę alioqui forsitan esset strictē intelligenda ampliori interpretatione, restringi ex qualitate exceptionis: sicut & in presenti specie ex ea ampliatur, locus est certē difficilis apud iurisconsultum in. l. nam quod liquide. §. vlt. ff. de penu. legat. Si cui penus, inquit Paulus, legata sit præter vinum: omnis penus legata videtur excepto vino: sed si ita sit scriptum, omnem penum præter vinum, quod Romę erit, sola penus, quę Romę est legata videtur: & ita etiam Pomponius lib. 6. ad Sabinum scribit. Hęc iurisconsultus. ex quo cum legatur penus excepto vino, quod Romę est: penus tantū censetur legata, quā Romę testator habebat. Nam cum exceptio vini debeat esse de regula: & excipiatur vinum, quod Romę est: cōsequitur ipsam regulam, id est, legatum penoris, ad id quod Romę testator habebat, esse referendum ratione qualitaris ipsius exceptionis, ex qua regula ipsa restringitur: vt probatur in dicto. §. vlt. quem ita interpretantur Alexand. in consilio. 39. colum. 1. libro. 6. in lola in. l. filio præterito. num. 26. ff. de in iust. rupt. Euerardus in locis legalibus ca. 3. versi. Tertio istud, Zasius in. l. his. ff. de legib. & pleriq; alij, quorum meminit Felin. in cap. quoniam frequenter. vt lit. non contesta. in princi. column. 1. & hęc est communis opinio, vt fatentur Imol. in dicto. l. filio præterito. num. 25. & Albe. in dicto. §. vltimo. Quibus plura fortiter obstant, quę falsam esse cōmunem hanc interpretationem persuadere videntur. Primum quod Bartol. in dicto §. vlti. idem in. l. Plautius. ff. de auro & argent. legat. Oldra. consi. 133. Accursius in dicto. §. vlti. Corne. consi. 195. col. 2. lib. 1. idem consi. 125. lib. 3. co. 2. asseuerant, idēō in specie dicto. §. vlti. legatum generale penoris restringi ad penum, quam Romę testator habebat: quia relatiuum illud, quod, potest cōmodē referri ad regulam & exceptionem: & idēō dubium est, quō relatio facta fuerit: quo

dubio aperte per testatorem non intellecto, si restrictio legati: & relatiuum aptatur regulę, in hæ redis fauorem: Quasi secundū Corneum, & huius intellectus sensum: si testator ita. legatum cōceperit: lego omnem vestem præter pallium: quod pallium habeo Romę: nulla fieret restrictio legati: nec esset admittenda iurisconsulti in dicto. §. vltimo. responsio. mihi tamen isthęc consideratio omnino displicet: quippe quę non conueniat, imō contraria sit iurisconsulti responsio: in quo relatiuum, quod ad vinum tantum, non ad penum refertur, & deinde illud relatiuum apponitur subiecto, quod excipitur à legato: nō ei subiecto quod legatur, quamobrem vtar rationibus aduersus communem intellectum: quandoquidem admitti verē non potest Accursij, Bart. & aliorum commentum: tamen si iterum & id probeur à Corneo in auth. ex causa. C. de liber. præteri. col. 7. & 8. Hieronymo Cagnolo. in. l. 1. num. 27. ff. de regulis iur. Secundō aduersus communem opinionem argumentor ex eo, quod in dicto. §. vlt. & si legatum penoris nō restringatur ad locum. exceptio ni adiectum: nihilominus exceptio legitimē erit de regula utilis, & cōueniens: quia regula omne vinum testatoris etiam quod is Romę habebat, comprehendit: nisi excipiatur: igitur exceptio vini, quod Romę est ad regulam pertinet: quę illud vinum continebat, simul cū omni alio vbiq; locorum existenti: vt probatur in eodem. §. vlti. primo responsio. fit tandem non esse in ea specie necessariam restrictionem regulę ad exceptionis qualitatem; ob id quod alioqui exceptio esset vana: cum certe utilis, & apta regulę sit. Tertio, vtget contra cōmunem interpretationem, quę si regula est restringenda secundum qualitatem exceptioni appositam: cur in eodem. §. vlti. legatum penoris non restringitur ad ea, quę pertinent ad potum, cum exceptio ad potum pertineat? & tamen in dicto. §. vlti. penus legatum etiam exceptione, quę potioni conuenit non elui: ad potus, & elus penum refertur. l. 3. ff. eod. titu. cum sanē attenta cōmuni interpretum ratione contrarium esset dicendum. optimus tex. in. l. vltimi. §. vlt. ff. de vino, trit. & oleo. legat. Quod si ita, inquit Proculus, esset legatum: vinum Amphorarium, Aminæum, Græcum, & dulcia omnia. nihil inter dulcia, nisi quod potionis fuisset, legatum, putat Labeo ex collatiōe vini amphorarij, quod non improbo. atq; ita in argumentatione aduersus communem Oldradus vtitur dicto consi. 133. Præterea & quartō tota ratio, cui innititur communis opinio, ea est: quia alioqui exceptio nō esset de regula. quę quidem ratio: falsa est: nam præter superiūs tradita, vt congrua sit exceptio,

prid, fat est, quod sit de regula secundum quid: licet non sit prorsus omnino de regula. Iason per text. in l. numis. ff. de in lit. iur. col. 3. vbi regula concepta fuit de iuramento in litem causa affectionis: & tamen fit exceptio de iuramento veri damni, & interesse, & licet hæc exceptio omnino non sit de regula, quæ loquitur de iuramento affectionis: tamen secundum quid ad regulam pertinet: quatenus illa iuramentum non defert: per exceptionem verò defertur.

Quintò communis sententia difficultatem maximam habet. Quid enim si testator rusticus, aut paganus, qui hanc subtilitatem constituendi regulam, & ab ea excipiendi non caller: vel si calleat sitq; peritus: morbo, aut tēporis iniquis spatijs ita grauatus: vt locus apud eum non sit has iuris subtilitates considerandi: is, inquam, si legatum verbis in dict. §. vltim. expressis constituerit: nūquid erit eius vltima dispositio iuxta illius Paragraphi responsum interpretanda? Ego sanè minime auderem ea interpretatione vti, nec eam puto admitti posse absque iniuria vltimæ testatoris voluntatis, qui quidem testator ita vinum excepit adiecto loco, vt explicaret, quod vinum excludi volebat à legato potius, quàm causa restringendi legatum & regulam: quippe qui eam causam & rationem restringendi, vel ignoret, vel eo tempore non potuerit excogitare. Ex quibus satis comprobatum est, non esse omnino facilem huius dubitationis expeditionem: nec intellectum glo. & Bar. nec item intellectum communem satis conuenire rectæ vltimarum voluntatum interpretationi. Scribunt denique Ioann. Imola in dict. l. filio præterito. nu. 26. & Corneus in locis paulò antè citatis: regulam restringi per exceptionis qualitatem: nisi ita ampla & lata ea sit, vt ex mente disponentis restrictionem illam minime patiat: absurdum vè sit illam regulam ita restringi. quod ipse fateor: sed video in specie dict. §. vltim. ita late verbis nempe vniuersalibus, regulam fuisse conceptam: vt contrarium appareat menti testantis eam restringi ad vinum, quod Romæ is habebat. Et ideo aduertendum est habeat nè iurisperiti responsum aliam rationem qua defendi possit. Et Oldrad. conf. 8. Deci. in capitu. sedes. de rescript. col. vltim. idem in con. 92. existimant aliam esse rationem, quæ possit huic negotio accommodari: ex eo etenim quod vbi negus præcedit, & species sequuntur cum adiectione certi loci, genus restringitur ad locum expressum. l. quæsitum. §. 1. vbi glof. & Bart. ff. de lega. 3. vbi testator ad Mæuium hæc scripsit, Argentum omne, & supellectilem, quodcūq; habeo tibi do, & quidquid in prædio Semproniano habeo. in-

quit iurisperitus, an supellectile; quæ in prædijs vel domibus esset, ad Mæuium pertineret: & an serui, quos ex eo fundo alijs legauit? Responsum est, nomina & numos non videri debere, nisi manifestè de his quoq; legandis voluntas defunctæ approbaretur. Seruos ex eisdem fundis alijs datos diminuissè filij legatum: de argento & supellectili, quæ alibi esset eum; cuius notio est, estimatum, vt id obtineat, quod testatori placuisse à legatario approbatur. ex quo tex. Deci. in dic. conf. 92. cum quidam ita legasset: vxori meæ lego omnes res, ornamenta lanæ, & linea, & alia domus supellectilia. respondit, legatum intelligendum esse de rebus, quæ in domo sunt, non de his quæ extra domum testator habuerit. verum his omnibus ad amulsim perpenis. quârum attinet ad intellectum. l. nam quod liquidæ. §. vltimo. & eorum quæ proximè adiecta sunt, ego distinctè aliquot præ cæteris notanda esse censeo. Primū, vbi regula obscura, & ambigua sit: ac dubitetur, quid in ea contineatur, adsumi posse coniecturam ex qualitate exceptionis ad regulæ interpretationem. hoc probatur ex his; quæ hoc capite tractauimus. vers. quartò si testator. Secundò, non potest Bartoli intellectus iure cōuenire iurisperito in dict. §. vlt. propter rationem recti. sermonis, que manifestè deducitur ex illius Paragraphi contextu. Tertio, si exactè considerentur ea, quæ contra communem Doctorum interpretationem prædicta fuerunt: nec ipsa communis ratio admittenda est: cui Bart. & sequaces post Accursium aduersantur. Quarto, si qua ratio aptari potest iurisperiti responsio: ea sanè apparet aptior: quam ex Oldra. & Deci explicuimus propter adiectionem certi loci. argumento tex. in dicto. §. vxori. vbi loci adiectio legatū alioqui amplum generale, & vniuersale restringit. Et licet in dict. l. quæsitū. §. 1. species præcedat, genus verò sequatur: quo casu mirum non est, species præcedentes, per genus subsequens restringi. l. vlt. §. vltim. ff. de vino tri. & oleo legat. & in dict. §. vlt. genus præcesserit, species verò sequatur: nec conueniat genus per species subsequentes restringi. l. quæsitum. §. si quis. ff. de fundo instruct. tamen adiectio loci exceptioni appositæ fortassis regulæ restrictionem operabitur. Quintum, & si iurisperito his vel alijs coniecturis: attenda tunc testantium peritia, exactaq; loquedi, & disponedi forma: in specie dict. l. nam quod liquidæ. §. vlt. visum fuerit iuxta communem sensum legatum illud restringendum esse: forsan contrarium alij iurisperiti de hoc interrogati responderissent: sicuti Accursius, Bart. Oldradus, Corneus & alij viri, iudicio & ingenio præstantes responderunt.

Sextum,

Sextum, **Qu**anuis communis sensus verus sit: & tanquam lex iam recepta seruandus eo tempore fuerit: tunc tamen inspecto comuni vsu loquendi, & disponendi: & animaduersa testantium imperitia: & frequenter morbo & alijs curis prægrauantibus oscitantia: opinor à iudicibus: nisi aliud constet ex mente testantis, responsum præfatum iuxta comūnem sensum minime admittendū esse: potissimum quia Iuriscōsultus in dict. l. quæsitum. §. 1. de legat. 3. similem legati generalis restrictionem ob loci adiectionem: iudicium ætimationi & arbitrio examinandam reliquerit.

Hæc omnia eō tendūt, vt comprobetur quartus intellectus, quo assueuimus in specie. §. vxor; etiam venalia contineri in legato, vbi à legato generali earum rerū sunt, lana venalis excipitur. cui opinioni & illud accedit, quod exceptio firmam efficit regulā in omnibus, quæ excepta nō sunt. dict. l. nam quod liquidē. §. vlti. r. responso. l. quæsitum. §. deniq; ff. de fundo instruet. & ibi Bartol. l. maritus. C. de procurat. l. cū prætor. ff. de iudic. auth. de non alienand. aut per mur. §. vt autē in lex. l. Tribunus. §. vlt. ff. de testamilit. notant Dinus in rub. de reg. iur. in. 6. num. 16. & Barto. in dict. §. vxori. atq; ita omnium consensu receptum est: exceptio tamen ipsa ad similem extenditur, ita quidē vt exceptiones expressæ similes comprehendant. text. in cap. cū dilecta. vbi Abb. & Deci. de confirmat. vtili, vel inut. idem Abb. in capi. cū omnes. col. 6. de conslit. Corset. in singul. verb. ex tensio. Felin. in cap. pastoralis. in princ. de rescript. glo. in. l. r. C. de condic. in deb. & in. l. vlt. C. de reuo. donat. Deci. cōsfi. 284. Euerardus latē in locis legalibus cap. 3. Ioan. Lupi. de dona. inter. vir. & vxorē. in rub. §. 16. num. 10. dicens idem esse in casibus exceptis ab statuto: nam & hi ad similes expressis trahuntur. capi. ad audientiam. vbi Panor. de clerici. non resident. idem Panormit. in cap. in nostra. de sepult. Bald. per tex. ibi in cap. post translationem. de renunciat. Corse. in singul. verb. statutum. Alciat. lib. 1. col. 14. verbo. significat. idem fatentur & hi, qui præcedentem conclusionem admittunt, quibus ad stipulatur, quod regula in casibus non exceptis sufficiens non est ad correctionem iuris veteris, seu communis. l. serui nomine. vbi Bart. ff. de vlucapio. cap. quoniam frequenter. in princ. iuncta glo. ibi. vt lite non contest. quo in loco Fel. la tē idem tractat. glo. & ibi Alexā. in. l. vlti. ff. quod quisq; iur. Nam & casus omissus manet decidendus iuxta dispositionem iuris communis. l. commodi similē. ff. de libe. & posth. imō etiam si quid excipiatur à regula appōsita dictione taxatiua, eadem exceptio ad similes trahitur. l. ob res alie-

num. vbi gl. C. de præd. minor. Cle. exiui. §. cū autem natura. de verb. signif. quem tex. esse peregrinum asserit Ioan. Anania. cōs. 36. notant idem Deci. in. l. 1. nu. 32. ff. de regul. iur. & ibi Cagnolus nume. 36. & 37. Roderi. Xuares in rep. l. Regiz de executione contractuum. vers. venio ad secundam partem. quibus adde ad intellectum dict. l. ob res. Alciat. lib. 4. disunctio. cap. 5. Bart. in. l. 3. §. cū Titio. ff. de admi. legat.

Sed & illud prætermittendum non est, quanuis quoquo modo huic quarto intellectui aduersetur, quod à quibusdam adnotatū est, regulā propter casus exceptos, & si firma maneat quantum ad non exceptos, non esse ampliandam, nec extendendam ad ea, quæ alioqui, nulla facta exceptione, sub regula minimē continerentur, nec in eam veniret. l. Lucius. §. 1. & ibi Bar. ff. ad Trebelli. Anchar. in rub. de reg. iur. in. 6. col. pen. & Fracus ibi Deci. in. l. 1. nume. 22. & in Scholij Carol. Molin. ff. de reg. iur. latius Felin. in dict. cap. quoniam frequenter. col. 1. & seq. optimus tex. in dicta. l. generali. §. vxori. tradit & Euerad. in dict. c. 3. quod si ita verum est, cur in hoc quarto intellectu, excepta lana venali, ob huius exceptionis conditionem legatum generale extendimus ad venalia, cū alioqui in ipsum ea non venirent, hac exceptione omissa? Sed huic obiectioni satisfacere quidam ita conātur, vt quod proximē dictum est. l. Lucius. obtineat quando exceptio appōsita regulæ, sub ipsa regula contineretur, nisi expressa fuisset: vbi verō apponitur regulæ exceptio, quæ & si omissa foret, in regulam minimē veniret, tunc regula ipsa extenditur iuxta qualitatem exceptionis. que, madmodum in initio huius quartæ interpretationis explicuimus, & sic in specie adnotarunt Deci. in dict. cap. cū dilecta. de cofirma. vtili. & in dict. l. 1. num. 24. & plerique alij statim allegandi in his, quæ ab hac opinione deducuntur. siquidem ex ea præter hunc quartum intellectum infertur, duo menti & memorie commendanda.

Primum intellectus ad text. in ca. qui ad agendum. de procurat. in. 6. vbi qui mandatum habet ad quædam speciale mandatum requirentia, adiecta clausula generali, & ad omnia alia etiam requirentia mādaturum speciale, potest agere etiam omnibus alijs causis mandatum speciale exigentibus, licet de expressis non fuerint: ex ea ratione quod habuit mandatū ad omnia exigentia mandatum speciale expressis quibusdā casibus. Nam idem erit vbi aliquot casus requirentes mandatū speciale exprimuntur & nominantur in mandato per viam exceptionis, siquidem in alijs, qui excepti non sunt, agere poterit, etiam si requirant man-

mandatum speciale: hi etenim casus, qui mandatum speciale requirunt, non comprehenduntur sub regula & sic sub mandato generali ad omnia mandatum speciale requirunt. *tex. in dict. c. qui ad agendum. in princ. excipiuntur tandem a regula casus, qui in eam minimè veniebant, igitur operabitur isthæc exceptio hunc effectum, vt in omnibus casibus nõ exceptis. regula seruabitur, & si mādatum exigant speciale. ita Lopus & Domi. in dict. cap. qui ad agendum. Deci. in dict. ca. cum dilecta. 2. col. idem in cap. consultationibus. de offi. dele. in fine. & in. l. 1. num. 31. ff. de reg. iur. Alexan. consil. 36. lib. 6. col. 2. idem Alexan. Iaso, & Claudius in. l. vltima. ff. quod quisq; iuris. Ludouic. Gozadinus consilio. 26. num. 49. Andreas Tiraquel. libr. 1. de retract. in fine. num. 94. & est communis opinio, vt fatentur Hieronym. Cagnolus in dict. l. 1. nume. 33. eam sequutus, & Curtius Iunior de ea dubius in dict. l. vlti. quibus Anchar. in dict. cap. qui ad agendum. & Francus ibi aduersantur, quorum rationes sequenti illatione examinabuntur.*

Secundò celebris deducitur ex hoc interpretatio *tex. in. c. 2. & vlt. de officio vica. in. 6. vbi dato mandato generali ab episcopo eius vicario, plura à iure referuantur episcopo, quæ in hoc generale mandatū non veniunt, sed speciale requirunt, tamen si episcopus mandatum vicario dederit excipiens collationē beneficiorum, seu aliud quod speciale mādatum exigat: per hanc exceptionem censetur mādatum generale & sic regulam ad reliqua omnia extēdere, & si ea requirāt speciale cōmissionem. Deci. in dict. l. 1. num. 29. & in locis paulò antè citatis. Alex. & alij, qui præcedēti illationi subscripsere. Euerard. in locis legalibus ca. 3. col. 3. Domi. in dict. cap. 2. sed in specie hāc illationem, & eadem ratione præcedentem simul & in intellectum. §. v xori. & radicem harum omnium illationum reprobant Lopus idem Ancha. & Francus in dict. cap. 2. Ancha. & Franc. in dict. cap. qui ad agendum. Ancha. in rub. de regu. iur. in. 6. col. penult. Areti. conf. 8. Feli. in dict. ca. quoniam frequenter. co. 2. Stephanus de Fredericis parte. 2. de interpret. iuris. ad finem. Carol. Moli. in scholijs ad Alexan. consil. 36. lib. 6. col. 1. & ad Deci. in dict. l. 1. num. 24. horum sententia Primò ex eo probatur quod iuxta proximè tradita ad intellectum. l. nam quod liquidè. §. vlti. regula generalis non restringitur ex qualitate exceptionis: ergo nec extendi debet, aut ampliari ad id, quod alioqui iure proprio non contineret. Secūdò, satis est exceptionē vtilem esse ad maiorē ipsius regulæ declarationem, & expressionem, licet regula ipsa exceptum casum minimè comprehendere. l. quæ*

dubitationis. ff. de regul. iur. vnde absonum est, asserere regulam in hac quæstione latius adsumi & extendi, quia alioqui: exceptio inutilis foret, cum non mediocrem vtilitatem afferat respectu maioris expressionis. Tertio, exceptio ad hoc è regula fit, vt eam restringat, non vt eam extēdat. l. 1. ff. de reg. iur. fieri ergo nõ potest, vt virtute exceptionis regula cōplectatur id, quod exceptione non apposita, nequaquam complecteretur. l. legata inutiliter. ff. de legatis. 1. Nam quo ad iuris dispositionem, licet exceptio debeat fieri de contentis sub regula, non tamen continetur sub ea, nec disponitur secundum regulam, cum in exceptione seruanda sit decisio contraria regulæ, & sic regula in exceptionibus perdit officium suum, l. 1. ff. de regu. iur. notant Dinus. gl. & alij in rub. de reg. iur. adducitur communiter *tex. in. l. in his. ff. de legibus. in his, inquit, quæ contra rationem iuris statuta sunt, non possumus sequi regulam iuris. quo in loco Accursius & Doct. intelligunt in his, id est in exceptionibus. Sed id, vt & hoc obiter adnotemus, falsum est: cū exceptiones à iure fuerint statutz secundum rationem iuris, & à ratione iuris procedant: non cōtra iuris rationē, qd & Ferrarius aduertit in. l. 1. ff. de reg. iur. Quarto fortis instat consideratio, ex qua satis esse constat, exceptionem aptari posse regulæ iuxta eius latissimum, & literarium sensum, licet non aptetur secundum interpretationem, & restrictionem ipsi regulæ à iure adhibitā: siquidem vti superius adnotatum est, sufficit exceptionem regulæ conuenire secundum quid, nec præcise est necessarium eam in omnibus à materia regulæ deduci. vnde in hac, quæ tractamus quæstione, opinio Ancha. maioribus rationibus fulcitur. illa etenim verba, do tibi mandatum ad omnia mea negotia, ad literam quæcunque negotia, etiam exigentia mandatum speciale comprehendere, nisi à iure restringeretur, & ideo exceptio per priuatum ab his generalibus verbis apposita satis est, quod aptari possit regulæ ad literam intellectæ seclusa rigurosa iuris interpretatione: quam ob rem ea exceptio plurimum operatur inspecta vulgari & cōmuni literæ significatione, nec ad alios effectus, qui alieni sunt à mente disponētis, trahenda est. tandem fit vt secundum opinionem Anch. regulæ significatio adsumatur nec latè, nec strictè, sed secundum iuris communis sensum & interpretationem, quibus rationibus ea opinio verior videtur, tametsi contraria magis communis sit & eam sequatur Alex. conf. 216. lib. 2. num. 29. quæ tamē ita accipienda est, vt procedat quādo ipsius regulæ verba apta sunt ad comprehendendū illos casus, ad quos exceptionis ratione extenditur, non alias,*

alias, quod omnes sentiunt, qui communē sententiā sequuntur, & in specie Paul. Castrenf. in dict. l. in his. vbi pulchrū exemplū adducit: aduertendum tamē est Carol. Molinæ. virum alioqui ocularissimum, lapsū fuisse, dum in dict. cōf. Alex. 36. & scholijs ad Deci. existimat in dicta. l. generali. §. vxori. argentum, quod exceptum fuit à legato generali, minimē in legato cōtineri, & si nō fuisset exceptum. nam quo ad proprietatē id verum est: quantum ad legatum generale vsufructus, de quo ibidem agitur, omninō falsum, quia si non fuisset argentum exceptum, veniret in legatum sicut & aliæ res domi existentes.

Quinta conclusio: & vltima quo ad. §. vxori. Hypotheca, seu obligatio generalis, aut vniuersalis, tacita siue expressa ad certum tamen locum restricta, minimē cōtinet res venales, imbi existentes, nisi aliud deprehendi possit ex verbis, & in mente disponentis: prior pars probatur in. l. debitor. ff. de pignori. posterior in. l. cum tabernam. ff. eod. titu. Baldisenf. in d. certi iuris. 6. q. C. locati. tradit. l. Anto. Farin. de pignori. 2. parte. 4. mēbro. nume. 166.

¶ His, quæ de interpretandis vltimis voluntatibus testatorum aduersus facilem, & vulgarem ipsius literæ sensum diximus, proximē accedit egregiū Pauli iurisconsulti respōsum in. l. si quis ita legauerit. ff. de auro & argent. leg. Si quis ita legauerit, vxori. meæ mundum ornamenta, seu quæ eius causa parauit, do, lego: placet, omnia deberi, sicut ita legatur, Titio vina, quæ in vthe habeo, seu in portu, do, lego: hoc enim verbum scilicet, seu, ampliādi legati gratia positum est. Hæc sane sunt iurisconsulti verba. ex quibus adnotari solēt, dictionem, seu, vltimæ dispositioni appositam, non disiuctiuam, sed coaugmētatiuam esse. eamq; potius copulare, quam disiungere, & vtrūq; ex ea deberi. Sic Alexander ab Alexandro dierum Genial. libr. 2. capi. 3. cum ita quidam legasset, fundū suburbanum, seu ædes meas, quæ in via lata sunt Titio lego, respondit auctoritate Pauli vtrūq; Titio deberi, atq; ita à iudicibus sententiā latā fuisse scribit, quia verbū, seu, ampliādi legati causa positum est. idem Bartol. & Alberic. in dict. l. si quis ita. vbi Bar. notat id procedere favore legatorum. idem Anto. in capitu. inter cæteras. de rescript. Cinus & alij, præsertim Bald. 9. opposit. Paul. Castrenf. & Iason in. l. cum quidā. C. de verb. signif. 2. col. Alex. cōf. 193. lib. 2. Cremēsis in singul. 56. Bart. in. l. si is qui ducenta. §. vtrū. 6. oppo. ff. de reb. dub. gloss. singula. in capit. ego Ludouicus. 63. dist. Bartol. in. l. cum quis decedēs. §. vlti. ff. de legat. 3. Archi. in cap. statutum. §. cum vero. de rescript. in. 6. col. 1. Iason in cōf. 64. nu. 2.

libr. 1. Ludouic. Lusitanus in. l. 1. ff. de rebus dub. Folio vlt. col. 1. Alcia. in. l. sæpe. ver. at cum. ff. de verb. signif. quorum opinio communis est secundum Soci. in. d. §. vtrum. col. 2. Nec refert, concipiatur legatum per verba singularis, an pluralis numeri ex mente eorum, qui communem sequuntur, licet Iason dubitauerit in dic. l. cum quidam. omnes etenim frequentissime dum hanc sententiam exemplis explicant, vtuntur numero singulari, & rebus ita distinctis vt vna sub altera minimē contineatur. sed in cōtrariam sententiā quod dictio, seu, etiā in vltimis voluntatibus accipienda sit disiunctiuē, nō in vim & significatiōem copulæ: probatur ex eo quod propria vis, & significatio huius dictionis ea est, vt disiunctim accipiatur. l. 1. §. sub. iata. ff. ad Trebellia. l. generali. C. de sacro san. eccles. est enim disiunctiua particula, qua iunguntur ea, quorum alterum non vtrūq; affirmamus. Cicero pro Quintio: quemadmodum solēt homines nobiles seu recte, seu perperam facere cœperunt ita in vtroq; excellūt, vt nemo nostro loco natus adsequi possit. deinde in legatis debet interpretatio adsumi in eum modum; quo heres minus grauetur. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legatis. 2. igitur dictio, seu, non debet adsumi aduersus propriam eius significatiōem, & fauorem hæredis, vt legatum extendat. vnde à communi sententiā recedunt Bald. Deci. Mari. Soci. & Ripa. nume. 44. in dict. cap. inter cæteras. Barthol. Soci. in. d. §. vtrum. Rogerius antiquus interpretes in dict. l. si quis ita. & Carol. Molinæ. in scholijs ad Alexand. in dicto consil. 193.

¶ Non obstat text. in dict. l. si quis ita. siquidem mirum esse nō debet in ea specie dictionem, seu, non disiungere, sed copulare, quia sit apposita inter duo, quorum vnum sub altero contineatur, & ideo tunc vim habet copulatiuæ, nam electa ea parte, quæ vtrūq; cōplectitur, virtus alternatiuæ seruatur: & vtrūque expressim legatarius adsequitur. Hoc patet in priori illius respōsi parte: lego, inquit testator, vxori meæ mundum, ornamenta, seu quæ eius causa parauit: quis obsecro non videt ornamenta, & mundum contineri sub his, quæ vxoris causa parata fuerint? Quo fit vt omnia debeantur legataria, cum inibi alternatiua fuerit apposita inter genus, & speciem: mundus etenim & ornamenta muliebria omninō pertinent ad ea, quæ vxoris causa parata sunt, & ideo tanquam sub genere, sub his, quæ vxoris causa parauerit testator, continētur. l. argumento. §. ornamenta. ff. de aur. & argē. legat. nec poterit quis dicere mundum, & ornamenta muliebria quæ in dict. l. si quis ita. priori parte alternatiuæ nominantur, necessario nō comprehendī sub his, quæ vxoris

Variarum Resolutionum

vxoris causa parata fuerint, poterat enim testator habere mundum, & ornamenta muliebria, quæ tamen vxoris causa non parauerit. Quia frequentius est hæc à testatore parari vxoris causa, & quamuis ita esset quòd mundum, & ornamenta muliebria alia quàm vxoris causa parata habuerit testator: ad ea legatum referendum non est inspecta testantium mente, & si referendum esset, non esset locus Iuriconsulti responsi. Hic idem in intellectus posteriori dicti responsi parte instruitur, vbi testator ita legauit Titio, lego vina quæ in vrbe habeo, seu in portu. Idem enim est de portu, quod de vrbe. & appellatione ac distinctione vrbis: & portus venit eidem vrbis proximus, l. Cæsar. ff. de publi. capit. vbi periculum. §. porrò. de electio. in. 6. & eleganter Bal. in. l. ex factis proponebatur. ff. de hæred. inst. vbi scribit, lego vino, quod in vrbe est, vel habet testator, venire in hoc legatum vinum quod & in portu testator ipse habebat, quod probari in dic. l. si quis ita. Roma. adnotauit in singu. 546. & licet non ita expressim hoc deduxerint, hunc tamen intellectum Iuriconsulto germanum, & proprium esse censent Decius & Ripa in dict. capi. inter cæteras, ex eo potissimum, quod alternatiua apposita inter genus, & speciem: inter totum & partem subiectiuam, seu prædicamentalem, vim habet coniunctæ. Barto. communiter receptus in. l. 1. ff. de reb. dub. per tex. in. l. Quintus Mutius. ff. de auro & argen. legat. l. sæpe. §. cum verò dici. ff. de verb. significat. & maxime vers. cum dicimus, quod dedi. &c. Cui opinioni refragatur satis eruditè Ludo. Lusita. in dict. l. 1. Folio penulti. cõten dens communem sententiam non probari in. d. l. Quintus. nec in. d. l. sæpe. quod subtiliter ostendit. sed pro cõmuni sententiã vrget ea ratio, quod si legatarius genus ipsum alternatiuè elegerit, sub ipso speciem distinctiuè nominatam capit, & ideo vtrunque capiet, atq; in effectu ipsa distincta coniunctæ vim habet, & præterea non admodum improbatum communis omnium adnotatio per text. quem Lusitanus existimat omninò contrarium esse. in. l. Pediculis. §. Argento potorio. adiuncta. l. cum aurum, quæ alias incipit: & si non sunt clauis. §. infecti. vers. si cui escarium. ff. de aur. & argento legat. quæ quidem loca ita inducit. scribitur in dicto. §. argento potorio. quòd si cui legatum fuerit argentum potorium, seu escarium, spectandam esse consuetudinem patrisfamilias in his, quæ dubium est, cuius generis sint, non etiam in his, quæ certum est eius generis nõ esse. ex quibus constat non venire in hoc legatũ conceptum apposita dictione, seu, argentum potorium & escarium. & tamen in dict. vers. si cui.

apparet, escarium argentum etiam potorium cõtinere: si cui, inquit, escarium argentum legatum sit, solũm debetur quod ad epulandum in ministerio habuit, id est ad esum, & potum. vnde & de aquiminario dubitatum est. & puto contineri, nam & hoc propter escam paratur. Hæc sunt Vlpiani verba. hæc inquam inductio, ni fallor, nequãquam conuincit communem opinionem falsam esse. Primum etenim constat in dicto. §. argento potorio, ea verba Iuriscõsulti esse, non testatoris, nec legatum ibi scriptum fuit adiecta dictione, seu. Argento, inquit, potorio vel escario legato. quasi dixerit, cum ab aliquo legatum fuerit argentum escarium, vel legatum fuerit argentum potorium. deinde verum est, argentum escarium continere argentum potorium, quod ad epulandum testator in ministerio habuit, nõ autem omne argẽtum potoriũ: illud nempe, quod ad epulas minimè pertinebat. Sic sanè in dicta. l. pediculis. §. argento. non fuit scriptum legatum à testatore apposita dictione alternatiua, vel distincta: & licet ita scriptum foret, non est omninò certum, argentum escarium, veluti genus potorium continere. Imò & si argentum escarium vt genus potorium comprehenderet, non potest verè deduci ex dicto. §. argento potorio. in id legatum vtrunque argentum, & escarium, & potorium non venire: siquidem consuetudo testatoris spectanda est ad hoc, vt dignoscat quod sit argentum escarium, & potorium, cum hoc, non aliud veniat in legatum. Quanquam maximum argumentum est, argentum escarium vt genus potorium non continere, quod Iuriconsultus scribit in ea. l. pediculis. versicul. quidam primipilaris. legato argento escario, dubium fuisse an in legatum venirent vasa argentea, quibus testator potabat & edebat, & responsum est, ea in legato contineri. Sed profectò, si argentum escarium etiam vasa potoria indistinctè contineret, nulla ratione poterat controuerti, an vas argenteum potorium, simul & escarium in legatum veniret, cum alioqui potorium tantum in legato contineretur. quibus exactè pensitatis nõ video ex dictis Iuriconsultorum responsis communẽ adsertionem posse refelli.

Ex capite sequenti.

- 1 *Præsumptio iuris transfert in aduersarium onus probationis, etiam si is reus sit.*
- 2 *Allegans paupertatem, vel diuitias proprias, seu alterius: tenetur eam qualitatem probare.*

3 *Pauper-*

- 3 Paupertas probatur eo ipso, quod allegatur Ti-
rium habere tot bona, & non plura: nisi con-
trarium probetur.
- 4 Intellectus rex. & eius quod Accursius adno-
tauit in. l. cum de lege. ff. de probat.
- 5 Petens alterius tãquam intestati hereditatem,
satis probat intestatum decessisse eo ipso quod
hoc allegat: nisi contrarium probetur. & in-
ibi examinantur verba Bartol. in. l. is potest. ff.
de acquir. heredit.
- 6 Qui petit alterius hereditatem dicens se illi in-
testato esse consanguineum proximiorum, eo
ipso hoc probat: donec aliud appareat.
- 7 Vxor tenetur probare arrhas sibi promissas nõ
excedere decimam bonorum mariti partem.
- 8 Paupertas qualiter probetur: & ibidem late
examinantur à Bartolo scripta in. l. si constan-
te. ff. soluto matrim. q. prima & secunda.

Vbi de paupertate, aut diuitijs
tractatur, cui incubat qualita-
tishuius probatio. Cap. VI.



SEpissimè in iudicijs, ac cõ-
trouerhijs forensibus oportet
discutere, sitne quis di-
ues an pauper? habeat, ha-
buerit vè bona tempore mor-
tis? & tunc solet dubitari, cui
litigãtium, reo an actori on-
probandi hanc qualitatem incumbat, cum eo
non probante, qui probare tenetur, alter sibi suf-
fragãtem habeat iuris præsumptionẽ, quæ in ad-
uersarium transfert probãdi onus. paria etebian
sunt vel quod quis probet, vel quod habeat præ-
sumptionẽ iuris pro se, cum ea præsumptio iuris
dicatur probatio liqui dissima. text. in. l. licet Im-
perator. ff. de lega. 1. vbi Ale. & Iason. glo. in. l. si
tutor petitus. C. de peri. tutor. glo. in. l. 2. C. de er-
rore calculi. l. si creditor. C. de pignora. actio. l. in
testamento. C. de testam. milit. notat Bar. in. l. in
illa. ff. de verb. obligat. in fine. facit tex. in. l. ab ea.
ff. de probat. & est optimus in. l. si extraneus. vbi
Alberi. Fulgosi. & Iaf. 6. notab. ff. de condiçt. ob-
caus. text. & ibi Abba. in cap. quia verisimile. de
præsump. plura Hippol. in singu. 451. idem in. l.
1. §. si quis dicatur. ff. de quæstionib. & in rub. de
probatio. num. 183. Feli. in rub. de proba. col. 1. Al-

ciat. de præsumptioni. 3. part. nu. 3. Plurimũ ergo
refert scire: an quis præsumatur diues, an pauper
vt sciamus, quis teneatur diuitias, vel paupertatẽ
probare, qua in re duæ solent discuti opinioniones,
quarũ prima sic ad quæstionẽ respondetur.

¶ Qui diuitias vel paupertatem allegat ad propriæ
intentionis cõprobationẽ, eam qualitatem proba-
re tenetur, siue is actor sit, siue reus, ea ratione q̃
qui aliquid asseuerat, id verũ esse, ostẽdere tenet̃
2 glo. in. l. li vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui sa-
tisda. cogant. quæ alibi non reperitur secundum
Bald. ibi est ordinaria secundum Areti. in. l. mari-
tum. col. 1. ff. sol. matrim. commendat Bald. in. l.
non prius. C. quando fisc. vel priuat. in princ. De
cius conf. 120. Soc. conf. 24. li. 1. col. antepe. Rode-
ric. Xuares, in. l. 1. titul. de las arras. verficu. circa
hanc opinionem. fatentur communem esse eam
sequuti Bolog. co. 59. col. penul. & Alciat. de præ-
sumptioni. regul. 2. præsumpt. 27. nume. 4. proba-
tur, nam qui se ipsum vt pauperem à munerib.
bus excusat, eam qualitatem probare debet. l. cu-
ra. §. deficientium. ff. de munerib. & honor. §. itẽ
propter. Inst. de excusat. tutor. Sic patronus pe-
tens vt pauper alimenta à liberto, probare debet
paupertatem. l. vlt. ff. de liber. agnoscend. & qui
alium reijcit tanquam pauperem, id probare de-
bet. l. si creditores. §. vlti. ff. de priuileg. credito. l.
prima. §. si magistratus. ff. de magistrat. conueni.
lex persona. C. de probatio. & in. l. nõ est neces-
se. C. eo. tit. deinde hoc constat, quia nemo nasci
tur diues. cap. sicut hi. 47. dist. Aret. conf. 66. col.
6. Lucas à Penna in. l. 2. col. 6. C. quand. & quibus
quarta pars debeat. vnde qui diuitias ad ali-
quid obtinendum, aut ad excusationem allega-
uerit, eã probare tenetur. ad idem. l. non prius
C. quando fisc. vel priua. non prius, inquit Impe-
rator, ad eos, qui debitoribus fiscali nostri sunt ob-
ligati, actionem fiscalem exten di oportere, nisi
poterit probari, principales reos idoneos non ef-
se, certissimi iuris est. optimus tex. in. l. cum dele-
ge. ff. de probat. vbi probate tenetur hæres quan-
titatem rerum testatoris, cum allegat hereditatẽ
soluendis legatis non sufficere, & idẽ falcidiam
deducendam esse.

¶ Secunda opinio passim ad huius quæstionis reso-
lutionem tradita adseuerat, allegantem paupertatem
ad aliquid obtinendum eam legitimè proba-
re eo ipso, quod asseruerit, eum tot bona habere
& non plura. Nam qui cũ plura bona habere
dixerit, id probare tenebitur. glo. insignis in dic.
l. cum de lege. vbi Ange. Bar. in. l. 1. §. si usufruct̃
ff. ad l. falcid. idem Bar. in. l. si cõstante. q. 1. ff. solu.
matrim. quo in loco hoc verũ esse censet, etiam
si de maximo tractetur præiudicio. quam senten-
tiam

D

Variarum Resolutionum

tiā communem esse fatetur Corneus in l. vlt. §. licentia. C. de iure deliber. Ripa in dicta. l. si constante. nu. 18. vbi Alex. num. 7. scribit, eam in praxi esse maximæ authoritatis. fatetur etiam esse communem Carol. Ruinus con. 91. col. 2. lib. 5. eā que defendit Ioan. Crottus in dic. l. si constante. 2. lectione. nume. 34. idem tenet Guido Papa. q. 147. & Felin. in cap. ad aures. nu. 4. de rescript. ex eo quod quilibet præsumitur pauper. probatur item ex eo quod negatiua propria natura sit difficilimæ, & sane impossibilis probationis; capit. bonç. in. 1. de elect. cap. quoniam contra. vbi Lanfr. & Dec. in princ. de probatio. l. actor. C. de probat. cap. super hoc. de renuncia. late Ripa in cap. cum ecclesia. de causa poss. & propri. numer. 70. Ioan. Igneus in l. necessarias. §. nō alias. ff. ad Sylani. nu. 58. & ideo eius probatio non incumbit eā allegati. quā ob rem prædicta Accursii & Barto. opinio vera videtur, quam etiam communē esse asserit Alciat. de præsumptio. reg. 3. præsum. 20. & cōstat ex notatis per Alex. in rub. ff. de noui oper. nunciat. col. penul. & eam itidē in praxi seruari scribit Baldus con. 318. lib. 1. nume. 2. idem & cōmunem esse fatetur Curri. Senior. con. 17. colum. 9. vers. sed contra præmissam. quod verbū esse maximi momenti apud iudices ignaros asserit Ripa in dic. cap. cum ecclesia. num. 84. verum huic sententiæ obstant plura. Primum locus iuriconsulti in dicta. l. cum de lege. cuius hæc sunt verba. cum de lege Falcidia queritur, hæredis probatio est, locum habere legem Falcidiam: quod cum probare non potest merito condemnabitur. ex quibus verbis apparet, onus probandi hæredi incumbere, & profectō si locus esset cōmuni opinioni, probationis onus porius esset legatariorum quam hæredis. Et præterea si admittatur eadem opinio, minime continget, hæredem non posse probare locum fore legi falcidiæ, cum facilima sit per eam adsertionem probatio, & tamen iuriscōsultus præmittit, hæredem condemnandum esse si non possit probare. Secundō cōmunis opinio falsa videtur, quia assertio illius, qui probare tenetur, probatio nō est. l. eum qui. in princ. ff. de iureiu. Tertio est ad idem tex. optimus. in l. si creditor. ff. de priuileg. credit. vbi qui allegat aliquem pauperem esse, nec idoneū facultatibus, id probare tenetur. Quarto hoc apparet: nam eo casu, quo quis probare tenetur nō dicitur probasse ex eo quod contrarium nō probetur ab aduersario, nisi adsit præsumptio iuris vel quid simile, quod possit persuadere ipsum ita probauisse, vt nisi contrarium probetur debeat obtinere. tradit Alex. in Scholiis ad Bart. in l. quoties. §. 1. vers. sed errore. ff. de hæredi. in se. ita

intelligens glo. in cap. pe. de except. & in cap. Satorum. de rescript. & in l. 1. C. de testamen. milit. tex. in l. 2. C. qui testam. facer. possunt. l. super seruis. C. qui manumitter. non possunt. & similes. à quibus solet adnotari, aliquid probatum esse eo ipso quod cōtrarium probatum non fuerit. ex his etenim deducitur Bartoli conclusiōne non posse iure procedere: nec in praxi admittendam fore, etiam si frequentiori doctorum calculo recepra sit. Nec quidem desunt authores, quibus Bart. sententia displiceat, nam eam reprobat exilimantes iure non procedere Paul. Casser. in l. Marcia. §. vlt. ff. solu. matrim. Imola. Areti. Roma. Alex. num. 7. & Ripa. num. 18. & cōtraria veriorem esse in dict. l. si constante. sic & opinio nem contra Bart. dicit tutiorem esse Caro. Ruinus dict. con. 91. quibus & hi subscribunt, quos statim referam ad intellectum glo. in dict. l. cum de lege. quæ Bartolo suffragari viderur.

Non obstat glo. in dict. l. cum de lege. quia inibi hæres reus erat, & ideo in iure non est, si ei factis fuerit asserere tot & non plura bona esse in hereditate, cum actoribus legatariis onus probandi incumbat. quod scribit Imol. in dict. rub. de noui oper. nunci. & sequuntur alii. Hoc tamen non conuenit, cum ex eo quod & si hæres reus sit, ei incumbit probatio eius qualitatis, quam allegat ad propriæ intentionis exceptionem fundandā iuxta notata in dict. l. actor. & in l. 1. ff. de excep. & in ca. cum inter. eo. tit. in l. in exceptionibus. ff. de probationi. tum etiam quod hic intellectus repugnat iuriconsulto, qui probationem hæredi incubere expressim scripsit, quam ob rem hæc interpretatio non est admittenda, cum nec conueniat legi nec vera sit. Qua ratione aduertendum est diligenter quid senserit Accursius. is etenim dum citat text. in l. vlti. §. licentia. C. de iure deliber. manifestè ostendit, tunc admittendum esse quod ipse respondit, cum hæres confectō inuētorio, seu repertorio rerum testatoris, asseruerit, tot legata relicta fuisse à testante, totque bona in eī hereditate mansisse, quot in eo repertorio cēsentur, & non plura. Nam cum maxima sit præsumptio iuris in repertorio, & inuentarij fauorem: legatarij, qui plura dixerint bona à testatore relicta fuisse: id probare tenebuntur propter iuris factis vrgentem præsumptionem, quæ fauet hæredis assertioni: quæ probationis vim obtinet atque ita est intelligenda glo. in dict. l. cum de lege & quod à Bartol. & alij collegerunt: secundum Imolam. Alexand. colum. pe. & Francis. Niconij in rub. ff. de noui oper. nuncia. numer. 69. Imol. Alex. num. 7. Areti. Iason. num. 131. Ripam num. 20. & Crottum. 1. lectione. num. 9. in dic. l. si conitan

constante. Alex. & Areti. in l. in illa. colū. penul. Alex. in l. decem. colū. §. ff. de verb. obliga. Iason in §. item si quis in fraudem. num. 70. de actio. eūdem in dict. §. licentia. Alciat. reg. 3. præsump. 20. Iacobinum in dict. l. cum de lege. Soci. Iunioem conf. 26. lib. 2. Roderi. Xuares in dict. l. i. vers. circa hanc partem. Folio vltimo. & Ripam in dict. ca. cum ecclesia sutrina. num. 83. quorum opinio ni fallor, communis est. & procedit: quia alioqui sequeretur, quod hæres subtraxisset bona hæreditaria: hoc verò delictum præsumendum non est, in inventario confecto. l. merito. ff. pro socio.

Ex his poterit tractari qualiter sit accipiendum, quod Iason in dict. §. licentia. & in dicta. l. si constante. scribit dicens, glo. in dict. l. cum de lege. volem, negatiuam probari per assertionem negatis: veram esse, vbi pro negante adest iuris præsumptio non alias. Nam & Alcia. dict. præsump. 20. existimat non requiri necessariò iuris præsumptionem, vt negatiua per negantis assertionem probetur: sed satis esse quandam simplicem suspicionem quæ minor sit iuris præsumptione. Ego sanè aliter quæstionem istam intelligendam esse censeo: siquidem is, qui tenetur probare negatiuā, eam probare plenè debet eo modo, quo melius pbari iure potest arbitrio iudicis: nec ei⁹ assertio sufficiet: nisi iuris præsumptione cõprobetur: qualis ea est, quæ ex confecto inventario deducitur: cum ab ea scriptura solenniter præmissa, donec probetur cõtrarium sufficiens probatio in hæredis fauorem oriatur. vnde sit, vt eo casu, quo negatiua probanda est, non sit satis probata per negantis assertionem.

Secundò hinc constabit, an verū sit quod pleriq; existimāt, petentem hereditatem alicuius eo quòd ipse intestatus decesserit, satis probare intestatum decessisse eo ipso quòd hoc asseuerauerit nisi cõtrarium probetur, quasi habeat pro se præsumptionem iuris, quæ dicitur præsumendum esse in dubio, quem intestatum decessisse. huius opinionis authores censentur Bart. num. 25. Alex. 19. Iason. 84. in l. is potest. ff. de acq. hæred. Alex. Corneus, Iason, Riminald. col. 2. Curtius Iunior num. 5. Hierony. Cagnolus. num. 64. in l. si emancipati. C. de collatio. Guiliel. Bened. in cap. Raynutius. verb. & vxorem nomine Adelasiam. num. 3. & verb. testamentum. i. in princ. de testam. Curti. Senior conf. 27. col. 9. vers. sed contra præmissam. Guido Papæ in trac. de præsumptio. nu. 118. quibus suffragari videtur quod facta non præsumuntur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. ergo cū testamentum ad factum pertineat, præsumendū non est, quinquam testatum decessisse. hæc vero ratio parum vrget: siquidem ex ea sequitur, non

præsumi factum fuisse testamentum: & ideo allegantem testamentum, id probare debere, non tamen ex hoc infertur præsumi testamentum factum non fuisse, & ideo allegantem, intestatum aliquē decessisse ad eius intentionem probandam, non teneri id probare. vtrunq; enim manet absq; aliqua iuris præsumptione. quam ob rem, qui dixerit aliquem intestatum decessisse, non videtur immunis ab onere probandi, saltem non conuincitur prædicta ratione, nec probatur Docto. communis opinio, maximè quia iuxta Bar. communiter receptum in l. in illa. ff. de verb. oblig. is qui allegat aliquid factum non fuisse ad obtinendum, vel ad fundandam propriam intentionem probare quod asseuerat tenetur meliore modo quo possit. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum, qui in ius voca. est. l. si quis cõsortium. C. de fabricis. lib. 11. l. magis puto. §. ne passim. ff. de reb. eorum. glo. in cap. bonæ. in. 1. & ibi Abb. de elect. & in. c. dudum. de præsumptionib. deinde Bart. cui ceteri consentiūt, & quem huius sententiæ primū auctorem esse existimant, non adserit id, quod cõmuniter adnotatur. Is enim scribit, petentem hæreditatem alterius intestati, satis probare, aut certum esse, eum intestatum decessisse, si cõmunis opinio vulgi habeat eum intestatū mortem obiisse. quo quidem casu communis illa vulgi æstimatio maximam præsumptionem exhibet, dicēti, defunctum intestatum decessisse, & ea ex causa mirum non est, onus probandi hanc negatiuā ei non incumbere. adhuc tamen ne tot Doctorū authoritati succēseamus ex Bartolo hoc adnotārium, eius verba, vt vulgò circumferuntur, adijciā. Sed hoc, quod dicit ab intestato, illa est merè negatiua, scilicet quod testamentum non fecit, qualiter ergo hoc scire poterit? Respõdeo ex opinione communi, quantum cum veritate concordat vt dicit. §. quod dicitur. si vero communis opinio est, quod testamentum non fecerit, eo ipso quod hoc allego, scilicet testamentum non factum, probata est intentio mea, nisi per aduersarium aliud probetur. vt. l. cum probatio. & ibi not. de probatio. Sed si opinio est, quod testamentum fecerit tamen non reperitur. &c. Ex his verbis apparet primum & secundum casum, eundem esse, & idem à Bart. responderi in vers. si vero. qđ responderat. in vers. ex opinione cõmuni. & hoc repugnat proprietati dictionis. si vero, quæ distinctum casum ostendit saltem in facto. erit profecto fortasse verior lectio ea, quæ tria in responsione absoluit. Primum quando est communis opinio quod testamentum non fecit. Secundum vbi cõmunis opinio nihil dicitur, nec aperit, testamentum defunctum non fecisse. Tertiu^o quando

quando communis opinio habet, testamentum factum fuisse. sic sanè apud Bart. ver. si vero. legèdus erit in hunc modum. Si vero communis opinio non est, quod testamentum non fecerit, eo ipso quod hoc allego, scilicet, testamentum non factum, probata est intentio mea, nisi per aduersarium aliud probetur vt. l. cū de lege. & ibi not. supra. de probat. itaq; iuxta literam istam merito Bart. pro communi opinione adducitur verū quod magis eandem sententiam comprobatur, & à fortissimis obiectionibus tutatur illud est, quod præsumitur quæquam in dubio intestatum mortem obiisse, quæ quidem præsumptio in aduersarium transfert onus probandi. hoc deduci potest ex l. si emancipati. C. de collat. quam Roma. ibi conatur ad contrariam partem inducere. Hæc sunt eius verba. Si emancipati vtriq; à patre fuisset, collatio cessat, sin autem frater tuus in potestate patris mortis tempore fuerat, nec vllum testamentum relictum, vel nouissimum iudicium communis patris, teq; emancipatum probatum fuerit, ab intestato te ad successionem paternam venientem, ad collationem forma perpetui edicti certo iure prouocat. Hastenus Imperator in hunc sensum, ab intestato collationi locus est inter vos fratres, si nec probatum fuerit testamentum aliquod à patre conditum, nec te emancipatum fuisse. igitur sicut collationem recusans tenetur probare se emancipatum fuisse, quia præsumitur patria potestas, ita & tenebitur probare patrem testamentum fecisse, nō alia ratione quā quod præsumatur eum decessisse intestatum, quæ Curtius Iunior in dict. l. si emancipati. aduersus Roma. considerat. contrarium nempe nū præsumi quæm intestatum decessisse, & id allegantem probare plena probatione debere tenent Roma. & Deci. in dict. l. si emancipati. colū. 2. Areti. in. l. sed si de sua. nu. 4. ff. de acq. hæred. sensere Barto. in cons. 90. num. 10. & Specul. tit. de testament. §. sequitur videre. nu. 16. quorum opinio fulcitur his, quæ modò explicuimus aliquot contra communem considerantes. Et nihilominus prior sententia, quia frequentiori calculo probata, æquior est & fortasse verior, in praxi obtinebit.

Tertio ab eadē radice procedit quod Cuma. scribit in dict. l. is potest. & i. l. sed si de sua. eo. tit. tenens, agentem ad alterius hæreditatem tanquā ab intestato sibi delatam eo quod proximior cōsanguineus sit, satis probare se esse proximiorē cōsanguineum eo ipso quod probat se esse cōsanguineum atq; asseueret, & dixerit nullum esse defuncto proximiorē. Nam ex assertionē ista dum contrarium probatum non fuerit, præsumitur a iure actorem esse proximiorē cōsanguini-

neum. Cumano subscribere Alexā. nu. 15. Iasonum. 83. in dict. l. is potest. Ludouic. Roma. in. l. hæres institutus. in fine. ff. de acquirē. hæredi. Quasi non probato, quod defunctus liberos, aut proximiores cōsanguineos habeat sit maxima præsumptio in actoris fauorem. ad idem facit quod Ripa post Angelū in. l. ex facto. §. si quis autem; numer. 9. adnotauit, substitutum Sempronio ea conditione, si sine liberis decesserit, mortuo Sempronio posse agere ad fideicommissum asserendo eum sine liberis decessisse: & aduersario incumbere probationis onus. & licet Paragraphus ille Si quis autē. pro Cumano citetur: verè nihil probat, quemadmodum statim dicemus eo capite, quo tractabimus interpretationem. l. si inter. ff. de reb. dub. sicut nec Cumano suffragantur text. in. l. si auiz. C. de succes. edict. & l. amite. C. com. de successionē. tandem plurimum isthæc opinio ab ea quam proximè communem esse diximus, pendet. Et nihilominus Cumani sententiæ aduersantur Areti. in dict. l. sed si de sua. nume. 4. Angel. Areti. in. §. actionum. de actioni. col. vlti. Socin. Iunior consil. 16. libro. 2. sensit hoc ipsum Speculat. titu. de testam. §. sequitur videre. nume. ro. 16. Sed quia præcedentem dicimus magis cōmunem videri, opinio Cumani admittenda est, vbi actor probat se cōsanguineum esse defuncti in certo cōsanguinitatis gradu: non enim sat erit probare simpliciter cōsanguinitatem: sicuti Cuma. & alij sentiunt: & in specie tradit eleganter Deci. consil. 321. num. 13.

Quarto, ex præmissis deducitur intellectus ad regias cōstitutiones, quibus cautū est, arrhas vxori à marito in præmium pudicitæ virginalis, vel vidualis dandas: non posse excedere decimā partem bonorum, quæ eo tēpore maritus habebat. l. 1. tit. 2. lib. 3. Fori. l. 50. Tauri. Dubitari etenim solent: vxore agēte ad arrharum solutionē, an ea teneatur pbare, quantitatem promissam arrharum titulo non excedere decimam bonorum mariti partem. qua in re cum ipsa vxor arrhas sibi promissas simpliciter petat, & aduersarius obijciat non potuisse eam quantitatem promitti: quia maritus nō habebat tot bona, ex quibus arrhæ promissæ pro decima tantum parte deducerentur: videtur non vxori, sed reo incumbere onus probandi, arrhas decimam partem excedere, & sic oportebit, reum probare inopiam, & paupertatem mariti respectu quantitatis arrharum. Contrariam sententiam probare conatur Rode. Xuares in dicta. l. 1. ver. circa hanc partē. ex eo quod vxor, dū certam quantitatem arrharum titulo perit: cēsetur allegare ad propriæ petitionis fundamentū, qualitate hanc, scilicet, maritum tot bona habuisse quot

quot sufficerēt ad arrhas illas constituendas intra decimam bonorum partem: cū alioqui eas petere nō possit. & ideo hoc probare tenetur iuxta glo. in. d. §. qui pro rei qualitate. Et præterea colligit hanc sententiam ex glo. in. d. l. cū de lege. ff. de probatio. quā huic dubitationi aptare contendit. Et profectō perpenſa ista vltima consideratione: cum glo. prædicta maximam autoritatem habeat: mirum non est, in praxi circa legem Regiam, opinionē a Roderico relata, receptam fuisse: tametsi non seruetur exactē quod gloss. in dict. l. cū de lege. & sequaces requirūt. Prior vero ratio mihi non placet: siquidem vxor petens arrhas, & earum ratione certam quantitatem: nihil aliud allegat: nec asseuerat maritum diuitem fuisse: imō reus aduersus vxoris actionem opponit mariti inopiam ad propriam exceptionis intentionem fundandam: vt patet. Sic & legatarij agunt aduersus hæredem ad legata, quæ iure obtinere non possunt vltra dodrantem hæreditatis: nec probare tenentur testatoris diuitias: hærede opponēte hæreditatis paupertatem: imō ei probatio incumbit. tex. in dicta. l. cū de lege. sicuti p̄sīm ab omnibus intelligitur: & verē intelligendus est. Quandoq; tamen solet hæres mariti cōdemnari in ea quātitate, quæ arrharum iure ab vxore petitur etiam si ea nō probet arrhas promissas intra limites partis decimæ bonorum mariti contineri. vbi adsunt aliquot præsumptiones: quibus quodam modo iudices persuadētur, promissam quātitatem decimam bonorum mariti partem non excedere: id etenim plerunq; iure fit. Et idem seruetur quādo vxor arrhas possidet, & ab hærede mariti conuenitur ea ratione, quod asserat non potuisse dari vltra decimā bonorum partem: nam hærede mariti non probante plene, quod asserit: & sic arrhas excedere decimam bonorum partem: etiam vxore nihil probante ipsa absoluit: quod expressim Rode. Xua. adnotauit in dict. l. i. vers. circa hanc partē. ad fin. Et præsertim ita erit pronuntiandū: quia principalis hac de re opinio non omnino vera est: imō poterit merito suspecta pluribus videri.

¶ Qualiter paupertas probetur, arbitrio iudicis reliquitur. gloss. communiter ibi recepta in Authen. Præterea. C. vnde vir & vxor. Alberic. in. l. nonnulli. ff. de accusatio. Bartol. quem cæteri sequuntur in dicta. l. si constante. nume. 14. vbi Alexan. num. 13. & Ripa. nume. 30. idem Feli. in ca. si qui testium. de testib. Calcane. consil. 8. colum. & idem tenet dicēs hanc opinionem communem esse Barth. Soci. consil. 30. lib. 4. col. 2. cui Corneus ibidem subscribit. qua ratione tollitur cōtrouersia, qua dubitari solet, quis dicatur pauper ad ef-

fectum, vt à testimonio repellatur. Nam ex. l. 3. in principio. ff. de testib. vbi glo. & l. 8. titu. 16. part. 3. deducitur, propter nimiam paupertatem testis, eius fidem non esse integram, nec ei omnino credendum fore: idem præsertim in causis capitalibus scribunt Ioan. Andre. & Imol. in dicto cap. si qui testium. vbi Areti. & alij. & Ioann. Crottus in tractat. de testib. nume. 24. vers. circa tertium. Contrarium adnotat Speculatore tit. de teste. §. i. vers. item si pauper. modo tortus quæstionibus testimonium pauper dixerit. cui refragatur tex. in. l. diuos. §. vltimo. & quod notat Bartol. in l. ex liberto. in princ. ff. de quæstioni. Ex contrario paupertatem non obesse testimonio: modo testis honestus sit verisimē, ni fallor, tradunt gl. & ibi Flori. in dict. l. 3. gloss. & Doct. in dicto cap. si qui testium. & in. §. si testes. vers. locuples. 4. q. 3. Cinus in. l. 3. q. 7. C. de reb. credit. tradit Hippo. in dict. l. ex libero. & Dec. consil. 163. omnia tamen ista, quæ hac de re in vtranq; partem adduci possunt, iudicis arbitrio relinquuntur: is enim considerabit prudenter, an paupertas fidem testimonij diminuat: quantaq; fides pauperi testi adhibenda sit: secundum Alberi. in dict. l. 3. in princ. Abb. Barb. & Feli. num. 8. in dict. cap. si qui testium. Aufreri. in tracta. de reprobatio. testium. nu. 78. sensere Iacob. Butr. & Saly. in dic. l. 3. & Alex. consil. 237. lib. 6. col. 1. vnde constat quādoq; & frequentissime, testem diuitem præferendū esse pauperi. Deci. in dict. cōf. 163. col. 4. Ioan. Crottus in dict. l. si constante. 2. lectio. num. 41. & ibi Ripa 33. Ex quo etiam apparet, vel iuxta prædictam resolutionem intelligendā fore, vel falsam esse glo. in auth. de hæred. & falcidia. §. si vero. vers. facultatem. quam pleriq; p̄sīm miris præconijs exaltant, & sequuntur: dum docet, in qualibet causa etiam ciuili non posse in testem admitti eum, qui non habuerit in bonis tantum: quantum causa ipsa, quæ in iudicio agitur, æstimatur: reprobant enim eam Iason in dict. authē. præterea. colum. penult. idem in dict. l. si constante. num. 152. & ibi Crott. & Ripa, Deci. in dict. consil. 163. colum. 4. Rufus idem Iason in. l. 2. in princip. ff. qui fatidā. cogā. quorum rationes eo tendunt, vt vel falsum sit, quod gloss. scripserit, vel vt modō diximus intelligendum. quanuis ab Alexā. consil. 15. libro. 3. opinio Accursij probetur. aduersus quos cū nihil certum sit in hoc à iure definitum, adducitur Iurisconsultus in. l. prima. ff. de iure delibe. tex. item in. c. de causis. de offic. deleg. quibus cōstat, tūc arbitrio iudicis locū omnino fore, qđ in hac specie Bar. sensit in. d. l. si constante. 4. col.

Cæterum, paupertas p̄bari plenē potest, & si negatiua sit eius assertio, per testes, scilicet, depo-

D 3 nentes,

Variarum Resolutionum

nentes, Titium habere tot bona, & non plura adiecta ea ratione: quia si plura Titius haberet, testes hoc scirent: nec possent ignorare inspecta peculiari, & certa scientia, quam habent de eius patrimonio. glof. singul. in authent. de hæred. & falci. §. si vero adfunt. verb. & vidisse. quam ad id Roma. inducit conf. 245. glo. apertior in. l. prima. in princ. ff. de itinere actuque priuat. quam dicunt singula. esse Paul. in. l. prima. ad finem. ff. si certū pet. & Lanfran. Orianus in capi. quoniam cōtra. de probationi. nume. 14. commendat Ripa in ca. cum ecclesia futrina. de caus. poss. & proprietat. num. 86. quod est notandum.

Item satis probat paupertas per excusationem mandato iudicis factam. tex. in auth. præsent. & ibi notatur. C. de fideiuss. & in. l. vlti. ff. si cer. pec. notat Iason in dict. l. si constante. ff. soluto mari. nume. 138. modò hæc excusio ita fiat, vt diligenter inquiratur de omnibus bonis. Et hæc sufficient etiam, vbi agitur de maximo præiudicio: si quidē ex his arbitrabitur æquissimè iudex paupertatem probatam esse, quæ planè probanda est regulariter, & maximè quādo mulier ob inopiam viri agit ad dotem aduersus rerum, quæ mariti fuerunt, possessores, actione hypothecaria, licet adhuc matrimonium constet. Bart. & ibi Doctor. in dicta. l. si constante. num. 15. quorum opinionem fatentur eam sequuti communem esse Ioannes Lupi in capit. per vestras. de donatio. inter virum & vxorem. §. 18. nume. vltim. & Bald. Nouell. de dote. parte. 9. priuilegio. 12. Quòd si tractemus de modico præiudicio alterius: vt pote si constante matrimonio vxor aduersus maritum agat propter inopiam, seu quia is malè vtatur bonis, ad dotis restitutionem, vel ad eius de positionem in xtra. l. vbi adhuc. C. de iure dotiū. dict. l. si constante. capit. per vestras. satis probabitur mariti paupertas per vulgi opinionem. Bartol. in dicta. l. vbi adhuc. & in dicta. l. si constante, secunda quæstio. quem cæteri frequentissimo consensu sequuntur ibidem. & Ioan. Lupi. in dicto. §. 18. nume. 31. glo. communiter recepta in dicta. l. vbi adhuc. Et licet tex. in dicta. l. si constante. requirat, euidentissimam inopiæ probationem: atque vbi euidentissima probatio exigitur, minimè sufficiat fama, nec vulgi opinio: quemadmodum ex text. ibi colligunt Ioann. Andre. & Docto. in cap. primo. de exceptionib. in. 6. Roma. singu. 198. Dec. in cap. primo. de appella. nu. 23. Felin. in rubric. de probatio. col. 2. & 3. ex quibus apparet non sufficere probationem semiple nam, quoties euidentissima probatio requiritur. tamen secundum materiam subiectam, quæ iure quasdam, ob difficultatē probationis, & ob mo-

dicam alterius læsionem, probationes admittit: probatio euidentissima ea censetur, quæ in eo casu à lege sufficiens existimatur secundum Barto. Cuma. Alexand. Crotum. 2. lectione. numer. 36. Ripam colum. 6. in dicta. l. si constante. Deci. in rubr. de probatio. colum. penulti. & probatur in l. in tempus. §. primo. ff. de hæredi. institu. & l. si pluribus. ff. de legat. 1. tradit Hippo. in rubr. C. de probatio. numero. 7. & sequen. ac tandem isthæc Bart. solutio communis est, sicuti dict. numer. 36. Crotus asserit. sic Barto. ipse in dict. l. si constante. num. 11. scribit, vbi à lege requiritur euidentissima probatio eius, quod in affirmationem cadit, necessariam esse probationē, quæ notorium esse ostendat: cum affirmatio notorij qualitatem commodè patiatur: at si à iure euidentissima probatio exigatur eius, quod negatiuè proponitur nec loco, aut tempore restringitur: tunc non esse præcisè necessariam probationem, quæ notorium significet: cū ea dari nequeat, ex eo quòd negatio simplex non capiat, nec patiatur notorij probationem. l. actor. in fi. C. de probationi. ponit Bar. exemplū vtriusq; partis distinctionis ex eo, quod hoc capite disputamus, scilicet habere Titium tot bona, tot res, cadere potest in notorij probationem: non habere Titium bona, non patitur commodè hanc notorij qualitatem. Ex quibus Bart. verbis deducit Alex. factū affirmatiuum habens naturam actus transitorij, & momentanei posse effici notorium. quod Ripa ibi numero. 24. improbat, dicens, factum momentaneum, & transiens nequaquam posse notorium dici, nec censer. Authent. qui semel. C. quomod. & quād. iud. idem Bart. in. l. hæredes palā. in princ. ff. de testam. idē Bart. in. l. ab accusatione. §. nūciatores. ff. ad Turpilli. notatur in. l. ciues. C. de appellat.

Verū immeritò Bar. reprehenditur: primò quia ipse non agit de actu momentaneo, vel transeuntis: sed de permanenti: qui proculdubio notorius esse potest: quod constat: siquidem Titium habere tot bona, plura iugera, amplum patrimonium ad actum pertinet permanentem: non momentaneum. Et præterea verissimū est, quod ex Bartol. Alex. adnotauit. Nā crimina frequentissimè momentanea sunt: & transeuntia, & tamen notoria sæpissimè censentur. cap. euidentia. de accusat. l. ea quidē. C. eo. tit. dict. §. nunciatores. glo. in cap. de manifesta. 2. q. 1. atq; ita hanc opinionē sensit Bart. in. l. si verò. §. qui p rei qualitate. ff. qui satis. cog. quo in loco Alexand. & Iason colū. 1. expressim eam sequuntur: & idem inibi eleganter Barthol. Soci. dicens communē esse: quam & Alex. sequitur in dicta. l. si cōstante. nume. 10. vbi eam esse cōmunem asseuerat. Nec oberit tex. in dict. authē. qui

qui semel. quoniam ex eo tantum deducitur, facilius transire in notorium id, quod habet causam successiuam, & permanentem, quam quod eam habet momentaneum, & transeuntem. unde non negat tex. ille etiam hoc ultimum posse in notorium transire. Et ideo defenditur, quod Alex. scripsit: licet id non recte à verbis Bart. collegerit.

Item idem Alex. nume. 11. in dict. l. si constante. colligit ex Bar. negatiuum factum non posse notorium esse: factum autem intelligo negatiuum improprie quidem, id est, aliquid non contigisse. idem tenet Imol. in. d. l. decem. ff. de verb. oblig. & id omnino verum est iuxta sensum statim explicandum. obijcitur etenim Bartolo, quod negatiua assertio probari potest per confessionem alterius litigantis capi. 1. de confes. in. 6. & per instrumentum. & tamen per ista notorium quid efficitur. cap. cum olim, de verb. signific. Sed hæc vera sunt de notorio iuris: non de notorio facti: quod Bartol. tractat: uti ibi intellexere Ioan. Crotus. 2. lectio. numero. 40. & Ripa numer. 25. Deinde aduersus Barto. adducitur tex. in. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæredi. vbi foeminam non esse prægnantem, potest esse notorium. Sed & id locum obtinet in negatiua restricta ad aspectum, & similia signa: quibus res certa solet effici. Barto. autem loquitur de negatiua vaga secundum Iaso. in dict. l. si constante. nume. 140. & Ripam numero. 25. sensit Antoni. Butrius optime in cap. vestra. de cohab. cleri. nume. 37. sic intelligens tex. in capi. dudum. de elect. cap. si forte. eo. tit. in. 6. quæ contra Bart. possent induci. Vltimo Bart. refragatur quod idem Bartol. communiter receptustradit in. l. decem. ff. de verb. oblig. & in l. vltima. ff. si cert. peta. & in Authentici. hoc nisi debitor. C. de solutio. scribens, posse notorium effici, & ceteri Titium non esse soluendo præmissa diligenti excusione. ad hoc tamen respondetur, id procedere quo ad notorium præsumptionis. de quo Barto. in dicta. l. si constante. non tractat: sed potius de notorio facti, & veritatis: sicuti explicat ibi Iason, & Ripa. fit igitur, ut negatiua vaga notoria esse non possit: quantum ad notorium facti, & veritatis.

Ex his apparet quid dicendum sit ad id, quod Barto. in. l. in rebus. ad finem. C. de iure doti. docet: nempe testes deponentes de inopia mariti in specie dicta. l. si constante. minime concludere: nisi addiderint manifestum esse, maritum esse pauperem. hoc probat ex verbis dict. l. si constante. dum ibi Iurisconsultus requirit euentissimam inopie probationem. Bar. sequuntur Alexan. in dict. l. si constante. nume. 16. & Ioan. Lupi. dict. §. 18. colum. vlt. quod dubium est, si consideremus,

euentissimam probationem in hac specie eam ceteri, quæ iuxta materiam subiectam sufficiens sit arbitrio iudicantis: quemadmodum Bartol. ipse voluit in dicta. l. si constante. Et ideo si testes asseuerantes maritum esse inopem, aut pauperem eo modo, quo paupertas probari potest, & proprii testimonij rationem reddiderint: sufficenter probabunt inopiam viri, & paupertatem licet non dixerint manifestam esse mariti paupertatem: quod video placuisse Ioanni Crotto in dict. l. si constante. prima lectio. numero. 18. & numero. 44.

Ex capite sequenti.

- 1 *Pupillaris substitutus non est admittendus, nisi probeat pupillum intra pupillarem etatem obiisse. & nume. 6.*
- 2 *Viro & foemina simul extinctis: an præsumatur foeminam præmortuam esse? & nume. 10.*
Vbi Regia Partitarum constitutio expenditur.
- 3 *Lucri acquisitio delata, si in matrimonio vxor decesserit, locum habet viro & vxore simul ruina pereuntibus, vbi latè tractatur intell. l. qui duos. §. si mulier. ff. de reb. dub.*
- 4 *Vbi lucri iam ferè acquisiti resolutio fit præmoriante altero ex duobus: qui tamè simul ruina vel incendio perierint: adhuc obstat conditio lucri, nec defecta censetur.*
- 5 *Intel. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. inter virum & vxorem. & l. si inter. ff. de reb. dubijs.*
- 6 *Latè examinatur intell. l. ex facto. §. si quis autem. in. 1. ff. ad Trebellian.*
- 7 *Quoties ad lucri acquisitionem necessarium est, alterum ex duobus præmori altero superstitente: tunc ambobus simul extinctis deficit conditio lucri.*
- 8 *Vera ratio ad tex. in. l. quod de pariter. ff. de rebus dubijs. & l. si inter virum. & l. qui duos. §. si maritus. l. idem est. l. sed & in illo. eod. tit.*
- 9 *Intellectus ad tex. in. l. si inter socerum. ff. de parietis dotalib.*
- 10 *Intellectus. l. qui duos. §. si cum filio. ff. de reb. dubijs.*

Variarum Resolutionum

Duobus simul naufragio, ruina, aut belli conflictu pereuntibus: vter eorum præsumatur prius decessisse? Cap. VII.



DXtat Pauli Iuriconsulti responsum sub rubrica. ff. de rebus dub. in hæc verba. Si inter virum, & vxorem donatio facta fuerit, priore defuncto, cui donatum est, ad eum res redit, qui donauerat. Quòd si simul tam is, cui donatum est, quàm is, qui donauerit: quæstionis decidendæ gratia magis placuit, valere donationem: eo maximè, quod donator non superuiuat, qui rem concedere possit. Hactenus Iuriconsultus: ex quo aperti iuris est, donationem inter virum, & vxorem: & validam manere, & confirmari, si vterque simul moriatur: ita, vt non constet, donantem superuixisse. hoc idem comprobatur ex. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebell. vbi patre, & filijs simul ruina, seu naufragio pereuntibus: substitutus patri ea conditione, si sine liberis decesserit, admittitur, ac si constaret patrem post filios decessisse, censeturque conditionem prædictam euenisse. quam decisionem scribit singularem esse Soci-
 1 nus consilio. 89. columna quarta. libro primo. ex ea deducens, præsumendum esse institutum, cui datus sit pupillaris substitutus, mortem obiisse in tra pupillarem ætatem fauore substitutionis, vt ei locus sit. idem notat Decius in capitul. in præsentia. de probationib. nume. 50. His accedit textus in. l. qui duos. versicu. si cum filio. sub. §. cum bello. ff. de rebus dub. vbi liberto cum filio simul pereunte, ob fauorem patroni, præsumitur filiù prius, quàm pater decessisse. Sic & in fauorem donationis, nè actus inualidus sit præsumitur maritum prius, quàm vxor perijisse. quod & suaderi potest ex. l. nihil interest. vbi Accursius. ff. de ad-
 2 & foemina æquis vulneribus percussis, diutius ea tolerare foeminam, quàm virum. quod tamen in Epitome de sponsalibus. 2. parte. capit. 3. §. quarto. numero. 10. in dicta. l. non probari, ostendimus. Et tunc quatenus ad hunc tractatum attinet verius esse videtur, simul pereuntibus foemina & viro, præsumendum esse, virum diutius vixisse, & foemina superstitem fuisse: propter imbecillitatem corporis, & quia mares robustiores sunt foeminis. text. singu. in. l. qui duos. §. si maritus. ff. de rebus dubijs. Si maritus, inquit, & vxor

simul perierint: stipulatio de dote ex capitulo, si in matrimonio mulier decesserit, habebit locum: si non probatur illa superstes viro suo fuisse, igitur prius foeminam perijisse præsumendum est. idem probatur in. l. cum hic status. §. ambo. ff. de donat. inter virum & vxorem. l. si possessor. §. si eodem. ff. de relig. & sumpt. funer. Specula. titul. de procurato. §. primo. versicu. 25. Signorol. cõsil. 155. columna vltima. Deci. in regul. 2. numer. 44. ff. de regu. iur. Ioannes Lupi in rubri. de donatio. inter virum & vxorem. §. 74. Tiraquellus. 1. lege connubiali. numero. 56. & probatur in. l. 12. tit. penulti. Partit. 7. & in. l. qui duos. §. vltimo. ff. de rebus dubijs. quò in loco Iuriconsultus scribit: pubere & impubere simul pereuntibus, præsumi impuberem ob imbecillitatē & debile corpus prius mortem obiisse. Quæ quidem si vera sunt, satis ambiguum erit explicare, qua ratione Paulus Iuriconsultus in dicta. l. si inter. simul eodem casu mortuis, & pereuntibus viro & vxore, non præsumperit vxorem prius decessisse, & maritum ei superstitem fuisse. Quam ob rem ad plurium locorum iuris Cæsarei interpretationem existimo aliquot esse expressim, & distinctè proponenda: vt tandem appareat quid in hac controuersia tenendum sit.

¶ Primum, quando lucri acquisitio necessariò requirit vxorem in matrimonio decedere, & mortem obire, aut è contrario: tunc viro & vxore simul ruina, vel naufragio pereuntibus: cõsendum est conditionem euenisse: etiam si dubiù sit, quis eorum prior mortem obierit. hoc in specie adnotat Signorolus cõsil. 9. & probatur ex his, quæ ab hac conclusione statim deducuntur.

Primò, apparet hinc vera ratio Iuriscõsulti in dicta. l. qui duos. §. si maritus. vbi stipulatio, vel pactum quod decedente vxore in matrimonio dos pertineat ad maritum, obtinet locum, & admittendum est, etiam si maritus & vxor simul perierint ruina, vel naufragio: quia verum est, vxorē in matrimonio decessisse, etiam si non appareat nec præsumamus alterum prius mortuum fuisse. probat gloss. in primo intellectu in dicto. §. si maritus. verb. locum habebit. & ibi Bartol. ac cæteri Docto. idem Bart. in. l. quod de pariter. ff. eodem titul. secunda colum. Signoro. in dicto consil. 9. Iacob. de Arenis, & Dinus in. l. si ij, qui inuicem. ff. de donationi. caus. mortis. & præter text. in dicto. §. si maritus. idem probat text. vbi Bald. in. l. si possessor. ff. de relig. & sumpti. funerum. quod respõsum simile est tex. in dicta. l. qui duos. §. si maritus. notat Cremenfis singul. 52. Præpositi. in capit. vlti. de donat. inter vir. & vxor. colum. 4. versu. vbi stante statuto.

Secun-

Secundum, hinc infertur responsum Iuriconsulti in dict. §. si maritus. non procedere ex ea ratione, quod præsumatur vxorem prius mortuam esse: siquidē ea sola ratio ibidem adiicitur quod non fuerit superstes vxor viro. ex qua illud tantum colligitur, vxorē in matrimonio simul cum viro decessisse, quod sat est ad consequendum lucrum ex pacto, vel lege delatum, si vxor in matrimonio decesserit: non tamen probatur vxorem præsumi prius mortuam: saltem ab eo tex. necessarii non colligitur.

Tertium, eadem ratione constat dict. §. si maritus. decisionem itidem locum habere, si pactum ita cōceptum esset: vt marito in matrimonio decedente, certa pars bonorum viri ad vxorē pertineret: nam marito simul & vxore percūtibus locus esset pacto: & ea pars ad hæredis vxores spectaret: quod Signorol. & Cremen. expressim asserunt: & probatur ratione in eodem text. expressa: latiusq; inferius examinabitur, dum tractabimus an mortuis simul naufragio, vel ruina viro & vxore, præsumendum sit prius foeminam mortem obijisse?

Quartū, eadem radice procedit, scilicet, errasse Accursium in dict. l. si possessor, dum existimat: ideo locum fuisse lucro in dict. §. si maritus. quia præsumitur vxorē prius, quàm maritus mortem obijisse. id enim falsum est: cum ea præsumptio minimē fuerit necessaria, vt mariti hæres obtineat ex pacto, cuiusibi mentio fit, lucrum illud marito delatum momento temporis.

Quintū, verus inde restat intellectus ad l. quod duos. in prin. ff. de reb. dub. quo in loco, vt admittatur substitutus duobus institutis: apposita hac clausula: ei, qui vltimus moriatur: satis est institutos simul mortē obijisse ruina, vel naufragio: nec oportet scire, nec præsumere quis eorum vltimo mortuus fuerit: id enim parum refert, cum vterq; mortuus sit, & substitut⁹ post vtriusq; obitus vocetur à testatore, quod maximē accedit ad rationem Iuriconsulti in dict. §. si maritus.

Secundò principaliter est adnotandum: quod quandoq; lucri ferè iam quæsitæ resolutio fit præmoriante altero ex duobus: ita sanè, vt morte vnus confirmetur: nisi alter præmoriatur. Et tunc his duobus ruina, vel simili casu pariter pereuntibus cōditio lucri locū obrinet. & defecta nō est: imò lucrum ipsum confirmatur: quia mors vnus contigit: ex qua robur accipit lucrū ipsum: nec constat alterum præmortuum esse: quod ad lucri resolutionem exigebatur. probat tex. vbi Bart. hoc sensit in dict. l. si inter. in prin. idem Bart. in dicta l. quod de pariter. 2. col. Alciat. reg. 1. præsum. 49. nu. 7. expressim hoc adnotarunt Signorol. con-

fil. 9. & Præposit. in cap. vlt. de donat. inter vir. & vxor. colum. 4. quibus addiderim ipse, quod licet iure veteri donatio inter virum & vxorem prohibita fuerit: ac nulla ipso iure censeretur. l. 3. §. sciendum autem. ff. de donat. inter vir. & vxorē. oratione tamen diui Marci's rigor temperatus est in hunc modum: vt donatio hæc valeat: nisi reuocata fuerit donatoris poenitentia, vel donatarius superstite donatore præmoriatur. altero enim horum contingenti, donatio quæ semel valuit traditione præmissa omninò infirmatur, & perit. textus in l. cum hic status. in principio. & §. si ambo. & in l. si is feruus. & l. Papinianus. ff. de donationibus inter virum & vxorem. de quo ipse aliquot tradidi in rubri. de testam. part. secunda. numero. 10. & rursus parte. 3. numero. 5. igitur necessarium est, vt pereat donatio inter virum & vxorem semel facta præuia traditione, quod donatarius præmoriatur superstite donatore.

Primò ex hoc patet, donationē inter virum & vxorē tunc resolui, & penitus rescindi: cum donator superstes fuerit donatario præmoriante, non alias. hoc probatur ex præmissa cōclusionione, & in l. cum hic status. §. si ambo. dum refert orationis verba. Si prior, inquit, vitæ decesserit, qui donatū accepit: nullius momenti donatio est.

Secundò hinc verum esse constat, pereuntibus simul naufragio, vel ruina donatore, & donatario: adhuc donationem validam conferi: quippe quæ morte donantis fuerit absq; præuia poenitentia confirmata: & non appareat, nec constet donatario præmortuo superstitem fuisse ei donatorem. text. celebris in dicto. §. si ambo. & in dict. l. si inter. in princip.

Tertiò eodem idre procedit vera ratio text. in dicto. §. si ambo. verfr. proinde. quo in loco respōdet Iuriconsultus vtrunque donationem valere, si fortè maritus, & vxor inuicem donationibus factis simul decesserint ruina, vel naufragio: quia inquit tex. neuter alteri superuixit.

Quartò, satis manifestum est, simul pereuntibus viro & vxore ruina, aut naufragio donationem validam adhuc esse, ex verbis orationis diui Marci: quia donator non superuixit: etiam si maritus tantum vxori donauerit: nec enim præsumitur vxorem vti debiliorem prius mortuam esse, quod probatur ex ipsis Iuriconsultis: & id passim fatentur omnes, præsertim Aretin. in consil. 50. col. 2.

Cæterum his, quæ diximus, obstat tex. in dicta l. si inter. dum vtitur dictione, maximē, quæ propria vi, & natura implicat idem esse, etiam si ratio expressa deficeret. l. prima. §. vel maximē. ff. de collatio. bono. l. scire oportet. §. & si maximē.

D 5 ff. de

Variarum Resolutionum

ff. de excusat. tuto. vnde colligitur. donationem factam inter virum & vxorem, ipsis simul pereuntibus ruina, vel naufragio, non ex eo validam esse quod donator non superuixerit donatario, sed vel id procedere fauore donationis, vt quidam opinantur, quibus Aretinus accedit in dicto consil. 50. secunda colum. quod ipse non admitterem: cum hæ donationes odiosæ sint. l. prima. ff. de donat. int. vir. & vxor. vel alia ratione iuris vtriusq; Doctoribus occulta.

Aliud præterea ex vi dictionis, maximè, poterit inferri: nempe, quod etiam si donator superuixisset: nihilominus donatio valeret: hoc autem plurimum à iure discrepat. Nam donatore ipso præmortuo, si dubitetur ex variis præsumptionibus & coniecturis an spernituerit, & an donationem reuocauerit: tunc in eodubio donatio potius censetur confirmata, quam reuocata. Et est ratio satis vrgens: constat siquidem morte donantis donationem ipsam confirmatam fuisse: at de reuocatione expressa, quæ necessaria est dubitatur: iuris est apertissimi eam donationem validam manere. *text. in dict. l. cum hic status. in princ. versic. quod si in obscuro.* Cuius meminit Ludou. Roma. in singu. 593. ex eo scribens, quod si maritus matrimonio constante confiteatur se recepisse centum in dotem: ac deinum dixerit illam confessionem falsam fuisse: non ex hoc videtur reuocare tacitam donationem, quæ oritur ex illa confessione, non diffiteor hanc Romani sententiam dubiam esse: & examinandam fore secundum ea, quæ scripsimus libro primo huius operis cap. 7. numero. 4. Et tamen si apparet, donatorè superuixisse donatario: proculdubio donatio non tenet: imo reuocata censetur. Casus autem expressus, atque expressim explicitus in dict. l. si inter. est, quando donator non est superstes donatario: qui quidem minùs dubius est, quam is, qui implicite inibi deceditur: scilicet vbi donator, & donatarius simul perierunt ruina aut naufragio: tunc etenim non constat quis fuerit superstes: nec an donator prius mortem obierit. Et nihilominus inquit iurisconsultus donationem firmam esse. Quia non probatur prius decessisse eum qui donatum accepit: cum simul decesserit cum ipso donatore. Sic sanè dictio, maximè, propriam vim habet, & implicat speciem magis dubiam, quemadmodum in dict. l. si inter. deducit Ludou. Lusita. colum. penulti. Nam prior casus minùs dubius est, quia morte donatoris confirmatur donatio: & de eius morte constat. Posterior maiorem dubitationem habet: cum in eo cõstet de obitu donatoris: item de morte donatarij: non tamen cõstat, quod do-

natarius præmortuus fuerit. Aliter dissoluitur ea difficultas: si præmittamus dictionem, maximè, adiectam causæ finali extare taxatiuè, non implicare. *text. vbi gloss. Ioan. Andre. Antoni. & alij in cap. ad abolendam. de filiis presby. Alexand. consil. 77. numero. 23. libr. 3. Socin. in dicta. l. si inter. numero. 4. & ibi. Lusita, ad finem.* Imò & tertio Andreas Alciatus. de præsumpt. reg. prima. capitul. 49. numero. 7. obiectionem istam ita explicat, vt ratio explicita in dic. l. si inter. sit distincta ab implicita: quæ procedit ex eo quod hæreditas donatoris non competat ius petendi res donatas: nisi probauerit donatorè superuixisse: quod non probatur, licet constet donatorem & donatariū simul ruina, vel naufragio mortem obiisse. explicita verò ratio constat ex verbis orationis diui Marci: cum ea requirat donatarium præmortuum esse, superstite donatore.

Primo, tamen à præcedentibus infertur donationem inter virum & vxorem validam censeri donatore & donatario iam vita functis: siue hæ mortui sint eodè casu, nēpe ruina, aut naufragio: siue in diuersis locis: satis enim est quod non probetur ab hærede donantis, ipsum donantem superstitem fuisse donatario. hoc præterea deducitur ex. l. qui liberis. in princip. ff. de honor. poss. secundū tabul. adiuncta. l. qui duos. in princ. ff. de reb. dub. siquidem quod responsum est in dicta. l. qui duos. quando simul yterq; moritur ex eadem ruina, vel naufragio, idem respondetur in dict. l. qui liberis. vbi diuersis in locis ambo morui fuerit. & si non constat simul perisse. atque his rationibus moti tenent Bartholo. Socin. in dicta. l. si inter. ad finem. & Ioan. Lupi in rub. de donatio. inter virum & vxor. §. 75. quorum inductio non omninò probat eorum opinionem: quia in dic. l. qui duos. nihil refert, quis eorum prius aut posterius mortem obierit: modo constat. vtrūq; decessisse. Et ideo Barto. in dicta. l. si inter. scribit in hac specie, præsumptionem esse pro ipso possessore: & alteri onus probandi incumbere: quæ sequuntur Imola, & Raphael Cuma. in. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Trebellia. vbi Alexand. columna vltima. inquit propter Bart. autoritatem esse tenendam, & seruandam eius sententiã quam existimat singula. esse Ioannes Lupi in dicto. §. 75. ipse verò Alexand. aduersus Bartol. & alios verius esse censet: quod hæres donatarij teneatur probare, donatorem prius decessisse, vel saltem vtrumque simul eodem casu perisse: siue is possessor sit, siue alter possideat. Ego sanè opinionem Bartol. arbitror in praxi præferendam cæteris fore: nam & ei consentiunt Soci. & Ioannes Lupi. contra Alexand. cum fortiorem in præsentia

ti dubio decisionem adseuerauerit: quibus forsitan suffragatur glossa in dicto. §. si ambo. verbo simul.

Secundo hinc apparet vera ratio ad tex. in dict. l. ex facto. §. si quis autem. vbi substitutus Titio, si is sine liberis decesserit, admittitur ad fideicommissum: Titio & eius liberis simul ruina, incendio, aut naufragio pereuntibus. Nam cum sit satis, vt locus sit substitutioni: quod liberi non fuerint patri superstites: eo ipso quod probatum fuerit, Titium & eius liberos simul eodem casu perisse constat, donec contrarium probetur, filios non fuisse Titio superstites. Sicuti Iurisconsultus censuit: & inibi eius interpretes adnotarunt: probantes idem esse siue filius sit pubes, siue impubes, quod præ cæteris Ripa aduertit.

Tertio eadem ferè ratione subinfertur præmissa substitutione ea conditione concepta: si institutus decesserit sine liberis: oportere, vt substitutus admittatur, ab eodem probari: institutum, & eius liberos simul eodem casu, naufragio, ruina vel incendio perisse: quod in specie adferunt Cumanus, Imola, Alex. & Ripa in dicto. §. si quis autem. ex mente illius responsi. Quibus non obicit, quod fideicommissarius non tenetur probare institutum decessisse liberis non superstitis iuxta illorum sententiam quam esse magis communem, & veriore asserit Alciatus in tracta. de præsumpt. regul. prima. cap. 49. numero. 7. id etenim procedit: quando constat, institutum, eodem casu simul cum liberis mortuum esse: quemadmodum in dicto. §. si quis autem. probatur. Alioquin si constat institutum liberos habuisse: non erit satis, vt substitutioni locus sit probari institutum mortuum esse: nisi probetur eius filios etiam decessisse, ex eo potissimum, quod præsumatur quis viuere centum annis. l. vltim. C. de sacrosanct. eccles. l. 2. §. si dubitetur. ff. quem admittit. apertian. quauis hæc ratio omnino certa non sit: siquidem in contrarium vrget text. in l. spadonem. §. qui absolutus. ff. de excusat. tutor. ex quo deducitur non esse satis semel probatum fuisse Sempronium viuere, vt hodie præsumatur viuere. ad idem optimus text. in l. hæreditatum. ff. ad legem Falcidiam. Vnde licet possibile sit quenquam centum annos viuere, quod in dict. l. vltima probatur: non tamen præsumitur quempiam ad centum annos victurum: cum & id à communiter accidentibus, & verisimilibus satis abhorreat: secundum Bartol. in l. secunda. colum. tertia. ff. iudic. solui. Areti. in l. Sed si de sua. ff. de adquir. hæred. Deti. in l. si emancipati. C. de collat. Corne. ibi. & in consil. 341. libro primo. Alciat. in regula prima de præsumptio. cap.

44. Alexand. consil. 90. libro sexto. numero. 9. Soci. in l. si inter. ad finem. ff. de reb. dubi. Gozadi. consil. 68. colum. 2. Ioan. Coraf. lib. 5. Miscellan. cap. 18. Caro. Molina. in scholiis ad Alex. consil. 1. lib. 5. num. 42. vbi inquit hanc esse hæc temporibus crebriorem sententiam: quæ tamen ita temperanda est, vt si quis alterius mortem allegauerit ad propriæ intentionis fundamentum, eam probare debeat, sed habet maximam præsumptionem mortis, decursis iam centum annis ab alterius natalibus. Corn. consil. 119. lib. 1. quod probatur in dicta. l. vlti. C. de sacrosanct. eccles. & videntur prædicti Doctores idem fateri sensim: dum censent, non esse verosimile quenquam centum annos viuere. Sic crebriori calculo receptum est, agentis, vel excipientis incubere probationem vite quoties ea est fundamentum actionis, vel exceptionis. ita sane colligo ex Cuma. Romano, & Areti. in dict. l. sed si de tua. Bart. in dict. l. 2. colum. 3. ff. iud. solui. & in l. siquidem. C. solu. matri. & aliis, quorum modo mentionem feci. & expressim Alex. consil. 27. colum. vltima. libr. 7. quam ob rem huius quæstionis resolutio stat in hoc: quod seclusis præsumptionibus, incumbit probatio ei, qui allegauerit, liberos patri superstites fuisse, vel eos priusquam pater decessisse. ita Bart. in l. qui duos. §. cum in bello. ff. de reb. dub. dum inquit. Sed si poneres, quod non appareret, eos simul decessisse: & ignoraretur quis prius, & quis posterius decessisset: tunc ille, qui dicit aliquem decessisse sine liberis, habet intentionem suam fundatam de iure communi: licet enim habuerit filios antè, non tamen præsumitur habere tempore mortis. Hæc Bartol. qui loquitur quando constat institutum habuisse filios: & licet sentiat hoc in casu, dicentem quem decessisse sine liberis immunem esse ab onere probandi: non ex hoc fatetur idem esse, vbi allegaret filios, priusquam pater decessisse: sed innuit, aduersario dicenti, institutum filios habuisse, & eos superstites patri fuisse, probationis onus incumbere. hic etenim est verus Bartoli sensus. disciplet tamen hæc conclusio Imolæ & aliis præter Paulum Castrensi. in dicto. §. si quis autem. cum Baldus in capit. ex tenore. colum. secunda. de testib. & Felin. in capit. quoniam frequenter. §. Porro. vltima colum. vt lite non contestata. scripserint, satis esse probare quem semel vixisse, & allegare eum hodie adhuc viuere, vt præsumenda sit eius vita. Nihil tamen moror, cum hæc Baldi sententia procedat ab ea opinione, qua olim passim adferebatur, quempiam præsumi viuere ad centum annos. distinguam ideo casus aliquot, ex quibus res ista admodum expedita videbitur. Primus, quando substitutus

Variarum Resolutionum

stitutus agit dicens institutum sine liberis decessisse, nec ex aduerso constat, liberos eum habuisse, tunc admittitur substitutio: licet actor non probet negatiuam illam: scilicet institutum decessisse sine liberis. hæc sane in præcedenti capite numero. 6. adnotauimus.

Secundus, ubi substitutus agit, & fatetur institutum filios habuisse, sed asserit, eos simul cum patre perisse, ruina, incendio, aut naufragio: obtinebit omnino probato, quod simul perierint pater & filii. text. in dict. §. si quis autem. cuius hic est. verus sensus secundum Alberi. Imol. Cuma. Alexã. Ripam, & Vincetium, qui scribit hanc interpretationem esse magis communem, quicquid Barto. & Castrensis dixerint.

Tertius, agit substitutus dicens, institutum decessisse sine liberis, nec fatetur eum liberos habuisse: & tamen reus possessor opponit, & probat, institutum filios habuisse, quos patri superstites fuisse allegat, hic iuris vtriusque interpretes hærent: & profecto considerato favore possessoris, quem Barto. in dict. l. si inter. in specie fere simili considerat: & quod adest aliqua suspicio adhuc filios viuere: & præterea quia substitutus agens ad fideicommissum hoc conditionale, sensim, & tacite adseuerat, & allegat, filios præmortuos fuisse patri: probare tenebitur, vel filios eodem casu simul cum patre perisse, vel eos priusquam pater, mortem obiisse. hoc colligo ex Imol. Alberic. Cuma. Alexan. & Iunioribus in dict. §. si quis autem. & ex notatis paulò antè in prima illatione.

Quartus, agit substitutus similiter ad fideicommissum, & probat institutum, & eius filios mortem obiisse: non simul, sed diuersis in locis, aut variis casibus, vel in periculo, quod potuit successiue eos extinguere: nec probat filios præmortuos fuisse: idem erit quod in proximo casu. Nam possessor absoluendus est, quãuis actor nõ allegauerit filios priusquam pater decessisse: nec simpliciter actionis libello factus fuerit institutum filios habuisse. huius opinionis authores sunt Imo. Cuma. Alexã. Vincent. & Ripa. in dict. §. si quis autem. & alii qui relati sunt proximo versiculo, ex quo & hic quartus casus eisdem rationibus definitur. tamen si Alcia. in regu. 1. de præsumpt. cap. 49. cõtrarium responderit dicens ita magis communiter probari: & Barto. in dic. §. cum in bello. plurimũ eius respõsioni suffragetur. atq; Barth. Socinus ibi colum. pe. expressim teneat pro substituto fore pronunciantum.

Quintus, agit aduersus substitutum bona possidentem, atq; actio proponitur ex eo quod conditio fideicommissi defecerit: quia institutus liberos habuerit superstites: oportet actorem proba-

re non solum institutum liberos habuisse, sed & eos superstites patri fuisse: alioqui reus absoluendus est: nec præsumitur, vt is condemnatur, liberos semel natos: patri superuixisse. hoc deducitur ex Bartol. in dicto. §. cum in bello. & Imola. in dicto. §. si quis autem. etiam si nõ probet reus mortem filiorum, idem tenet Paul. Castrensis in dicto. §. si quis autem. nec refert expressim, an tacite actor proposuerit liberos patri superuixisse. tenet enim actor semp probare id quod est necessarium, vt eius actio cõcludat, & obtineat: idq; omnino tacite allegare, & pponere videt: licet expressim id omiserit: sicuti & reus id ppare tenetur, & sensim asserere videtur, si verba patiantur, quod est necessarium, vt eius exceptio actionem eneruet, tollat, aut elidat. quod notandum est.

Nam & hic quintus casus variè poterit contingere, quamuis non desint, qui etiam in hoc casu scripserint actorem immunem esse ab hoc onere probandi, filios superuixisse patri, modò probet eos institutum habuisse. Hinc denique apparet, quid dicendum de pupillari substituto, qui probat mortem instituti, non tamen constat: an intra ætatem pupillarem decesserit, an præsumatur in ea ætate decessisse? Et sicuti memini in initio huius capituli. Mari. Soci. & Decius responderunt id ita præsumendum esse, vt locus sit substitutioni, & favore pupillaris substitutionis, per text. in dict. §. si quis autem. ex quo etiam Bald. in consi. 464. lib. 5. dicebat, quod si moriatur simul pater, & pupillus, cui est datus pupillaris substitutus, præsumitur patrem prius mortuum fuisse. Sed hæc Baldi adnotatio vera non est, per textum. in l. qui duos. §. cum in bello. & §. vlti. ff. de reb. dub. atq; ita reprobat Baldum Socin. in dict. §. cum in bello. colu. punult. quin & decisio Socini & Decij nec probatur in dict. §. si quis autem. nec vera est, quia in dicto. §. si quis autem. satis est vt substitutus admittatur, quod filij non fuerint superstites patri, & id cõstat ex eo quod pater, & filii simul ruina, vel naufragio mortui fuerint, aut saltè factus est, non constare filios superstites patri fuisse, vt locus sit substitutioni iuxta præcedentem distinctionem. at in præsentis specie oportet constare, institutum in ætate pupillari decessisse, & ea probatio incumbit substituto etiam si is possideat, nam aduersus eum agitur rei vindicatione, aut petitione hæreditatis, probatq; actor ad eum ea bona pertinere ex causa testati, vel intestati, reus vero excipit asseuerans institutum intra ætatem pupillarem mortem obiisse, id igitur probare debet, cum præter alias rationes hæc sit assertio affirmatiua, qua ratione siue substitutus actor sit, siue reus ei incumbit onus probandi secundum Bald.

Bald. conf. 19. lib. 5. Barthol. Soc. in dict. §. cum in bello. pe. col. Ripa in dict. §. si quis autem. ad fin. quicquid ibi in fauorem substituti possidentis senserit Paul. Castrensis, & licet priorem sententiam, quam ex Bald. & Socino retulimus sequatur Baptista de S. Seuerino in l. precibus. col. 4. C. de impub. & alijs. Hæc deniq; vltimo loco adscripta probatur etiam ex Bart. qui conf. 56. ad finem scribit, necessario probandam esse certam ætatem ab eo, qui eam allegat ad propriæ intentionis fundamentum. l. de ætate. ff. de minorib. atq; inibi Bart. huic opinioni expressim adstipulatur. Nec fauor substitutionis quicquam contrariæ sententiæ suffragatur. tex. celebris in l. & in illo. ff. de reb. dub. quo in loco, mortuis simul instituto, & pupillari substituto, non præsumit prior in ors pupilli, vt substitutio effectû sortiatur: imò ea perit, & extinguitur.

C Tertio principaliter quatum attinet ad huiuscapitis veram resolutionem, vbi ad lucri conditionem, aut alicuius rei acquisitionem requiritur, aliquem altero superstite mortem obisse, tunc vtroq; ruina, vel naufragio simul extincto si non constet, quis prius mortuus fuerit, siue vterq; siue masculus siue altera sit femina deficit conditio, & acquisitio lucri. text. in signis in l. quod de pariter. ff. de reb. dub. Nec mihi placet distinctio Bar. ibi dicentis, aliud esse in dispositione hominis: vt in ea locum habeat isthæc regula, aliud, in dispositione legis, quæ circa eius intellectum, ne ea effectum frustret præsumptio prioris mortis adsumenda est ex cõiecturis. Nam licet Bartolum sequatur Aret. cõf. 50. col. 2. Socin. in dict. §. cum in bello. & Alcia. reg. 1. de præsumpt. cap. 49. non potest iure probari eius sententia, siquidem alioqui lex non est sine effectum, nec perplexa, sed admodum expedita, & utilis, & præterea iurisperitorum responsa statim adducenda iuxta propriam rationem non differunt à dispositione hominum.

Primò ex hoc infertur, quòd si ex pacto, vel lege conuentum, aut statutum sit vxore præmorie te viro superstite, dos ad virum pertineat, mortuis viro & vxore simul naufragio, vel ruina non pertinet dos ad hæredem mariti: secundum Signorolum conf. 9. col. 2. Præposit. in capitu. vlti. de donatio. inter virum & vxor. col. 4. Ioan. Lupi. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 74.

Secundò, colligitur vera ratio ad text. in dicta l. quod de pariter. & deinde intell. ad text. in dicta l. qui duos. §. si maritus. Nam si mater, aut quilibet extraneus stipuletur, dotem sibi reddi à marito mortua vxore in matrimonio: si simul ruina, aut naufragio perierint mater, & filia extraneus & vxor: non est locus stipulationi, nec ad

hæredem stipulantis dos pertinet, quia stipulator non superuixit, & hæc stipulatio eam conditionem habet, si præmortua vxore stipulator superuixerit. sic etenim Paul. Castren. interpretatur tex. in dict. l. quod de pariter.

Tertio eadem ratione interpretabimur tex. in l. idem est. ff. de re. dub. nam si dubium fuerit, mortuis legante, & legatario: quis prius altero superstite mortem obierit, perit legatum, nec ad hæredes transfinitur ac si in vita testatoris legatum ex morte legatarij foret extinctum. text. in dic. l. idem est. quia secundum Paul. Castrensem ibidem, vt legatum acquiratur legatario, oportet morte testatoris testamentum ipsum confirmari superstite legatario.

Quarto deducitur ex his qd si simul ruina, vel naufragio perierint pupillus & pupillaris substitutus, nec cõstet quis prior decesserit, perit, & extinguitur pupillaris substitutio, & quanuis institutus sit impubes non præsumit lex, cum prius perisse. text. in l. sed & in illo. ff. de reb. dub. nec refert sit substitutus pupillaris pubes, an impubes: nã & si pubes sit, idem erit, quemadmodum Bar. & communiter Doct. ibi senserunt. agimus enim hic de hæreditaria, & testamentaria successione, cuius proprium & peculiare est, testatorem præmori superstitebus hæredibus & legatarijs. siquidem id manifesti iuris est, cum alioqui verè successio dici non possit. Sic profectò procedere videntur plura, quæ sub eadem rubrica de rebus dubijs à Iurisperitis responsa fuere.

Quinto hinc oritur ratio decidendi ad text. in l. si hi. qui inuicem. ff. de donat. caus. mort. vbi donatore causa mortis, & donatario simul percutibus ruina vel naufragio, donationes etiam inuicem facte, etiam inter coniuges minimè effectum habent iuxta quorundam intellectum, qui tamè falsus est, cum ex verbis Iurisperiti palam constet, veranq; donationem validam esse, quia neuter superuixit, & est necessarium donantem superuiuere vt donationes hæ infirmentur, sicuti diximus & probauimus prima huius resolutionis regula ad quam pertinet ratio tex. in dic. l. si hi qui inuicem secundum communem Bar. & aliorum intellectum.

His obstare videtur tex. in l. qui duos. §. vlti. & in l. cum pubere. & in l. si mulier. ff. de reb. dub. vbi patre, vel matre simul cum filio pubere morientibus ruina, naufragio, vel incendio, præsumitur filium patri, vel matri superuixisse, quod si filius impubes sit, secus erit. quibus probatur non esse satis certum quod tertia regula explicuim, imò iure præsumi ex duobus simul morientibus alterum alteri superstitem fuisse. sed hæc procedunt ex hu-

Variarum Resolutionum

ex humana legis interpretatine ratione ordinis inter patrē & filium, ascendentes & descendentes quantum ad successiōem, propter votum parentum & legem naturæ, quemadmodum explicat Barthol. Soci. post alios in l. sed & in illo. ad finem. ff. de reb. dub. Aret. in consi. 50. colū. 3. vbi respondit, eodē casu, ruina, aut naufragio extinctis patre & filia, præsumēdum esse filiam etiā si propter sexum imbecillis sit, patri superstitem fuisse. Hæc verò humana iuterpretatio cessat ob ætatis imbecillitatem, nam locum non habet, vbi pater & filius impubes simul eodem casu perierunt, præsumitur etenim, impuberem præmortuum fuisse, ac patrem ei superuixisse. vt in dictis iuribus probatur, quæ quidem admittenda sunt etiam in dispositionibus hominū quoties agitur de transmittendis bonis parentum ad filios, vel descendentes, quod Socin. in dicta. l. sed & in illo. tradit.

Ex his perpēdi poterit vera interpretatio tex. in l. inter socerum. ff. de pactis dotalib. vbi discutitur vis, & conditio pacti cuiusdam in hunc modum conuenti, vt dos ad maritum pertineret, si vxor filio superstite moreret, quo casu, mortuis simul vxore & filio, inquit Iuriscōsultus, dotem ad maritū ex pacto non pertinere. Ratio etenim adsumitur ex vltima regula, quia ad hoc lucrum requiritur, vxorem præmori filio superstiti, & tunc non est satis vt rumque simul mori aut eodē casu perire, cum non appareat, filium superstite fuisse. Rursus sub eodem pacto altera adscripta fuit conditio, vt si vxor in matrimonio decederet non superstite filio, portio dotis non tota ad maritum pertineret, & in hac specie scribit Iuriscōsultus, mortuis simul vxore & filio, dotis portionem ad maritum spectare. cuius responsi ratio deducitur ex prima huius capituli regula, quam adnotauimus ad textum. in l. qui duos. §. si maritus. ff. de reb. dub. sat enim est vxorem, & filium simul mortuos esse, vt vxor dicatur in matrimonio decedere non superstite filio. & idem coadiuuatur ex secūda regula iuxta. l. si inter. ff. de reb. dub. non oberit huic interpretatiōi, quod iuxta literam dict. l. si inter socerum. in secunda pacti conditione scriptum fuit, si vxor in matrimonio decesserit, mortuo filio viuente, vxore, eiusq; matre, vnde apparet requiri ad veritatem conditionis, filium prius quam mater mortuum esse, quæ quidem conditio vera non est, matre & filio simul ruina, aut naufragio extinctis.

Nam id dictum est ad differentiam primæ conditionis, quæ exigebat, filium matri superstitem fore, non ad conditionem vltimam, siquidem ea conditio tantum dicitur, si vxor in matrimonio

decesserit non superstite filio. Et idè satis erit, vt filius matri superstes non dicatur, simul matrem & filium eodem casu periisse. l. ex facto. §. si quis autem. in. i. ff. ad Trebell. Item nec huic considerationi obstat, quod in eo text. scribitur ea ratio, quia verisimile videbatur infantē ante matrem periisse. quasi inibi probetur: præsumēdum esse filium ante matrem mortuum fuisse, si is impubes sit, & tractatur de lucro acquirendo eo casu, quo prior mors ipsius quàm alterius contigerit. & è contrario præsumendum esse, puberem superstitem fuisse, si agatur de aliqua re cōsequenda, vbi is superstes fuerit: hoc etenim à iuriscōsulto adducitur, vt comprobet, non fuisse filium matri superstitem, & sic defecisse conditionem pacti, potius, quàm vt priorem mortem filij præsumat. aut planè possumus fateri, duobus simul extinctis, impuberem præmortuum fuisse præsumēdum fore, eo quod imbecillior sit ratione ætatis: at pubes, duobus puberibus simul percunctibus superstes non præsumitur. l. qui duos. §. vlt. l. cum pubere. ff. de reb. dub. ex quo constat Bar. in dict. l. quod de pariter. non exactè distinxisse, dum altero distinctionis membro scribit, in dispositione hominis, non præsumi ex duobus simul oppressis, & mortuis, alterū præmortuum fuisse, etiam si is impubes sit. Nam & præter alia tex. in dict. l. inter socerum. contrarium probat, cui Bart. minimè satisfacit, etiam si id conetur efficere dicens, inibi tractari de dispositione hominis continentē idem quod ius commune, quod falsum est, licet Socin. in dict. l. sed & in illo. col. pen. Bartoli solutionem sequatur. tametsi præcedens intellectus posset Bartoli distinctionem tutari. Sed ea non procedit iure, cum nulla cōgrua discriminis ratio appareat, siquidē & altera pars, quod circa legis dispositionem præsumatur ex coniecturis prior, aut posterior mors, adhuc infirmatur ex tex. in dict. l. qui duos. §. vlt. cui non dum respondetur à Barto. ita verè & congruè vt tollatur obiectio. sicuti cōstabit maturè iuriscōsultorum responsa examinant.

Hæc verò quæ adnotauimus, nempè, simul extinctis patre & filio pubere, præsumendum esse, filium superstitem fuisse patri ratione ordinis, deficiunt in fauorē patroni & ob eius reuerentiam, siquidem liberti, & eius filio etiam pubere extinctis simul, præsumitur filium non superuixisse patri, vt patris hæreditas intestato decedentis & sine liberis patrono deferatur. dict. l. qui duos. §. si cum filio. vbi Cuma. & Socin. idem Socin. in l. sed. & in illo. colum. vlt. ff. eod. id optimè explicant, quod fit ad similitudinē eius quod responsum est in dict. l. ex facto. §. si quis autem. Nec refert

fert ad intellectum. §. si cum filio. eundem filium esse puberem vel impuberem ex mente omnium præfertim Socini in dict. l. sed & in illo. colū. ult. quo in loco scribit decisionem dict. §. si quis autem. non procedere ubi substitutio esset facta ab ascendente, cum in eo casu ratione ordinis, & propter votum parentum, si filius sit pubes, præsumendum sit, filium superstitem fuisse patri, & ideo excluditur substitutus, ex dict. §. vlti. l. qui duos. & l. sequent. quæ quidem decisiones sunt intelligendæ, quando non sit datus patri decedenti. si autem liberis substitutus, propter rationem rextam dict. §. si quis autem. & ob id mihi nõ placet Socini restrictio.

Omnia his ad animam & diligenter pensatis, pro huius capituli coronide animaduertendum est, an verum sit, foemina, & viro simul extinctis, præsumendum esse, præmortuam fuisse foeminam, quod in iniuriam huius capi. adnotauimus. & constat id non probari iure, nec posse id colligi ex aliquo iuriconsultorum loco, quorum superius meminimus, inõ apertè contrarium probatur ex dic. l. si inter virum. & l. cum hic status. §. si ambo. quorum decisiones veræ non essent, nec iure probarentur, si præsumendum foret, foeminam præmortuam fuisse, tota etenim eorum responso ratio ex eo deducitur, qd nec præsumatur foeminam præmortuam, nec superstitem fuisse, & ita potius colligitur ex verbis orationis Diui Marci, quæ iuriscõsulti perpendunt, ex rigore interpretationis, non præsumi foeminam præmortuam. Nam quod adducitur de impubere & eius imbecillitate, pertinet ad ætatem teneram immaturam, & eius vires fragiles: non ad sexus imbecillitatem. Sed tamen hac in re negotium nobis facescit Regia. l. 4. titul. penult. part. 7. quæ expressim statuit in hæc specie, præsumendum esse, foeminam prius extinctam fuisse, ob sexus fragilitatem, & inquit, hanc præsumptione prodesse ad donationes, quæ fiunt inter virum, & vxorem: cum hæc confirmantur præmortuam donatore. Ex his duo, colliguntur. Primum, esse necessarium ad confirmationem donationis inter virum, & vxorem, donantem præmortuam superstitem donatario, quod falsum est, sufficit enim quod nõ constet donatarium præmortuam fuisse superstitem donatore. l. cum hic status. §. si ambo. ff. de dona. int. vir. & vxor. l. si inter. ff. de reb. dub. Regia. l. 4. titul. n. part. 4. Secundum (mortuis simul viro, & vxore, ubi tractetur de donationibus confirmandis, præsumendum esse, prius extinctam fuisse vxorem, quod itidem iure Cæsareo improbat: nã si ita præsumeretur, donatio facta à viro vxori nequaquam confirmaretur, simul ambobus

ruina, vel naufragio pereuntibus, & tamen contrarium apertissimè iuris est. dict. l. si inter. & dic. §. si ambo. Et præterea Regia constitutione tolleretur quod iure Cæsareo est receptissimum, scilicet, donationem factam à marito vxori, ambobus simul extinctis casu vel ruina, manere, & esse omnino validam: quod certè procedere non posset, si præsumeremus vxorem tunc præmortuam fuisse, & similiter deficeret quod de mutuis inter virum & vxorem donationibus statutum est in dict. §. si ambo. vt simul naufragio, vel ruina, & viro & vxore extinctis, utraque mutuas donationes valere, ex lege etenim regia valeret donatio facta ab vxore viro, non tamen valeret facta à viro vxori, cum præsumatur vxorem superstitem viro perijisse. verum enimvero tamen si Regia cõstitutio ita expressim loquatur vt nullum patiatur, præter præmissum, intellectum, opinor ex ea non tolli, quæ absque vlla controuersia iure Cæsareo statuta sunt, & aliqua ex parte comprobata Regia. l. 4. titul. n. part. 4. siquidem dicta Regia lex, ita non intendit hanc correctionem inducere, cum adscripta sit titulo generali de verborum significatione: & tandem viri doctissimi, qui eam ex Pandectarum legibus deduxerunt, sequuti sunt interpretationem veterum quorundam, qui vt meminimus glof. in l. si possessor. ff. de relig. & sumptu. funer. opinati sunt, viro & vxore simul extinctis, præsumendum esse, foeminam præmortuam fuisse, quod non est omnino admittendum.

Ex capite sequenti.

- 1 Quinq; traduntur conclusiones, quibus constat, quando diuino, vel humano iudicio quis ab alterius culpam absque criminis labe puniatur.
- 2 Ob crimen læsæ maiestatis humane, sicut & diuine, nepotes delinquentis afficiuntur pœna, quæ per legem filijs inflicta est.
- 3 Filij illegitimi etiam continentur sub legibus punientibus delinquentium filios.
- 4 Filij hereticorum non puniuntur in hoc: quod priuentur beneficijs ecclesiasticis iam obtentis tempore commissi criminis.
- 5 Pœna per canones & leges in dicta filijs hereticorum, etiam eos complectitur, qui ante crimen nati fuerunt.
- 6 Perpenditur & examinatur Gratiani locus in cap. nou. imputantur. x. q. 4.

7 Statuto,

Variarum Resolutionum

- 7 *Statuto, consuetudine, vel lege quauis innocens non possit pœna corporis puniri ob crimē alterius, potest tamē pœna pecuniaria. Et inibi an pater teneatur soluere pecuniariā pœnam, qua filius mulctatur?*
- 8 *Examinatur glo. in cap. cum homo. 23. q. 5.*
- 9 *Quare in vniuersitatē ferri nō possit excommunicatio. Et ibi intellectus capit. Romana. §. in vniuersitatē. de sent. excom. in. 6.*
- 10 *Ecclesiastico interdicto plerūque subijciuntur innocentes ob alterius culpam.*

An iustum sit, lege vel statuto aliquem ob alterius culpam puniri? Capit. VIII.



Plerumque in controuersiam incidit quæstio: qua de iustitia legum dubitatur, & præsertim earum, quæ pœnam innocenti ob alterius culpam & crimen infligunt. Nam eas iniquas esse probatur Ezech. ca. 18. Anima inquit quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum. ca. Iudæi. c. iam itaq; c. 1. & 2. 1. q. 4. ex Augustino ad Vincent. Epist. 48. hoc idem constat ex l. crimen. ff. de pœnis. Et præterea, quia pœna sequitur criminis authorem. l. sancimus. C. de pœnis. cap. 2. de const. capi. quæsiuit. de his quæ fiunt à maior. part. cap. & cap. Romana. in fine. de sent. excom. l. 2. §. in filijs. ff. de decurionib. l. lege duodecim tabularum. C. de leg. hæred. ea; ratio à iure naturali procedit, cum criminis pœna culpam necessario præmittat, alioqui pœna non esset, imò potius iniuria, quæ rationi naturali minimè conuenit. deinde innocentem puniri, occidi, aut verberari à iustitia alienum est. l. absentem. ff. de pœnis. quibus & alijs, quæ passim adducuntur, constat leges istas iniustas esse. ex aduerso non de sunt facti eloquij testimonia, quæ suadere videantur, leges has nō esse ab instituto diuino alienas: & frequenter leges statuuntur, quibus ob aliena crimina innocentes puniuntur, nec possunt vlla iusta ratione improbari, quippe quæ reipublicæ conueniant omninò, & ideo distinctim aliquot subijciam adserciones, quo harum constitutum iustitia manifesta sit, cōmemorans authori-

tates, quibus dubium istud solet dissolui.

Prima, Quauis ex lege iustitiæ absq; culpa, & causa nemo sit puniendus, quandoq; tamen ex causa etiam absque culpa diuino & humano iudicio pœna infertur. cap. quoniam frequenter. §. si verò. vt lit. non contest. tex. & ibi glos. in cap. renouantes. 22. dist. & in cap. antiqua. de priuileg. glo. communiter recepta in ca. 2. de consti. Sic Leuitici cap. 20. interprete Augustino. pecus licet ratione careat, & à culpa immune sit, suspēditur cum ipsa foemina, quæ se ei commiscuit, nè tali flagitio contaminatum indignam refricet facti memoriam. ca. mulier. 15. q. 1. cuius post alios meminit Iason in l. furiosum. C. qui testam. facer. possunt. num. 10. l. 2. tit. 21. part. 7. Guido Papæ. q. 38. quo in loco citat legem illam Exod. capi. 21. si animal hominem occiderit, lapidibus obruatur. & addit se ipsum vidisse animal quoddam furca suspensum, eo quod puerum quendam occidisset. Olim sanè apud Athenienses ex Draconis legibus non homines modo, sed & animantes aliæ, atque etiã inanimata cædis perpetratæ iudicium subire tenebantur: ea; accusatio aduersus animalia ratione carentia, & inanimata in Prytaneo iudicabatur: vt inquit Demosthenes in oratione aduersus Aristocratem. Quod & ex eo adnotauit Budæus in l. aut facta. §. euētus. ff. de pœnis. Quibus mirè conuenit quod scriptum est Genes. c. 9. Sed & hoc apud nos minimè seruatur, omittitur etenim hæc punitio animalis, quod sensu rationali caret: culpaq; , vbi non est causa maxima id agēdi propter delicti immanitatem. sic sanè, paulo post plures adducemus humanas leges, quibus absque culpa pœnam inferunt ratione criminis commissi ipsi legumlatores, iusta tamen causa moti. ad hæc est etiam tex. optimus in capi. ecclesia, quæ pactione. l. q. 4.

Secunda, Quandoque ex causis humano iudicio occultis, & latentibus, Deus Optimus Maximus ob alterius culpam, innocentes temporali pœna honorū, & corporis afficere dignatur, quod manifestissimè constat Exod. 20. ca. Ego, inquit, sum Deus Zelotes visitans iniquitatem patrum in filios vsque ad tertiam, & quartam generationem. hic verò locus & si variè intelligatur ab Augustino. & alijs. ca. homini. 1. q. 4. tamen hanc conclusionē probat, si veram verborū significationem pensitemus, siquidem visitare Deum cuiuspiam iniquitatem, idē est quod eam punire. Sic dominus per David prophetam psalmo. 88. dixit. si iustitias meas prophanauerint, & mādara mea non custodierint, visitabo in virga iniquitates eorum & in verberibus peccata eorum. eadem ratione constat, quod puer natus David ex illicito coitu ob pa-

ob parentis crimē à Deo extinctus est. Reg. 2. ca. 12. & præterea paruuli Sodomæ absq; vlllo proprio peccato simul cū adultis peccatoribus igne cōsumpti fuere. Genesis capi. 19. sicuti & terra viuos deglutit cū Dathā, & Abiron sine vlla criminis labe ob scelera parentum, diuina quidem vltione. Numer. cap. 17. facit tex. celebris in capi. vergentis. §. nec huiusmodi, de herō. & Iosue ca. 6. 4. Regum. ca. 5. & Gen. ca. 9. quibus authoritatibus opinionem istam probarunt diuus Augustinus. q. 8. super Iosue. Alex. Alensis; par. q. 41. membro. 4. art. 1. Thomas. 2. 2. q. 108. arti. 4. idem 1. 2. q. 87. ar. vlt. Card. à Turre Cremata in cap. vn. decunq; 56. dist. Ioan. Arboreus libr. 6. Theosophiæ. cap. 9. Alfonso à Castro de iusta hæretico punitio. lib. 2. cap. 11. idem Plutarchus scribit lib. de serā numinis vindicta.

Tertia, Humana lex minimè potest imitari iudicium diuinum, quo pro alterius culpis & criminibus innocentes, corporis pœna afficiuntur. tūc etenim licet hominibus diuina iudicia imitari, quando ea ex manifestis causis procedūt, at vbi ex occultis, nobisq; latentibus diuinū iudicium instruitur, secus est, cū homines prorsus ignorent quid expediat, vnde nulla humana lege iuste, quacunq; ex causa corporis dāmo, & pœna puniri poterint innocētes ob aliorum crimina. ita sanctū scriptum est Deuter. ca. 24. Non occidentur patres pro filiis, nec filij pro parentibus, sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. Exod. 23. infontem, & iustum non occides. & expressim hanc sententiam adseuerat Augustinus dict. q. 8. Alex. Halensis. Thomas dic. art. 4. Card. à Turre Cremata. Ioan. Arbore. Castro, & Plutarchus paulo antè nuncupatim adducti. quam obrem satis inique à Cæsariibus in. l. si quis. C. ad. l. Iuli. maiesta. dictum esse constat, ex imperatoria indulgentia, & lenitate si vitam concedere filiis eorum qui crimen læsæ maiestatis commiserint. nam & seclusa Cæsarium mansuetudine minimè possent iuste ob parentum etiam grauisima scelera filij occidi, nec verberari. & licet Innocentius Sūmus Pontifex in dict. capit. vergentis. huius Cæsareæ lenitatis meminerit, non probasse videtur, quod ipsi Cæsares semota lenitate, & indulgentia significarunt.

Quarta, Poterit sanctissimè ex causis & propter reipublicæ vtilitatem, quo promptius & cautius à delictis & criminibus homines abstineant, humana lex filios, & nepotes pœna bonorū, aliavè simili afficere: atq; ita passim legibus & canonibus definitū est, quē admodum. Itarūm latius probabimus, & in specie adnotarunt Augusti. Deti. Thom. Alex. Halensis. Arbore. Alfonso à Castr.

qui precedentis opinionis auctores fuerē, cōmuniq; aut saltem omnium frequentiori sententia idem asseritur. Sic etenim satis cōstat defendi humanas leges, humana iudicia, quibus innocētes ob aliorum crimina & peccata pœnis temporalibus afficiuntur. quod notant glo. in summa. 1. q. 4. & ibi Docto. glo. & ibi Cardi. à Turre Cremata. in dict. cap. vndecunq;.

Quinta pœna æterna, aut tēporali: quæ spiritalis sit, nūquam diuino iudicio puniti fuerūt, nec punientur innocētes ob alterius culpam, nec poterunt humana lege puniri. hoc cōstat ex ipsius iustitiæ diuine ratione secundum Augustinum dicta. q. 8. & in Epistola. 75. ad Auxiliū episcopi. cap. non imputantur. vbi glo. & in summa 1. q. 4. & in dict. cap. vndecunq; vbi Cardi. Thomas. 2. 2. q. 108. art. 4. & 1. 2. q. 87. art. vlt. Io. Arbore. & Castro dictis locis, quorum opinio receptissima omnino est. Spiritualem pœnam hic intelligo non quancūq; ecclesiasticam, canonicam vè, qualis est irregularitas; nam hæc non spiritalis pœna, quicquid dixerit glo. in dict. summa. q. 4. sed eam, inquam, quæ sit amissio iuris ad gloriam suscipiendam, aut ipsius gloriæ, eorū vè, quæ ad animæ salutem maximè necessaria sunt, priuationem; ex mente Thomæ & aliorum, qui rem istam diligenter tractauerunt. Ex his verò, quæ præmissus plura cōstant, quorum ratio ab his deducitur, & manifestam reddit huius quæstionis resolutionem.

Primū, hinc cōciliantur diuini eloquij testimonia, quæ frequenter vti pugnancia in disputationem istam adducūt. Nam Exod. 20. probatur, iuste ob culpam parentum filios innocentes puniri. & tamen Ezechielis capi. 18. diuina maiestas per prophetā inquit, anima, quæ peccauerit ipsa morietur, & filius non portabit iniquitatem patris. quo in loco scribit post alia Hieronymus hæc quidē: Hoc interim de prouerbio, si de parabola dixisse sufficiat, quod lex, & prophete: Exodus & Ezechiel, imò & ipse Deus, qui & hic & ibi loquutus est, nequaquam in sententijs discrepare videatur, aut hic corrigere, quod ibi malè dixerit. Hactenus Hieronymus in hunc planè sensum, vt omnino aliqua æquissima, & propria interpretatione oporteat ita hæc sacre scripture loca ad cōcordiam deducere, q̄ minimè contraria videatur cū idē vtriusq; testimonij author nequaquam discrepare videatur, imò idem docere, nec itidem videatur hic corrigere, quod prius malè dixerat. vnde apertè doctissimi & sanctissimi vir sensit, non esse vlllo pacto dicendum quod Ezechielis ca. 18. Deus correxerit, q̄ prius Exodi. 20. malè dixerat. Sic profectò Hieronymi verba sūt

E intel-

intelligenda, tametsi viri alioqui doctrina, & eruditione insignes opinentur, diuū Hieronymum in hunc modum loquutum sub disiunctione exitimasse Deum Ezechielis. ca. 18. corrigere quod Exod. ca. 20. malè dixerat, siquidè hic sensus prorsus alienus est à viro pietate & religione Christiana per celebri. erit igitur necessarium inquirere, & examinare vtriusq; loci interpretationem. Primo quidè dici verè potest, verba Ezechielis esse intelligenda de poena æterna, aut spiritali, verba verò Exodi de temporali, secundum diuum Augustinum & alios, quorum superius mentionem fecimus: Secundo, Exodi locus referri potest ad iudiciū diuinum, alter autem ad iudicium humanum, iuxta ea quæ modò diximus. quod verò Hieronymus scribit, puniri quandoq; filios propter parentum scelera, eo quod in his perpetratis filij parentes imitètur, & ita intelligi posse Exo. locum, idemq; probat Nicolaus Lyranus dict. cap. 20. Diuus Thomas dict. arti. 4. & vlt. minime placet, tunc etenim filius punitur propter proprium crimen, & culpam ab eo commissam, non ob crimina parentis. quamobrem ea interpretatio admittenda non est, quæ admodum eleganter probat Alfonso à Castro lib. 2. de iusta hæret. punit. ca. 10. etiam si Plutarchus de sera numinis vindicta agens scripserit, Deum punire filios imitatores scelerum parentum, successores quidem in prauitatis supplicio, sicuti in hæreditatis ære alieno.

¶ Secundo infertur, iustissimè diuū Ambrosiū Cæsarem Theodosiū inculasse, eo quod milite quodā furētis populi impetu apud Thessalonicam occiso, ipse iussit populum, vt quisq; obuius esset obtruncari. potuit enim Cæsar militis occisores gladio vtore punire, iniūque tamen, etiam ex causa seditionis, iussit innocentes occidi. ca. cum apud Thessalonicam. 11. q. 3. Diuus Augu. lib. 5. de ciui. Dei. c. 26. Ruffinus lib. ecclesiasticæ Historiæ, 11. c. 18. Theodoritus lib. 5. c. 17. & sequenti. Sozomenes lib. 7. ca. 24. Cassiodorus lib. 9. Historiæ tripartitæ. c. 30. tametsi Theodosius clemēti fuerit animo præditus, seueraq; præcepta interdum dilatione modica mollebat authore Paulo Diacono. lib. 13. text. 11. l. si vindicari. C. de pœnis. Cui adde quæ ex Suetonio in Tyberio cap. 75. & Cornelio Tacito. lib. 3. tradit Cuiacius lib. 5. obseruat. capitul. 9.

¶ Tertio, ab eadem resolutione procedit quod iure pontificio, & Cæsareo statutum est: nempe, vt filij & nepotes eorum, qui diuinā, vel humanam maiestatem læserint, infamia notètur, & indigni censeantur, qui obtinere valeāt officia, & beneficia ecclesiastica, aliaque reipublicæ munera, hoc

etenim sancitum est ob criminū grauitatem, ex qua innocentes filij ob scelera parentum poena temporali bonorum, & simili puniuntur. l. quisquis. C. ad. l. Iulii. maiest. §. filij. capi. vergentis. de hæret. cap. 2. §. heretici. cap. statutum. in. 2. eo. tit. in. 6. traditq; duodecim casus, quibus pro parentum sceleribus filij puniuntur Matthæ. Afflict. in constitutio. Neapoli. titu. 2. nu. 33. quem legito nu. 24. Tametsi leges istas nec probet, nec laudet Dionysius Halicar. lib. 8. de antiquitatibus Roma. casq; quodammodo ab eius republica relegauerit Plato lib. 9. de legibus. Cæterum. ad harum constitutionum interpretationem sunt aliquot discutiendæ: ex quibus in ptaxi apparebit verus earum intellectus.

Primum; An ob crimen læsæ maiestatis humanæ commissum à parentibus nepotes afficiantur infamia, ac publicorum officiorum indignitate? Sicuti de filijs expressum est: de his etenim tantū meminit dict. l. quisquis. §. 1. Regia. l. 2. tit. 2. part. 7. nam appellatione filiorum in his, quæ ad poenam & odium pertinent, non veniunt nepotes. l. lege Iulia. §. hoc capite. ff. de ritu nupt. l. patri. ff. de adul. Barto. communiter receptus in. l. liberorū. nu. 6. ff. de verbo. signifi. qua ratione ad nepotes prædictam infamiæ notam minime extendij responderunt Bart. in dict. l. patri. ff. de adult. Francus in ca. statutū. in. 2. de hæret. in. 6. Darius cōsili. 64. col. 1. quibus ex aduerso negatur quod constitutio Frederici, quam Alber. in. d. l. quisquis. num. 9. refert, probat infamiam istam ad liberos deduci: & sub mentione liberorum constat nepotes contineri. Bart. & communis in dict. l. liberorum. quantumcunq; sit odiosa dispositio, vt ipsi fatètur, & idèò, etiam nepotes infamia notari ob crimen læsæ maiestatis ab auo commissum, tenent Cinus, Alber. num. 4. & Saly. cons. 1. in dict. l. quisquis. vbi hanc esse communem opinionem asserit idem Salycetus.

Secundum est considerandum, filios, & nepotes hæretici hac eadem infamiæ poena affici etiā si illegitimi sint, nè plus fauoris habeat luxuria quàm castitas. glo. celebris & ibi Ioā. Monachus, Archid. Ancha. & Docto. communiter in dict. ca. statutū. Gundisal. Villadiego in tract. de hæresi. q. 23. Repertorium inquisitorum verb. filij. & probatur, siquidem hæc poena filijs infertur ex eo quod à sanguine illius hæretici processerint, & sint eius corporis pars, quæ quidem ratio, etiam in filijs illegitimis obtinet, vt ex Bart. deducitur in. l. 2. ff. de accusat. & ex. l. hos accusare. §. omnibus. ff. eo. sic sanè l. c. Pompeia de parricidijs puniendus est filius etiā spurius parentem occidens, quod ipse adnotauit in Epitome de Spōsali. 2. part.

2. part. cap. 8. §. 6. in princ. ex Bald. in c. 1. §. natura les. si de feud. fuer. controuer. int. domi. & agnat. val. hanc. tamen principalem opinionem gloss. in dict. c. statutum. intelligunt Domini. Ancha. & Franc. ibi in filiis illegitimis, naturalibus tamē non in spurij aut vulgo quęstis. idem eos sequutus scribit Ioan. Lupi. Segobiensis decanus in tracta. de heresi. in fine. qui adscriptus est in l. 1. tit. 26. par. 7. idem Sali. in dict. l. quisquis. 3. q. Cinum sequutus. Sed ipse Cinus. q. 4. non ita ut Salicetus refert, quęstionem istam definiuit. scribit de niq; constitutionē dist. l. quisquis. habere locum in filio nato ex concubinato, aliove coitu etiam damnato, modò pater sit certus, quasi secus sit in filio illegitimo cuius pater incertus sit. idē Alberic. ibi. q. 8. ex quibus ipse opinor decisionē text. in cap. statutum. & in dict. l. quisquis. non tamen obtinere in filiis naturalibus illegitimis, sed etiā in spurij, ac incestis, natisq; ex alio coitu damno modò pater sit certus.

Tertio, Circa easdem constitutiones cōtrouer titur, an filij hæreticorum priuētur beneficijs ecclesiasticis: quę ipsi iam obtinebāt eo tempore
4 quo pater crimen commisit? Cui quęstioni præmittendum est regulariter, vbi quis ob crimen efficitur indignus ad obtinenda beneficia ecclesiastica, seu alia mūnera, & honores publicos, non esse iam obtentis tempore commissi criminis priuandum. glo. insignis in Clem. 1. §. ipsius. de pœnis. quam sequuntur inibi Card. Imola. & Bonf. num. 54. Et Panorm. in Clem. 2. eo. ti. vbi verbo, obtentis. scribit gloss. eadem ratione eum, qui ob delictum priuatur obtentis, non esse indignum, nec inhabilem ad obtinenda. quam sententiam probāt ibi Zeuzelinus, Card. Panor. Imol. & Bonifaci. num. 50. Sic licet infamis infamia facti inhabilis sit ad obtinenda beneficia ecclesiastica. tex. vbi Abb. Areti. & alij post glo. in c. omnipotentis. de accusat. Dinus in reg. infamibus. de regul. iur. in 6. glo. in ca. cum inter canonicos. de elect. glo. & ibi Abb. col. 2. in cap. super eo. eod. titu. & notatur in cap. inter dilectos. de excessib. præla. obtentis tamen nō priuatur. vt tradit Panormi. in cap. per inquisitionem. col. 3. de electio. probatur in cap. Nonne. 8. q. 4. notāt Doct. in dict. ca. omnipotens. glo. singula. in ca. sepe de appellat. commūiter recepta secundum Abb. ibi nume. 14. & eam cōmendant Ias. in l. 1. col. 3. ff. de re iud. Areti. in cap. si conuiterit. 2. col. de accusat. optimus tex. in l. 2. §. vlt. ff. de pœnis. gloss. in ca. cum non liceat. de præscri. Bald. in cap. 1. qui success. teneant. feud. confir. 2. col. gloss. in summa. 8. q. 4. quibus constat, accusatū de crimine, & ideo pendente lite infamem infamia facti, non priuari ob

tētis dignitatibus, nec beneficijs nec honoribus, nec eorum administratione. l. 1. §. integer. ff. nil nouare appel. pēd. l. qui à latronibus. §. si quis. l. eius. §. vlt. ff. de testam. l. furt. §. 1. ff. de his qui no. infamia. Nihilominus ex materia subiecta, & criminis commissi conditione iuribus saltem tacite expressa, quandoq; etiam dicendum erit, priuatū obtentis beneficijs, inhabilem fore ad obtinenda, & è contrario, inhabilem ad obtinenda etiam obtentis priuandum esse: ita sanè hæretici, & eorum fautores, ac receptatores non tantum indigni efficiuntur ad obtinenda beneficia, sed & obtentis iam tempore commissi criminis priuatur. tex. celebris in ca. vt commissi. §. priuandi. de hæret. in 6. quo in loco adnotandum est, hæreticos ipsos beneficijs obtentis ipso iure priuari. ca. quo iure. 8. distin. vbi gloss. Domi. & Præposi. Ioan. Andr. & Doct. commūiter in dict. ca. vt commissi. dum exponunt literam illius capituli in §. priuandi prætereā, vel priuatos denunciandi. in hūc modū, vt dictio vel exponatur, id est. eandem opinionem veram esse censent Abb. in dict. cap. inter dilectos. col. vlt. & Fel. in cap. 2. colum. 4. de rescript. Ioan. Bernardus in pract. criminali capit. 106. licet Alfonso à Castro. de iusta hæret. puni. cap. 9. lib. 2. tenuerit, hæreticum non esse ipso iure priuatum beneficijs obtentis, sed per sententiam priuandum. ipsi verò hæreticorum fautores, & receptatores non sunt ipso iure priuati beneficijs obtentis, sed per sententiam priuandi. cap. excommunicamus. in 1. §. credentes. ver. si verò clericus. vnde commodior erit interpretatio dict. §. priuandi. vt dictio priuandi, ad receptatores, fautores, & hæreticorum defensores: dictio verò priuatos denunciandi, ad ipsos hæreticos referatur. Cæterum quòd filij hæreticorum, & receptatorum priuentur beneficijs obtentis tempore commissi criminis, ipso iure, asserunt Ioan. Andreas in dict. cap. vt commissi. 2. col. Domi. ibi. in §. Priuandi. Henri. in cap. vergentis. col. 4. & ibi Ananias col. 2. de hæret. Imola in l. in insulam. in princ. ff. solut. matri. Præposi. in cap. satis peruersum. §. 6. dist. Ioan. Lup. in tracta. de Regno Nauarræ. 5. part. §. 8. vbi fatetur hęc opinionem magis communem esse. pro qua adducitur text. in cap. Felicis. §. quod si quis. de pœnis. in 6. ex quo patet, filios percutientis sanctę Romanę ecclesię Cardinalem ipso iure priuari beneficijs, quę tempore commissi criminis obtinebant. & tamen crimen illud multo minus, ac leuius est, quam crimen hæresis. Sed hæc consideratio, non probat omninò præmissam opinionem: quia nō sequitur maiora, & grauiora crimina esse vindicanda maioribus, aut saltem eisdem pœnis, qui-

Variarum Resolutionum

bus minora. Sæpe enim respublica minora crimina varijs ex causis maioribus poenis insequitur ob euitandam delinquēdi audaciam. contrariam sententiam, imò quod filij hæreticorū nec ipso iure, nec per sententiam priuentur beneficijs ecclesiasticis, quæ tempore commissi criminis iam obtinebant, probant Panor. in dict. capi. vergentis. post Antoni. ibi. Gonfalus à Villadiego de hæresib. q. 23. & Repertoriū inquisitorum. verb. Filij. ex glo. in cap. satis peruersum. 56. dist. quæ scribit, filios ob crimen læsæ maiestatis commissum à parentibus nequaquam priuari beneficijs obtētis eo tēpore, quo pater scelus perpetravit. eā sequitur Roma. sing. 686. dicens idem esse siue sit crimen læsæ maiestatis sæcularis, siue ecclesiasticæ. Hæc verò glo. non potest commodè ad hanc opinionem adduci, quippe quæ expressim loquatur in crimine læsæ maiestatis secularis, & vtatur ea ratione, quia princeps secularis non potest proprijs legibus clericos punire, eorū priuare ecclesiasticis dignitatibus, atq; ita hæc illius glo. rationem perpendunt Imol. in dict. l. in insulam. Henric. in dict. cap. vergentis. colū. 4. Abb. in cap. cum laici. de iure patro. idem in cap. quanto. de iudic. Hippo. in rub. ff. de fideiuss. nu. 120. vnde alia ratio querenda est, quæ præfatam opinionem probet, cum ea ex dict. gloss. deduci nequeat. & fortasse quanuis iure canonico hæreticus ipse effectus inhabilis ad obtinenda beneficia ecclesiastica, obtentis etiam priuetur, non idem erit in filijs hæreticorum, quo ad beneficia quæ obtinere ante parentis lapsum: hi etenim ob alterius culpam inhabiles efficiuntur ad ecclesiastica beneficia, nec tamen bonis proprijs priuantur, & ideo potuerunt retinere beneficia obtenta. maximè isthæc opinio probatur ex eo quod nullibi expressum est filios obtentis beneficijs priuari ob paternum scelus, & qui inhabilis efficitur ad obtinenda, regulariter obtētis non priuatur.

Quartò, queritur quid de filijs hæreticorum ante crimen commissum natis, an & hi puniantur poenis harum cōstitutionum? Et quibusdam placet his poenis tātūm obnoxios esse filios post delictum & parentis lapsum natos, non filios ante scelus ipsum genitos. hoc visum est Calderino cons. 3. tit. de hæret. Dominico & Franc. in ca. 2. §. hæretici. de hæret. in. 6. Ananix in ca. vergentis. col. 4. eo. tit. quibus suffragatur primò tex. in. l. 2. C. de libert. & eorū libe. vbi probatur, filios eam parentum conditionem sequi, quæ est tempore natiuitatis, aut certæ conceptionis: non quæ ante fuerit, aut postea. quo in loco Bald. notat, delicta parentum non nocere filijs primò natis, sed

tantum nascituris, quoniam contrahunt rubiginem à linea iam infecta. Sed tex. in. d. l. 2. cui conuenit Regia. l. 9. tit. 22. par. 4. loquitur quo ad statum libertatis, & seruitutis, non quo ad alia, nam plerunq; quātum ad alia non cōsideratur status patristēpore conceptionis. l. 2. §. in filijs. & ibi. gl. ff. de decurio. & l. diuo Marco. C. de quæstio.

Secūdò, pro Calderi. facit quod notat Cinus, Petrus, & Angel. in dict. l. quisquis. dicētes legem illam solum punire filios post crimen, non ante crimen natos. contrarium tamen, imò quod filij etiam nati ante crimen commissum eadem afficiantur poena probant inibi ob eandem iuris rationem Alberi. 2. col. & Saly. 3. glo. in. c. si quis cū militibus. versic. filij. 6. q. 1. Ioann. Lupi de Regno Nauarræ, part. 5. §. 8. Ange. de maleficijs. §. che ay tradito la tua patria. col. 5. dum, & si codex mendosus sit, Saly. refert & sequitur, prior tamen opinio maximè pbatur in. l. 6. tit. 27. par. 2. & l. vlti. tit. 31. part. 7. & l. 4. ti. 9. lib. 4. ordina. nihilominus non sequitur necessario idem esse in crimine hæresis, & læsæ maiestatis diuinæ, quod multò grauius censetur.

Tertiò, opinioni Calderini patrocinator glo. in cap. iam itaque. verb. reatum. i. q. 4. dicens, reatum patris transire in filium postea natum, non in eum, qui prius natus fuerat. ad idem gloss. in. l. Imperialis. §. illud. C. de nupt. quam Bald. ibi sequitur, expressim scribens, non dici filium Regis eum, qui natus fuerit priusquam pater Regnum obtineret, nec præferendum fore in successione ei, qui natus fuerit post adeptum Regnum. idem Bart. in. l. cū satis. col. vlt. C. de agric. & ibi Platea lib. 11. Præpo. in ca. Adrianus. 63. dist. Abb. in. c. licet, col. vlt. devoto. Iacob. Rauē. & Andr. Pisanus in. l. Senatoris filiū. ff. de senatori. Deci. in. c. inter cæteras. de rescript. 5. colū. & pleriq; alij, quos refert Andr. Tira. de primogenijs. q. 31. nu. 8. vbi ex historijs plura ad hæc partem adducit: atque esse hæc sententiam cōem fatentur Deci. & Ripa. col. 2. in dict. c. inter cæteras. optimus tex. in. l. si quis decurio. & l. vlt. C. de decurio. lib. 10. Hanc profectò opinionem ipse falsam esse ceseo: nec existimo seruadain fore: siquidem contraria probatur omninò in. l. senatoris filium. ff. de senato. vbi dicitur senatoris filius etiam, qui natus est ante senatoriam dignitatē. vbi Gui. de Suxaria, Albe. & Cora. hæc posteriorem sentētiam sequuntur. idem Feli. & Ripa in dict. c. inter cæteras. Alber. 1. part. Statut. q. 157. Cirier. de primogenit. lib. 1. q. 12. Iacobi. de S. Georgio tracta. de feudis. col. 4. Tira. q. dict. q. 31. nu. 21. & 27. vbi plura adducit, quibus ostenditur verā esse hæc opinionē. Quibus accedit & cōuenire videtur quæstio insignis, qua discuti solet,

folet, an priuilegiū nobilitatis à principe datū ali cui proſit eius filijs ante priuilegij cōceſſionē natis. Sūt etenim qui cenſeāt, ex eodē priuilegio nobiles cēſeri, filios, etiā natos ante nobilitatē patri per priuilegiū principis queſitā, authoritate iuris. in. d. l. ſenatoris filiū. vbi nihil intereſt, vt quis ſenatoris filius dicatur, an in ſenatoria dignitate cōſtitutus pater eum ſuſceperit, an ante dignitatem ſenatoriā. Atq; ita Guilielm. de Cuneo locū illum inducit ad nobilitatē, vt videlicet is ſit nobilis, qui natus ſit antequā pater nobilitatem ſit aſſecutus. idē notat Ioā. de Platea in. l. ſi ſenator. C. de dignitat. libr. 12. ad idem cōducit plurimū qđ ſcribit Anto. de Roſellis in tract. de legitimat. q. 61. aſſeuerans, quod ſi in priuilegio legitimādi fuerint excepti filij nobiliū: intelligūtur excepti & hi, qui nati ſunt ante nobilitatē patris. idem notat Præpoſit. in. c. per venerabilē. §. vlti. char. antepen. verſi. quæro ſecūdo principaliter, Qui filij ſint legit. Sed quanuis hæc prior opinio recepta fuerit apud Gallos teſte Tiraquel. in tract. de nobilit. c. 15. nu. 8. tamen cōtraria opinio iure verior eſt, & probatur ex. l. vlt. C. de decurio. libr. 10. notant expreſſim, & in ſpecie Bart. in. l. 2. §. in filijs. ff. de decurio. Bal. in. l. Imperialis. §. hiſ illud. C. de nupt. Plat. in. l. cū adoptiuū. C. de decurio. lib. 10. Præpoſit. in. c. iam itaq; .1. q. 4. & in hęc partē declinant Tiraq. dict. c. 15. nu. 9. & in tract. de primo gen. q. 31. nu. 28. quam ſententiam vidi ſepiſſimē in hoc Regio Granatēſi prætorio admiſſam fuiſſe. Nec eidē obſtant quæ primo loco fuere adducta. Si quidem illa tantum hoc probant, quod dicatur filius ſenatoris etiam is, qui natus eſt ante ſenatoriā dignitatem, quod ipſe itidem fateor: & ea ratione opinor, priuilegia iure data filijs ſenatorū, & filijs nobiliū etiam cōpetere filijs natis ante ſenatoriā dignitatē, & ante nobilitatem: non tamen ſequitur ex hoc filios nobiliū, natos tamen ante cōſecutam priuilegio principis nobilitatem nobiles cenſendos fore: cum hi tēpore nobilitatis acquiſitæ conditionem habeāt certam, quæ non mutatur priuilegio patri tantū cōcello. Imo ipſe idem reſpōdere in, quoties priuilegiū nobilitatis datum eſt patri, & eius liberis, poſteris, ac deſcendentibus. Hęc etenim conceſſio ita erit interpretanda, vt poſteros, & deſcendentes natos poſt priuilegium intelligamus: quemadmodum in dict. l. vltim. manifeſtē conſtat quia priuilegium radicem habet, & conſtituit in patre, à quo princeps deriuare vult huiuſmodi conceſſionem, & ius in ipſo priuilegio comprehenſum. Quæ ratione vt priuilegium nobilitatis etiam cōpetat hiſ filijs, qui nati iam erant tēpore conceſſionis, neceſſarium eſt hoc à principe expreſſim ſigniſi-

car: aut ſaltem hiſ cōceptis verbis, quæ eius mentem ſatis aperiant. Sicuti factum eſt à Catholicis regibus Ferdinando, & Eliſaber, pragmatica ſanctione Salmaticæ data Anno Dñi. M. CCCC LXXXVII. qua confirmantur quædam priuilegia nobilitatis data per regē Henricū. Quartum, quæ non omninō fuere reuocata, ſed certis quibuſdam limitibus confirmationem ſunt conſequuta: nempe vt proſit nobilitatis priuilegium filijs etiam natis tēpore confirmationis, modo tunc matrimonium nondum contraxerint: quin & illud ni failor, erit obſeruandum, prædictam confirmationem ita eſſe intelligēdam, quod minime proſit filijs natis tēpore, quo illa priuilegia fuere conceſſa à rege Henrico etiam ſi tēpore confirmationis nondū matrimonium contraxerant. Nam cum hi non fuerint. comprehēſi priuilegijs nobilitatis à rege Henrico datis, etiam validis, nequaquam confirmationes illis prodeſſe debent, qui non fuerāt ipſis priuilegijs expreſſim, vel tacitē incluſi.

Quartò, Solet pro Calderino induci gloſ. communiter recepta in. l. diuo Marco. C. de quæſtlio. aſſeuerans, maculam patris filijs antea natis minime præiudicare: quin vtantur priuilegijs, quibus vti poterāt ex paterna dignitate ante crimen commiſſum. Sed ibidem agitur de priuilegijs, quæ filijs cōpetunt ex tranſmiſſione patris cōceptio nis ratione, quæ iam acquiſita non poſſunt ob patris crimen à filijs tolli. at nos loquimur in ea ſpecie, in qua ob crimen à patre commiſſum expreſſim à lege puniuntur filij. Vnde niſi leges Regiæ obſtarēt in crimine etiam læſæ maiestatis humanæ, falſam eſſe exiſtimarem Calderini ſententiam: ſed in hæreſis crimine quanuis Ioann. Lupi in cap. per veſtras. 3. nota. §. 23. queſtionem indeciſam diuiferit: ego opinor filios etiam natos ante parentis lapſum, Canonicis pœnis affici: quæadmodum aſſeuerant idem Ioann. Lupi de Regno Nauarræ. 5. part. §. 8. Gonſalus à Villadiego de hæreſib. q. 23. Repertoriū inquiſitorū verb. filij. Caſtro lib. 2. de iuſta hæret. punitione. c. vlt. & lib. 1. de poteſtate legis pœnalis. c. 7. corol. 1. huiuſque opinionis cenſentur hi, qui opinantur, filios hæreticorum priuandos eſſe, ſeu iure priuatos cenſeri beneficijs eccleſiaſticis obrentis iam eo tēpore, quo crimen à patre commiſſum fuerit: non video, quo pacto poſſit hæc ſententia admitti: niſi præmittamus filios natos ante hæreſim pœnis Canonicis puniri. Sed manifeſtē probatur poſterior opinio in cap. filij. de hæret. in. 6. vbi filij eorum, qui in articulo mortis hæreſim commiſerunt, pœnas Canonicas patiuntur. igitur de iam natis nulli poteſt eſſe dubiū. Præterea eſt tex. qui

Variarum Resolutionum

fatis vrget in dict. c. statutū. in. 2. quo in loco expressum est, filios hæreticorū esse infames: hæreticorum inquam, qui tales decessisse, vel tales esse probentur. igitur vt filij hisce pœnis notentur. satis erit patrem hæreticum decessisse: nec oportebit, aut necesse erit probare, patrē ante mortis tēpus, & cūm filij nati fuerint, hæreticum fuisse. ex quibus mihi certū est ob tanti sceleris prauitatem Canonibus placuisse, etiam filios natos ante crimē, infamia & alijs pœnis omninō afficere. eodem ferē tempore, quo ex prima editione opus istud, exiit in publicū. Catholice institutiones Iacobī Septimæ cuius viri omnium consensu doctissimi, qui. c. 29. nu. 6. pro Calderini sentētia adducit caput primū cōcilij Toletani decimitertij nuper itidē typis excusi: ex quo maxima quidē cōiectura sumitur, filios natos ante crimē hæresis à patrē cōmissum, nō affici iuris pœnis. Nam cū in eo cōcilio restituatur parentes in pristinos honores ex indulgentia & gratia, restituuntur & filij nati post scelus cōmissum, quasi nati antea non indigeāt aliqua restitutione. Nec diffiteor, esse hanc vrgētē argumentationem, quæ tū non omninō cōuincit cōtrariam opinionē, præterquā q̄ concilium illud Toletanū generale nō est, quāuis nec propriē prouinciale, quippe quod ex totius Hispaniæ fere prelatis fuerit congregatum.

Cæterum, prius quā ab hoc digrediamur statu oportet diligenter perpendere ex Gratiani Miscellaneis text. in capit. non imputantur. 1. quæst. 4. eius hæc est litera. Non imputantur filijs peccata parentum, quæ post eorum natiuitatem à parentibus committuntur: nec pro peccatis parentum spiritali pœna filij sunt plectendi: officio autē vel beneficio ecclesiæ priuari spiritalis pœna est: nō igitur hæc ex peccato patris promeretur filius. Hæc tēpus Gratianus ex Augustino, ad Auxiliū episcopū Epistola. 75. ab hoc Canone duo solēt adnotari. Primū, filios natos ante hæresim à patrēbus commissam minimē pœnis eius criminis affici. Secundum, filios hæretici non esse priuandos beneficijs ecclesiasticis, quæ iam tempore cōmissi criminis obtinebāt. horū prius constat vere apud Augustinū in hæc verba. Etenim Clasiçiani filius, & si traxit ex parte patris hominis culpam, sacro fonte baptismatis expiandam: tamē quidquid postea quā genuit peccati pater eius admisit, vbi participus ipse non fuit, ad eum nō pertinere quæ ambigit? Hæc Augustinus, à quo Gratianus adsumptit primā Canonis partem, liquidē Canon is non est iuxta Augustini literam translatus in ipsum decretorum librum: sicut statim ostendemus. Adhuc tamen nihil obstat: quo minus vera sit opinio eorū, qui

scribere, pœnas Canonicas in filios hæreticorū statutas etiam eos afficere, qui ante crimen nati fuere. Nam Augustinus de pœna spiritali tractat nēpe de sententia excōmunicationis: qua, inquit ipse, ob crimē hæresis à patre commissum filij nati ante crimen plecti nō debent: quod ex ipsa Epistola ita manifestum est: vt nemo possit hoc inficiari: & notauit glo. in dicto capit. non imputatur. Nos verò dum de pœnis Canonicis aduersus filios hæreticorū agimus, temporales pœnas intelligimus: quibus constat puniri posse filios etiā natos prius quā parentes in hæresim lapsi fuerint. Quod si dixeris: igitur diuus Augustinus cōcedit, filios post crimen à parentibus cōmissum natos, pœna spiritali puniri posse: quod falsum est? Respōdeo, sensum istum alienum esse ab Augustino à quo omisus est casus, omisā est quæstio de filijs postea natis: & in his, quæ omittuntur ab authoribus, non licet sensum absurdum coniectare. Deinde ita diuus Augustinus scripsit: quasi præsumeret filios post crimen natos ex sanguine infecto participes futuros criminis: & ideo posse ob eam culpam pœna: etiam spiritali puniri: tanquam verē delicti participes. Et præterea arguens Augustinus Auxiliū episcopum quod perperam ob crimen parentis innocentes filios pœna spiritali punisset, ostendit ad maiorem persuasioneis vim id malè fieri etiam si ratione sanguinis infecti ea punitio processerit: cūm filij essent ante crimen commissum nati. Extat eadē epistola Diui Augustini fere integra apud Gratianum capitul. si habes. 24. quæstione. 3.

Quinimō quidquid sit de his interpretationibus: illud est obseruandum, ætate Augustini nōdum fuisse à Canonibus statutas pœnas istas aduersus hæreticorum filios: siquidem filius hæretici etiam post crimen natus ab ecclesia recipiebatur ad sacros ordines, & beneficia: text. est in capi. placuit. 1. q. 4. ex his sanè cōstat, priorē partē dicti Canonis parū obesse his, qui alleruerūt, filios hæreticorū etiā natos ante crimen commissum Canonicis pœnis affici: & omninō plecti.

Posterior Canonis pars quatenus adserit, filios non esse puniēdos spiritali pœna ob culpam parentum: verē Augustini epistolæ conuenit: & ab ea optimē deducitur. Quæ autem statim sequuntur, versiculo, officio, verba sunt Gratiani nō Augustini, à cuius sensu ea Gratianus intulit. Et profectō si is author mihi agit de officijs, & beneficijs ecclesiasticis: quod gloss. & Doctor. insentiunt, & eius intentioni conuenit: Ego non video qua ratione ab Augustino, qui de spiritali pœna loquitur, fiat congruē illatio pertinet ad temporalem. nā officijs, & beneficijs ecclesiasticis

sticisquem quã priuari, poena est temporalis, non spiritualis: quãdo quidem si spiritualis esset, non posset quis ea poena ob alterius culpam puniri: sicuti constat apud Augustinum: & tamen frequentissimè innocentes his poenis absq; propria culpa afficiuntur. hoc patet in dict. cap. statutum in. 2. & in dict. cap. 2. §. hæretici. Sic bigamus, qui corruptam duxit in uxorem, adulteram ve cõnugem etiam ignorans cognouit, inhabilis est ad officia; & beneficia ecclesiastica. ex quib; etiam patet. falsam esse iuxta hunc sensum. Gratiani illatione, Quod si is intellexerit de officio ecclesiæ id est, suffragijs, & eorum communione: beneficio ecclesiæ id est, sacramentis, & eorũ perceptione: quibus priuatur excommunicati: optime cõstat sensus: hæc enim officia, & beneficia sunt ecclesiæ ad animarum salutem instituta: eorũque priuatio poena spiritualis est: de qua ipse Augustinus tractat. atque ita iuxta hanc interpretatione nihil pertinet auctoritas Gratiani, ad id quod secundo loco ex ea deduximus de beneficijs obtentis tempore commissi criminis. prior vero sensus, quem impugnauius, uti falsus, minimè nocet, cum non habeat Gratiani opiniones vim legis; sicuti tradit post alios Feli. in cap. 2. rescript. nume. 52.

¶ Quarto, principaliter ab huius capituli resolutione inferitur veritas illius quæstionis, qua tractatur; possetne quis statuto puniri pro alterius crimine? Et iure verissimũ est posse quẽ ob alterius crimen ex causa puniri poena pecuniaria: non tamen corporali: hoc deducitur ex his, quæ hoc capite præmissimus: & probatur auctoritate gloss. insignis in rub. C. de decre. decurio. lib. 10. cũ consensus proprius cuiusque possit eum submittere damno pecuniario etiam absque eius culpa: non sic damno membrorũ, & corporis. l. liber homo. ff. ad. l. Aquil. ca. contingit. de sent. excom. m. Sic etenim prædictam glo. passim Doct. sequuntur, & cõmendat maximè Bald. in. l. 1. C. ne filij pro patre. idẽ in rub. C. res inter alios acta. & in. l. seruũ. §. publicè. ff. de procura. 2. col. Alex. in. l. sepẽ nu. 10. ff. de re iudicat. Angel. & Ias. num. 68. in. §. actiones. de actioni. Iason. in. l. si quis in suo. §. legis. & in Auth. Nouissima. colum. 3. C. de inof. testam. vbi scribit hanc opinionem communem esse. idem tradit Hippo. in. l. infans. nume. 16. ff. de Sicarijs. Deti. in cap. 2. de constit. post Feli. ibi. ad ducitur præterea ad hoc tex. in capit. 2. de delict. puerum. ibi tamen non præmittitur statutum, ex quo pater pro crimine per filium commissio puniatur poena pecuniaria: & idẽ inibi non probatur omninò præfata cõmunis sententiã: nam licet ibi exigebat poena pecuniaria criminis à pa-

tre iuxta consuetudinem, quæ eam poenam indixerat non tamẽ constat ex illa consuetudine patrem pro filio ad poenam obligari. nihilominus verum est quod cõmuni sententiã asseritur, etiã quantum ad poenam infamiæ: qua quis puniri poterit: etiam per statutum pro peccato & culpa alterius. tex. optimus in. l. quisquis. C. ad. l. Iulian. Maiest. notauit in specie post alios Ale. in dic. 1. fæpe. nu. 10. Fel. in ca. ius generale. 2. dist. col. pen. Deti. in dict. cap. 2. lectione. 2. Soc. in. l. cùm filius familias. nu. 8. ff. de verb. obli. licet Bal. contrariũ voluerit in d. rub. C. res inter alios acta. Verum de intellectu legis, & statuti; quo quis punitur. p. alterius crimine, præter alios legito Deti. con. 25. Roman. con. 154. Soc. con. 57. lib. 3. colum. pen. Corne. con. 211. lib. 3. Hippo. singul. 362. & con. 82. colum. 3. Soci. in. l. Modestinus. ff. de exceptionibus. Sic valet statutum, quod filij mercatorum teneantur soluere debita parentum: licet non sint eorum hæredes. Bald. in. l. dotis. C. de iure dotiũ Alexan. consilio. 42. libr. 1. Deti. in dict. capi. 2. de constit. item Deti. consil. 359. Hippo. singulari. 224. Ioan. Crotus in. l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. colum. quinta. versiculo. Prima an statutum.

Hinc apparet, posse lege vel statuto sanciri patrem teneri ad soluendam poenam pecuniariam qua filius fuerit condemnatus: ad quãtitatẽ vique debitam filio ratione legitimæ partis. ita Barto. probat in. q. 3. incipienti: Perusina civitatis statuto. idem Barto. in. l. cùm filius familias. ff. de ver. obligat. vbi ceteri Doctor. idem sequuntur præsertim Bartho. Soci. num. 8. dicens hanc opinionem communem esse. Quauis secluso statuto iure obtentum sit, patrem non esse cogendũ soluere poenam pecuniariam pro crimine filiorum etiam ex bonis; quæ pro legitima parte post mortem parentis filijs deberentur. gloss. Panormit. & alij in capitu. 2. de delict. puero. Specu. tit. de sent. exequut. vers. quod si filius. Bald. in. si qua poena. per tex. ibi. ff. de his, qui sunt sui. textus & ibi Barto. in. l. 1. §. si impuberi. ff. de collat. bono. Deti. in con. 438. Cremenf. singul. 12. & 89. notatur. in. l. tam ex contractibus. ff. de iudic. & in. §. actiones. Inst. de actioni. quod amplius probatur si consideremus ea quæ solent tradi ad quæstionem: vtrum filio delinquente, & ob id crimen dånato ad certam pecuniæ quantitatem: sit ea soluenda ex peculio profectitio, aduentitio ve? qua in re solet etiam de peculio castrẽsi adnotari. Et quod publicatis ob crimen bonis filij familias non publicetur peculium castrense: imò id pater iure peculij possit obtinere, probat tex. in. l. si filius. C. de bonis damnat. vbi Petrus, Cinus, Bald:

& Salyc. Barto. item Imol. Cast. & Alex. numer. 49. in l. si finita. §. si de vectigalibus. idem Bart. & Imol. in l. filius. ff. de damno infecto. hoc ipsum etiam hodie iure verum esse censent Ioann. Lupi in rub. de donationi. in vir. & vxo. §. 66. numero. 24. quorum opinionem sequitur dicens eam communem esse Paul. Parisi. conf. 157. num. 36. Sicut nec publicatis bonis ipsius patris ob crimen ab eo commissum publicatur peculium filij profectitium. text. egregius in l. 3. §. sed vtrum. ff. de minori. Cuius præfati Doct. meminere, & Bal. in l. executorem numero. 34. C. de exequut. rei iudic. Roman. tamen in dicto. §. si de vectigalibus. nume. 15. post Angel. ibi. idem Angel. & Roma. in l. si filius. ff. de damno. infec. Nellus in tract. bñitorum. 1. parte secundi temporis. q. 25. Contrariam sententiam hodie veriorē esse censent pluribus rationibus: quarum vna tantum eorum opinionem aptatur: ea, scilicet, quod iure Authentico filius habeat in castrensi peculio hæredē ab intestato. Auth. de functo. C. ad Tertulli. & in Authen. in successione. C. de legit. liber. hæc verò ratio sufficiens non est, vt statim arbitremur sublata esse decisionem dictæ. l. si filius. C. de bonis damnatorum. siquidem ante mortem naturalem ipsius filij familias: tempore, quo hæredi locus non est, patri peculium Castrense, filio familias delinquente, defertur in solatium patriæ potestatis: & ideo ipsa Codicis constitutio non fuit ea ratione sancita: quod filius familias non haberet ab intestato hæredem in castrensi peculio: quam ob rem ea ratione sublata, minimè dicendum est, dictam cōstitutionē antiquatā esse.

Ex his patet nec peculium aduentitium posse publicari ob crimen filij familias: nam in eo habet pater vsum fructum, & sic maius ius, quàm in castrensi: & tamen hoc non publicatur: sed patri competit: ergo nec illud etiam quo ad proprietatem. Barto. Paul. Imol. Alex. num. 44. in dict. §. si de vectigalibus. Angel. nume. 13. & Iason nume. 62. in §. actiones. de action. & alij relati per Nicol Boerium decif. 7. nume. 10. & Parisiūm dict. cōf. 157. col. 2. lib. 4. vbi inquit hanc opinionem communem esse, quam post alios sequitur. simul & præcedentem Ioan. Bernard. Præsul Callagurriē hinc in pract. criminali canonica. capit. 124.

Sic delinquente filio, & eius bonis publicatis, fortiori ratione peculium profectitium non cadit in publicationem bonorum. textus in dict. l. 3. §. sed vtrum. atque ita à Barto. & Doctoribus cōmuniter scribitur in dicto. §. si de vectigalibus. vbi Alexan. numero. 44. Iason in dict. §. actiones. numero. 62. Ripa in l. vlt. C. de reuocan. donat. quæstion. 53. Carol. Molinæ. in consuet. Parisiensis. ti-

tut. §. 30. quæst. 18. omnium latissimè præter Alexand. Parisiūm dict. conf. 157. lib. 4. Boer. dicta decif. 7. plura tradunt ad harum conclusionum interpretationem; quæ omninò legenda sunt. & his addendum, quod publicatis bonis filij non censetur publicata legitima portio ei debita ex bonis parentis qui tempore sententiæ vivebat: etiam vt post ipsius obitum in fiscum deferatur. Bald. in l. si qua. ff. de his qui sunt sui, vel alieni. iur. Alexand. conf. 37. lib. 1. colum. antepenult. Soci. Junior. cōf. 51. lib. 1. Eodem pacto ratione sumpta ex dictis iurifconsultorum, & Cæsarum autoritatibus: propter crimen mariti non publicantur bona, quæ ex acquisitis matrimonio constante ad vxorem pertinent. Ioan. Lupi in re. rub. de donationi. §. 66. numero. 24. Didacus à Segura in tract. de acquisitis matrimon. constante num. 16. Chassanç. in consuet. Burgundiæ rub. 2. §. 2. ad fin. Regia. l. 77. Tauri. licet contrarium iure probare conetur Carol. Molinæ. dict. §. 30. q. 15. numero. 74. Et tamen poterit omnibus in his casibus lege, aut statuto sanciti, ob crimen filij publicandum esse peculium profectitium, castrense, aut aduentitium etiam in læsionem patris innocentis: cum hic agatur de pœna temporali bonorum, qua puniri ex causa possunt innocentes ob aliorum scelera.

Quintò principaliter huius quæstionis disputatio proderit ad interpretationem gloss. in capit. cum homo. 23. q. 5. verb. supplicium. Cuius non sine authoris laude pleriq; passim meminere: eius prior parte probatur: nō posse quemquā proprio, & libero consensu seipsum adstringere, vt pro alio criminis reo pœna corporis afficiatur. arg. l. libet homo. ff. ad l. Aquil. capit. contingit. de sent. excō. atq; ita frequentissimo omnium consensu recepta est hæc gloss. sententia, vt cōstat ex Feli. in cap. 2. de constit. & Hippol. in rub. de fideiuss. q. 29. quo fit, vt in causis criminalibus vbi pœna corporis imminet reo qui in carceribus detinetur, nunquā is dimittitur datis fideiussoribus: id verò fit quoties pœna pecuniaria est pro eo crimine infligenda. optimus text. in l. diuus. in. 1. ff. de cust. reorū. Regia. l. 16. titulo. 1. part. 7. notant post alios Paul. Gratandus in tract. de relax. carcerat. capi. de fideiussorib. reorū. Hippol. d. q. 29. idem in l. infans. ff. de Sica. num. 16. Xuāres in tract. de fideiuss. criminali. Posteriori parte gloss. coultat, consuetudine, & moribus posse induci: quod innocens seipsum obliget, & adstringat pro alterius crimine ad corporis pœnam. nam ad hoc gloss. illam commendant Roma. conf. 15. & idem in singu. 128. Hippol. in dict. q. 29. Deci. in dict. c. 2. de cōst. 1. & 2. lectio ne. Feli. in c. 2. nu. 8. de probat. Rochus Curtius in cap.

in cap. vlt. de consuetud. fol. 45. col. 4. quasi legis sen consuetudinis autoritas accedens consentiui priuacorum possit id efficere: quod solo consensu permissum non est. his accedit, quod Decius eleganter scribit in capit. quæ in ecclesiariu. de constit. colu. 4. dicens posse fieri statuto simul & pacto. id; quod solo pacto fieri non poterat. item & illud quod ab eodem Decio erudite traditur in cap. iurauit. de probatio. col. vlti. vbi non appellas a sententia lata in capitali causa, ei poenæ consentire videtur: & ea sententia transit in rem iudicatam ex eo consensu; simul & autoritate legis: quod & ipse latius deduxit in Epitome de sponsa li. & matrimo. §. vlt. num. 15. & sequentibus. idem quod diximus in consuetudine, dicendum est in statuto, quanuis glossa loquatur de consuetudine: ob eandem rationem: & ita ad statutum eam retulit Iason in. §. quædam. de actioni. num. 37. notat idem Dec. in dict. cap. 2. de consti. 1. & 2. lectio 11. **Ego vero non video qua ratione, nec in consuetudine, nec in statuto possit opinio glo. defendi: siquidem paulo ante probauimus, lege humana non posse innocentem pro culpa alterius, cot potis poena puniri. & consensus proprius multo minus potest id efficere: nec vlla potest iusta causa dari, ex qua poena corporis innocens pro alterius crimine puniatur: & ideo mihi magis placet contraria sententia, quam tenet Felinus in dicto cap. secundo. de constit. colu. secunda. & idem in causa generali. 1. distinc. ad finem. reprobans vltimam glossam. licet eam negligenter explicuerit. Non obest, quod in contrarium adduximus de legis & consensus autoritate: nam id verum est: quia tunc & lex ipsa culpam in consentiente presumit: & eam in processum iudiciali, & cognitionem deducta: quam ob rem mirum non est, si consentiens puniatur ratione consensus, si mihi & legalis autoritatis: que non temere ministratur: sed præmissa culpæ examinatione.**

- Sexto** principaliter à præmissis deducitur verus intellectus ad text. in capi. Romana. §. in vniuersitatem. de senten. excommuni. in. 6. quod cautum est ne sententia excommunicationis in vniuersitatem, aut collegium proferatur. nam id mirum videtur: cum vniuersitas ex personis constat. capit. cum clericis. de verb. signif. & per totum titulum. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. & personæ possint excommunicari. Præterea ipsa vniuersitas potest delinquere, culpamque contrahere excommunicatione dignam. glossa in. l. licet. ff. quod cuiusque vniuersi. nomi. Cuius præter Doctores. ibi meminere Abb. in cap. in Genesi. colu. 3. de electio. Decius in cap. cum omnes. 1. lectio. colu. 7. de constitut. nempe vbi omnes de vniuersitate con-

currunt, & consentiant in delictum: unde vniuersitas puniri iuste potest: etiã spirituali poena. quibus aliquot iuris Pontificij interpretes respondent: vniuersitatem esse fictam representatam quandam personam, non veram: & ideo anima rationali carentem, nec capace[m] spiritualis poenæ, & excommunicationis: quæ non potest apta fieri animæ irrationali. capi. 1. de senten. excomm. in. 6. cap. P. G. de off. deleg. capi. sicut. in. 3. de iureiur. Hæc autem ratio sufficiens non est. constat etenim vniuersitas ex personis, quæ capaces sunt. Canonice censuræ: nec aliud est ipsa vniuersitas, si rem ipsam materialiter consideremus, quam personæ eam administrantes: nec aliud est ciuitas, quam ipsa ciuium collectio. Cardui in cap. requisiti. de testam. l. ciuibus. vbi Ludou. Lusita. 6. colu. ff. de reb. dub. tradit Baro. in. l. aut facta. §. vlti. ff. de poenis. qua ratione absque vilo dubio apparet, eam posse excommunicari.

Fortassis ea est vera ratio, quod actus & passiones, vt consistant in facto, & ad factum referuntur, singulis omnino tribuendæ sunt: non collegio, aut vniuersitati: nam hic tribuuntur, & coram esse censentur, quantum attinet ea res iuris effectum: optimus text. in cap. 2. de testib. lib. 6. colligitur ex Bart. in dict. l. aut facta. §. vlti. Cuius scripta explicat Ioan. Oldendorpius post alios in tractat. de iure, & a qualitate. titu. 14. excommunicatio vero forenda in aliquem non est, nisi ob actum verè proprium, culpa mortalis criminis perperatum. capitul. nullus. capitul. nemo. ii. questio. 3. qui quidem actus & si ab vniuersitate processerit: ad quemlibet peculiariter referendus est quod ad poenam excommunicationis, & similem, cum non agatur de iuris effectu, ne si vniuersitati tribuatur, absurdum sequatur, scilicet, quod puniantur hi, qui verè sunt innocentes: sicuti text. in dicto. §. in vniuersitatem. probat: qui omnino punirentur, si excommunicatio posset ferri in vniuersitatem. hanc rationem collegimus ex capitulo. si habes. 24. questio. 3. Domini. & Præpo. in cap. sicut vir. 7. questio. 1. Felii in cap. responsio. de sent. excommuni. & in capi. dilectus. colu. 2. de exceptionib. Iason in. l. prima. §. vltimo. colu. 1. ff. de acquiren. poss. Anania in capi. dilectus. in 2. numer. 10. & sequent. de simo. Chastanzo consil. 1. argumen. 8. ex quibus apparet, excommunicationem posse pronuncari contra illos de vniuersitate, qui contumaces, & rebelles fuerint culpamque contraxerint. Sic denique si citentur Decanus & Canonici: Decanus & Capitulum sub excommunicationis censura, & in Capitulo, cum eis proponitur: eiusque certiores fiunt: certi quidem Canonici reperiuntur Capitulum constituen-

Variarum Resolutionum

tes: si ipsi mandato non obediunt, poterunt excommunicari: licet contrarium placuerit Rotæ. 315. in antiquis. eadem ratione etiam si iudex malè pronunciet excommunicationis sententiam in vniuersitate: nihilominus ligat eos, qui ob culpam ea censura digni fuerint. ita Feli. in dicto cap. dilectæ. secunda colum. & Imol. in ca. Capitulum. de rescript. colū. penul. & iuxta hunc sensum potest intelligi secunda opinio glo. in dict. 9. in vniuersitate. verb. penitus. quæ tutior est. tamen si ex iuris rigore prior opinio, ex qua omninò ea excommunicatio nulla censetur, esset tenenda secundum Fracum & alios ibi, Palud. & comunem in. 4. distin. 18. q. 2. ad finem. Curti. Seniore in consi. 20. dubio 2. & probatur ex his, quæ tradit Ludou. Gomeci. in reg. de idiomate. q. 2. Imò quauis iure posset excommunicatio ferri in vniuersitate: minimè ligarentur hi, qui post ipsam censuram pronuntiationem collegium, aut vniuersitatem fuerint ingressi. Bald. Paul. Imol. Areti. & alij in l. si grege. ff. de legat. 1. Felin. in dict. c. responsio. lafon in l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obliga. in fine. vbi testatur hanc esse communem opinionem. Cui suffragatur optimus textus in capit. 1. in princ. de off. vicarij. in sexto.

Septimò hinc procedit, quòd licet grauis sit censenda pœna ecclesiastici interdicti: plerunque tamen ob culpam vnius, qui ciuitatis, aut prouincie dominus est, vel in ea habet secularem, ecclesiasticamve iurisdictionem: tota prouincia, tota ciuitas submittitur interdicto. tex. in capit. non est vobis. de sponsalib. cap. sane. in. 2. vbi optimè De ci. de off. deleg. ca. si sententia. de sent. excom. in. 6. in. 2. parte. Nā ista hęc pœna spiritualis nō est: nec enim afficit animam: quia non priuat cōmunionem suffragiorum ecclesie: sed tātum suspendit interdictos a auditione, & celebratione diuinorū officiorū: quæ quidē priuatio directè animā non afficit: & sic distat ab excommunicationis cœsura. Vnde cuius interdictus: hi & interdicti cœsentur, qui in locum aliorum ciuium post sententiā successere in eam ciuitatem domicilium transferetes. gl. communiter recepta in dict. c. si sententia. ver. nō competant. quam esse ordinariam asserit lafo in dict. §. sacram. col. vlti. extant in hanc rē pulchra Plutarchi verba, lib. de sera numinis vindicta. col. 13. quæ legito. Sic ē contrario ciuis interdictus, qui culpæ particeps non est, si seipsum ad aliam ciuitatem causa mutandi domicilium transtulerit, immunis est ab ipso interdicto. Anchar. Franc. & alij in dict. cap. si sententia. & Calder. de ecclos. in terd. 2. q. Fol. 4. quibus duo addenda sunt. P̄m̄ quod si iudex interdicto subijciat communem ciuis ciuitatis: personam, & locum huic cœsuræ sub-

iecta censentur: secundum Frederi. consi. 188. Secū dum, is quis habitat in loco interdicto, si interdictus non est: potest in ecclesia extra locum interdictum sepeliri: ita notat idem Frederi. consi. 121.

His omnibus accedit. quòd ciuitas, quæ proprium episcopū occiderit, licet omnes ciues nec peccati, nec criminis rei sint, priuatur honore, & dignitate episcopali. tex. in ca. ita nos. 25. q. 2. Cuius meminere Bald. in l. si nondum. C. de furtis. lafo in l. 2. colum. 2. C. de inoff. testam. id intelligentes, quando is episcopus erat iam consecratus. Hęc etenim pœna temporalis est, & ideò ex causa iusta possunt innocentes eam pati.

Ex capite sequenti.

- 1 *Talionis pœna vnde originem habuerit, & an ea hodie obrineat?*
- 2 *Homicidium, an iuste puniri possit pœna tantū pecuniaria?*
- 3 *Nobilis vbi de pœna pecuniaria agitūr grauius punitur, quàm plebeius: vbi verò de corporali mitius.*
- 4 *Nobiles non sunt torquendi, nec pœna ignominiosa afficiendi: sicuti plebeij.*
- 5 *Vbi amputada manus est in criminis pœnam, & delinquens vnam tantum habeat manum: quid agendum sit?*
- 6 *Traditur intellectus. l. ad bestias. ff. de pœnis.*
- 7 *Furtum iuste potest puniri pœna mortis, & inibi de tribus furtis, & de vno graui, & enormi puniendo.*
- 8 *Etiam si lex certam pœnam statuerit, nihilominus iudex poterit eam ex causa, vel augere, vel minuere.*
- 9 *Iudex ecclesiasticus potest quandoque pœnis pecuniarijs delinquentes mulctare: & inibi quo pacto ipsa pœna sit distribuenda.*
- 10 *Intellectus capit. 2. de pœnis.*
- 11 *Ecclesia, & praelatus fiscum habere dicuntur.*
- 12 *Clerici heretici bona, an ad fiscum secularem pertineant?*

Rursus de ratione pœnæ, qua liter ea à lege, vel ab hominè infligenda sit?

Cap. IX.
Proximè



Proximè tractauim⁹ de pœnis, quæ aduersus innocentes à iure statuuntur: cuius rationi & illa affinis est: quæ nam ratio sit habenda in ipsis nocentibus puniendis iuxta ipsius iustitiæ æquilibrium: & præsertim ambigitur, an homicidiū simile ve crimen iustè puniatur tantum pecuniaria pœna indicta? Et profectò videtur hoc refragari legi naturali, diuinæ, & humanæ. Naturali quidem: quia secundum eam pœna iuxta delicti mensuram infligenda est. Deuteronomij. 25. pro mensura peccati erit & plagarum modus, cum de ratione iustitiæ sit æquabilitas: quæ omninò in eius exercitio seruanda est. Is enim, qui proximum, & reipublicam iniuria læserit: non æque iure naturali puniatur: nisi ea punitio sit sufficiens, ad satisfactionem, & reparationem illi damni: nec aliter iusta punitio fit: nisi delinquenti æqualis criminis pœna iniungatur: hæc verò commodè decerni nequit: nisi ipse pariatur idem, quod alteri per iniuriã intulit: sicuti diuus Thomas docet. 2. 2. q. 68. art. 4. Hinc sanè apud veteres processit talionis pœna, quam Græci appellant *ἰσοτιμία* cuius meminit Aristoteles libr. 5. Ethico. cap. 5. alij eam appellant *ἰσοτιμία* Theophrastus lib. 1. de iniurijs. §. pœna. Latinorum quidam retaliationem: alij supplicij similitudinem: alij repatientiam, adducit Aristoteles ex Heliodo, licet talionem omninò non probeat, carmina quedam de Rhadamanthi iustitia.

Si contrà passus fuerit, quod fecerit idem,

Iudicium planè rectum, vindictaque fiet:

Sic & lege Mosaiça cautum erat, oculum pro oculo, dentem pro dente in pœnam eruendum. Exodi. 21. Item & lex duodecim tabularum titu. de iniurijs, inquit. Si membrū ruperit in eum è pato talio esto: quam defendit aduersus Phauorinum Sextus Cæcilius apud Cellium libr. noct. Attica. 20. capi. 1. nec, vt iniqua dānatur à Christo Iesu Matthæi capi. 5. nam licet eam existimet acerbam esse, dedit tamè consilium remittendi iniurias: non præceptum. Imò & nunc hanc talionis pœnam sanctam, esse constat aduersus iudicem, qui delatum in se, si iustè punire neglexerit, eandem in se impoſe nã pati debet, quam alijs iniussit, & dissimulauit, & concesserit. 1. vlt. C. de lapsum baptisimū iteretur, cuius meminerit Rom. in singul. 77. Fel. in cap. qualiter in. 2. §. ad corrigendos. col. 10. 7. de accusatiopi. Olim sanè accusatores regulariter se inscribentur ad similitudinem supplicij: si in accusatiopne delicerent: & ita iure puniebantur. 1. §. cui. ff. de accus. l. 3. C. qui ac-

cus. non poss. l. 2. versic. ex longinquo. C. de exhib. reis. l. vlt. C. de accusatio. cap. tuar. de procurat. glossi. & Docto. in cap. super his. de accusatio. notat Thom. dicto arti. 4. Regia. l. 13. titu. 9. parti. 4. l. 2. tit. primo. part. 7. tamen si hodie morib⁹ receptū sit, eam inscriptionem nec esse necessariã nec simile supplicium calumniatoribus inferendum fore. Barto. in. l. penult. §. ad crimē. ff. de publi. iudic. secunda colum. Gandinus in tracta. de maleficijs. rubri. qualiter fiat accusatio. 2. colum. Alberi. in. l. vlt. colum. 1. C. de accus. Angel. & Salyce. in. l. qui crimen. C. qui accus. non poss. Fel. colum. 4. post alios in dict. cap. super his. Bartol. in dicta. l. si cui. nihilominus erit arbitrio iudicis puniendus accusator, qui in probatione criminis defecerit. optimus textus in dist. capit. super his. & in. l. & in priuatis. ff. ad Turpilli. gloss. in dict. capit. tuar. verb. effectum. tradit Alciat. libr. 9. Paterg. cap. 8. eadem ratione temperata est à præto- re in iniurijs talionis pœna. §. pœna. Inst. de inju. q̄ iustissimè & hodie seruabitur in eo, q̄ in causa capitali, vbi corporis pœna est iure infligenda, falsum testimonium contra innocetem dixerit. l. 83. Tauri. cuius decisio deducitur à capitulo. 19. Deuteronomij. & l. 1. §. prætereã. ff. de Sicar. Cuius ad hoc inemine Bald. in capitu. 1. in princi. colum. vlt. de pace tenēda & eius violat. Iason in l. & si legibus. C. si contra ius, vel vtili pub. idem in. l. si duo patroni. §. vltimo. ff. de iureiuran. notat gloss. in cap. Rex debet. 23. quæstio. 5. quod si proprium est iustitiæ punitiæ, vt pœna iuxta sceleris mensuram imponatur: constat apertè nō esse iuri naturali conueniens, homicidij crimen pœna tantum pecuniaria puniri. Hoc ipsum aduersatur, & legi Euangelicæ & diuinæ, secundum quas morte puniendus est homicida. Gene. capi. 9. Quicumq; effuderit humanū sanguinem, fundetur sanguis illius. Leuitic. cap. 24. Qui percussit rit, & occiderit hominem, morte moriatur. Numeri capi. 35. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit, qui percussus est, re⁹ erit homicidij, & ipse morietur. Matthæi capitul. 26. omnes enim, qui acceperint gladium, gladio peribūt. cap. duo ista. 23. q. 4. Sic etiam & humanā lege homicida, quod fecit, expectet. l. 3. C. de epis. audien. l. vlt. C. de capt. v. rgl. l. 3. §. legis. ff. de Sicar. eleganter Matthæi. Adhuc in constitutio. Neapolit. libr. 1. tit. de homicidijs puniend. & Chassanæ. in consue. Burgund. rub. 1. vetl. videndum. Regia. l. 3. tit. 13. lib. 8. ordinat. l. 15. titu. 8. part. 7. Deinde quod pœna pecuniaria tantum homicidia puniantur maximā præstat delinquendi occasionem, præsertim diuitibus nullam enim reus pertimescit culpā, quæ redimere nunus existimat. capit. pauper. n. 110. 3. Crelic

Variarum Resolutionum

Crescit enim multitudo peccantium, cum redimendi peccati spes datur: & facile itur ad culpas, vbi est venalis ignoscentium gratia: vt scribit Arnobius libro septimo. aduersus gentes: igitur leges ita punientes homicidas nec iustæ, sunt, nec reipublicæ conueniunt: & ideò nec condi, nec seruari debent. quod adnotarunt Archid. in dic. cap. duo ista Hosti. Cardi. Abb. & Rochus Curtius in cap. vlti. de consuet. Folio paruo. 20. col. 1. & 2. idem Abb. in cap. 2. de delict. pueror. Fel. in rub. de homicid. In contrarium adducitur text. in dict. cap. 2. de delict. pueror. vbi probatur, posse iuste homicidium puniri tantum pœna pecuniaria: sed ea lex, cuius ibi mentio fit procedit vltra pœnam corporalem, vt Panormit. existimat vel in homicidio fortuito casu nõ ex malitia contingenti. Regia. l. pe. tit. 13. lib. 8. ord. l. aut facta. §. ouentus. ff. de pœnis. Secundo apparet, easdem leges probari in §. pœna. Insti. de iniurijs. loquitur tamen ille text. de iniuriarum æstimatione: & nihilominus hæc statuta iusta esse: & ex eis homicidam pecuniaria tantum pœna puniendum esse præmittunt Bart. in l. 1. vers. vltimo quæro. ff. de publi. iudic. & in l. 1. ff. vi bono. rapt. & in l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. Abb. in cap. vlti. col. pe. de sepul. Aret. confi. 58 col. 6. expressim Alex. id probat post Bar. ibi in l. 1. nu. 13. ff. quod quisq; iur. verum quia magis communis videtur prior opinio, & præ se fert quandam naturalis iustitiam æquitatis: resq; ista ambigua est propter contrariæ opinionis authores: erit altiùs hac de re tractandum sequenti præmissis axiomate.

Quauis culpæ & delinquentiũ scelera ex æqui libro iuxta mensuram, & criminis qualitatem punienda sint, exactè proportionem obseruata: non tamen absolutè secundum æqualitatem, & supplicij similitudinem pœna infligenda est auctore Aristotele lib. 5. Ethi. cap. 5. non enim semper conuenit reipublicæ, vt qui crimen aliquod perpetraverit: idem patiatur, quod intulit: nam esset ea punitio frequenter iniqua: sed potius pœna est iuxta proportionem delicti constituenda attendente qualitate iniuriam inferentis, & eius cui fuerit illata: vt si magistratum quis gerens alterum etiã iniquè percussit: percutiendus non est. Et item si gerentem magistratum quis percussit, non tantum percutiendus est: sed & maiori afficiendus supplicio. Hæc Aristoteles. cui cõsentit Thom. 2. 2. q. 61. art. 4. & q. 68. art. 4. ad primum. ex quibus plura deducuntur.

Primum, posse contingere, vt iusta sit lex: iustū ve sit statutum: quod homicidæ pœna pecuniaria tantum puniendum esse sanxerit: nẽpe si ex causa fiat: nõ si pœna pecuniaria esset magis quan-

titatis, forsan non esset ea punitio iniqua: nec cõtemptui haberetur ea lex. quod Bal. censet in c. 1. §. iniuria. ad finem. de pace iuram. firm. Roma. singul. 706. idem profectò erit, vbi homicidium non præmeditato consilio, sed fortuito oborta quæstione ad propulsandam iniuriam verbalem ad effugiendum honoris periculum repente contigerit: solet enim frequentissimè accidere crimè istud eo pacto, vt licet puniendum sit, nec culpa careat homicida: tamen inspecto gentium more quo de honore, ac fama, & cuiuslibet nomine tractatur, non ea sit dignum pœna, quæ iure ordinatio in homicidas fuerit statuta: his sanè casibus iudices ipsi, & præsertim qui supremò Regis adsunt tribunali plærunq; pœnam mortis in aliam mitiorem commutant: idq; sæpissimè cõsent, vbi statim post homicidium ipse delinquens non punitur, sed demũ ex intervallo: quasi iam obliuio sceletis pœnam ipsam ordinariam minuat: argumento. l. si diutino. ff. de pœnis. Si diutino, inquit Modestinus, tempore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuanda erit. Ex quibus verbis deducitur communiter ab Accursio, Bart. & alijs: eum qui post lōgum tempus alicuius facinoris accusatus est, mitiori pœna puniendum esse, quod omnino improbandum nõ est. notat post alios Alciat. in capit. cum non ab hominè, de iudic. num. 38. & præc. Rochus Curti. in cap. vlti. de consuet. notab. primo. tametsi à iurisconsulti responsio id perperam deducatur: si quidẽ reatus est status: & conditio, in qua durante accusatione rei sunt donèc vel absoluatur, vel cõdemnetur, causam etenim agunt squalore, & illuue cõfecti, promissa barba, habitu sordido, & pannofo, misericordix aucupatore. l. vlti. ff. ad l. Iuli. maiesta. vbi eleganter Budæus. l. vlti. §. de illo. ff. de bonis eorum, qui ante sent. mor. sibiconsciue. l. cum ratio. §. fraudis. ff. de bonis damnat. Plinius lib. 7. Epistola ad Suram. vt tandem verè velit Modestinus, ob eum statum, & diuturnam illam calamitatem, pœnam fore minuendam. tradunt Alciat. lib. 2. Parerg. capi. 10. & Corasius lib. miscell. 2. cap. 10.

Secundo, hinc constat qualiter sit accipiendum id, quod Christus Iesus in euangelio dixit. Qui gladio peremerit aliquem, gladio peribit. nam id non est referendum omnino ad gladium. verum quo occidens extinguitur: sed ad pœnam, quæ iuxta criminis proportionem est homicidæ infligenda: non semper secundum speciem, sed secundum quantitatem pœnæ, vt præter alios explicat Cætera. tentaculo: 6. q. 3. alioqui si ea verba essent intelligenda secundum speciem: iniquè damnarentur homicidæ ad Regias tireines: quod assidue

asiduè sit, & iniquius deportarentur in insulam
l. 3. §. vlti. ff. de sicarijs.

3 Tertiò, eadem ratione procedit distinctio glof. communiter receptæ in cap. cum quidã. in prin. de iureiurã. vbi scribit, pœna pecuniaria grauius esse puniendum nobilẽ, aut constitutũ in dignitate, quàm plebeium: at si de corporali pœna tractetur non ita puniendũ fore nobilem, ac plebeium: ob qualitatem personarũ, ex qua iustissimè sit pœnæ mutatio. text. in l. aut facta. §. persona. ff. de pœnis. l. sacrilegij pœnam. in prin. & §. 1. ff. ad. l. Juliam peculat. l. Pedius. & l. vlt. ff. de incen. di. rui. & naufrag. dict. l. 3. §. vlti. & penulti. ff. ad l. Cornel. de Sica. capit. pastoralis. in princ. de offi. delegat. cap. vltimo, de pœnis. omnium latissimè, & vberriimè Andreas Tiracquell. in tracta. de nobilit. cap. 20. numero. 104. post Alberi. in l. illi citas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsi. Barto. in l. prima. ff. de termi. mor. capi. qui contra. 24. quæstio. 1. cap. cõtra. & cap. vlti. 26. q. 5. glof. in cap. vlti. de transactionibus. Mattheus Afflict. in constitutionibus Neapolit. rubric. 9. numero. 36. & seq. Bonus à Curtili Brixienfis de nobilita. 5. par.

4 Quartò, licet plebeij passim in criminib' inquitendis torquentis, & quæstionibus subijciantur: non sic nobiles, nam & hi torquendi non sunt. tex. optimus in l. nullus. C. ad. l. Iuli. Maiest. l. diuo Marco. C. de quæstionib. vbi Cinus, Bar. in l. milites. C. eo. Salyce. in l. 1. C. de iuris & fact. ign. vlti. col. lafon in l. miles. ff. de re iud. num. 4. Alexan. in l. Centurio. 8. colũ. ff. de vulgari. Tira. in dict. capi. 20. num. 134. dicens contrarium seruari in regno Franciæ: Prior tamen opinio in Hispania frequentius seruatur. l. 24. titul. 21. par. 2. l. 5. & 6. titu. secundo. lib. quarto. ordinat.

Quintò, ob eandem rationem: nobiles pœna ignominiosa affiendi non sunt: secundũ Fulg. consi. 167. & ideo cùm pœna furcatum, & suspensionis ignominiosa sit: quod elegãter tractat Tiracquel. dict. cap. 20. num. 106. nobiles ea non sunt pelestendi, sed decapitandi. gloss. in l. 3. §. 1. de re milit. vbi Barto. l. moris. §. sed etiam. ff. de pœnis. Bart. in l. capitalium. §. serui. ff. eo titu. idem in l. desertorem. §. pœna. ff. de re milit. Panormita. in cap. pastoralis. in princ. de offi. deleg. Ioan. Lupi in rub. de donationib. §. 9. Bonus de Curtili dicta 5. par. Regia. l. 24. tit. 21. part. 2. Bologninus consi. 37. colum. 6. Thomas Grammaticus decisione. 32. dicens ex hoc, nobilem non esse damnadum ad triremes, vt remigis subseruiat officio: atque ita Neapoli pronũciatum fuisse apud magnam Curiam. Hæc tamen duo, quæ postremo adnotauimus, minimè obseruãtur in crimine læsæ maiestatis secundum Bal. & Feli. col. 3. dict. cap. cùm qui

dam. nã in eo nobilis & torquetur, & altioribus furcis suspèditur saltem in regno Franciæ: siquidem apud Hispanos adhuc propter istud crimẽ nobiles decapitantur: non suspenduntur Quin imò nobiles torqueri posse, & furca suspendi, si vt famosi latrones, & viarũ grassatores accusentur: notat Saly. in l. 1. per tex. ibi. C. quand. liceat vnicuiq; se vindicare. & idem si de crimine furti agatur tenent glo. in contli. Neapo. rub. 32. verb. accusatorum. & Mattheus. Afflict. in rub. 31. ad finem. Et licet Abb. in cap. pastoralis. in princ. de offi. delegat. contrarium teneat: prior sententia optime probatur in l. 24. titu. 21. part. 2. vbi etiam statutum est, nobilem torqueri posse ob crimen læsæ maiestatis, & meritò: cũ proditoris crimen veræ nobilitati repugnet, & proditoris signia delenda sint. l. eos qui. ff. de pœnis. Roma. dicens eam singu. notab. 476. & 669. Lucas de Pœna in simili & leuiori crimine. in l. mulieres. colum. 5. vers. vltimo. C. de dignit. lib. 12.

Sextò, his omnibus perpensis apparet: an verũ si quod Bald. scripsit. in l. 2. C. de fide instrum. in fine. existimans. in pœnis relatiuis, & vbi ex lege quis puniendus est eadem pœna, non esse deferendum nobilitati, nec dignitati personarũ: imò eadem pœna puniendum fore nobilem deficientem in accusatione plebeij, qua idem plebeius esset puniendus, si crimen probatum foret. adducitur ad hoc text. in l. ad Cõmentariensem. vbi gl. verb. vilem. & Bal. C. de cust. reorũ. idem Anan. in c. super his. de accusa. col. pe. Felin. in d. c. cùm quidã. & in d. c. pastoralis. col. 2. §. 1. octauo fallit: quibus & Tiraq. accedit in dict. cap. 20. num. 123. Ego etiam falsum id existimo: nã quid expressius adduci potest de pœnis relatiuis, quã quod de talionis pœna statutum est, & olim erat, & tamen nulli dubium esse poterit: quin ea talionis pœna sit accipienda adhibita personarum distinctione. vt pulchrè Aristoteles docet. lib. 5. eth. c. 5. & lib. 1. Rhetorices ad Theodecten. & præterea contra Bald. est tex. singul. quo in loco idem cõtrariam adnotauit in l. vlt. §. cùm sit. C. vbi Senato vel Clariss. & deinde ratio hoc dicat, cùm iuxta proportionẽ quædam pœna respectu nobilis, quanuis ea seipsa sit minor, censetur maior quàm eadem respectu ignobilis. optimus tex. in l. 2. C. vt intra cert. tempus crimi. causa termi. & probatur his iuribus, quæ tertia illatione adduximus. nec opinio Baldi in dic. l. 2. & in dict. l. ad commentariensem. probatur inibi, quia Accursius non rectè exponit text. illum in verb. vilem. diuinat enim eius interpretatio, nec ex ea non omninò colligitur cõmentariensem nobilem puniendum fore eadem pœna, qua custoditus plebeius,

Variarum Resolutionum

beius, qui aufugerit, puniendus erat.

Septimò, illud hinc deducitur, quod in puniēdis criminibus ratio habenda est personarū. nam siue mandans, siue mandatarius nobilis sit, quoties de punitione tractabitur: deferēdum est dignitati, aut nobilitati eius, qui puniendus est, secundum Areti. in l. si stipulatus fuero per te. 2. col. ff. de verb. obliga. Bald. in l. vnica. 4. notab. C. de rapt. virgi. & Deci. in capi. 1. de offi. deleg. nu. 12.

Octauò, quāuis regulariter qui non habet bona, vnde soluat pœnam delicti pecuniariam, corpore puniendus sit. l. 1. §. vlti. ff. de pœnis. l. si quis id quod. ff. de iuris. omni. iudi. tradidimus & nos 1. cap. huius libri. num. 8. id est verum in plebeijs non autem in nobilibus, & alijs quorum dignitati deferēdum est. Bar. in dict. §. vlt. Angel. Areti. & Iaso. num. 43. in §. pœnales. Inst. de actiōi. Fel. in cap. ad liberandum. de iud. e. Io. Lupi. in rubr. de donationibus int. vir. & vxor. §. 9.

Nonò, ex his erit examinanda Pauli. Cast. sententia, qui in l. de quibus, col. antepe. ff. de legib. scripsit, quod quoties iure ob aliquod crimē est alicui amputanda manus dextera, & is ea manu careat: commutabitur pœna, amputabiturq; sinistra. Nam cum hic agamus de iusta punitione delicti, & pœnarum proportione, & mensura, licet iustum sit criminofum manibus integrum altera priuari, non idem erit, nec eadem iustitiæ æqualitas adest, vbi is altera mutilus est, quā vtraque priuatus manebit, nec est æqua commutatio pœnæ, quæ proculdubio multò maior est, si quis vna quam tantum habet, manu priuetur, quam si cum integer manibus sit, altera ei abscindatur. quod expressim adferit Aristoteles lib. 1. Rhetor. ad Theodecten. cap. 7. de maiori ac minoribono. ad finem. secundū quem etiam si talionis lex seruanda foret; & quis alteri oculum erueret, alterum quidem è duobus, non esset oculus ei erudus, si is vnum tantum haberet. atq; ita aduersus Paul. Castrensem est pulchra sententia Bar. in l. hoc accusare. §. vlti. ff. de accus. in fine. idem sentit Bal. in l. quid ergo. §. pœna. 2. lect. col. vlt. ff. de his qui notantur in familia. optimus text. in dict. l. 2. C. vt intra cert. tēp. crim. caus. termi. notat Pau. Castrensis sibi contrarius post Bal. ibi num. 12. in autheti. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. quanuis priorem Pauli opinionem comprobent Guiliel. de Cuneo, Iacob. Butri, & Salyc. in dict. auth. sed nouo iure. Bart. in l. vulgaris. ff. de furt. Thomas Gramati. decis. 94. ex quibus constat, vbi à lege, vel ab homine quis ob aliquod crimē damnatur amputatione manus, & is vnā tantum habeat, esse nihilominus condemnationē exequendam. quorum sententia obtinebit, quando ex qualita-

te criminis, vel alia coniectura possit commodè præsumi legislatorem, aut iudicem voluisse etiam in prædicta specie locum fore pœnæ amputationis manus, alioqui dura nimis est isthæc opinio. ex quibus expendere lector poterit, iusta ne fuerit lex illa, quæ apud Locreses olim maximè probata fuit, auctore Demosthene in oratione aduersus Timocratem. Etenim cum lege veteri constitutum esset, vt oculus pro oculo suffoderetur, atq; item esset potissimè cautum, ne quis temere nouam legem ad populum ferret: ducentis ferme annis ea solum fuit recepta lex, qua ex Talionis iure qui haberi vnum tantum oculum illum eruisset, vtroq; oculo priuaretur: vt æqua omnino esset pœna illi, qui licet duos haberet oculos, & vnum tantum alteri suffodisset, lucem oculorum pœna legis amitteret, quippe qui & alterū visu priuasset. idem de Charodæ Thurijs lege scribit Diodorus Siculus lib. Bibliothecæ. 12.

Decimò, apparet hinc ratio eius, quod passim iuris vtriusq; interpretes adnotarunt, scilicet, pœnam esse vel remittendam, vel minuendam delinquenti, ob insignem eius peritiam: seu ex eo quod artifex sit celebris, magniq; nominis, & ideo reipublicæ maximè vttilis: vnde æquum est ob hanc publicam vtilitatem, mortis pœnam, & similem ei remitti & condonari, hoc etenim procedit iuxta proportionem inspecta delinquentis qualitate, & id, vt communiter receptum est, probatur in l. ad bestias. ff. de pœnis. quæ ad hoc inducunt Oldra. Alber. & alij inibi. & Roma. in singu. 717. asseuerantes, iudicem pœnæ exequutionem debere suspendere, principemq; consulere, vt ipse princeps legis pœnam remittat. sunt etenim multa in vtroq; iure statuta ob insignem, & excellentem alicuius dignitatem & virtutem, quæ traduntur in capi. quia periculosum. de sent. excōmu. in 6. in cap. de multa. de præb. per Ias. in l. iubemus. C. de iudic. Barbat. in rubri. de iuram. calum. Hippo. in l. 1. §. ad quæstionem. ff. de quæstionib. nu. 7. tradit ad hæc Alciat. historiam de Azonis morte lib. 9. parerg. cap. vlt. qui lib. 2. capi. 28. verè contendit in dicta. l. ad bestias. non probari, quod cōmuniter ab ea deducitur. Ad bestias damnatos, inquit Paulus, fauore populi præses dimittere nō debet, sed si ei⁹ roboris, vel artificij sint, vt dignius populo Romano exhiberi possint, principē consulere debet. quo in loco non agitur de alleuatione pœnæ: sed solum de rei damnati transductione, cum damnati ad bestias sine licentia principis non possent in aliam prouinciā traduci, cōsulendus princeps erat, an Romam vellet eos damnatos mitti, qui propter roboris, & artificij excellentiam dignius exhiberēt populo Romano spectacu-

Ataculum. ego verò existimo etiam ipsum iudicē posse proprio iudicio & sententia ob personæ dignitatem, & excellentiam pœnam legis ordinariam minuere, & in mitiorem commutare, quod statim latius ostendemus.

Vnde inò, ab eadem radice procedit, an furtū possit iuste per legē pœna mortis puniri? Nam
7 regulariter fur nō occiditur in criminis pœnam. Auth. sed nouo iure. C. de seruis fugi. & in authē. vt nulli iudicium. §. pro furto aut. collatio. 9. regia. l. 18. tit. 14. par. 7. nisi fuerit famosus latro. l. capitalium. §. famosus. ff. de pœnis. is etenim furca suspenditur. dicitur autem latro famosus, qui grassatoris crimē exercet, vt in ibi expressum est. item & ille qui furari consueuerit, ex quo solet pro tertio furto quis suspendi. glo. in. l. 3. C. de pœnis. aud. vbi Baldus hoc in specie probat. idem Bald. Paul. Castrensi. C. pœna. q. 10. post glo. ibi in dict. auth. sed nouo iure. Angel. Aret. in. §. ex maleficijs. & ibi Gomeci. nu. 12. Insti. de actioni. Fel. in cap. ar. si clerici. col. vlt. §. 1. de iudic. facit tex. in cap. 1. de pœnis. glo. in. ca. hoc vestr. 11. distin. & in. l. quicūq;. C. de seru. fugit. atque hanc pœnam iuste posse à republica statui in hoc casu propter delinquendi proteritiam, & contumaciam scribit Ioan. Maior. in. 4. dist. 15. q. 27. imò apud Hispanos olim p̄ secūdo furto suspendebatur fur. l. 6. tit. 5. lib. 4. Fori. quanuis istam opinionē Bal. asserat contrariam esse iuri Iason in dict. §. ex maleficijs. 2. colū. & idem post alios in. l. penult. ff. de conditio. caus. dat. sed & priorem sententiam sequitur Ang. Are. de maleficijs. verb. vestē cœlestē. eāq; lege lata apud Germanos stabiluit Carol. Cæsar huius nominis quintus, primus Hispaniarū Rex tit. de furtis tertio patris. idem ex lege Lombardica statutum fuisse constat auctoritate glo. in tit. de pace iuram. firmanda. vers. seu furtum. & Gandini de maleficijs titu. de furibus. atq; ex ipsis Lombardorum legibus hæc eadem pœna probatur, quæ obtinet, etiam si prima furta fuerint digne punita. l. capitalium. §. solet. ff. de pœnis. Bal. in auth. qui semel. col. pen. C. quom. & quand. iud. Corset. singul. verb. statutum. Fel. in cap. sicut. de testib. Iason in. l. si idem cum eodem. 2. col. ff. de iurisd. omni. iudi. C. pœna. in authentic. sed nouo iure. num. 42. Chassan. in consue. Burgun. tit. 1. §. 5. vers. simplex. nu. 15. & sequē. Andr. Alciat. dict. capit. cum non ab hominib. de iudic. vlti. notab. num. 30. cum etenim furandi cōsuetudo attendatur, nihil refert sint priora furta punitione abolita. idem erit obseruandum vbi prima duo furta commissa fuissent in alieno territorio, & distincto ab eo, in quo tertium commissum est. Bar. in. l. si cui. §. vlt. ff. de accus. Abb.

in cap. 1. de pœnis. Iason in dict. l. si idem cum eodem. C. pœna. Alcia. & Chass. paulo ante citati, quorum vltimus hanc opinionem scribit communem esse. Sic sanè quibusdam visum est, vnū tantum furtum, modo id graue sit, quātitate, aut qualitate sufficiens esse, vt fur morte puniatur. Bald. in dict. auth. sed nouo iure. col. 2. Anania in cap. vltim. num. 8. de furtis. Abb. in ca. inter alia. num. 31. de immu. eccles. late Ioan. Igneus in. l. 1. §. si tibi manus. num. 12. ff. ad Syllani. Angel. Aret. dict. verb. vestem cœlestem. & in dicto. §. ex maleficijs. Angel. Perusi. in. l. quod si nolit. §. qui assidu. ff. de ædilit. edict. adducitur ad hoc tex. in. l. is qui tres. §. penult. ff. de excusat. tuto. vbi tutela magnæ bonorum quātitatis, tribus tutelis æqualis censetur. sed ea decisio procedit ob difficilem rerum administrationem, nec cōmode huic quæstioni aptari potest, ideo contrarium plerisq; placuit, & præsertim Saly. Fulgo. Paulo Castrensi, & C. pœna. in dict. auth. sed nouo iure. num. 30. Ias. in dict. l. pen. & in. l. 1. C. de precib. impe. offer. & in dict. §. ex maleficijs. vbi eandem sequitur Gomeci. num. 13. & Crottus in capi. vlt. col. penult. de contlit. in. 6. Chassan. dict. §. 5. vers. simplex. & vers. quæro quomodo. num. 14. quibus suffragatur quod absque vlla distinctione à iure statutū est, furem non esse puniendum mortis pœna. sed profecto etiam si lege cautum sit, furem non esse occidendum sed alia mitiori pœna damnandum, nō ex hoc vetitum est iudicem ob criminis qualitatem ex eo quod vel ratione loci, temporis, aut quantitatis furtum sit extraordinarium, & maxime graue pœnam legis augere, & ob exemplum furem istum vltimo supplicio asficere. §. item lex Iulia peculatus. Insti. de publ. iud. l. 18. tit. 14. par. 7. l. 2. de la hermandad. l. 74. Ityli. capit. 1. §. si quis quinque solidos de pace iuram. firm. l. pen. ff. de cōdit. caus. da. optimus tex. in. l. aut facta. ff. de pœnis. in tanta enim hominum audacia id palam est, alias pœnas præter capitales prorsus irrideri & ideo hisce temporibus opus est aduersus fures durioribus pœnis, potissimum vbi furtum simplex non est, sed vel quantitate, vel qualitate graue. quo fit vt licet Alexan. de Hales parte. 3. q. 47. meimb. 4. art. 3. Scotus in. 4. sent. dist. 15. q. 3. & Syluest. verb. furtū. q. 3. censuerint, iniquā fore legē quæ pro simplici furto mortis pœnam indixerit nec iuste posse eam in republica statui, verius tamen est, eam pœnam statui æquissime posse: vbi furtū qualitate, vel quātitate sit enorme. sicuti ex iunioribus Theologis probat Io. Dried. de liber. Christ. pag. 115. & Medina. in tract. de contract. & rell. q. 14. & eleganter Alfonso à Castro. libr. 1. de potest. legis pœnalis. c. 6. siquidē frequenti huius criminis

Variarum Resolutionum

crimini vsu cōsiderato, & læsione maxima, quæ ex eo reipublice infertur, expedit poenas exquirere, quibus hominum reprimatur audacia. his etenim inspectis iuxta proportionem fures puniuntur ultimo supplicio: & poena corporis, tamen si rebus, & patrimonio ipsi læsionem intulerint. His accedit, quod licitum sit reip. maleficos homines occidere: sicuti docuere peccati autores, & S. Th. 2. 2. q. 64. ar. 3. ac Dñicus Soto de iur. & iur. lib. 5. q. 1. artic. 2. etiam si Scotus id negauerit. Nam quod fures corporali poena puniri possint præter alia quæ punctionem istam iustam esse ostendunt, varijs gentium moribus, & legibus probatur: siquidem fures, etiam simplices flagellis cædendos esse constat ex Authen. sed nouo iure. C. de seruis fugiti. lib. 18. tit. 14. part. septima. lege item Lombardica, cuius mentionem superius fecimus, pro primo furto oculus eruitur, pro secundo nasus abscinditur. Apud Hispanos fori legibus quandoq; furibus aures, & manus amputabantur. l. 6. tit. 5. libro. 4. & l. 2. tit. 13. eo. lib. eadē aurium abscisio pro furto certæ quantitatis commisso in eremo statuta est. l. 2. de la Heruãdad. qua etiam in quibusdam casibus mortis poena pro furto imponitur, quandoq; amputatio pedis, passimq; apud nos fures flagellantur, auresq; eis abscinduntur, præter ipsius dñi dati restitutionem, olim apud Romanos fur domino rei furto ablata vt seruus tradebatur auctore Gellio libr. noct. Atti. 11. cap. vlti. tradit varias huius criminis poenas Alexand. ab Alexand. diu. geniali. lib. 6. cap. 10. imo & furibus ferro candenti, fronti signum imponi solere apud Italos, testatur Gandinus in titul. de poenis reorum, num. 59. idemq; per capitula Regni Neapolitani statutum esse, asseuerat Andr. Isernia in Aerario. verb. furtum.

8 Duodecimo, cum crimina sint secundum proportionis mensuram punienda, & hæc varie contingat, ratione loci, temporis, personæ, & quantitatis, nec à lege certum quid statui possit, quin iudicis recti & prudentis arbitrio multa relinquuntur constat plane iudicem posse proprio iudicio & sententia legis poenam vel augere, vel minuire. l. quid ergo. §. poena grauior. ff. de his qui not. infam. capit. vlt. de transact. ca. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. & c. de causis. de of. deleg. tenent in specie Abb. in cap. 3. de poenis. idem in cap. nisi. de off. legat. Doct. in dict. §. poena. etiam si lex certam poenam statuerit: appositis dictionibus, præcise, omnimodo: & similibus. Hosties. Ioã. Andr. & Doct. in cap. qualiter. in. 2. de accus. vbi Areti. num. 24. eos sequitur dicens, hanc opinionem communem esse etiam si iudex eius sit conditionis, qui super eo crimine dispensare non

valeat. quod expressim præfati Doct. sentiunt, quibus non obstat glos. in dict. cap. 3. quam inibi approbant Innoc. Ioan. Andr. Ancha. & Anton. & Henri. in cap. in archiepiscopatu. de raptorib. Feli. in dict. capi. qualiter. num. 33. quæ asseuerat, iudicem qui non potest super eo crimine dispensare minimè posse diminuere poenam à lege statutam, quia id verum est postquam iuxta legem ipsa condemnationis sententia lata fuerit, tunc etenim non potest sententiæ, & legis poenam mitigare iudex, qui dispensare super eo crimine minimè valet, secundum Card. & Abb. in dict. capi. 3. at prius quam iudex sententiam ferat, quicumq; is sit, etiam si dispensandi potestatem non habeat, poterit legis poenam tēperare, sicuti & augere. Aliud siquidem est dispētare super crimine, & eius poena: aliud rigorem legis poenalis ex aliqua causa minuere, vt sensit Inno. in ca. dilectus. de temporib. ordi. causas vero quibus iudex persuaderi poterit ad poenæ. legalis commutationē, aut diminutionem tradit eleganter Lucas de Pēna in l. 1. C. de colonis Illyricianis. li. 11. aliquot Felin. in dict. cap. qualiter. §. ad corrigendos. nu. 37. quibus adde quæ eleganter hac de re scribit Alfonso à Castro lib. 2. de potest. legis poenalis. c. 12. & 13. & quæ ex Sopatri epistola retulit Ioann. Stobæus Sermo. 44. quod si iudex, vt plerumq; fieri solet, aliquem ob crimē dānauerit poena pecuniaria intra decē dies soluēda, hoc addito, quod si eam intra id tempus nō soluerit, publicè reus flagelletur, nihilominus non soluta pecunia intra eum diem, poterit iudex poenam eandem pecuniariam, omiſsa corporali, exequutioni mādare secundum Corneum cons. 5. lib. 3. Nam is iudex, qui in pronuncianda criminali sententia, hæc forma vsus est, verè pecuniaria poena delinquentem punit, vtitur tamen corporalis poenæ comminatione, vt facilius, & diligentius pecuniā ipsam dānatus reusq; criminis soluat.

Postremo, illud est adnotandum, qualiter iudex ecclesiasticus possit poenis pecuniarijs delinquentes punire, nam id verum esse videtur cap. 3. de poenis. cap. irrefragabili. §. vlti. de off. ord. capit. vt clericorum. de vit. & honest. cleri. è contrario permissum in cap. dilectus. de off. ord. capi. si vos. 23. q. 5. ideo hac in re sunt aliquot distincte notanda ad eius resolutionem.

Primum, non esse æquum: nec iustum vt indiscriminatim pro quolibet delicto vel statuto, cōstitutione, aut sententia iudicis poena pecuniaria inferatur, hoc etenim maximam delinquendi occasionem præberet. cap. pauper. 11. q. 3. colligiturq; ex Felino in rubr. de homicid. accederet is abusus. in prælatorum ecclesiasticorū infamiã propter

propter euidentem, ac manifestam ambitionis notam: quam ipsi effugere omnino tenentur, & præterea res mali exempli est crimen pecunia redimere: atq; ita diligentissime hoc cauendum esse censet Colonienſe Concilium titu. de iurisdictione nec ecclesiastica contentioſa cap. 8.

Secundum: ſatis compertum est non licere nec constitutioni, nec iudici poenas pecuniarias vel indicere, vel exigere pro ipsis criminibus tolerandis: pernicioſum etenim est, siue ex lege siue ex sententia aut decreto iudicis, annum censum à concubinariis accipiendum esse quo soluto ipsi criminosi in sceleribus, & peccatis perseuerent. hoc probat tex. in dict. cap. 3. secundum Car. ibi dum exponit tex. pro corrigendis excessibus: id est loco correctionis, omnino quidem cauendum est ne prælati potius lucrum proprium, quam criminum correctionem desiderent, atq; ita præter alios animaduertit Ioā. Driedo. de liber. Christiana. pagina. 91.

Tertium, ſatis iure probatur, posse iudicem ecclesiasticum zelo correctionis, & punitionis, aliquando vel statuto vel sententia quædam delicta pecuniaria multa punire, potissimum ubi ea magis timerentur. ita sanè procedunt Canones, quibus probatur id licere, ut explicant Abb. in dict. cap. 3. idem & Feli. in dic. cap. irrefragabili. §. ceterum. Hostiens. & Cardi. in dict. cap. ut clericorum.

Quartum, præ cæteris à iudicibus ecclesiasticis & prælatiſ est obseruandum, ut poenas pecuniarias pro criminibus inflictas, in pios vsus potius quam in propriam utilitatem erogare curent. quemadmodum tradunt Abb. in ca. 2. de success. ab intest. Feli. in dict. §. ceterum. Concilium Colonienſe dict. cap. 8. optimus tex. in capi. cum sit in illis. §. ult. de iudic. capi. cum tu. de usuris.

Quintum, & omnino seruandum ubi sententia iudicis poena pecuniaria inferitur: si tamè eadem poena statuto, aut constitutione sancita fuerit, poterit iudex ecclesiasticus eam in proprios vsus expendere. id etenim fit statuti, & legis autoritate ex quo suspicio auaritiæ abest ab ipso iudice, cum per statutum ea poena episcopo aut iudici adijci tur notant Hosti. Abb. & Feli. in dict. cap. irrefragabili. §. ceterum. Ioā. Bernar. in praxi. cap. 134. Ioā. Lupi. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 39. col. penult. qui idem esse probant, ubi episcopus indigeret, ac esset inops, potest eam tum licite per sententiam delinquentes poena pecuniaria multare, & eam in proprium victum expendere.

Sextum, ubi à iudice poena inferitur ob iniuriam clerico irrogatā, & ea pecuniaria sit, dimidia eius pars competit ecclesiæ, cuius rector ipse iniu-

riam passus existit, altera pars in utilitatem læsi est distribuenda. text. singul. in capi. 2. de poenis. cuius meminit in hunc sensum Roma. singu. 443. nam dum text. dicit, alteram eius elemosynam iuste dispartiat, intelligenda sit, ut ad elemosynam pro anima clerici interfecti ea distributio referatur. Siquidem negari non potest eo delicto ecclesiam, & ipsum clericum offendi, & ideo utriq; est satisfaciendum. idem post Host. in summa de maledic. vers. sed cui notat Fel. in dict. ca. irrefragabili. §. 1. num. 10. addit tamen tex. in dic. capit. 2. eius decisionem procedere, quia nullus proximior hæres videtur clerici interfecti, quam ecclesia, quæ eum domino copulauit. vnde infert ibi Panormi. quod si interfectus clericus haberet hæredem consanguineum, illi esset poena applicanda, quem reprobatur Deci. in cap. in præsentia. de probat. numero. 57. dicens, etiam tunc poenam applicandam esse ecclesiæ in hunc modum, ut pro dimidia ecclesiæ competat, pro altera vero parte in vsus pios post obitum offensi, in ipsius animæ utilitatem erogetur. quibus quidem consideratis non omnino mihi displicet Panormi. interpretatio, nam pars dimidia, quæ offenso vere competit, eius hæredibus, si quos habet, exoluenda est, non ecclesiæ: si verò hæredes non habuerit offensus, pro eius anima est distribuenda. quod sentit Henric. in dic. ca. 2. sic sanè præcedit opinio Abb. quo ad poenæ partem, quæ offenso debetur: opinio autem Deci, quo ad partem, quæ ecclesiæ itidem offensi dari debet.

Septimum, aduertendum est, ecclesiam, & prælatum diocesanum, fiscum habere. glo. in c. quia diuersitatem. de conc. præben. quæ singul. est secundum Car. in Clem. 2. §. 1. de hæreti. Anani. & Feli. in cap. excommunicamus. in 1. eod. titu. Feli. in d. c. irrefragabili. §. 1. Barb. in c. 1. de probation. nu. 61. Repertor. inquisitor. verbo. confiscatio. Ant. & Ingola. col. 4. in. d. c. quia diuersitatem. post alios ibi, & secundum Feli. in d. §. 1. hæc est verior opinio, & moribus recepta. id testatur Ioā. Bernar. in pract. crimi. c. 134. idem. c. 124. ad finem. scribit, eam opinionem com esse, frequentissimo vsu comprobata, & quauis de hac re. disputet, idem videtur tenere Ioan. Lupi. in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 39. post Abb. in capi. 2. de success. ab intest. licet Abb. idem in cap. tu. de poenis, dicat hoc iure non probari sic prædictam opinionem secutus censet Aufrerius in capella Tholosan. 274. posse nominari publice fiscalem, procuratorem ipsum tribunalis & jurisdictionis episcopalis: quanuis asseueret id non facile admitti ab Regiis & secularibus magistratibus. Et vere, licet communis opinio obtineat, non est id temere

F permit

Variarum Resolutionum

permittendum, ad explendam auaritiam episcoporū, sed ut ea quæ eorum fisco fuerint delata in vsus pios erogentur, ut ipse Panormita. censet in dicto capitu. 2. & nos paulò antè tradidimus. Nam tex. in dict. Cle. 2. de hæreticis, quæ de fisco ecclesiæ mentionem facit, non est ad fiscū prælatorum, sed ad fiscum Romanæ ecclesiæ, aut cathedralis, referendus: sicut enim bona clerici hæretici habentis beneficium ecclesiasticum pertinent ad ecclesiam, in qua beneficium obtinuit: nõ habentis beneficium, fisco ecclesiæ. cap. excommunicamus. §. damnati. de hæreticis. dicta Clement. secunda. bona autem laici hæretici ad fiscum secularem, & principis deferuntur ut probatur in dict. §. damnati. vnde iuxta hanc distinctionem est intelligendus textus in capit. cum secundum. de hæreti. in sexto. sicuti ibi adnotarunt Ancharan. & Francisc. Bald. item in. l. si quis presbyter. C. de episcop. & cleric. sed quod bona immobilia clerici committentis crimen hæreseos pertineant ad principem secularem probant Oldra. consil. 17. siue is habuerit beneficium, siue nõ habuerit. Guiliel. Bened. in capit. Rainutius. de testamen. verb. & vxorem. numer. 242. & Rupellanus Forensium institutionum lib. tertio. Fo. 307. quibus accedit quod Felin. in dict. capitu. irrefragabili. §. cæterum. columna prima scribit, dicens, ideo ad principem secularem pertinere bona hæreticorum, quia ad eum spectat exequutio confiscationis pœnæ huius criminis. dict. capitu. cum secundum leges. quin ipse Felin. asseuerat eam constitutionem per extrauagâtes quasdam Romanorum Pontificum sublatam esse, & deinde sancitum, ut bona cuiuscunque hæretici diuidantur pro æquis portionibus inter Romanam ecclesiam, episcopū, & hæreticæ prauitatis inquisitorem, quod minimè seruatur saltem Hispaniæ, vbi bona siue mobilia, siue immobilia etiam clerici hæreseos damnati, etiam habentis ecclesiasticum beneficium ad fiscum Regium pertinent, atque ita praxis obtinuit, quæ non est aliena à iure, cum præter Oldra. & aliorum sententiam Rex ipse Catholicus curam habeat constituendi summum illud prætorium, qui in eius curia, & apud ipsum principem causas totius Hispaniæ ad huius criminis punitionem pertinentes tractat, cui præest vnus ex summis Hispaniæ præsulis, qui expensis Regiis per totam Hispaniam constituit, ac mittit hæreticæ prauitatis inquisitores ad labem istam extirpandam: quo fit, ut mirum non sit omnia hæreticorum bona ad principem & Regium fiscum deferri ad tot expensarum subministrationem. ad hæc faciunt, quæ de Regno Franciæ tradit Aufreri. in Clem. 1. de offi.

ordi. regu. 4. Fallenti. 2. Quibus & illud libenter addâ, quod Hieronymus Paulus in practica cancellariæ adnotauit Folio. 33. scribens, bona clerici conjugati cum vnica, & virgine, quæ ab eo ob ali quod crimen lege auferuntur causa confiscationis post condemnationem iudicis ecclesiastici, applicanda fore principi seculari, & eius Regio fisco: quod notandum est præter ea, quæ ipse tradidi in Epitome. 2. parte de. matri. capit. octauo. §. quinto. n. me. decimo.

Ex capite sequenti.

- 1 *Semel absolutus ab obseruatione iudiciij, potest iterum eiusdem criminis accusari: & idem vbi accusatio diuerso iure repetitur.*
- 2 *Absolutus indulgentia principis, iterum accusari non potest.*
- 3 *Absolutus in foro animæ potest in foro exteriori eiusdem criminis accusari: & inibi quæ sit pœnitentia publica, & quæ solennis.*
- 4 *Criminis accusatio non tollitur per baptismi susceptionem.*
- 5 *Quid de absoluto iudicio inquisitionis, aut denunciationis, transactionis causa, aut debitione iuramenti?*
- 6 *Absolutus in foro ecclesiastico si crimen sit missi fori, potest apud iudicem secularem iterum accusari.*
- 7 *Quid de eo, cui offensus iniuriam remiserit: an accusari possit: & de satisfactione iniuriæ quoad honorem, damna & expensas?*
- 8 *Criminis eiusdem repetitio ex interuallo, vel eodem impetu: pluribus ne pœnis sit punienda?*
- 9 *Vbi pœna abscissionis manus, alterius ve membrum, & mortis est à lege definita: an incipientium sit supplicium à minori?*
- 10 *Hæretici quo iure in pœnam criminis comburantur?*

Quâdo crimen semel in iudicium deductū: possit iterum in iudicio tractari? Cap. X.

De his



DE his criminibus, inqt. tex. de quibus absolutus est. accusatus, non potest accusatio replitari. c. de his. rubri. de accusatio. cui regulæ aliquot ex iure civili solent obijci decisiones, quæ permittunt fieri quandoq; , quod per eam prohibetur, & ideo ad eius interpretationem veluti compendio quodã aliquot item intellectus. exponã.

Primò, hæc regula intelligitur, vbi accusatus absoluitur ex eo quòd crimen probatum nõ est, alioqui si absolutus fuerit ab obseruatione iudicij, quia accusator legitimus non erat, tunc poterit iterum eadem criminis causa tractari. tex. in. l. libellorum. §. quod si libelli. ff. de accusa. cap. per scripta. §. libellorum. 2. q. 8. gl. in. c. Epiphanium. §. q. vlti. Ant. Henri. col. pen. Abb. & doct. cõiter in dict. c. de his. quo in loco adnotarunt Marianus & Feli. col. 1. non esse primũ accusatorẽ ad secundã istã accusationẽ admittendũ, imò repellẽdũ fore etiã si modò legitimus sit accusator cessante impedimẽto, quod oberat tẽpore primæ accusationis, nã & si aliz causæ cessauerint, superest ex prima accusatione, & ea finita inimicitia, quæ repellit ab accusando. l. in ipsius. C. famil. hercis. Areti. & rãuiores in. c. 1. de iud. idẽ Aret. in. c. repellantur. de accus. eritq; hic intellectus. seruandus vbiq; ex alia quacũq; causa ab obseruatione iudicij reus absoluitur, nempe ex malè concepto libello, qd eadẽ ratione procedit. & præterea hæc prima interpretatio locum obtinet ex his, quæ ipse latius tradidi libr. 1. huius operis. ca. 1. nu. 8. vbi plura ad hæc rem adnotauit, quæ ad huius capituli sensum maxime vtilia sunt.

Secundò, tunc nemũ eiusdem criminis accusatio repetenda nõ est, cũ primus accusator fidẽ & probẽ officium accusatoris egerit, at si præuarius reus fuerit, iterũ accusatio admittenda est. l. 3. ff. de præuaria. glo. & cõmunis in. d. c. de his criminibus. & probatur præuariatio ex his, quæ Bar. explicat in. l. 1. §. præuicatorẽ. ff. ad Turpilianũ.

Tertiò, admittenda est accusatio iterũ aduersus iam delatum & absolutũ, si quis in hac secunda accusatione propriam vel suorum iniuriãu prosequatur. optimus text. in. l. sicni. §. iisdẽ. ff. de accusatio. modò ignorauerit primam accusationem tractari. glof. communiter recepta in dicto capitu. de his. & probabitur ignorantia proprio iuramento. glof. in dicto. §. iisdẽ. quam Doctõ. in l. si sequuntur. dixit notabilem Bald. in. l. secunda. §. pñulti. ff. si quis caur. notant Anton. Abb. & Folin. in dicto capitu. de his. Aret. consil. 38. colum. vltim. Regia. l. 12. titu. primo. part. 7. fa

cit ad hoc gloss. insignis in capit. significasti. in. 1. de homicid. quæ censet, standum esse cuiuspiam iuramento in his, quæ ad animũ pertinent, si uti ignorãtia, & scientia, ac his similia. idem asseruit gl. in cap. si vero. in. 2. de sent. excõ. per tex. ibi & in. §. sed ista. vbi lafon. num. 89. glof. item in. l. ac qui natura. §. cùm me absente. ff. de neg. gest. tradit latẽ Hippo. in rub. C. de proba. num. 122. optimus text. in cap. pastoralis. de exceptioni.

Quartò, eadem decisio est intelligẽda cùm absoluitur accusatus ab accusatione criminali, quia si secus sit. vbi fuerit absolutus à querela civili, aut civiliter in iudicio proposita, nam tunc iterũ criminaliter accusari poterit. l. 1. C. quando civil. act. crimi. præiudicet, id tamen verum est, nisi vtraq; poena civilis inquam & criminalis ad vindictam tenderet, tunc etenim si actum esset civiliter, agi non posset postea criminaliter. l. prætor edixit. §. 1. vbi Bart. ff. de iniur. Abb. & alij in dict. ca. de his criminibus. optimus text. in. l. quod se natus. ff. de iniur. explicat Bald. in. l. edita. in. 1. re. pec. nu. 5. C. de edendo. & præterea hæc quarta interpretatio est admittenda vbi accusatus absolutus fuerit, quia non probatur delictum, secus etenim si absolutio ex eo facta fuerit, quod reus delictum non commiserit, si quidem in ea specie accusatio poterit demum ab altero, non à primo accusatore tractari. l. qui de crimine. iuncta glof. C. de accusat. Bart. in. l. 2. col. 3. ff. vi bono. rap. Abb. Maria. Feli. & alij in dict. cap. de his criminibus.

Quintò, hæc regula procedit nõ tantũ, vbi per sententiam iudicis fuerit criminis reus absolutus, sed & quando per indulgentiam principis aut eius, quæ crimen remittere possit. gl. communiter, recepta in dict. ca. de his, & in cap. ex tua. de filiis presbyte. quorum sententiam. cõmunem esse cõsequutus fertur Dec. consil. 177. col. 2. modò ea dispensatio quo ad poenam criminis, & quo ad forũ exterius, processerit; alioqui nõ impedit remissio, vel indulgentia accusationis, si vel cõtigerit quo ad irregularitatem, siue restricta fuerit ad forũ conscientie dumtaxat, secundũ Anani. in. d. cap. de his. col. 1. sentit glof. in. c. 2. de schismaticis, quibus ad stipulantur ea, quæ Ludouic. Gomeci. adnotauit in reg. cancellar. de non judi. iuxta formam supplicat. q. 14. & Paul. Parisi. col. 67. lib. 4. Ceterũ in præmissa legẽ, aut cõsuetudinẽ, qua obtineam sit fures pro tertio furto suspendendos fore, & morti tradendos, ea obtinebit, etiam si prima duo furta, aut alterum illorum fuerint indulgentia principis abolita, quia nihilominus apparet cõsuetudo furandi: quod in specie asserit dices sic receptum esse in praxi Chassanẽ. in consue. Burg. rub. 1. §. 5. versic. simplex. nu. 20. idẽ

Variarum Resolutionum

tenet Matthæ. Afflict. in const. Neap. rub. 35. cap. ad legitima pondera. nume. 1.

3 Sextò, idem canon procedit ubi reus à crimine absolutus est per iudicem exteriorem in iudiciali foro, quod si absolutus fuerit in foro interiori conscientiz, quod aiunt, non impeditur accusatio corâ exteriori iudice, cum prior criminis examinatio fiat ad pœnitentiam, & satisfactionem diuinę offensę: posterior verò necessaria sit ad publicam vindictam: & ad reipublicę satisfactionē gló. communiter recepta in dict. capi. de his. quę planè vera est in pœnitentia occulta, sicuti gloss. sensit, & expressim Ananias inibi, Host. Anto. & Inola, in cap. tuæ. de procurat. quasi pœnitentia publica crimen extinguat, etiam quo ad exterioris fori iudicium: quod ego falsum existimo, & præmitto, pœnitentiam quãdam esse publicam: alteram solennem. Publica pœnitentia ea est, quę absq; vlla solennitate publicè sit ex episcopi, vel sacerdotis mandato ubi peccatum publicè commissum fuerit. c. 1. & ibi Doct. de pœnit. & remis. glo. in cap. quę situm. eo. tit. vt peregrinatio cum certis vestibus, verberatio, & hæc plerunq; sacramentalis est in interiori iudicio, modò cõsentiat pœnitens & sinceritè vel expressè permittat peccati reuelationem secundum Abb. in cap. literas. de præsumptio. col. 3. Syluest. verbo. pœnitentia. q. 3. & Marti. Azpilcueta in capit. sacerdos. de pœnit. dist. 6. nu. 98. Origenes quidem apertè distinguit in psalmum. 37. pœnitentiam publicam à priuata, de publica docet, nõ facile nec temerè ad ipsam veniendũ esse, sed præuia matura deliberatione & cõsilio, ob eam causam videlicet, si peccatũ eiusmodi sit, vt & correctio peccãtis, & aliorum ædificatio publicam requirat pœnitentiam: meminit huius loci Albert. Pichius de eccles. Hierarchia lib. 2. ca. 8. folio. 4. extant & ad hanc rem pulchra verba apud Beatum Rhenanũ in admonitione operum Tertulliani: quę ipse tribuit diuo Augustino in lib. de pœnitentię medicina. quę lector reperiet inter opera Augustini Tomo. 9. & Rufus Tomo. 10. Homilia. 50. Solennis verò pœnitentia est, quę olim in capite quadragesimę certis seruatis ritibus fieri solebat, cuius meminit text. in cap. in capite. 50. distin. quę ab alio quam episcopo iniungi non poterat. glo. ibi. & in capi. con. iuerete. ubi Panor. col. 3. de off. p̄sbi. huiusq; solennis pœnitentię sunt quædam sp̄ciales conditiones, eiq; aliqua tribuuntur, quę in pœnitentia publica locum non obtinēt, quemadmodum tradũt optimè Hostien. in summa. tit. de pœnitent. Tho. nas in. 4. sen. dist. 14. q. 1. arti. 5. & ibi Paluda. q. 6. Florenti. 3. parte. tit. 14. cap. 17. §. vlti. tex. in. c. confirmãdum. 50. dist. & in cap. vlti. 16. q. 6. huius

solennis pœnitentię imaginem etiam nunt Saxones seruant in vrbe Alberstadiensi, siquidem in eo templo, quod Virgini matri sacrum est, singulis annis ex plebe aliquis eligitur, quem grauioribus noxis inquinatum putant: hũc ferali, & pulchra veste, obuoluto capite cineralium die in templo statuunt, & peractis sacris ei sciunt, donec per quadraginta dies per vrbis compita vagus, & mēdicās errauerit. interim diuinās eides ingredi cum fas non est: qualemcũque cibum, vel ab ædituis, vel aliunde oblatum non aspernatur, neminem alloquitur: non indulget somnõ, nisi post concubiam noctem: idque in media via, die Iouis, quę Dominicę cœnæ dicata est, ad templum reducit, ibi à sacerdote solennibus quibusdam ceremonijs absolvitur, & à confluente illuc populo stipem accipit. Adamum hunc vocant, & omni crimine expiatum credunt, ac per eum creditur expiata ciuitas, vt cõmemorat Ioãnes Bohemus Aubanus lib. 3. de moribus omnium gentium, ca. 13. quem retulit Martinus Azpilcueta in capit. si quis. de pœnit. dist. 5. Huius etiam instituti meminerit Aeneas Syluius, postmodum Pius secundus, Pontifex Maximus, in Europę descriptione. c. 31. Rapha. Volaterranus Geographiæ lib. 7. quo loco de Saxonibus agit. Beat. Rhenanus in admonitione ad Tertullianum. & Andreas Alciatus libro. 9. parerg. capit. 21. quibus quidem consideratis facie conitat, pœnitentiam, siue publicam, siue solennem plurimum differre ab ea punitiõne, quę sit apud exteriora, & potissimum laicorum tribunalia: & ideo verius est, pœnitentiam ad huc publicam: minimè impedire criminis accusationem: quod in specie probant Abb. Areti. Maria. & Feli. in dicto capit. de his criminibus. idem Abb. in dict. cap. tuæ. Antoni. Burgenfis in capi. 2. nu. 6. de emptio. & vendit. quibus suffragatur tex. in capit. foelicis. §. per hoc. de pœnis. in. 6. Cuius decisionem statim ad alia adducemus, possit profectò opinio Host. & Inol. quam & Hippol. sequitur in singula. 639. procedere in eo, qui dånatus est ad perpetuam pœnitentiam: nam hęc censetur constitutus sub ecclesię protectione. capit. aliud. it. qui secundum Antoni. & Areti. in capi. 2. de for. cõpet. dubito tamen, an id admissuri sint iudices seculares. Quidquid sit, non possum non mirari, quæ ratione ductus Bart. conf. 167. r̄sponderit, p̄misso statuto, quo punitio remittitur ei, qui pacem fecerit cuius offenso: non esse blasphemum puniendum, si pœnitentiam criminis egerit in foro etiam interiori: hoc etenim quasi cum Deo pacem fecerit. subscripsere Bartolo. Ancha. & Anania in. c. 2. de maledicis. Feli. in. d. c. de his. & Deti. cõsi. 137. col. 2. à quibus libētissimè dissentio:

tio: quippe qui existimēt alienum esse hunc sen-
 sum à mente, & intentione legis quæ non cogita-
 uit de pace, quæ cum Deo inira est per poeniten-
 tiam in interiori iudicio: sed de pace, quæ fit cū
 eo, qui ratione iniuriæ admitteretur in foro exte-
 riori ad accusationē prosequendam, qualis est pri-
 uatus quandoq; offenditur. in q; contra Bart.
 est tex. insignis i. d. c. 2. de maled. quib; adde, quæ
 ipse notauit in. c. Rainuti. de testam. i. prin. nu. 18.
 Septimò, nō tantum impeditur accusatio, quā-
 do reus per sententiam semel fuerit ab eo crimi-
 ne absolutus, sed etiam vbi reus Christi fidem Ba-
 ptismo professus fuerit, nam tollitur crimen per
 baptismum. glos. in cap. quod autem. 32. q. 1. & in
 4. cap. sine poenitentia. de consecrat. dist. 4. ex qui-
 bus ita intelligunt dubitationē hanc Calder. An-
 toni. Imol. Anania & Feli. in dict. c. de his crimi-
 nibus. Nisi quatenus crimen damnū proximo
 intulerit, nam hoc nihilo minus est læso refarciē-
 dum. Sed adhuc Calderini sententia falsavideretur
 per text. in capitu. gaudemus. de diuortis. cuius
 ratio præculdubio generalis est, & palam osten-
 dit, crimina quo ad exterioris, & iudicialis fori ac-
 cusationem minimè tolli per baptismum, quem
 admodum glos. inibi censet, quam sequuntur
 Abb. & Maria. in dicto capitu. de his. idem Ab.
 in dicto capit. gaudemus. Cardi. in Clemen. 1. §.
 sanè. quæstio. 14. de vsur. quorum opinionem fa-
 tetur communem esse Anani. in dict. capitul. de
 his. col. 2. idem asserit eam sequutus Deci. in cap.
 quæ in ecclesiarum. col. 7. de const. idem elegāter
 consi. 130. ad ea verò, quæ in cōtrariū adducta fue-
 re, faciliè respondetur: nam procedunt quo ad
 poenam temporalem, quæ debetur præter culpā
 in foro conscientie ipsi Deo ob peccatum quæ
 satisfactio à Theologis rectè appellatur, hæc ete-
 nim, si non remittatur, hic vel in purgatorio est
 exoluenda: hæc inquam poena per baptismum
 remissa cæsetur virtute sacramenti ex merito pas-
 sionis Christi, qui pro nobis passus est: cuius pas-
 sionis merita vel virtute sacramentorum, vel ex di-
 stributione Romani Pōtificis pro peccatoribus
 satisfaciunt. sic sane glo. in. d. c. quod autem. Scin-
 c. sine poenitentia. interpretatur Cardin. à Turre
 Cremata inibi, quicunq; inquit Paul; ad Roma-
 nos. 6. baptizati sumus in Christo, in morte ipsi;
 baptizati sumus. eandem interpretationem pro-
 bat Thomas. 3. parte. questione. 68. articu. tertio.
 Octauò, constat aperte tex. in dict. ca. de his. ob-
 tinere quando reus fuerit absolutus in iudicio ac-
 cusationis, nam si in iudicio inquisitionis fuerit
 absolutus reus, poterit iterum accusationis iudi-
 cio in peti, secundum Doctor. communiter in di-

Et o capit. de his. maximè Anto. Abb. & Feli. qui
 bus aduersantur Bartol. in. l. si cui. §. iisdem. ff. de
 accusat. Anania. consi. 17. col. 3. Deci. consi. 137. exi-
 stimantes absolutum iudicio inquisitionis non
 posse iterū de eodem crimine accusari. idem Ale-
 xand. consi. 11. num. 7. lib. 1. quorum opinio vera
 est iure ciuili, in xta quod iudicio inquisitionis poe-
 na ordinaria criminis infligitur. l. 4. C. de sepul-
 chro viol. Bart. & doct. communiter in. l. 2. §. si pu-
 blico. de adult. Abb. in. 2. col. & alij in capi. in qui-
 sitionis. de accusat. & etiam iure canonico in ca-
 sibus, quibus esset imponēda poena ordinaria hoc
 iudicio, quod fateantur Antoni. Abb. & Felin. in
 dict. cap. de his criminibus. tradunt Inno. in cap.
 qualiter. in. 2. vbi Abb. nume. 20. Cardi. nume. 12.
 Aret. num. 29. & Felin. in. §. licet. col. 1. de accusat.
 Hippo. in practica. §. constante. nu. 83. ex quibus
 deducitur, posse absolutum iudicio inquisitionis
 iterum accusari, quoties nō esset imponēda crimi-
 nis poena ordinaria, quod in dict. ca. de his. cō-
 munitè est receptum. id tanē ipse intelligerem
 nisi foret reus absolutus ex eo: quia crimen non
 fuit ab eo commissum. l. qui de crimine. iuncta
 glos. C. de accusat. hodie frequentissimum est o-
 mnia & quæcūq; crimina à iudicibus tractari ac-
 cusante publico fiscali, q; accusatoris officio fun-
 gitur. & ita eo accusante iudices poenā criminis
 ordinariam non remittunt. ex his etiam constat,
 quid dicendum sit in reo absoluto, vbi crimē tra-
 ctatum est in iudicio per denūciationem, aut ex-
 ceptionem iuxta notata in cap. 2. de ordi. cogni.
 & in cap. 1. ad finem. de excepti.

Nonò, idem canon procedit vbi reus per sentē-
 tiā iudicis absolutus fuerit secus equidem si tran-
 sactionis causa: nam etiā si transactio valida sit po-
 terit alter à transigente idem crimē ad iudicium
 accusatione deferre. glos. in. l. transigere. C. de tras.
 verb. prohibitum. Bart. & Salyc. 4. opposit. quos
 alij communiter sequuntur. probat text. in. l. 3. §.
 penult. ff. de sepul. viola. & in. l. qui coetu. §. vlt. ff.
 ad. l. luli. de vi public. notat Bari. n. l. si. maritus.
 §. si negauerit. ff. de adulte. & Doct. communiter,
 quemadmodum testantur Feli. in dict. cap. de his
 criminibus. & Iason in. l. eum qui. §. in populari-
 bus. ff. de iureiu. num. 10. vbi glo. communiter re-
 cepta hoc ipsum probat, & id verum est quoties
 accusatio nomine publico in iudiciū deducitur,
 at si crimen in iudiciū delatum fuerit priuatum,
 eo accusante, cui is accusandi, & prosequendi
 propriam, vel propinquorum iniuriam præcete-
 ris, & potiori, ac priori loco competit, isq; cum
 reo transegerit, apparet post hæc transactionem
 non posse ab alio remotiori, etiam ignaro prio-
 ris accusationis, criminis causam repeti, cum reus

Variarum Resolutionum

ipse pacem inierit cum legitimo, & cæteris potiori accusatore. iuxta notata in l. 4. §. Cato. per Barto. in fine. ff. de verb. oblig. & in l. pro hærede. §. vlt. ff. de acqui. hæredi. quibus adde Regiam. l. 22. titu. 7. part. 7.

Decimò, eadem canonis constitutio obtinet, si reus absolutus fuerit ex dilatione iuramenti ab aduersario sibi autoritate iudicis facta: nam si post iuramentum istud à iudice ex ea causa fuerit absolutus, non poterit iterum eiusdem criminis accusatio repeti secundum Alex. in l. 3. in prin. colum. penult. ff. de iureiur. vbi sequitur Bartoli distinctionem in l. eum qui. §. in popularibus. ff. eo. tit. quo in loco iurisconsultus hanc sententiã probare visus est. Sed quod etiã non lata sententiã absolutoria: obstat cæteris accusare volentibus delatio iuramenti autoritate iudicis facta: licet cæteri velint nomine publico accusare, probat gloss. in dicta. l. transigere. verb. prohibitum. & ibi Salyce. 4. opposit. Alberi. colum. prima. in dicto. §. in popularibus. omissa Bartoli distinctione: atque ita hanc opinionem, quæ inibi probatur, dicunt communem esse Alex. col. 2. & Lafonnume. 10. in dicto. §. in popularibus. quod notandum est: quãnuis moribus receptum sit, quod in criminalibus iudicijs non admittatur hæc iurandi delationes: nec iudices eas permittunt: propter crebra, & facilis peruria.

Vndecimò, eadem constitutio ita interpretanda est, vt si crimen fuerit misti fori: quale est sacri legum, fortilegium, diuinatio, & similia, quæ tradit Abb. in c. cum sit generale. de for. cõpet. licet reus fuerit in foro ecclesiastico absolutus: possit nihilominus apud iudicem secularem iterum accusari, crimenq; ipsum examinari, & puniri. quod omnium consensu receptum est. imò & si à iudice ecclesiastico reus ob hoc crimen punitus fuerit: iudex secularis adhuc iustè poterit idem crimen examinare, & eius authorem punire. tex. in cap. foelicis. §. per hoc. de poenis. in. 6. quæ ad hoc adnotarunt vti singularem pleriq; Doctores præsertim Abb. in cap. tuq. de procura. pen. col. idem in dict. cap. de his criminibus. idẽ in cap. 1. de offi. ordi. colu. vlti. vbi Antoni. idem tenet text. & ibi Bald. in l. placet. C. de sacrosan. eccles. idem Bald. eleganter in conf. 260. lib. 3. Ancha. in reg. ea quæ. Fol. pe. de regu. iur. in. 6. Aret. & Feli. in dict. cap. de his. vlt. colu. Ioan. Andr. Dominic. & Franc. in dict. cap. Foelicis. §. per hoc. quorum opinionem communem esse asserit Alciar. in dicto cap. 1. in gloss. vlti. quo in loco falso citat Feli. in dict. cap. de his. tanquam hanc esse communem asseuerantem: quam tamen probat, & explicat Areti. in cõsil. 58. 2. dubio. est tamen intelligenda hæc com-

munis sententia nisi poena à iudice ecclesiastico inflicta: fuerit satis sufficiens ad criminis punitio nem & culpæ mensurata: secundum Ioan. Andr. & Domini. in dict. cap. foelicis. Abb. in dict. capit. tuq. & Areti. in dict. capit. de his criminibus. qui censent eo casu nõ posse iterum crimen hoc apud secularem iudicem tractari: quod in praxi admodum vtile foret; & fortassis obseruandũ authore Alcia. in. d. c. 1. quãnuis ipse dubitauerit de huius opinionis veritate: nõ sat iustè, ni fallor. ex quibus non est recipiendũ, quod glo. in. d. §. per hoc. scribit dicẽs, eam decisionem specialem esse: nec vbiq; admittendam fore: nam iuxta cõmunem sententiam idem erit vbiq; crimen sit misti fori.

Duodecimò ad huius capituli interpretatiõem dubitari frequẽter solet: quid agendum sit: vbi offensus, seu iniuriã passus: absolutũ fecerit, ac reddiderit iniuriæ, & criminis reum in animæ iudicio: quippe qui ei dimiserit, & condonauerit iniuriam: an possit apud iudicem exteriorẽ postulare criminis punitiõẽ, & vindictã: cum ei ex aduerso obijciatur, ipsum accusatorẽ verè Christianum esse, & post iniuriã poenitentia sacramentũ suscepisse: cuius dubitationis examen exigit, vt præmittamus, offensum ab altero teneri omnino sub mortalis criminis reatu in animæ iudicio rancorem, & odium illi remittere: non tamen ius accusandi apud iudicẽ, & autoritate publica vindicandi propria iniuriam. gloss. in signis in capi. 2. de homi. in. 6. & in cap. si quis contristatus. 90. di. fin. & in cap. quia præsulatus. l. q. 4. & in ca. 1. de maledic. primũ probatur in. c. ea vindicta. 23. qõ. 4. & in. c. cõ minister. 23. q. 5. c. prodest. eadẽ causã & q. notat diuus Th. & Caiet. 2. 2. q. 68. art. 1. & hii, qui proximè adducuntur ad huius assertiõis secundæ partis probationẽ. vnde fit, vt & si accusatio iusta sit, si tamen præcipua accusantis intentio non tendat ad vindictam publicã, nec ad iniuriæ punitiõẽ, & satisfactiõẽ: sed ad proximi læsionem in eius odiũ: mortale crimen accusator committat: vt docet Thom. 2. 2. q. 108. arti. 1. & ideo si principalis intẽtio recta sit: licet humana fragilitate animus in affectũ aliquẽ aduersus reum labatur: non statim est culpæ mortalis arguendus: ex mente eiusdẽ Thom. & Syluest. verb. accusatio. §. 5. probat itẽ hæc prior pars in. c. accusasti. de accusat. quæ admodũ Inn. Abb. Aret. & alij cõiter eam decisionẽ interpretantur. Posterior pars ratione constat: quia vindicatio autoritate publica, & accusatio, actus est iustitiæ, id est, virtutis, qui prohibitus non est: sicuti in hac specie probat Thom. dict. q. 108. art. 1. & 2. Caiet. dict. q. 68. ar. 1. Ioan. Arboreus libr. 19. Theosophiæ capitu. 3. eruditissimè apud Hispanos Domini. à Soto in relect. de secre

to. 2. membro. q. 5. Mart. Azpilcueta in cap. inter verba. Corol. 60. u. q. 3. Ioan. à Medina de contra ctib. q. 29. hinc sanè plura deducuntur.

Primum, licitum esse iniuriã passõ delinquen tem accusare: etiã si reus cõmissi criminis pœni tentiã egerit. Ioan. Andre. Abb. & Doct. cõmuni ter secũdũm Aret. in cap. accusasti. de accusatio.

Secundum, minimè teneri iniuriam passum re stituere pecuniã, quam accepit, vt iniuriã remit teret: modò boni viri arbitrio æquum acceperit: imò poterit agere in iudicio ad petitionem eius, quod ei ex ea causa fuerit promissum: quod pro batur in. l. transigere. C. de transactio. notat ex pressim Ioan. à Medina de contractib. q. 29.

Tertium, cõstat satis apertè, non esse remissum ius accusandi, & iniuriã deferendi ad exteriorem iudicem ex eo quòd iniuriã passus in animæ iu dicio eam dimiserit & cõdènauerit: siquidem ea remissio ad odium, & rancorem pertinet: non ad ius accusandi. Bar. in. l. non solũ, §. 1. ff. de iniu. & in. l. si tibi. §. 1. ff. de pact. vbi Alex. testatur hãc o pinionẽ cõmunem esse. idem las. in. l. huiusmodi §. xdes. ff. de leg. 1. & Feli. in dict. cap. de his crimi nibus, col. vlt. qua ratione responsum est quæstio ni, & dubitationi huius duodecimæ interpretatio nis: quod ita accipiẽdũ est, vt si plena, & generalis facta fuerit remissio etiã ad exteriore iniuriæ que relam extendatur: sicuti cõsent Alexã. las. & Fel.

Quartò, eodem iure & illud asseueratur: etiã remissa iniuria quo ad forũ exterius, & exteriõ rem accusationem, posse iniuriam passum agere ad dãnã, & expensas, quæ sibi intulit lætio: quæ si ipse ministravit causa illarũ vulneris: hæc enim distincta sunt ab ipsamet iniuriã: quod notant Anchar. & Abb. in cap. 1. de iniur. Hadria. in. 4. vbi agit de restit. bonorum corporis. Speculator tit. de accusatore, §. 1. vlt. quid si vulneratus, nu me. 8. quo in loco scribit hoc verũ esse, etiã si accepta pecunia remissio iniuriæ facta fuerit. opti ma glõ, in cap. si Canonici. de of. ord. in. 6. Bal. in. l. si pro fure. ff. de condict. furt. Angel. in. §. vlt. In stit. de iniur. Ale. cõs. 20. lib. 5. idem consi. 168. nu. 5. libr. 2. Bald. ibi Docto. in dict. l. si tibi. §. 1. Sed vt hæc ipsa communis sententia apertius probe tur animaduertẽdum est, iniuriam alteri inferentem teneri omnino læso, & iniuriã passõ refarcire da mna, & expensas ratione iniuriæ, & læsionis sibi contingẽtes. cap. 1. de iniu. l. ex hac. ff. si quadrũ paup. fecisset iudicatur. nec refert percussus iacuerit in lecto, an non: siquidẽ satis est quod is ob per cussionem impensas fecerit, aut mercedem ordi nariam artis, quam exercebat, lucravi omiserit. Abb. in dict. cap. 1. latius Ioan. Lupi. in cap. per ve stras. 6. notab. §. 9. de donat. inter vir. & vxor. con

stat idem ex Thoma. 2. 2. q. 62. art. 2. Scoto, & aliis in. 4. senten. distinct. 15. q. 3. vbi Ioan. Maior, quæ stio. 19. & Hadria. in cap. de restit. bono. corp. Ex quo apparet, mercedem operarum soluẽdam esse iniuriam passõ iuxta eandem æstimationem, quam ipse, si vere operaretur, consequutus foret. totam etenim hanc æstimationẽ ipse ob per cussionem definit adquirere: & ideo tanti eius interest, percussus non fuisse: quanuis Ioann. Maior existimet, arbitrio boni viri aliquid mi nus soluendum esse percusso quiescenti, quàm ei iuxta mercede laboranti, deberetur: quod non potest vlla ratioẽ defendi. cùm iniuriam passus, si bona vteretur valetudine, nec percussus fuisset artem propriam exerceret, igitur hoc impedito: exercitio: tanti est faciendã æstimatio, quanti fie ret cessante impedimento. Item constat filios, vel hæredes iniuria occisi agere posse ad æstima tionem operarum, quas potuisset impendere, & ministrare occisus, si vixisset, nec interfectus esset: iuxta computationem iuriconsulti in. l. hæ reditatum. ff. ad. l. Falci. sic etenim visum est Pa normita in dict. cap. 1. & in cap. olim. de iniurijs. Specula. tit. de iniur. §. 2. colum. 2. optimus tex. in. l. vltimã. ff. de his, quid eiecer. vel effud. notat Aymon consi. 119. Hippoly. consi. 115. & in singu. 575. vbi scribit idem esse, etiã si homicida ad mor tem in pœnam criminis damnatus fuerit. citat ad hoc text. & ibi Fabrum, & Ange. in. §. iudex. Instit. de obligationib. quæ ex qual. delict. nas. quibus adde, iniuriã passum ex percussione non posse petere æstimationẽ dani sibi imminentis causa cicaricis, quæ ex vulnere faciem defiximẽ efficit: si is sit homo liber. l. ex hac. ff. si quadrũ paup. quam commendat Roma. consi. 1278. vltima. ff. de his qui deie. vel effuder. Abb. in di cto cap. primo. nisi foemina sit secundum Albe ricum post Jacobum Rauennarem in. dicta. l. hæc. & idẽ in quolibet seruo. l. si seruus seruu. §. tu pisse. ff. ad. l. Aquili. Huius tamen quæstionis, quã de satisfactione vulneris illati, & homicidii adduximus, longius examen poterit Lector pe rere à Dominico Soto lib. 4. De iustitia & iure, quæstio. 6. articu. 3. vbi hanc constituit regulam: vt in iis, quæ secũdũ speciem reparari nequeunt, restitutio sit ad arbitrium prudentium faciendã.

Tenerur item is qui alteri iniuriam inculit præter damna, & impensas: aliquid arbitrio boni viri iniuriam passõ retribuere in compẽsationem iniuriæ illatæ: cùm ea haberi non possit pro infe cta. Thomas. 2. 2. quæst. 62. arti. 2. ad primum. Ca jeta. quæst. 72. arti. 3. Hadria. in. 4. in tracta. de re stitutio. bonor. corpo. Scotus in dict. distinct. 15. quæstione. 3. vbi probat, mortuo iniuriam pas

Variarum Resolutionum

fo, in foro animæ posse eum, qui iniuriam intulit, in iniuriæ compensationem aliquid ad animæ alterius utilitatem expendere: nec omnino teneri heredibus pro iniuria satisfacere. Errat tamen Hadria, dum agens de solius iniuriæ satisfactione censet, æstimationem, & satisfactionem faciendam esse tanti, quanti æstimaret percussus se integra & illæsa membra habere: id etenim pertinet ad damnorum: non ad iniuriæ æstimationem. Cæterum, quibusdam visum est ad iniuriæ solius satisfactionem oportere, ut is, qui eam intulit, veniam ab altero petat: nam secundum Thomam dicto articulo secundo, non potest fieri per restitutionem honoris, quæ necessaria est, ut actus ille inferentis contumeliam non præcesserit, nec contigerit: unde diminutio honoris contingens per contumeliam, reparanda est, & tollenda per exhibitionem reuerentiæ: igitur veniæ petitio necessaria est. Quam ob rem Ioannes Ananias in capitu. primo. de maledict. numero. 13. & Anto, Burgenlis in capitu. 1. colum. pen. de empt. & vendi post Barto. in l. si tibi. §. 1. ff. de pactis. existimant, iniuriam passum non teneri dimittere, nec deponere odiuit, & rancorem: nisi is, qui iniuriam intulerit, veniam offensæ petierit. Hoc tamen falsum esse constat ex eo, quod licet quis non teneatur speciali dilectione uti erga inimicum: tenetur tamen eum vniuersali dilectione prosequi: & præparationem animi: ita quidem ut ab vniuersali proximorum dilectione inimicum minimè excipiat. Thom. 2. 2. q. 25. artic. 8. Florenti. 4. parte. tit. 6. cap. 4. §. 1. & sancti inimicum ab hac dilectione vniuersali proximorum exciperet quis, si tantum odio haberet: igitur non potest opinio Bart. vlla ratione probari: nec ex Theologis non defuerint, qui idem probauerint. Unde secundum Angel. verbo. diligere. nu. 2. iniuriam passus etiam ante satisfactionem tenetur omnino abstinere à signis exterioribus, quibus odium proxime significatur: id autem, quod de petitione veniæ diximus, relinquendum est arbitrio boni viri: qui si viderit esse necessariam petitionem veniæ ad honoris restitutionem, eam petendam esse censebit. Quod si aliter possit fieri iniuriæ compensatio, & restitutio, aut si petitio veniæ decens non sit, nec expediens: non erit veniæ petitio delinquenti iniungenda: sicuti docet Caieta. 2. 2. q. 72. artic. 3. & in opusc. 17. quæstionum. cap. 13. versu. Quintum.

Hæc omnia tendunt, ut manifestum sit, distinctum esse ius accusandi, & agendi iniuriarum actione ad ipsam iniuriam puniendam ab eo iure, quo damnū, & expensæ petuntur. agitur etenim ad iniuriam puniendam quandoq; criminaliter, ut reus poenis iure statutis puniatur: quandoq; ciuilitè

ad ipsius iniuriæ pecuniariam æstimationem. §. poena. & §. atrox. Instit. de iniur. l. item apud Labbeonem. §. quod ait pretor. ff. eo. titu. Bart. in l. iniuriarum. in. 2. ff. eod. gloss. Angel. Areti. & Iasonum. §. 1. in principio. de actionib. gl. in dict. capi. si Canonici. Francus ibi post alios. & Felin. in cap. ex tenore. de sent. excōm. Abb. in cap. 1. de iur. Regia. l. 21. titu. 9. parti. 7.

Sic iniuriam passus poterit agere ad punitionem iniuriæ principaliter, ciuilitè, vel criminaliter: & incidenter ad damna, & impensas: sicuti colligitur ex Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. Abb. & Feli. per tex. inibi in cap. postullati. de Iudæ. Iaso in. §. ex maleficijs. de actionib. nu. 77. Quinimo plurimū differt æstimatio ipsius iniuriæ ab æstimatione damnorum, & expensarum: siquidem iniuriæ æstimatio fit ad certam quantitatem iurata ab ipso actore affectionis iuramento: salua semper ipsius iudicis taxatione, ex qua quantitatis iuratæ moderatio fit. l. videamus. §. 1. ff. de in litem iuran. gloss. communiter recepta in principio de actionib. & in dicto capi. si Canonici. vbi Francus, & alij. Rota in nouis. 152. nam vbi iuramentum ad affectionem pertinet, & refertur: non detegitur periurium aliquod ex eo quod quæritatem iurata iudex moderetur: quod palam est. At damnorum, & expensarum taxatio non ita fit: sed primo eorum fit à iudice moderatio: & eorum quantitas ab eo definitur respectu qualitate ipsius vulneris, & iniuriæ passæ: post hanc vero definitionem iuramentum fit ab ipso actore: quo asseueratur vere illam quantitatem expensam fuisse, ac damna illius quantitatis ad minus sibi contigisse. Pandormita. in cap. vltimo. de his quæ vi. metulve causa fiunt. textus optimus in cap. olim. vbi hoc à Doctoribus adnotatum est, de iniur. Bartol. & Iason numero. 20. in l. si quando. C. vnde vi. gloss. in cap. primo. §. secundo. de electionib. in. 6. notant omnes in l. properandum. §. si autem alterutra. C. de iudic. Regia. l. singularis. l. tit. 18. libro. 3. ordi. hic siquidem agitur de iuramento veritatis: & ideo conuenit, ut si qua moderatio à iudice adhibenda est: præmittatur ipsi iuratæ assertioni.

8 Hactenus tractatum est de criminis, quod vere vnicū est, punitione. modo superest examinare quid obseruandum sit: vbi idem delictum, vel statim repetitur pluries: vel vnicō actu plura crimina complectitur? & Bart. in l. nunquam plura. ff. de priuatis delict. nu. 4. scribit ita distinguendum fore, ut si idem crimen repetatur statim ad vnicum, & eundem effectum: nempe plures percussiones, plures ictus, ad homicidium: tunc vnicū tantum delictū censendum sit: homicidium, scilicet, non plura:

plura: nec percussus tenebitur ad poenā cuiuslibet percussiois: sed ad poenā tantū homicidij. l. illud. §. vi. ff. ad l. Aquil. At si repetitio quālibet criminis ad propriū, & peculiarem effectum fiat: & ex quolibet ictu effectus distinctus sequatur: plura crimina iudicāda sunt, & vt plura puniēda: cuius rei exemplum est si quis pluries aliquem, eodem tamē animi impetu, percusserit, tenebitur etem ex pluribus percussioibus ad poenam, quā lege cuiuslibet vulneri inflicta sit. tex. in. d. l. nūquā plura. quo in loco Dinus idē probat: sequitur Anan. in. c. in tantū. de collat. deteg. nu. 5. Paul. Cast. in l. quicumq;. C. de seruis fugit. num. 4. & Alberi. in d. l. nūquam plura. quorum opinio cōmunis est secundum Soci. consi. 62. lib. 1. col. 4. & 5. atq; frequentiori calculo hęc quæstio definitur. ex qua distinctione refert ipse Socinus à quibusdam responsum fuisse: vnicum delictum esse censendū, non plura: quoties eiusdem criminis iteratio fit etiam ex interuallo ad eundem tamen effectum, & ita scribit consultum respondiisse Benedictum à Benedictis: cum ab eō quæsitum esset, an in eadem causa ex interuallo producens plures falsos testes sit puniendus pro pluribus; an pro vno crimine? Cuius responsū Soci. censet esse contra glo. in dict. l. nūquam plura. & contra tex. in dict. l. illud. §. vi. & in. d. l. nūquam. verū: item si quis. nec Bart. distinctio quicquā suffragatur Benedicto: quippe quæ intelligēda sit, quādo iteratur crimen statim non ex interuallo: vt constat ex Angel. in l. inficiando. §. infans. ff. de furtis. addit tamen Soc. nō esse recedendū à Benedicti respo.

Ego sanē hac in controuersia aliquot existimo esse adnotāda. Primum, quoties aliquod & idem delictum iteretur, toties esse puniendū: imo grauiori poena ob eius repetitionem. tex. in cap. 1. de poenis. hoc etiam præmittit, quālibet iterationem puniendam fuisse ex interuallo: nec omittendam esse punitionem criminis, quod repetitur, ex eo quod iam semel fuerit puniendum. Secundo & illud cenſeo verum esse, iuriconsultū in dict. l. illud. & in. d. l. nūquā plura. tractare de repetitione, si verē repetitio est, diuersorum criminū: nō de vnius delicti iteratione. quod ostenditur aperte. Nam si quis seruū surripuerit, & occiderit: duo crimina palam committit. & ideo quia surripuit, furti tenetur: quia occidit, lege Aquilia. Si si quis surripuit, flagello caeciderit, ac demū non flagellis eisdem, sed alia percussione occiderit: tria crimina commisit, furtum, iniuriā, & homicidij. hoc etenim exēplo videtur Ulpianus in dicta. l. nūquam plura. & Caius in dict. l. illud. §. vi. vnde dum Acursius in dict. l. nūquam, existimat post flagella ex interuallo seruū occisum: & si eius interpre-

tatio à Bart. minime probetur: in hunc sensum verissima est: vt intelligamus post flagella, alia percussione ex interuallo seruū occisum fuisse: alioqui si flagellis simul, & alijs ictibus occisus foret seruus: vnicū esset id crimen, non plura: sicuti palam probatur in dict. l. illud. §. vi. in hęc verba. Si idem eundem seruū vulnerarit postea, deinde occiderit, tenebitur & de vulnerato, & de occiso: duo enim sunt delicta: aliter atque si quis vno impetu pluribus vulneribus aliquē occiderit: tūc enim vna erit actio de occiso. his quidem verbis apparet esse omnino necessariū, vt homicidium, & percussio varia, & distincta censeantur delicta quod ex interuallo contingant. Deinde & illud constat, plures percussiones impetu vno eadem rixa i:atas, & si percussus minime mortem obierit, vnicum delictum esse censendum, non plura: quod est contra Bart. & sequaces. Tertium, quoties vel simul, vel ex iteratione criminis siue ita: siue ex interuallo distincta, & diuersa crimina oriuntur: vt plura crimina: nō vt vnicū puniēda sunt. tex. in dict. l. nūquā plura. iuxta cōmūnem eius interpretationē contra glo. ibi. verū. occiderit. que in vers. ob aliud. hoc ipsum, quod probamus sensu: & id verū est, etiā si repetitio criminis fiat ad eundē effectū. tex. optimus in. l. si adulterium cum incestu. in princ. ff. de adulte. tex. in signis in cap. cum pro causa. de sentē. excō. quicquid Barto. & alij quo ad hoc vlti. num. senserunt. Quartum, si eiusdem actus, & criminis eodē impetu & cōtinuatione iteratio fiat: vnicum tantum crimen censendū est, nō plura: saltem quo ad pūblicam vindictā, & punitionē: licet propter iterationem grauius sit puniendū: hoc probatur in dict. l. illud. §. vi. sentit glo. in. d. l. nūquam. verb. ob aliud. ad finē. nō enim quicquā refert, qd percussus ex pluribus percussioibus fuerit occisus: quasi omnes percussiones ad eundem effectum fuerint repetitæ: nēpe ad occidendū: nā idem proculdubio erit dicendū, vbi percussus occisus nō fuerit: nec percussor eundem actum iterauerit ad homicidij, sed tantū ad percutiendum: cum inibi apud iuriconsultū nō constet ad eundem effectum repetitōs fuisse ictus. potuit etenim homicidij contingere præter percutientis voluntatem: & nihilominus idem iuriconsultus respondit: quod aduersus Bart. Dinū, & alios omnino consideranda est: quia hanc sententiā aduersus Bart. probant Ang. de. colū. in. d. l. nūquā plura. vbi scribit ita seruari in toto orbe, & Ananias in. d. capit. in tantum. dum vltimo loco Angeli opinionem retulit. optima glo. magna ad finem in. l. 1. C. vnde vi. Bal. in. l. quicumq;. C. de seruis fugit. num. 5. Ioan. Andre. in reg. delictum. de reg. iur. in. 6. Casti. in

Variarum Resolutionum

Cle. 1. §. si qui. 1. oppo. de priuileg. leg. Ludo. Gomec. in. §. ex maleficijs. nu. 12. Inst. de actio. quod ex illatiōib⁹ apertius probabitur. Nam primo hinc constat, percutientē clericum etiā quinquies eodem impetu, & continuatione quadā, etiā graui- ter, vnica tantū Canonis sentētia excomunicatio- nis affectū esse, non pluribus. Io. And. & Card. in dictis locis: & est cōmunis opinio in. d. c. cū pro causa. Secundō, si quis in alterum eodem impetu plura verba iniuriosa protulerit: etiā si diuersa significant: non esse hic cēsendas plures iniurias: nec plura cōuitia, sed tantum vnum conuitium. tex. in. l. item apud Labeonem. §. ait prator. ff. de iniur. vbi Bart. expressim fatetur, quod si eadem oratio iniuriosa sępē repetatur, vna tantum sit in iuria non plures. quod nota ad intellectū Regię cōstitutionis, quę de puniēdis cōuitijs, & verbis iniurijs agit. Tertio, eodē pacto, si quis eadē cō- tinuatione plures blasphemias in Deū effutierit: vnus tantum blasphemię pœna punitur: vnaq; blasphemia cēsetur: sicuti in specie opinātur Cę- pola consi. criminali. 77. & Alciat. in capi. cū non ab homine. de iudic. nu. 33. Quarto premissō sta- tuto, quo qui alapam alteri impegerit, punitur, aut puniendus sit certa, & definita pœnæ: si quis eadem continuatione, eodem impetu bis alterū alapa percussit, vnica tantū pœna punitur: qua- si secus sit quoties statutum ipsum certam pœ- nam definirit pro qualibet alapa: & pro quolibet ictu percussione: aut pro quolibet verbo iniurioso: tunc etenim plures alapę, plures ictus, plura verba, quorum quodlibet iniuriam perfe- ctam significat: etiā impetu eodem contingen- tia: pluribus pœnis puniēda sunt: secundum Ia- cob. de Arenis in dict. l. item apud Labeonem. §. conuitium. licet Bart. Dinus, & Alber. in dicta. l. nunquā. idem Bart. in. l. si gemina. ff. arb. furt. cę- sarum. & Card. in dict. Cle. 1. §. si qui. indistinctē priori, & posteriori casu responderint: plures pœ- nas esse infligendas. Quinto, ab eadē radice pro- cedit, quod si quis eadem furandi cōtinuatione: &, vti aiunt, incontinenti: plures etiā a pluri- bus dominis furto subtraxerit: vnicum tantum furtum est censendum, & ita puniēdum quo ad vindictam publicam: licet secus dicendū sit quo ad ipsos a quibus res furto ablatę fuerint: cum ob plures rerum dominos videantur plura esse furta: atq; hinc hęc furta non censentur plura ad effectum legis, vel statuti: quo cautum est, furem pro tertio furto suspēdendum fore: cum statuen- tis mens tendat ad puniendam furandi consuetu- dinem secundum Bart. in. l. cum qui. §. idem dicit. ff. de furtis. Angel. Aret. de maleficijs. verb. & ve- stem. cœlestem. cō. 4. Bal. in authē. sed nouo iure

nu. 5. & ibi Cępol. nu. 43. Bald. in. l. si familia. ff. de iurif. om. iud. ad finē. Alciat. in. d. c. cū non ab homine. num. 32. Gomec. in. §. ex maleficijs. de a- ctionib. nu. 12. ex his, quę notātur in. l. scire debe- mus. ff. de verb. obli. & in. l. sancimus. C. de dona- tio. §. si autem. Sexto, his pęquis, & examinatis deducitur sensus, & vera cognitio eius, quod hac in re tradiderūt Ioan. Andr. in. d. regu. delictum. de regu. iur. Card. in dict. Cle. 1. §. si qui. Alber. in d. l. nunquā plura. existimātes, repetitionē eiusdē criminis etiā eadem actus cōtinuatione contin- gentem, censendam esse plura crimina, & vt plu- ra puniendam: quoties agitur de pœna à lege in- flicta non ratione publicę vindictę: sed ratione læsionis, ratione iniurię priuato illatę. hoc ete- nim ita accipiendū est, ni fallor, vt grauius etiā in satisfactionē priuati offēsi puniatur crimen, etiā eodem impetu iteratū: non tamen vt ob quā libet iterationem pœna à lege definita repeten- da sit: quod est omninō considerandum.

Quintum, est hoc in tractatu pęnotandū: eius- dem criminis ex interuallo iterationem concu- rentem ante prioris actus legis, vel iudicis puni- tionē circa eandē personam: quantū ad puni- tionem, & publicā vindictā, vnū & idem crimē cen- seri: ita quidem, vt pœnæ repetitio non fiat: licet eadem augenda sit. Et tamen verē plura sunt cri- mina, & tot, quot iterationibus possunt numera- ri: quasi ad eundem effectum iteratio fiat. quod Bart. notat in. §. infans. l. inficiando. num. 3. ff. de furt. Bart. & Alber. in dict. l. quicumq;. C. de ser- uis fugit. Benedic. à Benedictis, & Soci. dict. cōsi. 62. lib. 1. col. 4. qui vnanimi consensu hoc ad pra- xim deducūt: vbi quis ad obtinendam in eadem lite victoriā ex interuallo plures corruptit testes, & eis vel instrumentis falsis ex interuallo vitur: hic etenim vnica pœna & si grauiori ob iteratio- nem puniendus est. Hinc ego infero, quod si etiā in eadem lite, & ad eundem effectum quis semel testibus falsis vsus, fuerit pœna ordinaria puni- tus, ac deuiū iterū testes alios corruerit: & vsus eis fuerit: erit omninō iterum pœna ordinaria puniendus. Sic sanē si quis semel percussit Ti- tium clericum, & ob id ipso iure à Canone sit ex- communicatus, atq; iterum eundem clericum ex interuallo percussit, alia Canonis sententia ex- cōmunicationis ligabitur: nam semel excommu- nicatus: iterū potest excommunicari. glo. in dict. cap. cū pro causa. & in cap. officij. de sent. excōm. & in cap. ita quorundā. de iudic. text. vbi Panor. & alij in cap. reprehensibilis. de appel. quod plu- rimum refert quantū ad absolutionē ex his, quę à gloss. & Doct. notātur in dicto cap. officij. & in dict. cap. cum pro causa. vbi Henri. & Panormit. Roma.

Roma. conf. 326. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. arti. 5. Syluest. verb. absolutio. 3. §. 7. Felin. in cap. quod super. de fide instrum. ad finem. Ancha. in Cle. 2. de sent. excom. gloss. in cap. ex parte. de off. ord. Regia. l. 29. tit. 9. part. 1.

Verum, si idem crimen ex intervallo iteretur ad uerfuse eundem, ob alium tamen effectum: existimat Bar. communiter receptus esse hoc crimē à priori distinctum, atque ut diuersum iteratio- nā. pœnæ puniendum: quemadmodum si quis ad obtinendum aduersus Titium falsis utatur tes- tibus in vna controuersia: ac demum in alia fal- sis iterum testimoniis instruat iudicem: nam hic variis pœnis punietur. Ego quidem potius opi- nor ratione priuatæ offensæ, & publicæ vindictæ arbitrio recti, & discreti iudicis, pœnā augen- dam fore, quàm iterandam. quod sentit glo. in l. vulgaris. ff. de furtis.

Quod verò diximus eiusdem criminis ex inter- uallo iterationē nouum esse delictum: patet ma- nifeste in cap. 1. de pœnis. & glo. in cap. imitare. 6. q. 1. tex. in cap. apostolicæ. vers. deierauit. secun- dum Ancha. ibi de re iudica. in. 6. notant Abb. Areti. & Feli. in cap. sicut. de testi. per tex. ibi. Sio Bar. in dict. §. infans. num. 7. scribit, pluries delin- quere eum, qui etiam eodē die ex intervallo ad- uersus legem. pretium vini. definentem adiecta pœna: pluribus, vel eidem certas, & distinctas vi- ni mensuras vendiderit: ita quidem quod distin- ctæ fuerint venditiones. & hoc verum est in deli- ctis momētaneis: nam secus erit in successiuis, & ubi delictum iteratur ex continuatione, & perse- uerantia cōsiderato eius primo initio: potiusquā ex noua eius cōmissione. probat tex. in. d. §. in- fans. l. ei qui. ff. de furtis. vbi ex iterata rei furtiuz cōtrectatione, vnum tantum non plura sunt fur- ta. ad idem. l. maritus. §. sex mensium. ff. de adul. quo in loco probatur ex cōtinuatione adulterii vnum censeri non plura adulteria. optime do- cent Bal. in. l. quincunq. 2. colū. C. de seruis fugit. Ancha. conl. 4. Card. in Cle. 1. de cōsang. & affin. quæst. 10. vnde si esset isthæc continuatio interrup- ta: maximè ex eo quod semel fuerit crimen ad iudicium deductum, & punitum: sequuta post- modum iteratio nouum esset crimen: etiam quo ad punishmentem: quod est notādum ad eas consti- tutiones, quæ de puniēdis concubinariis tractāt. Est & ad hæc glo. insignis in dict. l. vulgaris. ver- fur erit. quæ licet dixerit in hac specie, cum quis alienam vxorem pluries cognouerit cōtinuatio- ne quadam plura videri adulteria: tamen vnica tantum pœna eam continuationem puniēdam esse asseuerat. Cuius opinio cōmuniter omniū calculis recipitur: etiā si de pœnā pecuniaria, alia

ve iterabili tractetur: sicuti expressim responde- runt Bar. conf. 122. Bal. Ancha. & Card. paulò an- tē citati. Angel. de maleficijs. §. che may adultera- to. 14. colū. lafon in. l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. num. 15. Roch. Curtius in capi. vlt. de consue. notab. 1. tamen si Barto. in dict. l. vulgaris. contrarium tenuerit scribens: ideo adulterij con- tinuationē vnica tantū pœna puniri: quia adul- terij pœna iterari non potest: cū ea sit pœna mor- tis. l. quāuis. C. de adult. Hæc etenim ratio Barto. minime procedit: cum nimis restringat glo. senē- tiam, & præterea falsa sit: siquidem iure Pander- ctarum, quod gloss. interpretatur, nondum erat pœna mortis aduersus adulteros statuta: iuxta- ea, quæ ipse tradidi in Epitome de matrimonijs. cap. 7. §. 7. nume. 16.

Illud pfectò obseruandum esse cenfeo, quoties ob aliquod crimen à lege infligitur pœna ampu- tationis manus, & mortis: incipiendam fore exe- cutionem pœnæ ab amputatione membri: & sic à minori pœna. Bart. Bald. Angel. & Platea in. l. omnes. C. de delatori. hoc ex Accursio inibi de- ducetes: cum tamen is id expressim nō probaue- rit Bart. item accedit Corset. in sing. verb. pœna. & Paulus Castrensis in Authēt. sed nouo iure. C. de seruis fugit. Angel. in. l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. glo. optima in. l. 1. C. de mulier. que propriis ser. se coniu. quibus ea ratio suffragatur, quod altoqui pœna amputationis manus: si cadaueri inferatur: pœna non est. l. 1. §. quoties. & §. si fortè. ff. de iniur. qua ratione idein Corset. ver- bo. pœna. probat, viuū esse delinquentē combu- rendū: quoties à lege pœna ignis fuerit præfinita. l. vniuersi. C. vbi caus. fiscal. & in. l. si quis à barba- ris. C. de re milit. lib. 12. qui tamen tex. id expres- sim, & in specie fau. xerunt. rationi vero congruit cum post mortē cadauer ipsum incapax sit pœ- næ: siquidem sensibus caret: ipse nimis impiam, & crudelem esse cenfeo Bar. & sequacium senten- tiam: lenta etenim mors, quæ tot cruciatibus af- fligit delinquentem, solet eum in blasphemias, & salutis æternæ desperationem inducere. Quam ob rem apud Christianos, eam opinionem effu- giendam fore existimo, nisi criminis atrocitas al- liud requirat. Nam & cōtra Bar. est optimus tex. in. l. prima. in fine. ff. nil nouari appellat. pendi: quo in loco Paul. Castrensis à Barto. discedit: & eadem ratione opinionem Barto. improbat For- tuni. in. l. Gallus. §. quidā rectè. ff. de lib. & posth. colū. 24. id etenim quod glossa scribit in dict. l. 1. potest sanè pcedere, quia pœna minor leuis est, nempe verberatio: & hæc etiam si præcedat mor- tis supplicium: non efficit ipsam mortē lentam, nec inducet in desperationem. Sic solent iudices homines

Variarum Resolutionum

homines sceleratos damnare ad mortem hoc addito, ut prius publice in quodam sparteo sacculo trahantur per terram ligati equis, aut mulis: si qui dem hæc præuia pœna leuiter infertur. Nec refert amputationem membrorum fieri post occisionem cadaueri exanimi, potius quàm delinquenti: cum & post mortem in criminis pœnâ cadauera dilacerentur, aut cõburantur, vel insepulta maneat; ita ob effugiendam impietatem, pœna legis Põpæ de parricidijs mortuo infertur, & cadaueri, potius quàm parricidæ: is etem prius quàm in fufus culep in amnem mittatur repentino mortis supplicio strangulatur. Eodem pacto apud Christianos, si delinquens ex lege cõburendus fidem Catholicam profiteatur: non comburitur viuus: imò prius strangulatur, & occiditur: ac demum corpus eius igni, & flammis traditur.

¶ Cæterum, prætermittendum non est, hæreticos, qui iudici seculari puniendi traduntur, morte puniendos esse. I. Arriani. & I. quicunque. C. de heretico. in cap. penult. eo. tit. Hæc vero mors igne infligitur secundum Hostien. Ioan. Andr. & Abb. in cap. ad abolendam. & Abb. in dict. capit. pe. de hæret. Bertran. cons. 212. lib. 2. & Paul. Grilladum de hæreticis. q. 3. quod videtur probari Ioannis cap. 15. Si quis in me non mæserit, mittetur foras sicut palmes, & arefcit, & colligent eum, & in ignem mittunt, & ardet. Ozias Rex fecit comburi ossa hæreticorum sacerdotum Reg. 4. capit. 23. libri item hæreticorum comburendi sunt ne legantur: quod late probat Alfonso à Castro libr. 2. de iusta hæretic. punit. cap. 15. Nau & Arij hæretici libros combustos fuisse in cõcilio Nicæno, testantur Socrates lib. 1. ca. 9. & Sozomenes lib. 1. Histo. eccles. capit. 21. facit ad hæc. l. 3. C. de Iude. & I. nullus. C. de malefici. & mathe. & I. sacrilegij. de sacrilegi. & ad. l. lul. peculat. licet in hæreticis minimè loquatur. Quâ ob rem in primis obseruandû est, iustissimè hæreticos pœna ignis puniri, & æquissimè hanc hæreticorum combustionem moribus inductam esse: sicuti palam est, & probant Ioann. Echius contra Lutherum articu. 27. Ioan. Arbor. Theosophiæ libr. octauo. capit. nono. Alfonso à Castro dict. libr. 2. ca. 12. Ioan. Coraf. lib. 3. Miscel. capitu. 8. aduersus Zafium consi. vlti. primæ partis. Eandem pœnam aduersus Hæreticos iustam esse, pbare mihi videtur Arhanasius lib. de fuga. cuius verba tradit Socrates lib. 3. Histo. eccle. c. 8. quorum rationes, & authoritates missas facio: eoque obuia cuique sunt horum scripta: & quod res sit manifestis rationibus satis probata: & item authoritate diui Gregorij. lib. 1. dialogorum cap. 4. qui testatur Romæ Basilium quendam Magû combustionem fuisse: & Constantiensis Concilij,

quod Ioannem V Viteff hæreticum pronunciauit, memoriâ eius damnauit, ac iussit ossa exhumari, & comburi. Eodem item congregato concilio Hieronymus Praga hæreticus damnatus: ab his, qui concilio aderant, traditus seculari potestati comburitur. Hæc verò ignis pœna nec iure Pontificio, nec Ciuili statuta est vsque ad Imperatorem Fredericum Secundum: Regem item Neapolitanum: qui Anno Domini millesimo ducentesimo vicelimossecundo legem sanxit, qua hæreticos viuos comburi iussit. huius meminere Reperitorium inquisitorum verbo; comburi. Matthæ. Afflict. in constitutionibus Neapolitanis titul. 2. nume. 43. Ludouic. Carrerius in pract. crimi. tit. de hæretic. num. 132. extat ipsamet lex inter Neapolitanas constitutiones rubri. 1. incipiens: inconsultilem tunicam. idem apud Hispanos post hanc Frederici legem annis ferè viginti statutum est. l. 2. titu. 26. part. 7. & l. 2. tit. 1. lib. 4. fori. vnde quod Hosti. Io. And. & sequaces scripsere in dict. ca. ad abolendam. potius ad consuetudinem, quàm ad ius referendum est. Nec locus Ioannis quicquam probat ad hanc rem, cum intelligendus sit de pœna ignis æterni. quod ostendunt Alfonso à Castro dict. capit. 12. & seq. Villadiego de hæresi. q. 15. Henric. in dict. cap. ad abolendam. col. 6.

Tandem in Hispania hæretici, qui traduntur iudicibus secularibus, si pœnitentiam egerint, etiâ in ipso mortis tempore, nec hæresim ipsam proteruè, & contumaci ad obitum vsq; asseueratione probauerint, prius quàm igni tradantur, occiduntur faucibus compressis: nam & hi ad pœnitentiam ab ecclesia recipiuntur: eisq; ministrantur sacramenta absolutionis, & Eucharistiæ. c. super eo. de hæret. in. 6. etiam si millies fuerint relapsi. hi verò qui hæresim ita amplexi fuerunt, ut nec ipso mortis tpe eius pœniteat, viui flâmis traduntur absq; vlla, qua indigni sunt, iudicij misericordia.

Hinc ad effugiendam inhumanam pœnam, qua iudices Collegij instituti apud Hispanos ad persequendos, & puniendos delinquentes in eremo, utebantur, qui vulgò dela hermandad dicuntur, sancitum est à Carolo Cæsare Primo Hispanorum Rege Segobiæ, anno millesimo quingentesimo tricesimo quarto. l. 76. pœnam sagittarum in quenquam exercendam minimè esse: ni prius is faucibus cõpressis straguletur. quod pietati iustissimi, & Catholici principis tribuendum est.

Ex capite sequenti.

- 1 Instrumentum non liquidum, an ex lege Regia & Statutis Italiae executione parata habeat?
2 Quid

- 2 *Quid de instrumentis conditionalibus? & inibi, & numer. sequenti Regia legis praxis.*
- 3 *Quandoq; apud suprema Regis tribunalia executio partim reuocatur, partim benignitate quadam temperatur.*
- 4 *Scriptura priuata quadoque habet ius executionis summarie.*
- 5 *Examinatur decisio Bart. i. l. 3. ff. de annuis le. de promissione soluendi centum tribus terminis.*

De executione instrumenti publici, quod conditionale est vel liquidam quantitatem minime continet. Cap. XI.



Plerisque in locis statuto cauetur: & lege Regia cautum est: quod instrumenta publica ita parata habent executionem, vt absque iudiciorum ordinarijs solemnitatibus, dilationibus, & libellorū formulis: captis statim pignoribus, & publica subhastatione veditis executioni mandent. Regia. l. 4. & 5. tit. 8. lib. 3. ord. & l. 64. Tauri. nisi debitor intra decē dies à die, quo ipse à iudice perierit, captionē pignorum, causa executionis praemissam, & mādato iudicis factā reuocari, aliquid allegauerit & pbauerit, quod legitime vltimā pignorū captorū veditioē impediāt: sicuti eisdē legibus expressum est: ad quā praxim dubium est, qd agendū sit de instrumentis publicis, ex quibus apparet pmissum fuisse interesse damnorū, seu expensarum restitutionem, vel aliud, quod certa quantitate, nec liquidū, nec definitum est. Nam Bart. in. l. 1. num. 17. ff. de legat. 2. existimat etiā in hac specie legibus, & statutis locū fore, & hęc instrumenta statim esse tradenda executioni: cum in ipso etiā summario iudicio facillimē, qd modo incertum apparet, liquidum & certum fieri possit. probat hoc ex eadem. l. r. vbi obligatio presentēnter absq; die, & conditione, tamen si eius quantitas in arbitrium alterius, & eius definitionem conferatur. ad idem est optimus tex. in. l. 1. C. de sent. quæ sine cert. quant. profer. qui probat eam dici certam sententiam, quæ condemnat aliquē ad vsuras, interesse: quod liquidum non est. Sic & in vniuersalibus iudicijs sententia cetera pronunciat, vniuersalis tamen, & in executione tractatur de certa quantitate, certive

rebus definiēdis. glo. cōmuniter recepta in. l. 1. ff. de xendo. quo in loco Bar. num. 8. Paul. Cast. num. 9. Fulgo. num. 6. & Roma. 4. idem Bar. in. l. 2. C. de sent. quæ sine cert. quant. eandem opinionem probant tex. optimus & ibi Barr. in. l. 1. defensionis facultas. C. de iure fisci. lib. 10. idem Bart. in. l. 1. ff. iud. solui. vlt. col. Roma. cōf. 76. col. 2. ad idē est locus iuriconsulti in. l. minor viginti quinque annis; cui fidei cōmissum. ff. de minorib. item sententia plerunq; fertur in iudicijs generalibus, quareus damnatur ad reddendā administrationem tutelæ, l. 2. C. de iudic. & tñ in executione huius sententiæ tractatur de rationibus dandis, & liquida quantitate definienda: ad cuius solutionem reus cogatur per executionē: quemadmodum communiter omnium sententijs probatum est in dict. l. 1. & in dict. l. 2. & in forensi praxi frequentissime seruatum. tandem opinionem Bartoli fatetur communem esse lafon in dicta. l. 1. ff. de xend. num. 31. & 31.

Contraria opinio pluribus autoritatibus, & rationibus instrui potest: & prima, qd Regia lex expressim exigit, certam quantitatem definitam fuisse in instrumentis, vt fia: summaria executio: quod patet in dicta. l. 5. Secundo ex eo quod nihil iure peti potest, donec exploratum sit quid debeatur. l. hoc iure. ff. de verb. obliga. idem probat tex. in. l. perinde. §. notandū. ff. ad. l. Aquili. l. vlti. C. de cōpensat. ad idem tex. in. l. hęc autē. §. non defendi. ff. ex quib. caus. in pos. eatur. Et præterea, si instrumentū non liquidū mandetur executioni dato præcepto solutionis: aut captis pignoribus, & reus nihil aduersus instrumentū intra diem à lege definitam allegauerit, nec probauerit, contingeret plane executionem ipsam omnino finire: nondum ipsius instrumenti quantitate ad certitudinem redacta: quod est satis contrarium iuri, & rationi: qua argumentatione vitur aduersus Bartli. Soci. consi. 89. libr. 3. col. 2. vbi communem opinionem reprobat post Bal. in. l. vlt. C. de compens. & in. l. 2. C. de exeq. rei iudic. Soci. consi. 51. lib. 1. colū. 3. Aret. consi. 21. d. d. vltio. 3. & consi. 32. dubio. 1. Bal. & Cnma. in. l. r. ff. de legat. 2. Bal. in. l. cum testamento in fine. C. de testam. manumif. Bart. in dict. l. perinde. §. notandū. Alexā. consi. 188. lib. 2. & lafon in dict. l. 1. num. 31. ff. de xendo. & Rebuffus super Regias constitutiones tract. de literis oblig. arti. 1. glo. 9. nu. 8. ex quibus satis dubia redditur Bart. sententiā: cuius interpretatio, & verus sensus diligenter est examinandus vt plane constet an Bar. ipse contrarias hac in re opiniones scripserit: & qui in praxi agendū sit: In summa instrumenti non liquidū executio petitur, & fieri potest in hūc sanē sensum: vt summario

Variarum Resolutionum

mario iudicio citato reo ipso: prius ad liquidam. quãtitate[m] deducitur ipsius cõtractus incertitu do: ac demũ hoc actõ legitimis probationibus vtrinq; productis, fiat exequutio: deturq; mãda tum a iudice de capiendis pignoribus ad vendi tionem, aut ipsomet reo ad carceres ducendo in bonorum subsidiũ: ita tandem vt ante hanc sum mariam quantitatẽ definitionem præceptũ hoc nec detur: nec reus ipse, nec bona capiantur. nul libi enim iure probatur, posse à iudice exequẽte pignora capi, nec cõdemnatum in carcerẽ pro solu tione duci, nisi constet quid soluere reus tenea tur. huius sententiã auctores sunt Bart. in dict. l. proinde. per tex. ibi. ff. ad. l. Aquil. §. notandum. idem eleganter in. l. i. col. vlt. ff. iud. solui. Bal. in l. 2. nu. 9. C. de exequut. rei iudi. Alex. in. l. i. ff. de leg. 2. nu. 12. Aret. dic. conf. 21. dubio. 3. Iafon in. d. l. i. nu. 32. ff. de edẽ. Soc. in dict. cõf. 89. libr. 3. col. 2. expressim Roder. Xuares in rep. l. post rem. ff. de re iudic. 4. limitat. ad. l. Regiam. dicẽs ex hoc quod prius, quam exequutio fiat à iudice, petet actor, vt reus cogat in interrogationibus responde re ad definiendam, & probandã liquidam cõtra ctus quantitatẽ. Quinimo hanc opiniõẽ dedu ci à Bar. in. d. l. i. ff. de æden. & in. l. i. ff. de leg. 1. & his qui eum sequuntur, constat. quia ipsi. cõsent. in iudicio exequutionis absque litis contestatio ne, libello, testium publicatione, & aliis solenni tatibus ad liquidum deducendam ipsius contra ctus quantitatẽ, vt appareat ad quam vsq; quã titatem sint pignora capienda, & subhastatione publica vendenda: alio qui absurdum esset, dari à iudice mandatum. de capiendis pignoribus pro incerta quantitate, nec id posset vllõ iure defen di. deinde Bart. & qui eius opiniõni subscripsere probationem adsumunt ex glos. in dict. l. i. ff. de eden. vers. vt perinde. quã scripsit, sententiam su per iudicio vniuersali incertam valere. quia in iudicio exequutionis poterit ad certitudinẽ redu ci, & tamen apertissimum est, lata sententia in iudicio vniuersali non posse exequutionem actu fieri captis pignoribus donec certum sit quid ex ea sententia debeat. atq; ita passim fit apud Su prema regni tribunalia. vnde manifestum est, his omnib; diligenter perpensis, Bart. ipsum nec cõ traria scripsisse, nec vllibi voluisse, contractũ nõ dum liquidum, etiam iure Regio, & statutorum, posse statim mandari exequutioni captis pigno ribus, vel ipso reo.

Ceterum Paul. Castrens. in dict. l. i. ff. de eden do. num. 9. contrarium tenet, scribens in hunc sanẽ modum. Eodem modo dicunt Doct. si statu tum dicat, quod instrumentum mittatur exequu tioni, & ego habeo instrumentum super summa,

non liquida puta super interesse, possum petere exequutionem, & facere capi te, vel bona tua, & postea liquidabo quãtitate[m]. Hactenus Paulus. cuius opinio ad communis, vt ipse existimat, sen tentiã interpretationem hanc rationem habere videtur, quod etiam captis pignoribus ad exe quutionem, interim dum subhastatio fit, & vlti ma licitatione pignora licitã venduntur, potest actor citato reo summam incertam, certam pro bationibus efficere, potissimũ id iure Regio qui busdam placet, quia reus eodem iure potest tace re, & expectare diem vltimum subhastationis, & tunc seipsum opponere exequutioni causas in iudicio proponens cur fieri non debeat, imò sic reuocanda, à quo die habet itidem decem alios cõmunes quidem sibi & actori ad probandas exceptiones, quẽ exequutionem impediunt iux ta. §. 9. Pragmaticẽ ordinis judicialis. 42. igitur dũ subhastatio peragitur seruata iuris solennitate, & intra hos decem dies poterit priusquam exe quutio finiatur ad certam & liquidam quantita tem cõtractus incertus deduci, vt iuxta eam defi nitionem solutio fiat. Hęc tamen praxis palãm refragatur Bart. eiusq; ad fecis. si recte eorũ sen sus perpendatur, & presertim Barth. Soci. qui in dict. cõf. 89. libr. 3. col. 2. præmissõ statuto omninõ Regiã legi simili, respõdit: non posse à iudice dari præceptum de capiendis pignoribus, nisi prius constet quãtitas certa. Nam, vt is ait, dies dati ab staturo ipsi reo, solum datur, vt is probet solutio nem aliãvẽ exceptiõem, quã exequutionem om ninõ impediãt, non ad definiendam certã obli gatiõis quãtitate[m], & ideo ipsa lex in specie san xit, non probante reo quidquam intra decẽ dies exequutionem finiendam fore, etiam si actor ni hil præstiterit, quod ex Pauli Castrens. decisio ne fieri nequit, si quidem reo non probante, si actor itidem certam quantitatẽ obligatiõis non ostẽderit, exequutio finiri nõ debet, imò id iudi cium cessat. & præterea, si admittendus est Pauli Castrens. sensus, quam obsecro quantitatẽ iudex in præcepto definiãt, vt pro ea soluenda pignora capiantur? si dixeris, nullam profectõ ridiculum est pignora capi iudicis auctoritate, ni prius com pertum sit, ad quam vsq; quantitatẽ capienda sint, erit etem incertus exequutor, qui si capiat pignora maioris valoris, quã par est, iniuriam facit reo: at si minoris, actori. quod si capienda sint pignora pro ea quantitate, quã actor, cum petit exequutionem, expresserit, velim profectõ mihi ostẽdi, quo iure id fiat. Non me latet quan doq; secundum hanc Pauli interpretatiõẽ exe quutiones fieri, & factas fuisse, & tamen si pre ceptum à iudice fiat de capiendis pignoribus, vel persona,

persona, nondū, summarie saltem, definita quantitate, & ab eo appellatum fuerit: non video quare sit præceptum id confirmandum, imò reuocandum esse censeo. sic Rupellanus Forensium institutionum lib. 1. cap. 4. testatur, apud Gallos non esse vsu forensi receptam Pauli opinionem, nisi prius quantum inter aliquod factum sit, quod si à præcepto appellatum non fuerit, & facta sit executio, atque intra decem dies certa definita fuerit quantitas, pronūcieturque à iudice peragendam esse, & finiendam bonorū subhastationem à qua pronunciatione sit appellatum, tunc non solet reuocari iudicium hoc executionis ex hoc defectu certæ quantitatis, nec ex eo quod præceptum à iudice processerit intèpestiue. & ita sit frequentissime, censeturque iudicium istud iure executionis etiam apud iudices appellationis.

Primum, ex his constat, non esse necessarium, imò falsum, damnosum, & inutile quod hac in re scripsit Baldo in l. 2. nu. 11. C. de execut. rei iudi. ubi sensit oportere prius quam instrumentum non liquidum, mādetur executioni, ipsius certæ quantitatis examinationem fieri, ac super hoc articulo à iudice interloquutorie pronūciari. idē probat Soci. cons. 51. lib. 1. col. 3. Nam, ut dixi, hæc pronunciatio necessaria non est: imò noceret expeditioni executionis, & forsitan, appellatione ab hac pronunciatione proposita, iudiciū ipsum ex summario ordinariū efficiet. quamobrem à Baldo recedit Rodericus Xuares dict. limitatione 4. fateor tamen licere omnino ipsi reo huic examini, & certæ, ac liquidæ quantitatis definitioni obijcere quicquid iure eidem obeisse potest, licet statuto, vel lege prohibita sit contra instrumentum exceptionis obiectio, cum hic contra instrumentum nihil opponatur, sed aduersus definitionem certæ ipsius contractus quantitatis, quæ ex ipsa scriptura certa non est. quod expressim Baldus asseuerat dict. num. 11. quem Hippo. sequitur singula. 168. idem Ioann. Baptista in l. admonendi. ff. de iure iur. col. 22.

Secundò, deducitur hinc non posse procedere, nec iure probari quod scribunt Soci. cons. 89. libro. 3. & Roma. cons. 11. dum existimant, opinionem Bart. in dict. l. 1. ff. de legat. secundo. quam diximus communem esse, veram censeo, ubi instrumentum continet quid incertum, vniuersale tamen, ut peculium, hæreditatem: secus tamen esse dicendum si contineat instrumentum quid incertum, particulare tamen, ut interesse, damna, & similia: tunc etenim non posse instrumentum istud iuxta statutorum decisionem mandari executioni censent. quod proculdubio falsum est, utroque etenim casu satis probatur communis opinio,

Tertiò, rursus apparet opinionem Bar. & communem obtinere, etiam ubi lex vel statutum non tantum ipso iure faciunt executionem, sed & ipsam faciendam iudici committunt: quia iuxta verum sensum eius, quod Barto. scripsit, nil refert fiat executio statim à lege, vel sit à iudice ex lege peragenda, quicquid Bartho. Socin. scripserit in dict. consil. 89.

Quartò, omnibus his diligenter inspectis arbitrator Pauli Castrensis sententiam admittendam fore in ea specie, ubi instrumentum continet certam tritici, vini, aut olei quantitatem: nam mādatur executioni antequam liqueat quantus sit tritici valor, siquidem valoris incertitudo debetum incertum non reddit, quamobrem ex præcepto iudicis viator, seu apparitor, aut publicus minister statim capiet pignora, eisque ablatis, dum auctio & subhastatio differuntur, certus constituitur tritici, aut vini valor per testes, aut probos, peritosque estimatores. quod expressim decisum est à Rupellano lib. 1. Forens. institu. capi. 4. & apud Gallos legē Regia statutum à Francisco. eorum primo eius nominis Rege, ut constat capit. 76. ex Francisci legibus. idem existimo apud nos seruari posse, quia & iure Regio Hispaniarū id probari recta iustitia potest.

Quintò, apparet quid dicendum de instrumentis publicis conditionalibus, quibus certa quantitas promissa sit sub conditione. & respondendum est, instrumenta verè conditionalia, posse iuxta legem Regiam, & statuta Italiæ executioni mandari, modò prius summarie citato reo cōstet iam conditionem euenisse, nec poterit dari præceptum de capiendis pignoribus donec probatum sit conditionem contigisse, tametsi iam ea euenierit. quod probatur in l. hoc iure. ff. de verbo. obligat. & in l. Fulcini. §. si in diem. ff. quib. ex caus. in poss. ea re. notant Bald. in l. cum testamento. C. de testament. manu. & in l. 2. col. 2. C. de execut. rei iudic. Angel. in l. seruum comunem. §. Titius hæres. ff. de vulgari. Ripa in leg. in illa. nu. 8. ff. de verbo. oblig. Rebuffus super leges Regias tract. de literis obliga. art. 2. glo. 1. nu. 71. Corne. cons. 112. libr. 1. col. 1. Guido papæ. q. 15. Roder. Xuares in dict. l. postrem. limitatiōe. §. ad l. Regiam. & probatur, nam licet ab initio hoc instrumentum conditionem habeat, nec purum dici possit, postea tamen eueniente conditione, iam omnino purum censetur, & ideo quanuis ius executionis non competat, nisi instrumentis puris, cōpetit huic postquam constat id purum esse, etiam si Alexan. & Imol. in dict. §. Titius hæres. refragentur. tandem eadem resolutio conuenit huic dubitationi, quæ in præcedenti fuit examinata, quod maxime est aduer-

Variarum Resolutionum

aduertendum, & semper considerandum sit ne instrumentum verè conditionale, nam poterit iudex hac in re falli plerumq; existimans esse conditionale instrumentum quod verè purum est, licet ex eo actor aliquid agere teneatur.

In hac tamen publicorum instrumentorū executione magis receptum est, vt statim producto instrumēto coram iudice, iudex ipse absq; citatione debitoris, præceptum apparitori, aut ministro publico det ad capiēda pignora, vel personam, ac iubeat debitorem ipsum citari ad præconia publicæ auctiōis, & speciatim ad ipsam vltimam pignorum additiōem, quam vulgo dicimus, Trance y remate, sicuti explicat Xuāres in dicta. l. post rem. limitatione. 12. ad legem Regiā. & s. sed pulchrum dubium est. Folio. 146. deduciturq; ex. l. 1. C. de fide instr. & iurē hastæ fiska. lib. 10. quæ quidem præconia ter celebrātur in rebus mobilibus tertio quoq; die, in immobilibus decimo, repetita. l. tit. de las deudas. lib. 3. Fori. cōtingit verò sapissimè causam executionis deferri ad suprema Regis tribunalia ex causā appellatiōnis, apud quæ si auctiō publica circa prædictam formam, aut aliam more regionis receptam, peccauit, aliq; iure optimo & iuste facta executione, reuocatur ipsa iudicis pronuntiatio, totaque executio: & mandatur omnia bona iure executionis capta ipsi reo restitui absque vllis expensis, cum eorum fructibus: modò prius soluat quantitatem in ipso publico instrumēto nominatim expressam, datis ab actore fideiussoribus de iudicio sistendo, & iudicato soluendo quo ad ordinariam indebitæ pecuniæ repetitiōem iuxta Toleti legem quæ. 5. est titul. 8. libr. 3. ordinem. quandoq; omittitur hæc clausula de fideiussoribus, quoties suspicantur Regij iudices, nullam comperere reo aduersus contractum defensionem. probat istam præxim text. optimus in. l. vltima. §. vltimo. ff. quod met. caus. cuius ad hanc rem meminere Alexan. & Iason nūmer. 12. in. l. à diuo Pio. §. in venditiōe. ff. de re iudicat. Roma. singula. 51. Abb. in capitu. quo ad consultatiōem. de re iudi. col. pen. Barto. in dict. §. in venditiōe. Alexā. in. l. si finita. ff. de dam. infect. 3. col. Baptista de S. Seuerino. in tract. de debitorib⁹ suspect. & fugit. q. 8. 14. Quod si subhastatiō facta fuerit legitimè, habet reus ad retrahendas res mobiles triduum, ad immobiles nouem dies, quemadmodum communiter obrentum est in hoc Regno vt asseuerat Didacus à Castello in. l. 70. Tauri, verbo. remate. & nihilominus in hac specie Regiæ curiæ iudices, & qui summis prætorijs assidēt, etiam his diebus elapsis, proprio iudicio, & sententia confirmant executionem, hoc adhibito

*Excellente
L. excelsa
audientia
de la
1000
1515*

*Ab inq. n.º
de instrum.
19. Diego P. ub. in. l. 4. ff. de 3. ordinamentis
1627 Quæ Dubitari potest. Accidit. Ita
in. l. 19. ff. de 2. ff. de 4. sup.*

moderamine, vt si reus intra certam diem pecuniam ratione contractus debitam soluerit, & executionis expensas, bona omnia capta ex causa executionis sibi reddantur. Nec fit fructuum restitutio, cum ex gratia potius quam rigore iuris hæc sentētia feratur, & præsertim hoc ita pronuncietur, vbi pignorum additiō, & additiō in publica auctiōe fit alicui suppositiō licitatori, ad hoc, vt eadem bona statim creditori tradat, vel sanè quoties visum est, ipsam venditiōem publicam non fuisse factam iusto pretio. Oportet tamen iudicem ipsum, qui executionis iudicium tractat, iam tribus præmissis præconijs, sententiā pronunciare, nominatim ad eam citato reo, qua iubeat vltimam fieri pignorū venditiōem, seu additiōem, quam equidem pronuntiatiōem iudex suspendet, si reus se opposuerit executioni: vt intra decem dies iuxta legem Regiam contra ipsum contractum probet iustam aliquā exceptionem, qua tandem probata, iudex reuocat executionis mandatum: ea verò non probata pronunciat vltimam pignorum venditiōem publicam subhastatiōe, & licitanti additiōem fieri debere.

*Prædicto
1000
1515*

Illud sanè omittendum non est, vsu forensi totius Regni Regiam constitutionem ita receptam esse, vt non omnia publica instrumenta ex ea statim tradantur executioni, sed ea tantum quæ clausulam Guarentigiā, quæ vulgaris est, expressam habent. Nam cum omnibus publicis instrumentis hæc clausula passim adscribatur auctore Bart. & alijs in leg. cū vnus. ff. de bonis aucti. iud. poss. Regia constitutiō, quæ hoc ius executionis tribuit publicis instrumentis, potissimum considerauit Italiæ, & totius orbis Christiani vsum, & idè verè iuxta propriam legislatoris mentem sic est eadem lex intelligenda. quod Roderi. Xuāres adnotauit in dict. l. post rem. ff. de re iudicat. 13. col. post. l. Regiā. & Segura i. l. si ex legati causa. nu. 78. ff. de verb. oblig. & quauis probari, ac defendi rationibus, & iuribus posset, legem Regiam ius istud summarie executionis publicis instrumentis concessisse exoptantū, quod scripturæ sint publicæ, etiam si præfata clausula fuerit omissa: tamen prior opinio ita frequentissima forensium praxi recepta est, vt iam controuersie nullus sit relictus locus. Nam & hic vsus probatur ex eo quod capit. vltimo earum constitutionum, quæ Madritij statutz fuerunt anno Quingentesimo Tricesimo quarto, obiter mentio fit legis Regiæ de exequendis contractibus Guarentigijs: igitur cum inibi Regia constitutiō de exequendis instrumentis ad contractus Guarentigios referatur, apparet manifestè absq; vllò dubio,

bio, non fore locum Regiæ legi in contractibus, qui Guarentigij non sint.

¶ Eadem verò Madritia constitutione ius hoc executionis summarie concessum est priuatis scripturis, ac Chirographis, modò eadem priuata scriptura agnita sit coram iudice ab ipso reo.

4 siquidem producta apud iudicem scriptura priuata statim ipsi reo præcipitur, vt intra breue tempus ad iudicem accedat eam recogniturus ante litis contestationem vt existimant Bald. in l. contra negantem. C. ad l. Aqu. Roma. conf. 373. Curtius Iunior in l. admonendū. nu. 37. ff. de iureiur. Regia. l. 119. tit. 18. part. 3. qua probatur, priuatam scripturam agnitam à parte eadem vim habere ac si esset à tabellione confecta. idem deducitur ex ratioe. l. Publica. ff. de posit. l. cum de indebito. ff. de probat. l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. notat Faber. Bart. in dict. l. admonendi. num. 26. Alex. conf. 191. col. 1. lib. 2. l. cum antiquitas. C. de testam. & nihilominus, nisi foret prædicta lege Madritia id decusum, nequaquam scriptura priuata à reo etiam agnitam summarie vt instrumentum publicum mandaretur executioni, duabus rationibus. prima, lex de exequendis publicis instrumentis veteri iuri contraria est, vt constat ex notatis in l. post rem. ff. de re iudica. & id eò non est extendenda ad priuatam scripturam, quæ & si agnita sit, nõ habet publici tabellionis auctoritatem, quanuis omninò probet ob rei agnitionem. Secunda, quòd non omnibus publicis instrumentis ius executionis competat, sed tantum his, quibus clausula Guarentigia adscripta fuerit, vt modò dicebam. non tamen inferior eos, qui legi Madritie condendæ cõsiliū dederunt, ea potissimum ratione motos fuisse, quòd priuata scriptura modò agnita sit, eadem habeat auctoritatem, & fidẽ ex veteribus cõstitutioibus quam habent instrumenta à publicis tabellionibus confecta, quã ob rem à publicis tabellionibus confecta, quã ob rem iustissimam esse censo præfatam constitutionem. Cui illud adijciendū priuatam scripturam etiam recognitam tantum præiudicare, aut nocere confitenti à se scriptam, vel subscriptam: non tamẽ tertio, nisi inquãtũ talis scriptura tertio de iure potest nocere à die factæ recognitionis. vt tradunt Abb. col. 2. & Fel. 3. in cap. 2. de fide instrument. vnde hæc recognitio non trahitur recto ad tempus ipsis scripturæ, nisi contra recognoscentem, non contra tertium habentem medio tempore hypothecam, siquidem is habebit priuilegia prioris, & potioris creditoris. quod in specie notat Carol. Moli. in consuet. Parisi. titu. 1. §. 5. num. 16. idem probatur ex notatis in dict. l. scripturas. Quid autem dicendum erit, cum priuata scriptura habetur

pro recognita, & talis cenferur ob contumaciam rei vel nolentis respondere, vel comparere recusantis ex cap. vltim. de conse. in. 6. quod in specie tradunt Corne. conf. 296. lib. 3. col. 1. & Aufreri. in stylo parlam. 1. par. rubr. de defectu sup act. perf. vers. item aduerte. an & in his casibus ex lege Regia mandari possit executioni? Et licet res dubia sit, tandem Rebuffus super constitutiones Regias tract. de chirographis. nu. 98. existimat in specie locum esse legi Regiæ, quæ & apud Gallos eadem est, & executioni locum fore, quod æquisimum esse constat, cum alioqui contumaces præmio afficerentur, esset tamen ad hunc effectum reus in propria persona citandus expressim ad recognitionem, nisi fraude & dolo hanc citationem effugeret. argum. l. 1. titu. 9. 3. ordina.

¶ Superest modò quæstionis cuiusdam examinatio, quando quidem instrumenta ius paratæ executionis non habent, nisi iam decursis diebus, & terminis ipsi solutioni adscriptis: dubitatur tandem quid si quis promiserit non gentos aureos tribus terminis, tribus solutionibus soluendos, quo pacto hæc solutionis dilatio intelligenda sit? nam Bart. eleganter in l. 3. ff. de annuis legat. scribit, tribus annis hanc solutionem ita peragenda fore, vt quolibet anno ex tribus, æqualis tertia pars omninò soluatur. deducitque hanc responsionẽ à iuriconsulto inibi, cuius hæc sunt verba: Sed si ita sit legatum, hæres meus Titio decem trima die dato: vtrum pensionibus, an post triennium debeatur? Et puto sic accipiendum quasi patet familias de annua, bima, trima die sensisse proponatur. Hactenus Vlpianus. eadem Bart. sententiam sequuntur Lancelot. Deci. ibi Roma. num. 6. Alexand. num. 8. in l. qui bona. §. vlti. ff. de damno infecto. idem Alexan. in l. cum qui calendis. sub. l. stipulatio ista habere licere. §. vltim. nume. 6. ff. de verb. obligat. quibus profectò assentiendum non est, cum omninò falsa sit eorum opinio: illud etenim verius est ambiguitatem istam, & incertitudinem arbitrio boni viri definiendam esse, qui attentis qualitatibus personarum, & quantitate pecuniæ promissæ prouiderem hæc ad certam diem deducet, & interpretabitur. quod in specie adnotarunt Cumanus in dict. l. 3. Iason, & Zasius. num. 7. in dict. l. cum qui calendis. & his suffragatur tex. in dict. l. 3. in principi. versiculo, sed si adiectum sit. Sic & illa promissione, promitto centum dare in diebus illis, arbitrabitur iudex serione an ioco processerit promissio, & quo tempore exoluenda sit, vt optime respondet Andreas Alciat. in l. inter illam. §. vlti. ff. de verb. significatione. quicquid alijs in dict. l. cum qui calendis. aliter visum fuerit. Nec

Variarum Resolutionum

movisset Bartolum iuriscōsulti locus, si is veram habuisset dictionum cognitionem. compertum quidem est apud iuriscōsultos, annua, bima, trima die, idē significare quod anno, biennio, triennio, vt de tribus annis intelligēdum ita sit, quod quolibet anno æqualis solutio fiat, totaq; promissa quantitas in has tres distinguatur pensiones. probat dic. l. 3. in princ. l. si ita. ff. de manu testam. text. & ibi glos. in l. vnica. §. cum autem. C. de rei vxor. actio. ratio autem huius dicendi generis ea est, quod dies in genere foeminino tempus significet: & annus, quod est vnus anni: bimus, quod duorum: trimus quod trium annorum. igitur annua, bima, trima, die optime præfatum sensum habent, sicuti explicant Laurentius Valla lib. 4. elegantiarum capit. 80. & Nebrissenis in lexico iuris ciuilibus dictione, annua. Quod si tantum scriptum fuerit Trima die, respondit iuriscōsultus idem esse, ac si scriptum foret: annua, bima, trima die. vnde cōstat sub trima die, præmitti annuam, & bimam diem, & triennium significari, ex eo quod trima dies de triennio propria vi, & significatione intelligenda sit. quo fit maximam deprehendi hallucinationem, cum paria iudicantur hæc duo, trima die, & tribus terminis, cum trima dies propriè triennium significet, tres autem termini ad tres menses, ad tres dies possunt commode referri. ex his plura possunt deduci.

Primum, hanc promissionem, promitto mille soluenda triennio, esse accipiendam in eum sensum, vt quolibet. anno ex tribus æqualis pensio soluatur, mille in tres æquas partes distributis. quod probatur in dict. l. 3. sermone autem Hispano ita pronunciat. Los quales mil ducados pagar, y me obligo a pagar a pagar en tres años primeros siguientes: secus ipse responderem, si promissio in hunc modum fuisset concepta: promitto mille soluenda ab hinc triennio, id est. Los quales prometo de dar y pagar de oy en tres años. Tūc etenim opinor nullam pensionem, nec partem huius quantitatis soluendam necessariò fore nisi iam decurso, & peracto triennio.

Secundò, hinc apparet Ludouici. Roma. & Imol. in dict. l. eum qui calendis. deceptos palàm fuisse dum opinantur, promissionem soluendi tribus terminis, ad tres proximos dies esse referendam, ex dicta. l. eum qui. quæ minimè eorum sententiam probat. siquidem, stipulatio dandi centum aureos calendis, ad proximas calendas pertinet: tres verò terminis non magis ad tres dies, quàm ad tres menses, quàm ad tres annos pertinent.

Tertiò, illud manifestum est, non procedere, nec iure defendi posse quod Bart. Paul. Castrensis & Iason censent in dict. l. eum qui calendis. exi-

stimantes, promissionem hanc, promitto centum in diebus illis, ad duos proximos dies referendam esse. per text. in l. inter illam. §. vlt. ff. de verb. signific. nam vt dixi, ea promissio arbitrio iudicis est interpretanda, & intelligenda. iuriscōsultus etenim in dict. §. vlti. tractat de alia promissione ab hac differenti, nempe de ea, qua quis promittit centum soluere post dies, vel post annos, quæ de duobus intelligitur. Et tamen adhuc si ea species modò contingeret, ipse existimarem, rem hanc arbitrio boni viri moderadam, & æstimandam, nec admittendum fore iuriscōsulti responsum. & id probatur inspectis personarum, temporis, & negotij qualitibus, quibus satis persuasum erit iudici, non esse locum veterum iuriscōsultorum responsis.

Ex capite sequenti.

- 1 *Reductio ad arbitrium boni viri coram quo iudicetur sit, late disputatur.*
- 2 *Etiã si arbitrorum, & arbitratorum iudicij & definitionibus ex lege competat Summaria executio, non censetur eis attributa iurisdicctio. & inibi Regiæ constitutiones explicantur.*
- 3 *An liceat appellare ab eo iudice, qui super reductione ad arbitrium boni viri cognouerit?*
- 4 *Pro regula iuris præsumitur, donec exceptio expressim probata fuerit.*
- 5 *A iudice appellari potest: etiã quoties aliquid eius arbitrio commissum est.*
- 6 *Regia. l. vltim. ex ordine iudiciario examinatur.*

An à iudice, qui vt bonus vir arbitratur, liceat appellare?

Caput. XII.



DV M eiusdem Bart. cōmentaria diligēter euoluimus & examinamus, tandem comperimus in eadem. l. 1. ff. de lega. 2. nu. 18. adnotasse, non esse permissam appellationem à iudice, quoties is veluti bonus vir arbitratur, deducta ad ipsum, vt bonum virum, quæstione. quæ quidem opinio

opinio dubia quibusdam videtur, & ideo eius examini præmitto dubium illud, quo queritur, ad quem iudicem eundem sit, ut boni viri arbitrati vsus, iniquum arbitratoris iudicium moderetur. & idem Barto. in l. si societatem. §. arbitratorum. num. 21. ff. pro socio. scribit, apud eum iudicem fore petendam reductionem ad arbitrium boni viri, qui ipsius causæ iudex est ordinarius, & qui eius cognitionem semoto compromisso iure habebat. l. 2. C. vbi & apud quem. cuius ipse mentionem feci lib. 1. cap. 4. huius operis. ad idem est text. in l. cum hi. §. transactiones alimentorum. ff. de transac. l. ult. C. de vsar. pup. vnde siue actor, siue reus conqueratur, arbitratoris iudicium iniquum esse, eam querelam deferre debet ad iudicem, coram quo causâ ipsa foret alioqui examinanda. quod etiam probatur in capitu. exposita. de arbitris. vbi præter alios Abb. 2. colū. eandem sententiam veram esse existimat. idem Abb. in cap. quinquauallis. num. 39. de iureiur. & ibi Inolana. num. 39. Soci. consil. 18. num. 31. libr. 1. quorum sententia cōcors est, non esse reductionem istam petendam apud iudicem qui superior est ipsius arbitratoris, & ad quem ab arbitratore esset appellandum: atq; ita idem tenet Marcus Antonius Blancus de compromissis. quæst. 10. nu. 13. & Alexand. dicens hanc opinionem communem esse cōf. 131. lib. 2. nu. 1. quo in loco Carol. Molin. asserit, eandem in praxi receptam esse. conueniunt sane omnes in hoc, quod non est reductio petenda apud superiorem ipsius arbitratoris. idem repetunt Bart. Bal. Sali. & Paul. in dict. l. 2. C. vbi & apud quem. Freder. consil. 285. Philipp. Franc. l. 1. rub. de appellat. col. penult. Petrus Ferrariens. in practica. titu. de forma libelli quo agitur ad pœnam compro. §. nec reductio. nu. 5. Lanfrancus in tract. de arbitris & compromiss. vlt. part. q. 19. est tamen apud eos controuersum satis, an is, qui secluso compromisso reus foret, si modò petat iudicium arbitratoris ad æquitatem arbitrio boni viri reducti, debeat omnino id petere coram iudice alterius, qui verè actoris partes, nisi foret compromissum, subituruserat, an possit hanc querelam deducere ad proprium ipsius rei iudicem? Nam Bart. in dict. §. arbitratorum. expressimè nu. 20. probat, huius rei futurum omnino iudicem eum, qui iudex est ipsius petentis reductionem, & cōtam quo alter, omisso compromisso, acturus erat. & existimat hoc probari in dic. §. transactiones alimentorum. & ea ratione quod modò agendū sit de exceptionibus reo competētib; aduersus actorem, & ideo tractanda causa est apud rei iudicem. idem Panormit. in dict. ca. quinquauallis. nu. 39. Philipp. Francus in dict. rubr. de appellat. col.

pe. Lanfrancus de Oriano dict. q. 19. Abb. in dict. cap. exposita. col. 2. contrariam sententiam, imò hanc reductionem petendam esse apud iudicem illius, cōtra quem petitur, probat text. in dict. l. 2. C. vbi & apud quem. quo in loco Bar. Bal. Ange. Salycet. & Paul. dum ad hanc quæstionem, illius constitutionis decisionem inducunt, huius opinionis authores censentur. idem in specie asserit Freder. dict. consil. 285. Inola in dict. ca. quinquauallis. nu. 39. & Collectar. in cap. cum dilectus. de arbit. ad finem. non obstat text. in dict. §. transactiones. cum inibi non tractetur de rescissione cōtractus, aut sententiæ, sed de autoritate præstanda transactioni alimentorum. Et præterea qui petit reductionem, & si alioqui esset futurus reus, in hoc tamē iudicio actor est, & rescissionem iudicij petit: quamobrem eam petere debet apud iudicem illius, qui in hac reductionis quæstione verè reus est, sicuti satis eleganter constat in dict. l. 2. multò minus oberit text. in dict. capi. exposita. quia dux ille, causam tractauit verè ad iudiciū ecclesiæ pertinentem, quippe quæ de interpretatione sententiæ cuiusdam Cardinalis iudicis olim competentis agebat. ex his tandem apparet, reductionem ad arbitrium boni viri non esse postulandam apud iudicem superiorem illius, qui iure compromissi, & arbitratoris sententiâ dixerit: tamen si non desint authores, qui id necessario tractandam esse coram iudice arbitratoris superiore, censeant: & præsertim Ange. Perus. in l. si suspecta. §. vlt. ff. de inoff. testam. Roma. consil. 265. Ioan. And. in cap. statutum. §. cum autem. de rescript. in. 6. Matthe. Afflicti. decis. 71. ex eo quod reductionis petitio si milis est appellationi. l. nō distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. & appellatio ad superiorem pronunciantis sententiam deferenda est. l. precipimus. C. de appellatio. vbi Bald. hanc vltimam opinionem admittere videtur. Verum quia prior cōis est. de eius intellectu erit vltèrius agendum.

Primò etenim, opinio Angelicâ quibusdam admittitur: vbi ex lege municipalis arbitratorum iudicia habent paratam executionem, ut sententiæ: nam eo casu quem admodum assententia, ita & ab his iudicijs appellatio, & reductionis petitio proponuntur: vnde ob similitudinem, reductio petenda est apud iudicem, qui superior est ipsius arbitratoris secundum Bartolum, Bald. in dict. l. 2. C. vbi, & apud quem. Panormit. in dict. cap. quinquauallis. numer. 29. & Lanfranc. in dict. quæst. 19. quod notandum est ad l. vlt. in. ordinis iudicarij Madritij cōditam, & ad l. & Anni quingentesimi tricesiminoni. ex quibus sententiæ late ab arbitratoribus, vel arbitris statim paratam habent iudicio sumuario executionem. Certe-

Variarum Resolutionum

rum contrarium verius esse existimant Paul. Ca-
strenf. & Sali. in dic. l. 2. C. vbi & apud quē. Imol.
in dict. cap. quintaualis. col. vlt. Ancha. in dispu-
tatione incipienti. cum. C. laicus. Philippus Frac.
in dict. rubr. de appellat. colū. finali: a iurantes
etiam in hoc casu reductionem petendam esse à
iudice illius, aduersus quē petitur. quibus suffra-
gatur tex. in cap. venerabilibus. in prin. & §. 1. de
sent. excom. in. 6. quo probatur, querelam pro-
poni non posse apud eum iudicem, qui litigan-
tium iudex non est aliter, quā per appellatio-
nem. petitio autē reductionis querela est, potius
quā vera appellatio: Scidē iudex appellatiōis,
qui non est sufficiens, nec competens ad simpli-
cem querelam examinandam, adiri nequit ad
emendationem, & reductionem sententię, vel iu-
dici; nique lati ab arbitratore. Nec refert quic-
quam quod arbitratorum iudicia ex lege muni-
cipali, aut Regia executionem habeant paratā:
quia id ius ei tribuitur, vt contractibus apud pu-
blicum tabellionem conuentione partium con-
fectis, & stabilitis: non vt sententijs iudicium ha-
bentium iurisdictionem: quod apparet: nam ea-
dem Regia constitutio requirit, compromissum
pactum fuisse apud publicum tabellionē. Et præ-
terea non sequitur, iudicia arbitratorum, seu ar-
bitrorum paratam habent executionem: ergo
ipsis arbitratoribus iurisdictione à lege tributa cen-
setur. hinc sanē Panor. scribit in ca. irrefragabili.
§. cæterum. de offi. ordi. nō infligi infamiam, nec
produci, aut oriri ex sententia lata ab arbitro, cu-
ius iudicia executioni ex statuto statim sunt
tradenda: vbi compromissa sit causa criminis ad
ciuilem condemnationem, quia infamia non po-
test deduci ex sententia eius, qui iurisdictionem
non habet. Et licet Feli. dubitet in dict. §. cæterū.
col. vlti. & contrarium teneant Bart. in. l. quid er-
go. §. ex compromisso. ff. de his qui not. infamia.
& Bal. inibi. Abb. in cap. cum causa. in fine. de in-
integ. resti. tamen sententia Panor. verior est, vbi
expressim à lege, vel statuto non datur arbitratio-
ribus, vel arbitris iurisdictione. quod in specie no-
tat Marc. Antonius Blancus de compromissis.
quæst. 6. num. 96. versic. de effectu sententię. quo-
ties verò de reductione non agitur: sed de appel-
latione à sententia arbitri, quod plerūque con-
tingere potest, tunc communiter receptum est,
appellandum esse ad iudicem ipsius arbitri. pro-
nunciantis superiorem. l. præcipimus. C. de ap-
pellat. tenet Franc. in dict. rubri. de appellat. col.
vlti. Angel. & alij, quorum superius mentionem
feci. idem esse cenfeo, etiā si de reductione tractetur,
si compromissum fuerit in iudicem ordina-
rium, vt in arbitratorem, tunc etenim ab eius iu-

dicio petenda est reductio apud iudicem, ad quē
ab eodem iudice appellatur, secundum Flori. in
dict. §. arbitratorum. & Lanfranc. in dict. quæst. 19.
cauendum tamen est, ne vel reductionis, aut ap-
pellationis causa, laicus reus trahatur ad iudicem
ecclesiasticum, id enim permittendum non est,
& præsertim à supremis Regiorum tribunalium
iudicibus. qua ratione forsan tutius erit, quod
etiam iure appellationis à sententia arbitri pro-
positæ causa deferatur ad iudicem illius, aduersus
quem retractatio sententię postuletur, sicuti
in specie allerit Marcus Antonius Blancus dict. q.
10. num. 15. cum propriè hoc iudicium sententia
dici non possit, & prouocatio potius querela quē
dam, quā appellatio censenda sit deliciente iu-
risdictione.

His itaq; explicitis inquirendum est, sitne ve-
rum quod Bart. in dict. l. 1. probare conatur: scili-
cet à iudice causam reductionis definiente non
esse permissam appellationem, siquidem instrui,
& persuaderi potest varijs rationibus. Primò, quia
iudex hic loco arbitratoris succedit. l. si socia-
tem. §. arbitratorum. ff. pro locio. l. pen. ff. iudi. sol-
ui. eiusq; naturam, & conditionē habere debet. l.
si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis caut. Sed ab ar-
bitratore non appellatur. dict. §. arbitratorum. igitur
nec à iudice, qui in eius locum succedit ad iu-
dicium ipsum moderandū. Item iudex, ad quem
appellatum est, sententiam pronunciare tenetur
secundum leges prouincię, quam iudex prior ad-
ministrat. authēt. vt cum de appellatiōe cognosc.
in princ. quasi prioris iudicis leges, & instituta se-
quatur. Sic licet ab arbitris appellatio permissa
regulariter non sit. l. 1. C. de arbitris. tamen ab ar-
bitris, qui in locum iudicis ex iure eliguntur, ap-
pellatio recipienda est. cap. ab arbitris. de offi. de-
legat. in. 6. l. vlt. C. de iudic. & præterea iudex hic,
qui tractat reductionis causam, non vt iudex, sed
vt bonus vir de causa cognoscit, & secundū requi-
tatem pronunciare debet, quemadmodum Bart.
adnotauit in dict. §. arbitratorum. per text. ibi. Ar-
ab eo, cui vt bono viro, & eius arbitrio, aliquid
definiendum committitur, non licet appellare,
glo. in. l. 3. §. 1. vers. bonum. ff. de arbitri. vbi Bar. &
Docto. communiter. Abb. in dict. ca. quintaual-
lis. num. 30. quibus rationibus Barto. opinio com-
probat, quam etiam tenent Innocent. in capit.
præfenti. de rescript. quod est penultimum apud
Innocentij commentaria. Abb. in dict. cap. quin-
taualis. num. 40. Ioan. Andreas in additio. Spec-
ulat. titul. de appellationibus. §. in quibus. vers.
quid si cōuenit. nu. 16. Saly. in. l. & in maioribus.
C. de appellat. & in. l. cum antea. quæst. penul. C.
de arbitr. idem in dict. §. arbitratorum. q. 29. Cap-
la. in

la. in consi. ciuili. 16. Fulgo. consi. 111. & cōsi. 113. La frāc. in tract. de arbitr. quæst. 20. Soci. Iunior. consilio. 15. columna. 2. lib. primo. Salycet. inter consil. Cardi. consi. 139. & ipse Cardi. consi. 140. Bologninus ad Ananix consi. 1. dicēs ab hac opinione non esse in iudicando, & consulendo recedendum. Panor. consi. 38. lib. 1. Roma. in rubr. ff. de arbitr. nu. 8. Et Paulus Castrensis consi. 121. nu. 8. libro. 2. ex quibus sat authoritatis habet Bart. sententia. quam etiā veram esse censet Petrus Ferrar. in forma libelli ad pœnam cōpromissi. §. nec reductio. nu. 9. & testatur magis communem Carol. Moli. in Alex. consi. 106. libr. 3. litera. d.

In contrariam sententiam à plerisq; itum est ex eo, qd q pronūciat super causa reductiōis verè iudex ordinarius est. text. in dict. §. arbitratorū. vbi glo. & Barto. Regia. 1. 31. titu. vlt. part. 7. sed à iudicibus iuxta regulam iuris licet appellare, nisi expressim verita fuerit prouocatio. l. & in maioribus. C. de appell. glo. in signis in. l. qui restituere. ff. de rei vendicat. cap. de appellationibus. de appellat. Francus in rubr. eod. tit. num. 16. quò in loco dixit glo. in dict. l. qui restituere. ordinariam esse: cuius item meminere Bal. in. l. vnica. C. si de momenta. poss. idem in cap. pastoralis. de appellat. col. 3. Dec. in cap. cū sit Romana. 4. col. eod. titu. nullibi reperitur. prohibita hac in specie ab hoc iudice appellatio: ergo admittenda est: præsertim dum nō probatur exceptio à regula iuris

4 quæ iure ordinario appellationem permittit. ita sanè frequentissimo omnium consensu obtentum est vt pro regula iuris præsumatur donec exceptio probetur. gloss. in. l. omnis definitio. ff. de reg. iur. tex. in cap. 2. in fine. de coniug. leprof. & cap. ad decimas. de restit. spoliat. libr. 6. Barto. in. leg. quoties. ff. si quis caur. optimus text. in. l. ab ea parte. ff. de probat. & in. l. suus quoq;. ff. de hæred. instit. vers. & puto generaliter. Mathes. notab. 19. Deci. in cap. consuluit. in. 1. de appella. Alex. in. l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iudi. ad finem. Iason in. l. cætera. ff. de legat. 1. notab. 3. Andr. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 9. num. 209. glo. celebris. quam inibi Anchar. commendat in rub. de regu. iur. in. 6. cuius mentionem fecerunt præter alios Deci. in capit. cū adeo. de rescript. col. 1. idem Dec. in. l. 1. col. 2. ff. de reg. iur. Francus in dict. rubr. de appellat. nume. 17. quin & ipse in rubr. de reg. iur. scribit eam opinionem communem esse.

Secundò, aduersus Bart. vrget ea ratio, quòd vbi aliquid committitur iudicis arbitrio, id censetur ei commissum vt bono viro. l. fideicommissa. §. quanquā. ff. de lega. 3. l. si libertus. ff. de oper. libe. l. vir bonus. ff. iudica. folu. l. cōtinuus. §. cū

ita. ff. de verb. obliga. quibus etiam constat commissione factam arbitrio boni viri, iudici ordinario factam censerī omninò. Et tamen à iudice vbi quid eius arbitrio relinquitur appellari potest. text. singul. vbi Abb. & 2. in cap. 1. de dilat. glof. in. c. super his. de accusatiōe. in. l. si qua pœna. ff. de verb. signifi. & in cap. 1. de consuet. in. 6. & in ca. Romana. §. quòd si obijciat. de appellat. eo. lib. nisi libero eius arbitrio, & liberæ potestati relinquitur. l. non quidquid. ff. de re iudi. Innocet. in ca. vlti. de ferijs. Anan. & Feli. in dict. ca. super his Iason in. l. 2. col. 2. ff. si quis ius dicent. non obr. Dec. in cap. ad hæc. in. 3. de appellat. Abb. in cap. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. Feli. in cap. exceptionē. col. 2. de exceptio. igitur deducitur ex hoc appellationē permissam esse à iudice, ad quē itum est tanquam ad bonū virum pro reductiōne sententiæ latæ ab arbitratore. qua ratione tollūtur ea, quæ partim in prioris opinionis probationem adduximus, verum etenim est nō esse permissam appellationem ab arbitro, cui vt bono viro aliquid commissum est, non tamē idem erit, si iudici tanquam bono viro, & eius arbitrio quidquam fuerit demandatum. quod manifestè probatur his, quæ modò adnotauimus: sicut & præcedenti ratione tollitur primā prioris sententiæ ratio. cū etiam si iudex in locum arbitratoris succedat, iudicis tamen officio fungitur, iudexq; omninò censetur & tanquam à iudice ab eo reductio petitur: imò vt euidentius ea ratio cesset, obseruandum erit, hunc iudicem non subintrare in locum arbitratoris, nec ei succedere iure surrogationis, sed vt verè iudex ordinarius ratione propriæ iurisdictionis, eaq; vsus tractat de iniuritate iudicij ab arbitratore laci. nec tenetur iudex appellationis quo ad ordinem iudicarium seruare leges illius fori à quo appellatum est, sed proprii potius tribunalis instituta. l. 3. §. vlti. ff. de testibus. glo. in ca. licet cæson. verb. de cætero. de elect. in. 6. An. 5. & alij in rub. de consuetud. is autem articulus, vtrum appellare liceat, vel nō à iudice pertinet ad ordinē iudicalem, nō ad causæ, & quæstionis decisionem sicut colligitur ex Archi. in. c. nō ita. 2. q. 6. quo fit, vt licet à priori iudice, qui arbitrator est, non sit appellatio permissa, nihilominus ea admittēda sit ab eo iudice, qui vt ordinarius cognoscit de causa reductiōnis, & tractat de moderando arbitratoris iudicio. quod his rationibus probatur, atq; ita aduersus Bart. hinc posteriori opinioni subscribere Bal. in. l. 1. C. ne liceat tertio prouocare. nu. 10. Pau. Castrel. Imo. & Alex. in col. pen. & si. in. l. 1. ff. de lega. 2. Imola in. l. publicorū. col. 4. de pub. iudic. Anto. 24. dif. ferētia. & Imola. nu. 36. in. d. c. quinta uallis. Vita

Variarum Resolutionum

lis in tracta. clausularū. vbi agit de reductione ad arbitrium boni viri: cap. postremò. ad fin. dicens ita iuxta hanc sententiam in Senatu Regio pronūciasse. Baptif. de S. Blasio in tract. d. arbitris. q. pe. col. pe. Areti. in. c. super his. de accusatio. nu. 47. & ibi Feli. q. 11. Alex. in conf. 106. lib. 3. nu. 7. scribens hanc opinionē esse magiscōem, & inibi Carol. Moli. litera. b. addit eam in Regno Franciū dicūm & aduocatorum praxi receptam esse.

Tandem lector optime in hac controuersia, vt & in pluribus alijs, cō ventum est, quo pares sint vtriusq; partis defensores, & vtraq; opinio communis censetur, atq; hinc perpendere oportet maximē cauedum esse ab his contentiosis disputationibus, & diligenter inuestigandum quid iuris vtriusque constitutionibus potius probetur. Quamobrem ad veram huius quæstionis resolutionem aliquot distinctim adnotabo.

Primum, si authorum numerus, & eorum existimatio, ac professionis nomen, consideranda sunt, non dubito Bart. sententiam magis communem esse: siquidem præter ipsum ex veteribus, & iunioribus plures magni nominis in hac iuris vtriusque disciplina huic potius quàm aduersæ parti accessere.

Secundò, veriorē esse censeo aduersus communem Bald. Imol. & aliorum opinionem. nec enim iure negare possumus, hunc iudicem, apud quem reductio petitur, ordinarium esse. dic. §. arbitrorum. & iurisdictionē habere, & ex ea vt verē iudicem de hac causa cogniturum, qui non ex priuatorum conuentionibus sed legis auctoritate ad eundem est ad emendationem iudicij iniquè lati, vnde non video qua ratione possit commodè defendi, appellationem ab eo vetitam esse. Et ideò etiam si contraria sententia plurium auctoritate munita sit: non dubitarem vbi que locorum secundum hanc & consulendo respondere, & iudicando pronunciare: nam & verior est, & tot assertores habet, vt Alexand. Imol. vir in his perscrutandis diligentissimus, dicto consilio. 106. opinatus fuerit, hanc esse magis communem opinionem.

Tertiò, illud est præmissa Baldi opinione obseruandum, iudicem, ad quem appellatum fuerit à sententia reductionis, non ita adstrictum fore iuris rigori, & controuertentium iuribus: vt tanquam iudex, ac si non esset compromissum sententiam dicat: nam hoc alienum est ab vtriusq; iuris sanctionibus, quæ passim statuerunt compromissa custodienda esse: imò inspecto tenore compromissi, & læsione præter ipsius facultatem ab arbitratore compromittenti illata: & ipsius iudicis super reductione sententia: ipse boni

viri arbitrio rem hanc moderabitur: ita quidem, vt ob modicā læsionem, vel ob eam, quæ vi compromissi tolerari potest, arbitratoris iudicium, vel iudicis reductionem, aut sententiam super ealata minimè reuocet: quod colligitur ex Baldo, si is rectè intelligatur in l. prima. numero. 5. C. de his quæ pœnæ nomi. quem sequitur Alexand. in dict. l. prima. ff. de legat. 2. Rom. conf. 261. Præpo. in capit. de appellationibus. de appellat. Lanfranc. de Oriano in cap. quoniam contra falsam. de probat. verb. interloquutorix & appellationes. fallentia. 15. ex quibus oportet deducere iudicem qui de reductione tractat, item eum ad quem appellatum sit, & vt oportere æquitate, qua vsurus esset iuxta compromissi formam ipse arbitrator.

Quartò, etiam si communē opinionem admittamus: concedere possumus ei locum fore, vbi arbitratoris iudiciū à iudice, ad quem itum est, fuerit confirmatum. Quòd si iudex in reductionis causa sententiam dixerit aduersus eum, qui non petierit reductionem: & sic arbitratoris iudicium reuocauerit: tunc grauatus hac definitione appellare poterit: quali priori casu, qui prouocauit ipsum iudicem elegerit: posteriori autē non, imò inuitus apud eum causam egerit. c. à iudicibus. 2. q. 6. capit. super quæstionum. §. verum. de officio delegat. cap. cum olim. de caus. poss. & propriet. quod placet in hac specie Marco Antonio Blanco de compromiss. q. 10. nume. 20. ad finem.

6 Quintò, admonēdus est lector, hanc resolutionem, quam huic aptauimus controuersix, non omninò à iure Regio alienam esse: imò partim ei cōuenire expressim, partim ab eo tacitè deduci posse. Nam lege vltima ex constitutionibus Madritij conditis ad ordinem iudicariū: expressim cautū est, à iudice, qui super reductione sententiam dixit, appellari posse: non autem supplicari: nisi arbitratoris sententia reuocata fuerit: tunc etenim supplicatio permittitur: ita quidem Regia lege decisum est: vt si ab arbitratore iure, & causa reductionis itum sit ad superiorem iudicem, qui non sit ex regio prætorio: & is super reductione sententiam vt cunque dixerit: appellatione permittatur ad Regium prætorium, si verò ab arbitratore, vel reductionis, vel appellationis causa itum sit ad Regium prætorium vel ab ipso iudice, qui super reductione sententiam dixerit: & inibi confirmetur sententia prima definitione: supplicatio admittenda non est: quod si reuocata fuerit sententia, locus est supplicationi ad eosdem iudices. His quidem Regiæ constitutionis verbis probatur, appellationem permissam esse à iudice, qui super reductionis causā pronūciavit,

ciavit, etiam si is arbitratoris iudicium confirma-
uerit. Item constat, locum fore supplicationi: si
in Regio pratorio reuocata fuerit sententia ar-
bitratoris, vel iudicis, qui eam in lite, & contro-
uersia reductionis confirmauit, quod in praxi
maximè est obseruandum.

Ex capite sequenti.

- 1 Poterit ex consensu litigantium controuersia
definitio committi in alterius ex litigantibus
vel vnus testis veritatis testimonium.
- 2 Presumitur testem iuramento premissis respon-
disse: si notarius scripserit, eum iuratum testi-
monium exhibuisse.
- 3 Electus à litigante, vel à iudice in testem tene-
tur iuratus respondere: & inibi quid de eo, qui
sponte eligitur, vt exponat, quid sibi visum
fuerit?
- 4 Electus à iudice, vel litigante ex præcepto iudi-
cis, vel legis, vt explicet, quid sibi visum fue-
rit, iurare tenetur.
- 5 Ad iuramentum, electionem, vel testimo-
nium eius, qui à iudice eligitur: an sit pars ci-
tanda?
- 6 Testis an possit testificari per scripturam. &
quid de eo, qui in iudicio interiori peccata con-
fiteatur?
- 7 Teste contraria respondente: cui responsioni
standum sit?
- 8 Assertio vulnerati mortis tempore facta, an
noceat, vel prosit reo eius criminis accusato?
- 9 Interpretatio text. in capit. accusatus. §. licet:
de heret. in sexto.
- 10 Tabellioni potius, quam testi per eum exami-
nato credendum est, cum de veritate testimo-
nij controuertitur.
- 11 Instrumentum publicum quot testibus quo ad
ibidem scripta improbetur?
- 12 Traditur intellectus Regiarum hac de re con-
stitutionum.

Examinantur questiones à Bar-
to. traditæ in. l. Theopompus.
ff. de dot. præl. Cap. XIII.



Emoria teneo in commenta-
rijs de Testamentis, dum Ca-
put. cum tibi. interpretarer:
tractasse, an legatū dotis iure
possit in voluntatē alteri⁹ cō-
ferri? & an ex voluntate testa-
toris sit vnus testimonio fi-
des exhibēda? omisi tamen alia, quæ Bart. tractat
in. l. Theopompus. ff. de dote præl. eo quod ad ca-
ptoriz voluntatis materiā, de qua tunc agebā,
nequaquā pertinerent: illud verò simili quadam
ratione discuti poterat, an ex consensu, & conue-
tione litigantium iudex teneatur, vel possit vnus
testis assertioni stare? Nam gl. Dynus, & Rayner:
in. d. l. Theopompus. scribunt, vnus testimoniū
semiplenā probationem efficere, non plenā, etiā
si consensus litigantium præcesserit: qui rem om-
nem illius asserationi commiserint; ideo no-
tat Bar. in. l. i. §. vlti. ff. de verb. oblig. n. 2. vbi Al-
ciat. num. 23. opinatur hanc sententiā verā esse
pluribusq; rationibus eā defendere conatur: quā-
rum ea cæteris potior est: q̄ vnus testis testimo-
nium ideo à iure ad plenam fidem non admitta-
tur: quia & reipublicæ interest sententias ferri à
iudicibus ex legitimis, & integris probationibus
Bar. in. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dama. ini-
fecto. Aret. in. l. vnica. C. vt quæ desunt aduo. tex.
in authen. de tabellionibus. in prin. publicæ autē
vtilitati, & his, quæ ad commodū publicum sta-
tuta sunt, priuatorum consensus non potest re-
nunciare, nec consentire eorum omisioni: sicuti
colligitur ex cap. si diligenti. de foro compe. & l.
1. ff. solut. matri. & l. si quis in conscribēdo. C. de
pactis. Illud sanè verum est, posse cōuentione, &
consensu litigantium, & contrahentium fieri, vt
causa & lis decidatur iuxta assertionem, & decla-
rationem alterius partis. & id probatur: nam a-
ctor, vel reus potest totam litem delatione iura-
menti alteri secum controuertenti committere:
sicuti manifestum est: igitur satis probatum est,
quod modò diximus: & id adnotarunt Dynus,
Raynerius, Bart. & Angel. in. l. vlt. ff. de præc. sti-
pulatio. Deci. in capitu. 2. de fide instrum. nume.
10. idem in cap. veniens de testib. vlt. colum. Ale-
xand. consilio. 47. libro primo. numero. 4. idem
consilio. 54. libr. secundo. numero primo. vbi as-
serit hanc opinionem communem esse. idem fa-
tetur Iason in. l. i. iurandum, quod ex conuen-
tione. 2. colum. ff. de iure iur. quo in loco Doctō
idem scripsere. & Alciat. in dict. §. vlti. num. 24. di-
censeandem sententiā communem esse. opti-
mus tex. in. l. vlti. C. de fideicommiss. l. hæc vendi-
tio. ff. de contra. emp. l. in personā. §. generaliter.
ff. de regu. iur. notat glosin. l. penult. ff. de arbitr.

Variarum Resolutionum

ex qua hac in re deduci potest communis opinionis moderatio quædam, ut tandem ea accipiēda sit, quoties de re certa agitur: & de asseueratione eius, quod verè, & absq; asseuerantis affectione, & estimatione varia, cōtingere potuit: secus etenim respondendum erit: si genericè committatur id, quod variè æstimari potest: ut damna, expensæ, & id quod petentis interest: tūc etenim post illius, cuius fides pacto contrahentium, aut litigantium probata est, estimationem, bon' vir arbitrabitur: & boni viri arbitrio dimittetur, si ne æqua, & iusta ipsa alterius partis definitio, æstimatioque. Nam, ut scribit Accursius, si is, qui alteri iniuriam intulit, committat iniuriæ æstimationem offenso, & promittat stare eius definitioni: nihilominus erit locus arbitrio boni viri, nec præcisè executioni mandabitur, quod offenso visum fuerit. idem probant Alexan. in l. prima. columna. 7. ff. soluto matrimo. Gerard. singular. 6. Abb. & Feli. in capi. contingit. de sent. ex comm. Abb. in capi. quinta uallis. colum. 3. de iure iur. & est communis opinio, quam sequuntur Lanfrancus de arb. colum. 11. & Baptista de sancto Blasio quæst. 24. de arbitris. & in specie quo ad damnorum, expensarum, & interesse æstimationem hoc ipsum respondet Matthæ. Afflict. d. cil. Neapolit. 91. nume. 10.

Cæterum, quod consensu, & conuentione litigantium fieri possit, ut testimonio vnus tantum testis credatur, & secundum id lis ipsa, & controversia decidenda sit. probat tex. in cap. tuis. de testib. quo decisum est, posse remitti iuramentum testibus ex consensu litigantiū: & tamen pari ratione prohibitum est, testimonio vnus, vel testibus non iuratis fidē adhiberi. tex. in l. iurisiurandi. C. de testib. deinde licet reipublice intersit à iudicibus causas definiendas fore ex legitimis probationibus: apertissimi iuris est, eas esse legitimas probationes, quæ consensu litigantium probatæ fuerint, ut in d. c. tuis. est satis expressum. sic etiā constat, omnia, quæ ad probationem iure requiruntur, præcipuè tendunt in litigantium fauorē quo ad eorum executionem: & ideo frequenter his solet renunciari: licet propterea quod reipublica ius, & quod suū est, vnicuique reddere tenetur: hæc quodam modo: minus quidem principaliter ad reipublicæ utilitatem videantur statuta. Quamobrem, dictum vnus quo ad plenam fidem admittendum esse, tenent Speculat. tit. de teste. §. restat. 24. Fallentia. Roma. Alexan. Aret. & nouiores in dicta. l. 1. §. vltimo. ff. de verborum obligatio. Ioan. Crotus in tracta. de testib. 6. parte. colum. secūda. sensere hoc ipsum glo. in capi. veniens. in. 1. & in cap. licet vniuersis. de testibus.

vbi Doctor. sequuntur eandem opinionem: quæ esse commune testatur Iason in dicto. §. vlti. numero. 8. Nec omnino contrariæ opinionis autor est Bartol. in dicta. l. 1. §. vlt. siquidem non ita palam eam asserit, quin negari optimè possit, id à verbis Bartoli rectè deduci.

Verum opinio communis obtinet: quādo cōsensus præstatur certæ personæ, & nominatim quo ad certum negotium: nè alioqui detur occasio fraudibus, & fallitatibus secundum Angel. in l. pactum inter hæredes. ff. de pact. quem sequuntur Ias. in l. admonendi. in repetitione. ff. de iure iur. num. 100. & 200. Aret. num. 40. Soci. 3. Iason 9. & Alciat. 28. in dict. l. 1. §. vlti.

Item & illud obseruandum est: non ex eo censi, litigantes in vnus testimonium consensisse quod personā eius approbauerint tacitè, vel expressè: hic etenim consensus impedit opponi defectum, aut exceptionem aliquam in testis personam. glo. in auth. de testib. §. & licet. versi. suppli. cijs. non tamen excludit testimonij reprobationem: nec inducit conuentionem, quod illius tantum testimonio plena sit exhibenda fides. Bald. eleganter nu. 8. & Saly. col. pe. in. l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. Alex. Ias. col. 3. Ioan. Crotus. 2. casu. & Alciat. nu. 33. in dict. §. vlti. Hippo. singu. 92. Feli. in capi. veniens in. 1. nu. 19. de testib. Iason in dict. l. admonendi. in repe. nume. 200. scribit tamē Alciat. in dict. §. vlt. num. 34. etiam admissa communi opinione, posse probari contrarium eius, quod fuerit ab eo teste asseueratum. ex notatis in cap. proposuisti. de probat. quod dubium est: nam & Bald. alius sensu in dicta. l. in bonæ fidei. num. 8. nec est probatio ista admittenda: & si admissa fuerit, iudex arbitrabitur an vnus testimonium à litigantibus probatum: sit ob eam omitendum: idque ex varijs causis æstimabit: siquidem plerunque expediet negotio, & causæ definitioni non ita adstringi, iudicem illius testis testimonio, ut veritas omittatur. Vnde fortasse quibusdam videbitur, attentis personarum & causæ qualitatibus, etiam admittendam esse probationem aduersus vnus à litigantibus probati viri testimonium: quod maxime considerandum est: atque ita fiet: ut non omnino Baldi opinio à praxi excludatur. Hæc, quæ diximus, veluti præuia ad Bartol. in dicta. l. Theopompus. commentaria, adnotauimus. at modò libet ex eis assertiões aliquot deducere: quò tanti viri labores utiliores lectoribus appareant.

Prima conclusio. licet ad fidem testimonij requiratur iuramentum, id tamen præsumitur, si tabellio scripserit Titium testem iuratū respondisse. Bartol. in dicta. l. Theopompus. col. 1. post gloss.

gloss. ibi. quam dixit singula. Bal. in cap. cum in iure. colum. 2. de off. delegat. notant Abb. & Felinum. 6. in cap. tuis. de testib. Hęc etenim solennitas potuit tunc ipso tempore, quo notarius scripsit contingere, & actui adhiberi: & ideo præsumendum est, ita, vt tabellio scripsit, actum fuisse: si quidem pro notario præsumitur. cap. ad audientiam. de præscriptio. l. si quis decurio. C. de falsis. Bal. in l. Imperator. col. 2. ff. de statu hominum. sic sanè creditur tabellioni, si is scripserit certiore fecisse foeminam contrahentē Vel leiam: secundum Alexand. post alios in l. sciendum. ff. de verb. obligat. numero. 33. Alciat. plura ad hanc rem adducentem regu. 3. de præsumptioni. cap. 13. quo in loco num. 4. addit hanc opinionem communem esse. Cui suffragatur gloss. in l. prima. C. de fide instrumenti. & iure hactē fiscalis libro. 10. Cautius tamen erit, quod ipse tabellio expressim scribat ipsius iuramenti forinam, & solennitatem, vt res tuta sit nec aliquod dubium habeat.

Secunda conclusio. electus à priuato litigante vel à iudice in testem: iurare omninò debet: & iuratus testificari: alioqui eius testimoniū, nec validum est nec fidem habet. Iurisiuradi. C. de testib. cap. tuis. eod. tit. Regia. l. 23. ti. 16. Par. 3. in specie probat Bar. in dicta. l. Theopompus. num. 7. Iason in repe. l. admonendi. ff. de iureiur. nume. 219. & inibi Ripa nume. 194. latè Ioan. Crotus in tract. de testib. 7. parte in principio. Eadem profectò ratione, vbi consensu litigantium standum est aduersarij: actoris, inquam, vel rei, assertioni de alicuius actus veritate: oportet iuramentum præmitti: nec aliter res ista expediri potest: secundum Bal. & Iason. in l. iurandum, quod ex cõuentione. ff. de iureiur. colum. 2. cum id testimonium veritatis sit: quod voluntati, liberò ve arbitrio alicuius non committitur: sed ipsius rei gestæ fidei: quæ iuxta vtriusque iuris regulas non potest legitimè cognosci: nisi præuia iurata assertionone.

Tertia conclusio. quoties quis sponte fuerit electus, & designatus: vt quid sibi aliqua in re visum fuerit, explicet, & respondeat: non est necessaria iuramenti religio: imò vt arbitrator, in cuius arbitrium res collata fuerit: quid ipse sentiat proprio iudicio exponet. argum. Auth. decernit. C. de arbit. notat Bart. in d. l. Theopompus. nu. 7. Alex. conf. 54. col. 1. libr. 2. Ioan. Crotus de testibus. 7. parte, nume. 242. Quin & ipse Barto. sensit idem esse vbi à litigantibus, sponce, nullo nec legis, nec iudicis mandato, quis eligitur, vt iuxta scientiam propriæ professionis, vel artis peritiam rem dubiam aperiat, nec enim tunc iuramentum requi-

ritur. idem Antoni. adnotauit in cap. veniens. in primo. de testib. colum. secunda. collegit ex Barto. Felin. in capi. quia iudicante. de præscript. colum. prima. idem in cap. proposuisti. de probat. colum. penultima. idem in cap. de testibus. numero. 11. de testibus. quod apud me dubium est: nam & si prior pars admitti possit ob libertatem arbitrij: cum tamen secundum artis peritiam respondere quis debet: etiam si is sponte à litigantibus fuerit nominatus: iuramenti religio præmittenda est, & id tutius mihi videtur: atque ita agendum esse, consulerem, & responderem: si quidem cautior est hæc opinio, & frequenter ser-

Quarta conclusio. electus à iudice, vel à litigantibus, legis, aut iudicis præcepto, vt proprium arbitrium explicet, exponat ve quid iuxta peritiã artis sibi visum fuerit, iurare omninò debet: alioqui eius responsioni non stabitur: sicuti probat tex. in l. hac edictali. §. his illud. C. de secūd. nup. 4. Borto. in dict. l. Theopompus. numer. 7. idem in proemio digestorum. col. 5. vnde periti, qui quotidie adsumuntur: in causarum, & controuersiarum definitionibus, vt secundum artis peritiam proprium iudicium explicent, iurati respondere tenentur. tex. & ibi Doct. in cap. fraternitatis. de frigidis. Abb. & alij in cap. proposuisti. de probatio. vbi col. pe. Dec. & Ias. in l. admonendi. in rep. num. 237. Ioan. Crotus in trac. de testibus. 7. parte scribunt hanc opinionem cõmunem esse. hoc autem iuramentū quãdoq; ad exstimationem peritorum, quandoq; ad veritatem pertinet: potissimam quãdo rei veritas percipi potest ex peritia artis, vt in agrimensoribus: sicuti Bald. opinatur in dict. proemio. idem in dicto. §. his illud & Deci. qui aliorum memini: in dict. cap. proposuisti. col. penult. quibus adde Chassanx. in consue. Burgun. rub. 1. §. 6. vers. nãm etiam. Constat item hæc quarta conclusio in l. si quando. C. unde vi. cap. continebatur. de despõ. impub. cap. pastoralis. de except. quorum Ias. meminit in dicta l. admonendi. lectione prima. nume. 8. poterit tamen probari contrarium eius, quod hi etiam iurati responderint: nam quoties ex lege standum est alicuius etiam iurate responsioni, probatio in contrarium admittenda est. glo. in dict. capit. proposuisti. & in dict. cap. continebatur. & in cap. 2. verbo. affectata. de temporib. ord. in 6. glo. in l. 2. §. si absens. & ibi Paul. Castr. Alexan. Soci. & Ias. ff. si ex noxali caus. agatur. Angel. in l. qui vas. in princip. ff. de fart. Felin. & Dec. col. 2. in dicto cap. proposuisti. quorum opinio communis est: quemadmodum adserunt Alex. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dãno infect. colum. penult.

Variarum Resolutionum

Iason in dict. l. si quando. col. 4. & in repe. l. ad monendi. num. 304. & precedentibus. Ange. per eum text. idem tenet in. l. qui restituere. ff. de rei vend. optimus tex. in dict. l. qui vas. & in. l. videamus. §. item videndum. iuncta. l. vltima. ff. de in lit. iur. tradit Hippoly. in rub. C. de probationibus. numero. 137. omnium latissimè Andreas Tiraq. lib. primo. de retract. §. 4. gloss. prima. quem omnino lector legat.

Quinta conclusio. vbi ex conuentione, & consensu litigantium, testis, aut periti in arte persona probata est, non est necessaria citatio, nec presentia litigantis ad iuramentum, nec ad illius testimonium, imò absq; citatione, & presentia controuertentium, poterit testis, aut peritus in arte testimonium dicere, & iurare, ac profiteri quid sibi visum fuerit. Bart. dict. l. Theopompus. num. 9. Anton. in cap. veniens. in. i. de testib. colum. 2. Iason consil. 200. lib. 2. col. 3. Ioan. Crocius de testib. 7. part. nume. 350. idem tenet dicens hanc esse communem opinionem Dec. in cap. 2. de testibus. col. penult. sic & Barto. sequitur Alex. consil. 130. num. 5. lib. 1. Sed Panormit. in dict. cap. 2. num. 13. contrarium existimat esse iure verius: nam licet persona testis reprobari non possit: oportet tamen litigantes esse presentes, vel vocatos, vt saltem videant ipsi qualiter iuramentum prestatur, & ea solenniter peraguntur, quæ à iure statuta sunt. & licet Felin. ibi numero. 14. dubitet, tutiorque sit Abbatis sententia, nihilominus ab opinione Barto. recedendum non est, cum ea sit crebriori calculo recepta.

Sexta conclusio. quoties iudex aliquem nominaturus est, qui pericia artis rem dubiam extricet, aut definiatis qui litigat, vel citari debet, vel presentis esse, vt ea nominatio valeat: cum posset à presenti aliquid aduersus electum opponi, quod eius nominationis effectum impediret. atque ita in dict. l. Theopompus. Barto. scribit. numero. 11. cui ceteri Doctores consentire videntur. Sed si aliter electio facta fuerit, receptum est in praxi, non ex hoc nullam esse: cum statim prius quam electus, & nominatus rem ipsam examinet, satis nota sit litigantibus eius electio: ac liberum sit eam iustis ex causis improbare.

Septima conclusio. etiam si admittatur, nominatione fieri posse à iudice ipso litigante absente & non citato: necessum est, eum, vel vocari, vel presentem esse: cum à iudice nominatus iuramentum prestat. ex capi. 2. de testibus. Bart. in dicta l. Theopompus. num. 10. quem docto. communiter sequuntur: & præter alios Felin. in cap. quia indicante. col. 1. de præscript. qui alios ad id allegat. Est etenim ea opinio ita iuri consona, vt ne-

gari vilo pacto commodè non valeat.

Octaua conclusio. Is, qui à iudice electus est: agrimensor, inquam, medicus, aliusve peritus ad causæ definitionem: potest referre proprium iudicium, & id profiteri, etiã ad eum actum, nec vocato, nec presente ipso litigante Barto. in dicta. l. Theopompus. num. 11. ex notatis in. l. si quando. C. de testib. Areti. idem notat in. §. quedam. de actionibus. ad finem. Felin. in dict. cap. quia indicante. colum. 1. de præscript. Curti. Iunior, consil. 33. col. penult.

Nonna conclusio. debet iudex litigantibus presentire die, quo peritus per eum electus rem sit visurus: & eos citare, vt eo tempore sint presentes: est enim manifestum posse agrimensores, & peritos melius rem percipere presentibus litigantibus, quam eis absentibus: probat hanc conclusionem tex. in. l. generaliter. §. penultimo. C. de reb. credit. & in. l. tertia. C. fini. regund. Bartol. in dict. l. Theopompus. num. 11. Abb. colum. penult. & Felin. colum. 1. in dict. capi. quia indicante. Barto. in. l. qui bona. §. vltimo. ff. de damno infecto. colum. prima. & ibi Paul. Castrensis, Iason. in. §. quedam. de actionib. numero. 77. idem ipse arbitrator agendum esse quoties ab ipsis litigantibus, periti, aut agrimensores, rationumve examinatores fuerint electi: atque ita fieri expedit: & fit frequentissimè, quod deducitur ex notatis per Curtium Iuniorem dicto consil. 33. colum. penulti.

Decima conclusio. Poterit iuratus testis scribere proprium testimonium: & ita scriptum iudici tradere coram tabellione: etiam si id non legat. dicta. l. Theopompus. iudex tamen dum ea scriptura à teste sibi offertur, si viderit expedire: poterit eam repellere, & cogere testem, vt vocet testimonium absque scriptis explicet. Barto. in dicta l. Theopompus. numero. 12. Sed Bald. in. l. iurisiurandi. colum. tertia. de testibus. adserit, non esse admittendum testimonium per scripturam testis: nisi testis ipse scripta expressim perlegerit. idem Lanfranc. in capit. quoniam contra. de probationib. verb. testium. numero. 7. contrarium, imò non posse testem per scripta testificari, & proprium exponere testimonium, probatur in specie in capit. testes. 3. quæstione. 9. tex. vbi Abbas, & Ioanes Andreas in cap. secundo. qui matrimonium accus. poss. idem Abb. Areti. & Felin. in capi. de testibus. Hippolytus in. l. de minore. §. plurium. columna prima. ff. de quæstio. Barto. reprobantes: sic & contra Barto. scribit esse communem opinionem Hispanus in additionibus ad Crottum, in tracta. de testibus. numero. 373. Nec Bartolo suffragatur iuriconsultus in dicta. l. Theopompus. dum dicit: iuratus scripsit. nam

fit. nam exponi potest, id est, propria manu subscripsit, aut saltē nō tractatur ibi de teste deponēte iudiciali solennitate. Quin & in aliquot exemplaribus apud iuriscōsultum legitur: iuratus respondit. Item & aduersus Barto. vrget omnino ratio textus. in. l. 3. versi. tu magis scire poteris. ff. de testibus. qua quidem diligenter perpenſa, admittenda non est sententiā Bald. in dicta. l. iurisiurandi. Nam ex vocis pronuntiatione absque scriptura facilius deprehenditur à iudice fides testimonij: an sit varia, vel suspecta: cum per scripta testis respondeat præmeditato sermone: vnde & à Baldo discendunt Salycet. ibi Aretin. & Felin. in dict. cap. de testibus. secundum quos posset admitti Baldi opinio ex aliqua iusta causa: nempe quod res ipsa perplexa sit, vel testis morbo expeditè loqui impediatur: siquidem tunc optimè poterit testimonium à teste iurato scribi, iudicij; tradi præsentè tabellione: vt ex eo causa valeat definiri.

Hinc obiter perpendi poterit gl. in ca. qualis. 30. quæstio. 5. quæ in specie adnotauit, posse poenitentem sacerdoti, cui confitetur propria crimina, eadem scripta tradere. Est profectò res ista consideratione digna: cum ex eo secretum confessionis periclitetur, maximoque discrimini exponatur, tollaturque pars maxima erubescētiæ, quæ ad sacramentalem confessionem pertinet. capitulum. quem poenitet. de poenit. distinct. prima. quo in loco item prohibetur, confessionem hanc sacramentalem, & secretam per scripta celebrari. quam obrem Aretin. & Felin. in dicto cap. de testibus. colum. penult. dictæ gl. assertionem improbant: etiam si ab ipso poenitente scripta legantur: vt idem auctores probant, nisi iusta causa adsit, quæ rem hanc, & actum istum licitū reddat: nempe infirmitas corporis, aliudve simile impedimentum: quod Lancel. Galiana respondet in. l. prima. ff. de verbor. obligationib. colum. 17. quibus & illud addendum est mutum, & si sciat scribere, non teneri ad confitendum propria crimina per scripturam: tamen nō possit id agere, si sibi visum fuerit, vt tradunt Richardus in quarto sentent. distinctio. 17. articulo. 2. quæstio. 5. Hadria. in quarto, in tracta. de confessione. §. sed oritur. Caietan. in Summa, verbo, confessionis undecima conditio. tenebitur tamen mutus confiteri per signa, quibus eius scelera percipiuntur: secundum Richard. & Soci. in. d. distinct. 17. col. vlti. & Caietan. in dicta undecima confessionis conditione. is verò, qui loqui potest, si parum confidit memoriæ, poterit cautè mandare crimina & peccata scripto, nè eorum obliuiscatur. gloss. in dicto cap. quem poenitet. de poenit. distinct. 1.

Haecenus explicimus Bar. cōmētaria in. d. l. Theopompus. ex quibus deduximus, oportere testem, peritūve à iudice electū, iuramentū præstare: & eo prælitato propriū iudiciū exponere, & testimonij dicere. Nunc verò dubiū est, quid dicendum sit de eo teste, qui extra iudiciū non iuratus, & demum in iudicio iuramento prælitato cōtraria respōderit: sitne stādum priori, an posteriori respōsioni? quod sepiſsimè contingere sollet. & Bar. in. l. eos. ff. de falsis. nu. 4. asseuerat, testem hunc puniendum falsi criminis pœna: nec eius respōsionibus dandam esse fidem: quod p̄bari videtur in eadem. l. eos. secundo respōso. quo in loco iuriscōsultus, dixit, eum qui diuersa testimonij præbuerit, falsi criminis reū esse: item & eum qui contra signum suum testimonium dixerit. Contrarium sanè cōstat ex eo, quod cū quis extra iudiciam sine iuramento quid dixerit: & demum iuratus in iudicio contrarium responderit: tunc statatur secundæ, & posteriori respōsioni ob religionem iuramenti, & iudicis auctoritatem. capi. sicut nobis. de testib. cap. 1. in princ. quid sit inueltit. nec punitur hic falsi pœna. hanc opinionē probant glo. vlt. in capi. cū causam. de testibus. inibi cōmuniter recepta: quam dicit ordinariam Bald. in. l. nullum. colū. prima. C. de testib. asserūt hanc communem esse eam sequuti Abb. & Deci. in capit. per tuas. de probatio. colū. vlti. Felin. in cap. cum in tua. col. vlt. de testib. idē Felin. expressim in cap. inquisitionis. §. tertiæ. de accusat. colum. fina. hoc ipsum tenentur Alexand. conf. 222. lib. 2. nu. 13. Aymon conf. 6. colum. 2. sequuntur & hanc opinionem Roman. consil. 505. Bald. consilio. 486. lib. 3. Petrus Ferrari. in forma opponendi contra testes. §. ac etiam varij. nume. 2. Francus in cap. primo. ad finem. de election. in 6. Aufreri. in capella Tholosana. 280. Alexand. cōsi. 63. lib. primo. Hippol. in dict. l. eos. nu. 11. & 22. & idem in sing. 212. dicens hanc opinionē esse cōmunem. non oberit iuriscōsulti locus in dicta leos. cū ibi tractetur de eo, qui solenniter, & in iudicio cōtraria testificatus est: cuius fides vacillat, & ipse falsi reus condemnabitur. Posset planè Barto. sententia procedere, vbi ex secundo testimonio apparet testis periurium: quia prius cōtrarium iuratus respōdisset: sicut constat ex ratione text. in capitul. sicut nobis. de testibus. quod in specie asserunt Abb. & Deci. in dicto cap. per tuas. Felin. in dicto ca. cū in tua. in fine. Aymon dicto conf. 6. nume. 15. optimè Dec. conf. 189. num. 10.

Ex quo apud me satis dubia est Specul. sententia, tit. de teste. §. primo. num. 72. vbi scribit, standum esse eiusdem testis posteriori testimonio, si prius

Variarum Resolutionum

prius respondisset apud iudicem incōpetentem, vel in iudicio nullo: tamen si omninō contraria responderit, idē tenet glo. vlti. in dict. cap. cum cau- sam. Ego etenim scio, & iure satis compertum ha- beo, esse aduersus tellem potissimam exceptio- nem, quod is periurus sit. cap. testimonium. capi. sicut nobis. de testib. capit. paruuli. 22. qō. 5. Dein de apud iudices testimonia non aliter exhiben- tur, quā in p̄missio iuramento. l. iurisiurandi. C. de testib. nec negari poterit, eum periurum esse, qui contra veritatem iuramenti religione p̄- missa quicquam asseuerauerit, siue in iudicio, siue extra iudicium: apud priuatum, apud alienū iudicem, vel in iudicio nullo. Quod si ita verum est, vt mihi probatissimum esse censeo: cur obse- cro, erit Speculat. sententia admittenda, si prius testimonium testis iuratus p̄buerit? Nam aut illud verum est: & tunc secundum testimonium falsum esse apparet: aut prior responsio falsa, & ex hoc testis omninō periurus existit. vnde etiā si Speculat. opinio à plerisque commendetur, cautē est intelligenda, vel penitus reprobanda: quod & Panormit. eleganter probat in dict. cap. per tuas. ad finem.

Est & aliud considerandum fore, scilicet, locū opinioni Bartol. si ex verisimilibus coniecturis probabile sit, posterius testimoniū nō esse ita ve- risimile, ut prius: tūc enim non erit standū testis iudiciali responsioni, nec extraiudiciali. text. o- ptimus, & singula. secundum Bald. & Abb. ibi in cap. literas. de p̄sumptio. text. vbi Cardina. & Abb. in capi. inquisitionis. §. tertiā. de accusatio- ni. notant Deci. in dict. cap. per tuas. colum. vlti. Feli. in dict. cap. cum in tua. ad finem. Roma. con- sil. 505. Aymon conf. 75. col. penult. Imō arbitrio iudicis: licet opinio cōmanis verior sit, fides iudi- cialiste testimonij non ita integra censebitur, ac si prior responsio minimē p̄missa foret: quin ex hoc diminutionem testis patietur: quod discre- tus iudex arbitrabitur. Panormitanus in dicto capitulo. per tuas. colum. vltima. Capella tho- losana ducentesima octuagesima, sicuti & idem erit, quando testis extra iudicium etiam absque iureiurandō responderit contraria his, quæ iam solenniter in iudicio dixerat: nam & eo casu fi- des eius vacillat, & arbitrio iudicis diminuenda est: secundum Antonium in capit. cum in tua. de testib. Areti. consil. 71. colum. 4. Alexan. conf. 63. lib. 1. Hippol. in dicta. l. eos. nu. 21. & in singul. 212. Non enim poterit quisquā inficiari, hunc testem mendacem saltem esse, variū, & profecto fidei satis dubiæ: & ideo cautē est cum eo agendum, attenda negotij, personarum, & temporis quali- tate. sic & Antoni. sequitur Panormita. inibi

numero. 9. & Alexan. consil. 114. num. 18. addunt p̄terea Antoni. & qui ei subscribere, non esse ferendam sententiam ratione huius testimonij: si contradictio. & variatio testis contigerit, prius quā sententia lata fuerit: quod falsum videtur ex eo, quia prius testimonium iudiciale minimē tollitur per secundum contrarium ab eodem te- ste prolatum extra iudicium. Barto. in dict. l. eos. nume. 4. Doct. in dict. cap. per tuas. l. generaliter. C. de non numer. pecunia. cap. sicut nobis. de tes- tib. notant Alexan. consil. 124. nume. 5. lib. 6. An- gel. consil. 309. num. 5. Corneus consil. 186. lib. 1. col. 1. facit ad hæc quod Bald. censet in dicto. l. gene- raliter. vlt. notab. dicens non posse testē id, quod dixit in iudicio infringere, aut retractare in alte- rius p̄iudicium, & damnum, etiam si mortis tē- pore asseueret, falsum testimonium dixisse, idē Salyce. ibi Barto. in. l. si quis in graui. §. 1. per illū textum. ff. ad Syllani. Iason in. l. 1. colum. 2. ff. de eo per quem fact. erit. Aretin. & Feli. 1. colum. in cap. sicut nobis. de testib. idem Feli. in cap. exhi- bita. colum. 2. de homicid. & licet de hoc dubi- tent Romā. & Igneus in dict. l. si quis in graui. §. 1. & Hippo. in rub. ff. de fideiuf. num. 41. variē id in- telligentes: opinio Bartol. communis est secun- dum Alexand. in. l. sciendum. colū. 12. ff. de verb. obligat. Deci. consilio. 175. numero. 7. & Alciat. de p̄sumptio. regul. 3. capit. 4. numero. 7. probat tex. in dicta. l. si quis in graui. §. primo. vbi re- sponsum est, assertionem vulnerati dicētis etiam in articulo mortis à Titio se percussum fuisse, nō probare cōtra ipsum Titium. Imō, ni fallor, adhuc censeo ex hoc non esse Titium torquendum, ni- si alia indicia huic accesserint: tamen si contra- rium opinentur Jacob. de Bello visu in practica criminali, titul. de indicijs. 12. indicio. Hippol. in singul. 516. idē n Hippol. in pract. §. diligenter. nu- mer. 119. ea ratione, quod nemo in mortis peri- culo p̄sumatur immemor propriæ salutis. l. vlti. C. ad. l. Iul. repet. gloss. in dicto cap. literas. de p̄sumpt. cap. sancimus. prima. q. 7. atque ita aduersus Hippoly. probat Marcus Antonius Blā- cus in tracta. de quæstionib. nume. 390. cui suffra- gatur gloss. in. l. mater. C. de calumniat. quæ asser- tionem defuncti appellat vilem p̄sumptionē. Forsan sufficiens hinc deducetur indicium ad hoc, vt Titius capiatur, & mittatur in carcerem. quod fieri passim videmus: maior tamen oritur p̄sumptio ex his, quæ quis responderit mor- tis tempore: si ea responsio fiat publica iudicis autoritate: & iuramento p̄stito: vt sentiunt Roma. Angel. & Igneus in dicto. §. primo. licet adhuc ad quæstionem non sufficiat. Et quanuis idem quod Jacob. & Hippo. etiam Ange. scripse- rit in

rit in dicta. l. si quis in graui. §. primo. idem tamen Angelus nostram sententiam elegit in dict. l. mater. quem Alexand. sequitur consil. 14. libr. 3. numero. 5. idem Bertrandus in consil. 137. lib. 2. colum. 2. Si verò vulneratus in extremis humanæ vitæ constitutus profiteatur se non fuisse vulneratum: à Titio: proderit hoc testimonium plurimum ipsi Titio. glo. in dict. l. si quis. §. 1. adeo, vt torqueri non valeat etiam ex legitimis indicijs. Bald. in l. prima. & ibi Iason. C. commu. de legat. Alex. in dict. consil. 14. nume. 2. idem consil. 1. num. 16. libr. 3. Hippo. singul. 22. Gerar. singul. 55. Alciat. de præsumpt. regul. 3. cap. 4. ad finem. qui admonet, nõ esse seruandam hanc Baldi sententiam: vbi indicia forent valdè vrgentia: & verè tunc iudex iustissimè torquebit huius criminis reum: non obstante occisi attestacione.

His tandem apparet, dubiam esse Antonij opinionem: à qua discedunt Imol. & Areti. col. vlti. Feli. in capit. cum in tua. conclusionem. 3. & Albertinus in cap. 2. de hæret. in. 6. q. 16. numero. 72. qui bus diligenter præuisis: ego existimo non omnino admittendam, nec repellendam Antonij opinionem: siquidem visis actis, & inspectis negotij personarũ, loci, & temporis qualitatibus, iudex arbitrabitur quantum sit detrahendum huius testis fidei & testimonio: sic etenim existimabit, sit nõ sufficiens probatio ad sententiã ferendam: quod Antoni. & alij sentiunt, & in specie Alexã. consil. 124. num. 5. lib. 6.

Cæterum, si testis iuratus in iudicio contraria omnino responderit: maior est cõtrouersia: cuius sponsioni fides exhibenda sit? Primũ sanè cõstat, testem ipsũ, dum examinatur, contraria absq; animo, & iusta correctionis, seu retractatiõis causa respondentẽ, non esse legitimũ: imò eius testimonium penitus fide destitutũ repellendũ fore: quod passim omnes fatentur, & probatur in. l. qui falsa, vel varia. ff. de testib. & cap. licet causam. de probatio. l. cum precũ. de liber. causa. Secundò si testis statim, & vt aiunt, in cõtinẽti, corrigat propriam testimonij depositionem: eius vltima attestatio valida, & legitima cõsetur. cap. præterea, de testib. cog. Regia. l. 30. tit. 16. par. 3. glo. in authẽ. de testib. §. quia verò. dicemus autẽ, hæc. correctionẽ statim fieri, vbi ea sit prius, quàm tabellio responsionẽ priorẽ scripserit. gl. insignis in cap. apud misericordẽ. 3. q. 1. quã dixit esse valdè notabilem Alex. in. l. qui bonas, si quis stipulatus. ff. de dã. no. in. l. 1. singul. Lanfranc. in cap. quoniam contra. de probatio. veris. testes. nu. 136. & Iason. in. l. error. 2. col. C. de iur. & si igno. idem erit, quando testis nondum litigantibus fuerit collocutus: vel prius quàm ipse subscripserit: quod arbitrio

.....

iudicis relinquendam est ex his, quæ tradunt Feli. in dict. capi. præterea. num. 10. & Ioan. Crottus de testib. num. 340. Sed & si testis ostenderit se errasse, & velit errorem corrigere, admittendus est etiã ex interuallo: siquidẽ ex interuallo testimonium, & confessio erronea reuocantur, docto, & ostenso errore: in continenti verò reuocatio permittitur, etiam si error non probetur. glof. in. d. c. apud misericordẽ. Abb. col. 3. & Feli. nu. 5. in. c. cũ venerabilis. de exceptioni. Abb. in dict. cap. præterea. col. 2. Feli. in cap. qualiter. in. t. nu. 30. de accusat. Deci. in cap. cùm causam. de appella. col. 2. glo. optima in cap. vlt. de iureiur. in. 6. Roma. cõsil. 70. col. 3. Barbat. in consil. 43. colum. 2. lib. 2. Tertium est, quod maiorem ambiguitatem habet: cùm testis ex interuallo absq; erroris probatione, & retractatione, contraria respondit: nam omnes cõueniunt, eum periurum esse, & falsi reum: & ideo falsi pœna puniendum fore. l. eos. vbi Barto. & Doct. ff. de falsis. dubiũ tamen est, an priori testimonio sit, vel posteriori exhibenda fides: siquidem, neutram responsionem fidem facere probat text. in dict. l. eos. ex quo apparet, testem puniendum falsi pœna, & eius fidem vacillare. item & text. in capitul. præterea. de testib. cogendis. vbi. si testis in continenti se corrigat, eius testimonium admittitur: si verò ex interuallo, reprobandum est. his etiam accedit, quòd testis hic, vt varius, falsi reus, & periurus: non videtur verisimilia respondisse, nec primo, nec secundo testimonio. l. 3. §. vlt. ff. de testib. quibus persuasi, neutrum testimonium esse admittendum, responderunt Anto. in dict. cap. cum in tua. colum. 3. Bald. in. l. gesta. 2. colum. C. de re iud. Sed text. in dict. l. eos. procedit in præiudicium ipsius testis, & quo ad pœnam ei infligendam, non quo ad danum litigantis. Sic & text. in cap. præterea. intelligendus est, quo ad vltimum testimonium: id etenim non valere, apertissimi iuris est, & ab omnibus receptum. Deinde primam responsionem non posse tolli per secundam ex interuallo ab eodem teste etiam iurato propositam, constat ex ratione text. celebris in dict. cap. sicut nobis. cui difficilius respondebitur, cum ad infringendam fidem testimonij, necessarium sit alios, non eisdem testes produci: si quidem ratio illius decisionis elegans est: atq; ideo, primum testimonium validũ esse, nec per secundum tolli existimant Panormi. & Feli. num. 4. in dict. cap. cum in tua. Card. in. c. veniens. in. 2. pe. col. Areti. in dict. cap. sicut nobis. 2. colum. idem in dict. cap. cum in tua. num. 4. & 5. In nos, in dict. cap. præterea. quorum opinio cõmunis est secundum Corne. cõsil. 127. col. pe. lib. 3. Decium cõsil. 175. numero. 7. & consil. 189. num. 30.

Quod

Variarum Resolutionum

Quod autem Bart. scripsit in dic. l. eos. col. 2. standum esse ultimo testimonio: quod testis protulerit contrarius priori: si ad secundum, & ultimum tormenta præcesserint. l. si postulauerit. §. sed & si negauerit. ff. de adulter. verum est, cum quis non de se ipso, sed de altero tantum testificatus responderit: secus etenim dicendum est, ubi de se simul, & alijs: aut in propria, & aliorum causa quis testificatur: quia tunc priori testimonio standum erit: etiam si postmodum ex intervallo contrarium a iudice torrus dixerit. Bart. in l. 1. §. quaestioni. ff. de quaestioni. Areti. consil. 61. colum. 1. Dec. dict. consil. 175. & 189. Et præterea dum tractat in dict. §. quaestioni. de responsione confitentis erga seipsum, tantum loquitur Bart. de confessione, quæ firmior est in præiudicium confitentis: quando sponte fit: ut ipsemet docet, & probatur in l. 1. §. si quis ultro. & §. diuus. ff. de quaestio. Imò sententia Bart. in dict. l. eos. falsa est: quoties de præiudicio alterius agitur: & prima responsio exhibita fuerit cum iuramento ex his, quæ paulò ante tradidimus: nã licet peritium, & infamia testis tollantur per tormenta. l. ob carmen. §. pe. & l. 2. ff. de testib. auth. de testib. §. si verò. id obtinet in ciuilibus controuersis: nõ in criminalibus, in quibus aliud est dicendum, & seruandum, ut ipse Barto. notat. in l. 1. C. de summa Trinit. nume. 12. & ideo saltem in criminalibus, opinio Barto. in dicta. l. eos. erit intelligenda: quemadmodum modo scripsi. quod in specie asserunt Deci. in dict. consil. 189. nu. 10. & Aymo consil. 6. col. 4. & nu. 45.

Ex his inferitur interpretatio tex. in cap. accusatus. §. licet. de hæreticis. in sexto, quo decisum est, standum esse posteriori responsioni in iudicio ex intervallo exhibitæ, etiam si prior emissa fuerit cum iuramento. id etenim est speciale in causa hæresis. glo. & Doct. ibi late Alberti. in dict. q. 16. nume. 79. Gonzalus à Villadiego de hæreticis. q. 13. nume. 12. & Repertorium inquisitorum, verbo, testes. Directorium. 3. part. q. 65. Ioan. Arelat. in tract. de hæresi. q. 13. quorum omnium cãcors est sententia: esse speciale in crimine hæresis. fide adhibendam fore posteriori testimonio, ubi quis in iudicio etiam iuratus ex intervallo contraria fuerit testificatus. Dictio etenim, postmodum, interuallum significat. gloss. in ibi. textus. in l. secunda. C. de custodi. reorum. Bart. in l. prima. §. diuus. Securus. ff. de quaestioni. Barb. in cap. proposuisti. colum. 1. de foro compe. tradit. latissime Tiraq. in l. si inquam. C. de reuo. donat. verb. & postea. in principio. & nume. 19. Aduertendum tamen est, non ita simpliciter esse accipiendam de cisionem tex. in dict. §. licet: sed tunc demum cum ex manifestis indicis apparuerit, tales non ani-

mi leuitate, aut odii fomite, seu corruptione pecunia, sed zelo fidei orthodoxe dictum suum velle corrigere, ac modo, quæ prius tacuerant, reuelare ut ipse tex. probat. Et quãuis Doct. sentiant, & expressim Directorium, Repertorium, & Arelatanus velint, idem esse siue quis de se ipso & alijs simul, siue de alijs tantum testificetur, opinor tamen nõ temere Romanum pontificem commemorasse, testimoniũ ibi exhiberi à testificãte contra se ipsum, & criminis socius, cum maxima sit veritatis præsumptio propriæ culpæ cognitio, & eius apud iudicẽ professio, quod viri discreti arbitrio committendum esse censemus. Sed si prima testificatio esset in agnitionem & reuelationem hæresis, ac demum secũda ei cõtrariã, culpã & crimen negaret, omninò priori stabitur. glo. in dic. §. licet. Feli. in cap. cum in tua. col. 2. de testib. Alber. Arela. & alij, quos modò nominatim citauimus, dũ asseuerãt, esse speciale in causa hæresis: sentiunt enim id permitti, nõ crimen istud occultũ omninò sit in perniciẽ Christianæ religionis, & expressim id adnotauit Repertorii inquisitorũ author.

Verum, cum testis præstito iuramento asserat, se aliter dixisse testimonium quã in tabellione fuerit scriptum tabellioni potius quam testi credendum est, nam pro tabellione præsumitur. l. si quis decurio. C. de falsis. cap. ad audientiã. de præscriptio. quo in loco Panormit. scribit. hoc verum esse in causis ciuilibus, nõ in criminalibus, in quibus ex iurata asseueratione testis vacillat tabellionis fides. arg. l. vltimã. C. de probatio. idẽ Ab. & Feli. in fine in cap. cum causam. de testib. Specular. ti. de teste. §. 1. nume. 48. Alcia. de præsump. reg. 3. cap. 13. nu. 20. quam ob rem prouidẽ, & cautẽ à iure statutum est, ut in causis arduis, & criminalibus non committant iudices testium examinationem tabellionibus, imò ipsi præsentibus sine huic examinationi. text. in Auth. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. & in Auth. de testib. §. hæc omnia. Et licet in ciuilibus controuersis idem agendum sit. l. 3. §. diuus. ff. de testib. l. solam. iuncta gloss. C. de testib. gloss. in l. hac consultißima. §. vlt. C. qui testam. facere poss. tamen in ciuilibus causis ex quadam speciali causa committitur iuramenti solẽntas, & examinatio ipsi tabellioni. cap. si qui testium. de testib. cap. 2. de iudic. in 6. l. ad egregias. ff. de iure iur. Regia. l. 22. tit. 11. part. 3. regulariter verò ex generali multitudinis negotiorum impedimẽto, committitur examinatio tabellioni, præstito prius iuramento apud ipsum iudicem. quod adnotauit Saby. in d. Auth. apud eloquentissimum. & Feli. in dict. ex cum causam. col. antepenult. Sic in quaestionibus quæ tractantur apud suprema Hispaniarũ tribunalia,

bunalia, frequentissimè receptio testium, & eorū examen committitur cuidam tabellioni, ex his, qui receptores dicuntur, & id mun⁹ à Rege habet, præiua morum, & integritatis diligenti inquisitione, quandoq; duobus tabellionibus tribunalium inferiorum. in causis nobilitatis, & exceptionis, quam Hidalguiam dicimus, testes vocantur ad Regia prætoria, & examinantur ab vno ex ipsi iudicibus, nisi alioqui iusto impedimento valeant excusari, quòd Regijs sanctionibus satis expeditum est. expeditur profecto, essetq; valde utile reipublicæ, in quibuscunq; controuersijs lege sanciri: nè coram solo tabellione testimonia à testibus exhiberentur, sed saltem iudice, vel alio viro probatæ fidei præsentate, sicut fit apud Lusitanos. Nam & olim Athenijs sex viri præter iudices in iudicio aderant, vt viderent, num notarius aliquid omitteret scribere, vel adderet aliquid his quæ à iudicibus pronunciabantur, quemadmodum Pollællus commemorat libr. de magistratibus Atheniensium cap. 26. tandem apud nos obtentum est tabellioni potius quàm testi credendum esse, quod explicant Alex. conf. 70. lib. 1. & conf. 65. col. 2. lib. 2. Dec. in cap. cum parati. col. fi. de appellar. Aymon. conf. 74. num. 3. Felin. in d. cap. ad audientiam: nihilominus in ea dubitatione, qua quæri solet, quot testibus publicū instrumentum improbetur, adscribam vnā, & alterā conclusionem, vt quæ modo diximus perfectius intelligantur.

Prima conclusio. Instrumentum, etiam si plures habeat inscriptos testes, duobus tamen omni exceptione maioribus, quo ad eius seriem, etiam directe reprobari potest. tamen si hi testes instrumento inscripti non fuerint. l. optimam. C. de contra. stipulat. cap. tertio loco. de probatio. & probatur ratione, si quidem instrumenti fides solū à notario pender. cap. ad audientiam. de præscript. & is vnus est, qui duobus præferri non debet; quāuis sit eius authoritas publica. Et licet quibusdā visum fuerit, rem hanc committendam esse arbitrio iudicis, vt is eam desiniat inspecta testium probitate, & fide, conueniunt tamen omnes, hanc conclusionem veram esse in testibus omni exceptione maioribus, vt constat ex Innoc. Ioan. Andrea, Antonio, Calderi. Abb. nu. 13. Felin. nu. 35. in capit. cum Ioannes. de fide instrum. Zafio lib. 2. singular. respon. cap. 23. Imola in l. 1. §. si quis negat. ff. quæ admod. testam. aperi. Aymon conf. 56. num. 9. Salycet. in l. in exercendis. C. de fide instrum. quorū opinio communis est secundum Deci. in dict. cap. tertio loco. num. 11. tamen si Guido Papæ in dict. capit. cum Ioannes. existimetur contrarium magis communiter receptum esse, non oberit tex. in d.

cap. cum Ioannes. nam ibidem tres testes exiguntur contra instrumentū, ex eo quod in instrumenti fauorem & probationem aderat notarius ipse & vnus testis, quo casu cum notarius & testis vnus sint maioris authoritatis quàm duo testes, standum esset instrumento, nisi tres testes aduersus id testificentur. quod fatentur Docto. præsertim Abb. Imol. & Felin. ibi num. 43. nec item refert quatuor testes in specie illius decretalis aduersus instrumentū à reo productos fuisse, quia ex allegatione litiganti per ipsum Romanū pontificem approbata, constat tres tantum sufficere. quo fit vt in pari causa, probationis; potius instrumento quàm testibus credendum sit. & ideo manifestum est, etiam admissa communi sententia, instrumentum minime improbari minori numero quàm trium testium, vbi præter authoritatem tabellionis, testis vnus pro instrumento testimonium exhibuerit: Imola in dic. cap. cum Ioannes col. pe. Alex. conf. 93. lib. 5. col. pe. Dec. conf. 101. col. 2. Aymon conf. 56. col. penult. ex quibus deducitur, non requiri ad authoritatem instrumenti, ipsius tabellionis viuz vocis testimonium. Hæc vero prima conclusio & si communis sit, dubia tamen satis videtur propter authoritatem glo. in dict. cap. tertio loco. & in dict. cap. cum Ioannes. & in §. item verborum. Inst. de inutilib. stipulat. & in l. in exercendis. C. de fide instr. quibus placuit instrumenti authoritatem non minori quàm trium testium numero improbari: imo quatuor esse necessarios quandoquæ ipsæ glof. responderunt.

Secunda conclusio. Maiori ratione instrumenti fides omnino tollitur duobus testibus eidem instrumento inscriptis. optimus tex. in capi. tam licet. de testib. & est communis conclusio secundum Felin. in dict. cap. cum Ioannes. num. 46. idem notat Zafius in dict. capi. 23. hinc profecto constat, decisionem Imolæ, cuius modo meminimus, nõ procedere, quando duo testes ex descriptis in instrumento aduersus ipsum testificentur, tunc etenim eius fidem tollerent, etiam si præter tabellionem vnus testis non adscriptus instrumento in probationem & fauorem eiusdem testimonii exhiberet, sicuti adnotarunt Corne. cõsi. 23. lib. 1. col. 2. & Aymon dict. conf. 56. col. penultim. imo vnus tantum testis ex his, qui necessario adesse debent, & inscribi ad integritatem & vim instrumenti, si aduersus id testificetur: id agit, vt plane vacillet instrumenti fides. text. singular. in l. 1. §. vlt. ff. quemad. testam. aperi. & inibi Docto. ac Felin. in dic. cap. cum Ioannes. nu. 50. post Abb. ibi dicens hanc opinionem communem esse, quāuis secus respondendum sit in eo teste, qui & si adscriptus

Variarum Resolutionum

scriptus fuerit instrumento, non tamen est de necessarijs ad vim & valorem ipsius: qua ratione, in scriptis instrumēto quinque testibus: cum duo tantum forent necessarij, si ea scriptura duorum ex his viua voce comprobata fuerit, non poterit reliquorum trium contrario testimonio reprobari, authore Bald. conf. 228. lib. 2. cui accedit Aymo conf. 56. colum. penulti. quem omnino legito numero nono.

Regia sanè constitutione, vbi indirectè aduersus instrumentum publicum probatio fit, tres testes sunt necessarij: & sufficiunt ad tollendam ipsius fidē. l. 117. tit. 18. part. 3. quæ quatuor testes exigit & l. 32. tit. 11. part. 5. quæ quatuor vel saltem tres requirit & deducitur ab opinione glo. in dict. §. itē verborum. fitq; indirecta probatio, cum probatur, eum, cui tribuitur obligatio instrumenti Salmanticæ certo die confecti: eodem die Toleti extitisse. Quod si instrumentum priuatum sit, eius fides tollitur directā vel indirectā duorum testium probatione. glof. communiter recepta in dicta. l. in exercendis. l. optimam. C. de contra. & cō. stipulat. dicta Regia lege. 117. Sed si tractetur de instrumento publico, & eius directā reprobatione, existimant quidam lege Regia. 115. tit. 18. part. 5. non aliter. auctoritatem instrumenti improbari, quam si omnes testes instrumēto adscripti aduersus id testificentur. imo ea cōstitutio: quatuor exigit, vt per testes fides instrumenti directè improbetur. Primum, quòd tabellio alioqui nutantis fidei, quippe quæ ex fama dubia quoquomodo sit. Secundum, testes esse probos viros. Tertium, actum ipsum, cuius instrumentum meminit, non esse antiquum, sed paucis ante annis contigisse. Quartum, quod omnes testes instrumento adscripti vnanimi & concordati testimonio aduersus instrumentum iurati testificentur, quæ se re deducuntur à glof. & veterum opinionibus in dict. cap. tertio loco. sicuti diligenter tradit Henric. in dict. cap. cum Ioannes. col. 2. & sequētib. atq; item Panormit. nume. 13. & 14. nobis satis sit Regijs constitutionibus, quibus vti tenemur, cōmunes sententias, quas præcipuè, & potissimum exposuimus, antiquatas, atque repulsas fuisse, quod discretus, prudens, & doctus iudex animaduertet.

Ex capite sequenti.

- 1 Qui ab administratiōe præterita liberatur vel contractu, vel testamento, tenetur ad id, quod actione reali vendicari potest.
- 2 Liberatione legata à reddēdis ratioibus, & ab

actione præterita administratiōis, an censentur reliqua remissa?

- 3 Quid operetur liberatio à reddēdis ratioibus, vel ab actione futurae administratiōis?
- 4 Inuentarij cōfectio potest à testatore tutori remitti. & ibi intellectus. l. vlt. C. arbit. tut.
- 5 Aduersus tutorem nō conficiētem inuentariū iuratur in litem propter dolum presumpsum.
- 6 Expenditur locus insigniter vitiosus apud Barto. in. l. tutor qui repertorium. ff. de adm. tuto. numero. 21.

Liberatione legata: an actione in rem conueniri valeat legatarius? Cap. XIII.



CVM Mæuia tutori omnino liberationem legasset, respondit Iuriconsultus tutorem conueniri posse à Mæuiz hæredibus, vt pecuniam Mæuiz restitueret. l. Aurelius. §. Mæuia. ff. de liberat.

lega. ex cuius responso glo. Bart. & Docti adnotarunt, in generali liberatione, tutoribus, curatoribus, ceterisque alienarū rerū administratoribus, legata nō venire, ea quæ actione in rem vendicari possunt, quasi illa extranea sint à redditiōe rationum, quippe quæ in his, quæ expenduntur versetur. idem pbatur in. l. & vno. §. eius. ff. de acceptilat. quo in loco actionis in rem mentio fit in plenissima liberatione. Cautè igitur Accursius in d. §. Mæuia. distinxit pecuniam, quæ ipsius Mæuiz esset, & apud tutores māsisset, à pecunia, quæ Mæuiz ratione administratæ tutelæ deberetur tutoribus, quasi prior nō obstante liberatione peti posset, posterior verò in liberationem venisset, quam glo. dixit singul. Bald. in. l. cum necessitate. C. de fideicom. & notab. Iason in prin. de actioni. nu. 101. idem in. l. sub prætextu. in. 2. C. de transf. actio. col. 2. Angel. conf. 185. in prin. & conf. 174. est & ad hoc tex. insignis in. l. Aurelio. §. 1. ff. de liberat. legat. vbi liberatione in hūc modum legata, quæstionē curatoribus meis nemo faciet, rem enim ipse tractauit, respondit Modestinus. si quid dolo curatores fecerunt, aut si quæ res testatoris penes eos sunt, eo nomine conueniri eos posse. Hoc sanè responso satis expressum est, id quod glo. Bart. & ceteri colligūt ex dic. §. Mæuia. quoru

rum opinionem frequentissimo omnium calculo receptam esse opinamur. & id apparet ex his quæ hoc capite tradentur. est & ad hoc text. insignis. in. l. creditor. §. Titia. ff. de liberat. legat.

Primò, deducitur ab his probatio eius, quod Bar. docet in. l. nò solum. §. vlt. ff. de liberat. legat. scribens, liberationem legatam depositario, vel commodatario ab actione depositi, vel comodati, siue ex causa depositi, aut comodati, minimè referri ad actionem in rem. hæc etenim sententia probatur in dic. §. Maruia. & præterea ratione satis valida, siquidem qui liberatur, ab obligatione liberari censetur: at cum actione in rem quis conuenitur, non vt obligatus, sed vt possessor in iudicium vocatur. l. officium. ff. de rei vendica. Nec liberatio comprehendit actionem, quæ possit contra quemlibet extraneum possidètem proponi, id est rei vendicationem. quam ob rem Bart. opinio recepta est ferè omnium consensu: & præsertim ab Alexand. consil. 46. numer. 4. libr. 1. & consil. 170. nume. 6. lib. 2. Lancelo. Decio in. l. si fideiusor. colum. secunda. ff. de leg. primo. Iafone consil. 171. col. 3. libr. 1. quod maximè notandū est.

Secundò, ab eadem ratione procedit, liberatio nem non tantum in vltima voluntate legatam, sed & lege concessam: ad actionem realem minimè extendi. Nam si statuto aut lege viginti annorum præscriptione liberetur debitor, ea liberatio ab actione personali non à reali cõcessa intelligitur, sicuti in specie adnotarunt Roma. consil. 201. Angel. & Iafon in princi. Insti. de actioni. nume. 101. Felin. in capit. vltimo. de præscript. col. 3. & Balbus in tract. de præscriptio. 2. par. 3. part. principa. q. 14. col. pen. quanuis Ludouic. Gomeci. in princ. de actioni. col. pe. probare voluerit, etiam in hac specie, liberationem dari ab actione reali.

Tertiò, hinc apparet, idem esse in liberatione per transactionem contingente, lite mota super actionibus personalibus, tutelæ inquam, curæ, & similibus, siquidem transactio hæc ad actionem realem nequaquam extenditur. quod prædicta ratione probatur, & autoritate gloss. in. l. sub prætextu. in. 2. C. de tran. vbi post alios ita Iafon col. 2. & Alciat. ad finem adnotarunt. Sed si actio realis esset deducta in iudicium, tunc liberatio transactione conuenta, & stabilita, ad actionem realem etiam pertineret: quod sensit glo. vlt. in dic. l. sub prætextu. ibidem communiter recepta.

Quartò, si diligenter consideremus rationem iurisconsulti in dict. §. Maruia. idem erit respondendū, si liberatio ratione contractus & inter viuos fiat tutori, curatori, negotiorum gestori, & oeconomo, nam & si ita fiat, non continet actionem in rem, imò non obstat liberatione potest ea

in iudicium deduci. quod in specie probat eleganter Soci. consil. 160. col. penul. & h. sensit. Bar. in. l. non solum. §. vlt. ff. de liber. legat.

Quintò, idem esse existimo, etiam si liberatio fiat iuramento præstito: siquidem licet vel in vltima voluntate, vel in contractu liberatio iuramenti religione confirmetur, nihilominus ex ea non cõsetur actio in rem sublata, nec remissa: iuramentum etenim nò auget obligationem extrinsecus: sed ei intra suos limites manenti addit religionis vinculum, & robur. argum. l. Titius. in fine. ff. ad Trebelli. not. Bald. in. l. si procurator. co. 3. ff. de cõdict. indebi. tex. celebris in. l. vl. C. de nò num. pecunia. quo manifestè probatur, iuramentum nò supplere defectum consensus. Cum igitur in hac liberatione deficiat cõsensus remittendæ actioni in rem: apparet, ex liberatione iurata minimè tolli ius petendi rem propriam reali actione.

Sextò, illud est considerandum, posse ita plene liberationem vel in vltima voluntate, vel in contractu concedi, vt & actionem in rem contineat, eaq; remissa censeatur. si quis etenim alterum liberet ab omni eo, & toto, quod petere posset vel irrita efficiat omnia iura aduersus alterum sibi competentia, etiam realis actio remissa videtur secundum Corn. consil. 29. lib. 1. idem erit, si quis eum qui propriam rem administrat, liberet ab administratione, à lucris perceptis, & percipiendis, à principali & reliquorum solutione, ac restitutione. optimus tex. in. l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. l. pluribus. ff. de acceptilat. notat eleganter Alex. consil. 47. lib. 1. num. 9.

Postremò, opportunè quaritur liberatione legata, an & reliquorum remissio facta censeatur? & quid vbi quis liberatur expressim à reddendis rationibus, quod fere idè est. nam in his speciebus nò videri reliquorum solutionem remissam esse probat text. in. l. si quis rationes. ff. de liberat. legat. si quis, inquit Vlpianus, rationes exigere veteretur, nò impeditur reliqua exigere. ad idem tex. in. l. Lucius. vbi hoc Bart. notat. ff. eod. tit. & in. l. Aurelio. §. Caius. vbi Bart. itè probatur in. l. Aurelius. §. Titius. quo loco speciale est, vt legata patri liberatione ab actione tutelæ & a reddendis rationibus, etiam & reliqua remissa censeantur: cuius responsi præter alios meminere Bart. in dict. §. Caius. num. 7. Roma. singul. no. Alciat. de præsumptio. reg. 1. c. 6. Angel. consil. 185. & 174. quod si in patre id est speciale, in extraneis secus erit, nam & hi reliqua soluere cogentur. optimus text. in. l. creditor. §. Titia. ff. de liberat. legat. ex quibus apparet, reliqua non videri remissa, quoties quis liberatur ab aliqua actione generali, nempe à tutela, cura, vel rerum administratione aut à reddendis

Variarum Resolutionum

dis rationibus, sicuti expressim adseruit Bart. in dict. §. Caius. nume. 7. notatur in. l. quidam dece dens. vbi Alber. ff. de admitt. tutor. Alex. conf. 45. in princ. lib. 1. ex cōtrario patet liberatione legata ab actione tutelæ, & reliqua remissa cēseri, nec peti posse, cūm reliqua debita sint, & actione personali exigantur, quæ tamen actio in liberationem venit. glos. in dict. §. Mæuia. quæ probatur ex his, quæ hoc capite tradidimus de actione in rem. quam ob rem simul expediam, an remitti possit redditio rationum administratoribus, & quid ea remissio operetur, aliquot propositis cōclusionibus.

Prima conclusio. redditio rationū remitti potest ab administratione præterita. tex. glos. & ibi Doct. communi omnium consensu in. l. cūm necessitatem. C. de fideicomm. probatur idem varijs iuriscōsultorum autoritatibus, quarum modo mentionem fecimus, atq; statim ampliùs agemus. Hæc vero remissio quanuis à reddendis rationibus liberet administratorem, tamen à solutione reliquorum eum minimè liberat. tex. in dict. l. si quis rationes. & in dict. §. Caius. vbi Bart. num. 7. glo. communiter recepta in dict. §. Caius. tex. in. l. creditor. §. inter cætera. ff. de libera. lega. & in. l. si seruus vetitus. vbi Bar. ff. de legat. 1. sicut nec liberat ab actione reali quemadmodum satis iam probauimus.

Hoc ipsum verum est, etiam si testator liberet tutorem, vel administratorem ab actione tutelæ vel administrationis, nam ea liberatio fieri cense tur à reddendis rationibus, non à solutione reliquorum. tex. argumento ab speciali in dict. l. An relius. §. Titius. & in. l. Aurelio. §. Caius. eo. tit. vbi Bart. quem omnes sequuntur. 2. colum. idē tenet tamen si dubitet, ac contrarium sentiat Alber. ibi. Attamen hæc conclusio non procedit vbi liberatio ab actione tutelæ patri legata fuerit. tex. in. d. §. Titius. idem si matri ob eandem affectionis rationem, secundum Gozadi. conf. 94. sensit Franciscus Cremensis inter Alex. responsa. cōf. 62. nu. 7. & in specie Ioan. Crottus in. l. nemo potest. ff. de leg. 1. col. 20. num. 17. Sic & reliquorum remissio etiam facta censebitur: quoties testator hæredem grauaxit restituere tutori, vel administratori, quicquid ab eo ratione tutelæ exegerit, vel actionem ei remittere. text. in dict. l. si quis rationes. ad finē, ex qua Bar. in dict. §. Caius. nume. 7. discrimen constituet, liberauerit ne testator tuto rem ab actione tutelæ, an iusserit, & mandauerit quod hæres eum liberet, si quidem priori casu nō cense tur reliqua remissa, posteriore verò & à reliquis liberatio fit. quam distinctionem asserit cōmuniter esse receptam Gozadin. dict. cōf. 94. nu.

17. notat Socin. consil. 101. libr. 2. versi. aliquando. Sed isthæc differentia iure non potest defendi. Nam aut testator de reliquis cogitauit, & tūc cessat ratio Bart. qui scribit, ex eo non cēseri reliqua remissa fuisse, quòd testator de his non cogitauerit morbo impeditus, & ideo secundum eū, tunc reliqua cēseri debent remissa, cū de his testator cogitauerit, nec differt liberatio legata in vltima voluntate ab ea, quæ inter viuos per hæredem fieri debet iussu testatoris, aut testator de reliquis non cogitauit, & ea non veniunt, nec venire possunt in liberationem ab hærede inter viuos iussu testantis concedendum, cūm testantis voluntas deficiat. Præterea sequeretur ex Barto. liberationem ab actione tutelæ legatam testamento condito ab eo, qui tūc sanæ mentis erat, nullaq; egitudine grauabatur, ad reliqua extendi, eorumq; obligationem, & actionem remittere. quod Bart. proposita generali differentia negat. Deinde liberatio facta ab hærede iussu testatoris non potest amplior esse ratione testamenti, quàm fuerit testantis voluntas, argu. l. vxori. §. Agri plagam. ff. de legat. 3. fieri etenim debet iuxta mandatum testatoris, & eius testamentum, nec potest plura cōtinere quàm liberatio ab ipso testatore relicta. quibus sanè rationibus eleganter Angel. Bartoli distinctionem falsam esse censet conf. 185. eadem reprobat Ioan. Crott. in dict. l. nemo potest. col. 20. quibus adde Bartho. Soci. conf. 73. lib. 3. quem omnino legito, licet ab Angelo dissentiat. Curti. item Iunior in. l. actione. vlt. col. de transact. refellit hanc Bartoli differentiam. His accedit Quarta ratio aduersus Barto. ex eo quod legata liberatione tenetur hæres liberare legatariū. l. 3. §. nunc de effectu. ff. de libe. legat. & tamen liberatio ab hærede præstita reliqua etiam cōtinet, vt fatetur Barto. igitur parū refert quod testator legauerit liberationē, vel iusserit hæredi, eam debitori præstare. nec quicquam hac in re iuuat Bartoli opinionem, aliud esse liberationem ab hærede concedi ex tacita testantis voluntate, quia liberationem legauit, aliud ex expressa, nempe cūm testator iusserit hæredi debitorem liberare, quia verè vtrunq; fit propter voluntatem testantis, ni fallor, expressam, atq; amplior esse videtur directa liberatio testatoris, & expressior, quàm ea quæ à testante obliquè hæredi iniungitur. Quinto Barto. opinatur, liberationem ab hærede præstitam, reliquorum remissionem comprehendere, quia inter viuos facta sit, & tamen ipse Bart. ibi nume. 6. fatetur, liberationem absq; titulo & causa transactionis, inter viuos contingentem, ad reliqua nō extendi, quia dolo vsu esse videtur eum, qui reliqua retinuit. l. Lucius. ff. de liberat. lega. & l. tres fratres.

fratres. ff. de pactis. ergo sibi non constat Bartoli sententia, quæ minimè probatur in dict. l. si quis rationes. quippe quæ nõ excludat alias legandi formulas, quibus reliqua censeantur remissa quã ob rem etiam si differentia Barto. communiter recepta fuerit, ipse opinor, liberationẽ à reddendis rationibus legatam in testamento, vel ab hærede præstitam iussu testatoris, reliqua non continere, non enim agitur in hac liberatione de reliquorum remissione nec de liberatione ab actione tutelæ, sed de non reddendis rationibus. text. est in dict. l. si quis rationes. l. Lucius. l. creditor. §. inter cætera. & §. Titia. ff. de libera. leg. quod si liberatio ab actione tutelæ legata sit, aut ab hærede præstita, aliud forsan respondendum est sicut & Alber. censet in. d. l. si quis rationes. sententis, tunc & reliqua remissa videri. quid enim obsecro refert, remittat testator ipse tutorem actionem, an iubeat hæredem eam remittere, & tamẽ posteriori casu reliqua censeantur remissa. dict. l. si quis rationes. ad finem. Nec tunc oberit tex. in dicta. l. Aurelio. §. Caius. & in. l. Aurelius. §. Mævia. in his et enim responsis etiam liberatione legata, agitur aduersus tutorem ad res, quæ actione reali vendicari possunt, & ad pecunias non debitas, sed proprias illius, qui liberationẽ legauit: si quidem etiã reliquis remissis, hæ peti possent, cum reliqua actione personali petantur, & ea sint, in quibus redditus rationibus manet tutor ipse debitor: quæ ratione etiam si liberatio patri tutorei legata fuerit iuxta text. in dict. §. Titius. opinor, à patre posse ea peti, quæ actione reali possunt iure vendicari. Sed opinioni huic, qua diximus liberationẽ ab actione tutelæ legata reliqua remissa censeari, obstat fortiter tex. à ratione speciali in dict. §. Titius & ideo crediderim in hac difficili questione, liberatione legata ab actione tutelæ, iudicem varijs ex causis, ex qualitate disceptationis & personarum, ac præsumpta mente testatoris, rem ipsam æstimaturum, vt licet in dubio reliqua non iudicentur remissa, quandoq; tamẽ & ab eis debitorem liberatum fuisse definiatur. text. & ibi gloss. in. l. Aurelius. §. filias. ff. de liberat. legat. quod itidem apparebit ex verbis ipsius liberationis, quæ ita ampla, & expressa esse possunt, vt his reliqua videantur esse remissa. vnde si testator grauauerit hæredem, vt ratione tutelæ aduersus tutorem nõ agat, reliquorum liberatio fit: ex dict. l. si quis rationes. licet Bartol. contrarium opinetur in dict. §. Caius. num. 7. motus iurisconsulti responso in l. non solum. in. 2. §. penult. vbi non agitur de reliquorum solutione, sed de dolo per tutorem commissio, qui minimè, dictis verbis legata liberatione, censetur remissus. quod apertius probabitur

in sequentium assertionum examinatione.

Secunda conclusio. Quoties à reddendis rationibus administrationis futuræ quis liberatur, nihilominus rationes reddere, & reliqua soluere tenetur, quanuis liber sit ab exactissima, anxia, & stricta rationũ redditione. tex. vbi gl. & doct. in. l. quidam decedens. ff. de administ. tutor. Bar. in dict. §. Caius. num. 8. Saly. in dict. l. cum necessitate in. C. de fideicommi. Angel. cõf. 185. Soci. conf. 201. col. 2. quorum opinio cõmunis est, quemadmodum constabit ex his, quæ statim explicabuntur, & in specie asserunt Io. Arlat. vlti. responso de secundis nuptiis. num. 13. & Aymon. conf. 193. num. 9. post Deci.

Imò & hæc opinio communis vera est etiam si liberatio legata fuerit vtcunq; vel ab hærede præstita ex testamento. quod prædicti Doctores probant, & fatentur, quibus accessere Paul. Callrẽ. conf. 86. vltimo dubio. lib. 1. & cõf. 63. & 446. lib. 2. Iason in dict. l. cum necessitate. Idem erit vbi testator nõ tantum tutorem liberauerit ab actione administrationis tutelæ futuræ, sed & testamẽtor scripserit, se tutorei legare omne id, in quo cõtingeret condemnari ratione administrationis: tunc etenim si quid negligenter admiserit leui culpa, id in legatum veniet, nõ autem si quid dolo fecerit, nec restitutio reliquorum: alioqui liberatio legata præberet ansam delinquendi, contra iuriscõsulti responsum in. l. conuenire. ff. de pact. dot. & dolo futurus censeretur remissus, quod iure iudicatur ex. l. si vnus. §. illud. ff. de pact. vbi glo. atq; ita responderunt Saly. Corne. & Iason in. d. l. cum necessitate. idẽ in. l. actione. ad fin. C. de transact. Segur. in. l. si ex legati causa. num. 27. ff. de verb. obligat. Alex. conf. 74. lib. 7. Feli. in cap. si diligenti. nu. 26. de for. compe. Auge. conf. 175. glof. celebris in. d. l. quidã decedens. verb. senserit. Franci. Cremenensis inter Alexandri responsa cõf. filio. 62. lib. 4. num. 3. Anania conf. 80. & inibi Bologninus. fatentur hanc esse cõmuniẽ opinionem Deci. conf. 178. num. 3. & conf. 192. num. 4. idem in dicta. l. actione. num. 11. Io. Crott. in. l. nemo potest. ff. de leg. 1. col. 20. Ferdi. Loazes de qua cõuers. pag. 28. & Barth. Soci. cõf. 73. lib. 3. col. 8. Gualdenus de arte test. tit. de tutore. capit. 2. Curtius, senior idem tradit cõf. 66. 2. dubio. ex quibus deducitur, etiam expressum dolum futuræ administrationis remitti non posse. quod in specie adnotauit Bar. in dict. §. Caius. num. 8. cui omnes cõsentire videntur, per tex. in dic. §. illud.

Eadem fere ratione quibusdã visum est etiam si à testatore sit tutorei remissa confectio inuentarii, & ea remitti possit. l. vlt. C. arb. tur. posse nihilominus tutorem cogi ad eius confectioem, si vi

sum fuerit iudici id expedire rerum administrationi. ex. l. vtilitatem. vbi Bar. ff. de cōfir. tut. Angel. conf. 144. ad finem. Iason in dict. l. cū necesse sitatem. Guido Papæ. decis. 552. Bar. communiter receptus in. l. nemo potest. num. 12. ff. de leg. 1. vbi post alios Ioan. Crott. col. 19. idē Bart. in. l. tutor qui repertorium. num. 18. ff. de adminif. tut. Aymon in conf. 193. num. 10. Segura in. l. si ex legati causa. num. 21. & seq. ff. de verbo. obligat. Arcin. conf. 22. col. 2. Deci. conf. 349. num. 5. Ferd. Ilerdēsis. in. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de legat. 1. num. 71. Gualdenſis de arte testandirubr. de tutore. cap. 3. quin & remissio ista conficiendi inuentarium nō præiudicat legitimæ portioni debetæ ipsis minoribus ex bonis testantis, nec quo ad eam tenet, sicuti probat Ferdinandus Ilerdenſis episcopus in d. §. diui. num. 71. & ita aperti iuris esse videtur.

Cæterum, aduersus communem sententiã, censeñ reliqua remissa, & dolum futurum: si testator tutori legauerit omne id, in quo damnatus fuerit ratione administrationis, tenēt Dynus in dicta. l. si quis rationes. Et inibi Rainerius Foroliuensis, Angel. cōf. 185. ad finem. Corne. cōf. 313. lib. 1. Francif. de Pepis inter Socini responsa conf. 282. lib. 2. col. 6. Crottus in dict. l. nemo potest. col. 20. Gozadi. conf. 47. nume. 15. & conf. 94. col. 2. num. 10. ex tex. in dict. l. si quis rationes. qui tamen est intelligendus vbi tractatur de administratione præterita, non de futura iuxta glo. ibi Bart. in dict. §. Caius. quibus maturè præuisis, vt dubitationem istã abſoluamus, aliquot esse adnotãda existimo.

Primum, nūquani dolum verum remissum cēseri, nisi expressim, vel satis vrgentibus clausulis remittatur, aut saltem ex certa remittentis scientia eum remissum esse constet. tex. in. l. non solū. in. 2. §. pe. ff. de liber. leg. l. tres fratres. ff. de pact. l. Pomponius scribit. ff. de negot. gest. l. creditor. §. Lucius. ff. mandat. l. actione. C. de transact. quod apud me verissimum est. Et in specie probat Curti. Iunior in dict. l. actione. col. pen.

Secundum, etiã si glo. communiter recepta in dict. l. actione. vt inibi Doct. fatentur & Soc. cōf. 73. lib. 3. colū. 1. scripserit, remissa actione, generali verborum formula, dolum commissum in præterita administratione remissum censeñ saltem vbi ex eo dolo nullū adest, nec superest administratori lucrū. Bart. in dict. §. Caius. num. 6. Soci. post alios in dict. cōf. 73. col. 2. mihi potius placet, nec tūc verū dolum remitti, tamen si præsumptus dolum remissus videri possit ex his, quæ statim dicentur.

Tertium, non idē est, tutorem, curatoremve dolum verè commississe, & reliquorū debitorem esse, siquidem cōtingere potest reliqua deberi ab eo, qui bona fide rem gesserit, quod asserunt &

probat Corne. conf. 313. col. vlt. lib. 1. & Francif. de Pepis inter Socin. responsa conf. 282. col. 6. lib. 2. licet qui reliqua nō restituit, dolum præsumatur cōmississe. l. 1. C. de in. lit. iur. auth. contra qui propriam. C. de nō numer. pecun. & l. qui restituere. & l. vlti. ff. de rei vendi. cum alijs.

Quartum, licet dolus, & verus, & præsumptus tacitè, ac expressim circa præteritam administrationem remitti possit, dolum tamen verus ratione futuræ administrationis nullo pacto remitti poterit. l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. quod probatur ex communi omnium sententiã, cuius modo mentionem fecimus. vers. imo & hæc.

Quintum, dolum præsumptus etiam quo ad futuram administrationem remitti iure potest. l. 1. & ibi expressim Bald. C. de vsufru. in fine. Antoni. in cap. fraternitatis. col. 9. vers. quartò fallit. de testib. Iason in. d. §. illud Felin. in capit. si diligent. nu. 31. de foro compet. & constat planè, si consideremus opinionem illam, & Cæsaream decisionem, qua permissum est testatori, confessionem inuentarij tutoribus remittere. l. vltim. C. arbit. tut. l. cū tale. §. 1. vbi Paul. ff. de cond. & demonstrat.

Sextū, & illud ex præmissis deducitur, facilius cēseri remissum dolum præsumptum, & reliquorum solutionem, quoties agitur de præterita administratione, quam vbi de futura tractatur, ne occasio delinquēdi præstetur. hoc cōstat ex verè sequenti, & ex præcedenti cōclusionem ad finem.

Septimò, erit cōsiderandum, sententiam Dini in dic. l. si quis rationes. admitti posse quo ad reliquorum remissionem administrationis futuræ, si tutor factus non sit ex eis locupletior secundū Fulgosi. conf. 25. col. 2. Deci. cōf. 178. col. 2. & cōf. 192. num. 4. Aymo. conf. 193. num. 9. Gozadi. cōf. 94. num. 12. Cremenſ. inter cōsilia Alex. dict. cōf. 62. num. 7. sensit Francif. de Pepis dict. conf. 282. Deci. & Curti. Iunior in dict. l. actione. ad finem. ex quibus idem erit quo ad culpam etiam latam in omittendo contingentem, & quo ad dolum præsumptum: & tandem quo ad ea, quæ potuissent à testatore remitti: nam si legatum ita conceptum fuerit, quemadmodum Dinus Angel. & sequaces explicant, censeñtur remissa ea, quæ à tutore ratione doli præsumpti, & culpæ etiam latæ omissionis causa commissæ, exigi poterāt, modò factus non fuerit locupletior. quod in specie Fulgo. respondit, cui cæteri. assentiuntur, quauis Cornuus in dict. conf. 113. col. vlti. lib. 1. existimet, prædictum legatum quo ad expressam, vel tacitam reliquorum remissionem omnino valere, etiã si ex reliquis tutor locupletior fiat.

Octauò, deducitur ex his, etiã si expressim tutori

tori futuro legetur id, in quo dānatus fuerit causa doli in administratione tutelæ cōmissi, nihilominus aduersus ipsum ob dolum verum agi posse, licet factus nō fuerit tutor locupletior: id etenim probant omnes hi, qui aduersus Dinum communem opinionem sequuntur, & præterea Corne. d. conf. 113. colum. pen. cui falso à quibusdam cōtrarium adscribitur, receptum tamen est, oportere dolum p̄bari ab his, qui tutorem ea ex causa in iudicium vocauerint. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probationi.

Vltimò, omittendum nō est, ab opinione Dini, ea ex parte, qua vera est, & sanè iure probari potest, colligi satis apertè, id legatum tutori prodesse, si apud iudicem conueniatur ex eo quod repertorium facere omiserit, erit etenim ob id legatum ab ea actione absolendus, vt eleganter Fulgosius, Deci. Gozadinus & Aymon in prædictis responsis scripsere, potuit siquidem cōfectio inuētarij à testatore remitti. l. vlti. C. arb. tut. cum alioqui contra tutorem, qui repertorium conficere omiserit in litem iuretur. l. tutor qui repertorium. ff. de administra. tutor. non tamen contra tutoris hæredem. l. alio. C. de in litem iura. l. 6. tit. 11. part. 3. quasi illa præsumptio doli, quæ nō cōfecto inuentario adest contra tutorem, minimè admittatur aduersus ipsius tutoris hæredem. idē probatur in. l. 2. & in. l. vlti. C. de in lit. iur. vnde licet controuersum sit, an ob dolum verum lite nō dum à defuncto contestata, iuretur in litem contra hæredem. Bartolo, cui frequentissime omnium consensu suffragatum est. in. l. in actionibus. ff. de in litem iuran. definiente, etiam tunc minimè aduersus hæredem iuari, Curtio Iuniore numero. 34. inibi refragante, autoritate eiusdē Barto. in. l. 1. C. de in lit. iur. ab omnibus tamē receptum est, ob dolum præsumptum, lite nondum contestata mortuo reo, aduersus eius hæredem in litem iurandum non esse, dolum autem tutoris non conficientis inuentarium, præsumptus est, nō verus, sicuti ex præmissis, præsertim ex. l. vlti. C. arb. tut. deducitur. notat in specie Dinus Alberi. Bar. nu. 20. & Cuma. in dicta. l. tutor qui repertorium. in princ. idem Bart. in dict. l. 1.

Hinc profecto manifestè cōstat, nō solum ob dolum verum, sed & ob præsumptum in litem iurari: quod probatur, nam aduersum tutorem nō conficientem inuentarium iuratur in litem propter dolum præsumptum. dict. l. tutor qui repertorium. ex communi omnium interpretatione: idem adnotant Curti. Iunior. in dict. l. in actionibus. nu. 28. & ibi Duarenus numero. 35. Tiraquellus in. l. si vnquam. C. de reuocan. donat. verb. donatione largitus. num. 134. & licet Corneus cōsil.

81. col. 3. vers. imò. libr. 4. Deci. in dict. l. in actionibus. num. 28. & Cate. Cotta. dictione, iuramentum in litem. contrarium probare conentur, asseuerantes ob dolum præsumptum in litem non iurari, quasi speciale sit, quod ob eum iuretur in actione tutelæ, in qua & ob latam culpam iuratur in litem. l. 2. C. de in lit. iur. opinor tamen & veriorum, & magis receptam esse priorem sententiam quam generaliter Bart. num. 21. & Cuma. in dict. l. tutor qui repertorium. Curtius Iunior, Duarenus, & Tiraquellus in præcitat. locis veram esse censent. miraberis forsitan, lector candide, cur hæc opinionem Bart. ipse tribuerim: & adscripserim cum in cōtrarium Barto. locum adduxerit Cate. Cotta. nec temerè: hæc enim sunt Bart. verba. Nota quod licet propter dolum solum iuretur in litem, & non propter latam culpam: vt in. l. in actionibus supra. de in lit. iur. tamen intelligit pro dolo vero non pro dolo præsumpto: vt hic. qui quidem locus vitio codicis interuersus fessit virum alioqui diligentissimum, cum ita legendus sit: Nota quod licet propter dolum solum iuretur in litem, & non propter latam culpam vt in. l. in actionibus. supra de in lit. iur. tamē intelligitur pro dolo vero, vel p̄ dolo præsumpto: vt hic. Hactenus Bart. à quo, si diligenter eius sensum expendisset Catelli. Cotta. non deduxisset propriam Cornei, & aliorum sententiam. hūc codicis errorem deprehendimus ex Cuma. qui ita Bar. adnotationem refert in dic. l. tutor. nu. 2. & Soci. conf. 213. col. 3. lib. 2. ipsam Bart. sententiam sequutus idem euidenter apparet. Nam cum Bart. num. 20. scripserit, dolum præsumi à Iurisconsulto contra tutorem non conficientem inuentarium, tādē numero. 21. ab eodē Iurisconsulto respōso incōcinnè, & perperam adnotasset, non posse ob dolum præsumptum iurari in litem: siquidem expressum inibi sit, aduersus tutorē deferrī iuramentū in litem ex eo, quod omiserit repertorium conficere.

His adde Bald. in cap. 1. §. vassallus. si de feudo fuerit contro. inter do. & agna. vas. vbi dicit notab. tex. in dict. l. alio. C. de in lit. iur. & Soc. cōsili. 213. lib. 2. num. 3. Chassan. in cōsuetudi. Burg. rub. 6. §. 6. vers. istud inuentarium. Matthæ. Afili. dict. de cif. 169. Soci. Iunior. conf. 148. & Cattelli. Cottam, dictione iuramentum in litem. Paul. Cast. & Iaso. nu. 5. in. l. si per alium. §. hoc iudicium. ff. nē quis eum, qui in ius vocat &c.

Ex capite sequenti.

- 1 *Successor singularis tenetur stare colonis, & inquilinis, quoties eorum ius exceptum fuerit in contractu donationis, vel venditionis.*

Variarum Resolutionum

- 2 *Conductio ad longum tempus transit in successorem etiam singularem.*
- 3 *Quoties in locatione, & conductione adest hypotheca, non potest colonus expelli à successore singulari.*
- 4 *Duo intellectus ad l. eadem. C. locati.*
- 5 *Vxor quo pacto teneatur stare locationi rerū dotaliū factæ per maritū, & quid è contrario.*
- 6 *Prelatus succedens alteri, an teneatur stare locationi factæ per præcessorem. Quod inibi late traditur.*

An successor vniuersalis, vel singularis teneatur stare locationi? Caput. XV.



LVre Cæsarum statutum est, vniuersalem successorē non posse à contractu locationis à præcessore stabilito resilire nam & ei stare tenetur. l. viā veritatis. C. locat. Regia l. 2. ti. 8. par. 5. §. vl. Insti. de loca. l. sed adde. §. pe. l. cum in plures. vers. hzredē. ff. locati. Nō idē est in successore singulari, is etenim conductorē expellere potest. l. emptorē. C. de locat. l. qui fundum. ff. eo. tit. Regia. l. 19. tit. 8. par. 5. quod verum est, nisi habitatio à venditore recepta, sit habitatoribus. tex. in dict. l. emptorē. 2. responso. siquidem tunc expelli nō possunt habitatores: modò mercede constituta, non gratis habitent. tex. in. l. si mercedem. §. vlti. ff. de actio. empt. quem scribit singul. esse Ludo. Roma. singul. 27. ex quo patet, excepta à vēditore habitantibus habitatione, expelli posse ab emptore eos qui gratis habitant: quasi venditor eos exceperit habitatores, qui iure locationis, & conductionis poterant aduersus ipsum agere de euictione. quo fit, vt si quis donationis causa habitaret, & agere de euictione posset, is in exceptionem veniat. gl. communiter recepta præsertim à Paulo Castrēsi in dict. §. vlti. agit autem de euictione donatarius aduersus donatorem, quoties donatio non incipit à traditione, sed à promissione de donando, vel est euictio promissa. glo. ab omnibus probata. in. l. 2. C. de euict. vbi Saly. gl. in. l. Aristo. ff. de donat. §. vlt. vbi Barr. & Imola. Paul. Castrensi. in. l. si à substituto. §. 1. ff. de legat. 1. col. 2. Deci. conf. 492. lafon in. §. fuerat. de actioni. num. 35. Bald. in

auth. ex testamento. 3. colū. C. de collatio. Ludo. Gozadi. conf. 60. col. 2. Paul. de Castr. in. l. si rem meam. ff. de solutio.

Secundò, etiam successor singularis non poterit expellere colonum, nec inquilinū: si res conducta fuerit ad longū tempus. text. in. l. 1. §. quod autem. ff. de superficie. glo. quam inibi Docto. sequuntur in dicta. l. emptorem. Guido Papæ. q. 480. Aufreri. decisio. Tholosana. 420. Rota anti. qua. 861. Et licet in dicta. l. prima. §. quod autem. de locatione ad vitam tractetur: & hæc ipsa opinio probetur in dicta. l. 19. titu. 8. part. 5. qua in vltima parte decisum est, colonū, seu inquilinum ad vitam, vel perpetuum: non posse à successore singulari expelli: idem quo ad exemplum huius secundæ cōclusionis erit in locatione facta, & ad decēnium conuenta. arg. l. vlt. C. de præscrip. longi tempor. & l. vlt. ff. si ager veēt. quo in loco Accursius hanc locationem ad decennium, perpetuæ locationi similem facit. Et tamen in perpetua locatione expressa est Regia constitutio: atque ita in specie notat Bartol. in dicta. l. qui fundum. ff. locati. idem Barto. in dict. §. quod autem in. 1. Alex. in. l. si filio. §. si vir. nu. 2. ff. solut. matri.

Tertiò, à successore etiā singulari expelli non potest colonus, nec inquilinus, qui rē ipsam, vel omnia locantis bona hypothecæ subiecta habet pro obseruatione contractus. ita quidem visum est Barto. Bald. & Salycet. in dicta. l. emptorem. idem Bart. in dict. l. prima. §. quod autē. idē Bart. in. l. qui fundum. ff. locat. Bartol. Paul. Imola, & Alexand. in. l. si filio. §. si vir. ff. solut. matri. Paul. in. l. si merces. §. qui fundum. ff. locat. Rota anti. qua. 861. Guido dicta. q. 480. Aufreri. dicta decis. 420. Abb. colum. penult. Anani. numero. 9. in capitu. querelam. ne prælat. vices suas, Imol. Areū. & Alexan. in. l. qui absenti. §. primo. ff. de acqui. poss. sensit gloss. in. l. nihil. §. vlti. ff. de legat. primo. quorum opinio processit ab autoritate iuriconsulti in. l. si creditor. §. vlti. ff. de distract. pigno. Queritur, inquit iuriconsultus, si pactum sit à creditore, ne liceat debitori hypothecā vendere, vel pignus: quid iuris sit? & an pactio nulla sit talis, quasi contra ius sit posita: ideoque venire possit. Et certum est, nullam esse venditionem, vt pactio stetur. Cui responso conuenit expressim Regia. l. vltima. titulo. 5. part. 5. ex quibus dubium est, sitne necessaria pactio de non alienando rem locatam: vt locus sit huic Docto. sententiæ: item an requiratur hypotheca specialis: an sufficiat generalis? in quo tria prænotanda existimo.

Primum, hypothecā, siue specialem, siue generalem: etiam absque prohibitione alienationis omnino

omnino sufficere, vt colonus, vel inquilinus iure hypothecæ possit rem ipsam detinere, & se ab expulsiōe tutari donec à successore singulari ei soluatur interesse, quod præmittunt, & fatentur præfati Docto. ex quibus constat saltem quo ad hunc effectum non requiri specialem hypothecam: & idem probant Paul. Castr. in dict. l. nihil §. vlt. Angel. conf. 245. num. 6. Corne. conf. 6. libr. 4. & Ferdinand. Loazes in. l. filius familias. §. diu. nume. 441. ff. de legat. 1. dicens hanc opinionem communem esse. idem tradit, & notat Caro. Molin. in consuet. Parisiens. tit. primo. §. 30. quest. 23. Deduciturq; a Barto. in dict. l. emptorem & in dict. l. qui fundum. cui ceteri accessere. quam ob rem quod tradidere Iason in dict. §. diu. prima lectio, numer. 92. & Xuarez in repe. l. Regiæ post l. post rem. ff. de re iudic. §. ibi; que. las cum pla des. colum. 6. hoc ipsum asserentes in speciali hypotheca: ita intelligendum est: vt idem sit in generali. arg. l. generaliter. ff. qui potio. in pig. hab. l. si is qui. ff. de iure fisci. Alexand. in consilio. 118. libro quinto. numero. 20. Antoni. Fanensis de pignoris. primo membro. secundæ partis. numer. 6. asseuerans hanc esse communem sententiam. nec enim negari vllò pacto poterit, colonum ex hac hypotheca, etiã generale habere ius retinendi rem ipsam pro damnis. & interesse. d. §. quod autem. Bart. in. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condic. in deb. Et quamuis Alexand. in dicta. l. qui absentis. §. 1. num. 6. iuxta literam teneat, hanc hypothecam absque prohibitione alienationis non habere hunc effectum, vt res possit à colono retineri, donec ab emptore, & singulari successore soluatur interesse: ego ex illo manifesto esse Codicis vitium, & erratum esse fat euidens: cum Alexand. Bart. in dict. l. emptorem referat & sequatur.

Secundum hinc deducitur, scilicet, hypothecam etiam specialem rei locatæ absque pactione de non alienanda ipsa re: non habere hanc vim, vt præcise alienatio non teneat, & cogatur emptor stare locationi. siquidem hypotheca ius hoc non habet: imò dissoluitur hypotheca eo ipso quod à possessore, vel secundo successore, primo interesse soluitur. l. Paulus. alias Sempronius. §. qui pignoris. ff. quib. mod. pign. vel hypo. solua. l. cum feruus. ff. de distract. pigno. sic sane censet Barto. in dict. l. emptorem. & in dicta. l. qui fundum. & ibi Salice. idem Bart. & Imol. in. l. vectigalia. ff. de publi. Salic. in. l. mancip. C. de reb. alie. non alien. Alexan. post Paul. & Roma. ibi in dict. §. si vir in quinquennium. numero. 4. Iason in dict. §. diu. num. 92. 1. lectio. Xuarez, dict. colum. 6. Anani. in dict. cap. querelam. numero. 9. Bald. colū. 2. & ibi

Salice. apertius in dicta. l. emptorem. quorum sententiam sequuntur eam dicentes communem esse Antoni. Fanens. numero. 6. Carol. Molinæ. & Ferdinandus Loazes in præcatis locis. tametsi Cuma. in dict. §. si vir in quinquennium. & Bartho. Soci. conf. 90. libr. 4. nitantur probare in hac specie, successorem singularem præcise cogendum esse stare locationi, & colonum nec satis esse quod is velit solvere interesse. quod admittere poterit forsitan, vbi pactione fuerit iuramenti religione communita: sicuti Socin. ipse sentit & probat Antoni. Fanensis in dict. membro. 1. num. 9. idem notat Boetius decif. 182. nume. 31. adhuc tamen dubia est Socin. opinio: cum hic non tractetur de vinculo iuramenti respectu iurantis, vel eius vniuersalis successoris, qui conventioni tenentur stare.

Vltimo est ad hæc considerandum: pactione iniuncta, qua vetitas sit locator rem ipsam alienare, & adiecta ipsius speciali hypothecæ emptorẽ eiusdem rei: prohibet cogendum esse stare locationi nec tamen sufficit ad hoc generalis hypothecæ tex. in dict. l. si creditor. §. vlt. quæ ita in hac questione interpretantur Bart. Bald. Imol. nu. 8. Areti. 9. Iason. 32. in. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. obligat. Bart. Roma. & Imol. in dict. l. qui absentis. §. 1. Alex. in dict. §. si vir. num. 4. Iason in. l. quoties. C. de rei vend. num. 28. quorum sententia frequentiori calculo, vt communis recepta est, secundum Ferdinand. Loazes in dict. §. diu. num. 441. & Antoni. de Fano dict. membro. 1. numero 5. licet Paul. Castrensi. in dicto. §. ea lege. & Ioann. Crott. in dict. §. diu. colum. 27. Alex. conf. 59. libr. quinto. numero. 6. Corne. consilio. 321. libro. 4. teneat, responsum iurisconsulti in dicta. l. creditor. §. vltimo. procedere, & obtinere, etiam præmissa generali hypotheca. Horum sane decisio fortassis admitti poterit: quando promissio seu pactione fit generaliter, prohibens alienationem omnium bonorum, & cuiuslibet eorum partis: adiecta omnium item bonorum hypotheca: quod responder Alex. in dict. conf. 59. libr. 5.

Hinc inferitur intellectus ad tex. in. l. xdem. C. locati. & l. 6. tit. 8. part. 5. quibus cautum est posse inquilinum à domo conductæ expelli ante finitain locationem, si dominus eam proprijs vibus necessariam esse probauerit. idem probatur in capit. propter. §. verum. de locato. nam id admittendum non est, quoties pro obseruatione, & executione contractus inquilinus obligatam, & hypothecæ subiectam habet ipsam domum specialiter, vel generaliter secundum Cuman. col. vlt. & Alexan. colū. 2. in dicto. §. si vir in quinquennium. Carol. Molin. in dicta. qua. 23.

H 4 numero.

Variarum Resolutionum

numero.94.& Arnoldum Ferronum in consuetud. Burdegalensibus titu.3. §.2. quibus ipse non assentior, quippe qui videam ex ea hypotheca nihil aliud posse deduci, quam ipsius contractus & obligationis maiorē vim & tutissimam firmitatem: posseque rem ipsam iure pignoris pro tutela contractus detineri: & tamen ipse dominus, qui stare omnino tenetur alioqui locationi, ex iuris permissione potest domum locatam ad propriam habitationem petere expulso inquilino, si ea indigeat: nec ea necessitas tempore locationis aderat. dict. l. xdem. & dict. §. verum igitur hæc facultas non tollitur per hypothecam: cum ea à iure ex natura contractus locationis utcumque firmissima tacita sit concessa. verū est, quod Cuma. Alex. & Carol. opinionem istam tradidere in ea specie: quando locator post locationem rem alteri donauerit: nam tunc existimant donarium non posse expellere conductorem, etiam si re ipsa indigeat ad propriū vsum: si tamen stare locationi teneatur. quod defendi potest: & præterea, licet Alexand. scribat secus esse in emptore: mihi idem in quocunq; singulari successore videtur: ut tandem si is stare teneatur locationi propter hypothecam: vel ius in re competens conductori: non possit eum expellere etiā si re indigeat ad propriam habitationem.

Hoc probatur: quia inquilinus propter casum contingentem post contractum: à domino, qui cum eo contraxit, expelli potest non ab alio. dicta. l. xdem. nisi sit eiusdem domini successor vniuersalis: qui eius personam representet: his enim leges contractibus adscriptæ, vel à iure subintellectæ: non aliis competūt. At singularis successor quoties stare tenetur locationi, non representat ipsum locatorem: sed ad id tenetur, vel quia contractus ab ipso conuentus non tenet in præiudicium locationis, vel ratione pignoris & hypothecæ: & ideo iniuria grauis fieret conductori, si expelli posset à quocūque successore singulari: sicut ab ipso locatore propter proprium, & ei necessarium rei locatæ vsum: essetq; locus mille fraudibus: quibus obijandum est. plerunque etenim singulares successores indigent rebus ipsis, quas emunt, quibus locatores ipsi toto locationis tempore non indigerent. quam ob rem in hac dubitatione distinguendum esse arbitror inter ipsum locatorem, & eius singularem successorem: ut ipsi locatori competat ob proprium, & necessarium vsum ius expellendi conductorem, ex. l. xdem. etiam si conductor rem ipsam habeat speciali hypotheca obligatam, nec opinor Cuman. & Alexan. aliud voluisse: licet Ferronus ex eis id deduxerit.

Ex quo mihi dubia videtur sententia Angeli in dict. l. xdem. vbi asseuerat, non posse locatorem inquilinum expellere, etiam si ob nouam, & contingentem necessitatem re ipsa indigeat: si in instrumēto locationis nominatim expressum sit de non expellendo locatore pendētē tempore conductionis: cum ex his verbis videatur recessum à natura locationis: ut aliquid operentur ea verba adiecta: de non expellendo conductorem. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. Angel. subscripsit Deci. consi. 292. & consi. 667. colum. 2. quod mihi non probatur iure: quia ea verba. nè expellatur conductores ante tempus, insunt ex natura contractus etiam si expressa non sint: & ideo appositā, non debent ad casus singulares, & in specie à lege decisos, exceptosque deduci, & nec extendi. qua ratione Salmanticæ cum anno quadragésimo sexto interpretarer publicè Paragraphum, verum. capitu. propter. de locat. Angeli opinionem improbaui, ac demum postea comperi eam reprobari ab Arnaldo Ferrono in consuet. Burdeg. dicto titu. 3. §. 2. non obstat tex. in dict. l. quæro. imò poterit aduersus Angelum induci ex his, quæ ad eius interpretationem ipse adnotaui in rub. de testamentis. 2. parte, numero. 11. & sequentibus. nec conuenit in praxi hanc opinionem admitti: cum ex eo omnino, & falsim tolleretur dict. l. xdem. singularis. & æquissima decisio.

Quartò, queritur principaliter de vxore, an ea teneatur stare locationi contractæ per maritum, dum is res dotales administrabat? Cui quidē quæstioni respondet Paulus libro. 7. ad Sabinum in l. si filio familias. §. vltimo. ff. solu. matrim. Si vir, inquit, in quinquennium locauerit fundum & post primum fortē annum diuortium interuenierit: Sabinus ait. non alias fundum mulieri reddi oportere, quàm cauerit, si quid præter vnus anni locationem maritus damnatus sit, id se præstaturam esse. Sed & mulieri cauendum quidquid præter primum annum ex locatione vir consequutus fuerit, se ei restitutum. Hactenus iuriconsultus. ex quo Bartol. collegit, vxorem non teneri præcisè stare colono appposito per maritum tempore, quo is erat dominus dotis: postquam ipsa vxor matrimonio soluto ius pristinum recuperauerit: & licet ipsa teneatur cauere marito de indemnitate ne ipse damnum consequatur ex his, quæ matrimonio constante, ut legitimus administrator gessit, colono tamen non datur exceptio nec retentio: secundum eundem Bartol. cui accedunt Imola, Cuma, Roma. & Paul. ibi Alberic. in l. diuortio. in prin. numero. 11. ff. soluto mat. Campegius de dote. secunda parte. quæst. 23. Aufreri. in decil. Tholosana. 420. Cinus & Salyc. in. l.

in. l. emptorem. C. locati. quorum opinio probatur ab Accursio in. l. 2. §. vlti. ff. de dote przleg. & est communis vti fatetur Carol. Mol. in consuet. Paris §. 30. q. 22. contraria tamen placuit Angelo in dicta. l. emptorem. Bald. & Angel. in dicto. §. si vir in quinquennium, Bald. in. l. 1. pe. col. C. de iure fisc. libr. 10. & Ananiz in capi. vltim. num. 9. ne prz. vic. suas. ea ratione, quia maritus res dotales locauit vt legitimus administrator rerum, & vxoris, quæ postea matrimonio soluto succedit titulo singulari: ad exemplum tutoris, qui durante tutela locat res minoris, & minor finita tutela tenetur stare præcise locationi. l. si tutelæ. ff. de admistrat. tutor. igitur tenebitur vxor præcise stare locationi: & colono appposito per maritum. Huic rationi responderi poterit: nõ idem esse in marito, quod in tutore: siquidem tutor res minoris locat, vt legitimus administrator nomine minoris pupilli, non nomine proprio: at maritus & si sit administrator rerum dotalium, & vxoris, tamen nomine proprio vti dominus dotis matrimonio constante locat: & ideo vxor non tenebitur præcise stare locationi, quæ non sit eius nomine facta, atque ita communis opinio. iure defendi potest. Sed nihilominus nõ omnino reprobanda est opinio Alexand. in dicto. §. si vir. col. prima. scribentis, vxorem præcise cogendam fore stare locationi mariti: vbi ea locatio facta fuerit per maritum ad modicum tempus: nempe ad annum: quasi id æquitati conueniat, cum ea locatio recte, ac bona fide facta sit. eandem sententiã non citato Alexandro sequitur Carol. Molin. in dicto. q. 22. nu. 92. quib⁹ ad stipulatur, quod statim adducemus in locatione rerum ecclesiæ facta per prælatum.

Quid autem è contrario dicendum erit: vtrum maritus teneatur stare locationi factæ per vxorẽ aut socerum ante dotis constitutionem? Et gloss. in verb. sequantur. in. l. diuortio. in prin. ff. solut. matri. sentit, maritum teneri stare locationi, sicut & vxor. quod refragatur iuri ex ea ratione, qua constat, successorem voluntarium singularem posse à locatione resilire. dict. l. emptorem. ergo cum maritus sit voluntarius. & singularis successor: poterit colonum expellere secundum Roma. in dict. l. si filio. §. si vir. num. 26. cuius opinio iure verior est, vti existimant, & probant Alex. num. 38. & Claud. num. 35. in dict. l. diuortio. ipsi tamẽ post Cuma. Inol. & Areti. ibi Campe. de dote. 2. parte. q. 23. opinionem gloss. admittunt eo casu, quo maritus paciscens dotẽ sciuerit rem sibi promissam dotis titulo, locatam esse. siquidẽ consentire locationi visus est, & ideo non potest expellere colonum, nec inquilinũ. quod ob authorita-

tem glo. in praxi recipiendum est.

Quintò, principaliter ad hanc rem conducit inquirere de locatione facta per prælatum: an & ei successor stare teneatur? in qua quidem cõtrouersia tria proponam, quæ videntur articulum istum enodare:

Primum, esse omninò distinguendum: an prælati res ipsius ecclesiæ, quæ ad dignitatem, & ad sumptus, & alimenta prælati non perrinent: tanquam bonorum ecclesiæ administrator, & ecclesiæ rector, locauerit, an ipsius dignitatis rem, cuius fructus, & reditus ad victum, vestitum, & onera dignitatis spectant, & constituti sunt, in locationem dederit. Priori etenim specie similis omninò videtur prælati tutori, res minoris, & pupilli locanti: ex ratione iuriscõsulti in dicta l. si tutelæ. ff. de adm. tuto.

Secundum, etiam si ecclesiæ prælati, & rector ad tempus iure permissum, res locauerit, non inẽ tamen proprio, & ad propriam vtilitatem: huic locationi successor stare nõ tenetur: imò finitur locatio morte locantis. glo. communiter recepta in cap. vlt. nẽ prælati vices tuas. Regia. l. 9. titu. 17. part. 1. Rota noua. 232. Anchar. cons. 16. Paul. Castrenf. cons. 2. lib. 1. Soci. cons. 32. col. 4. libr. 1. quæ ruin opinio communis est secundum Socin. consil. 34. libr. 3. & probatur ex eo, quod mortuo rectore, qui locauit, fructus & reditus ad successorem pertinent, & ei reseruantur. cap. præsent. de off. ord. in. 6. capit. relatum. in secundo. de testamen. nec amplius ad defuncti ius attingunt: ideo locatio eius morte extinguitur. Et præterea siue dicamus rectorem esse vsuarium, siue vsufructuarium, locatio morte finitur: nec ei tenetur successor proprietarius stare. l. si quis domum. §. primo. ff. locati. nec obstat, quod de vxore dictũ est à iuriscõsulto in dicto. §. si vir in quinquennium. quia maritus dum locat dotales res, est administrator rerum, & successoris: nempe vxoris. eandem opinionem sequitur Abb. in quæstio. 3. incipienti, Sempronius clericus. dubio quinto. quæ quidem procedit, etiam si successor velit stare locationi: nam is consensus parum proderit inuito cõductore: qui non tenebitur cõductioni stare: sicuti probant Abb. dicto dubio. 5. Rota dicta quæstio. 232. Socin. dicto consilio. 32. primo libr. & Anani. in dicto capi. vlti. numero. 15. idem erit, vbi rector ecclesiæ, qui locauit, beneficio renunciauerit ante finitam locationem, nam eius successor non tenebitur stare locationi: quod eleganter respondet Paul. Castrenf. consilio. 4. libro primo. & deducitur ex gloss. in dicto capi. vlti. & communi opinione, quam etiam sequitur Domini. cons. 17.

H 5 Tertium,

Variarum Resolutionum

Terriū, in hac quæstione dubitationē habet. Quidam etenim tenent, successorem omninō tene-ri stare locationi factæ per prælatum, seu re-ctorem ecclesiæ, ipsius ecclesiæ nomine, & ad e-ius commodum, nempe cūm reditus rei locatæ ad ecclesiam ipsam pertinent: non ad ipsum re-ctorem. hoc probatur ratione dict. l. tutelæ. nam ipse locator rerum ecclesiæ, quæ non moritur, administrator est legitimus: & ideo in hac specie opinionem istam asserunt veram esse Anton. in dicto capit. vlti. Abb. in dicta quæstio. 3. dubio. 5. Angel. consil. 245. nume. 6. Maria, Socin. consilio 32. colum. 2. libro. 1. Alij verò contrarium asseue- rant existimantes, Successorem minimè cogi posse, vt probet locationem à prælato nomine eccle- siæ factam: nisi ea utilis sit ecclesiæ, gloss. commu- miter recepta secundum Abba. & Anani. col- lum. 4. in dicto cap. vlti. & Soci. consil. 34. lib. 3. co- lum. 3. Rotam nouam dict. decis. 232. Sed & Abb. atque Anania mediam probare videntur senten- tiam, ex qua censent, opinionem gloss. quæ com- munis est, procedere, vbi non apparet, locatio- nem esse gestam, & factam in ecclesiæ utilitatem prima, & apparenti ipsius rei consideratione: at si statim ex ipsa prima, & apparenti examinatio- ne contractus, locatio utilis ecclesiæ visa fuerit, Antonij sententia admittenda est: quemadmo- dum ipsi opinantur.

Ego vero considerandū esse reor, eos qui quæ- sionem istam tractauere, vnanimi consensu præ- mittere, locationem ad tempus in ea definitum fieri potuisse per rectorem, aut prælatum absque alterius autoritate: nam si ea fieri non potuisset, frustra controuertitur: an successor teneatur sta- re locationi: quæ nulla, & irrita fuerit. Quòd si lo- catio fieri potuit: & facta fuit nomine ecclesiæ ab eo, qui legitimam ecclesiæ, & eiusdem patrimonij administrationem habet: ego non video, qua ratione successor possit à contractu locationis re- cedere. Prælati enim, vt tutor pupilli, & eiusdē patrimonij: ita est administrator legitimus eccle- siæ, & rerum ad ecclesiam pertinentium. vnde si res ecclesiæ locauerit nomine ecclesiæ, eiusq; ne- gotium gerens: & ipse locationis contractus va- lidus fuerit: successor tenebitur stare locationi: si- cut tenetur tutor, qui alteri tutori in administra- tione tutela successit. quam ob rem mihi opinio Antonij vera videtur. Nec refert sit utilis locatio ecclesiæ, vel inutilis: nam ad id damnus effu- giendum petere ecclesia poterit in integrum re- stitutionem, quæ tunc commodè, & opportunè competit: cūm contractus validus est: ipsi tamen ecclesiæ damnosus.

Ex hoc apparet, locationem mortuo prælato

nōn finiri, nec ab eius successore retractari. pos- se: si ea facta fuerit nomine ecclesiæ, & ad tempus iure permissum ab eo prælato, qui eam rem loca- re poterat vt legitimus administrator rerū eccle- siæ: ipsiusq; rei locatæ reditus ad ecclesiam: nō ad prælatum, pertineat. nec video quid in hoc ca- su differat tutor à prælato.

Sic sane, si rector alicuius hospitalis, ad annū tantū electus, ipsius res locauerit ad triēnium, vel ad aliud tēpus iure permissum: tenebitur suc- cessor locationi factæ nomine xenodochij, & ad eius vsū, stare omninō. alioqui fallax esset hæc administrandi potestas.

Idem dicas in rectoribus ciuitatum: vbi ad eo- rum officium spectat res ciuitatis locare. nam lo- catio ab eis nomine ciuitatis facta: etiam ad suc- cessorem transiit: sicut & alij contractus.

Igitur vbi locatio rerum ecclesiæ à prælato fie- ri potest ad vsū ipsius ecclesiæ: & ea facta fue- rit nomine ecclesiæ: vt & facta censetur, in re- bus ad ipsam ecclesiam non ad prælatum perti- nentibus: successor in dignitate: licet possit in in- tegrum restitutionem petere ob læsionem eccle- siæ: non poterit iure ordinario à locatione disce- dere. Non idem erit, si prælatus ecclesiæ locauerit rem, cuius reditus non ad ecclesiam: sed ad ip- sūm prælatum pertinent. Nam licet nomine eccle- siæ locauerit: intelligitur ea locatio sub ea con- ditione: si ipse prælatus vixerit, & vt effectum ha- beat, dum ipse prælatus ius habuerit percipiendi reditus illos: hoc etenim dicitur materia subiecta, quod ipse deduco ex notatis per Soci. consil. 34. libr. tertio. columna secunda. & à me ipso in cap. requisiti. de testamen.

Ex capite sequenti.

- 1 *Iure veteri res ecclesiarum non poterant ad lō- gum tempus alienari: & sic nec ad decēnium.*
- 2 *Prælati qui inrauit non alienare res ecclesiæ, periurus non est, etiam si eas locauerit ad lon- gum tempus.*
- 3 *Res ecclesiarum ad vitam locari non possunt.*
- 4 *Hodie non licet vltra triēnium locare res eccle- siæ etiam cum pacto de renouanda locatione.*
- 5 *An locatio facta vltra tempus permissum, va- lida sit quo ad triennium saltem.*
- 6 *Res ecclesiarum è quibus toto triennio vnicus fructus colligatur locari possunt ad nouem an- nos. & inibi de intellectu extrauag. Pauli se- cundi,*

cundi, & an ea usu recepta sit.

- 7 *Res ecclesiarum, an possint hypothecæ titulo obligari.*
- 8 *Bona ecclesiarum possunt dari in pignus, & alienari ad Captiuorum redemptione, & pauperes alendos.*
- 9 *Res ecclesiarum an possint alienari ad redimēdos à publicis carceribus hos, qui ob crimina, & scelera in eum statum deuenerunt.*

Ad quod vsq; tēpus res ecclesiæ locari iure possint. Cap. 16.



Proter multa alia, quæ in statu de rebus ecclesiæ non alienandis explicari solent: illud plerunq; obuiū est: an simpliciter res ecclesiarū locari possint: & ad quot annos: non adhibita iuris Canonici solennitate? Illud profectō constat, res ecclesiæ ita locari posse ad inodicum, & breuē tempus. tex. est insignis in Cle. 1. de reb. eccles. & in capit. vlt. ne prælat. vices suas. qui de locatiōe ad septenniū mentionē facit. Ex quo tñ adiuncta Bernardi interpretatione Panor. mit. adnotauit, licere restori ecclesiæ, & prælati fructus sibi ipsis ratione officij, dignitatis, & beneficij pertinentes ad tēpus vitæ ipsorū, locare. quod deduci videtur à rōne ipsius constitutionis: quæ licet de septennio tractet: cōuentiones locationis obseruari statuit. idem expressum est Regia. l. 9. titul. 17. par. 1. quæ hanc Panor. adnotationē probat. Sed verē in. d. c. vlti. non probatur id: cū inibi locatio ad septennium admittatur: & valida cōuenitio locationis in septē annos: nec vllum verbum sit: quod ad locatiōē pro vitæ tēpore referri possit: & ideo contrarium potius placet Ananiz. nu. 7. & est maximē cōueniens aliorum Doctorum interpretationi sicuti statim ostendemus.

- 1 **Locatio autē rerum ecclesiæ ad longū tempus expressim prohibetur in. d. Cle. 1. & in ca. nulli. de reb. eccles. & licet alias arbitrio iudicis definiri debeat hæc dubitatio, quod sit longū tēpus: hac tamen in re locatio ad decennium dicitur ad longum tēpus: & ideo prohibita est: nisi præmittantur solennia, quæ ad alienationē requirūtur. glo. Card. Imol. & alij in. d. Cle. 1. verb. locationes. Abbas in cap. vestra. de locat. & in cap. 3. nume. 9. vt lit. pendent. idem Lopus allegat. 80. Alex. consil. 17. lib. 4. Deci. consil. 142. nume. 3. quorum opinio**

communis est secundum Abb. in dict. cap. vlt. col. lum. 1. ne præ. vices suas. Deci. consil. 204. Barb. in rub. de reb. eccles. numero. 52. Socin. consilio. 32. libro primo. colum. prima. & probatur in. l. vlti. ff. si ager vectig. iūcta. glof. ibi. & in. l. sine præfinitione. ff. de pœnis. Bart. in. l. prima. §. quod autem. ff. de superficie. Bald. in. l. iubemus. in. 2. colum. 3. de sacrosan. eccles. fatentur item hanc opinionem communem esse Bart. in dict. §. quod autem. in. 1. & Paul. Castrenf. consil. 4 libro primo. & id verum est, etiam si expressē agatur in locatiōe ad longum tempus, quod nullum transferratur dominium, quia cōmoditas fructuum, quæ ad longū tempus trāsferitur, pro vera habet alienatione in materia prohibitiua ad euitandā fraudem. ex Bald. in Auth. hoc ius. 1. col. Fabiano de emptiōe. in. 4. q. princip. q. vlti. Carol. Moli. in consuet. Paris. §. 41. q. 8.

Ex quo apparet, an vera sit opinio glo. in. l. codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. quæ asseuerat, prohibitum rem aliquam alienare, posse eam ad centum annos locare. quam dicit singul. esse Bal. No. uel. de dote. 7. par. priuileg. 1. col. pe. nam locatio, q̄ ad decēnium sit, quidq̄ Accursi. scripserit prohibita cēsetur: & alienatio dicitur: cū ex ea dominium vtile transferatur. l. 1. & 2. ff. si ager vectig. Dinus, Barto. & alij per tex. ibi in. l. 1. §. quod autē ait. ff. de superficie. Frederi. consil. 13. Saly. in. l. vlt. C. de reb. ali. non alien. col. vlt. quam obrem falsum est, quod Accursi. in dict. §. instituto. nota uit ex glo. in. l. vlt. C. de pact. pigno. & ibi Bald. & eodem in Auth. hoc ius porrectū. C. de sacrosan. eccle. Paulo Cast. in. l. manumissiones. ff. de iust. & iur. Alex. in. l. filius. §. vt ff. solut. matri. & est contra glo. in dicto. §. instituto. communis opinio, vt fatentur Bart. ibi Alex. in. l. domos. §. vlti. colum. vltima. ff. de legat. 1. Deti. in dict. consilio 204. & constat euidenter ex traditis latissime ab Andrea Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 14. numero. 79. & ex his, quæ modo adduximus post gloss. in dict. Clem. 1.

Hinc etiā examinari poterit, quod Cald. scripsit in cap. cum contingat. de iurei. asserens, non esse perium prælatum, qui iurauit non alienare res ecclesie, etiam si eas locauerit ad decem, vel viginti annos. id etenim iure non procedit, si qui dem locatio rerum ecclesie ad longum tempus, & sic ad decēnium, prohibita est: licuti & alienatio: quod præter alios expressim aduertit Bald. in cap. 1. in princip. col. pen. de his, qui feud. dar. poss. scribens in prohibitiōe alienationis rerum ecclesie facta prælati: appellatiōe alienationis contineri locatiōē ad decennium. Nam & proprie alienat. qui vtile dominium transfert. Bald. post

Variarum Resolutionum

post glo. ibi in cap. 1. §. noni vero, per quos fiat in uelt. Bald. idem in cap. 1. §. ut si Libellario, quib. mod. feud. amitta. quam ob rem in specie Calde rini sententiam reprobat Abb. in cap. intellecto. de iure iur. colum. vl. Egovero, & si censeam rem hanc dubiam esse, non auderem à Calderino dis sentire: ac porius à crimine periurij liberum, & immunem esse prælatum iudicarem. Fateor sane prohibitam esse locationem rerum ecclesiæ ad longū tempus: & prohibita alienatione, pro hibitam censerī conductionem istam, & locatio nem: id tamen verum est improprie, & ex lata di ctionis significatione. l. si fundū. ff. de fundo do tali. l. alienatam non proprie. ff. de verb. signifi. l. non alienat. ff. de regul. iur. l. item si res. §. sunt & alia. ff. de aliena. iudic. mut. caus. fact. quibus con stat, conditionem etiam ad lōgum tempus non esse propriam alienationem. vnde maritus, qui non potest rē dotālē alienare, poterit eam locare etiā in longum tempus. authore Baldo Nouello de dote. 7. part. priuil. 1. col. penult. Et licet plæ rūq; ob latam dictionis significationem res pro hibita alienari, ad longū tempus locari non pos sit: hæc tamen impropria significatio accipiēda est ad hoc, vt contractus non teneat, non ad pœ nam infligendam locanti. Bald. in. l. voluntas. co lum. vlti. C. de fideicommi. præsertim ad periuri um deprehendendum, & eius pœnam: cum iu ramentum strictè sit intelligendū iuxta propriū verborum sensum. cap. ad nostram. in. 1. de iure iur. Panorm. in cap. ex parte. in. 2. de cler. non re sid. tex. singul. in cap. clericus. de iure iur. hac pro fecto ratione existimo defendi iure posse Cald. opinionem. ex qua prælati qui iurauit non a lienare res ecclesiæ, si eas locauerit ad longū tem pus, perperam officio rectoris, & administrato ris vitur: periurus tamen non est. ex hoc dubia est apud me Alexan. responsio in consi. 119. lib. 3. scribentis, pœnam priuationis constitutam con tra emphyteutam alienantem irrequisito domi no. l. vltima. C. de iure emphy. etiam obtinere ad uersus emphyteutam locantem ad longum tem pus. idem Iason ibi. nu. 112. id etenim saltem quo ad pœnam falsum est quod Carol. Molin. arbitrat in scoliis ad Alexandrum.

Tertiò, deducitur ex præmissis, rem ecclesiæ non posse locari ad vitam alicuius: quia locatio ista perpetua, & ad longum tēpus censetur. text. & ibi glo. verb. eius. in Cle. 1. de reb. eccle. vbi An cha. Card. & Imo. Alex. in. d. consi. 119. lib. 3. & cō si. 165. lib. 2. Det. consi. 204. & pbatur in authē. de non alienandis. §. in emphyteusin. capi. ex literis de constit. & authē. perpetua. C. de sacros. eccle. nam & in hac locatione ad vitā requiritur solen-

nitas à canonibus statuta in alienationibus rerū ecclesiæ. glo. in. d. Clemen. 1. verb. non habeat. & Dom. consi. 48. Fortassis hæc locatio ad vitam po terit simpliciter admitti: vbi verisimili cōiectura præsumi poterit, eum, cuius vita locationi appo nitur, non victurū decem anos iuxta cōputatio nem. l. hæreditatū. ff. ad. l. Falci. quæ quidē Iuris consulti consideratio etiā in aliis quæstionibus, præter legis Falcidiæ rationē, admittenda: qd' ex Bar. ibi & aliis opportuni' alibi disputabitur.

Quod verò dixi in initio huius capituli permis sam esse locationem ad modicū tempus, & pro hibitam ad longum: & tempus longum dici de cēnium, ita vt intra decēnium ad nouem etiam annos fieri possit rerum ecclesiæ locatio: forsā pcedit quo ad rectores seculares: quo ad mona chos autem, & prælatos regulares modicum tem pus arbitrio iudicis definitur. glo. in dict. Cle. 1. verb. modicum. quā esse communiter receptam asserit Alex. in. l. si filio familias. §. vlt. col. penul. ff. solut. matri. tametsi quo ad seculares, & regula res longum tempus deccennium esse constet.

¶ Cæterū, ex noua Pauli Secūdi cōstitutio, quæ incipit. Ambitiose, inter extrauagantes commu nes. tit. de reb. eccles. non alien. omninò prohibe tur locatio rerum ecclesiæ ultra trienium, variis adscriptis pœnis, & præsertim excommunicatio nis censura. Ea tamen constitutione præmissa: aliquot dubia explicabimus ad eius congruam interpretationem.

Primò contingere solet locationem rerum ec clesiæ fieri ad sex vel nouē annos: hac adscripta claufula: vt tot sint locationes, quot triennia, & finito primo triennio, tūc facta sit noua locatio. Et in hac specie, & forma locationis nullum vi tium dari: imò eum contractū omninò validum esse etiam in secundo, tertio, & reliquis triennijs. respondet Bald. in cap. 1. §. si Libellario, quib. ino dis feud. amit. & in. l. voluntas. C. de fideicōmiss. nam & si locatio ab initio fiat ad plures annos: verè distinctio locationibus per tempora à iure permissa: nulla locatio ex his iuri contraria est. contrarium probat tex. elegans in authē. de non alienan. §. quod autem dictum est, vers. nec illud. collat. 2. vbi si res alienari prohibita, vel concedi ad longum tempus, cōcedatur ad nouem annos cum pacto de renouādo ad alios nouem annos aut cum expressa renouatione ad alios annos iu re permissos: finita prima locatione, tale machi namentum non teneat: nec ea locatio valet ultra tempus à iure permissum. idem in specie firmat Cinus in. l. 1. C. de iure emhyt. Alberic. in. l. pluri bus. §. 1. ff. de verb. obliga. in fi. Card. in dict. Cle. 1. §. si. q. vlt. Ancha. consi. 57. Lopus allegat. 12. laf. in. l. ma-

in l. manumissiones. ff. de iust. & iure. Alexā. cō. sil. 165. lib. 2. ~~Causa. Modestinus. ff. de~~ quibus accedunt Bar. in l. Modestinus. ff. de donatio. Bald. in consil. 327. libr. 3. & consilio. 392. libro. 5. similem cautelam reprobantes: quorum opinionem communem esse asseuerat Alexan. in l. si filio familias. §. ultimo. colum. vltim. ff. de ius. matrimo. quam ob rem non sunt admittendæ conuentiones istæ, quæ manifeste fiunt in fraudem legis: sat etenim erit locationem ita conueniam validam esse in tempore iure promisso: quo ad reliquum autem omnino retractabitur: & in firma locatio censebitur.

Secundò, licet ab eadem constitutione improbetur locatio rerum ecclesiæ ultra triennium: si tamen facta fuerit ad octo annos valida erit quo ad tres priores, nec in totum rescindetur: quod probatur, nam emphyteusis conuenta ultra tempus iure permissum, & si non valeat quo ad totum illud tempus à contrahentibus desinitum, valet planè quo ad tempus, quod iuxta iuris legitimas sanctiones poterat definiti. Bal. in authē. si quis ruinas. C. de sacrosan. ecclesi. Paul. Castrensis in authē. qui rem. C. eo. tit. Imola in cap. ex part. de feud. col. pen. Alex. in consil. 38. lib. 2. quorū opinio communis est secundum Iason. & Deti. in dicta auth. qui rem: & Tiraquel. in libro. 2. de retractu. parte vltim. num. 144. & tenenda in praxi secundum Areti. in l. prima. §. sed si mihi. colum. 6. ff. de verb. obligat. & probatur in authent. de non alienandis. dicto. §. quod autem dictum est. versi. nec illud. colla. 2. & præterea ex eo, quod in separabilibus vtile non vitatur per inutile. l. prima. dic. §. sed si mihi. & in reg. vtile. de reg. iur. in 6. in summis verò, & in tempore: quoniam consunt hæc duo in quantitate numerali, separabilis est excessus: & is tantum vitatur: remanetq; dispositio valida in residuo: sicut & donatio facta absque insinuatione, & excedens quingentos aureos, non vitatur nisi in excessu: & efficax est vsque ad summam permissam. l. sancimus. l. penultima. C. de donatiōibus. Sed quod locatio in hac questione omnino nulla sit: nec quo ad tempus permissum valida censeatur: videtur expressum in dict. Extradgā. ambitiosa dgm subdit: locationem aliter factam nullius omnino esse roboris. Similia ferè verba ponuntur in auth. de non alienandis. §. emphyteusim. optimus text. ad hoc in Clementina prima. de reb. eccles. vbi dicitur, nec recipienti ius aliquod acquiri. Negatiua siquidem cum dictione aliquod, etiā in qualibet minima parte verificatur. gloss. in Clemē. prima. de for. competē. verb. aut earum. vbi Card. Panormit. & Folin. in capi. pastoralis. de offi.

1077. q.

delegat. in princip. colum. certia. Iason in Authē. ex causa. C. de lib. præter. colum. 4. Dominic. in consil. 35. idem Iason in l. eum quincalun. secunda. ff. de officio eius, cui est manda. iurisdic. Corset. in singular. verb. pars. Bal. in capit. primo. §. cum autem. colum. secunda. de controuer. si inuestiture. Bald. & Dec. per tex. ibi in capit. quoniā. de testibus. longè, latèque Andreas Tiraquel. in l. si vnquam. C. de reu. donatio. verb. omnia, vel partem aliquam. numer. 5. & 14.

Deinde in his, quæ pendent à voluntate duorum: & agitur de obligatione contrahenda: si actus non valet, vt fit: nec valebit, vt fieri potest. Bart. communiter receptus in l. prima. dicto. §. si quis ita. ff. de verb. obligat. per tex. ibi. & in l. 1. §. eum qui. ff. de constitu. pecun. Postremo facit, quod Rom. consil. 66. respondit probans, electio nem factam ad tres annos non valere etiam ad annum duntaxat: stante statuto, quod electio consiliatorum fiat ad annum: & non ultra: & si contra fiat, sit nulla. Sic sanè in locatione rerum ecclesiæ facta ad longum tempus, vel ultra tempus à iure permissum in totum est nulla, nec sustinetur quo ad tempus, in quod fieri poterat. Bartol. & Iason in dicta Authē. qui rem. idem Iason in l. secunda. C. de iure emphyteut. numero. 170. Lopus allegat. 80. Imol. in l. quod dicitur. ff. de verborum obligatio. Bald. in l. quicumque. C. de bonis quæ liber. colum. prima. Alexand. consilio. 17. lib. 4. Matthæus Afflict. decisio. 107. & inquit Areti. in dicta. l. prima. §. sed si mihi. hanc opinionem forsā veriorem esse: idem tenet Bartholom. Socin. in ibi non obstantibus his quæ ad probationem prioris opinionis adducta fuerunt.

~~in hac dubitatione ita procedit, vt distinguat contractum emphyteuticum ad generationes conuentum: & locationem ad tempus contractam: & subdit in priori specie veram esse Baldi, & aliorum opinionem, quam diximus communem esse: in posteriori vero aduertendam esse sententiam Barto. & vere omnes hi, qui priorem opinionem sequuntur: in contractu emphyteutico loquuntur: qui vltimam, partim & in emphyteutico, partim in cōtractu locatiōnis, & frequentias hanc examināt controuersia. Ratio autem discriminis inter hos contractus ea reddi poterit: quod contractus emphyteuticus: tot concessionēscensetur habere: quot sunt generationes: & licet fiat in plures generationes: in effectu virtualiter repetitur, & renouatur concessio in qualibet generatione, argumento eorū: quæ notat Bartol. in l. mortis causa capitur. ff. de donat.~~

donat. caus. mbt. idem & Alex. in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. obliga. Sic & in contractu feudali: si is fiat ab ecclesia, quæ consuevit res dare in feudum in masculos tantum, in mares, & foeminas: licet non teneat hæc cõuentio quo ad foeminas. cap. 2. de feud. capi. 1. §. 1. qui feud. dar. poss. remanebit valida quo ad masculos: vt existimat Bald. in cap. 1. §. 1. super verb. consuetudo. & ibi Marti. Laud. de his, qui feud. dare poss. Fulgosi. consilio 22. Iacobi. de feudis, verb. feudum. colum. vltima. quos Carol. sequitur dict. quæst. 10. At in locatio- ne ad longum tempus non est idem: cum vna sit locatio: nec possit cõgruè distingui, aut diuidi sine læsione contrahentium, maxime locantis: si quidem minor est pensio in locationibus ad longum tempus, vel in perpetuum, quam quando locatur res ad sex, vel nouem annos duntaxat: vnde si locatio ad longum tempus reduceretur ad minus, & breuius sine pẽsionis augmento: læderetur multum ipsa ecclesia: sicuti sensit glos. in l. si decem. ff. locat. Barto. in consi. 159. colum. vlt. Ego profectò non video inter hæc duo congruam differentiarum rationem: cum etiam si fateamur in contractu emphyteusis ad tres, vel quatuor generationes: secundam ipsam generationem, item & tertiam ab ipso domino, qui rem dedit in emphyteusim, ius habere: quod Bart. notat in dicta l. mortis causa capitur. scripsimus & nos in rubri. de testamen. 3. parte. numero. 26. verè tamen hic vnus cõtractus est, ex quo ius queritur primæ, secundæ, & tertie generationibus, vnusq; cõtractus censetur, eademque læsio dubio procul contingere potest tam locanti, quam conducenti: tam danti in emphyteusim rem aliquam, quam recipienti: ratione minoris, vel maioris pẽsionis, non enim sub eadem pensione annua, reciperet quis emphyteusim ad vnam tantum generationem: sub qua eandem reciperet ad tertiam vsque generationem. Et ideo res ista dubia apparet. Nec obstant verba text. in dict. Cle. 1. & in dict. extra uag. 1. & in dicto. §. emphyteusim. quia non referuntur ad totam concessionem: sed solum ad excessum prohibitum: cuius respectu locatio erit nullius roboris: omninò nulla, nec aliquid ex ea conducenti acquiratur: non enim ex hoc tollitur quominus illud, quod fit intra limites à iure permisso valeat, quod senserunt Deci. in d. Authen. qui rem. Alciat. in dict. §. sed si mihi. nume. 20. Curti. 2. part. de feud. quæst. 6.

Tandem, vt liberè sententiam dicam, in contractu emphyteusis, & locationis existimo verior rem esse Bart. & sequacium opinionem, vt omninò & in totum, cõtractus irritus iudicetur, nec sustineri possit in ea parte, quæ fieri iure, & licitè

poterat. Et præterea, quæ pro Barto. adduximus, quibus non est congruè respõsum, hanc partem probat text. insignis in authent. de non alien. §. si verò etiam perpetuam, & c. collatio. 2. in hæc verba: Si verò etiam perpetuam quispiam emphyteusim accipere præsumpserit: quod nõ licet, aut temporalem quidem non tamen secundum huius nostre legis obseruationem: etiam sic cadat quidem de emphyteusi. Hactenus Nouella cõstitutio, quæ in poenam cõtractus aduersus legem conuenti, statuit accipientem statim cadere ab emphyteusi. Cadere inquam etiam ab eo iure, quod licitè ei concedi potuit, alioqui non esset cõgrua loquendi forma, siquidem ab eo cõtractu, vel ab ea parte conuentionis, quæ nulla est, non statuitur congruè, qd cadant contrahentes. idem comprobatur ex eo. text. dum dixit, etiam sic cadat, quasi dixerit cadat, & in hoc casu, sicuti & in paulo antè prænotatis, & in §. si quis igitur. vbi in poenam scriptum est, cadat quidem mox pretio: rursus, & in §. si quis autem per donationem, inquit, & ipso quod datum est omninò cadat, ex quibus id mihi constat, verba illa, etiam si cadat quidem de emphyteusi, ad ipsam integram emphyteusis conuentionem referenda esse, & ad initium, & tempus cõtractus: ita quidem vt accipiens emphyteusim cõstitutionis & iuris formam statim cõtractu omninò cadat. Quamobrem Bart. opinio mihi magis vera videtur.

Non obstat huic sententiæ regula illa, quod in separabilibus vtile non vitatur per inutile, quia cum hic tractemus de vnica tantum locatione, de vnica tantum emphyteusi, non potest commodè separatio fieri, non enim est ita cõmoda locatio pro tribus annis respectu triu annorũ, sicuti pro decem vel viginti annis respectu totius. text. item in dict. §. quod autem. versic. nec illud. non probat opinionem Bald. cum in eo non agatur de vnica locatione ad longum tempus, vel vltra tempus iure permisso, nec de emphyteusi concessa vltra generationem permisso, sed de pacto de reuocanda locatione, vel renouanda emphyteusi finita prima generatione, aut elapso tempore à iure permisso, quod maxime differt ab hac questione, nam in illa specie remanet ipsa locatio valida reiecto pacto à iure reprobato, & in fraudem legis addito, quemadmodum in præcedenti questione diximus: at in præsentis dubitatione, locatio cum vnica sit, seu emphyteusis concessa vltra tempus à iure permisso, in totum vitatur.

Sed præmissa Baldi sententia, cum ea sit frequentiori calculo recepta: oportet eam intelligere veram esse, nisi ex probabilibus cõiecturis appareat,

pareat, locatorem, aut conductorem, non minore tempore rei illam vel locaturum, vel conducturum: quod fatentur omnes & presertim Alexan. Soci. & Alciat. in dict. §. sed si mihi. notat Bart. in consi. 159. col. 3. quem diminutè retulit Feli. in ca. cum super. de off. delega. col. 2. Carol. Moli. dict. quæst. 10. nu. 46. optimus text. in l. Iulianus. §. si quis colludere. ff. de actio. empt. ut putà si emphyteuta tempore cōtractus ecclesiæ dederit trecientos aureos pro emphyteusi vsque ad quartam generationem, & sic ultra tēpus à iure permissum. Nam vel in totum est rescindenda emphyteusis favore recipientis, vel in totum erit valida, quod fieri non potest. quod exemplum non conuenit planè emphyteusi ecclesiasticæ propter decisionem tex. in dict. auth. de non alien. §. si verò etiā perpetuam. in secunda eius parte. vbi recipiens emphyteusim ecclesiasticam ultra tempus à iure permissum, in pœnam, quod dedit, amittit. commendat Arer. in l. si aliquam rem. col. 14. ff. de acq. possess. deducens ex eo aliud quod expressim ex cōtextu colligitur. Nisi iusta aliqua causa valeat recipientem emphyteusim à pœna excusare.

Ex his etiam deducitur non esse Baldi sententiam admittendam vbi locatio ultra tempus permissum sit hac adscripta cōditione, vt vnica tantum pensio pro toto tēpore soluatur hoc etenim casu omninò, & in totum vitiatur cōtractus. quia vnica pactio est, quæ commodam temporis diuisionem non patitur. & id expressim decidit Bal. consi. 475. lib. 1. quem sequitur Andreas Tiraq. lib. 1. de retract. §. 23. gl. 1. num. 10. quorum opinio defendi iure poterit, etiam si teneamus Bald. & aliorum opinionem, quæ communis est.

Eadem ratione si locatio facta sit ad vitā, quæ minimè valet in re ecclesiæ, vt modò probauimus: penitus rescindetur, eritque omninò nulla: nec sustinebitur ratiōe trium annorum aut eius temporis ad quod fieri iure poterat. est enim hæc vnica & ex mente contrahentium indiuidua locatio: in qua non potest separatio congrua fieri eius temporis, quod permissum est, ab eo, in quo excessus adest. quod maximè est considerandū.

6 Tertiò, Extrauagans constitutio intelligenda est in rebus ecclesiæ quæ quotannis coluntur, & ex eis fructus quolibet anno colliguntur, alioqui si res ecclesiæ eius sint conditionis, vt ex eis quolibet triennio vnicus tantum fructus percipiatur, poterunt in nouem annos locari. sentit hanc interpretationem Andr. Barba. in rub. de reb. eccl. num. 52. cui accedit quod Bald. notat in l. xdem. col. 1. C. locat. scribens emphyteutam priuati cessantem à solutione per trienniū nō cadere ab emphyteusi, si ex re emphyteutica quolibet biēnio

vnicus fructus colligatur. est enim tunc necessarium, quod cesset à solutione canonis per sex annos. idem Alex. in l. diuortio. §. 1. col. vlt. & ibi Ias. §. quod in anno. 3. notabi. ff. solu. inatri. idem Iaso in l. 2. col. 2. C. de iure emphyteu. & in auth. qui rem. C. de sacros. eccles. 2. col. 1. Cattelli. Cotta dictione, emphyteuta priuati. facit ad hoc optimus tex. in l. si sic. ff. quemadmo. seruit. amitt. cuius Iason in dict. l. 2. meminit num. 4. & nu. 52. & alibi solet prædicta iuriscōsulti responsio ad alias quæstiones adduci, tametsi difficilem habeat intellectum.

Quartò, eadem constitutio prohibens rerum ecclesiæ locationem ultra triennium, ita est interpretanda, vt non tantum locatio ultra triennium non valeat, nec teneat: sed mandatum ad locandas res ecclesiæ possit alteri cōcedi ultra trienniū. Atq; ideo si mandatum alicui detur ad locandas res ecclesiæ, erit intelligendum ad triennium tantum, quo finito procurator non poterit absq; noua commissione etiam in aliud triennium res ecclesiæ locare. idem si mandatum, expressim detur ad locandas res ecclesiæ bis, ter, & pluries, ad triennium tamen: mandatum finitur elapso primo triennio, sicuti respondet eleganter Deci. cōsi. 282. dicēs alioqui si audem posse fieri prohibitio ni iuris Canonici, si quis ex mandato administratoris possit habere potestatem perpetuam, vel ultra trienniū ad locandas res ecclesiæ: esset etenim quædam perpetua locatio etiam si mandataris ad triennium tantum locaret eas res, & eo finito deinde ad illud triennium: quod existimo adnotatione dignum, & oportere ita esse ad tutio rem rerum ecclesiæ administrationem, quanuis quibusdam dubium videri possit.

Quintò, sunt qui huius cōstitutionis interpretationem examinantes asseruerent, eam per consuetudinem sublatam esse, & hanc consuetudinem validam fore. id enim conatur probare Rochus Curtius in c. vlt. de consuetud. folio paruo. 51. col. 1. & sentit Syluelt. verb. Alienatio. §. 15. ego verò distinguendum esse opinor: aliud siquidem est eam constitutionem non fuisse ab initio receptam, aliud semel receptam consuetudine fuisse sublatam. Priori etenim casu certum est, legem nullam vim obtinere, si ab initio recepta nō fuerit à subditis. quod Aristoteles docet. 2. Polit. c. 6. & probatur. l. de quibus. ff. de legib. c. in istis. §. leges. 4. dist. vbi scribit Domi. leges à principe dari ea conditione & intentione, vt non aliter obligēt quàm si fuerint à republica receptæ: ad idem gl. in ca. 1. de treug. & pace. glo. in l. rem nō nouam. §. patroni. C. de iudic. & est cōmunis opinio: nā & maximè præsumendum est, eam legem, quæ à repu-

Variarum Resolutionum

à republica non recipitur, minimè ei conuenire. Posteriori verò casu lex semel recepta tollitur p̄ consuetudinem legitimè præscriptam. ca. vlti. de consuet. & sanè tunc dicitur, legem non fuisse receptā, quando principe sciente per aliquot actus contrarios excluditur: eo autem ignorante, vbi per decennium lex negligitur, & omittitur, nec vllò pacto admissa fuerit. Imol. & Felin. nu. 13. c. 1. de treug. & pac. Iason in dict. l. rem non nouam. §. Patroni. quibus præmissis constat qualiter intelligendum sit quod Rochus Curtius scribit. potuit naq; ea constitutio non recipi, & deinde recepta contraria tolli consuetudine, ita vt tunc ius antiquum sit obseruandum. apud Hispanos dubium est, an ei constitutioni sit derogatum, vidi etenim sæpè eam adduci, & tractari in aliquot controuersijs, & quandoq; admissam, quandoq; neglectam fuisse, proinde iudicis examinationi hoc dimittimus.

Sextò, visum est quibusdam Pauli constitutionem locationem rerum ecclesiæ vltra triennium prohibuisse, ita quidem vt ipsas res prohibeat locari, non tamen fructus, & redditus ecclesiasticos. Sæpissimè enim contingit locari non ipsos fundos, non ipsa ecclesiarū prædia, sed fructus & redditus ad aliquod beneficium pertinentes, & hanc locationem vltra triennium fieri posse quidam opinantur, nec de hac intelligendam esse Pauli prohibitionem. quod comprobatur & l. Regia. 9. tit. 17. part. 1. & opinione Panormi. cuius memini in hoc capite. nume. 1.

7 Hactenus de locatione rerū ecclesiæ, cui quæstioni illa proxima est, an res ecclesiarum possint hypothecæ summitti, & in pignus dari. Et ad hanc controuersiam præmittendum est, quòd appellatione alienationis in materia fauorabili cõtinetur etiam hypotheca, non sic in stricta, & odiosa. glo. verb. Hypothecam. in. l. vlti. C. de reb. alien. non ali. & ibi Cinus, Bald. & alij. Alex. cõf. 29. nu. 51. libro. 7. Anton. Fanensis de pignorib. 2. part. 3. memb. nu. 69. probatur prior pars in. l. si pupillorum. §. si prætor. ff. de reb. eor. vbi in prohibitione alienandi res pupillorū, quæ fauorabilis est, etiam comprehenditur hypotheca: idem in alienatione rerum ecclesiæ. text. in ca. nulli. de reb. eccle. l. vlti. paulò antè citata, Et ideò quod Barto. scribit in. l. quorum. ff. de pigno. dicēs. prohibitum alienare non posse rem hypothecæ summittere, pro credit quando prohibitio fauorabilis est. id etiam cõfirmatur ex eo, quòd hypotheca est actus per quem potest facillimè vera contingere alienatio iure pignoris. l. 2. & 3. de distract. pigno. & ob id prohibita censetur. l. oratio. ff. de ipsõ. posterior pars cõstat ea ratiõne, q̄ per hypothecā non transf-

feratur dominium, & ideò alienatio hypotheca propriè dici non potest. l. alienationis. ff. de verb. signifi. quanuis aliquot rationibus probari possit, in quacunque materia prohibita alienatione, & hypothecā prohibitam esse, quas colligere licet ex Andrea Tiraq. lib. 1. de retractu. §. 1. glo. 14. nu. 13. & sequētibus. & Alciat. in. d. l. alienationis. ex his profectò cõstat in prohibitione alienationis rerum ecclesiæ, etiam hypothecam contineri, licet ea expressim non foret prohibita in dict. ca. nulli. Cuius decisionem in hypotheca tātum specialis, non in generali procedere ex eo textu adnotarunt Abb. Barb. & Doct. in. ibi. idem Abb. in cap. 2. de precar. Deci. in. l. ciuitas. ad fi. ff. si cerpet. Antoni. Fanen. de pignori. 2. part. nu. 10. probat text. in authēt. de non alienand. §. nos igitur. vbi gl. expressa. verb. tradere creditoribus. specialis etenim hypotheca plus afficit rem quam generalis: siquidem seruus specialiter hypothecæ obligatus non potest manumitti, si verò generalis sit hypotheca, iure manumittitur. l. 3. C. de seruo pigno. dat. manu. l. licet. & l. pen. ff. in quib. caus. pignus tacitè contra. facit glo. in. c. quanquā. verb. plus. 23. dist. illud verò prætermittendum nõ est, pœnas à iure statutas contra alienantes seu obligantes hypothecæ titulo res ecclesiarum, & eos in quos alienatio fit, non esse admittendas, nec locum habere anterealem ipsarum rerum traditionem: non enim dicitur res alienata donec traditio facta fuerit. l. alienatū non propriè. ff. de verb. signifi. quod in specie placuit Bald. in. c. 1. §. aut si libellario. quib. mod. feud. amitt. Saly. in. l. vlti. C. de reb. alie. non alie. Iason in. l. vlt. q. 19. C. de iure emphy. pulchrè Ferd. Loazes præsul Ilerdensis in §. Diui. ff. de legat. 1. nu. 284. quorum opinionem sequuntur eam dicentes cõmunem esse Anto. Fanens. de pignorib. 2. par. membr. 3. nu. 78. & Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 2. nu. 41. tanetsi ipsa verbalis alienatio etiā abiq; traditione à canonibus prohibita sit, & ideò nulla censeri debeat.

8 Ceterum, res ecclesiarum tradi in pignus iure prohibitum est, & nihilominus distinguere oportet inter res ecclesiarum, quæ non deputantur ad altaris ministerium, nec ad cultus diuini celebrationem, vt domus, prata, vineæ, & similia: & res, quæ ministerio, & cultui diuino sunt destinatæ, sicuti sunt vasa, vestimenta, calices, & alia altariū ornamenta. Priores res alienari possunt, & pignori obligari ob vtilitatem ecclesiæ præmissa canonica solennitate: at posterioris classis res non aliter alienandæ sunt, nec in pignus tradendæ, quàm ex summa necessitate, ita quod nõ erit quælibet necessitas sufficiens ex mente glo. & Doct. in ca. 2. de pignori. vbi hoc adnotarunt expressim Imola, &

la, & Barb. imò & ex summa necessitate prius alienatio incipienda est ab his rebus, quæ tantum sunt benedictæ: non ab his, quæ sunt consecratæ. quod sentiunt inibi Ioan. And. & Imol. & esse hanc distinctionem communem fatetur Ripa. in. l. obligatione. col. pen. ff. de pignorib. alioqui res ecclesiarum non sunt dandæ in pignus laicis. tex. in dicto capi. i. nec clericis. glos. in Cle. si beneficiorum. de decimis. ad si. ubi est optimus tex. & notat Ripa in dict. l. obligatione. col. pen. causa verò præcipua ad alienationem rerum ecclesiæ, etiam earum, quæ ministerio diuini cultus destinantur & vt in pignus hæc dari possint, ea est, ad subueniendum pauperibus, ne frigore seu fame pereant, & ad redemptionem captiuorum. l. sancimus nemi ni. C. de sacros. eccle. ca. sicut omnino. ca. aurum. cap. Gloria episcopi. r. q. 2. non tantum ad alendos proprios parochianos. glo. in dict. ca. i. de pignorib. sed & ad exterorum alimenta. & redemptionem. glo. communiter recepta in. d. c. sicut omnino. & Ripa. in dict. l. obligatione. nu. 54. Simulachra etenim viuientia Dei excolunt & exornant, qui largitione erga pauperes vtuntur, auctore Lactantio Firmiano lib. 6. ca. 13. laudatur diuus Augustinus à Possidonio in eius vita. ca. 24. quod vasa dominica frangi, & conflari iubebat propter captiuos, & quam plurimos indigentes, quibus ea dispensabat. quod idem author diuum Ambrosium fecisse commemorat. & id constat lib. 2. de officijs. cap. 28. à quo Gratianus deduxit canonem illum aurum habet ecclesia. Hieronymus de vita clericorum ad Nepotianum, inquit: Multi ædificant parietes, & columnas ecclesiæ substruunt, marmora nitent, auro splendēt laquearia, gemmis altare distinguitur, & ministrorum Christi nulla electio est idem dixerat paulò antè Gloria episcopi est pauperum opibus prouidere, ignominia omnium sacerdotum est proprijs stude re diuitijs. Hæc sanè & alia descripsit Gratianus ex Hieronymo in dict. c. Gloria. quo in loco manifestum est, & enorme vitium, dum legitur abfurdo profusus sensu, columnas ecclesiæ subtrahunt. etiam si interpretes id vitium frigidis glossematibus conentur dissimulare. Idem Hieronymus ad Demetriadem. Alij, inquit, ædificant ecclesias, vestiunt parietes marmorum crustis, columnarum moles aduehant, earumq; deaurent capita pretiosum ornatum non sentientia, ebore, argentoq; valuas, & gemmis aurata distinguant altaria. Non reprehendo, non abnuo. Subdit idem author. Sed tibi aliud propositum est: Christum vestire in pauperibus, visitare in languentibus, pascere in esurientibus, suscipere in his, qui testè indigent. Hactenus ad Demetriadem. idem ad Rusticum mona-

chum inquit. Sæctus Exuperius Tholosæ episcopus viduæ Saraptensis imitator esuriens pascit alios, & ore pallente ieiunij, fame torquetur aliena, omnemq; substantiam Christi visceribus erogauit. Nihil illo ditius, qui corpus domini canistro vimineo, sanguinem portat in vitro. quibus profectò verbis diuus Hieronymus tãtopere laudat episcopum, qui sacra vasa in pauperum erogaret alimenta, & templum Dei spoliaret, nè de esset pauperibus. id verò cautè est accipiendum: & ita quidem, vt tunc demum hoc fiat, cù maxima, & ingenti necessitate, & inopia pauperes premantur, si quidem non licet vasa, & ornamenta sacra videri, aut pignori dare vt subueniatur cui cùq; pauperum necessitati, quod auctore Theophylacto super Marcum docuit Christus Iesus dùm ægrètulit, apostolos molestos fuisse mulieri pretiosissimo vnguento eius corpus vngenti, ex eo quòd maiorem haberent curam pauperibus subueniendi, quam colendi verum Christi corpus, & quòd ei cultus exhiberetur. igitur non oportet, nec permissum est, nec decet vasa & ornamenta ad cultum diuinum necessaria temerè vendi, aut pignori dari, vt pauperibus subueniatur, nisi vel ipsa vasa nimis essent pretiosa, & posset pauperum inopia simul & cultus diuinus honestè, ac decorè ex eorù pretio tolli, atq; exhiberi, vel pauperes extrema vrgerentur fame, & necessitate, quod prælatorum arbitrio est relinquendum.

Quid autem respondendum erit de his, qui vel propria culpa, luxuria & prauis moribus, vel propter crimen in paupertatem & inopiam inciderunt, atq; idèò carceribus publicis inclusi famem, quod aiunt, Saguntinam patiuntur, aut vinculis grauissimis, & perpetuis opprimuntur, non habentes vnde hæc tormenta redimere valeant, an pro his redimendis possunt res ecclesiarum alienari, aut dari in pignus? Et videtur his non esse subueniendum: qui eorum culpa, & vitio in paupertatem inciderunt, in aliamvè necessitatem. l. bona fides. ff. de positi. cap. ex parte. de consuetu. l. etiam. §. licet. ff. solu. matr. l. vlti. §. vlti. ff. de his, quæ in fraud. cred. l. penul. ff. de iure dot. quibus decisionibus diligenter consideratis hoc probari, & persuaderi potest. His accedit quòd cùm eques quidam ingens patrimonium per luxum, ac libidinem absorbuisset, atq; insuper magnam eris alieni vim contraxisset, quibusdam pro eo intercedentibus apud Alphonsum Aragoniæ Regem nè saltem quæ debebat, corpore luere cogere, vtque ei subueniret: Rex ipse respondit, si tantum pecuniam vel in sui Regis obsequiū, vel patriæ commodis, vel subleuandis propinquis impendisset, audirem vtique. Nunc quoniam tantas

Variarum Resolutionum

opes impendit corpori, par est vt luat corpore. Hæc Alfonso Rex sapientissimus auctore Antonio Panormit. in eius Apophthegmatis. Quam obrem nõ omninõ pium est, & fortasse impium res ecclesiarum vendere, & pignori dare ad subueniendum his, qui in paupertatem, & carceres ob propria scelera, & luxuriam inciderunt. idem probat glo. in cap. quæ in ecclesiarum. de consti. verb. ad inopiam. quam Doct. ibi sequuntur communiter. Quibus & Charondæ Catanæ lex hac de re ferme lata suffragatur apud Ioan. Stobæum sermone. 42.

Contrariam sententiam asserit glo. in. c. sacrorum. 12. q. 2. probans, res ecclesiæ alienari posse ad alendos pauperes, etiam eos, qui in paupertatem propria culpa inciderunt, item & ad redemptionem eorum, qui ob crimina carceribus publicis opprimuntur. Cõmendat Bal. in. l. illud. in prin. C. de sacros. eccl. Campeci. 13. parte de dote. q. 12. sequuntur & eam Alex. in. l. quanuis. ff. solut. matrim. col. 2. Deci. in ca. pastoralis. §. verum. de appellat. col. 3. Anania, & Fel. in cap. significauit. de Iudæ. idem Fel. nu. 67. & Deci. col. pen. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. Ioan. Lupi in rub. de donatio. §. 78. nu. 30. quorum opinio cõmunis est, apud me tamen dubia, & ideo distinctius intelligenda, aliquot prænotatis ad huius quæstionis expeditiorem intellectum.

Priuum, ego fateor, nec arbitror negari posse: quoties quis constitutus sit in paupertate ita vt fame periturus sit nisi ei subuentum fuerit, Eleemosynam ei exhibendam esse, bonaq; ecclesiarum ad eius alimenta vendi licite posse, etiam si is in eam paupertate propria culpa, luxuria, prauisq; moribus deuenit: ca. pasce. 88. dist. tradit Deci. in dict. §. verum. atq; ita poterit cõmunis sententia procedere.

Secundò, illud adnotandum, priuilegia iure concessa his, qui inopia, & paupertate laborant, non competere his, qui data opera, ex culpa ad casum paupertatis ordinata, & præmeditata, vt priuilegijs uterentur in paupertatem inciderent. tex. in lignis in dict. l. pen. ff. de iure dot. quo decisum est, locero nõ competere aduersus generum priuilegiũ nõ cõueniatur vltra quàm facere possit, vbi locer ipse specie futuræ dotis induxerit generum, & cum sciret se prestare dotem non posse, id egerit, vt genero insidiaretur. cuius responsi meminere ad hanc rem Paul. Castr. eleganter in Leriam. §. vlt. & in. l. rei iudicatæ. §. si ff. solu. mat. Alex. & Iason in. l. non tantum. ad finem. & Iason in. l. sicut autem. ff. de rei iudica. 2. col. idem Ias. in princ. de actio. num. 88. optimus tex. in dict. l. vlt. ff. quæ in fraud. credit. & in dict. l. etiam. §. li-

cet. & id omnes passim fatentur.

Tertiò, est in eadem quæstione non omittendum, priuilegia concessa à iure his, qui inopia & egestate opprimuntur, non esse seruanda quoties alteri sit præiudicium, si pauperes, & inopes in eum statum ob scelera & culpam propriam deuenierint. glo. & Doct. præsertim Abb. & Fel. in dict. c. quæ in ecclesiarum. Iason in authet. res quæ. num. 20. & Curti. Iunior nu. 32. qui hanc opinionem fatentur communem esse, ex ea deducetes prohibitum ex causa fideicommissi expressi, vel taciti rem aliquam alienare, non posse eam vendere ad hoc vt ex eius pretio à carcere publico, & à publica condensatione liberetur, etiam si ob paupertatem non possit aliunde condemnationem & pœnam soluere. quod præter Iaso. & Curt. tenent ibi Salyc. Angel. & Paul. Castr. item Roma. Imol. & Aug. in. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebel. Alex. in consi. 23. num. 14. lib. 1. quorum opinio cõmunis est secundum Iaso. & Curt. in dict. authet. res quæ. Ioan. Crott. col. 18. & Ferdin. Herdesem nu. 363. in. l. filius familias. §. diu. ff. de leg. 1. & hoc ipsum testator sensisse, & voluisse manifestum est; nõ alioqui consentiamus, res subiectas restitutioni, & alienari prohibitas, posse ob crimina, & scelera fideicommissarij alienari. & licet Fulgosi. in dict. authet. res quæ. Alex. in. l. quanuis. col. 2. ff. solut. mari. & in dict. §. res quæ. col. 1. Carol. Moli. dict. consi. 23. Ferdin. Herdens. dict. nu. 363. in filio, & descendantibus testatoris responderint contrarium, ego eorum sententiam opinor maximè refragari testatoris voluntati, qui idem rem alienari prohibuit: nõ ea esset criminibus, luxuriæ, & vitijs successorum obnoxia. Fateor tamen has res alienari posse ad subueniendum necessitati hæredum, & successorum, nõ hi fame pereant, vtq; à captiuitate redimantur. Bat. in. l. quemadmodum. 2. col. C. de agricol. & censu. lib. 1. Alex. in dict. §. diu. 6. col. & Doct. communiter in dict. authet. res quæ. & Ioan. Lupi. in rub. de dona. §. 16. num. 6. & 9. atq; ita extenditur decisio Imperatoris in dict. authet. res quæ. quibus illud addiderim Fulgosi opinionem, cuius modo meminij aduersus communem, & magis receptam sententiam proponi. Nam cum Docto. tractauerint de interpretatione tex. in dict. authet. res quæ. & ea in filijs & descendantibus testatoris loquatur: satis constat eorum opinionem etiam in filio testatoris intelligendam esse. Nihilominus alienatio rei prohibita alienari facta vt redimatur possessor à carceribus publicis, quibus captus ob scelera detinetur, viuente ipso possessore, qui alienauit, sustinebitur nec rescindi poterit, ex. l. peto. §. prædiu. ff. de lega. 2. l. Statius Florus. §. Cornelio fœli. i. ff. de iure

de iure fisci. qđ in hac specie Ferdi. Ilerdēsis verū esse censet in dict. §. diui. nu. 367.

Quartò, & si pium & licitum existimem reseclesiarum vēdi ad subleuādam famein eorum, qui etiam ob crimina publicis carceribus detinētur non tamen possum mihi persuadere id licere ad soluendam pœnam ipsorum delinquentium, vt à carceribus, quibus iustē oppriuntur. liberentur, & redimantur. Hęc etenim punitio iusta est, & reipublicæ conueniēs, igitur non expedit, res ecclesiarum alienari, & vendi ad euitādā iustam hanc punitioem. nec cōtrarium alicubi in iure, ni fallor, vrgenter, & verē probabitur: inō pro redimendis à carceribus his qui ob æs alienum, & debita inibi detinentur, arbitror nō esse temerē alienandas res ecclesiarum, nisi debitores ipsi, eorum parentes, vel filij ex ea carcerum oppressione fame alioqui perirent, in eoq; sint periculo constituti, vt ni à carceribus liberētur, fame sint peritūri, à qua ob eorū industriam, artem, & laborē à carceribus soluti, vero simili coniectura liberabuntur, qua in re omnino prælatorum arbitria præuio diligenti examine sunt exhibenda.

Ex quibus omnibus, si maturē considerentur sanctorum patrum canones, & decreta, manifesti iuris est, non esse permittendā rerum ecclesiæ alienationē, nec pignoris dationē, vt ex pecunia & pretio à triremibus redimantur hi, qui in id opus publicum ob crimina damnati fuere.

Ex capite sequenti.

- 1 *Quæ solennitas sit necessaria in alienatione rerum ecclesiæ: & inibi intellectus cap. sine exceptione. 2. q. 2.*
- 2 *Non est satis formam in alienatione rerum ecclesiæ seruatam fuisse, nisi & alienatio facta fuerit ex causa à iure permisa.*
- 3 *Vbi alienatio rerum ecclesiæ fit pro satisfaciendis mutuatis ecclesiæ pecunijs, oportet probari pecuniā versā fuisse in ecclesiæ vtilitatem.*
- 4 *Res ecclesiarum possunt dari in emphyteusim ea solēnitāte, quæ moribus, & consuetudine in hisce contractibus recepta fuerit.*
- 5 *Emphyteusis ecclesiastica an transeat in hæres extraneos: & an egrediatur tertiam generationem?*
- 6 *Qualiter interpretanda sit emphyteusis ecclesiastica, cuius origo non constat, nec de eius conditionibus apparet.*

Quo pacto, & forma, res ecclesiarum possint dari in emphyteusim.

Caput. XVII.



Vanuis Pauli Secundi constitutione locatio rerum ecclesiæ, vltra triennium prohibita sit, eadem tamen permillum est, ecclesiarum res dari in emphyteusim ea forma, & pacto, quo concedi consueuerint, & iure permillum sit: idē examinare oportet, quoniam modo à canonibus antiquis, iurisque ciuilibus legitimis sanctionibus statutum sit posse res ecclesiarum dari in emphyteusim. Cui quidem quæstioni præmittendum est, in alienatione rerum ecclesiæ eam adhibendam esse solennitatem, vt præter prælati consensum, & auctoritatem, ipsius capituli præmissio tractatu consensus itidem accedat: textus est celebris in capitulo. sine exceptione. duodecima quæst. 2. qui à Gratiano tribuitur, & adscribitur Leoni Papæ in epistola ad vniuersos episcopos per Sicilia constitutos, quæ quarta est inter Leonis Epistolæ, & tamen inibi, nec aliquo diui Leonis epistolarum loco, ni fallor, nulla huius canonis mentio sit. Sed idem probatur in capit. 1. & 2. de rebus ecclesiæ non alienandis, in 6. cap. 1. & capit. tua. de his, quæ fiunt à prelato. quibus in locis cōmemoratio tractatus iuxta numerum singularem fit: vt hinc liceat colligere, non esse necessarios tres tractatus, sed tantum vnicum sufficere. quod adnotarunt gloss. & Doctores communiter in dict. cap. 1. verb. tractatus. Speculat. titulo de locato. §. sequitur. versic. scias. Laurentius à Rodulphis in dict. cap. sine exceptione. quæst. 5. asseuerantes admodum esse vtile, quod ter hæc de re præmittatur tractatus, atque ita consuetudine obtentum est plerisq; in locis, quæ quidem solennitas necessaria est in alienandis rebus ecclesiæ cathedralis, & episcopalis, item & in alienandis rebus ecclesiæ inferioris quoties alienatio per episcopum fit, requiritur etenim consensus capituli cathedralis ecclesiæ. at si alienatio fiat per ipsius ecclesiæ Rectores, & auctoritatem Episcopi requirant, ea sola sufficiens est absq; cōsensu & tractatu capitali cathedralis ecclesiæ. text. optimus in Clementina prima, de rebus ecclesiæ non alienandis. Ad vltimā distinctionis partem prima verò probatur in cap. 1. de rebus ecclesiæ nō alienandis, in sexto. & in capit. 1. & capitulo

Variarum Resolutionum

tua. de his quæ fiunt à prælat. sine consensu capituli. notant resolutionem hanc Abbas in capit. 1. de his quæ fiunt à prælato sine consensu capituli. & Ibi Imola. col. vlt. & cap. 2. col. 3. eodem titulo. quæ in & vsus recepit secundum Francum in capitulo. 1. col. 8. de rebus ecclesiæ, in sexto. & Laurentius in dict. cap. sine exceptione. quæst. 13. & licet Innocentius in cap. 2. de transactionibus, requirat hanc autoritatem episcopi in modum decreti, glo. tamen, quam ibi sequuntur Ioannes Andreas, Dominicus & Francus in dicto capit. 1. verb. tractatus. de rebus ecclesiæ non alienandis. vbi etiam ipse Innocentius, Panormitanus, & alij in dict. cap. 2. consensum tantum sufficere existimant præmissa causæ cognitione præstitum. quod notandum est propter differentias, quæ inter consensum & decretum passim à Doctoribus traduntur in lege. si quis mihi bona. §. iustum. ff. de adquirend. hære.

Illud profecto est præ cæteris considerandum in alienandis rebus ecclesiæ nõ esse satis formam & solennitatem exactè seruari, nisi & alienatio fiat in aliquo ex casibus, aut aliqua ex causis à iure permissis, quarum meminit glo. in summa. duodecima quæstione secunda, in principio. vtrunq; etenim necessarium est, vt valida sit alienatio. quod probatur in capitulo secundo, de rebus ecclesiæ non alienandis. in sexto. dum dicit, forma & casibus à iure expressis. & id in specie adnotarunt inibi Ioannes Andreas, & Doctores. glossa in capitulo primo. de in integrum restitutione. & in dicto capitulo. nulli. vbi Abbas & idem in capitulo secundo. de donationibus. Antonius, Imola & Abbas in dicto capit. 1. Felinus col. 1. & Detius tertia in capitulo. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus. Quorum opinionem sequuntur eam existimantes esse communem Cardinalis in capitulo primo, columna tertia. de deposito. Dominicus consilio. 48. Socinus consilio 52. libro quarto. columna secunda. Socinus in consilio quindecimo. libro primo. numero. 26. Abbas item in dicto capitulo primo. Detius consilio centesimo quadagesimo secundo. numero quarto. Chassaneus in consuetudinibus Burgundiarum. rub. 9. §. nono. numero duodecimo. & Antonius Burgenfis in capitulo. cum dilecti. col. 2. de emptione & venditione. quæ plurimum coadiuuatur ex textu in dicta Clem. 1. de rebus eccle. disputata tamen hac de re latè Laurent. à Rodolphis in dict. capi. sine exceptione. quæst. 3. Nam quod alienatio facta adhibita & seruata iuris solennitate, etiam extra causam à iure permissam valida sit, licet ecclesia possit restitutionem petere, asserunt Hostiensis in summa de rebus eccle-

sia. §. 3. in fine glossæ. in summa. 12. quæst. 2. in dicto cap. sine exceptione. quibus suffragatur text. in dict. cap. 1. de in integrum restitutione. qui probat ecclesiam posse petere restitutionem in integrum etiam si alienatio facta sit seruata forma canonum. & tamen si contractus nullus esset, minime conueniret in integrum restitutio. vnde sequitur contractum validum & firmum esse. cui considerationi responderi poterit: alienationem rerum ecclesiæ in ea specie factam seruata solennitate, etiam factam fuisse ex causa à iure permessa: & nihilominus potuisse ecclesiam lædi in pretio & alijs contractus conditionibus; atque idem ei competere beneficium restitutionis in integrum. Quamobrem opinio communis verior est, quam & Antonius Corsetus sequitur in singulari. verb. Alienatio. Sed & opinio posterior potest procedere & iure defendi, quando tempore alienationis causa à iure expressa aderat iuxta opinionem, & existimationem contrahentium, licet non verè, & sic quanuis apparebat, verè nõ existebat, nam tunc valida est mero iure alienatio. glo. in cap. ad nostram. de rebus ecclesiæ non alienand. verbo, enorme. cuius ad hoc ipsum meminere Felinus in dict. capit. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus. col. 1. & Antonius Burgenfis in dict. ca. cum dilecti. de emptione & venditione. etiam si ipse asseueret primum omnium se illam glossam citasse. idem tenet Imola, in dict. cap. 1. de in integrum restitutione. & in capi. cum apostolica. de his quæ fiunt à prælato sine consensu cap. 4. col. aptius sanè & melius defenditur opinio contra communem eo casu, quo non constat, alienationem factam fuisse extra causam licitam, & iure permissam, quia in dubio vbi in alienatione seruata fuerit forma, & præsumitur eam ex causa licita & permissa factam fuisse, quem admodum voluit Baldus. 2. col. & Iason nume. 8. in capit. 1. qui feudum dare possunt. post glossam in authentica. hoc ius porrectum. C. de sacro sanctis ecclesijs. quam ad hoc Socinus allegat dicto consilio quindecimo. numero. 28. lib. 1. idem sensit Laurentius de Rodolphis in dict. capi. sine exceptione. quæst. 3. Ecclesia verò probare poterit, alienationem factam fuisse absque causa iure permissa: quod omnes fatentur: liquidem & si propter formæ, & solennitatis vim, præsumenda sit causa, hæc præsumptio contrariam probationem optimè admittit. quo fit, vt non satis congruè, nec verè, & iustè communem sententiam Antonius Burgenfis conetur reprobare ex eo quod propter formam, & solennitatem præsumatur causam iustam, & iure permissam, alienationem licitam fecisse, & validam omninò. Nam id
verum

verum est ex quadam iuris presumptione, & ideo contrarium probari ab ecclesia poterit, quod est omnino aduertendum.

Cæterum, etiam si verum sit præsumendam esse causam vtilē, & iure permissam in alienatione rerum ecclesiæ, quæ facta fuerit seruata forma canonis, tamen vbi alienatio fit pro satisfaciendis debitis ecclesiæ, & pro æris alieni solutione, non præsumitur causæ iustitia, sed oportet probari pecuniam debitam versam fuisse in vtilitatem ecclesiæ, & in eius commodum expensam esse, alioqui alienatio rerum immobilium non tenet, secundum Innoc. Card. 2. q. Abb. & Imol. nu. 14. & 17. in cap. 1. de deposit. Innoc. & Abb. in c. quod quibusdam. de fideiuss. & probatur in auth. de alienatio. & emphyteu. vers. his vero omnibus præcedentibus. & apertis in Græca, & Latina Haloandri nouella centesima vigesima, ex quibus & vers. & is creditor hic intelligatur, deducitur oportere quod emptor rerum ecclesiæ venditarum pro satisfaciendis mutuis, probet pretium expensum esse in vtilitatem ecclesiæ: nempe pro solutione pecuniæ, quæ mutuo accepta fuerat: & itidem versa in commodum ecclesiæ. id manifestius constat ex eo quod ex contractu mutui ecclesia non teneatur, nisi probetur versio in eius vtilitatem. tex. in dic. auth. hoc ius porrectum. vbi Bal. in sine. Innoc. Imol. nu. 14. & Doct. communiter in dict. cap. 1. de deposit. tex. in c. 2. §. hoc ius porrectum. 10. q. 2. Regia. l. 3. tit. 1. part. 5. quæ expressim in ecclesia & ciuitate loquitur. facit. l. ciuitas. vbi Doct. ff. si cer. pet. l. 1. C. si aduers. cred. l. 3. C. quand. ex fact. tut. sed & hoc verum est, vbi mutuum datur administratori ecclesiæ vel ciuitatis, prælato inquam, œconomio, aut rectori etiam nomine ecclesiæ: quod si mutuum detur prælato, & capitulo, decurionibus, & præsidi, tunc non est necessarium probari eam pecuniam expensam esse ad ecclesiæ, vel ciuitatis vtilitatem. Azq. & glo. in dict. auth. hoc ius porrectum. ad finē. & ibi Bart. Card. in dict. cap. 1. de deposit. 2. q. glo. in dict. ca. quod quibusdam. & est communis opinio secundum Præposi. in dict. §. hoc ius porrectum. nu. 16. idem tenet Bart. in dict. l. ciuitas. cuius opinio vera est secundum Iaso. ibi, & communis secundum Alcia. & eam sequuntur Fulgo. Roma. Paul. & Aretin. ibi dem. quibus suffragatur glo. in Rubr. C. quæ sit longa consuet. ex quo, si isthæc opinio vera est, apparet manifestè intelligendam esse Imo. Car. Abb. & Imo. sententiam in. d. cap. 1. de deposito. cuius in hoc vers. Cæterum. statim in initio meminimus iuxta hanc Barto. distinctionem. verum quia hæc Bart. distinctio non omnino, nec absq; controuersia recipitur, tutius erit, mutuam pecuniam

ab ecclesia recipi præmissis tractatibus, & solennitate, quæ necessaria est ad rerum ecclesiæ alienationem. hoc etenim casu præsumendum est mutuatam ecclesiæ pecuniam in eius commodum conuersam fuisse. Extra hunc casum si pecunia mutuetur prælato, & capitulo, etiam si vera sit opinio Bart. ecclesia agere poterit, & vti beneficio restitutionis in integrum, & præsumetur læsio canonis: nisi probata fuerit conuersio in ipsius ecclesiæ vtilitatem, sicuti colligitur ex Cino in dic. Auth. hoc ius porrectum. Ale. in dict. l. ciuitas. 3. col. Imola in dict. cap. 1. de deposit. num. 17. & ibi Barbat. num. 5.

Qualiter autem probetur pecuniam mutuatam ecclesiæ vel ciuitati expensam fuisse in ipsius vtilitatem, tradunt Doct. in dict. cap. 1. de deposit. glo. in dict. Authent. hoc ius porrectum. Abb. in cap. 1. de solution. gloss. in Authent. de alienat. & emphyteu. §. si vero quis. Alexand. in dict. l. ciuitas. col. 3. & ibi Ias. colum. vlt. Abb. in cap. quod quibusdam. de fideiuss. Ripa in. l. is qui bona. num. 11. ff. de pignori. & doct. per tex. ibi. in. l. vlt. ff. de exercit. ...

4 Histandem præmissis: ad quaestionis resolutionem aliquot exponam conclusiones, quarum Prima sit. Res ecclesiæ consuetam dari in emphyteusim potest in emphyteusim concedi ea solennitate, qua dari consueuerit. text. in cap. 2. de feudis. quem ita Doct. communiter interpretantur. Calderi. consil. vlt. de consuet. Curtius Iunior. 2. part. de feud. quaest. 3. Caro. Ruinus consil. 41. num. 38. lib. 1. notatur in cap. vt super. de reb. eccles. nõ alienari. & licet solennitas à canonibus requisita in alienandis rebus ecclesiarum non possit consuetudine remitti. glo. communiter recepta in cap. cum causa. de re iudicat. Abb. Imola, & Doct. in cap. nulli. de rep. eccles. Laurenti. de Rodulphis in dict. cap. sine exceptione. q. 4. & quaest. 16. Rochus Curt. in cap. vlti. de consuetud. Fol. paruo. 48. col. prima. sententur hanc opinionem communem esse idem Laurēt. in disputatione, quam ponit post cap. sine exceptione. col. pen. & Chassa. in consuetud. Burgundia. rub. 9. §. 9. num. 32. tex. optimus in cap. 1. de consuetud. id verum est quod ad alienationem propriam, & perpetuam, ex qua vtilē, & directum dominium transferitur, secus vero in datione rerum ecclesiasticarum ad emphyteusim, vel feudum, quemadmodum ex hac prima conclusione deducitur: tamen si verum sit, iure cõmuni in conductione ad vitam rei ecclesiasticæ, requiri solennitatem, quæ in alienatione perpetua foret necessaria. glo. & communis in Clemēti. prima. verb. non habeat. de re. eccle. & Dominic. consilii. 48.

Variarum Resolutionum

Secunda cōclusio. Quoties res ecclesiæ datur in emphyteusim absq; canonica solennitate iuxta consuetudinem, etiam si expressim detur pro hæredibus, & simpliciter, non transit in hæredes extraneos, nec vltra tertiam generationem. *tex. in Auth. de non alienand. §. emphyteusim. glos. Bart. & Docto. in. l. etiam. ff. solut. mati. vbi late Alex. idē Alex. in. l. si patroni. col. 5. ff. ad Trebe. Antoni. Imol. Abb. num. 29. Feli. nu. 27. Dec. nu. 48. in capit. in præsentia. de probationi. e quibus Alex. & Deci. fatētur hanc opinionem communem esse. idem testātur Imol. in. l. ex facto. §. vlt. ff. ad Trebellia. & Ludou. Gozadin. consi. 39. nu. 6. Nec obstat *tex. in auth. de alienati. & emphyt. §. licentiam. quo probatur, posse res ecclesiæ dari in emphyteusim perpetuam, id etenim intelligitur iuxta formam *tex. in dict. §. emphyteusim. vt perpetua intelligatur ad tertiam vsque generationem, atque ita Gozadi. respondet. §. licentiam. cui & aliter respondere conantur Abb. Deci. & hi, qui huic Secundæ cōclusioni subscripserunt, quod apparebit ex his, quæ statim trademus. intellectus autem Gozadini constat ex Alberic. in proœmiō. C. verb. perpetui. & Cremensi singula. 15.***

Tertia conclusio. Res ecclesiæ præmissa causa, & canonica solennitate ad veram alienationem necessarijs, poterit dari in emphyteusim perpetuam, & ea conditione, vt ad extraneos hæredes transeat, nam si eo casu poterat res omninò alienari, nimirum si possit in hanc emphyteusim cōcedi. Anto. Imol. Feli. nu. 27. Deci. nu. 48. in. d. c. in præsentia. Alex. in. d. l. etiam. Bar. in Authen. perpetua. C. de sacros. eccles. glo. in Auth. de non aliena. §. alienationis. Corne. cōf. 13. lib. 3. & Ludou. Gozadi. consi. 39. colum. 1. & nu. 12. Imol. in. l. quod dicitur. nu. 8. & 10. ff. de verb. oblig. atq; ita poterit aliter adsumi, & intelligi *tex. in dicto. §. licentiam: eritq; ista conclusio facilior, si sequens iure probetur.*

Quarta cōclusio. Res ecclesiæ data simpliciter pro hæredibus & perpetuo in emphyteusim, seruat tamen his, quæ ad veram alienationem iure requiruntur, etiam ad hæredes extraneos, & perpetuo defertur, siquidem sub eadem forma res illa poterat perpetuo, & in extraneos alienari: & ideo videtur, rem istam ita simpliciter datā ad emphyteusim, perpetuo hæredibus, etiam extraneis competere. quod maximè est adnotatione dignum: ac deducitur ex dicto. §. licentiam. & idem voluerūt Abb. num. 29. Anton. Imol. Feli. nu. 27. Deci. nu. 48. in dict. ca. in præsentia. Alexan. in dict. l. etiam. Gozadinus cōf. 86. nu. 22. idem tenent hanc dicentes esse communem opi-

nionem Christo. Portius in. §. adeò. Inst. de loca & Curti. Iunior. cōf. 4. col. 1. & licet glo. Bar. & alij in dict. l. etiam. tenuerint, emphyteusim ecclesiasticam simpliciter constitutam non transire ad hæredes extraneos, etiam si accepta, & data sit pro hæredibus. quorum opinionem esse cōmunem testantur hi, quorum memini in prima conclusione: & Gozadi. consi. 75. num. 9. ea tamen opinio, vt superius diximus procedit, quando emphyteusis ecclesiastica cōstituitur ea forma, qua res ecclesiæ locari, & dari in emphyteusim solent absq; solennitate canonica, secus verò, si detur res ecclesiæ in emphyteusim seruata forma, & solennitate, quæ ad veram alienationem requiritur, nam tunc potest expressè dari cum pacto, quòd perpetua sit, & ad hæredes extraneos transeat. imò simpliciter pro hæredibus data ad extraneos hæredes pertinet. sicuti præter alios resoluit Præpo. in cap. perpetua. 10. quæstio. secunda. & Parisius dicēs hanc resolutionem esse cōmunē in consilio. 85. libr. 4. num. 17. & sequentibus. Quin & si emphyteusis ecclesiastica detur ea solennitate, qua dari consueuerit, quandoq; etiā ad extraneos hæredes trāsit, nempe si data sit pro hæredibus quibuscunque. Bald. in cap. imperialem. de prohibi. feudi alienat. per Frederi. col. 7. idē in. l. 1. q. 34. ff. de rerum diuis. Deci. consi. 208. col. 2. Bald. in. l. cū virum. colum. vltim. C. de fideicom. & est cōmunis opinio secundum Curti. Iuniorem consil. 4. col. vltim. & Ripam in. l. ex facto. §. vlt. ff. ad Trebel. nu. 16. Curtium item Iuniorem consi. 1. col. 2. num. 1. idem si dictum sit pro omnibus hæredibus, notatur in dict. capi. in præsentia. & per Gozadi. consil. 59. nu. 15. colligitur ex Bart. & alijs in dic. l. etiam. Quin & idem dicendum erit, si dictū sit in contractu, pro te, & hæredibus, & quibus de deris. vt tradunt Curt. dict. consi. 4. col. 2. & Paul. Parisius consi. 71. lib. 3. num. 44. passimq; à Doct. nominatim aliquot verba referuntur, quæ contractibus adscripta operātur: vt emphyteusis ecclesiastica etiam ad extraneos hæredes transeat. dubium tamen esse poterit, an vbi vel expresse, vel tacitè in extraneos hæredes data fuerit emphyteusis: requiratur canonica solennitas: nam Gozadi. consi. 39. num. 12. vtrunq; requirit, solennitatem scilicet canonicam, & quod expressim vel verbis id tacitè significatibus emphyteusis in extraneos detur, vt eis competat. Quod non est omninò expeditum: siquidem emphyteusis ecclesiastica data absque ea solennitate, quæ ad veram alienationem requiritur: ad hæredes extraneos minimè pertinet, & tertiam generationem non egreditur. d. §. emphyteusim. gl. & doct. & in dict. l. etiā. qui fatentur hoc verum esse, nisi actū sit expressè,

prescē, vel tacitē, quod ad extraneos hæredes deueniat. igitur hi doct. sentiūt posse expressim dari emphyteusim ecclesiasticā eo pacto: vt extraneis etiā hæredibus deferatur: modo seruetur forma & cōsuetā solennitas, qua in re plurimū consuetudini tribuendū est. Quod si ecclesiastica emphyteusis detur seruata solennitate ad verā alienationem requisita: hæc, ni fallor, si simpliciter concessa fuerit pro hæredibus, ad extraneos etiā pertinerebit: quanuis fatear, tutiorem esse eam opinionē, quæ probat, & asserit, tunc hæredibus extraneis non deferri emphyteusim: nisi id expressum fuerit, aut verbis generalibus significatum. Ex his apparet intellect. ad tex. in cap. ad aures. de rebus eccle. & in cap. nulli. eod. titu. glos. in. §. adeo. Insti. de locat. vbi quandoq; in rebus ecclesiasticis permissa videtur emphyteusis: & ea perpetua quandoq; omninō prohibita, aut saltem quibusdam limitibus. & conditionibus restricta.

Hinc apparet Bald. in cap. vlti. de feu. dat. in vicem legis commissoriaz. num. 2. rectē hanc questionem intellexisse: dum is scribit, emphyteusim rei ecclesiasticæ per legitimi temporis vsucapionem adquisitam, eam habere cōditionē, & qualitatem, vt nec ad hæredes extraneos transeat, nec perpetua sit: imō tantūm ad tertiam vsque generationem duret, præscriptio etenim eam naturā sequitur, quā res ipsa regulariter, & propriē habet. Emphyteusis vero ecclesiastica ex propria vi, & natura, nec ad hæredes extraneos transit: nec ultra tertiam generationem extenditur. dic. §. emphyteusis. Huic sententiæ Baldi accedit Iason in lege secunda. numero. 160. de iure emphyteu.

Quinta cōclusio. Emphyteusis ecclesiastica simpliciter data alicui: nulla nec filiorum, nec hæredum facta mentione, ad filios, & nepotes accipientis transit. tex. in dict. §. emphyteusim. sub Nouella de non alienandis. nisi aliud consuetudine, & moribus obtentum fuerit. idq; Bald. fatetur in dict. cap. vi. & idem Bal. in Speculo. tit. de locato. 2. cpl. vlti. & in tertiam generationem. quem Iason sequitur in l. certi cōdictio. §. si nummus. ff. si cen. peta. col. 4. vlti. facit ad hoc. & post ipsum Catelli. Cotta: dictione, et emphyteusis. Imol. in dict. l. quod dicitur. nu. 8. ff. de verb. obliga. Bald. in l. 2. col. 2. & ibi Iason. num. 160. C. de iure emphy.

Et quia à plerisq; dubitatur: an sit necessarium filios, seu nepotes illius, cui concessa fuerit emphyteusis ecclesiastica, esse etiā illius hæredes: & an ad filios hæredes, vt hæredes, transeat emphyteusis: operæpretium duxi sequenti capite aliquot ex Bartolo deducere cōclusiones ad huius dubitationis faciliorem expeditionem.

Ex capite sequenti.

- 1 *Emphyteusis accepta simpliciter, ad mares & fœminas defertur, siue ea priuata sit, siue ecclesiastica.*
- 2 *Quādo emphyteusis ad filios hæredes, nō ad alios, pertineat.*
- 3 *Pater potest quādoque emphyteusim vni hæredum, vel filiorum prælegare.*
- 4 *Traditur interpretatio tex. in cap. primo. an agna. vel filius. & c. in feudorum constitutionibus.*
- 5 *Institutus in recerta nō habet ius, nec nomē hæredis ad obtinēdū hereditariam emphyteusim.*
- 6 *Ius patronatus ecclesiasticum ad hæredes, etiā extraneos ex propria natura pertinet.*
- 7 *Ius patronatus ecclesiasticum nō transit in patroni filium, qui eius heres non sit: etiam si fuerit patrono, & eius filijs delatum.*
- 8 *Vendita hereditate ius patronatus ad emptorē etiam extraneū defertur: & ibi qualiter ad fideicommissarium non transeat?*
- 9 *Ius patronatus non pertinet ad filium institutū in legitima: nec vendita legitima trāsit in emptorem.*
- 10 *Ius patronatus ecclesiasticum non potest per patronum in aliquem transferri in præiudiciū eorum, qui ad id, & si hæredes non sint, ex prima institutione vocantur.*

Rursus de emphyteusi ecclesiastica, & priuatorū qualiter intelligenda sit?

Caput. XVIII.



Requenter contingit controuersia circa interpretationem clausularum, quæ contractibus emphyteusis inscribuntur: & præsertim quo pacto post obitum accipientis, eius filijs, vel hæredibus competat. tradit etenim Bar. in l. & iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. quam questionem sequētibus propositionibus absoluam.

Variarum Resolutionum

Prima conclusio. Emphyteusis simpliciter recepta, siue ea sit priuatorū, siue ecclesiarū, post obitum accipietis, eius filijs, & nepotibus deferri: masculis, & foeminis absq; vlla sexus distinctione. probat rex. in. §. emphyteusim. in Auth. de non alienand. reb. eccles. Alex. in. l. quod dicitur. nume. 24. ff. de verbo. obliga. Iason in. l. 2. C. de iure emphyteut. numero. 194. Salic. ibi. q. 12. & 17. Angel. in. l. item videndum. §. primo. ff. de pet. h. redit. & Aug. Bero. in. q. 18. Ex quib⁹ apparēt equa liter ad emphyteusim admitti filios masculos, & foeminas. tamen si Bal. in. c. 3. nu. 4. quib. no. feu. consti. possit. ex eo text. & gloss. deduxerit à similitudine feudi, & emphyteusis, emphyteusim simpliciter concessam, minime ad foeminas pertinere, sed tantum masculis competere. cui subscribere Alexan. conf. 106. num. 6. lib. 4. Catelli. Cott. dictione, Emphyteusis. Gozad. conf. 39. nume. 14. Quibus respondeū congruē, & verē poterit: in his, quæ per leges feudorum aduersus ius commune statuta sunt non procedere argumentum à feudo ad emphyteusim: sicuti adnotarunt Alex. dic. num. 24. & dic. num. 6. idem in. l. diuortio. §. si fundum. col. 2. ff. solut. matr. Ioan. Baptif. de. S. Seuerino in cap. 1. de feudi cognitio. part. 5. reg. 3. Detius in cap. cæterū. de iudic. col. 6. Corneus conf. 67. col. 2. lib. 2. optimē Carol. Molinz. in consuetud. Pari. §. 1. glof. 5. num. 71. hoc ipsum Bar. scribit in dict. §. si liberi. num. 5. & Curtius in tract. de feud. in princ. q. 3. vnde mihi verior videtur opinio contra Baldum: aduersus quem est & authoritas Imole in dict. l. quod dicitur. num. 10. quo in loco tractat Ale. num. 24. quid si emphyteusis data sit Titio, & eius filijs? & asserit ad filias non pertinere: quia masculinū non comprehendit foemininum. citatq; plures id asseuerantes in hac specie: nempe Imolam in capit. potuit in fine. de locat. & in. l. si ita scriptum sit filijs. ff. de lega. 2. Sed & in hoc casu ipse adhuc admitterem foeminas. quod & Salycetovisum est in. d. q. 17. & q. 12. in. l. 2. C. de iure emphyte. & ibidem Iasoni. num. 394. Decio in. l. 2. num. 108. ff. de reg. iur. Alciar. in. l. 1. ff. de verb. signif. Carpl. in consuet. Parisi. §. 12. num. 2. & sequētib. ex eo quod etiam in contractibus masculinum sub appellatio nomina foemininū contineat. hęc eandem Salyceti opinionem sequitur Tiraquellus lib. 1. de retract. §. 1. glo. 9. num. 206. quanuis prior sententia magis communis sit: vt apparet ex pluribus, qui nuncupatim ad eam partem citantur à Detio in dict. l. 2. num. 106. Carolo Mol. dic. §. 12. num. 2. omnium latissimē Tiraquello dict. glo. 9. nu. 181. Nam & Alex. eandem Imolæ opinionem probat in conf. 61. lib. 1. & consil. 123. lib. 2. idem &

Ias. post Roma. in. l. sed si hac. §. qui manumittitur. vers. liberos. ff. de in ius voca. Guido de Suzaria in. l. quicunq;. C. de ser. fugi. Archi. in capit. si quis suadente. 17. q. 4. Imol. conf. 38. Fran. in cap. generali. colū. 1. de elect. in. 6. & Augustin. Beroi⁹ dict. quæstio. 18. ea ratione, quod in contractibus masculinū nō cōprehendat foemininū: cum imputandum sit contrahentibus, qui legem apertius dicere potuerūt, verbis ambiguis contractū concepisse: quæ quidē ratio non omnino probat cū satis apertē contractus cōceptus sit: appositis verbis, quæ iuxta iuris congruam, & veram interpretationem masculos & foeminas complectuntur, aut cōplecti possunt. & profectō pot opinio Sali. deduci ex mēte Bar. in. d. l. 1. ff. de verb. sign.

Secunda cōclusio. Patre accipiente emphyteusim pro se filijsq; suis masculis, & foeminis pariter mortuo patre deferretur emphyteusis foeminis, & masculis absq; vlla sexus distinctione. l. maximum vitium. C. de libe. præt. notant Bar. in. d. §. si liberi. num. 5. Saly. in. d. l. 2. q. 17. & ibi Ias. nu. 187. Imol. in. c. potuit. de locat. in si. nisi ea in provincia statutū sit, extantibus masculis foeminas non succedere: eo etenim statuto præmissio, dictū est, dictam emphyteusim primum filijs masculis, ac demum eis deficientibus filiabus competere. quod Bar. Imol. & Ias. tenent in dict. locis: & idem Bar. conf. 60. Ancha. conf. 115. Alex. conf. 44. lib. 1. col. 1. latē Albert. Brunus in tracta. de statuto: quod stantibus masculis foeminæ non succedat. art. 8. q. 22. qui fatetur; hanc opinionem communem esse. quāuis Saly. in dict. q. 7. in hoc vltimo contrarium teneat, scribens, etiam stante statuto, foeminas simul cum maribus admittendas esse ad emphyteusim. cuius opinio iure defendi non potest, propterea quod contrahentibus clausula; & dispositionis interpretationem adsumunt ab statutis, & consuetudinibus. quæ in ea regione, vsu, & sanctionibus stabilitæ sunt. Sed & opinionem Saly. sequitur Curtius Senior conf. 45. col. 10. & Augustin. Beroius. dic. q. 18. num. 6.

Tertia conclusio: Emphyteusis accepta per patrem pro se, & filijs: ita ad filios pertinet, vt pater non possit eam vni ex eis in aliorum præiudiciū prælegare. Bart. in dict. §. si liberi. num. 6. & probatur: quia filijs competit hęc emphyteusis ratione concessionis factæ à vero dño, à quo eam acquirunt filij, non à patre. cap. 1. in princ. de success. feud. eandem opinionem Bar. tenet Specu^l lat. cit. de locat. §. nūc aliqua. vers. 78. Fred. conf. 218. Bal. in. l. item videndum. §. nūc videamus. ff. de pet. h. redit. Dinus, Albc. Imol. Ange. & Paul. de Cast. in. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. & ibi Ias. Alex. conf. 124. lib. 4. col. 3. idem Alex.

Alex. conf. 8. nu. 15. libr. 3. vbi Carol. asserit hanc esse communē sententiam. idem Alexā. conf. 89. libr. 4. num. 11. Roma. in. l. vnica. q. 12. C. quando non pet. par. Io. Crott. in. l. si cōstante. 2. lect. col. 7. ff. solu. mat. las. dicens, hanc opinionē esse communem in. l. 2. C. de iure emphyteu. numer. 210. Zafius idem notat in tract. de feudis. tit. de feudi alienat. Folio. 6. tradunt latē Curti. de feud. 4. parte. regu. prima. q. penulti. versicu. ex prædicta. & Andreas ab Exea in rub. ff. de pact. numero. 211. ipse etiam obiter hanc partem probauit in rubric. de testam. 3. part. numero. 26. & colligitur ex his quæ tradit Caro. Ruinus consilio. 1. libro. 1. num. 16. Ex his etenim plura colliguntur, quæ ad huius conclusionis intellectum mirè conducunt.

Quarta cōclusio. Accepta per patrem emphyteusi eo pacto, vt post eius obitum filijs hæredibus vt hæredibus deferatur, poterit pater eam vni ex filijs in aliorum præiudicium prælegare: ea ratione, quod filius hæres patris prælegantis teneatur stare parentis voluntati, aut hereditatem repudiare. & tamen si eam repudiauerit, non potest emphyteusim habere, nec consequi. & ideo hanc opinionem sensit Bart. in dict. §. si liberi. colum. vlt. & expressim eam asserunt Bald. consil. 289. lib. 3. Cuma. consil. 166. Socin. consil. 127. libr. 3. colum. 6. Iason in dicta. l. secunda. numero. 211. qui videtur præmittere omnium consensu eam probari. facit tex. in. l. nonnunquā. ff. ad trebel.

Quinta conclusio. Emphyteusis à vero domino data alicui, & ei⁹ filijs simpliciter: eo mortuo filijs competit, etiam si hæredes non fuerint ipsi patri, aut eius hæreditatem repudiauerint. Bart. in dict. §. si liberi. num. 4. per tex. inibi. idem Bart. & Doct. in. l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. quorum opinionem probat, dicens eam communē esse Iason in dicta. l. 2. C. de iure emphyt. nu. 188. qui ad hanc rem alios authores adducit. sat enim est ita ab omnibus receptum esse magis communiter, paucis refragantibus: & procedit etiam in emphyteusi priuata ex mente Ias. in dicta. l. 2. & Imol. in dict. l. quod dicitur. num. 8. tamen si Bart. ibi, & in. l. si tibi. §. si pactus. nu. 9. ff. de pact. sentiat, & asseueret in emphyteuli priuata aliud esse dicendum: vt filijs acquiratur si hæredes sint. cuius opinio vterior est secundum Alexā. in dicta. l. quod dicitur. nu. 19. idem notat Imol. in cap. potuit. de locat. nu. 58. & Alciat. de præsumpt. regu. 1. cap. 31. Præpo. in cap. 1. an agnatus, vel filius. colum. 3. vers. quarto. cum glo. Deci. consil. 149. col. 1.

Sexta conclusio. Quoties emphyteusis datur Titio, eius filijs, & hæredib⁹: ita demum ad filios post patris obitum defertur: si & hi patri hæredes extiterint. Barto. in dict. §. si liberi. num. 4. tex.

in authent. de non alien. §. emphyteusim. collar. 2. vtrunq; etenim requiritur, quod filius, & heres sit, vt hanc emphyteusim habere possit. idem Angel. & Alexā. colum. 4. in. l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liber. & posth. Bal. & Imol. in. l. filio, quem pater. ff. de leg. 1. Paul. in. l. si post mortem. in princ. ff. eod. Alex. in. l. quædam. §. 1. col. 2. ff. de eden. Iaso in dict. l. 2. num. 188. Alex. in consil. 44. num. 1. libr. primo. Imol. & idem Alex. in dict. l. quod dicitur. num. 15. & nume. 21. Deci. consil. 185. 2. colum. Iaso in. l. si non sortem. §. libertus. num. 35. ff. de cond. indebi. vbi scribit hanc sententiam magis receptam esse. quod & idem Iaso. testatur consil. 57. col. 1. libr. primo. siue sit emphyteusis ecclesiastica, siue priuata, iuxta communē omnium interpretationem: authore Alexand. in dicta. l. quod dicitur. num. 21. in hunc sensum, vt non sit satis, quem esse filium, nisi & is hæres sit patri. At si quærratur, an emphyteusis transeat in hac specie ad extraneos, qui hæredes sint: tunc in emphyteuli, quæ ex propria vi, & natura regulariter ad extraneos hæredes minimè transt: non erit satis quem esse hæredem: nisi & is filius sit: in quo omnes consentiunt: si vero emphyteusis priuatorū sit, quæ in extraneos hæredes transtire potest: sat erit esse quem hæredem: licet is extraneus sit, vt eam consequatur: quod visum est Alexan. in dict. l. quod dicitur. numero. 21. verbum enim, hæredibus, conuentioni appositum non restringitur ad filios: sed ratione copulæ significationē auget: ita quidem vt hæredibus deferatur emphyteusis, siue sint filij, siue extranei. idem etiam probatur ea ratione, quod cum scribitur: filijs, & hæredibus: filij non vocantur, vt filij præterse: sed: vt præsumptiuè futuri hæredes: & sic quicumque hæredes sint, vocati censentur. l. ea. tamen adiectio. ff. de legat. primo. Bartol. & Doct. in dicto §. etiam si parente. numero octauo. ex quibus idem Alexand. hanc conclusionem deducit ibi numero. 5. & in consilio. 110. libr. primo. nume. 1. vbi Carol. Molinæ. eam sequitur. idem adnotauit Imol. in dicta. l. quod dicitur. numero. 8. licet Salycet. in dicta. l. secunda. quæstio. 20. hanc opinionem admittat: cum in contractu dictum fuerit: Titio, & hæredibus: eam autem improbet: si scriptum sit Titio, & eius filijs, & hæredibus: existimans eo casu etiam priuatam emphyteusim. ad extraneos hæredes minimè pertinere.

Idem omninò dicendum est: si emphyteusis cōcepta fuerit his verbis: Titio & eius hæredibus: oportet etenim, filium Titij eius hæredem esse, vt ei competat res emphyteutica, quod ex præmissis constat: & præterea: quia propria huius dictionis, hæredibus, significatio est ea, quæ hære-

Variarum Resolutionum

ditatis additionem præmittit: etiam absq; iure sanguinis: sicuti iure est satis manifestum: & ideo in quacunq; dispositione adsumenda est interpretatio in huc modum. l. cum lege. ff. de testam. & inibi Aretinus. huic etiam opinioni suffragatur, quod emphyteusis simpliciter accepta: nec hereditum nec filiorum facta mentione: non aliter ad filium pertinet, quam si & is hæres sit patri: si emphyteusis priuata sit: vt notat Alex. in di. l. quod dicitur. num. 20. post Imol. ibi. tex. optimus in. l. cum patronatus. §. cum libertus. ff. de oper. liber. ergo si accepta sit pro hæredibus: filius, qui hæres non fuerit, eam habere non poterit: hoc ipsum patet, siue sit emphyteusis ecclesiastica: siue priuatorum, ex eo quod licet ecclesiastica emphyteusis ad extraneos hæredes minimè pertineat: sed ad descendentes. non tamen ex hoc sequitur non oportere filios, vel nepotes hæredes esse: cum de hæredibus mentio in contractu facta fuerit: si quidem significatio hoc patitur. quibus quidem rationibus instrui, & probari potest hæc sententia: cui accesserint Imol. in dicta. l. quod dicitur. numero. 8. Saly. in dicta. l. 2. numero. 30. Barto. & Alexan. in. l. ex facto. §. vltimo. ff. ad Trebelli. ad finem. Cinus, & Salice. in. l. si manumissus. C. de lib. & eorum lib. Bald. per text. ibi in cap. primo. 4. colum. an agnat. vel filij. Bart. in. l. cum qui. ff. de interd. & re leg. satis in specie Alexand. consil. 19. numero. 16. & consil. 26. numero. 2. lib. quinto. Deci. consil. 208. numero. 7. Dec. in. l. vnica. colum. secunda. C. quãd. non pet. par. Gozadi. cõ sil. 27. colum. 4. Curti. Iunior consil. 138. num. 14. quorum opinio communis est secundum Alexand. dict. consil. 19. Rube. consil. 18. & Aymonẽ cõ sil. 197. numero. 5. idem tenet Alexan. consil. 10. num. 8. libr. 3. ex quibus deducitur frequentiori omnium calculo receptum esse: dictionem hanc, hæredes, etiam ubi ad filios tantum, non ad extraneos refertur: esse de filiis simul. & hæredibus intelligendam: quãuis simpliciter scripta sit absque filiorum mentione. quod & ante alios asserit Iacob. à Bello visu in cap. primo. de eo, qui sibi, & hæredib. suis. Andre. Iserni. in capit. primo. de success. feudi. & in dict. capit. primo. an agnat. vel filius. Et licet Paul. Castrenf. Vincenti. Hercula. & Ripa in. l. ex facto. §. vltimo. ff. ad Trebelli. ad finem. Iason in. l. si filius, qui patri. in fine. ff. de vulgari. & in. l. Gallus. §. quidam recte. numero. 24. ff. de liber. & posthu. & in. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. indebi. & in consil. 57. libro primo. colum. secunda, scripserint, in materia, que verbum. hæredes, ad filios, & nepotes tantum referendum esse dicat, minimè esse necessarium filios hæredes esse: autoritate glos. in dict.

l. ex facto. §. vltimo. vbi conditio illa: si sine hære de decesserit: de filiis etiam non hæredibus intelligitur: cuius gloss. interpretationem sequuntur Imol. ibi. Bald. Cuma. & idem Imola in. l. filius familias. §. cum quis. ff. de legatis primo. & in hac specie de emphyteusi ecclesiastica Augustin. Berouius in cap. in præsentia. de probatio. num. 399. & idem in. q. 17. tamen prior sententia iure verior apparet, & ni fallor, magis communis est: quemadmodum ex præcitatis constat. & præter alios eam sequutus hoc asseuerat Curti. Iunior consil. 1. col. 5. nu. 11. cui non obest glos. in dic. §. vlt. quia Barto. & Alexan. eam falsam esse censent. Imo etiam si vera sit, vti ferè omnibus placet, procedit ob mentem, & voluntatem satis præsumptam illius, qui illam concepit conditionem: si sine hærede decesserit, argumen. dictæ. l. filius familias. §. cum quis. posset forsan opinio Pauli Castrensis locum obtinere, vbi data esset emphyteusis Titio, & eius hæredibus masculis, vel hæredibus ex eius corpore progenitis: tunc etenim & si filij heredes non fuerint, poterunt ipsam consequi emphyteusim. quod responderi Deci. consil. 185. col. 2. & consil. 395. cui accesserint Ludou. Gozadi. consil. 26. num. 30. & Antoni. Rube. consil. 85. num. 5. consil. 100. num. 4. qui hoc ipsum probant autoritate veterum: nempe Rainerij Forliuensis in disputatione incipienti: Quidam habebat duos. Bald. in. l. Caius. ff. solut. matri. Cremenf. singul. 14. quibus hoc placuisse constat, ex eo quod verba ista: hæredibus masculis: non possunt alijs, quam descendentes, & filijs conuenire. text. in capit. primo. de eo, qui sibi, & hæredib. suis. masculis. quam quidem rationem veram esse opinor: non tamen ea conuincit hæc verba conuenire omnino filijs, qui hæredes non sint. nam & si solis liberis conueniant, non sequitur, filijs non hæredibus conuenire: possunt etenim filijs aptari: modò hæredes sint: & ideo sunt, qui aduersus Rainer. præbentur etiam in hac specie oportere, quod filij hæredes sint: ita sanè visum est Iacob. à Bello Visu. Iserni, Aluaroto, & Preposi. in dicto capit. primo. de eo, qui sibi & heredi. masculis. dum in stipulatione, & contractu conceptis iuxta illius Rubricæ formam. opinantur, feudum esse hereditarium. eandem sententiam sequuntur Imol. in dicta. l. Caius. numero. sexto. Aymon consil. 197. num. 8. & Antoni. Rube. consilio. 18. vbi eam fatetur communem esse. Et sanè si verum est hanc formulam: Titio & eius hæredibus, non alijs emphyteusim deferre, quam hæredibus hereditariis: Titij aduentibus: ego non video, cur ista clausula, Titio, & hæredibus masculis: aptari possit filijs Titij paternam hereditatem non obtinentibus:

tibus: siquidem dictio, Masculis, ad exclusionem foeminarum: non ad licentiam repudiandi hæreditatem, vel ad admittendos filios, qui hæredes non sint, adijcitur. quam ob rem malim posteriori sententiæ accedere: nisi ex præsumpta contrahentium mente aliud colligi valeat: quemadmodum Decius sensit consilio. 38. colum. 5. Et præter alios opinionem istam, quam communem esse diximus, tenet Albert. Brunus in consil. 24. colum. 2. cui & illud suffragatur: quod in feudis proprium est hæc verba. & hæredibus, ad masculos esse referenda. tex. in cap. 1. de natur. feudi. Et tamē feuda his verbis cōcepta, hæreditaria sunt: uti tradunt Isernia in cap. 1. §. hoc quoq; 2. col. de succ. feudi. quod apparet ex paulo antè traditis aduersus Paul. Castren. igitur & verba ista: pro hæredibus masculis: feudum hæreditariū, & emphiteusim item hæreditariā significant. Verūm ab Antonio Rubeo aduersus Deci. alia ratio adducitur, ut ipse opinatur, fortissima in hunc sanè modum. Feudum ex sua natura nō transit ad filios, nisi sint hæredes. text. in cap. 1. an agnat. vel fili. eo quidem casu, quo hæredes esse potuerint, nec ex alia causa, quàm repudiationis ius, & nomen hæredum amittere iuxta Salyceri sententiā in l. 2. nu. 5. C. de lib. & eorum lib. & Imol. in cap. ex parte. de feud. nume. 29. quod videtur satis rationi, iuribusque feudorum conuenire, & ideò feudum simpliciter acceptū, nulla nec filiorum nec hæredum mentione facta: ad filios tantūm pertinet, modò hi sint hæredes. glo. in cap. 1. quibus mo. feud. const. potest. & idem fatetur Bald. in dict. cap. 1. an agnat. vel fili. videturq; magis receptum apud eos, qui de feudis tractauerunt. igitur & acceptum pro hæredibus masculis hanc propriam feudorum conditionem admittit. Sed ut hæc argumentatio discutiatur: siquidem ex ea collectio fit, feudum acceptum pro Titio, & hæredibus masculis: hæreditarium esse, aliquot prænotanda sunt. Primum, feudum simpliciter acceptum: ad filios tantum, & descendētes pertinere. glof. communiter recepta in dic. cap. 1. quib. mo. &c. tradūt Soci. consil. 19. col. 1. libr. 1. Hippol. sing. 160. notatur in dict. cap. 1. an agnat. vel filius. & à Roma. in l. etiam. ff. solu. ma.

Secundū, hac in quæstiōe adnotandū est, rex. in dict. c. 1. an agnat. &c. intelligendū esse in feudo non hæreditario: ut in eo accipienda sit eiusdē capituli distinctio: ex qua filius non poterit hæreditatē patris repudiare: & feudum habere: agnatus verò id facere potest: peculiari quidē ratione in filijs iure feudorum statutū est, ne hæreditate parentum irreuerenter repudiata feudum etiam non hæreditariū adsequatur: alioqui si ea distin-

ctio admittenda foret in feudo hæreditario, esset absurdum, ut contra naturā feudi, quod pars hæreditatis est, agnatus id consequeretur repudiata hæreditate. atq; ita hæc interpretatio colligit ex Isernia col. 1. in dict. capi. 1. Aluaroto, & Præpo. in dict. cap. 1. de eo, qui sibi & hæredib. ad finem. Areti. consil. 14. col. 9. vers. esset autem maior dubitatio. Bar. in dict. l. vt iurisiurādi. §. si liberi. 1. col. Alex. con. 10. nu. 8. lib. 3. post Iaco. à Bello visu in dict. cap. 1. de eo qui sibi & hæred. maf. eandē conclusionem in specie sequuntur, asserentes eā communem esse Curti. Junior consil. num. 11. & consil. 138. num. 17. idem in. 1. part. feud. q. 8. col. 5. & Albert. Brunus consil. 24. in principio. Et patet, quia si tex. in dict. capit. 1. esset intelligendus in feudo hæreditario, frustra ab eius interpretibus quæretur ratio specialis, ex qua filius non potest illud accipere repudiata parentis hæreditate: cum ex regulis iuris cōis id manifestū foret. quo fit, ut ea sit crebrior & aptior Inia: quæ docet illā decisionem in feudo non hæreditario accipiendam & interpretandam esse. Ex quibus inferuntur.

Primum, simpliciter accepto feudo, nulla facta nec filiorum, nec hæredum mentione, locum fore distinctioni: prædicti capit. an agna. vel filius. ut tandem filius feudum, repudiata hæreditate, habere nō possit: agnatus verò id consequat etiam absq; hæreditate, quod ab omnibus receptū est.

Secundò feudo ita conueno, ut Titio, & eius filijs, vel liberis competat, idem esse dicendum, ac eandem distinctionem admittendā esse, nec posse filium feudum habere, & patris hæreditatē omittere: sicuti deducitur ex his, quæ modo nūcupatim adduximus, vers. secūdum. hi etenim, qui inibi citantur, hanc opinionem omnino probāt, & sequuntur. Etiam si Bald. contrarium scripserit in dict. cap. 1. an agnat. num. 8. vers. ex quo collige. & Sali. in l. 2. C. de lib. & eorum lib. num. 5. qui & Imol. falso testantur eius sententiam communi esse. in cap. ex parte. nume. 29. de feudis.

Tertiò, deducitur, ni fallor, necessario ex principii conclusione, non fore locū distinctioni. d. c. 1. an agnat. vel fili. vbi feudum conceptum fuerit his verbis. pro te, & tuis hæredib;: hoc etenim feudum hæreditarium est: sicuti superius ostendimus in feudo hæreditario admittenda non est distinctio dicti capituli: igitur nec in hac specie locum habet ea decisio: unde consequitur feudum ita conuentum: agnatum hæreditatem repudiatam obtinere non posse. quod proponimus contra Bald. in dict. capit. 1. num. 8. & Zasium. dubitantem in rub. de feudi. success. vers. quinta conclusio. quo in loco præmittit, ac fatetur opinionem hanc, quā nos hac illatione probamus, magis co-

Variarum Resolutionum

gis communē esse. Etia si Baldum simpliciter referant, & sequantur Alex. consil. 26. num. 3. lib. 5.

Quartò, præmissis diligēter examinatis, ipse opinor, maximū discrimen esse inter hæc duo: feudum fore hæreditarium: & feudum, seu emphyteusim non posse alicui, qui hæreditatē repudiauerit competere, siquidem, feudum acquisitum ab aliquo sibi, & liberis stipulante, hæreditarium non est: & tamen à filio obtineri non poterit, si is patris hæreditatem repudiauerit dicto capit. 1. an agnat. vel filius &c.

Quintò, deducitur ex his, feudum, aut emphyteusim ecclesiasticam simpliciter acceptā, nulla hæredū, vel filiorum facta mentiōe, hæreditarias res non esse: cum hi contractus ex propria vi, conditione, & natura ad filios, & nepotes pertineāt, non ad hæredes extraneos: idè simpliciter concepti, filijs deferuntur, & nepotibus non iure hæreditario, sed ex natura pacti, & conuentionis. quam ob rem feudū in hac specie etsi ad filium hæreditatē patris repudiantē deuenire non possit ex dict. capit. 1. an agnatus, vel filius. iuxta Bald. cui in hoc alij consentiunt interpretationi, id tamen hæreditariū non est. Sic & emphyteusis ecclesiastica, quæ hanc feudi conditionē non sequitur: ex eo quòd hæreditaria nō est, ad filium etiā repudiantem paternam hæreditatem pertinebit, quod colligitur ab his, quæ Bart. tradit in dict. §. si liberi. 1. col. & expressim fatetur Alexā. in dict. 1. quod dicitur. num. 20. post Bal. in Speculo, tit. de locato. 4. col. & Antoni. in ca. in præsentia. de probat. nu. 13. Scio sanè in feudo, quibusdā hanc illationem non placere: quippe qui censeant, feudum ita conceptum hæreditariū esse. Sed lectorem admoneo, vt aduertat, hos Doctores, & eos à quibus ipsi hoc adnotarūt, id deduxisse à text. & Bal. in d. c. 1. nu. 8. qui tamē tantum probat, filium hoc feudum habere non posse, si paternam hæreditatem repudiauerit.

Sextò, hinc infertur, nō omninò esse congruā nec conuincere aduersus Deci. Rubei argumentationem: cum & si verum sit feudū acceptum pro Titio simpliciter, vel pro eo, & eius hæredibus masculis, non posse competere filijs repudiantibus hæreditatem: non tamen inde sequitur feudum istud hæreditarium fore.

Septimò, cōstat ex prænotatis maximū discrimen inter feudū & emphyteusim, nā emphyteusis pertinet ad filios etiā si hæredes non sint, etiā si hæreditatē patris repudiauerint: his quidē casibus, quibus hæreditaria non est: nēpe quoties data fuerit alicui, & eius liberis, vel ei⁹ filijs: aut simpliciter: & fuerit ecclesiastica. at feudum etiam si hæreditarium nō sit: filijs minimè defertur, si pa-

ternam hæreditatem repudiauerint: quam differentia ipse expressim deduco à resolutione Bart. in d. §. si liberi. col. 1. Quando autē dicatur emphyteusis hæreditaria, & feudum item hæreditarium cōstat satis euidenter, si considerentur ea, quæ scripta fuere in præmissis conclusionibus: id etenim contingit, quoties diximus, esse necessarium, vt filius hæres sit ad consequendam emphyteusim, atque ita isthæc difficultas est intelligenda.

Octauò infertur, filium accipientē feudū, aut emphyteusim nō hæreditariā, simul & patris hæreditatem cum inuentarij beneficio: minimè teneri ultra vires hereditarias paternis creditoribus satisfacere ex ipso feudo, vel emphyteusi. quod secus erit, si feudum aut emphyteusis hæreditaria sit: nam & si inuentarium solenniter confecerit, tenebitur ex ipso feudo, & emphyteusi onera hæreditaria subire: venietque talis emphyteusis in hæreditatis petitionem, secundum communem in. l. item videndum. §. vltim. ff. de petit. hæredi. Barto. in d. §. si liberi. & in specie Alex. consil. 19. nu. 8. & consil. 26. nu. 18. lib. 5. Curti. Iuniorē dict. consil. 138. nu. 20. Andr. Iferni. in cap. 1. qui success. teneantur. Card. Alex. post alios in capi. 1. si. col. de eo qui sibi, & hæred. maf. quod communi omnium consensu receptum est. Eadem ratione filius accepta patris hæreditate cum inuentarij beneficio: non tenebitur stare paternæ voluntati circa alienationem, aut dispositionem feudi non hæreditarij: at in feudo hæreditario secus erit dicendum ex mēte, & resolutione omnium, qui rem istam diligēter examinarunt: modò feudum, vel emphyteusis etiam hæreditaria, quæ vel ex natura rei, aut pacto, & lege conuentionis extraneis etiam hæredibus cōpetere non potest, ad extraneos non deueniat: nec cōtra pactorum legem alienetur. quod hac in re caute perpendi debet.

Nonò, ab eadem radice pcedit, quòd vbi emphyteusis hæreditaria sit: ipsis hæredibus pro hæreditarijs portionibus obuoniet, & competet. l. 1. C. de impub. & alijs. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgari. At si hæreditaria non sit: quanuis qualitatē hæredis requirat, vel saltem nō admittat hæreditatis repudiationem: tunc æquis portionibus diuidenda erit quo ad eius commodum, & vtilitatem: etiam si non æquè fuerint filij hæredes instituti. tex. in dict. §. si liberis.

Decimò, ex huius quæstionis resolutione deducitur: feudum, & emphyteusim hæreditaria esse: si data fuerint Titio, & eius hæredibus, & successoribus: licet ex his verbis non mutetur propria ipsius rei conditio: & hæc verba aduersus eā conditionem hæredes extraneos non admittant: sicuti docent Alexand. & alij in. l. quædam. §. nihil. ff.

hil. ff. de ædend. Decius conf. 171. Curti. Senior cō
fil. penul. col. 4. Franc. à Ripa in. l. ex facto. §. vlti.
num. 15. ff. ad Trebelli.

Vndecimò ego ex his infero emphyteusim nō
hæreditariam: feudum itidem non hereditarium
etiam ad institutum filium in re certa pertinere.
quod Bartol. faterur in. d. §. si liberi. consentiunt
5 alij Doct. cōmuniter: at si feudum hæreditarium
fit, aut emphyteusis: nempe pro filijs, & hæredi-
bus accepta: etiam si ea ecclesiastica sit: nec transi-
re valeat in hæredes extraneos, minimè pertine-
bit ad filium. vel descendētem in re certa institu-
tum, modò alius, qui habere eam possit, hæres sit
vniuersalis: quod deducitur, & probatur ea ratio-
ne, qua constat institutū in re certa dato hærede
vniuersali potius legatarium, quam hæredem esse,
atque ita in hac specie respondent Bald. in. l. li-
beri, libertæque. num. 26. C. de oper. libert. Alex.
in. l. quædam. §. nihil. nume. 7. ff. de ædend. idem
Alexand. consil. 44. numero. 2. lib. primo. Saly-
ce. in. l. 2. qō. 20. C. de iure emphy. Angel. & inibi
Alex. in. l. Gallus. §. etiā. col. pe. ff. de lib. & post.
Lambert. de iure patro. 1. lib. 2. par. q. 2. articulo 6.
nume. 11. Ripa lib. 2. respons. cap. 26. num. 18. opti-
me Carol. Mol. in Alex. conf. 128. nu. 8. lib. 1. quic-
quid ibi, & conf. 8. lib. 3. colum. 2. Alexan. scripse-
rit, perperam Bart. intelligēs: cū is minimè his,
quæ diximus, refragetur: conuenit tamen inter
omnes emphyteusim priuatam, quæ hereditaria
sit, ad institutum in re certa dato hærede vniuersali
nequaquam pertinere. l. quoties. de hæred. in
C. vbi Paul. de Cast. & alij communiter.

Duodecimò, non incongruè proximè traditis
accedit quæstio elegans: an ius patronatus eccle-
siasticum ita institutum, vt Titio & eius liberis
competat: possit iure pertinere ad filium, qui pa-
6 tris hæres non sit, aut qui institutus fuerit in re
certa? Et profectò ea, quæ modò scripsimus, ali-
qua ex parte huic quæstioni concinnè satis apta
buntur. quam ob rem adnotandum erit, ius pa-
tronatus ecclesiasticum ex propria natura ad hæ-
redes etiam extraneos transire: & hæreditarium
esse. gloss. in cap. considerandum. 16. q. 7. Iason in
l. 1. num. 71. ff. de lega. 1. cui opinioni post alios ac-
cessere eam existimantes communem esse Abb.
in cap. 1. de iure patro. Arcti. in capit. significauit,
colum. 1. de testib. Cardi. conf. 122. Rochus Curti.
verb. ipse vel is. q. 8. & Cæsar Lambertinus. 2. par-
te. de iure patro. 1. lib. q. 2. nume. 23. & Deci. conf.
149. col. 1. post Frederi. consil. 111. col. 5. idem gl. in
cap. filijs. 16. q. 7. & in. l. si operarū. ff. de oper. li-
bert. Cardin. Ancha. Imol. & alij in Cle. 2. de iure
patronat. quod manifesti iuris est: cū & in em-
ptorem extraneum alicuius villæ, alteriusve vni-

uersitatis ius patronatus transeat. capit. ex literis,
cap. cūm, seculum. de iure patro.

Ex his deducitur primò, ius patronatus eccle-
siastici non transire in Patroni filium, qui eius hæ-
res non sit: aut hæreditatem patris repudiauerit.
7 Abb. in dict. capit. 1. Cardi. in dic. Cle. 2. q. 7. Arcti.
in dict. cap. significauit. col. 1. Rochus dict. ver-
bo, ipse vel is. q. 6. Deci. conf. 149. Abb. in consil.
54. lib. 1. Lambert. d. quæst. 2. art. 1. & art. 17. quo-
rum sententia communis est. contra gloss. in dict.
capit. considerandum.

Secundò hinc euidenter apparet, extraneo v-
niuersali hærede instituto, ius patronatus ad eum
non ad filium etiam in re certa institutum perti-
nere. Abb. in dict. cap. 1. Card. in rub. eiusdem tit.
q. 8. Francus in. c. 1. de testam. in. 6. super glo. in sti-
tuit omnium latissimè Lambert. dicta. q. 2. artic.
16. & est communis opinio quemadmodum asse-
uerat Guilielm. Benedic. in capit. Rainutius. de
testament. verb. in eodem testamento relinquēs.
in. 1. nu. 3. 261. idem faterur Lambertinus dict. art.
16. num. 13. Licet Freder. contrarium responderit.
conf. 225. cui accessit Anchar. in dict. Cle. 2. col.
2. Sed verè opinio communis iure magis probat-
ur: & fulcitur auctoritate eorum, qui in emphy-
teusi hæreditaria responderunt, eam non posse
pertinere ad institutum in re certa dato hærede
vniuersali.

Tertiò, si proximè scripta considerētur: simul
& ea quæ hoc capite diximus in quinta conclu-
sione, infertur planè ius patronatus ecclesiasticū
ex prima institutiōe delatum Sempronij & eius
filijs: non aliter filijs Sempronij competere, quā
si ipsius hæredes sint. quod in specie notauit De-
ci. conf. 149. col. 1. sensit Cæsar Lamb. dict. q. 2. ar-
17. ad finem. Quibus suffragatur ratio illa, quod
in re, quæ propria natura ad hæredes extraneos
transit: stipulatio, aut conuentio facta in fauorē
paciscētis, & eius filiorum, filij vocantur, vt hære-
des, & ea conditione, si hæredes patri extiterint.
Bart. post glo. & communè ibi in. l. si tibi. 6. si pa-
ctus. ff. de pact. quanui. Ancha. cōf. 81. vers. & for-
tè. dubius equidem censeat in prædicto casu: ius
patronatus filijs etiam non hæredibus compete-
re: & eo nō relato dubitauerit Rochus Curt. ver-
ipse vel is. quæst. 33.

Quartò, cōstat ex præmissis vera ratio, Cur hæ-
reditate vendita: & in ipsum emptorem transeat
cum ea vniuersitate ius patronatus ecclesiasticū:
sicut farentur omnes in. d. c. ex literis. Feli. in ca-
usam. 5. col. de præscript. Rochus Curti. in trac.
de iure patro. verb. ipse vel is. q. 22. & esse hanc o-
pinionē commune in asserit Lambertin. 2. part. 1.
libri. q. 5. art. 15. nu. 2. nam si ius patronatus in hæ-
redes

Variarum Resolutionum

redes extraneos tráfit, sicuti proxime dictum est, cum ipsa hæreditate vendita, in emptorem tráfitur. Cæterum Paul. Eleazar in. q. incipienti. Patronus ecclesiæ sancti Martini. contrariam sententiam veriore esse existimat. scribens, tunc demum vendita vniuersitate, censi & venditum ius patronatus eidem annexum: cum vniuersitas eo titulo transit in emptorem, qui non requirit singularium rerum, & sic iuris patronatus specialis traditio: alioqui sequeretur: expressè, & in specie vendi ius patronatus: siquid ei fit specialis traditio: idem tenuerunt Rosfredus in libello de iure patro. ver. item tráferitur. & Barb. in capi. quanto. de iudic. col. 8. Et nouissimè Lamberti. de iure patro. lib. 1. 2. parte. q. 5. art. 15. num. 4. Quibus & alia ratio accedit: quod ius patronatus ecclesiasticum restituta hæreditate iure fideicommissi vniuersalis: non transit in fideicommissarium: imò manet apud ipsum verum hæredem: etiam si in hæredes extraneos regulariter transeat. tex. singu. in. l. quia perinde. ff. ad Trebellia. vbi iurisconsulto visum est, iura sepulchrorum, etiam quæ hæreditaria sunt, non transire in fideicommissarium: & tamen hæreditaria sepulchra etiam extraneis hæredibus cõpetunt. l. familiaria. & l. seq. ff. de relig. & sumpti. funer. & ita in iure patronatus ecclesiastico cõsent Bart. in dict. l. quia perinde. Imola, & Alex. in. l. si patroni. ff. eodem. idem Alex. consi. 73. libro. 7. Paul. Castrensis idem Alex. Iason, & Deci. in. l. precibus. super gloss. vlt. C. de impuber. quorum opinio communis est secundum Alex. in dicta. l. si patroni. Deci. in dicta. l. precibus. numer. 22. Roch. Curti. de iure patro. verb. ipse vel is. q. 9. Lambert. dict. 2. parte. q. 2. art. 35. num. 2. eandem sequitur Carol. Mol. in confue. Parisiens. titu. 1. §. 37. glo. decima. & Guilliel. Bened. in dict. cap. Rainutius. de testam. verb. si absque liberis. 2. num. 24. licet possit satis hac de re cõtrouerti: cum Roma. in dict. l. si patroni. contrariam sententiam veriore esse censeat: cui præter alios diligenter respondet Lamber. dict. arti. 35. communem sequutus post Paul. à Monte Pico in. l. Titia cum testamento. §. Titia cum nubere. q. 39. ff. delegat. 2.

His verò rationibus, si communem sententiam sequamur, tenentes ius patronatus ecclesiasticum transire cum hæreditate vendita: respondere possumus, priori quidem, non esse inconueniēs, nec absurdum, iuris patronatus specialem traditionem fieri: ea etenim non fit iure specialis venditionis: sed ex eo quod hæreditati venditur, & traditur accedat: quo fit, vt incongrue dici valeat segregata, & particularis iuris patronatus traditio, & venditio: ea ratione, quod specialis eius traditio fieri debeat. Posteriori autem rationi respondetur, in

fideicommissarium non transire ius patronatus, nec ei restituendum esse, attenta ipsius testatoris voluntate, ex qua apud primum hæredem manet directum, & honorificum hæredis nomen, quo ipsum testator donauit: & ideo iura ad honorem potius, quàm ad pecuniarium commodum pertinentia, & quæ nomen verum hæredis præmittunt: non sunt fideicommissario tradenda. id etenim à testantis voluntate iure præsumpta deducitur. At hæreditate vendita: omnia ea in venditionem veniunt, quæ quocunque titulo quacunque ex causa ad hæredem venditorem iuræ hæredis spectant. ita sanè actum esse videtur inter emptorem, & venditorem: quod Cardi. visum est in ca. ex literis. de iure patro. quæ. 11. & in dict. Cle. 2. quæst. 6. vnde cõstat defendi posse opinionem hanc omnium ferè consensu receptam: quæ asserit: ius patronatus hæreditati cõpetens, ea vendita: in extraneum emptorem iure optimo transire. Imò si pars hæreditatis vendita fuerit, etiam tunc in emptorem transire ius patronatus: probat eleganter Card. in consi. 48. incipienti. Quidam nobilis. Cuius sententiam miris laudibus extollit Cæsar. Lambert. de iure patronat. di. & q. 5. art. 16. quod in praxi omnino est adnotandum.

Quintò, etiam si filius hæres instituitur in re certa p sua legitima: aut simpliciter in legitima: instituto alio hærede vniuersali, manifestè probatur ad ipsam ius hoc patronatus nõ pertinere: nã & si legitima sit ius quoddam vniuersale: quemadmodum tradit Rodericus Xuarez in. l. quoniã in prioribus. C. de inofficio. testam. extensione. u. non tamen est vniuersitas, cui ius patronatus accedit: cum sit legitima, quota bonorũ: non hæreditatis pars. tex. in. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoff. testam. l. 2. §. si quarta. ff. fami. hercis. Barto. in. l. ex factõ. in magna. ff. de hæred. insti. 2. col. Iason in. l. quoties. col. 3. C. eod. tit. idem Iason in. l. Gallus. §. 1. num. 15. ff. de libe. & post. Imol. & Alexan. col. 2. in. l. ita tamẽ. §. patronus. ff. ad Trebell. idem Iason in. l. re coniuncti. num. 244. ff. de leg. 3. igitur ius patronatus ad institutum in hæreditate pertinet: non ad institutum in legitima. Quo fit, vt si filius etiam hæres institutus, & ea ratione iuris patronatus possessor: vendiderit propriam legitimam: in emptorem minimè transeat ius patronatus. Itẽ & illud hinc colligitur, posse patronum obtinentem ius patronatus hæreditarium: illud ius in aliquem transmittere donationis legative titulo: etiam in præiudicium hæredum legitimorum: ita sanè, vt filijs nulla competat querela: quasi pater inofficiosam donationem fecerit secundum Archid. in cap. 1. de iure patro. in. 6. & ibi Doct. Alex. consi. 13. nu. 10. & cõf. 18. col. 2. cõf. 26. lib. 5.

26. lib. 5. Rochū. ver. ipse vel is. q. 33. Lamber. de iure pat. lib. 1. 2. par. q. 2. ar. 7. quo in loco asserit, hanc opinionem cōm esse. Eadem profecto rōne adnotandū erit, patronū habentē ius patronatus hære ditariū, filijs eius hære dibus institutis, posse ius hoc primogenito prælegare: & cæteris illud auferre. Nā & præter alia hoc ipsum vtile est admodū ipsi ecclesiæ, eiusq; regimini, & administratio ni. His vero addenda sunt, quæ ipse hoc. c. scripsi cōclusiōe. 4. & lib. 1. huius operis capi. 13. num. 4.

Sed quaeritur quid de iure patronatus ecclesiastici, quod ex ipsa institutione defertur filijs, nepotibus, & liberis, etiam si hi hære des non sint, an & hoc possit à patrono, qui primus institutor non est, in aliquem transferri, aut alienari, in præiudicium eorum, qui prima ipsius iuris patronatus institutione ad id vocantur? Nam Calderi. cōsil. 19. titu. de iure patro. dubitationem hanc tetigisse videtur, ac tandem eius autoritate motus Cæsar Lambert. dist. quæst. 2. art. 6. & art. 8. num. 7. definiuit id fieri posse, ea item vsus ratione, quod gradatim vocatio descendentiū, & liberorū, fiat, atq; viuentē possessore sequens in gradu nec patronus sit, nec habeat ius patronatus. l. cūm pater. §. penul. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. ff. cod. quæ quidem ratio probat, viuentē possessore ad eius vitam, translationem istam fieri posse absq; sequētis in gradu præiudicio. Et ideo mortuo possessore hanc donationem, aut alienationem, translationēve, nō posse successori ex prima institutiōe absque hære dis titulo vocato, nocere, nec præiudiciū inferre, iure verius est, & id asseruēt Franc. in dict. c. 1. de iure patr. in. 6. col. 3. & ibi Anchar. Carol. Moli. in Alex. consil. 18. col. 2. lib. 5. Cardina. consil. 48. sensit Rochus Curti. dicta. q. 33. & Paul. Parisi. consil. 48. lib. 4. ac Domi. consil. 32. à quibus hæc sententiā cōtra Lambertini opinionem satis ducitur. Nec Calderi. prioris sententiæ omnino autor est, siquidem in ea specie, patronus Hospitali, cuius patronus erat, ius ipsum præsentandi dedit, quod forsan fieri potuit speciali quadam ratione. arg. tex. in dict. capi. 1. de iure patro. in. 6.

Sexto, ab eadem, & principali radice procedit quod si testator instituit tribus hære dibus, vni eorum iusserit proprijs ipsius hære dis impensis ecclesiam cōstruere, eaq; fuerit consensu episcopi cōstruēta, mortuo testatore ab vno ex plurib; hære dibus, ius hoc patronatus nō tantūm acquiritur hære di ecclesiam edificanti, sed & omnibus testatoris hære dibus. tex. est insignis in. l. his consequenter. §. 1. ver. sed & cūm monumentum. ff. famil. hercil. ex quo Bald. id adnotauit in rub. C. res inter alios acta. col. 1. cuius meminit Marcus à Mantua in apophthegmate. 5. post iuris ciuilibis

commentaria. cūm hæres nomine testatoris, & eius iussu, ac mandato ecclesiam cōstruxerit, & ideo eius hære diti ius patronatus acquisitum censetur. quam ob rem ex hac ratione, & iuriscōsultu decisiōne falsa videtur opinio Rochi Curti. de iure patro. verb. pro eo quod. in princ. dum is opinatur, ecclesia iussu testatoris cōstruēta ab hære de, post eius obitum adhibito consensu episcopi, ius patronatus hoc hære diti non esse. id etenim falsum est, sicuti & alijs rationibus, hac minime adducta: exitimat Cæsar Lambert. de iure patronat. lib. 1. part. 1. q. 2. art. 1. num. 4.

Ex capite sequenti.

- 1 *Venditor, qui rem ipsam possidet, præcise cogēdus est ad traditionem.*
- 2 *Eadem re duobus vendita, quorum prior dominium speciali iure acquisiuit absque traditione, is præfertur posteriori, cui realis facta fuerit traditio.*
- 3 *Late examinatur an princeps, venditionis, donationis aut privilegij titulo, dominium transferat sine traditione?*
- 4 *Etiā in ecclesia, & ecclesiasticis personis vendentibus locus est decisiōni. l. quoties. C. de rei vendica.*
- 5 *Bona fides secundi emptoris necessaria est, ut is possit uti dicta. l. quoties. responso.*
- 6 *In dubio: cui præsumatur facta prius rei venditæ traditio?*
- 7 *Res vendita cum pacto de nō alienando, appositæq; hypotheca, non transit per traditionem in dominium secundi emptoris.*
- 8 *An dicta. l. quoties. constitutio admittēda sit in contractu locationis?*

Traduntur aliquot interpretationes ad. l. quoties. C. de rei vendicat. Caput. XIX.



Quoties duobus in solidum, prædiū iure distrahitur, manifesti iuris est, eum cui priori traditum est, in detinendo dominio esse potiorem. dict. l. quoties. cui cōuenit Regia l. 50. tit. 5. part. 5. Huius constitutionis ea est ratio, quod dominium regulariter nequeat

Variarum Resolutionum

nequeat in alium transferri aliter, quàm per traditionem. l. traditionibus. C. de pact. l. nunquam. ff. de acquir. rer. domi. §. per traditionem. Inst. de rerum diuisione. is verò, qui rem aliquam vedit, aut donat, priusquam ipsam tradat, nullum ius dominij transfert. l. penul. C. de rei vend. l. alienatū: ff. de verb. signi. sed tantum actione personali ad rei traditionem cōueniri potest. l. vlt. §. Lucius. ff. de donat. l. qui tibi. C. de h. eredit. vel actio. vend. igitur ex duobus emptoribus is potior censebitur, quo ad dominij acquisitionem: & retentionem cui prius res ipsa tradita fuerit, licet in contrahendo posterior fuerit. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publici. l. si ea res. §. vlt. ff. de actio. empt. receptum siquidem est frequentiori doctorum sententia, venditorem absolute nec ad dandum, nec ad tradendum teneri: sed mistam esse eius obligationem: ita quidem, vt si dominus sit: dominiumq; per rei traditionem transferre possit in emptorē: aut rem ipsam tradere. præcise ad eius traditionem cogendus sit: si verò non habeat rem nec ipsam tradere possit, ad interesse teneatur, iuxta Martini opinionem relata à gloss. in. l. i. in prin. ff. de actio. empt. & Accursi. in. §. pretium. Insti. de emptio. & vendit. vbi text. hanc partem probare videtur: quam veriore esse existimant Bart. in. d. l. i. & in. l. certi condictio. nume. 21. ff. si cer. per. & in. l. stipulationes non diuiduntur. q. 8. trumē. §. 8. ff. de verb. obliga. vbi asserit hanc opinionem communem esse. idē eam sequuti fatentur Imo. Abb. num. 10. & Feli. num. 14. in capi. cum Ioannes. de fide instru. Iason. in. §. actionum. num. 147. de actioni. Rebuffus in. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod interit. verbo, quantitate. nume. 10. Antoni. Burgensi. in rub. de emptione. col. 1. cuius examinationem omitto. scio etenim posse iure defendi, maximisq; iurisperitorum autoritatibus probari, venditorem & si rem ipsam habeat, non posse præcise cogi eam tradere dominiumque transferre: imò liberabitur is præstando interesse secundum Accursi. in dict. l. i. quæ quidem opinio aduersus communem late instruitur ab Alciato in dict. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo quod inter. col. 3. & sequentibus. Sic modo satis rationem tradidisse, à qua non immerito dict. l. quoties. cōstitutio processit: ea vero diligenter inspecta, aliquot perpendi poterunt ad ipsius constitutionis veram interpretationem.

Primum, eam decisionem admittendam non esse his casibus, quibus singulari quodam iure ex solo contractu citra traditionem transfertur dominium. tunc etenim, qui prius contraxit nō expectata rei traditione, præfertur cæteris, etiā quibus rei traditio facta fuerit, quod Doct. commu-

niter adnotarunt in dict. l. quoties. maximè Iason col. 2. glo. & inibi omnes in cap. si tibi absentis. de præbend. in. 6. Abb. post alios in capit. cōtinebatur. de his, quæ fiunt à prælat. Abb. in capi. suggestio. 1. notab. de iure patrona. Ludou. Gozadi. cō. 14. num. 13. Panor. conf. 91. num. 7. lib. 1.

Secundò, deducitur ex his, re vendita duobus: quorum prior ecclesia, vel ciuitas est, in quas ex priuilegio dominium absque traditione transfertur iuxta. l. vlt. C. de sacros. ecclesi. priorem hunc emptorem præferendum esse, etiam si alteri post modum res vendita, & tradita fuerit. ita sanè fatetur hi, qui præcedentem illationem probarunt. & Roma. conf. 298. siquidem constat primo emptori dominium adquisitum fuisse ex solo cōtractu emptionis præter traditionem, & ideo traditio secundo emptori facta non potuit eidem dominium tradere. & probatur in cap. Abbate sanè. de re iu. in. 6. gloss. expressim hoc voluit in dict. §. si duobus. ff. de publici. & Hippo. in. l. qui duobus. ff. de falsis. idem gloss. verb. in rem. & ibi Iason post alios num. 25. in dict. l. vlt.

Tertiò, constat prædictam constitutionem non procedere in re à principe donata, vel vendita. Nam licet posteriori donatario, vel emptori tradita sit, prior tamen ex solo contractu absque traditione potiora iura habebit quo ad dominium, quod ex sola donatione principis, vel contractu etiam sine traditione in eum translatum ceteretur secundum Bald. & Iserni. in capi. 1. §. inuestitura. de noua forma fidei. num. 2. Aret. in. l. 3. in prin. col. 2. ff. de acq. poss. Ioan. And. in capit. olim. de verb. signifi. Bald. in proœmio feudo. nu. 28. Angel. in. l. officium. ff. de rei vendica. Iaso. super vltibus feudo. nu. 72. Dec. in. l. traditionibus. nume. 4. Iasoni ibi licet dubitantem num. 5. & Rogeri. à Mota. nu. 13. qui hanc opinionem fatetur cōmunem esse. idem notat Alex. consil. 187. col. vlt. lib. 2. & conf. 3. nu. 7. lib. 5. & conf. 155. num. 16. libr. 6. Abb. conf. 64. col. vlt. lib. 2. Curti. Senior consil. 48. col. 15. & in specie ad. l. quoties. interpretationem hoc adnotarunt Iason ibi. col. 2. Roman. in dict. consil. 298. idem Iason conf. 27. lib. 1. Gozadi, dict. cōsil. 14. nu. 13. Zali. in tracta. feudorum, part. 5. Fol. 3. & Paul. Parisi. conf. 11. nu. 58. lib. 1. qui asseuerat: hanc sententiam communem esse post Iaso in dicta. l. quoties. nu. 10. & tamē quia Doct. præsertim Bal. in dict. §. inuestitura. idem & Ias. in di. proœmio feudo. Deci. & Ias. in dict. l. traditionibus. idē Iaso in dict. l. quoties nu. 30. Alexan. & Paris. in dictis responsis expressim distinguunt contractum à priuilegio: vt sanè ex contractu principis nō trāsfertur dominium absque traditione, ex priuilegio vero dominij translatio fiat statim nondum tradi-

traditione sequuta. Et præterea Andreas Ifernia colum. 2. & ibi Martinus Laudens. in capitulo. 1. quid sit in uel. & omnium latissime Lucas à Penna in. l. vl. C. de locat. prædio. ciuil. 2. & 19. libr. 11. aperte probare conentur, & asserant, ex donatione facta à principe dominium minimè transferri ante apprehensionem possessionis, quibus subscripsit Iacobi. à S. Georgio de feudis. §. princeps. 2. col. existimo difficilem hanc quæstionē ita definiendam fore, ut si constet, principem voluisse rei dominium trāsferre statim citra aliquam traditionem, vel corporalem apprehensionem, id translatum esse dicimus, siue tractemus de contractu, siue de feudo, siue de priuilegio. potest enim princeps hoc facere, quemadmodum & ipsa lex posset. quod si dubia sit hac in re voluntas principis, tunc sanè in priuilegiis, aut ubi iure priuilegiis is uicitur in alicuius rei donatione, præsumendum est, dominium ex voluntate tacita principis translatum statim fuisse absque traditione, eadem voluntas constare poterit ex uerbis à principe donationi, aut contractui adscriptis. Si uero de simplici contractu tractemus, dicendum est, nō esse translatum dominium absque traditione vel apprehensione possessionis: cum in cōtractibus præsumendum sit, principem iuxta iuris cōmunis regulas & decisiones contraxisse. quam equidem distinctionem tradidere hac in contro uersa Decius in. l. certi conditio. §. vlti. num. 7. ff. si cert. pet. idem cons. 187. nu. 4. & cōf. 689. col. vlt. Iacobinus in dict. §. princeps. col. penul. versi. octauo. & Carol. Molin. in dict. Alexā. cōf. 3. nu. 7. libr. 5. atque ita intelligenda est prior Doctorū opinio, quæ pbatur in. c. si tibi absent. de præb. in. 6. eademque ratione erit accipienda interpretatio, quam ex hac resolutione passim interpretes utriusque iuris adnotauerunt ad dictam constitutionem. l. quoties.

Quarto, ex eadem radice discuti potest, an uerum sit quod Host. & Io. And. opinantur in cap. continebatur. de his quæ fiunt à prælat. probantes decisionem. l. quoties. non procedere in ecclesia uenditrice, nec in uenditore, qui ecclesiasticus sit, cum in eis sit maximè reprobata uariatio, & illicitio. cap. quod autem. de iure patro. Cle. cum illicitio. de renunciat. & ideo in ea specie prior emptor præfertur posteriori: etiam si ei facta fuerit traditio, priusquam primo emptori. idem tenent Roman. consil. 498. idem in authenti. similiter. C. de. l. falcidi. 12. speciali contract. Gozadi. consil. 14. nume. 14. Alexand. consil. 83. numer. 5. libr. 7. Hippol. in singu. 82. à quibus libentissime dissentio. perpensa ratione ex qua deducta fuit. l. quoties constitutio. siquidem ecclesia uenditrix non

transfert in emptorem dominium absque traditione, quod manifestum est. igitur prior emptor dominium non habens minimè preferendus erit posteriori, cui dominium ex traditione quæsitum est. nec quicquam facit, uariationem esse in probatam in ecclesiasticis personis, & in ecclesiarum administratoribus, nam idem ipse fateor, ac demum colligitur, male fecisse uenditorem, qui duobus ex interuallo eandem rem uendiderit, non tamen sequitur ob id, secundum emptorem, cui restituta fuerit, in dominio potiore non esse: quibus adducor, ut existimem esse admittendam dictæ constitutionis decisionem etiam in ecclesia uenditrice, & in ecclesiasticis uenditoribus, sequutus Antoni. Ancha. Abb. & Imol. in dicto cap. continebatur. & ibi Cardi. Bartho. Soci. consil. 29. libr. quarto. Iaso in. l. vltim. nume. 29. C. de sacrosan. eccle. eundem Ias. in dicta. l. puoties. nume. 20. qui & Parisi. consil. 11. lib. 1. numer. 20. asserunt hanc opinionem communem esse. idem fatetur Alexan. eam sequutus in consil. 122. lib. quinto. colum. secunda.

Quinto, eadem constitutio proculdubio intelligenda est, ubi secundus emptor bonam fidem habet: nam si is mala fide, id est, non ignarus primæ uenditionis, eandem rem emerit, licet eidem tradita sit, nihilominus per primum emptorem res ab eo reuocabitur, & euincetur. gl. uerb. iure. Alberic. Salyce. & Iason nume. 26. in dict. l. quoties. glo. communiter recepta in dicto capi. si tibi absent. quam dixit singula. esse Ioan. Lupi in rubri. de donatio. §. 81. numero. 11. idem notant Bal. in rubri. C. de his, quæ in fraud. credit. colum. prima. Iason in. §. item si quis in fraudem. de actioni. nume. 116. & illic Ange. Arctinus numer. 11. Hippoly. in dict. l. qui duobus. nume. 10. ff. de fal. Ripa. libr. 3. respons. capit. 8. idem Iason in. l. vltim. numer. 28. C. de sacrosan. eccle. illud uero admonendum est, in hac specie fraudem ex eo tantum præsumi, quod secundus emptor sciuerit, rem alteri primo uenditam fuisse, ut expressim adnotarunt Ioan. Lup. dict. numer. 11. Ias. in dicta. l. quoties. & idem in dic. l. vltim. Thom. Ferrat. cautel. 48. idem præmittit gloss. in. l. in operis. ff. locat. sensu glo. in dict. cap. si tibi absent. item & Salycet. in dict. l. quoties. dum bonam fidem à sciente ius & factum excludit. Sic idem Salycet. in. l. penulti. C. de reuo. ijs, quæ in fraud. credit. alienat. sunt. quæstio. 1. licet dubitet de prædicta opinione Bald. ex alia ratione. manifestè tamen intelligit, scientiam sufficere, ut secundus emptor particeps fraudis iudicetur. ratio uero ex qua Salycet. dubius est, facillime tollitur ex eodem Salycet. in. l. prima. C. eodem titulo. post Baldum

K ibi. Cz-

Variarum Resolutionum

ibi. Ceteri autem autores, quorum modo meminimus, fraudē exigunt simpliciter, & tamen mihi videntur hanc ex scientia constituere: vel ex eo, quod contrariū non scripserint: & quia si cōsideremus leges de his, quæ in fraudē creditorum fieri solent, statutas, fraudis particeps secundus emptor ceu sebitur, qui sciens, ac sibi traditam accepit: cum sciat, per hanc traditionem venditorem omnino impediri ad traditionē rei venditæ, quā emptori præcise tradere tenebatur, eius possessionem habens, & ex ea causa facultatem rei tradendæ. hanc etenim fraudem præcitati autores sufficere censent, vt minimè sit admittēda. l. quoties. responsio. Quod si primus emptionis titulū habeat, posterior autem, cui res prius tradita fuit, causam donationis: tunc & si donatarius prioris emptionis inscius: ac bona fide rem gesserit posterior erit is, qui rē ipsam emerat. sicuti Bald. Iason & Ioā. Lupi in præcitatīs locis censent. Nam licet in emptione, & alienatione titulo oneroso verū sit, tam venditorem, quā emptorem, vt alienatio reuocetur, participē fraudis esse oportere. l. i. ff. quæ in fraud. credit. vbi tñ donationis titulo res possidetur, nulla fraudis sciētia in donatario exigitur. l. ignoti. C. de reuo. his quæ in fraud. credit. l. qui autem. §. similiq; modo. ff. quæ in fraud. credit. idem Rip. in specie notat in dict. cap. 8. ex veteri editione, & ex noua in. c. 4. numer. 3. sub titu. de donat. & grat. perfic. & reuocand.

Sexto, si vterq; emptor probet, rem sibi traditā fuisse, nec appareat, cui prius tradita fuerit, dubitatur quam in partem accipiēda sit præsumptio. & sanè præsumetur res prius tradita priori emptori, qui iustior & potior est seclusa traditione: secundum Iaco. Arene, Cinum vlt. q. & Iason. nu. 37. in dicta. l. quoties. Bald. in. l. post sententiam. col. 2. C. de senten. & interloq. omni. iud. Bald. & Ang. in. l. siue autem. §. si duobus. ff. de publicia. Roma. in singu. 377. Alex. conf. 92. num. 12. & cōs. 109. num. 6. lib. 5. & consil. 81. nu. 4. lib. 7. Iason in dict. l. vlt. num. 28. Hippo. in dicta. l. qui duobus. num. 8. quod verum est, vbi vterque probat pretiū numerasse, alioqui is potiora iura obtinebit, & præsumetur rem ei prius traditam fuisse, qui probat pretij numerationem, quod Bald. scripsit in cap. si facta. col. 1. si de feudo fuerit contro. inter domi. & agnat. vaf. cui consentiunt Roman. Iason & Hippo. proxime citati, & Alex. in additionibus ad Bar. in dict. l. siue autem. §. si duobus. argumento deducto à tex. in. §. venditæ. Insti. de rerum diuisio. quod est animaduertēdum, simul & considerandum, quis prius hoc in dubio pretium numerauerit.

Septimo, si rationem principalem dictæ constitutionis obseruemus, plane constabit, locum non fore eius decisioni: vbi res vendita fuerit cū pacto, vt non possit ab ipso venditore alienari: & præmissa ad contractus & pacti robur hypotheca. in hac etenim specie, & si res secūdo vendatur, fiatque traditio ipsius emptori, dominium non transfertur, & impeditur eius translatio ratione appositi pacti. tex. singul. in. l. si creditor. §. vlt. ff. de distract. pignorum. cuius ipse memini hoc lib. c. 15. num. 3. atque ita quantum ad intellectum. l. quoties. Iason inibi num. 28. & conf. 5. vers. sexto. lib. 3. Thomas Ferratius cautela. 48. col. 2. adnotarūt: quos sequitur Andreas Tiraq. lib. 2. de retrat. §. 3. gloss. vnica. nu. 4. quo in loco dum mentionē fecit Iasonis in dict. l. quoties. falso opinatur ibidem Iasonem hanc quæstionem non exactē tradidisse. Sed aliam, quam circa hypothecam, Cinus, Io. Fab. Bal. Saly. & Paul. examinarunt verē opinantes priorem in hypotheca, potiorē esse, licet posteriori prius fuerit facta traditio. Nam hoc & ipse Iason nu. 11. scripsit. id vero quod modo tradidimus ad. l. quoties. dict. nume. 28. distinctim omnino docet.

Octauo, non est prætermittēdum, eadē re duobus ex interuallo venditæ, & posteriori tradita ab eo, qui nec dominus illius est, nec iure videri poterat, si postea dominus eiusdem rei efficiatur, ratan effici quo ad dominij translationem vltimā venditionem, traditionemque ex ea sequutam. quod deduci potest à iuriscōsulto in. l. si a Titio. ff. de rei vend. l. cum vir prædium. ff. de vsucapio. leg. si quis alienam. ff. de actio. empt. quibus locis suffultus Ludo. Roma. in consil. 270. colum. 1. hanc sententiam probat: quem sequitur Hippo. singul. 82.

Nono, eadem profectò ratione queritur, sit ne locus dictæ constitutioni in locationis contractu vt tandem duobus eadem re locata, is potior sit, cui prius tradita fuerit, licet tempore posterior: quibusdam etenim visum est: eū potiorē esse, qui prius conduxerit: licet alteri res fuerit prius tradita: cum eo casu cesset ratio. l. quoties. quæ dominij acquisitionem respicit per ipsam apprehensionem. l. si ea res. §. vlt. ff. de actioni. empt. nec locatio ius aliquod reale transfert. l. non solet. vbi glo. & Bar. ff. locati. & l. emptorē. C. cod. tit. Hoc ipsum probatur auctoritate iuriscōsulti in. l. in operis. ff. locat. vbi operis duobus locatis satisfaciendum est priori conductori. quam ob rem Iason in dict. l. quoties. 13. limitatione. & nu. 32. hanc sententiam ad illius legis interpretationem elegit. Quæ dubia videtur ex eo, quod licet in conductorem per traditionem nō sit translatum dominium,

minium, nec ius reale: is tamen potentius ius habet, cum habeat saltem rei detentionem, à qua si expelleretur, ante omnia iudicis officio restituendus foret ad similitudinem eius, qui cum polsi deret, fuerit expoliatus, l. Attilius regulus. & ibi Bar. & Pau. ff. de donatio. notatur in l. officium. ff. de rei vend. tex. optimus in l. ii. tit. io. part. 7. & præterea is, qui ex secunda locazione detinet, iure retentionis se defendit à priori cōductore, qui tantū habet actionem personalem nō realem, vt constat: actio vero personalis non datur contra secundum cōductorem, sed contra locatorem, & ideo lasonis opinio admittenda est, si secūsus cōductor, cui res prius tradita fuit, possessioni non incumbat: quod si rem ipsam is possideat, nulla poterit actione, impeti imo præferendus erit priori cōductori, ab eaque defendendus, sicuti opinantur Rotæ iudices decis. i. tit. de locato. in antiquioribus. & decis. 879. in antiquis. Bartho. Soci. conf. 29. lib. 4. & Alex. consi. 122. col. 2. libr. 5.

Decimò, an sit locus dict. l. quoties. vbi prior venditio iurata fuerit, à plerisque dubitat, eā tñ dubitationē ipse examinavi in Epitome de sponsalibus. parte. i. c. 5. nu. 9. Cæterum plura ad præmissæ constitutionis enucleationē requirenda sunt à la sone ibidem. cui adde Carol. Moli. in consue. Paris. §. 30. q. 21. & de clausula cōstituti Deci. in l. contractus. nu. 14. ff. de reg. iu. eundē cōs. 598. & Hippo. singul. 82. Andream Tiraquel. de constituto. part. 1. nu. 21. & sequentibus vsque ad. 28.

Ex capite sequenti.

- 1 An idem sint libertas, & immunitas ecclesiastica.
- 2 Immunitas ecclesiarum, & sacrorum templorum, an iure naturali, vel lege diuina statuta sit? & inibi veterum hac de re exempla.
- 3 In tractatu de ecclesiarū immunitate iura Pōtifficia præferenda sunt legibus secularibus.
- 4 Ecclesia etiā nō consecrata habet hanc, de qua agimus, immunitatē, & quid de hospitalibus?
- 5 Qualiter accipiendi sint canones, quibus ecclesie, & quadraginta passibus circum immunitas conceditur, & de palatio episcopi?
- 6 Fugiens ad Eucharistiam, quam sacerdos extra ecclesiam fert, an sit defendendus hac immunitate?
- 7 Homicida proditorius potest ab ecclesia euelli

- & inibi latè traditur int. cap. 1. de homicidio.
- 8 Quid de raptoribus virginum?
- 9 An Assassini ex hac immunitate sint defendendi, ne abducantur à templis?
- 10 Latissimè expeditur materia de Assassinis & Vera interpretatio text. in ca. 1. da homi. in. 6.
- 11 Ecclesiarum immunitas licet excommunicato proffit, non tamen infideli, neq; heretico.
- 12 Fugiens ad ecclesiam, quem iudex aspectu, & cursu persequitur, ab ea extrahi non potest.
- 13 Quid de eo, qui per ecclesiam ducitur captus, & de eo, qui se exemit à familia iudicis, vel fugerit à carceribus ad ecclesiam?
- 14 Debitores an possint ab ecclesia abduci?
- 15 Intellect. cap. vltimi. de immunit. eccles.
- 16 Clerici etiam à iudice ecclesiastico nō sunt euellendi ab ecclesia, si ad eam fugerint.
- 17 An fugiens ad ecclesiam, qui ab ea iure abduci non potest possit ibi vinculis ligari, aut obsideri, ne alimenta ad eum deferantur?
- 18 An à foribus ecclesie possit fugiens ad eam abduci? & an delinquens in ecclesia ex hoc fiat fori ecclesiastici, vlt possit à iudice laico puniri?

De ecclesiarum, & sacrorum templorum immunitate.

Caput. XX.



Immunitas, quod frequentius est pro exemptione à muneribus, & honoribus assumitur. l. i. ff. de iure immunita. nam auctore Festo immunitus est, qui præstare munera non tenetur. Sic immunitas ecclesiastica dicitur ecclesiastica libertas, quæ & ad rerum & personarum ecclesiasticarum libertatem & exemptionem pertinet, vt hæc sint ab oneribus & publicis muneribus libera, & immunes. text. est in capi. aduersus. de immunit. eccles. quo in loco libertas personarum, ecclesiastica immunitas dicitur. notat Syluester, verb. immunitas. in prin. nec id temere admonemus: sed vt ad interpretationem constitutionū, quæ pœnas infligunt violantibus ecclesiasticā immunitatem, expeditum sit eisdem pœnas etiam obtinere aduersus eos, qui non tantum ecclesiarū priui

K 2 legia,

Variarum Resolutionum

legia, & exemptiones perturbant: sed & personarum ecclesiasticarum immunitatem infringunt. Tamen li Caiet. verb. immunitas. §. vlt. scripsit, immunitatem ecclesiasticam à libertate ecclesiastica in eo differre, quòd libertas ad personam, immunitas verò ad ecclesias, res & templa pertineat, ad ducit. tex. in extrauag. 1. de priuileg. col. 4. ver. in cendiarios. inter communes qui tamen immunitatem ecclesiarum à libertate ecclesiastica distinxit, non aut ecclesiasticam immunitatē & libertatē ecclesiasticā differre probat. Nos verò hoc in capitalijs omnis, de ecclesiarum immunitate tractabimus, inquirentes, quo iure statutū sit, neminem vtrunque sceleratum ab ecclesia inuitum extrahendum fore: ac deinde examinantes quid iura circa hoc tradiderint, quam ob rem tribus duntaxat conclusionibus prænotatis, plura ad hanc rem pertinentia deducemus.

Prima conclusio. Hæc templorum, & ecclesiarum immunitas iure naturali statuta nō est, nec ex eorum criminum auctores etiam inuitos ad punitionem à templis extrahi. quod probatur. hæc etenim immunitas nō est de primis principijs iuris naturalis, quæ dicunt nulli nocendum esse ratione viuendum fore. Nec ab his necessariò deducitur: nam licet Deum colendum esse ad ius naturale pertineat, non ex hoc sequitur homicidam fugientem ad templum, vel ecclesiam, non esse inde deducendum vt puniatur, siquidem criminum punicio iure naturali, diuino & humano stabilita est. Et præterea ius naturale tolli, aut mutari humanis cōstitutionibus non potest, licet ab his declarari possit, sicuti probauimus in epitome de sponsalibus. 2. par. cap. 6. §. 9. nu. 2. & tamen ecclesiarum immunitas non tantum quo ad declarationem: sed & quo ad nouam constitutionem humanis iuribus, & legibus subijcitur, quòd nemo negabit. igitur consequens est, eam iure naturali statutam non esse.

Secūda conclusio. Immunitas hæc ecclesiarum iure diuino, quod vt lex diuina in ecclesia Christi custodiendum est, minimè statuitur. leges etenim veteris testamenti aduentu Christi expirarunt. cap. translat. de consti. tradit Thom. 1. 2. q. 98. art. 1. & q. 104. art. 3. Magister in. 4. sent. dist. 3. & ideo quanuis lege Mosaica ab altari nullus ad punitionem criminis euellendus esset, non deducitur ex eo hæc immunitatem diuina lege sancitam apud ecclesiam esse, lege verò Euangelica non est hæc immunitas statuta, quemadmodum ex sacris Euangelij apparet, & ratione probatur: quia à Christo Iesu nulla lex instituta fuit præter naturalis iuris præcepta: nisi de his, quæ ad sacramenta & articulos fidei pertinent omnino, au-

thore Thoma. 1. 2. q. 108. arti. 1. & 2. & quodlib. 4. artic. 13. sed ista hæc immunitas iuris naturalis non est, nec ad sacramenta, nec ad fidei articulos attinet, ergo nō est iure diuino Euangelico instituta.

Tertia conclusio. Immunitas ecclesiarum iuste, sanctè, & legitimè, ad Christianæ religionis vtilitatem, sacrorum Canonum Ecclesie vniuersalis, sanctorumq; virorum auctoritate, humano & positio iure fuit, & est statuta. Hæc probantur. Num. etenim cap. 35. ius it Deus quasdam ciuitates constitui in præsidia homicidarum, fugitiuorum. idem legitur cap. 20. Iosue, & Deuter. cap. 19. atq; Exodi. 21. altare ipsum Dei hoc priuilegio instituitur, vt ad id confugiens extrahi, aut diuelli ad punitionem inuitus non posset. tamen si in his locis proberur, delictis, & homicidijs non voluntarijs refugium fuisse aras, & templa. Quod & de Gentilijs templis fatetur Thucydides lib. 7. quibus expressim conuenit ius ciuile ex Iustini nouellis in auth. de mandat. princip. §. sed nec homicidis. & Regia. l. vlti. tit. 11. parti. 1. de quibus statim num. 7. sed & de templorum immunitate ferè in vniuersum, & generaliter multa sunt ex libris Regum testimonia. Nam idè traditur. 3. Reg. cap. 1. 2. & 3. quibus veteris testamenti auctoritatibus hæc templorum, & ecclesiarum immunitas cōprobat: & ostèditur iustissimè lege humana statuta esse. Sunt & ad hanc partē cōprobandā diuini Augustini, aliorumq; sanctorum virorum testimonia, quorum Gratianus meminit. 17. q. 4. præsertim cap. miror. capit. reum. c. constituit. & cap. definiuit. vbi & concilia ad id citantur. text. celebris in cap. inter alia. c. pe. & finali. de immunit. eccles. cap. id constituimus. 17. q. 4. l. 2. 3. & l. presenti. C. de his, qui ad eccles. cōfugi. Regia. l. 2. tit. 11. parti. 1. His accedit quod & apud veteres, quibus veri Dei cognitio deerat, aris & templis honos hic habebatur. Nam & apud Plautū in Mostellaria actu. 5. scena. 1. Tranio seruus nē à Teuropide & Loratijs puniretur ad aram cōfugiens, inquit interim ego hanc aram occupabo. Te. Quid ita? Tra. Nullam rem sapi, nē enim illi huc cōfugere possint, quæ stioni quos dabit, & rursus ipse Tranio. Sic tamē tuic consilium dederò, nimio plus sapio sedens, tum consilia firmiora sunt de diuinis locis.

Item apud eundem Plautum in Rudete. Act. 3. scena. 3. Trachalio admonet Palæstram, & Anipelsam vt in ara asideant, ne per vim abducantur: si enim inquit. Ne, inquā, timeat, asidite hic in hac ara. Ampelis. Quid ista ara plus prodesse nobis potest, quàm signum Veneris in phano hic intus, quod amplexæ modo, vnde abreptæ per vim miseræ? Et scena. 4. Labrax inquit, mihi non liceat ancillas meas Veneris de ara abducere? Dæmones.

mones. est lex apud nos. Hactenus apud Plautū. Athenis etiam erat ara misericordiae, quam Hercules nepotes postquam is è terris migravit, collo carunt, vt esset eis Asylum, à qua nemo abduci posset, timentes insidias eorum, quos auus affligerat. authore Statio lib. 12. Thebaidos.

Vrbe fuit media nulli concessa potentum.

Ara Deum, mitis posuit clementia sedem.

Eum legito, apud quem satis constat hanc aram misericordiae: omnium cōfugium fuisse, nulliq; Deorum nominatim dicatam.

Huc victi bellis, patriaq; è sede fugati,

Regnorumq; inopes: scelcrumq; errore nocentes,

Conueniunt, pacemq; rogant,

Huius arae ignoti Dei meminit Paulus Apostol. Actu. capi. 17. secūdum Nicolaum Lyranum inibi. & Gersonem tracta. 6. super Mag. Arae itē misericordiae meminit & Pausanias libr. 1. in atticis, qui eam in foro fuisse tradit. idē scribit in Phalera portu atticorum aras cōstitutas, & dicatas esse Heroibus, & dijs, qui ignoti vocātur. Templum quoq; Dianae Ephesiae eiusmodi fuit, vt ex eo nemo quouis crimine damnatus educi posset. Cuius Cicer. in Verrem actione. meminit. scribit & ad hanc Iustinus libr. 28. in hunc modum, Laodamia autem cum in aram Dianae confugisset, concursu populi interficitur. Quod facinus Dij immortales asiduis cladibus gentis, & propē interitu totius populi vindicauerunt. nam sterilitatem, famemq; passi, & intestina discordia vexati. externis ad postremum bellis penē consumpti sunt. Miloque Laodamiae percussor in furorē versum, nunc ferro, nūc saxo, in summo dentibus laceratis visceribus, duodecimo die interiit. Hactenus Iustinus, mentionem faciens Arae Dianae non Ephesiae, sed Epitrotae. Hinc & Pausanias in Atticis existimat, non ob aliam causam Syllam in dram incidisse calamitatē, quam quod Aristionem, qui in Mineruae templū cōfugerat, vi extra eum interfici iussisset. idem Pausanias in Achaicis Helices vrbis excidium. cōmemorans. multa profecto tradit exēpla, quibus apparet, implacabilem fuisse numinū iram ob violata deorū templa. Quo in loco refert Dodonei Iouis oraculum Atheniensibus redditum: his sanē versibus.

Ara tibi Eumenedum fumans, & curia Martis

Sint cordi: hinc bello domiti: nam forte Lacones

Suppliciter tristes venient, tu projice tela

Supplicibus parcens, dum quos iura tuentur.

Apud eundem Pausaniam in Corinthiacis mentio fit Hebrae deae, cuius tēplum erat sacrosanctū, & hunc honorē habebat, vt qui supplices in id cōfugissent, cuiusuis criminis impunitatem consequerentur. Idem Pausanias in Laconicis tradit,

apud Tegeatas Mineruae templū vniuersae Peloponneso fuisse antiqua religione sacrosanctum nec violari eos fas fuisse, qui illuc confugissent. Quae sanē religio in Pausania semel, antea vero in Leorychide est ab Argiuis cōseruata. Cum enim illi supplices se in illud templū tanquam in Asylum recepissent, nec postulatum quidem est, vt dederētur. Erat & apud Lacedaemonios Templū Palladis Chalciocae, quo cōfugit Pausanias proditionis accusatus, cuius & nos statim mentionem habebimus. Traditum etiam est, Orestem matre occisa, cum à tribus furijs infestaretur, in templū Apollinis confugisse nec ausas ingredi Eumenidas sed expectasse dum exiret. hinc Vergilius libro. 4. Aeneidos.

Aus Agamemnonius scenis agitated Orestes

Armaam facibus matrem & serpentibus atris,

Cum fugit, vltice: que sedent in limine dira.

Quod Statio Arae misericordiae: & ignoti Dei tribuisse videtur, dum scribit.

Es à misero matrem: summoit Oreste.

Asyla item apud veteres passim cōstituebantur, erantq; loca sacra, vnde fas non erat quenquam rapere. ex à particula priuatiua & οὐκείω rapio, vel οὐπάω itidem rapio, ac mutata. r. in. l. authore Seruio li. 8. Aenei. cuius meminere Capelli. Cotta. diotione Asylū. & Ludo. Viues. libr. 1. Aug. de ciui. Dei. c. 34. vnde Liu. ab vrbe cōdi. li. 36. author est templū Apollinis Deliū Asylū fuisse. Prim⁹ oim Asylū cōdidit Cadm⁹, vt Thebas quas nuper edificauerat maiore populo cōpleret. Huius exēplū Romulus imitatus est, cum Romā cōdidisset. Asylum em cōstituit auctoribus Liui. lib. 1. Dionysio Halicarnasso, lib. 2. August. d. c. 34. Iuuen. Saty. 8. ad fi. Strabo. libr. 5. Partitio de Regno lib. 8. tit. 16. cuius quidē Asyli frequētissimē auctores meminerunt, praesertim Ouid. li. 3. Fasto. Romulus vt Saxo lucū circumdedit alto: Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris. Vergi. 8. Aeneidos.

Huit lucum ingentem, quem Romulus acer Asylum.

Retulit, & gelida monstrans sub rupe Lupercal.

Erāt in Græcia & Asia plura Asyla, quae nomina tim traduntur à Cornelio Tacito lib. 3. Thucydi de lib. 1. belli Peloponnesiaci. & Verg. Polydo. li. 3. de inuentor. rerū. c. 12. Plutarcho in Theseo, & Romulo. Ioan. Coraf. lib. 5. Miscellan. ca. 23. Alexandro ab Alexandro lib. 3. capi. 20. Meminit & Diony. lib. 47. templi in honorem Iulij Caesaris dicati, quod Asylum erat apud Romanos. fitque Asyli mentio apud iurisconsultum in. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de x dilit. edict. vbi eleganter Budæus explicat Asyliam dici ius hoc libertatis, & veniae, quod quis apud Aras cōsequitur, quam immunitatem ecclesiarum vul-

Variarum Resolutionum

gò vocamus. Asyli etiam secundum eundem dicebantur homines sacrosancti, quos attingere sine piaculo non licebat, nec præhendere, ut apud Romanos Tribuni plebis, atque ita Philostratus statuan Tyberij Asylam fuisse perhibet ex eo, quòd ad eam confugientes, inuiti inde abduci nõ poterant. Quibus tandem factis ostēdimus, apud Christianæ religionis cultores, sanctissimum esse, ut templis ius hoc Asyliz, & immunitatis religiosissimissimè seruetur, & firmiter statuatur, quandoquidem & illo seculo, quo vana Deorũ colebantur Simulachra & idola, eorum aris ius hoc concessum fuit. Quo fit ut constitutiones canonice, quibus hæc immunitas stabilita est, veteris diuini iuris sacrorum conciliorum, ex auctoritatibus, exemplisque Gentilium comprobentur, licet iure diuino, quòd modò lex diuina dicitur, vimque legis habeat: statuta non sit, quanuis Ioan. Igne. in. l. prima. in princ. ff. ad Syllani. nu. 26. & sequētibz probare conetur, immunitatem ecclesiarum, iuris & legis verè diuinæ esse. ex his tamen plura deducuntur.

Primiũ, in materia, & tractatu immunitatis ecclesiarum, etiam apud iudices seculares, standum esse potius iuris Pontificij decretis, & statutis, quàm iuris Cæsarei sanctionibus pertinet enim hoc ad honorem, & reuerentiam exhibendã locis sacris, quorum cura ad Pontifices, & prælatos ecclesiasticos spectat, & ideo eorum leges hac in re secularibus præferendæ sunt, quemadmodũ voluere glos. in dicto capitu. inter alia. & in capi. sicut antiquitus. 17 q. 4. Oldra. consi. 154. Imol. in Cle. 1. in fine. de pœnit. & remiss. & ibi Cardin. & Bonifaci. de Vitalinis. Abb. in dicto capitu. inter alia. numer. 24. Fulgo. in. l. fidei. C. de his, qui ad eccles. confugi. Ioan. Fabr. in. §. sed hoc tempore. Institu. de his qui sunt sui vel ali. iur. Alexan. consi. 143. lib. septimo. col. 2. & 3. Chassanæ. in cõsuet. Burg. rubr. 1. §. 5. vers. Archidiaconus. nume. 11. Petrus Belluga in Speculo principum rubri. 11. §. sed quia. nu. 12. quorum opinio communis est, & omninò tenenda aduersus Salyce. in auth. 2. qui. C. de adulte. in fine. Angel. Areti. de malef. §. fama public. vers. quarto quæro. Practi. Ferrari. in forma inquisitionis. num. 31. Carol. Mol. in dict. Alexan. consi. 145. & Alcia. reg. 3. de præsumptio. præsumpt. 3. quibus minimè consentiendum est, modò sacrorum canonum decisiones, rectè, & iuxta authorum sensum intelligantur.

Secundum, ecclesiam cultui, & ministerio diuino dicatam, & in qua diuina officia celebrantur & si consecrata non sit, hoc immunitatis priuilegium habere, tex. expressim id probat in capi. ecclesiz. de immunit. eccles. & tamen dubitatur, an

idem sit vbi ecclesia dicata est cultui diuino, non dum consecrata, & in qua hætenus officia diuina celebrata non sunt? Nam glos. in dicto capitu. ecclesiz. requirit diuinorum officiorum celebratio nem, sed frequentiori interpretum sententia obtentum est, ecclesiam auctoritate Episcopi constructam, hac immunitate gaudere, licet nec consecrata sit: nec in ea adhuc diuina officia fuerint celebrata: quòd ita visum est Guilielm. Imolæ, & alijs in dict. cle. 1. Host. Ioan. Andr. Cardi. Henrico. col. 2. in dict. cap. ecclesiz, & Syluestro, verbo. immunitas. 1. q. 1. tametsi plurimum hac in re valeat consuetudo secundum Abb. ibi. & Guiliel. Mainerium in. l. nemo de domo. num. 21. ff. de regul. iur. quæ quidem potissimum est inspicienda & præterea præcauendum ne hisce temporibus, canones ipsos extendamus, cum oporteat audaciam reprimere eorum, qui passim crimina hac immunitate freti committunt, qua ratione aliquot in vrbibus prælati immunitatem istam tantum admittunt: & tutantur aduersus iudices seculares in his ecclesijs, quæ sanctissimam Eucharistiam ad publicam venerationem: & adoratio nem continuo habent.

Tertio, constat & idem immunitatis ius hospitalibus auctoritate episcopi constructis competere secundum Archid. in capit. definiuit. 17. q. 4. Bald. in. l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleri. §. in omnibus. num. 21. Alex. consi. 9. 2. col. lib. 2. Felin. in cap. de quarta. de præscrip. col. 3. & Xuares in. l. 2. tit. de los gouiernos. q. 5. Guilielm. Mainer. in dict. l. nemo de domo. num. 21. tex. optimus in. l. omnia. C. de epif. & cleri. Quibus addit Panormit. in dict. capit. ecclesiz. num. 7. standum esse hac in dubitatione consuetudini. quòd verissimum esse censeo. possunt & ad hanc illationem adduci plura, quæ Curti. Junior tradit consilio. 20.

Quarto, deducitur ex his, hanc immunitatem non tantum ecclesijs concessam esse, sed etiã quadraginta passibus circum ecclesiam matricẽ. cap. sicut antiquitus. 17. q. 4. & triginta passibus circum alias ecclesias. capit. definiuit. & c. quisquis. eadem caus. & q. Oldra. consi. 55. Abb. Henric. & Doct. in dict. cap. ecclesiz. Syluester. verb. immunitas. 3. in princ. Hoc tamen moribus receptum non est. sicuti & Ioannes Igneus testatur in. l. 1. in princ. num. 58. ff. ad Syllani. nam & Archid. scribit in cap. quisquis. 17. q. 4. ecclesias intra muros ciuitatum cõstructas non habere hanc immunitatem quo ad horum passuum circuitum, quòd ad cõsuetudinem maximè accedit: sed id videtur accipiendum quo ad ecclesias intra castellorum muros cõstructas. tex. in dict. cap. quisquis. Passus verò

sus verò quinq; pedes habet. glos. in. l. 3. ff. de verbor. significat. glo. in cap. sicut. 17. q. 4. Regia. l. 4. tit. 13. par. 1. Columella. lib. 5. de re Rustica. c. 1. Isidorus & alij communiter, ex eo sic dictus quòd passis & extensis brachiis hanc mensuram conficiamus, vt Isidorus existimat, cui subscribere Alciat. in lib. de quinq; pedum præscriptione. & in 1. mille passus. ff. de verb. signific. Corasi. in. l. 1. ff. de serui. num. 107. Oldendorpius. de actiõib. tit. de rei vindicatione. Pes decem & sex digitos tráf ueros continet secundum Alciat. Corasium, & Oldendorpium. ac Constanti. Harmenopol. lib. 2. tit. 4. Epitomes Iuris ciuilib. Bude. lib. 1. de asse. Nebriss. in Lexico iuris ciuilib. dictiõe digitus. Isidorum lib. 15. Etymologi. cap. 15. tametsi gl. in. d. cap. sicut antiquitus. Docto. in. l. 1. ff. si quis caur. & dicta Regia. l. 4. errore forsan numeri quindecim tantum digitos pedi tribuant. Hinc pes in vncias, vt as, diuisus cõstituit semissem, est enim semis octo digitorum. Hispani vulgò, xeme, dicimus paululum corrupta dictiõne. Sic duodecimitra pedis pars vncia dicitur, & est crassitudo pollicis vnus, vulgò pulgada, palmus, est quarta pedis pars: habetq; quatuor digitos, ac dicitur quadrans, dodrans verò habet duodecim digitos, appellaturq; Græcè Spichame, cuius & Plinius meminit lib. 7. cap. 2. & item Latine palmus maior, quem ita Hispani vocamus, id est mēsuram, quæ fit extēsis articulis à minimo vsque ad pollicem habetq; nouē pollices. Hæc & alia poterit lector ab ijs petere, quos paulò ante citauim⁹, & à Georgio Agricola lib. de mensuris, quibus interualla metimur, atque idem à Budæo in. l. 1. ff. si mens. fal. moq. dix.

Olim itinera distinguebantur per miliaria, lapidibus erectis mille quibusq; passibus: vñ quintus ab vrbe lapis dicebatur locus distans ab vrbe quinq; miliaribus. l. propter litē. ff. de excusati. tuto. §. qui autem. Instit. de excusa. tuto. quod & in Gracchis Plutarchus, & Quintilianus lib. 4. capit. vltimo. tradidere ex Iunioribus. deniq; idem Nebrissenfis adnotauit in Lexico iuris ciuilib. dictiõne, lapis. quibus addendum est, leucam, dictiõnem Gallicam esse inspecta eius prima origine, & significare mille & quingentos passus a thore Ammiano Marcellino lib. 19. Hispani tamen tribus miliaribus leucam definiunt. Regia l. 3. tit. 16. par. 2. cui adde Hosti. & Abb. in cap. ex parte. B. de foro compe. nu. 1. qui duodecim leucis tribuunt viginti miliaria. Sed & diuus Hieronymus in Ioelem cap. 3. meminit huius dictiõnis Leuca dicens esse Francicam. sunt & qui censeat, passum inde ita dictum, quod spacium significet dimensum passis & extensis pedibus, vno in-

quam, anteriori, altero vero posteriori, & tribus inter medijs.

Quintò, infertur, palatium episcopi hoc ius immunitatis habere. tex. in. c. id cõstitutum. 17. q. 4. quo in loco glo. id procedere existimat, etiã si domus episcopi sit extra quadraginta ecclesiæ passus constituta. quod probant Innocē. & Hostien. in dict. cap. inter alia. Abb. in cap. ecclesiæ. num. 9. & ibi Henric. col. vlti. de immunit. eccles. quorum opinio communis est, etiam si alijs visum fuerit hanc immunitatem non aliter palatio episcopi iure concedi, quàm si constructum sit intra quadraginta matricis ecclesiæ passus. quos Oldrad. sequitur consi. 55. & praxis forensis frequenti omnium consensu recepit.

Sextò, apparet dubiam esse opinionem illorū qui censent, fugientem ad sacerdotem Eucharistiã manibus portantem, hac immunitate gaudere, vt inde quelli inuitus non possit: immunitas enim templis à canonibus cõcessa. est propter honorem, & reuerentiam, quæ locis sacris, diuinoq; cultui dicatis debetur: & ideo majori profecto iure idem priuilegium sacratissimo Dei Maximi corpori datum esse existimandum est. sicuti existimauerunt Archid. in cap. quæsitum. 13. q. 2. Abb. in cap. sane. de celeb. missar. & ibi Docto. Roma. singul. 37. Cattellianus Cotta; dictiõne, rationis identitas. Albert. in capi. 1. de hæret. in. 6. q. 13. nu. 18. & est hæc opinio communis secundum Ludogomeci. in. §. poenales. de actiõib. num. 50. qui quidem omnes & Ioan. Lupi in rub. de donatio. §. 38. num. 5. fatentur secus esse dicendum, vbi captus in carceribus ad Eucharistiã, quæ ad eum adducitur, fugerit. Ego sane fateor maiorem honorem exhibendum fore Eucharistiæ, quàm ipsi templis: quibus ob ipsam Eucharistiã plura priuilegia conceduntur: attamen cum immunitas hæc à canonibus statuta sit, & nullibi Eucharistiæ hoc ius extra ipsas ecclesias datum fuisse legamus, dubius sum, an vera sit interpretum frequentissima sententia, cui etiã aduersatur glos. celebris in dicto cap. quæsitum. Tametsi olim auctore Plotarcho in Numa, qui ad supplicium mortis ducebatur, huius poenæ immunis erat, si eadem Vestalis virgo fortè, nulla data opera obuiam iret.

Septimò, deducitur ex his, quæ præmissimus, neminem ab ecclesia violenter & per vim abducendum fore, etiam si graue crimen perpetrauerit. hoc probatur in dict. cap. inter alia. & canonibus, qui ad hanc immunitatem comprobendam hoc capite adducti fuerunt. Item & Regia. l. secunda. tit. 11. par. 1. quanuis. Iacob. de Rauēnis & Pet. à Bella Pertica in. l. 2. C. de his, qui ad ecclesi. cõfusa

Variarum Resolutionum

gi. opinentur, immunitatem istam non prodesse his, qui graue delictum commiserunt. quibus refragantur Panormit. in dict. cap. inter alia. num. 24. & Alex. consi. 154. lib. 7. frequentissime omnes qui materiam istam tractauerunt.

Ostendit, constat, homicidam proditorium, qui quilibet alium insidiosè occiderit, ab ecclesia inuitum, & publica vi ad punitionem criminis abduci posse text. sing. in cap. 1. de homicidio. quem in hunc sensum interpretantur gloss. Anania. & Felin. ibi Are. in cap. cum non ab homine. col. 10. Guido Papæ decis. 111. Regia. l. vlti. tit. 1. part. 11. Abulensis cap. 21. Exodi. Alex. in dict. consi. 145. lib. 7. num. 5. Speculat. in tract. de concilio. 2. par. titu. 45. Eleganter Nicolaus Boerius decis. 109. asseuerans opinionem in hanc apud Gallos admissam fuisse. & plane hic est verus sensus præfati capituli: quod deductum est ab ea lege quæ Exodi cap. 21. refertur. nam & Ioab, qui duos principes insidiosè occiderat, cum ad altare confugisset, iussu Salomonis apud ipsum altare occisus est. 3. Reg. cap. 2. & narrat Iosephus lib. 8. antiquitat. capit. 1. idem tenent Anchar. in dict. cap. 1. & in dict. cap. inter alia. Practica Ferrar. in tit. de forma inquisitionis. Alciat. de præsumpt. regu. 3. præf. 33. & libro. 7. Parerg. cap. 6. Chassanz. in consuet. Burgundiz. rubri. 1. §. 5. vers. Archidiaconus. num. 113. Quæ quidem interpretatio communis est: & consuetudine Christiani orbis admodum recepta. Imò & idem esse in eo, qui alterum proditoriè animo occidendi percussit: tamen si ex percussione mors sequuta non fuerit: explicat eleganter Io. Ign. in l. 1. §. si dominus. nume. 7. ff. ad Syllani. dicens nume. 20. ita iudicatum fuisse licet Boeri. in dict. decis. 109. & Rebuffus. 2. Tomo Regiarum consi. tractatu de immunitate. artic. 1. q. 5. minimè admittant, simplicem percussorem ex proditione, morte quidem non sequuta, ecclesiarum immunitate priuari. Vtitur sane Rebuffus Boerij testimonio. Et tamè, nihil fallor, Boerius potius probat saltem apud Gallos Ignei sententiam. Verum opinio contraria placuit potius Panormitan. qui in dicto capitulo primo. probare conatur, etiam homicidam ab ecclesia inuitum abduci non posse: ex eo, quod inter casus exceptos à regula in dicto capitulo. inter alia. expressa, hic minimè contineatur. idem probant Henri. in ca. vlt. col. 2. de immu. ecclesi. & Alberti. in cap. 1. de hære. in 6. q. 11. nu. 69. quæ ratio minimè couincit, cum ex sequentibus appareat alios casus à regula excipiendos fore: præter nominatim expressos in d. c. inter alia. Respondet tamen Panor. ad text. in d. ca. 1. dicens, eam decisionem non esse intelligendam in homicida laico ad ecclesiam confugiente: sed in clerico prodito-

rialium occidente: ut is causa cognita à iudice ecclesiastico, actu & solènter sacris ordinibus exautoratus, & degradatus: iudici sæculari tradatur; ut per eum occidatur: quasi propter hoc crimen; & similia, ratione grauissimi excessus clericus in sacris constitutus sit degradandus, & tradendus iudicibus sæcularibus, non expectata eius contumacia, etiam si incorrigibilis non sit, ad exemplum, & imitationem grauissimorum quorundam scelerum, in quibus id à iure canonico statutum esse apparet, ut in hæretico, falsario literarum Apottolicarum Assassino, & reliquis. eandem sententiam repetit Pano. in d. c. cum non ab homine. & in c. at si clerici. in prin. nu. 39. de iud. Ancha. in consi. 158. & in reg. ea quæ. q. 19. de reg. iur. in 6. Fel. in c. 1. de consti. nu. 49. Guid. Papæ. q. 121. Alc. in c. cum non ab homine. nu. 22. Guiliel. Bened. post rep. c. Rainutius. de testa. in q. de homicidio. qui testatur hanc opinionem frequèntiori Doctorum calculo receptam esse, & eam plerumque, ac sæpissime seruata fuisse in praxi, asserunt Alcia. d. nu. 22. Det. in d. c. at si clerici. vlt. col. Ioan. Bernard. Calagurritanus Antistes in practica criminali canonica cap. 90. & plerique alii iurisvtriusque professores. cui opinioni suffragatur text. in cap. nouimus. de verb. sign. dum inquit, de falsario, ut clericus, qui propter hoc vel aliud flagitium graue, fuerit degradatus. Ea tamè maximam dubitationem habet ex ea, & præcipua ratione, qua traditum est, clericum non aliter tradendum esse post degradationem iudici sæculari, quam si is incorrigibilis sit text. in d. c. cum non ab homine. tex. optimus in c. tuæ. de pœnis. à qua quidem regula pauca excipiuntur crimina, igitur in his criminibus, quæ excepta non sunt, nullo pacto post degradationem traditio fieri debet. idem probatur in c. clerici. de excels. præla. vbi ob crimen Sodomitæ, quod proculdubio grauissimum est, clericus post degradationem in monasterium detruditur: nec iudici sæculari traditur. his item suffragatur text. in dict. cap. cum non ab homine qui in principio docet, in omni crimine quantuncumque graui & enormi, iudicem sæcularem clericos punire non posse, eos tamen deponendos esse, & si incorrigibiles fuerint, tradendos fore curiæ sæculari. ecce Romani Pontificis apertam authoritatem: ex qua etiam ob enorme crimen, nisi accesserit pertinacia, traditio fieri non debet. Quam ob rem aduersus Panor. non esse clericum homicidam proditorium sæculari iudici tradendum post degradationem existimari uerius esse Doct. cõter in d. c. cum non ab hoie. quos sequuntur, eorum sententiam asserentes cõmunem esse, Arcet. inibi col. 9. Det. in d. c. at si clerici. col. vlt. Alberti. in c. 1. de hære. q. 11. nu. 55. li. 6. & Io. Bernardus in d. c. 90. ad fi. Quibus ipse li-

ipse libenter accedo: non enim video, posse hanc traditionē iuste fieri post degradationē: nisi clericus sit incorrigibilis, aut in his criminibus: quæ expressim iuxta canonicas sanctiones, eam punitionē admittunt: nec tamen inficior, posse cōtinere homicidiū, aliudve crimen ita perniciosum reipublicæ, inspectis loci, tēporis, & personarum qualitatibus, qđ arbitrio discretorū iudicum hęc traditionē iustissime patiā, qua in re maturo cōsilio opus erit. Etenim responsio Romani Pontificis in. d. c. nouimus. nō tantū exigit ad hanc traditionem damnabile flagitiū, sed & damnosum requirit: quasi esse debeat ex iis, quæ expressim in iure Pontificio nominant, vel ex ipsius clericus incorrigibilis conditione reip. damnosum, aut criminis grauitate atrocissimum. Hinc sane colligit, an verū sit, qđ Abb. scripsit i. c. i. de his qđ filios occid. dicēs, clericū parricidā esse post degradationē tradendū iudici sæculari. itē & illud, qđ præmissa disputatione indefinitū atq; indecisum dimisit Alberti. in. d. c. i. q. ii. nu. 87. & q. 15. nu. 12. sit ne clericus post degradationē tradend⁹ iudici sæculari ob crimē lætæ maiestatis aduersus principiælaiicū commissæ. Nā iuxta regulā iuris, & communē sententiā, nisi natura rei, & alia quæ negotio & crimini accesserint cōtrariū suadeat, traditio nō est aliquo pacto faciēda. qđ sentiūt in hac specie Matth. Affli. in consti. Neapo. libr. 1. rub. 43. & Ioan. Bernar. in praxi. cap. 110.

Tādē his prænotatis deducit tex. in. d. c. i. de homi. cōmode nō posse accipere Pan. interpretatio nē. Imo vere is canō intelligēd⁹ est in laicis homicidis, vt hi ecclesiarū, & tēplorū immunitate minime solutari queāt, cū per insidias, & proditorie aliqui occiderint. Quod si ita verū est, hic octau⁹ intellect⁹ cōtra Pan. omnino est admittendus. Procius tamē examinatione admonēdū est, eum dici proditoriū homicidā, qui veneno alterū occiderit secundū Bald. in. l. nemo. col. 3. de summa Tri. Anani. & Fel. in dict. cap. 1. de homicidio item is proditorius homicida est, qui occiderit eum, qui eius inimicus non est: nihilq; tale præcauentem: cum nulla esset præcauendi causa: sicut colligit ex gl. in. c. clericus. 46. dif. Bal. in. c. r. in prin. col. 4. quib. mod. feud. amitt. Bar. in. l. respiciendū. §. delinquūt. ff. de pœnis, & Feli. in. c. i. vbi est text. optimus: dum eum proditorem appellat, qui per industriam, & insidias alium occiderit; id est per insidiosam industriam: ita equidem sunt illius. c. verba exponenda ex gl. Bar. & Iaf. in. l. i. in prin. ff. de pact. verb. Placitus, & consensus. id apertius constat ex Græca dictione, qua vsi fuere Septuaginta interpretes in dict. c. 21. Exod. legitur etenim in. i. i. id est, industria aggressus fuerit. Scri-

bit tamen Bar. in dict. §. delinquunt. eum, qui proprium inimicum etiam à tergo, & incautum occiderit: non esse proditorium homicidam: quia inimicus debuerat cautē præuidere, & præcauere ab inimico: sequitur Gerardus singula. 14. aduersus *V. Balla* quos ego animaduerto id homicidium commil- *in p. 1. 76* sum fuisse per industriam insidiosam: quod suffi- *La 133?* cit, vt homicida proditorius dicatur: text. in dict. cap. primo. & prætereā ex iure Regio expressim hęc Bartoli opinio corruiat perpen. l. vltima. titu. septimo. libr. octauo. ordina. quam ob rem mihi potius placet hunc homicidam proditoriū omnino esse.

In his profectò casibus, vbi quis alium proditorie occiderit, & vt Hispani vulgò dicimus: a traycion, y aleuofamente, communis opinio contra Panormi. potior est: nec templorum immunitas hunc homicidam, iure defendere poterit: imo ab ecclesia is erit abducendus, vt dignam patiatur poenam: Sed illud dubium est: an idem sit obseruandum, vbi quis absq; vlla proditione, consulto tamen, & præuia deliberatione post repentinum iræ motum alium occiderit: nam hunc ab ecclesia abduci posse: responderunt ferè omnes, qui aduersus Abb. communē opinionem tenuerunt: & præfertim Ancha. Speculat. Alex. Guido Papæ, Boerius, Practica Ferrariens. Chassana. Alciat. quibus ad stipulatur text. in dict. §. delinquūt, & ibi glo. ac Barto. Angel. item de malef. §. Appenfatē. quibus in locis traditur grauius esse puniendum delictum homicidij: quod ex proposito, & deliberatione præuia cōmissum est: quam quod repente suborta rixæ, iracundiæ calore, & impetu perpetratur. adhuc tamen: cū hoc homicidium manifestè distinguat ab eo, quod proditorie contigerit: ipse hoc in casu iure veriorum esse censeo Panorm. sententiā: secundū quam non est hic homicida ab ecclesia abducendus: tametsi ppter Doctorum auctoritatem, & eorum communem opinionem contrarium sæpius fiat.

Nonò, ab eisdem cōclusionibus deducitur: homicidam simplicem, & si sponte: non fortuito: iniuriose aliquem occiderit: nō esse ab ecclesia per vim abducendum. quod apparet: quia iure canonico is gaudet ecclesiarum immunitate: sicuti apud omnes satis compertum est: & colligitur ad sumpta argumentatione ex casibus exceptis in dict. cap. inter alia. & in cap. vlt. eod. tit. & in dict. capi. 1. de homicid. per quæ & alia hanc opinionem communem approbat Alex. conf. 145. lib. 7. Nec obstant huic illationi text. in authē. de mandatis principum. §. nec autē homicidis. & l. Regia vlt. titu. ii. partit. 1. gloss. in. l. fideli. C. de his, qui ad ecclef. confugi. vbi contrarium aperte probatur: si

Variarum Resolutionum

quidem hæ constitutiones quantum ad hoc iure Pontificio antiquantur, & tolluntur.

Decimo, hinc expediri poterit, quid in raptibus virginum dicendum sit: iure etenim Cæsareo constitutum est, eos non gaudere ecclesiarum immunitate: & ideo ab eis per vim, & inuitos extrahendos fore. *text. in dict. §. neque autem homicidis.* Rursus iure Pontificio id expressim vetitum est. *text. in c. de raptoribus. 36. q. 1. notant Panor. in dict. capit. inter alia. & ibi Docto. dum censent neminem præter publicum latronem, & nocturnum depopulatorem agrorum ab ecclesijs ad punitionem criminis abducendum esse: & existimant gloss. ibi iura civilia contrarij statuentia omnino tolli iure canonico. atque ita in specie de raptore communis est conclusio secundum Henri. in c. ecclesiar. de immunit. eccle. col. 3. quam sequitur Petr. Belluga in Speculo principum. §. sed quia. nu. 12. à quibus ipse libèrissime dissentio: video etiam hoc crimine raptus virginum, esse grauissimum, & reipublice admodum perniciosum, ac similitum his quæ in d. c. inter alia. excipiunt. Deinde animaduerto iura pontificia: post veterum patrum decreta: non concedere ecclesijs indistinctè hanc immunitatè: imò eam denegare aliquot in criminibus: non alia ratione, quam quòd ea grauissima sint: & reipublice maximè incommoda: quæ quidem ratio, virginum raptui omnino conuenit: & ideo virginum raptores ab ecclesia, & templis extrahi posse arbitror etiam iure canonico post Hippol. in l. vni. ca. numero. 109. C. de raptu virg. Nam & hoc expressum est. l. vlti. tit. 1. u. part. 1. id vero, quod statutum fuit in dict. c. de raptoribus. ad iura vetera, quæ hanc immunitatè licentius largiebant, pertinet.*

Dig. Bona. ad Crim. cap. 12. §. 1. p. 2. h. 7. p. 2. fac. M. 11. p. 3. §. 7. p. 2. §. 2. p. 2. §. 1. p. 2. §. 1. p. 2.

Vnde decimo, eadem ratione, frequentissima Bernardi, Panor. & aliorum sententia respõdebitur, Assassinos, cum hi in dict. cap. inter alia. non fuerint excepti, ecclesiarum immunitatem, si ad eas confugerint, in tutelam criminis habituros, quod non est tolerandum, perpena insigni Romani Pontificis constitutione in cap. 1. de homicid. lib. 6. pro cuius interpretatione adnotandum est, Assassinos dici quoscunq; qui pecunia, aliove pretio conducti homines occidunt, percutiuntve nihil tale ab eis precauentes: sicuti, explicant Dostij, Anchar. Imol. Vanchelius: & Philjppus Probus in dict. capit. 1. eam constitutionem intelligentes in his, qui aliquem hominem Christianum mandant occidi per homicidas pecunia ad id conductos, etiam si hi mandatarij Christiani sint, idem præmittunt Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. nume. 14. idem Bar. in l. Cicero. ff. de pœnis. Paulus Cast. in l. 1. §. vlt. ff. de eq. per quæ fact. erit. Alex. cons. 166. lib. 7. Bal. & Salic. in l. non ideo minus,

col. pe. C. de accusatio. Angel. in l. qui sepulchra. C. de sepul. viola. Hippo. in pract. crimi. §. examinandam. nume. 21. & §. diligenter. nume. 156. & in l. vnica. C. de raptu virg. num. 103. Ludo. Carreus in pract. crim. ti. de homi. §. circa tertium. in principio. & pleriq; alij passim idem, vti expeditum, fatentur: quorum opinio communis est, & consuetudine recepta. teste Aret. cõsi. 165. col. 11. Sic sanè crimen istud Assassinium vtrinq; dicitur: tam quo ad mandantem, conductoremve: quam quo ad mandatarium, & locatorem. His accedit, grauissimum, & crimen esse: pecunia conductum alium occidere incautum quidem, & infontem, siquidem cum alioqui is, qui potum causa abortionis dederit, sequutusq; fuerit abortus infantis iam animati, pœna mortis puniendus sit. l. pe. C. de Sicar. l. Diuus. ff. de extraordi. crimi. l. 8. tit. 8. part. 7. si verò abortus sit infantis nondum animati: pœna extraordinaria exilij sit puniendus. l. si mulierem. ff. de Sicar. & ibi Hippol. ac Ioan. Igne. in l. prima. §. occisorum. col. 3. ff. ad Syllani. notatur in capit. si aliquis. de homicid. Quòd si nec mors, nec abortus fuerit ex potione sequutus: vilis damnandus sit in metallum, & honestus in insulam relegendus amissa parte honorum. *textus in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. tamen foemina, quæ ob pecuniam factum etiam nondum animatum potionibus sumptis abegerit, ut locum faciat ventris substituto, mortis pœna est punienda. text. insignis in dicta. l. Cicero. cuius ad hanc rem meminere Felin. & Anania colum. 1. in dicto capitu. si aliquis. Card. in capit. sicut. cl. 2. de homicid. Deci. in consil. 535. quibus addendus est Anani. & inibi Bologninus cons. 1. col. vlti. Exstat amplior, & elegantior dict. l. Cicero. species apud ipsum Ciceronem in oratione pro Aulo Cluentio, vbi inquit, eam foeminam ita punitam esse, nec iniuria, quæ spem parentis, memoriam nominis, subsidium generis, hæredem familiæ, designatam reipublicæ ciuem substulisset. Hactenus Cicero. Sed, vt ad Assassinos redeam, mihi non admodum placet hæc communis interpretatio: opinor etenim ea, quæ iure statuta sunt aduersus criminis Assassini autores, nõ esse recipienda, nec ad præxim deducenda contra eos, qui conductis pecunia ad id homicidis, alios occidunt, nec eos, qui proprias operas pecunia in hoc seculus locauerint, idque commiserint; sed tunc his constitutionibus locum fore, vbi quis aliquem Christianum occidit, opera & industria hominum quorundam infidelium, qui Gentilicio, Patriove nomine Assassini dicuntur, sicuti asserunt Archidiacono. & Ioan. Andre. in dict. capit. 1. de homi. in 9. Areti. cõsi. 165. colum. 11. Syluest. verb. Assassinus.*

nus. & Caieta. eodem verbo. & verb. excommunicatio. caſu. 16. Scribunt etenim Archi. & Io. And. & poſt eos Alberic. in Dictionario, verb. Aſſaſinus, hos Aſſaſinos eſſe quosdam infideles, qui ſubſunt principi iſdem infideli: à quo ita edocti, & inſtructi ſunt, vt quos ille occidi iuſſerit, facili-
 mē occidant, atq; arbitrentur mortem ex hoc nō eſſe timendam, nec vllam pœnam ob crimen iſtud poſt obitum paſſuros: imō ſe obſequiū præſtare Deo opinentur. His cōuenit, quod Raphael Volaterranus teſtatur libr. 11. cap. de ſectis Syriæ, dicens, Aſſaſinos eſſe Syriæ homines à pueritia ita inſtructos, vt inimicos Regis, aut domini, cui obediunt, eius mandato audacter incautos opprimant. Idem ſere de hiſtradit elegantur Paul. Aemilius; de rebus Fræcorum lib. 5. qui lib. 7. meminit, Arſacidæ Aſſaſinorū Principis, qui quosdam Aſſaſinos miſerat pecunia accepta, vt Regē Diuum Ludouicū occiderent, ſicuti hiſtorici quidam ſcripſere itidē commemorantes, cruenti conſilij pœniſſerit ductum eos reuocaffe. Vanum tamen Aemilio viſum eſt, à tali hoſte miſſos eodē mox ab eodem contra patrios mores reuocatos. Sed & idem author huius Arſacidæ & Aſſaſinorū iterum in eodē libro meminit. Quo factū eſt, apud Chriſtianos, hos admiſſos frequenter fuiſſe, & pecunia conductos, vt audacter quemcunque occiderent. hæc verò interpretatio apertiffima ſit ſi penſitemus verba, ſeriemque text. in dicto capitul. 1. Præſertim inquit, Innocētius Quartus, cum nonnulli magnates taliter perimi formidantes: coacti fuerint ſecuritatem ab eorundem Aſſaſinorum domino impetrare, ſitque ab eo non abſque Chriſtiane dignitatis opprobrio, redimere quodammo do vitam ſuam. Quibus verbis apparet crimen hoc Aſſaſinij non ita latè accipiendum eſſe, ſicuti Doſto, exiſtimant, tamen ſi eorum opinio proculdubio communis ſit, atque adeo recepta, vt adinquā pauci refragētur. Et præter alios eandē ſequuntur. ex iunioribus Thom. Grammatici. voto. 8. 9. & 11. & Capicius deci. Neapolitanus, quibus nō omnino adſtipulatur Regia l. 3. tit. 27. part. 7. quæ ſubobſcure tractat, qui fuerint hi Aſſaſini. Et proſectō cū iuris vtriuſq; interpretes iuxta eorum ſententiam frequentiffimè plura de Aſſaſinis tradiderint, operæpretiū me facturum opinor, ſi lectorem hæc de re tantisper admonuerim, cōmuniem opinionem proculdubio falſam eſſe opinatus.

Primum, verè cenſeo, Romanū, Summumq; Pontificē aduerſus laicos, & ſeculares, qui ei ſubditi non ſunt, quo ad temporale iuriſdictionē, nihil in eo capite ſtatueret, etiā ſi aliquem Chriſtianiū occidi iuſſerint: pecunia cōductis homicidis:

qui Aſſaſini non ſint. huius equidē criminis punitio ad principē ſecularem pertinet non obſtante dicti capitis conſtitutione, quæ tunc laicos pœnis inibi expreſſis punit: quando hi Chriſtianum aliquem occidi mādauerint, miniſterio & opera illorum infidelium, qui Aſſaſini dicuntur. Nam licet iuriſdictione temporalis, & ſecularis ab eccleſiaſtica diſtincta ſit. cap. nouit. de iudic. capit. cauſam, quæ. in. 2. qui filij ſint legi. cap. Regum. 23. q. 5. potuit tamen Summus Pontifex eam conſtitutionē adere nominatim cōtra laicos, ex eo quòd crimen hoc ſit admodum atrox, enorme, & Chriſtiane religioni pernicioſum: ſiquidem opera infidelium fideles occidebantur paſſim in ignominiam Chriſtiane reipublicæ: ſic equidem illum tex. adnotarūt Panor. in capi. ſi duobus. 2. col. de appellatio. & Barbat. in capi. 1. nume. 11. de probatio. tex. optimus in Clem. 1. de teſtib⁹. Imò & Imperator ipſe ſub dictæ conſtitutionis pœnis comprehenditur, ſi id crimen perpetraverit, vti Ioan. Andre. inibi opinatur.

Secundò infero, mandantē aliquem occidi, pecunia conductis hominibus: qui Aſſaſini infideles non ſunt, etiā ſi mors ſequuta fuerit, canonis illius excommunicatione minimè affectum eſſe: cum ea excommunicatione tantum in eos lata ſit, qui induſtria, & opera Aſſaſinorū infidelium Chriſtianum aliquem occidi mādauerint. Quòd ſi communis interpretatio admittenda foret: hi eſſent excommunicati, qui induſtria alterius Chriſtiani pecunia conducti: Chriſtianum aliquem interim mādarent: quod, ni fallor, alienum eſt à dictæ conſtitutionis mente.

Tertiò, eadem ratiōe exiſtimo, eum qui alterū occidi iuſſerit: pecunia cōducto homicida: & ſcelere ſequuto: nequaquam diſſidatum cenſeri: nec exbannitum, nec publicū hoſtem eſſe exiſtimandum: vbi conductus homicida fidelis eſt: & alienus à gente Aſſaſinia. Nec enim hoc caſu admittenda eſt illius canonis conſtitutio: quæ diſſidatum eſſe pronūciat eum, qui fidelem opera Aſſaſinorum occidi iuſſerit. Ea vero diſſidationis pœna, vt interim hac dictiōe vtar: ita eſt accipienda: vt diſſidatus à quocunq; impunè occidi poſſit. l. 3. §. vlt. ff. de Sicarijs. l. 3. titu. 27. part. 7. Ange. cōſ. 14. Cinus in. l. reos. C. de accuſ. 6. q. notatur in authē. nauigia. C. de furtis. authen. item quecūq;. C. de epiſ. & cleric. optimus text. in capit. foelicis. de pœnis. & in capi. 1. de ſchiſmat. in. 6. Nec mirū ita à Romano Pontifice ſtatutum fuiſſe contra laicos crimen hoc Aſſaſini committentes: quando quidem licet pronunciatione, & iudiciali ſententiā princeps eccleſiaſticus mortis pœnam non inferat, cap. per venerabilem. qui filij ſint legi. ad

Variarum Resolutionum

finem. legem tamen statuendo eam potest infligere, vt Bald. notat in capit. 2. de maiorit. & obediē. cui accedit Ioan. Bernard. in pract. c. 56. quo in loco addit, posse clericum absq; metu irregularitatis consulere principi, vt pro certo crimine mortis pœnam lege statuatur infligendam fore: ei demq; legi condendæ, clericus, aut p̄latus suffragium exhibēs: licet postea ex lege ipsa aliquis occidatur, irregularis non est. quod & Domi. scribit in capit. vlti. 3. dist. post Archid. in cap. officia 23. q. 5. Bald. in authē. Habita. in princi. C. ne filius p̄p̄atre. Anani. in capit. ad audientiam. colū. 3. versū. Tertio quæritur. de homicid.

Quarto: eadem ratione constat cuiusdam dubitationis definitio: dubiū etenim est, an sicuti per dictam constitutionē puniantur mandatores: ita & ipsi interfectores & percussores puniātur: qui buisdam existimantibus inibi minimē puniri ipsos mandatarios. quod visum est Aretin. in dicto conf. 165. colū. 11. que in sequitur Alberti. in cap. 1. de hæret. in. 6. q. 11. ad finem. Aliis ex aduerso existimantibus dictæ constitutionis pœnas etiam mandatarium comprehendere perspecta legis ratione: sicuti asserunt Angelus de maleficiis. §. & Sempronium mandatore. in princ. Angelin. l. 1. C. de sepul. viola. Paris de syndicato. verb. inquititio. Thomas Grammat. dict. voto. 9. in fine. Anto. Capic. decis. 155. Hippo. in locis à me expressis in initio huius vndecimæ illationis. Imò ipsos interfectores, & homicidas pecunia ad id condutos in pœnam tanti criminis frustatim scindendos, ac dilacerandos fore scribit Panor. in. c. c. clerici. in prin. nu. 41. de iudic. idēq; sentit Chassanæ. in cōsue. Burg. rub. 1. vers. vidēdū. nu. 7. hanc itē opinionē, ipsum, scilicet, homicidā, ita vt mandatore puniendum esse, tenet Euerar. in Topicis cap. 76. & probat Regia. l. 3. tit. 27. par. 7. Nam si vera est communis interpretatio huius criminis Assasinorum: itidem & vera erit hæc posterior opinio: at, si adsumenda est Assasinorum significatio iuxta eum sensum, quem aduersus communem probauimus: constabit planē prior sentētia: cum ex pœnis in. d. cap. 1. statutis. plures in fidelibus Assasinis minimē conueniant. Quin ipsos homicidas ab eodem canone p̄termissos fuisse, facilis est coniectura, ex eo quod infideles essent, nec eis pœnæ ab ecclesia statutz conuenirent. Et nihilominus, si idem Assasini. caperentur, crudeliter forent puniendi.

Quinto, hinc apparet ratio: cur ab eodē canone exigatur, occisum opera Assasinorum Christianum esse: vt pœnæ ibidē expressæ obtineant aduersus mandatore: sicuti tradunt Io. And. & Doct. ibi cōmuniter. Bald. in. l. si quis non dicam

rapere. col. 3. C. de epif. & cler. Syluef. verb. Assasinus. Soci. Iunior. conf. 6. col. vlt. tenentes hac in re, oportere: quod cōstet, occisum Christianum fuisse: vt sit locus his, quæ de Assasinis constituta sunt. hoc etenim ideo ab ecclesia exigit: quia grauem ignominiam Christianæ reipublicæ fieri existimauit: si catholici viri opera, & ministerio infidelium occidantur.

Sexto, deducitur, ex p̄notatis, an verum sit quod pleriq; docuerunt, censentes sacerdotem, clericūve crimē hoc Assasini committētem, eo ipso absq; actuali, & solēni depositione, & degradatione, posse per iudicem laicum puniri. quasi ob criminis immanitatē sit specialī ratiōe hoc obseruandum secundū Lapum, & alios in dict. cap. 1. Hipp. in dict. l. vnica. num. 107. & in dict. §. diligenter. num. 160. & in dict. §. examinanda. num. 25. quorum opinionem sequantur, eam esse communem asseuerātes Albertinus in capi. 1. de here. in. 6. q. 11. num. 88. & Ioā. Bernard. in pract. crimin. ca. 91. idem notat Stepha. Aufre. in Cle. de off. ord. reg. 1. fall. 18. & optime Capic. decis. 12. Nam & ipse idem opinor. & id admittendum censeo vbi clericus ministerio Assasinorū infidelū: aliquem fidelē occiderit, aut percusserit: alioqui admissa Doctorum cōi interpretatione: qua dictionē istam, Assasinus. explicant: falsum existimo, quod pleriq; tradidere: nempe absq; vlla degradatione clericum ob crimen istud puniri posse à iudice sæculari. Imo an & tunc sit degradandus: & exautorandus, tradendusq; iudici sæculari: p̄det ab his, quæ diximus hoc in capite. versū. 8.

Septimo, vt ad institutum regrediar, hinc colligendum est, verum Assasini crimen committentem iuxta eam significationē, quam ipse probaui non gaudere ecclesiarum immunitate: imò ab ecclesia inuitum etiam per iudicem laicum auelli posse: quemadmodum palam deducitur ex dict. cap. 1. de homi. in. 6. At si crimen Assasini iuxta communem sensum quis cōmiserit, tūc demum ab ecclesia extrahi poterit: cum & simul prodicionis crimen, & scelus perpetrauerit: quod frequentius contingit. Et tamen qui cōmunem interpretationem huius Assasini criminis sequatur, cōsequēter & eius authorem ab ecclesia extrahi posse op: nabitur ex. d. capi. 1. Sic & Specul. 2. part. de concilio. cap. 45. scripsit, Christianæ reipublicæ cōuenire lege lata declarari, Assasinos posse ab ecclesiis, & templis ad punitionē euelli.

Duodecimo, vt primā huius capituli materiam repetamus: opinor hanc ecclesiarum immunitatem, cum ea ecclesiis, non delinquentibus hominibus cōcessa sit etiam excōmunicatis prodesse, nec fugientem ad templum ob aliquod crimen: posse

poſſe in d. n. abduci, con quod ex cōmuni-
catus ſit: ſecundū Hoſt. in ſumma huius tit. Guil-
liel. & Imol. in Cle. de pœnit. & remiſſ. Henri. in
cap. vlt. de immunit. eccleſ. col. 5. Coſmā in prag-
mat. ſanctiōne. tit. de interditiſ. §. ſtatuit. verſ. in
de. quorū opinio cōpnis eſt, teſte Boerio deciſ.
no. nu. 7. licet contrariū probare conentat, & te-
neant Summa conſellorū, tit. de immuni. eccleſ.
q. 5. & Feli. in cap. 2. col. 2. de except.

Decimotertio: quāuis ex cōmunicato profice
eccleſiarum immunitas: non tamen proderit in ſi-
deli: qui ſi ob ſcelus ab ipſo commiſſum ad eccle-
ſiam confugerit: poterit ab ea iure extrahi, vt cō-
digna puniatur pœna: gloſ. in l. 1. C. de hiſ, qui ad
eccleſ. confugi. per tex. in ibi. gloſ. item in authē.
de mandat. princip. §. publicorum. Abb. in dict.
cap. inter alia. num. 6. Henri. in cap. vlti. col. 2. gl.
in dict. prag. ſanct. verſ. inde. Boeri. dict. deciſ. no.
Anani. in cap. Iudzi. in. 1. de Iud. Oldra. cōſi. 54.
Saly. in dict. l. 1. Cinus in l. præſenti. l. q. C. eo. tit.
quorum opinionem cōmunem eſſe fatetur Hip-
po. in l. ex ſenatuſcōſulto. ff. de Sicar. nume. 10.
Contrarium tamen notant gloſ. in dict. cap. Inter
alia. & ibi Hoſt. Ioan. Andr. & Card. q. 1. Andr. Ti
raquel. in tractat. de primogenijs. q. 66. nu. 8. Hu
guitio in cap. definiuit. 17. q. 4. Feli. in dicto capi.
Iudzi. Imola poſt alios in Clem. 1. de pœni. & remiſſ.
Sylueſt. verb. immunitas. 3. §. 3. Hippol. in l.
vnica. C. de rapt. virgi. numero. 114. quæ quidem
ſententia fortassis videbitur frequentiori autho-
rum calculo recepta: tamen ſi ipſe potius priorem
probauerim. non enim par eſt ab eccleſia defen-
di eum, qui eius gremio, tutelæ, & fidei commit-
tere ſeipſum reſtat.

Decimoquarto, eadē ratiōe, & pfectō fortiori:
hæreticus non eſt ab eccleſia defendendus: imō
is poterit inuitus ad punitionē criminis à ſacris
templis abduci. quod in ſpecie adnotarunt Gon-
ſalus à Villadiego in tract. de hæret. qō. 11. nu. 15.
& Hippoly. in dict. l. Ex ſenatuſcōſulto. ad finē.
Boerius dict. deci. no. dicens idem eſſe in blaſphe-
mis, atq; ita apud Gallos pronunciatum fuiſſe.

Decimoquinto, ex hiſ diſcuti poterit: an fugiēs
ob aliquod crimen ad eccleſiā: quem fugientem
iudex aſpectū & curſu perſequitur: poſſit ab ip-
ſo iudice euelli & à templo deduci ad punitionē?
ſiquidem id poſſe iure fieri exiſtimarunt Cynus
in authen. ſi quiſei. C. de adulte. Alex. conſil. 24.
nu. 26. lib. 2. Hippo. in dict. l. vnica. nume. 111. qui-
bus aliqua ex parte ſuffragatur iuriſcōſultus in
l. quod ait lex. §. vlt. ff. de adulte. Ego ſanē non vi-
deo, qua ratiōe hæc ſentētia defendi poſſit, nec
legi apud ius canonicum: imo nec ciuile locū ali-
quem, quo ea probari valeat: & ideo verē, ni fal-

lor, opinor, fugientem ad eccleſiam, minimē poſ-
ſe inde per vim extrahi: ex eo quod fugiens à iu-
dice ſeculari, vel ab eius familia, cum ad oculum
& prope perſequente, fuerit eccleſiam ipſam in-
greſſus: ita etenim Pontificia, quibus hoc in tra-
ctatu ſtandum eſt, nequaquam patiuntur exce-
ptionem iſtam: imō hac in ſpecie eorum ratiō ſit
ma, & valida eſt: quam ob rem aduerſus. Cinum
hanc opinionem aſſerunt: iure veriorē eſſe Bald.
Roma. Alexā. & Iaſon in l. pleriq; ff. de in ius vo-
can. Henri. in c. vlt. col. 3. de immunit. eccl. Chaf-
ſanz. in conſuet. Burgūd. rub. 1. §. 5. verſ. Archidia-
conus. nu. 106. Io. Lupi in rub. de donatio. §. 38. nu-
me. 4. Rode. Xuares in l. 2. tit. de los gouiernos. q.
5. & Io. Igneus in l. 1. §. prin. col. 2. & 3. ff. ad Sylla-
ni. quin & ~~in dicto~~ Alex. conſil. 10. tit. 1. de
Alexādrū in eo reſponſo loquutum fuiſſe argu-
mentando: non autem affirmādo: ſentiens planē
Cini opinionem veram non eſſe. Sic ſanē aduer-
ſus eam pronunciatum fuiſſe, teſtatur Boerius
dict. deciſ. no. col. penult.

Decimoſexto, oportet ex hiſ probare Archid.
ſentētiā: is inquam in capi. ſicut antiquitus. 17.
q. 4. ſcribit, caprū à iudicis ſecularis familia: dum
per eccleſiam ad carcerem publicū ita caprus du-
citur: poſſe ab eadem eccleſia inuitū abduci. Nec
enim verē is à templo violenter euellitur: ſed per
id templū, captus extra eccleſiā ad carcerē duci-
tur: nec liber templū ingreſſus eſt: quam ob rem
ſequuntur Archid. idem tenet Io. Lupi in d. §. 38. nu-
4. & Ioan. Igneus in dicta. l. 1. in prin. col. 3. qui-
bus ſuffragatur tex. ſingul. in l. 1. §. quis poſt hanc
C. de ædit. priuat. idem notat Oldra. conſ. 54.

Decimoſeptimo, per pēſis primis huius capitis
principiis, ipſe arbitror, non poſſe iuſte ab eccle-
ſia euelli eum, qui dum captus eſſet à iudicis fa-
milia: ab ea ſeipſum exemiſſe: & ita liber ad eccle-
ſiam fugerit: ſicuti in ſpecie aſſerit Ioan. Igne. in
dict. l. 1. col. 3. Boer. dicta deciſio. no. col. pe. Nec
Archidi in dic. capi. ſicut antiquitus. contrarium
probat: quāuis Chaffanz. in d. verſi. Archidiacono-
nus. nu. 115. id ex ipſo Archi. falſo deduxerit: & af-
ſeueret ita apud Gallos iudicatum fuiſſe.

Decimo octauo, ex hiſ cōſtat iure canonico, cui
ſtandum eſt, non poſſe quem inuitum ad crimina-
nis punitionem ab eccleſia extrahi, etiam ſi iſt. ca-
ptus in carceribus, ipſum carcerem conſregerit:
& ad eccleſiam fugerit, quod in ſpecie tradit Boe-
rius di. deciſ. no. col. pen. qui refert, Arreſto lato
hanc ſententiam probatam fuiſſe. eandem Chaf-
ſanz. dicto verſ. Archidiaconus. numero. 116. pro-
bat, & ſi teſtetur cōtrarium in Gallia iudicatum
fuiſſe: & ſeruari frequenter. quæ quidem praxis
improbatur, quod ſi quis exiſtens
in car-

in carceribus præstito iuramento de redeundo exierit obtenta custodis licentia, & fugerit ad ecclesiam: non poterit inde inuitus extrahi: secundum Barth. Brixii. q. Dominicali. 38. Alberici. in l. fideli. C. de his, qui ad ecclesi. confugi. Henri. in cap. ecclesiæ. in fine. de immun. ecclesi. Præpo. in capi. ius gentium. num. 10. l. dist. & Aufreri. in ad ditionibus Capellæ Tholofanz. 422. qui tamen permittendum esse censent, hunc de quo hac in specie agitur, abduci ab ecclesia, si iuste captus, & in carcerem detrusus fuerat: modò cautum ei sit quo ad corporis poenam: ita quidem, vt ad eam patiendam, & quoties ea timetur, ab ecclesia euellendus non sit, etiam si captus iuste fuerit.

Decimononò, oportet perspèdere crimina excepta regulæ generalis in dicto cap. vnto. alia, nempe nocturnum depopulatorem agtorum: is etenim periculosior est grauiusq; peccat, ac delinquit: huicq; difficilius resistitur, argumèto eorū quæ de fure nocturno notantur in cap. 2. & 3. de homicid. & in l. itaq; ff. ad l. A qui. & in l. furem ff. ad l. Cor. de Sitar. Sic etiam excipitur famosus latro cuius meminit iuriconsultus in l. capitaliū. §. famosus. ff. de pœnis. eiusq; cognitionem obiter & nos attigimus hoc lib. cap. 9. numer. 7. quæ in hac materia viarum grassatorem interpretantur Regia. l. pe. tit. ii. part. i. Oldra. cons. 154. Belluga in dicto. §. sed quia. nu. 13. in Speculo principū. Quasi secundū eos simplices fures ab ecclesia extrahi non possint: quod iure pbari facillimè poterit. Consuetudo tamen consensu clericorum, & laicorum instituta: obtinuit fures etiam simplices nō gaudere templorum immunitate: atq; ita passim ab ecclesiis abducuntur inuicti à iudicibus secularibus.

Vicesimò, principaliter oportet expèdere, ad agendum sit de simplicibus debitoribus & re alieno grauat: qui hac ex causa ad ecclesias confugiunt? Nam eos posse ab ecclesiis inuitos extrahi aliquot rationibus forsan persuaderi poterit. & primo ex eo quod debitor fugitiuus capi potest die feriato, temporeq; celebratione speciali diuorum publicè sancto. glo. celebris in l. vlti. C. de feriis. quam sequuntur Bald. in cap. fi. eo. tit. Baptista de S. Seuerino dicens eam singularem esse in tract. de debit. susp. & fugit. q. 8. tenet Bar. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. si quid in fraud. credit. Bar. idem in dict. l. vlt. Ang. Aret. & ibi Ias. num. 77. in princ. de actioni. Alberici. dicens ita communiter obseruari in l. feriat. ff. de feriis. Nec id mirum, cum & fugitiuus debitor ob fugæ periculū capi possit à iudice in competētiv existimat Ancha. consi. 192. cui accesserunt Socin. & Iason col. vlt. in l. 2. ff. de iuris. omn. iudi. & Capellæ Tholofanz.

confut. p. diffinitionem §. glo. in cap. vnto. quod si debitor fugitiuus tempore feriato in honore diuinum capi potest, poterit sanè & in loco sacro. argumèto sumpto de tempore ad locum. l. vinum. ff. si cert. pet. l. vlti. ff. de triticar. l. ratio. §. si per vè ditorē. ff. de actio. empti. qua ratione debitorē fugitiuū ab ecclesia abduci posse, tenet Ias. in dict. l. vinū. nu. 5. & Euerardus in topicis in ca. de loco à tempore. His suffragatur, maximè in his Hispaniarum Regnis, quod lege Regia debitores tradē di sunt, si soluere nequeant, ipsis creditoribus in seruitutem quandam, sicuti capite. 1. huius libri ostendimus: & ideo videtur posse debitorem extrahi ab ecclesia ad exhibendum creditori seruitium istud: quemadmodū in hac specie, præmissa lege ista, visum est Oldrad. consi. 54. & Aufrerio in Capel. Tholof. 422. & Panorm. in dict. cap. inter alia. nume. 22. Alberici. in 1. part. statu. q. 39. & in rub. C. de his qui ad ecclesi. confu. Boerio decisi. 215. num. 7. cum seruus fugiens ad ecclesiam possit ab ea abduci vt domino seruiat. text. in dict. c. inter alia. l. si seruus. C. de his qui ad ecclesi. confugi. quā legem Honorius & Archadius Imperatores tulerunt Eutropij eunuchi consulis iudicio & persuasione, eamq; iniquo animo diuus Chrysofostomus tulit, eoque nomine graues inimicitias cum Eutropio exercuit. At cum fortuna tulisset, vt ob iram Cæsarum Eutropius ad ecclesiam confugisset & in ara sederet, diuino iudicio factum esse Chrysofostomus dixit, vt eo auxilio, quod abstulerat, ipse indigeret, vt scribit Otho. li. 4. chronicorum capit. 19. quem & Alciat. refert libro secundo parerg. capi. 45. extat ipsius Chrysofostomi in Eutropium increpatorius sermo. Cuius rei etiam meminit Nicephorus Historiz ecclesi. libr. 13. capi. 4. Qui tamen scribit, Eutropium persuasisse Imperatoribus, vt legem ferrent, ne quis ad ecclesiam confugeret. Quod si quis ad eam confugisse, & supplex Deo factus esset, atq; in templis metus causa versaretur, vt inde extraheretur. Idem prius scripserant Socrates lib. 6. cap. 5. Sozomenes libr. octauo. capit. septimo. Calsiodorus libr. decimo. Tripart. capit. quarto. Nec lex ista de seruis ab ecclesia extrahendis lata est. Sicuti ex his auctoribus constat, & præ cæteris ipse Nicephorus tradit adiciens, post supplicium Eutropij legem istam ex publicis monumētis sublatam, & nomen Eutropij ex catalogo consulum expunctum fuisse. quorum prius ex Sozomene, postorius ex Socrate accepit. vnde nihil hoc pertinet ad d. l. si seruus. Quicquid Alciato visum fuerit. Nec em̄ diuus Chrysofostomus indigne tulisset legē maximè iustā, vt seruus à dño ad ecclesiam fugiens inde abduceretur, vt domino seruiret.

Sed pro-

Sed profectò, debitorem fugitiuum ab ecclesia minime abduci posse: templorumq; immunitate gaudere, iure verius est. Nec enim alicubi expressum est in hac specie ecclesiarum immunitatem non prodesse his, qui ad eas confugiunt, & ideo regulæ standum est. sic sanè hanc partem sequantur Doct. communiter, præsertim Abb. in dict. cap. inter alia. num. 22. Oldra. in dict. cõf. 54. rex. singula. in. l. præsent. C. de his qui ad ec. cõf. Regia. l. 2. tit. 11. part. 1. etiam si debitor fugiens ad ecclesiam sic obnoxius publicis tributis, secundum Abb. in dict. ca. inter alia. Cynum in dict. l. præsent. Aufre. in dict. Cape. Tholos. 422. & Syluest. verb. immunitas. 3. §. 3. idem expressim cautum extat Machabæo. 1. capi. 10. licet contrarium in Cæsarum Nouellis statutum fuerit. in authet. de mand. princip. §. publicorum. is enim tex. tanquam iuri pontificio hac in re contrarius recipiendus non est. Imò & in Hispaniarum Regnis nõ obstante lege Regia de tradendis in seruitutem debitoribus ipsi creditori, non possunt ab ecclesiis debitores abduci. quod eleganter ostendit Roderi. Xuares in dic. l. 2. de los gouiernos. q. 5. quia. d. l. 2. si seruus. obtinet in vero seruo, & in iure veræ seruitutis, quod equidem etiam lege Regia non datur creditori in ipsum debitorem vt manifestum est. Sic & olim ab Asylo, quod Romulus instituit minime debitor abducebatur, auctore Plutarch. in Romulo, sed & in Epheso Diana obærat, cū in illius templum confugissent Asylum ac securitatem à sceneratoribus præstabat, vt idem Plutarchus scribit in libr. De vitanda vsura. fuit & Minerva Calydoniæ tanta religio, vt capitaliæ straudem ausi, aut pecuniã iudicati, qui ad illam confugissent, noxa, pecuniãq; soluerentur. quod itè Pergami in Asia receptum erat si quis ad Aesculapij ædem cõfugisset vt Alexander Polyhistor scribit.

1. Nec laesonis argumentatio sufficiens est, si quidem hac in specie minime licet de tempore ad locum argumentari propter disparem rationem, quæ manifesta est, & constat. Nam tempore feriatollicitum est homicidam, aliove delictorū reos capere, quod laeson ipse non negauit & probatur in. l. prouinciarum. C. de feriis. & tamen hos non licet ab ecclesia abducere. qua ratione à laesone recedunt inibi Deci. nume. 8. Purpura. nume. 10. & Alciat. qui Panormit. & communem sequuntur, posset fortasse laesonis sententia apud Hispanos admitti in mercatoribus, & campforibus qui maximo reipublicæ dispendio, ex pecuniis, & rebus alienis dum negotiationem quæstuariam exercent, operam vsuris & foenoris struendæ, laute, & opipare viuentes: decocti tandem

versuram faciunt, & ad ecclesiam fugientes creditores omnes miserè fallunt, quod grauissimū crimen est, & ob id famosi latrones appellantur, ac vt tales, grauissima pœna puniuntur, pragmatica lege octuagesima. hos etenim vidi ab ecclesiis violèter ad criminalem punitionem à iudicibus euelli, quod an iuste fiat, aliorum esto iudicium, id etenim posse iure fieri probat, & tenet Boerius decis. 215. num. 7. quo in loco plura de his mercatoribus tradit.

Nec tamen me latet in supremo Regis & Cæsaris prætorio quæstionem hanc anno Millesimo Quingentesimo tricésimo controuersam fuisse, & ob id datas literas Regias, rescriptumque esse iudicibus ecclesiasticis, vt, præstata per iudicem secularem cautione de non puniendis criminaliter debitoribus, ipsosmet debitores quoscuque ab ecclesijs abducerent, & eorum bona: si quæ debitoribus in ecclesiam detulerint. Alioqui ipsis iudicibus ecclesiasticis præuia monitione nolentibus, aut negligentibus debitores ab ecclesijs abducere, id munus delegatum est eodem Regio rescripto, & iniunctum iudicibus secularibus. extat hoc principis decretum inter alia quæ Granatæ anno quinquagesimo primo excussa fuere Regij senatus inibi commemorantis iusu. idem ad iudices ecclesiasticos rescripserant Catholici Reges Ferdinandus, & Elisabeth anno quadringentesimo nonagesimo octauo. quem admodum inter huius Regni pragmaticas sanctiones refertur ad finem ipsius operis. idemque lege Regia apud Gallos sancitum fuit authore Rebuffo, Tomo 2. de Regijs constitutionibus. titu. de immunitate ecclesiarum. art. 2.

Vicesimo primò ex canonum constitutionibus apparet, quodcunque crimen committèrem in ipsis diuinis templis, & in ipsa ecclesia, ab eis iustissimè euellendum fore. cap. vlt. de immunit. eccles. cuius ea est potissima ratio, quod indignū sit ecclesiam auxiliū exhibere ei, qui intra ipsam delinquens iniuriam templis intulit. cap. quia frustra. de vsuris. accedit ad hæc & secūda ratio, cum in ecclesia delinquens: ea fiducia & spe deliquisse videatur vt ab ipsa ecclesia defenderetur, alioqui crimen non commissurus: & ideo grauem iniuriam ecclesie facit, ab ea adsumens ansam & delinquendi occasionem. atque ita passim omnes conueniunt in hunc casum: licet Ludou. Roma. consi. 234. contrarium teneat autoritate glos. in capit. frater. 17. q. 4. quæ vt vulgo in omnibus ferre codicibus legitur expressim asserit, delinquentem in ecclesia ab ea auelli non posse, eiusque immunitate gaudere. at si tollatur à glo. dictio, non, quæ proculdubio expungenda est, attenda ipsius gloss.

Variarum Resolutionum

glo.intentione, potius probat decisionem tex. in dict. cap. vlti.

Vicesimo secundò deducitur, eum qui in ecclesia crimen aliquod commiserit, etiam sine spe, & absq; fiducia consequendæ immunitatis ab eadē ecclesia, adhuc abduci iustè posse: nā ex prædictis rationibus & si posterior hoc ī casu deficiat, prior tñ omnino obtinet. Quam ob rem hanc illationem tenet Panorm. in. d. c. vlt. col. 2. quæ verisima est, & seruanda secundum Aufreri. in. d. Capel. Tholosana. 422. probabitur quæ ex sequētib; illationibus, quæ ad interpretationē dicti capituli vltimi statim expressim tradentur.

Vicesimo tertio, delictum cōmittēs in ecclesia non tantum illius ecclesiæ immunitate priuatur & ab ea abduci poterit, sed & à quacunq; alia propter crimen intra ecclesiam perpetratum, sicuti post Docto. antiquos Henricus probat in. c. ecclesiæ. col. 3. de immunit. eccles.

Vicesimo quarto, fortius asseritur, crimē in ecclesia commissum non tantum eius authorem priuare immunitate ecclesiarum quo ad illud delictū, sed & quo ad omnia alia crimina, quæ cōmiserit extra diuina templa, quasi ob iniuriā ecclesiæ illatā dignus sit hac generali immunitatis priuatione. quod expressim tenent Capella Tholo. decis. 422. & Chassanę. in cōsuet. Burg. rub. 1. §. 5. vers. Archidiaconus. nu. 112. contraria tñ sentētia verior apparet, ex regula iuris Pontificij, quæ in hac specie minimè reperitur sublata, atque ita respondet Boerius dict. decisio. 110. col. vlti.

Vicesimo quinto, ita sunt hæc intelligenda, vt delictū in ecclesia cōmissum causa potissima sit vt delinquens iure ecclesiasticæ immunitatis priuetur: modo crimen graue sit. Nam si sit leue etiā intra ecclesiam commissum, non est ab ipsa ecclesia abducendus ipse delinquens, sicuti existimant Abb. in dict. cap. vlti. post Hosti. & Docto. ibi. Henric. in. d. c. ecclesiæ. col. 3. Aufreri. d. decis. 422. Sylue. verb. immunitas. 3. §. 2. & Angelus Castrensis Pauli Castrensis filius in cōs. 459. colū. 1. 2. lib. consiliorum patris, vbi asserit hanc opinionem communem esse.

Vicesimo sexto, attenda ratione tex. in dic. ca. vlt. si quis prope ecclesiam ex proposito delictū commiserit ita deliberate, vt cōiectare possimus, eum spe ecclesiasticæ immunitatis deliquisse, ab ecclesia is abduci ad criminis punitionē poterit secundum Anch. in dict. cap. vlt. Henric. in dict. cap. ecclesiæ. col. 3. & Alciat. in reg. 3. de præsumptio. cap. 33. Hinc scribit eleganter Ioan. Lupi in capit. per vestras. §. 10. de donationib. inter vir. & vxor. peccantem spe consequendæ absolutionis virtute & ratione indulgentiarum, & apostolica-

rum literarum, non posse ex vi ipsarum absolu. quod probari item potest per tex. in capit. quando. in. 1. de consecra. dist. 4. & in cap. illud. de clerici. excom. minist. & in. l. 1. §. hæc autem actio. ff. si quis testam. lib. esse iuss. fuerit. quibus mire cōueniunt pulchra verba Lactantij Firmiani, qui lib. 6. diu. Insti. cap. 13. ita de Eleemosyna inquit. Nec tamen quia peccata largitione tolluntur, dari tibi licentiam peccandi putes, abolentur enim si Deo largiari, quia peccaueras. Nam si fiducia largiendi pecces, non abolentur. His vero, vt cautius Lactantij verba intelligas. S. Thom. & sibi Caietan. 2. 2. q. 21. articu. 2. ad. 3.

Vicesimo septimo, ex his opinor: non gaude- re ecclesiarum immunitate eum, qui ex loco profano sagitta, iaculo, aut scloppo, existentem in ecclesia percusserit, non enim potest cōmodè negari crimen istud in ecclesia commissum fuisse, cū id scelus etiam si initium habuerit à loco non sacro, in ecclesia tamē exequutionem & perfectio- nem habuit, quam ob rem non possumus inficari ecclesiæ factam fuisse iniuriam. quod probari potest autoritate Bald. in. l. si quis non dicam rapere. col. 3. C. de episc. & cleric. Pauli Castrensis in. l. si vt proponitur. ff. de fideiuss. item Bald. in. l. multum interest. pen. colū. vers. Sed hic quæro. C. si quis alteri vel sibi. quibus & Hippo. accedit in. l. vnica. C. de rapt. virgi. num. 250. & sequenti.

Vicesimo octauo, examinanda est hoc in loco opinio Angeli Castrensis, qui in dict. consil. 459. lib. 2. inter Pauli sui parentis responsa: existimat furem qui rem furto ablatam intra ecclesiam cōtractauerit: eaq; vsus fuerit, posse ab ecclesia abduci, nec eius immunitate gaudere, ac si furtum in ecclesia commisisset, quod tamen extra ecclesiam perpetravit, quasi hæc cōtractatio, quæ in ecclesia fit, nouum furci crimē vere dici valeat. Nam licet regulariter delinques sit ad locum delicti; & ad urbem vbi deliquerit remittendus, vt in ibi puniatur. l. si cui. §. vlt. & l. vlt. ff. de accusat. & in Auth. vt nulli iudic. §. si quis vero comprehensorum, collat. 9. Regia. l. 2. tit. 17. lib. 8. ordi. & notatur in. l. 1. & in auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oportet. glo. in cap. vlt. de fo. comp. dic. verb. de more. & in. l. à diu. Pio. §. sententiā. ff. de re iud. si tamē quis Toletū rem furto abstulerit, eamq; Hispaliū deserat, poterit à iudice Hispalensi ob nouam cōtractationem puniri, nec tenebitur furem ad iudicem Toletanum remittere. quod Bar. notat in. l. si dominum. ff. de furt. & ibi Alexā. Guido. q. 202. Bald. in. l. vnica. col. 17. C. de confes. idem Bald. consil. 771. lib. 3. Ang. Castrensis in dict. consil. 459. quorum opinio communis est secundum Nicol. Boerium decis. 13. nu. 47. sed

47. ſed quia hæc ſententia dubia quibuſdam viſa fuit: ſiquidem contrarium tenet Fulgoli. confi. 149. col. 2. & Bald. in dict. confi. 471. aſſeuerat Bartoli opinionem nõ ſeruari, nec admitti in praxi, eamq; late reprobat pluribus rationibus Marcus à Mantua apophthegmate. 103. ex ducentis poſterioribus: ego maxime dubius ſum, an verum ſit quod in hac matetia de eccleſiarum immunitate Angelus Caſtrenſis adnotauit: imo, vt ingenue fatear, eius opinionem falſam eſſe cenſeo: licet concedam rem ipſam furto ablatam poſſe ab ipſo ſiſte etiam intra eccleſiam per vim auferri vt dominõ reſtituatur, ne eccleſia occupantem rem alienam tutari videatur, atque ita arbitror intelligendam eſſe deciſionem tex. in dict. capi. vlti. de immunit. eccleſ.

Viceſimo nono, conſtat nõ tantum laicos ſed & maiorĩ ratione clericos inuitos ab eccleſia euelli non poſſe etiam à iudice eccleſiaſtico, quemadmodum poſt Innoc. Cardi. q. 6. & alios in dict. c. inter alia. Roma. reſpondit in confi. 234. & confi. 227. cui Panormita reſragatur in dict. capit. inter alia. nu. 13. ſcribens, iudicem eccleſiaſticum poſſe clericum inuitum ab eccleſia abducere ad criminis punitionem, quod conſuetudine & moribus obtinuit, vt teſtatur Ioan. Bernar. in pract. criminali. cap. 15. qui tamen aſſert Roma. opinionem magis communem eſſe: & opinatur eam ſeruandam fore vbicunq; crimen, quod clericus commiſerit, ſit dignum degradatione, & traditione curiæ ſeculari, tunc etenim vel clericus non eſt ab eccleſia abducendus: aut ſt abductus fuerit non eſt curiæ ſeculari tradendus, qua in re ipſe conſiderandus eſſe cenſeo, in criminibus, quæ digna ſunt degradatione & traditione iudici ſeculari faciendæ, non obtinere locum, eccleſiarum & templorum diuinorum immunitatem, cum atrociffima ſint. Et ideo ſi crimen à clerico perpetratum exigat degradationem, & traditionem, ac præterea eiufmodi ſit, vt fugientem ad eccleſiam priuet iure immunitatis eccleſiaſticæ. non video qua ratione clericus ab eccleſia extrahi non valeat, ac demum curiæ ſeculari poſt degradationem tradi, alioquin iuſtiſſimum eſt, traditionem minime fieri in quo oportet maturius cogitare.

Triceſimo, præparet ex præmiſſis, fugientem ad eccleſiam, qui ab ea iure abduci non poſteſt, minime eſſe intra eandem eccleſiam, neruis, compedibus, aut catenis vincendum, ligandum ve, ne fugere quò libuerit, ei liceat. hoc etenim contra eccleſiaſticam libertatem, & immunitatem ſit: & ob id fieri non debet, quod deduci poſteſt ex cap. de finiuit. 17. q. 4. l. præſenti, C. de his qui ad eccleſi. confugi. l. 2. titu. 11. parti. 1. tenet in ſpecie Guido

Papæ deciſio. 121. ſcribens contrarium moribus receptum eſſe, & id permitti poſteſt, vbi ambiguum ſit, debeatne gaudere delinquens eccleſiæ immunitate, inodò vincula ab utroque iudice eccleſiaſtico & ſeculari iniiciantur, ſicut tradit Bellõga in Specul. princ. rub. 11. §. ſed quia. numero. 21.

Triceſimo primò, eadem ratione inferitur, vbi immunitas eccleſiaſtica iure ſeruanda eſt, non poſſe eccleſiam ipſam obſideri, vt ad eam fugientibus alimenta, victus, & veſtitus minime deferantur, cum hoc ſit immunitatem omnino violari, cum hoc ſit immunitatem omnino violari, quod probatur in dicta. l. præſenti. & in dicta. l. ſecunda. ſecundum Hoſtienſ. Abb. numero. 13. & communem in dicto capitulo. inter alia. Guido dicta. q. 121. nec contraria conſuetudo valet, vt late offendit Ioannes Igne. in. l. prima. in principio. ff. ad Syllania. ſcribit tamen Andreas Alciat. lib. ſeptimo. parerg. cap. ſeptimo. Pausaniam Lacedæmonium proditionis accuſatum, cum in templum Palladis Chalciocæ confuſiſſet, à matre obſtructa pariete, templi ianus: coactum fame mori. citat huius hiftoriæ authorem Aemylum Probum, ſed & Ioan. Stobæus ſermone. 37. eiufdem meminit, ex Geſneri interpretatione in hunc ſane modum. Cum Perſæ Græciam vaſtarent, & indigenæ omnes perturbati eſſent, Pausanias Lacedæmoniorum dux quingentis auri talentis acceptis à Xerxe Spartam proditurus erat. Cæterum, interceptis epiftolis Hegſilaus eius pater, cum reintellexiſſet ab illis, qui in epiftolas inciderant, perſequens eſt filium ad templum uſq; Mineræ, quæ Chalciocæ ab æde ænea cognominatur: ibi foribus templi obſtructis per lateres, vna cum vxore ſua Pausaniæ matre, introitum guſtodiuit, & proditorem fame necauit, quem mater mortuum ſublatum extra fines Spartæ proiecit. Haſtenus Stobæus ex Chryfermo in ſecundo libr. Hiftoriæ Perſicæ. Plutarchus item in parallelis capit. 21. Perſis, inquit; Græciam diſcurſationibus, ac prædis inſectantibus, Pausanias Lacedæmoniorum Imperator quinquaginta auri talenta, vt Spartam proderet, à Xerxe accepit. Quod vbi deprehenſum eſt, pater Ageſilaus uſque ad Chalciocæ Palladis templum filium inſectatus cocto latere ita templi fores obtruxit, vt eum inedia conſumpſerit, mater autem inſepultum eiecit: quemadmodum Chryfermus hiftoriarum ſecundo refert. Hæc Plutarchus, cuius teſtimonio adducor, vt exiſtmeti apud Stobæum corruptam eſſe vocem in talentorum numero. Sed & Diodorus Siculus lib. 11. idem ferè de Pausaniæ morte ſcripſerat. Eiufdem mortis meminit Lycurgus in oratione cõtra Leocratem: & AElia

nus

Variarum Resolutionum

nus lib. 9. de varia Historia. Ad hanc Pausaniæ occisionem putat Alciatus alluissse Ouidiũ in Ibin.

*obstruẽtoq; necem patiaris limine templi.
Vt legem pœna cui dedit ipsa parens.*

Idem Plutarchus capit. 22. in parallelis scribit: Romanis aduersus Latinos bellum gerentibus, quædam patricium genere, inopem tamen adolescentem Cassium Brutũ nomine, dicta mercede portas aperire volentem, deprehensum ad auxiliare Palladis templum confugisse, tandem ab eius patre Cassio signifero oclusis tẽplis foribus fame necatum fuisse, insepultumq; à parente eiectum esse. quod adducit ex Clytonymo in libr. no. rerum Italicarum. Paulo aliter Pausaniæ mortem, & quod is fugiens ad templum Palladis Calcioecæ impunitatem solus non meruerit tradit Pausanias libr. 3. in Laconicis & Thucydides libr. 1. de bello Peloponnesiaco. quo in loco Laurentius Valla è Græco vertit, Palladem Chalcidoniã, cum vertere debuisset Chalciocam. Huius etiã tẽpli Chalciocci mẽtio fit à T. Liuiõ lib. 5. decad. 4. & Polybio lib. 4. vt obiter lectorẽ admoneam, Nicolaum Perottum non satis huius dictionis cognitionem habuisse, qui templum arario vicinũ fuerit interpretatus. Pausaniæ vero matrem Alci thean nominat Thucydides interpres, patrẽ autem ipse Thucydides Cleombrotũ fuisse scribit.

Tricesimo secundò, dubitatur ex hoc, quid dicẽdum sit de delinquente, qui cum ad ecclesiã confugisset, eã clausam inueniẽs, manu portas, earũve
18 aniam, aut vectes apprehendit, an inde extrahi possit à iudice seculari absq; violatione immunitatis ecclesiasticæ? Et sanẽ hunc abduci ab eo loco nõ posse, & si abducatur immunitatẽ ecclesiæ violatam censerit, rñdit Ioan. Igneus in. d. l. i. ff. ad Syllani. nu. 57. dicens Rhotomagi ita sæpissimẽ iudicatũ fuisse. nam & id à ratione sacrorũ canonum super hac re statutorum palam deducitur.

Tricesimo tertio, idem dicẽdum erit de eo, qui cum esset intra ecclesiam per vestem eius extrã ecclesiam extensã apprehensus fuit, & ab ecclesia abductus, violatur enim ex hoc immunitas ecclesiastica secundum Ioan. Andream in ca. vlt. de immunit. ecclesia. & Ioan. Igne. in dict. nu. 57.

Tricesimo quarto infertur ex prænotatis, iudicem laicum nec posse abducere criminiosum ab ecclesia, etiam absq; licentia episcopi, quoties iuxta canonicas sanctiones delinquens ab ecclesia extrahi potest, nec immunitas ecclesiarũ ex eo violatur. siquidem cum ecclesia tunc ad eam fugientes minimẽ tenetur, nec tutari velit, nulla fit ei iniuria, si propria autoritate iudex etiam secularis eos per vim abduxerit, quod moribus & praxi Christiani orbis satis receptum est, vt asse-

rit Guido Papæ. q. 121. notat Guilielmus Bene. in capitu. Rainutius. verbo. vxorem. num. 444. de testament. quanuis Cinus & Salyce. in dic. auth. si quis ei. C. de adult. & Belluga in Speculo princip. rub. 11. §. & quia. nu. 27. teneant, in hac specie exigendam esse licentiam à iudice ecclesiastico, vel prælatis. per textum inibi, qui tamẽ non omnino apertẽ hoc probant in his casibus, quibus ab ecclesia possunt criminum authores iure pontificio euelli.

Tricesimo quinto, non est prætermittendum ex capit. vlti. de immunit. eccles. adnotari posse si eius communem interpretationem consideremus laicum crimen aliquod intra ecclesiam perpetrantem: posse à iudice sæculari puniri, nec eius criminis cognitionem ideo ad ecclesiasticum iudicem pertinere: quod intra ecclesiam commissum fuerit. nam si laicus committens delictum in ecclesia potest à iudice sæculari inde inuitus abduci, textus in dicto capitu. vltimo. poterit sanẽ per eundem iudicem puniri. quod aduersus Cinum in. l. præsent. C. de his qui ad eccles. confu. Panormitan. existimat iure verum esse in dicto capitu. vltimo. idem in capitu. cum sit generale. num. 27. de foro competen. Barto. in. l. si cui. §. vlt. ff. de accusat. idem Panormit. in dict. capit. in ter alia. num. 29. Angelus de maleficijs. §. in scalis sancti Petronij. tametsi secundum eum & Panormit. iudex ecclesiasticus ratione sacrilegij poterit aduersus delinquentem in ecclesia quo ad eius pœnam procedere.

Tricesimo sexto, his proximẽ accedit, iudicem laicum, & si non possit fugientes ad ecclesiam inde inuitos abducere, posse tamẽ ab eis arma prohibita, & legibus vetita etiam intra ecclesiam auferre. delinquit etenim is, qui fert arma prohibita, & ideo cum hoc delictum in ecclesia committat, à iudice sæculari puniendus, aut saltem armis priuandus erit. Nam regulariter arma prohibita sunt, & item eorum vsus vetitus tam clericis, quam laicis, tam intra ecclesias, quàm foris. text. in. l. prima. C. vt armorum vsus infcio principe interdictus sit. libro vndecimo. ca. clerici arma. de vit. & honest. cleri. tradunt latẽ Corn. con fil. 20. libro tertio. Socinus regula. 30. Catellian. Cotta. distione. Armorum. eleganter Tiraquelus de nobilitate. capitu. 20. numero. 66. extant & Regiæ sanctiones hac de re, & optimus tex. in ca. 1. §. si clericus. de pace tenend. & eius viola. in feudis. pœna tamen, quæ ob armorum vsum lege infertur, à clericis exigenda est apud iudicem ecclesiasticum, secundum Ioan. de Platea in. §. item lege Iulia. Inst. de pub. iudic. & Ioan. Lupi. in capi. per vestras. 2. notabi. §. 1. nu. 13. Apud Gallos cleri
ci ar-

ci arma vetita deferentes per iudices ſeculares puniuntur, quemadmodum teſtantur Chaffanç. in cõſue. Burg. rub. 1. §. 5. verſi. Archidiaconus. num. 79. & Carolus lib. 2. Regaliũ Franciæ. priuilegio. 17. modo pœna ſit pecuniaria, non alias. Apud Hiſpanos vſus obtinuit, vt clerici cum armis ipſis deprehenſi à miniſtris iudicis ſecularis: armis expolientur, quod iuſtè fieri poteſt, cùm alioqui ſi à iudicibus ſecularibus id non fieret, liberam haberent clerici facultatem arma vetita deferendi, ac deinde maxima ab his ſcelera liberius perpetrarentur in rei publicæ iniuriam, & eccleſiaſtici ordinis, ac dignitatis opprobrium.

Cæterùm, vt & hoc non omittamus, adnotandum eſt in Franciæ & Gallorum Regno, delinquentes ſtatim ab eccleſijs abduci, vinctosque à laicis iudicibus obſeruari: ac demum tractatur ſi neis, qui abductus fuit, dignus iuxta Canonicas

ſanctiões eccleſiarum immunitate, quòd ſi dignus ea iudicetur: remittitur, & reſtituitur eccleſiæ, alioqui punitur à iudice ſeculari, quemadmodum aſſeuerat Rebuſſus in proœmio conſtit. Regiarum gloſ. 5. nume. 40.

Sed & illud non eſt in hoc tractatu prætermittendum: An liceat, honeſtumve ſit clericis, fugientes ad eccleſiam armis defendere, ne à iudicibus ſecularibus ab eiſdem templis per vim extrahantur hi, qui immunitate iſta iure vt poſſint. Et Colleſtarius in dicto capitul. inter alia, id fieri non debere, aſſeuerare videtur, ac ſatis eſſe cenſet, ſi eccleſiaſtici armis ſpiritualibus, id eſt, cenſuris vtantur. eandem opinionem multis probat Reinigius de iimmun. eccleſ. q. 12. quod & edito Regio nuper cantuũ eſt iuſſu Catholicæ Maiestatis, ac Regis noſtri Philippi, vt multis obuiani iretur ſcãdalis, quę hac ex cauſa cõtingere ſolent.

Huius ſecundi libri Finis.

111
112
113
114

Faint, illegible text in the top left corner, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text in the top right corner, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Historia de la ciudad de Madrid

The main body of the page is almost entirely obscured by a dense, dark, grainy texture, likely due to severe scanning artifacts or damage to the original document. No legible text is visible in this section.

V A R I A R V M T E X I V R E
Pontificio, Regio, & Cæsareo Reso-
lutionum Liber Tertius.

A V T H O R E D I D A C O
Couaruias à Leyta, Episcopo
Segobiensi.



Cum Priuilegio.
S A L M A N T I C A E,
In ædibus Dominici a Portonarijs, C. M. Typógraphi.
M. D. L X X.

H V I V S T E R T I I L I bri Caputum Summa.

- QV I D sit vsura: quove iure prohibita fuerit? Caput primum.
- An teneatur, possitve licitè pecuniam pupillarem tutor scenerare? Caput secundum.
- De pœnis contra vsurarios iure Pontificio, Regio, & Cæsareo statutis. Caput Tertium.
- Traditur vera ratio dicendi ad. l. curabit. C. de actio. empt. Caput quartum.
- Quid hæc dictio, Maioratus, ex propria vi apud Hispanos contineat? Caput quintum.
- Quo pacto princeps valeat tollere, aut mutare testatoris voluntatem quo ad fideicommissa, & maioratus? Caput sextum.
- De annuis redditibus, an hi possint titulo emptionis in pecunia constitui? Caput septimum.
- Pacti, quod de retrouendendo vulgò dicitur, propria vis, & natura expenditur. Caput octauum.
- De pacto redimendi, cum emptor vendere voluerit, & de iusto annui redditus pretio. Caput nonum.
- De iusto pretio annui redditus redimibilis, & de ipso redimendi pacto. Caput decimum.
- Quo tempore ex lege Regia possit retrahi res vendita sub annuo redditu redimibili. Caput vndecimum.
- De donatione omnium honorum, quæ fit reseruato vsufructu. Caput duodecimum.
- Quid consuetudo possit circa fructus beneficiorum absentibus conferendos. Caput decimum tertium.
- Traditur brevis interpretatio. l. inuitum. C. de contrah. emptione. Caput decimum quartum.
- De precarij reuocatione: an & ea liberè permessa sit? Cap. decimū quintum.
- Possessio beneficij ecclesiastici: quonam pacto iure acquiri possit? Caput decimum sextum.
- Eiustionis materia ad Gregorianæ constitutionis interpretationem expenditur. Caput decimum septimum.
- De creditore habente specialem, simul & generalem hypothecam. Caput decimum octauum.
- Adnotantur aliqua de bonis matrimonio constante acquisitis. Caput decimum nonum.
- De meri, & misti Imperij, ac iurisdictionis delegatione. Caput vicesimum.

VARIARVM EX IVRE Pontificio, Regio, & Cæsareo Reso- lutionum Liber Tertius.

A V T H O R E D I D A C O

Couaruias à Leyua, Episcopo
Segobienfi.

S V M M A R I A.

Ex capite sequenti.

- 1 **V** *Sura definitio late discutitur: & nume*
ro. 2.
- 2 *Ad heresim, an sit necessarium eius assertorē*
Christi fidem sacro baptisate suscepisse?
- 3 *Traditur ample intellectus capitul. salubriter.*
de vsuris.
- 4 *Intellectus cap. conquestus. de vsur. & capi. x.*
de feudis.
- 5 *Vsuram iure naturali, & diuino prohibitam*
esse ostenditur.
- 6 *Vsura à iure civili Cæsarum prohibita non est:*
tametsi Regia lege sit improbata.
- 7 *An licuerit vnquam Iudeis vsuras exercere*
erga alienigenas?
- 8 *Vsura licita non est, etiam dispensatione, &*
priuilegio Romani pontificis.
- 9 *Vsura an sit licita ex restatoris voluntate? &*
inibi traditur interpretatio tex. in. l. 3. §. vlti.
ff. de annuis legatis.

Quid sit vsura: quo ve iure
prohibita fuerit? Cap. I.



Vi de vsurarum crimine ex
professo hætenus tractaue-
re, ab vsuræ definitione, vt
par est à rei cognitione, ne-
gotium ipsum, auspicantur:
varias hac in re obseruantes
opiniones: quarum aliquot
ipse breuiter attingam. Ioan. Andre. etenim in re
gu. peccatum. colum. secunda. de regul. iur. in. 6.

- 1 Innocen. Cardin. Abb. & Anani. in rubri. de vsu
ris. numero. 3. Salyce. in rubri. eadem. C. & Carol.
Molinæ. in tracta. de contractibus. numero. 6. in
hoc conuenire mihi videntur: quod vsuram defi-
niunt esse: quicquid forti accedit ex pacto, vel
spe præcedenti. textus ad id optimus in capitul.
vltim. 14. quæstio. 3. ex Agathensi concilio. Ve-
rè tamen hi Doctores peccatum, & crimen vsuræ,
de quo agimus, non definiunt: sed potius rem
ipsam ex eò crimine partam: nempe pretium,
aut æstimationem pecuniæ ipsius vsus. Est ete-
nim vsura pecuniæ vsus: & item ipsius vsus pre-
tium: id verò ad criminis definitionem non perti-
net. Nec esset congrua definitio: si quis furtū esse
responderit, rem alienam domino inuito contre-
ctatam: siquidem potius definitur res ip. à furto
acquisita: materia, ac subiectū criminis: q̄ ipsum
crimē. & ideo licet Lauren. à Rodulphis in tract.
de vsuris. q. 1. præmissam Doctorū definitionem
probauerit: mihi profectò non placet: qui existimo,
aliud esse materiam ipsam criminis, aliud cri-
men ipsum: sic equidem differt res ipsa, quæ cri-
minis materia est, ab ipso crimine: etiã si Hispani
vulgò furtum appellemus rem ipsam à dño inui-
to ablatam: quo fit, vt sæpissimè oporteat in his,
quæ ad scelerum cognitionē pertinent, ipsum cri-
men ab eo, ex quo crimen fit, & perficitur, omni-
no distinguere. Hinc pfecto, ni fallor, dirimi po-
terit ea controuersia, quæ passim discutitur: sit ne
necessariū, vt aliqua propositio hæresis dicatur:
eius assertorē Christianum, & catholicæ fidei pro-
fessorē baptismi lauacro fuisse. Quidā enim opi-
nantur, hæresim esse errorem intellectus catholi-
cæ fidei manifestè contrarium ab homine Chri-
stiano pertinaciter assertum, atq; ideo existimāt
non aliter errorem catholicæ fidei manifestè con-
trarium, dici posse hæresim, q̄ si ab eo, qui Chri-
stianam fidem fuerit professus, asseueretur: cum
hæresis circa materiam catholicæ fidei versetur:
& ob id congruere non possit, nec aptari valeat

A 2 Sarra-

Variarum Resolutionum

Sarraceno, Turca, aut infideli: nec Sarracenus hereticus dici poterit, etiam si negauerit articulum fidei, iuxta tex. in c. heretici. 24. q. 1. cap. firmissime. de heretic. gl. in Cle. 1. §. vlt. verb. hereticū. de vsuris. Abb. & Doct. in rubr. de heret. Thom. 2. 2. q. 11. art. 2. & Card. à Turre Cre. in lib. 4. de ecclē. 2. parte. c. 1. Alij sanè censent, errorem catholicę fidei manifestè contrariū, hæresim esse, & verè ita nuncupari posse, etiam si à Turca, aut Sarraceno proponatur, & prædicetur. quod probat. eleganter Alfonso à Castro de iusta hæret. punit. libr. 1. cap. 1. Ex eo quòd cum propositio catholica, à quocunq; asseratur verè catholica est, etiam si à Sarraceno pronuncietur: ita eadem ratione propositio contraria catholicę fidei erit hæretica: tametsi ab eodē Sarraceno pronūciata fuerit. Hæc etenim assertio, Deus est trinus & vnus, catholica est: siue illam proponat Iudæus, siue Turca. ergo sua contradictoria, Deus non est trinus & vnus, erit hæretica: à quocunq; dicatur. Nam isthęc posterior opinio vera est, si hæresim simpliciter assumamus, pro ipsa propositione aduersus fidem catholicam asserta: pro ipsa quidem re: ex qua grauissimum crimen apud Christianos committitur, siquidem hæc propositio: Deus non est factus homo: etiam à Turca pronūciata: etiam in pariete descripta absque vilo certo authore, vel ab eo, qui penitus quid scriberet ignorabat, vel à catholicis eam euerteribus proposita, hæresis est: & ita verè dici potest: cum sit error manifestè catholicę fidei contrarius. At si hæresim pro ipso crimine accipiamus: prior sententia potior est, & magis probanda: cum hæreseos nomen quatenus infame est, & causa sceleris notam iufert, ac nefandum crimen præmittit: exigit profectò multa quidem: nempe quòd eius author Christianam fuerit professus: item, quòd pertinaci animo, & errore intellectus propositionem contrariam manifestè fidei catholicę pronunciauerit, vel asseruerit: quemadmodū constat horum prius ex dict. cap. heretici. & his, quę modò citauimus. Posterius autem apparet ex capit. dixit. 24. q. 1. & in Clemen. 1. de summa Trini. & Cle. 1. §. vlt. de vsur. Odra. cōsil. 210. text. elegans in extrauag. cum inter nonnullos. Ioannis. 22. de verb. signifi. & in cap. qui in ecclesia. 24. q. 3. quod alibi aptius tractabitur.

Interim tamen non omitam, hoc in sensu accipiendum esse quod S. Tho. in priorem ad Corinth. cap. 2. lect. 4. scribit asseuerans, de ratione hæresis esse pertinaciam: idem non obscure tradit. 2. 2. q. 2. art. 6. ad. 2. & q. 11. art. 2. ad. 3. explicat eleganter, & magno cum iudicio præsul Canariensis Bartholomæus Torres vir, & moribus, &

Sacrę Theologiæ non vulgari eruditione insignis, Collega olim meus Salmanticę in admodum celebri Sanctissimi Saluatoris collegio: is inquam in Commentarijs, quos in S. Thomam edidit prima parte. q. 31. arti. 4. de pertinacia ad hæresis tractatum doctissime disserit.

His accedit, quod hæreseos nomen olim ante legis Euangelicę promulgationem, & apud eos, qui Christianam religionem nondum acceperāt, infame non erat, sed significabat electionē quamdam disciplinæ: quam quisque profitebatur: ab *εἰρημαί*, verbo Græco: quod Latine vertitur, eligo. Sic Lucianus libro, quem de placitis, seu sectis philosophorū scripsit, titulū tribuit, *περὶ εἰρημαί*, id est, defectis: eadē rōne hæresim veteres dicebāt quancunq; opinionem, quam tenaciter quisque tutabatur. Augustin. lib. 8. de ciuita. Dei. capit. 12. Aristoteles, inquit, vir excellentis ingenij: cum sectam Peripateticorū condidisset: quòd deambulans disputaret consueuerat: plurimos discipulos viuò adhuc præceptore in suam hæresim congregauit. vtuntur & eadē dictione in hoc sensu Cicero ad Crassum, & in præfatione Paradoxorum ad Brutum: & iurisconsultos Modestinus in l. si duas. §. est autem. ff. de excusat. tuto. Diuus Hieronymus in epistola ad Galatas capit. quint. to. capit. hæresis. 24. questio. 3. tradunt Budæus in l. 1. §. item sciendum. ff. de edili. edict. Corasius lib. 3. Miscellane. capit. 8. Alfonso à Castro lib. 1. de iust. hære. punit. cap. 1. Verum enim verè quia in lege Christianorū, quę ab ipso Deo data est, ac diuino numine inspirante ab eam profitentibus accepta: non electa iuxta illud Ioan. 6. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum. & Ioan. 15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos: Christianis non cōuenit electio sectarū: nec eis licet quicquam circa fidem eligere: cum fides catholica non ex hominis arbitrio, nec ex humano ingenio pendeat: sed Deo inspirante ac reuelante sit hominibus manifestata: & quia in verba sacrę scripturę, & ecclesię catholicę iurauimus, nec possumus ab illarum sententia discere: apud nos hæresis nomen infame est: quòd latius ostendit Alfonso à Castro. in dict. capit. 1. & lib. 1. de hæresib. cap. itemdem. 1.

Hinc sanè deducitur, eum esse hereticū, qui hæresim pronūciauerit, aut asseruerit: intelligendo hæresim: prout apud nos adsumit pro ipso crimine, & quatenus crimen præmittit: siquidem & inibi significatur errorem assertum fuisse ab homine Christiano, pertinaci animo, errante intellectu. At si hæresim accipiamus simpliciter: non vt crimen, sed vt propositionē falsam aduersus fidem catholicam: non statim sequitur, eum qui

eam

eam pronūciauerit, hæreticum esse: quemadmodum docet idem Alfonso à Castro. lib. 1. de iust. hæret. punit. cap. 7.

Vsurā igitur, vt crimen est, ab alijs ita definitur: vsurā est voluntas capiendi vltra sortem lucrum aliquod temporale vi, & causa mutui principali ter. Voluntas, in quā, id est actus voluntatis interior, vel exterior: sicuti & in simoniæ definitione explicat Hadria. quolib. 9. arti. 2. vt hinc colligamus vsurā esse mentalē: cum quis mutuo dat centum Fictio spe consequēdi ab eo vltra sortem decem: alio qui non mutuaturus. capi. consuluit. de vsuris. itē & esse exteriorē, quam actualem quidā appellānt: cū quis pacto expressim apposito mutuat mille recepturus ex cōuētionē quinquaginta vltra sortē ipsam. Lucrū ideo diximus: quia ad hoc crimē exigitur, id quod vltra sortē accipitur, verē lucrū esse: cum alioqui si quis in mutuo dederit mille, ac demū sortē ipsam acceperit, & præter ea centū, quæ sibi iure debentur vltra sortem: vsuram minimē cōmittit: etiā si id pactus fuerit: sicuti constat omnium fere consensu: quando creditor qui mutuat, in pactum deducit, vt ipse debitor teneatur simile ei bñficiū exhibere: si in egestatem venerit, aut pecuniæ mutuatae quādoq; indigēs fuerit modo aliter hic debitor ex ea pactione non obtigeret, quā secluso pacto ipse iure cuiusdā honestatis moralis tenebat creditor simile beneficium rependere: quod traditū est in. d. c. consuluit. à Panor. & alijs: atq; id à nobis fuit breuiter adnotatū lib. 1. harum resolutionum. cap. 20. numero. 4.

Hinc iustissimē creditores defenduntur, qui à debitorib; vltra sortē principalē, aliquid recipiūt: ratione interesse, vel damni emergentis, vel lucri cessantis secundū ea, quæ frē quantissimē adnotatur in cap. conquestus. de vsur. & in l. gurabit. C. de actio empt. ad cuius interpretationem paulo post nos idem latius explicabimus. Dicitur: lucrū aliquod temporale: quia si quis etiam vi mutui amicitiam alterius paciscatur, aut animo adquirere intendat: aut aliam rem vtilē quidē, sed in iniuriā estimabilē ratione pretij: quod ei conuenire nequit, ex eo quod non soleat ea res pecunia estimari: vsurarius censendus non est: sicuti Doct. faciunt. vltimo loco propulsumus in definitione vsuram vi mutui committi, aperte intelligentes hoc crimen in alijs cōtractibus quā mutui nequaquā accidere. atq; ita verū est: modo accipiamus mutuum siue expressum, siue tacitum: & hoc quidem ea ratione: quia supissimē sub imagine emptionis, & venditionis subest cōtractus quidam pignoratitius: qui latenter vitium hoc vsuræ, maximo reipublicæ & pauperum incommodo con-

tinet. cap. ad nostram. de empt. & vendit. vbi mētio fit pacti de retrouendendo. cap. in ciuitate. de vsuris. quoties res venditur carius pecunia credita, quā presentī & statim numerata iustē venderetur: de quo aliqua diximus. 2. lib. harum resolutionum cap. 3. num. 7.

Ex his plurima possent deduci, sed præsertim aliquot attingam, quæ frequentiora sunt. Et primo offert sese insignis Pontificia decisio cap. salubriter. de vsuris. Cuius hæc sunt verba. Sanē generū ad fructus possessionum, quæ sibi à socero sunt pro numerata dote pignori obligatae, computandos in sortem non credimus cōpellendum, cum frequenter dotis fructus non sufficiant ad onera matrimonij supportanda. Hactenus Romanus Pontifex: qui planē respondet non esse generum vsurarium, etiam si præcipuos percipiat fructus reipignori date vltra sortem ipsam: cū tamē alioqui creditus vsurarius sit: si fructus pignoris vltra sortem sibi præcipuos habuerit. cap. primo. cap. conquestus. de vsur. cap. 1. de feudis. l. 1. & 2. C. de pigno. actione. Sed huic obiectioni respondetur: à summo Pontifice decretum esse fructus pignoris dati pro dote soluenda in sortem minimē computari ratione interesse tam damni emergentis, quā lucri cessantis: damni emergentis: vbi maritus dilata solutionē dotis detrimentum patitur lucri cessantis; quæ ea constitutio tunc admittenda sit: cum ipse gener attenda eius industria, & officio possit ex dote statim sibi soluta lucrari tantam quantitatem: quantam ex fructibus pignorum quotannis percipiebat, non aliās, secundum Hostien. Ioan. Andr. Abb. Antoni. & alios in dict. cap. salubriter. Bart. in l. in insulam. §. vsuras. ff. solut. matr. Bologni. cons. 19. Hadria. in. 4. senten. tract. de vsuris. verif. sed dubium. Syluest. verbi vsura. 4. q. 2. Maiorem in. 4. dist. 15. q. 31. verif. tertius casus. Bald. in l. vlti. §. præterea. 2. col. C. de iure dot. Alex. in dicto. §. vsuras. & cons. 178. num. in lib. 7. Det. cons. 119. num. 4. Conrad. de contractibus. q. 35. cons. 7. & cons. 5. Ioann. à Medina. de contract. cap. de acquisitis per vsurā. §. ad capit. salubriter. fatentur hanc opinionem communem esse Bald. Nouell. de dote. 7. parte. priuileg. 3. & Carol. Molinæ. in tract. de vsuris. q. 74. nu. 25. Ioan. Lupi in cap. per vestras. 6. nota bili. §. 8. Parisus consil. 64. lib. 4. ex his verò quidam opinantur sufficere, vt ratione interesse hoc in casu percipiantur fructus pignoris præcipui vltra sortem: quod is, cui dos est promissa, aut debita: interim dum ea non soluitur, sustinet onera matrimonij ex propria re, & proprio patrimonio: quæ ex dote soluta possit profecto sustinere. l. pro oneribus. C. de iure doti. quā ob rem

Variarum Resolutionum

de damno euitando, agit maritus fructus pignoris præcipuos habens: non de lucro acquirendos: nec hi Doctõ. requirunt interesse lucri cessantis: quod dote statim soluta maritus consequeretur attenta eius solita industria, & negociandi exercitio. huius sanè sensus authores sunt Anania in dict. cap. salubriter. num. 8. Nouell. dict. priuil. 3. Alex. consi. 31. col. 3. lib. 6. sensit idem cõf. 141. lib. 5. in princi. Ioan. Lupi. d. §. 8. Carol. in dict. q. 74. nume. 525. Caieta. 2. 2. q. 78. arti. 2. Qui quidem interesse damni emergentis appellat totum id quod maritus expendit in alenda vxore, & oneribus matrimonij sustinendis: & ideo permissum esse opinantur, quod fructus pignoris percipiat, hoc item probabitur inferius illatione. & idem sensit Detius in dict. consili. 119. num. 4. post. Paul. Castrenf. in dicto. §. vsuras. qui temperatè loquitur dicens id procedere ex eo quod præsumendum sit, maritum, si statim dos fuisset soluta; potuisse per industriam acquirere lucrũ aliquod ex quo alere posset vxorem. Ego sanè non inficior, maritum, & quæcunq; alium creditorem iustissimè absq; vsurarum labe: posse percipere fructus pignoris præcipuos vitra fortem, vel ex pacto, vel ex lege, ratione interesse damni emergentis & lucri cessantis: & tamen non video qua ratione possit congruè colligi damnum, & eius ratione interesse ex eo, quod maritus onera sustineat matrimonij: si quidem eadem sustinisset statim dote soluta, vel ex ipsa dote, vel aliunde. quod si dixeris: statim soluta dote non expenderet proprias pecunias pro oneribus matrimonij: sed ea onera expedirentur ex ipsa dotali pecunia: id fateor: modo manifestè sentias, & consideres: expensis in hanc rem proprijs numis, dotali pecuniam saluam esse: quæ alioqui expensa foret. Deinde hac Ananiz opinione admissa, maxima constaret iniquitas: aut non esset æqua Romani Pontificis cõstitutio: cum in sepißime essent maiora onera matrimonij quàm ipsorum fructuum æstimatio: & fieret non æqua damni emergentis cum ipsis pignorum fructibus compensatio.

Quam ob rem verius esse censeo quod paulò antè scripti, nèpe fructus pignoris dati pro dote soluenda: tunc nõ esse in fortem computandos, cum interesse damni emergentis, aut lucri cessantis æquale sit verisimili, licet nõ exacta cõsura, fructibus ipsius rei datæ in pignus. Interesse autè damni emergentis id appello: quod creditori sequutũ fueris ea ratione: quia dos soluta ab initio non est: & ob id damnum patrimonij & rerum, passus fuerit: coactus equidem sub vsuris licitis, aut annuis redditibus pecuniam quærere ad ea onera subleuanda:

quæ ex dotali pecunia possent cõmodè tolerari. lucri verò cessantis interesse illud est, quod ipse creditor posset inspecta solita industria, & ipsius prouinciæ qualitate, & cõditione ex pecunia dotali statim soluta acquirere. atq; iuxta hunc sensum esse accipiendum Romani Pontificis responsum in dict. cap. salubriter. ipse colligo ex mente Doct. inibi & aliorum, qui rem istam tactauerunt: præsertim id asserunt Panor. in dic. & cap. salubriter. Paul. Cast. Imol. Alex. in dict. §. vsuras. Conrad. dict. q. 35. conclus. 7. Hadrian. Ioan. Maior. & Medina nominatim superius citati. & esse hanc opinionem frequèntiori authorum in iudicio probatam minimè ipse dubito. sensit idem latè Ludou. Bologni. in dict. cons. 19. Imo & Ioan. Lupi. in dict. §. 9. col. 3. tandem hanc opinionem sequitur.

Hinc primò apparet summi Pontificis cõstitutionem in dict. capit. salubriter. non tantum esse obseruandum in genere erga locerum; sed etiam in quocunq; extraneo; cui dos promissa fuerit, quod manifestè deducitur ex ratione, cui iunittur prædicta decisio.

Secundo constat, non esse id speciale, in fauorè & priuilegiũ dotis statutũ: nempe fructus pignoris in fortem minimè computari: cum à ratione inter esse id procedat: quæ quidè ratio efficax est, vt aliquid vitra fortem iustè recipi à creditore possit. id verò speciale est in hac specie fauore dotis: vt vir, cui dos fuerit promissa, dilata solutione datũ fructibus pignorum, fructus pignorum præcipuos habeat, nec teneatur eos in fortem compensare, etiam si ab initio nulla pactio præcesserit de fructibus pignorum vitra fortem percipiendis. id enim iure in est ob naturam contractus dotalis. id enim in dict. cap. salubriter. visum est Panormit. & Carolo Moli. de contract. dict. q. 74. num. 524. licet aliàs ambiguum sit, an creditor possit petere interesse ante mortem ob dilationem solutionis: vel possit aliquid ex ratione percipere inuito debitore: cum quo id ab initio pactum non est, quod alibi tractabimus.

Tertiò, probatur ex his: nihil referre ad hoc, vt possit maritus ob dilatarem dotis solutionem fructus pignorum præcipuos habere: quod maiorem, minoremve quantitatem expèdat, in oneribus matrimonij: quam sint ipsi fructus pignorum: sicuti in specie aduertunt Hadrian. d. vers. sed dubium. Et Ioan. Medina in dicto. §. ad capit. salubriter. licet contrarium responderint Angel. & Syluest. in summa. verb. vsura. 3. q. 2. & pleriq; alij. Et ideo quod scribunt Anania in dict. cap. salubriter. nume. 2. ad fin. Alex. cons. 178. libr. 7. nu. 11. & Antoni. Fanensis de pignorib. 5. parte. membr. 5. num. 16. existimantes, fructus pignoris esse in fortem inpu-

imputandos, quatenus excedunt congrua, & iusta alimenta vxoris secundum quantitatem dotis, erit ita accipiendum, vt intelligamus id verum esse quando fructus excedunt legitimum, & verum simile interesse: quod ratione lucri posset ex dotali quantitate à marito percipi: alioqui falsum est, quod hi Docto. opinantur.

Quartò, hinc poterit discuti, & tractari: quid dicendum sit, vbi dote promissa, & eius solutione dilata maritus cū promissore dotis paciscitur, vltra sortem certam quãtitate quotannis sibi soluendam, interim dum non fuerit soluta dos? Nam quidam censent hanc pactiõnem illicitã esse: nec in hac specie admittendam fore decisionem tex. in dict. cap. salubriter. cùm inibi de fructibus pignorum, id est, de re incerta: vltra sortem percipiendistractetur: & ideò secus sit respondendum, vbi certa quantitas in pactum vltra sortem deducta fuerit. Huius opinionis sunt Ioan. Andr. Antoni. Carda. Ioan. de Ligniano, & Ambros. à Vignate nume. 14. in dict. cap. salubriter. Lau. à Rodolphis in cap. consuluit. 2. par. q. 53. Alex. consil. 27. lib. 4. & consil. 74. & consil. 141. lib. 5. Florētini. 2. part. tit. 1. §. 7. & 27. Soci. consil. 88. num. 18. & consil. 170. num. 10. libr. 4. Ioan. Lup. in dict. capit. per vestras. 6. notab. §. 8. qui nume. 6. & Soci. in dictis responsis existimant, hanc opinionem communem esse. Cõtrarium tamen verius est: si quidem attenda vera ratione decidendi, quam ab interesse deduximus ad dict. capit. salubriter. nulla congrua ratio exhiberi potest: cur ab initio contractus interesse verisimile in pactu deduci non possit: quod in interpretatione. l. curabit. C. de actio. empti. alibi probabimus. & in hac specie ita tenet Calderi. Ancharra. & Abb. in dicto capit. salubriter. Bald. Nouell. de dote. 7. part. priuil. 3. Alexand. consil. 31. libr. 6. Antoni. Rube. consil. 108. Corne. consil. 45. & consil. vlti. colum. 3. lib. 2. Conrad. dict. q. 35. conclusi. 7. Hadrian. vbi supra. Syluester. verbo, vsura. 3. q. 3. Gabriel. Ioan. Maior, & Almain in. 4. dist. 15. tractatu de vsur. eandem opinionem sequuti fatentur communem esse Alex. in dicto. §. vsuras. Carol. Moli. in tract. de contractib. quæst. 74. nume. 53. Et in hanc partem inclinat Deci. consil. 119. idem in cap. cùm venerabilis. de exceptio. num. 14.

Quintò, eodem iure constat, non esse admittendum, quod Antoni. Butri. asseuerat in dict. capit. salubriter. existimans, eam decisionem procedere, vbi nulla dilatio ad soluendam dotem data fuerit focero: quali certum sit, non posse generu fructus pignoris præcipuos habere vltra sortem quoties dederit focero dilatione ad eius solutionem: nec focer ex eo pacto in mora fuerit. sequitur Bu

triu Io. Lupi in dict. §. nume. 3. idẽ tradit Almai. in 4. dist. 15. q. de vsuris. Et ex hoc præcedentẽ illatio nẽ intelligendam esse putant Ant. Rub. dist. consil. 108. & Aymon. consil. 189. colum. pen. vt eadem prior opinio vera non sit, nulla data ad soluendam dotem dilacione: at ea data, eadem omnino tenenda sit posteriori sententia improbata: & repulsa. Nam hæc distinctio, si rationem veri interesse consideremus, probari nequit: cum iustiori sanẽ causa habeat locu perceptio fructuum: alteriusve quantitatis loco interesse: quando libera ex pacto datur facultas ipsi debitori fruendæ fortis: quàm si creditori licitum esset eam quocunq; die petere. quod est omnino adnotandum ex Panor. in dict. cap. salubriter. Imola. & Roma. in d. §. vsuras. Nouello dict. priui. 3. Carolo Moli. dict. q. 74. nume. 524. in hoc tamẽ partu vrgent Conrad rationes in dict. q. 35. conclusi. 2.

Sextò hinc etiam constat, an matrimonio soluto, possit vxor vidua erga mariti hæredes vtrã priuilegio capit. Salubriter. & his, quæ ad eius interpretationem diximus? Innocen. etenim quem autore Panor. inibi communiter alij sequuntur, opinantur, eam constitutionem non esse accipiendam in factorem vxoris matrimonio soluto: cum ea non sustineat tunc matrimonij onera. idem tenent Bart. in l. atqui natura. §. non tantum. ff. de neg. gest. Ancha. consil. 150. Imola. & alij in dict. §. vsuras. Alex. consil. 27. consil. 56. lib. 4. Anto. Rube. consil. 55. & consil. 108. eandem opinionem fatetur comunẽ esse Matthæ. Afflict. decisi. 284. latẽ Aymon dict. consil. 189. num. 7. ad finem. idem notat Caiet. dict. q. 78. art. 2. & Corne. consil. 77. & consil. 21. libro. 3. Sed profecto ratione interesse damni emergentis, aut lucri cessantis poterit vidua fructus pignoris percipere præcipuos: & præterea pacisci vt interim dum soluitur dos certã annuã quãtitate percipiat: quod manifestum est: nec ab his authoribus negatur: & tradunt Alex. consil. 100. lib. 6. idem Alex. consil. 141. lib. 5. Ioã. Lupi in dict. §. 8. num. 4. & num. 8. dicens hanc opinionem comunem post Lancelot. Deci. in dicta. l. diuortio. 3. col. idem notant Iason consil. 92. libr. 1. Contra. de contract. q. 35. conclusi. 9. Aymon dict. nume. 7. & Matthæ. Afflict. dict. decisi. 284. Alex. in l. diuortio in princi. col. 5. nume. 23. & 24. ac 25. & Anton. Fanẽsis in tract. de pignoribus. 5. mēbro. 5. part. ad finem: qui quidem authores opinionem præcedentem, quàm comunem esse cõcedunt; ita iure intelligendam esse censent. Quod si vidua non habeat præter dotem bona, ex quibus percipere possit alimenta: poterit ab hæredibus mariti iuste exigere certam quantitatem dum dos non soluitur, loco alimentorum: cum per eã non

Variarum Resolutionum

stet, quin ei reddatur dos, sicuti expressim adnotarunt Anchar. in reg. peccati venia. 4. q. de regu. iur. in. 6. Paul. Castren. consi. 429. nu. 4. lib. 2. Imola. & Alex. in dict. l. diuortio. nu. 24. idem Alex. consi. 67. col. 2. lib. 4. Et consi. 91. col. 2. & consi. 300. lib. 6. & consi. 141. nu. 7. lib. 5. Aymon cōf. 189. col. 2. & penulti. quorum opinio passim recepta videtur. Mihi profecto non omnino placet: scio etenim eam æquitate quadā potius, quā iure probari, & admitti. Nam inspectis vtriusq; iuris principijs constat: viduam etiam inopem ratione alimentorum non posse vltra sortem dotis aliquid recipere ob dilatam eius solutionem: tamen si præcedens opinio in Neapolitano prætorio fuerit iudicum sententia cōprabata authore Matthæ. Afflict. dict. decis. 284. quod manifestis rationibus ostēdam. Si quidem fauor dotis minimē permittit, nec patitur aliquid vltra sortem recipi. text. in cap. Super eo. de vsur. Nec itidem inopia viduæ: cum ratione paupertatis vsuræ permittendæ nō sint: ex eodem cap. super eo. ratione verō alimentorum eadem opinio minimē defenditur. Quia vbi alimenta ab hæredibus mariti viduæ inopi iure debentur: tunc fateor: hæc alimēta posse ad certam deduci annuam quantitatem. at vbi iure non debentur vxori viduæ alimenta: non video qua ratione possint in pactum deduci ob dilatam dotis solutionem. Debentur autem viduæ alimenta ab hæredibus mariti: si ea pauper sit: intra annum viduitatis, quo mariti hæredes cogi nō possunt pecuniam dotalem viduæ soluere. glo. Bart. & doct. in. l. prima. §. exactio. C. de re vxor. actio doct. communiter in dict. l. diuortio. in princ. Et ideo caute Panormit. in dict. capi. Salubriter. nu. 6. scribit, ratione horum alimentorum, quæ intra annum dilationis datæ à lege debentur, posse ex statuto viduam certam quantitatem vltra sortem dotis recipere. idem ipse censeo ex pacto partiū, quia eadem est ratio: modo æquē, & iuste fiat alimentorum æstimatio. Si dixeris: etiam idem permittendum fore post annum: cum ab eo tempore hæredes constituantur in mora, respondeo, nullibi apud iuris vtriusque sanctiones statutum esse, licere post moram debitoris creditori aliud recipere quam interesse damni emergentis, aut lucri cessantis. alimentum vero: etiā si creditor pauper sit nec debentur: nec ei dari absq; vsuræ vitio, alicubi est permittum, potest etenim post annū statim præcise vidua coram iudice dotem ab hæredibus mariti exigere: & ex ea sibi necessaria alimenta ministrare. Nec quicq; facit quod à plerisq; traditur: inquit enim. Si statim solueretur dos viduæ: posset ipsa inde alimenta habere: nam id ita verum est, & tamen, si dotalem pecu-

niam in alimenta expenderet vidua: diminueretur ipsa dos: quæ iuxta horum doctorum sententiam salua, & integra maneret. non oberit dicere hanc quantitatem posse à vidua recipi iure alimentorum tanquam interesse: vt scribit Card. in cle. 1. de vsur. in princ. nu. 8. cui prædicti Doct. conueniunt: dūm etiam nomine interesse hac in cōtrouersia vtuntur. Nam interesse damni emergētis, aut lucri cessantis nullum hic vere dici potest: quemadmodum tradidi in ratione principali cap. salubriter. versu. Ex his plurima, nisi dixeris: interesse posse appellari ius alimentorum saltem in inope: cū alioqui cogatur fame perire, aut mendicare, hoc autē non est pecunia æstimabile & ideo hac in re vt interesse verum, recipiendum non est. Posset fortasse admitti Anchar. & sequacium sententiā apud Hispanos, attento & considerato communi vsu, quo frequentissime tractatur emptio annuorum reddituum redimibilium. Est etenim facilimum habentem pecuniam: statim paratos inuenire mille venditores horum reddituum. Et ideo si pecunia dotalis viduæ soluta foret: posset ex ea annuū redditum emere: vnde propter hoc interesse lucri cessantis: ea opinio locū haberet in praxi. In eo idem esset in vidua diuite, si obseruemus decisionem capit. salubriter. etiam intelligendam esse matrimonio soluto, quātum ad rationem interesse damni emergentis, & lucri cessantis: quod est animaduertendum.

Septimo ab eadem ratione procedit frequens illa cōtrouersia: qua quæritur: sit ne licitum statutum: ex quo viduæ interim dum non soluitur dos ab hæredibus mariti detur certa quantitas moderata quidem ad rationem decem pro centum quolibet anno? Nam hoc statutum nullum esse: quippe quod vsuram permittat: tenent Ioā. Ligni. & Imola. in cle. 1. de vsur. num. 35. Abb. cōf. 39. lib. 2. Doct. in dict. cap. salubriter. Ange. & alij in dict. l. diuortio. in princ. Et est communis opinio secundum Soci. consi. 56. lib. 3. col. 2. & Iaso. in §. fuerat. de actioni. num. 19. quorum opinio vera est proculdubio: si præmittamus, vsuram esse, matrimonio soluto viduam ob dilationem solutionis lucrum aliquod accipere: aut fructus pignorum præcipuos habere: sicuti in præcedentibus explicuimus. Et ideo quidam hanc sententiam communem reprobant in eo casu, quo ratione alimentorum viduis pauperibus statutum aliquod annuatim dādum esse sanciret interim dum dos soluta non fuerit: ex rationibus præcedenti illatione adductis. sic sane visum est Card. in dic. cle. 1. de vsuris. nu. 8. Baldo in. l. vlti. §. præterea. C. de iure doti. Paulo Castrensi, & inibi Alexā. in dicta l. diuortio. col. 5. Fel. in capi. consultationibus. de offic.

offic. deleg. ad finem. Ioā. Lupi. in dict. §. 8. nu. 4. Aymon dict. cōsi. 189. col. 2. & omnibus his quos proxime citavi ad comprobationē eius, quod retuli ex Ancha. in reg. peccati venia. 4. q. de regulis iur. in. 6. Iason cōsi. 92. col. 8. versi. Quarto principaliter. lib. 1. Dum veto ipse Ioan. Lupi. & quidam alij hanc opinionem tribuunt Abbati in dicto capit. salubriter. falluntur: quia ipse tantum tractat de viribus statuti taxantis alimenta, quæ iure debentur viduæ ab hæredibus mariti: quem admodum ostendimus in præcedenti illatione: ex ibi etenim traditis apparet an vera sit hæc Doctō. opinio, quandoquidem si hæc alimenta ex pacto recipi non possunt ob crimen, & vitium vsuræ, nec itidem poterunt ex statuto, sicuti iure satis euidenter probatur in dict. Cle. 1. de vsuris. Sed rursus aliis placet indistincte posse lege, vel statuto constitui: quod vxor viduæ interim dum ab hæredibus mariti dos non soluitur, detur certa & annua quantitas ad rationem decem pro centum: quali ipsa lex definiat hanc in quantitatē, interesse incertum. sic etenim Bald. respondet in dict. §. præterea. num. 5. idem cōsi. 166. lib. 1. Czpola. cōsi. ciuiliū causarum. 15. Caiet. dict. q. 78. art. 2. Caro. in dict. q. 74. num. 527. qui quidem hanc partem probant, etiam non considerato nec vere contingenti lucris cessantis, aut damni emergentis interesse, sed tantum aduertunt posse à lege taxari legitimum, ac legale interesse. & ideo Carolus Moli. statutum hac in re existimat procedere iuxta vsuras per Cæsares in. l. eos. C. de vsur. definitas. ego vero hanc Baldi sententiam intelligendam esse opinor vbi attentō communi prouincię vsu, quantitas ab statuto taxata, esset vero simile lucris cessantis interesse propter facilem & frequentissimam annuorum reddituum redimibilem emptionem, quod Bal. in dict. §. præterea. & in dict. cōsi. 166. palam sensit.

Octauo hinc colligitur, sitne validum statutum: quod sanxerit, in matrimonio constante interim dum dos promissa nō soluitur marito: detur eidem à promittente, vel focero certa annua quantitas: ex eo quod matrimonij onera sustineat: quibus quidem oneribus sustinendis dotes cōstitui solent. Et Caiet. dict. q. 78. art. 2. respondet, id statutum valere omnino absq; ratione damni emergentis, aut lucris cessantis. quæ quidem sententia pendet à supra prænotatis. Nam si hæc, certa, & annua: quantitas vsurariam prauitatem sapit: nec pacto nec statuto probari poterit eius pceptio. Quod si vsuraria non sit: plane permitti iure, & æquitate potest. Quam ob rem ego hanc Caietani opinionē admitterem: vbi ex causa frequen-

tis annuorum reddituum redimibilem emptionem, ea quantitas inustum censetur lucris cessantis interesse. Hac inspecta ratione vidi iam profecto sepius in hoc Granatēsi Regio priorio, foceros aliosq; dotium promissores vocatos in iudicium damnari, vt intra decē, aut viginti dies dotalē pecuniā soluant: alio qui post eam diem constituat super proprio patrimonio annuum redditū redimibilem ad rationem vnus pro decem: aut duodecim iuxta quantitatē dotis, iusta sane est ista cōdemnatio cum propter onera matrimonij à marito sustinenda: tum ob cōmunem & facilem horum reddituum venditionem.

Cæterū plura alia ad intellectum dict. cap. salubriter. vltra doct. ibi legenda sunt apud Salycet. in auth. ad hæc. q. 3. & Bal. in Rub. C. de vsu. Ioan. Lupi. in dict. §. 8. Deti. cōsi. 571. Pauli Parisi. cōsi. 64. lib. 4. & Caro. dict. q. 74. præsertim num. 523. qui in specie tradunt: an habens iura mariti per cessionem possit dictæ constitutionis priuilegio vri. Omittendū tamen hac in controuersia non est: quod Fortunius Gasias Hispanus magni profecto nominis apud Italos dum inuenis Bononiæ in Cardinalis Aegidii Hispanorum collegio ius ciuile publice phteretur: ac demū apud Hispanos dum in summo regis auditorio iudicis relictissimi officium ageret: in trac. de vltimo fine. illat. 6. censet tex. in dict. cap. Salubriter. ita esse accipiendum: vt tātum in genere respectu foceri obtineat: non autem in extraneo. gener autē fructus pignoris præcipuos habeat vltra dotem: etiā si esset causa interesse damni emergentis, & lucris cessantis: ex eò solum quod nondū soluta dote matrimonij onera sustineat. atq; hæc esse vere germanā illius cōstitutionis interpretationem ac bitratur. cui suffragantur plura. Primum quod focer tenetur iure filiæ dotem dare, aut alimenta. l. vlt. C. de dotis promiss. l. q. liberos. ff. de ritu nuptiar. ca. cū haberet. de eo qui duxit in mari. ca. ius naturale. i. dilt. notatur in. l. i. ff. solut. mari. ac in præsentī casu licet dotem promiserit focer, eā tamen nō dat, nec soluit, nec alimenta: ideo mirū nō est quod maritus, qui subit onus alendi vxorem, & focerū hoc onere liberat, fructus pignoris vltra sortem percipiat. Deinde ratio dictæ cōstitutionis dum scribitur: cū frequenter dotis fructus nō sufficiant ad onera matrimonij supportanda: minimè cōgruit, si eā decisionē in extraneis etiā intelligamus & iuxta interesse verū damni emergentis, aut lucris cessantis: cū fructuum perceptio tunc nō procedat ab oneribus matrimonij sustinendis: nec ab eo quod dotis fructus non sufficiant ad ea, sed à damno & interesse sequuto ex dilata solutione dotis. Præterea in hunc Fortunij sensū

conuenire videtur tex. ipse qui de genero loquitur. Et passim vtriusq; iuris interpretes, qui dum hanc materiã examinãt generi & soceri mentionẽ faciũt. Itẽ hi doct. qui huius pceptionis fructuum permissionem vltra sortẽ in hac specie ex eo solo defendũt: quod maritus onera matrimonii sustineat: nec requirũt interesse dani emergentis, nec lucri cessantis, eãdem Furtu. interpretationẽ facile admisisse censentur. Huc etiã accedit, quod socer tradẽs genero pignus ob dilata solutionẽ dotis, donare præsuntur fructus pignoris ad alendam filiã, & onera matrimonii sustinẽda: ppter que dotẽ promissit: secundũ Ioãñẽ à Medina de contracta. q. de vsuris. §. ad cap. salubriter. Postremò hanc opinionem Fortunii eleganter probat, eo non relato, Carol. Molin. dict. q. 74. num. 525. Et profectò mihi quantum ad generum & socerum maximè placet. idem sanè probat Dominicus Soto lib. 6. De iustitia & iure. questio. 1. articulo. 2. ad finem. Non obstat, si quis dixerit, rationem dicti capituli salubriter. minimè huic sensui cõuenire: cum ex eo constet, maritum pignoris fructus præcipuos habere, etiam si hi excesserint dotis promissæ interesse, lucrum, & fructus, quod iniquum est. Nam respondeo id permitti ex eo, quod quandoq; & frequenter dotis fructus non sufficiunt ad onera matrimonii: & tamen tunc maritus tenetur ea subire. l. si filia. ff. famil. herciscud. ita è contrario si fructus pignoris excedant dotis interesse: & fructus, qui ab ea poterant deduci: eos habebit gener præcipuos.

Hæc verò interpretatio potissimum probari potest ex decisione tex. in cap. 1. de feudis. capit. conquestus. de vsur. quibus statutum est, dominum directum rei feudalis, qui eam à vasallo in pignus acceperit, iustè posse fructus pignoris præcipuos vltra sortem habere. id enim procedit: quia frequentissimè fructus rei feudalis sunt eiusdem æstimationis, & valoris cuius ipsa seruitia: ipse operæ: quæ ratione feudi à vasallo domino debentur: à quibus ipse vasallus liberatur interim dum res apud dominum est iure pignoris. tãdem prædictæ decisiones sanè debent intelligi: quando onus siue seruitium, quod interim à domino remittitur, æquipollet fructibus, vel quatenus cũ illis concurrat: sicuti probatur in dict. capitul. primo. de feudis. quem ita in specie interpretantur Innocent. ibi Adrianus in. 4. sentent. tract. de vsuris. vers. occurrit. ad finem. & eleganter Caro. Molin. in consuetud. Parisien. tit. 1. §. 1. glof. 9. num. 11. & 3. q. quem omnino legendum esse arbitror eodem pacto est intelligendus text. in ca. primo. de vsuris. vnde partim ex hoc defenditur intellectus ad text. in dicto capitulo. salubriter. tamen si in

eo casu, etiam si fructus pignoris excedant interesse dotis, præcipui à genero habeantur: si verò excedat onera matrimonii, nõ poterit, ni fallor, hic excessus iustè percipi vltra sortem: sicuti, nec in specie capituli. primi. de feudis. si fructus pignoris seruitia excesserint: possunt absq; vsurarũ labẽ præcipui haberi.

Hinc apparet Hosti. Ioan. Andr. Card. Abba. & alios in dict. capit. 1. & capi. conquestus. Marti. Laudens. & Præp. in cap. 1. §. item si delator. quæ fuit prima caus. bñ. amit. Angel. in summa verb. Feudum. §. pen. & vlt. & in verbo. vsura. 1. §. 11. Syluest. verb. feudum. ad finem. Conrad. de contract. q. 31. conclus. 3. Ioã. à Medina de restitutione ca. de acquisitis per vsuram. §. ad capit. conquestus; quorum opinio communis est, non exacte vsuræ rationem expẽdisse dum opinantur eos tex. procedere ex natura feudi: & virtute directi domini: quod erat penes creditorem: & per dationẽ pignoris trahit ad se vtile: quod consolidatum cũ directo iure operatur hanc perceptionem fructuum præcipuã: & ideo non esse eos in sortẽ cõputandos. hoc etenim falsum est: quia per dationem pignoris non consolidatur dominium vtile cum directo: imò debitor vtilis dominus ad huc manet: & eius nomine fructus à creditore percipiuntur. cap. 1. de vsur. l. 1. C. de pigno. actio. Nec vllibi in iure probatur, dominium vtile debitoris amitti, & transferri in creditorem habentem directum: cum in eum solum transeat ius retinendi in pignus dominium vtile: quod non vt propriũ sed in pignus habet. Et præterea etiam si fatemur, dominium vtile consolidari in hac specie cum directo: minimè labem vsuræ effugimus: si quidem lucrum hoc consolidationis vltra sortem ratione mutui accipitur: & ideo verè vsura committitur.

Rursus ex his satis liquet decisionem text. in dict. capit. conquestus. non esse statutam in fauorem Ecclesiæ: sed etiam in laicis procedere: imo iustiori ratione: enim ecclesia debeat ab his lucris potius quàm laici abstinere. capit. suam. de poen. sic sanè contra glo. ibi Abba. & commniter docto. fatentur. & iidem in cap. 1. de feudis.

Eodem iure conuincitur quod sensit Panor. in dict. cap. conquestus. & asseuerat Aug. in verbo. vsura. §. 12. & verbo. Feudum. dicens, proprietarium accipientem ab vsufructuario rem in pignus mutui causa: posse præcipuos recipere fructus pignoris vltra sortem propter dominium directum. cui vtile consolidatum. Falsa enim est hæc opinio: & apertè eius error ostenditur considerata vera ratione text. in dicto cap. conquestus. atque ita eam in specie reprobatur non relato Panor.

Patormit. Carol. Molin. in dict. quæst. 3. num. 23. Sic examinari poterit, an decisio dicti cap. 1. de feudis. obtineat in eo, qui dominium directum habens recipiat in pignus rem emphyteuticam ab ipso emphyteuta? Nam Roma. in singula. 325. Imola in dict. cap. 1. col. 3. Anania. in dict. cap. con questus. col. 6. existimant idem in hoc casu dicendum esse ratione directi domini. Quod admittendum non est: nisi quatenus emphyteutica pensio fructibus pignoris æquipollet: à qua quidem pensio liber est ipse emphyteuta durante causa pignoris: quam ob rem iuste dominus fructus percipit in pensionis compensationem: nõ alias. Et ita sunt hæc ex definitione vsuræ ad examen proprium deducenda: quemadmodum & plurima passim deducuntur.

5 Superest modo explicare quo iure prohibita sit vsura: quam quidem quætionem breuiter ab soluentes respondemus, crimen istud iure naturali, diuino, & humano; canonico & ciuili vetitum esse. Primum etenim iure naturali vsuram illicitam esse constat, aliquot rationibus, quibus efficax sit huius rei demonstratio. Nam domino inuito nõ potest quis luorum percipere è re aliena: imò id est contra ius naturale: & in mutuo statim transire in dominium debitoris: ergo creditor ex hac re lucrum aliquod recipere non potest, iure naturali hoc vetante. Secundò, in pecunia rebusque alijs mutabilibus; vsus est ipsius rei consumptus: sicque nõ potest separari à proprietate: nec ab ipsa resigitur accipere lucrum aliquod p vsu ipsius rei: & demum veni ipsam; iniquum est. & præuicommunitio: cum id quod non est, pretio vendatur; quod tertio loco apertius sic; si specia- frus arguente tenetur: aut enim creditor capit lucrum illud pro sorte; aut pro vsu ipsius. Si pro sorte; ergo bis capit eius æstimationem; vel capit in iustum sortis valorem: Si pro vsu rei; in iustum potest sortis a sorte æstimari; & sic bis sortis ipsa venditur: quod satis iniquum esse constat. huic rationi suffragatur Iurisconsultus. in. l. secunda. ff. de vsu fructu. barum rerum; quæ vsu consu. Sed de pecunia; inquit; rectè caueri oportet his, à quibus eius pecuniæ vsu fructus legatus erit. quo Senatusconsulto non id effectum est, ut pecuniæ vsu fructus proprius esset: nec enim naturalis ratio autoritate senatusconsulti mutari potuit, sed remedium in introducto recipit quasi vsu fructus haberi. hæc tenus Caius lib. 7. ad edictum prouinciale. idem tradit Iustinianus in. 6. constituitur. vbi Theophilus. In l. de vsu fructu. passimque; obseruatum est pecuniã vsu ipsius consumi. text. in cap. vlt. de pignori. authen. nouissima. C. de adm. tut. & in authen. vt hi; qui obligati s. hab. perhib. res min. l. Aristo.

§. vlt. ff. de iure delib. gl. Bar. & Doct. in. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebelli. Andr. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 7. nume. 103. Non tamè intelligas, pecuniam vsu consumi, id est, petire, & minui. id etenim falsum est: sicuti palam constat, siquidem eiusdem valoris censetur: ac salua manet, etiam si millies commutetur, decurq; vel gratis, aut in alterius rei pretium. Sed ita accipiendum est quod frequentissimè vulgò dicitur, pecuniam vsu consumi: hoc est vsu pecuniæ in sumptibus, & erogationibus consistere: atq; pet vsu omnino eam ab vtente discedere: & in aliũ trãferri: ideoq; quantum ad ipsum vsu consumi; & petire. Nam, vt inquit Arist. 4. Ethic. cap. 1. vsus pecuniæ est eius consumptio, & datio: retentio verò, & acceptio, eius est possessio. quæ quidè verba ita Eustratus inibi interpretat. Nec aliter eũ locũ nostrates accipiunt: tametsi Tiraquellus dict. nu. 103. eos prauis sensus; & intellectus authores esse arbitretur. Quarta ratio, quæ probat, vsurã esse contra ius naturale: ea est: quia pecunia de se nõ fructificat, nec parit unde accipere aliquid ultra sortem pro vsu rei: illicitũ, & iniquum est: cũ potius capiatur ex industria aliena, quã de pecunia quæ non fructificat. Sic sanè vsura apud Latinos dicitur: quia propter vsu sortis accedit. Fœnus item quasi fœtus; ceteroq; numerus numerum pariat: apud Græcos τὸ κέρδιον, quasi partus: & τὸ κέρδιον fœnerari. Quod elegantior explicat Diuus Basilus in Psalmum. 14. & Gregorius Nyllenus Homilia. 4. in Ecclesiasten. vnde Suidas ex Aristophane in Nubibus inquit, vsuram esse feram quandam belluam ἀγρὸς ἀγρὸς, quæ per menses & dies argentum semper gigit serpente tempore. Hinc & Plutarchus in problematis. capit. 31. vsuram repetitionem καλῶς λέγουσιν appellat, quam nos vsuram vsuram dicimus. & Cicero lib. 5. ad Atticum epist. vlt. Anatorisium nõ cupauit. Clamare, inquit, omnes qui aderant; nihil impudentius Scaptio, qui ceteris cum Anatorisino. contentus non erat. lit & Anatorisium mentio ab eodem Cicetone lib. sexto. ad Atticum. episto. 1. 3. & 4. est & optimus text. in. l. vlt. ma. C. de vsur. rei iudi. nam & Iustinianus in. l. vlt. ma. C. de vsur. hunc Anatorisium in vniuersum aboleuit. de quo multa Carolus Molina. de contractib. numer. 44. Quintò apparet vsuram esse contra ius naturale: & eo iure prohibitam, ex eo quod cũ iure diuino Evangelico vetita sit: quæ ad inbndum statim probabitur: deducitur. manifestè, eam iure & lege naturæ prohibita esse. siquidem lege Evangelica nihil nec præcipitur: nec vt illicitũ prohibetur: quod non sit iuris naturalis legibus vel præceptum, vel prohibitum: præter ea quæ circa sacramenta & fidei catholicæ articulos instituta

Variarum Resolutionum

instituta sunt, hoc etenim sepiſſimè ex diuo Thoma tradidimus, præfertim in Epitome de ſponſa lib. 2. parte. c. 6. §. 10. nu. 1. his tandem & alijs rōnibus hanc ſententiam aſſeuerat verā eſſe Thomas. 2. 2. q. 78. art. 1. Io. Andreas in reg. peccatū. de reg. iur. in. 6. colū. 4. Conradus latiſſimè de cōtract. q. 22. conſul. 2. Scotus & frequentiſſimo omniū conſenſu Theologi in. 4. ſent. diſt. 5. q. 2. Dominicus Soto de Iuſtit. & iure lib. 6. q. 1. art. 1. licet hæc rationes conetur euertere Carol. Moli. de contract. q. 74. nu. 528. Sed in cōmunis ſententiæ fauorē pluri-
ma ex authorib⁹ adduci poſſent: maximè quod Ariſtoteles ſcribit libr. Politicorū. c. 7. his equidem verbis. illud contrahendis rebus ad cōmodatum eſt: idem q; vituperadū: nec iniuria, nō enim natura id genuit, ſed rerū vltro citroq; cōtrahendarū ratio, iureq; optimo in hominū odia incurrit: quoniam ipla pecunia fructus eius eſt: nec ad permutaſtes, cuius cauſa comparata eſt, referatur: Fœtus autē pecuniā auget, & amplificat, ex quo etiā nomē inuenit. Hactenus Ariſtot. qui & cap. 6. hoc idē vitiū improbat, atq; eſſe alienum à natura exiſtimat. idē lib. 4. Ethicor. cap. 1. ad finē vſura turpe lucrū: turpē quæſtū appellat: ac fœneratores pares eſſe cenſet latronibus, lenonibus, depopulatoribus & tyrannis. Sic & Cicero libr. 2. de officijs. ad finē inquit, dare ſub vſuris oſtendit. occidere. Trannio ſeruus apud Plautum in Moſtellaria. nullum, inquit, ædē polio dē genere eſt hominum tertius, nec minus bono cum iure, quam danuſticū. Marcus item Cato in principio de re Ruſtica. Maiores, inquit, noſtri ſic habuerūt, & ita in legibus poſuerūt, furē dupli condēnari: fœneratorē quadrupli. Quanto peiorē ei uem exiſtimarunt fœneratorem quam furem, hinc licet exiſtimari, hæc Cato. Fuit & olim apud Romanos grauis contentio ſuper tollendo fœnore: in qua Aſtellius prætor, qui id ſuadebat, occiſus fuit à fœneratoribus: authore Appiano Alexandrino libr. 1. de bello ciuili. quo in loco artem fœneratoriā vituperat. Eandem appellat intolērabilem, veterem q; peſtē Plutarchus in Lucullo. qui & in libello de vitand. vſura eleganter eandē improbat. Sed & Cornelius Tacitus libro. 5. omnino ſublatas fuiſſe vſuras ſcribit, quæ denuo varijs fraudibus exortæ, paulatim conſuetudine leges vincente ad centeſimas peruenerunt.

Iure diuino veteris teſtamenti probatur, vſurā prohibitā eſſe Ezechie ca. 18. vbi dominus de eo, qui ad vſurā dederit loquutus ait, quod talis non viuēt: ſed morietur. item Pſalmo. 14. inquit propheta, non habitaturū in tēplo domini eū, qui ad vſurā dederit. ca. quoniā. 14. q. 4. & eadem. q. ca. ſi quis oblitus. Ex nouo teſtamento paſſim adduci-

tur. vulgaris ille locus Lucæ. 6. Mutuum date: nihil inde ſperantes. quem in hunc ſenſum, vt crimen vſuræ ſub præcepto, & mortalis culpæ reatu prohibitum ſit, Eccleſia catholica interpreta-
tur in cap. conſuluit. de vſur. & probatur. eod. tit. cap. quia in omnibus. & ca. ſuper eo. tametiſi quibusdam viſum ſit inibi non probari, vſuram iure Euāgelico prohibitā eſſe. cum Chriſtus Ieſus potius prædictis verbis conſulat, quam præcipiat. quod patet: quia in eo cap. Euangelica cōſilia traduntur: nēpe de diligēdo inimico: de præbēda percutienti altera maxilla. Et præterea Chriſtus nō tradidit illud præceptū: vt nō obtēperans puniatur: ſed vt præmio ſit indignus qui mutauerit, aliudve opus fecerit ſub ſpe præmij, & nō gratis: vtcunq; tamen ſit prior ſenſus ad vſuræ prohibitionē: vtpote ab eccleſia, quæ ſpiritu ſancto duce ſcripturā ſacrā interpretatur, receptus, omnino tenēdus eſt. atq; ita Theologi & Canoniſtæ frequētiſſimo omniū cōſenſu exiſtimāt, vſurā iure diuino: etiā Euāgelico veritam eſſe. pluraq; ad hanc rem teſtimonia adducit Guiljelm. Peralduſ Epico-
pus Lugdunenſis in ſumma de vitijs & virtutib. Tomo. 2. tract. de auaritia. capi. 1.

Quod vtro ad ius Pontificium attinet, non eſt immorandum: cum paſſim eius cōſtitutionibus vſura prohibita ſit. idemq; crimē iure Regio ſatis eſt improbatum: maximis in vſurarios ſtatutis poenīs: ſicuti alibi tractabimus. Sed an iure Caſarum prohibita ſint vſuræ à pleriq; dubitatur: ſi quidē iure Pandectarū conſtat eas permiſſas fuiſſe. l. placuit. ff. de vſuris. & iure Codicis, l. eos. C. eod. tit. quā etiam Theologiſ, & Canoniſtæ reſer-
gātibus defendere conatur Carol. Moli. in tracta-
de contract. num. 6. & num. 36. modeſtius Bar. & poſt alios Iaſon in. l. 1. C. de ſumma Trini, nu. 48. aſſeuerant, vſuras non eſſe iure ciuili prohibitas; tametiſi deberēt omnino eodem iure prohiberi. idem Bar. in auth. ad hæc. C. de vſur. imò vſuras prohibitas eſſe iure Authenticorum à Iuſtiniano Caſare, tenēt glo. in auth. ad hæc. glo. in dic. capi. quia in omnibus. & in cap. quid dicam. 14. queſt. 4. quarum opinio cōmunis eſt ſecūdum Abb. in cap. eū ſit. de foro comp. num. 18. & eam defendit Fortuni. illat. 5. de vltimo ſine iuris. hi tamen ea vtuntur ratione: quod Iuſtinianus profeſſus fuerit catholicam fidem, & ſe admittere ac probare quatuor Cōcilia vniuerſalia: è quibus Nice-
na Synodus vſuras prohibuit: & eas turpes eſſe ac aduerſus ſacram ſcripturam conſtanter aſſerit. cap. quoniam multi. 47. diſtin. igitur & Iuſtinianus vſuras omnino vetuit.

Ego ſanc, vſuras legibus Iuſtiniani permiſſas: & approbatas: vt licitas fuiſſe opinor: easq; leges improbas

improbas esse censeo: cum iuri naturali, & diuino refragetur. Nam & leges seculares vsuras permittentes nullas esse, & earum latores, fautores que principes excommunicari constat in Cle. i. in prin. de vsur. cuius constitutionis ultimo. §. explicatur, eum hæreticum esse, qui pertinaci animo dixerit vsuras licitas esse. quod & Casto adnotauit libr. de hæresibus. cap. vlti. Hinc etiam arbitror, Iustinianum Cæsarem nusquam proprijs sanctionibus vsuras reprobasse, licet Doct. communiter aliud existimentis huiusque opinionis, quam ipse teneo auctores sunt Panor. in dict. capit. cum sit. nu. 18. & Conra. de contractib. q. 21. concl. 10. & 12. Nec communis sententia pbari potest ea ratione, quod Iustinianus quatuor Concilia Ecclesie catholice admiserit, & vt sacrosancta statuta, ea fore seruanda profiteatur. Non enim sequitur ex hoc, & vsuras ipsum reprobare, quæ per concilia damnentur: si quidem id ex tacita Cæsaris lege. deducitur: quæ eiusdem expressis constitutionibus non derogat. Et præterea licet Iustiniani constitutio approbet concilia: nõ est otur prohibere ea quæ à concilijs prohibentur. Lex namq; diuina Euangelica præcipit, obtèperandum esse prælatis, & Romani Pontificis constitutionibus: & tanem non omnia, quæ Romanorum Pontificum decretis prohibentur: lege diuina prohibita sunt: vt constat de esu carniū, qui licet iustissima lege Pontificia quibusdam diebus prohibitus sit: non tamẽ lege diuina, & præcepto diuino vetitus censetur.

Hinc deducitur vera interpretatio tex. in cap. 23. Deuteron. vbi scriptum est, Nõ fœnerabis fratrem ad vsuram: sed alieno. quibus verbis quidam vtuntur ad probandũ, vsurã nõ esse cõtra ius naturale: nihil etenim iuri naturæ aduersum licuit vnquam Iudæis. Et idẽ quibusdã placuit, eũ locũ ita esse intelligendũ, vt vsura Iudæis minimẽ fuerit permissa, nec licita etiã erga alienigenas: sed tantum dissimulatione quadã ea permissio processerit, & cõcessã fuerit Iudæis ad maius malũ effugiedum ob duritiam & avaritiã eorum: ne fratribus ad vsurã pecunias mutuarẽt. Sicuti & eis permissus est libellus repudij: at quia hũc sensum probarunt. S. Thomas. 2. 2. q. 78. art. 1. & ibi Caiet. Card. in Cle. i. de vsuris. §. vlti. q. 13. & Conrad. de contractib. q. 24. conclus. 2. Hostiẽ. in summa tit. de vsuris. §. in aliquo. vers. octauo. & Anani. in cap. 1. de vsur. col. vlt. Card. à Turre Crema. in cap. vlt. 14. q. 4. Dominicus Soto. art. 1. Alijs verò hac in re visum est inibi, vsuras permitti Iudæis propria permissione, & earũ approbatione, non erga omnes alienigenas, & externos, sed tantũ erga eos, quibus cum bellum iuste gerebant. quia tũ nõ possunt exactiones istæ dici vsurę proprię sed improprie,

& potius iustæ exactiones; nempe ab his, quorũ bona iure belli capi iuste possunt secũdũ diuum Ambrosium à Gratiano relatum in dict. cap. vlti. 14. q. 4. glo. ibi. Florẽti. 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 2. Ioã. Maiorem in. 4. dist. 15. q. 29. Roma. sing. 265. Hippoly. in. l. 1. §. præterea. num. 65. ff. de quæst. Soci. in regula. accipere vltra sortem. ad finem. Conra. de contract. q. 42. conclus. 2. & Ioan. à Medina de adquisitis per vsurã. §. ad tertium argumentũ. Et licet Conrado dict. q. 42. conclus. 3. Alexand. Halesi. 3. parte. q. 66. Gabrieli. in. 4. dist. 15. q. 21. & Carol. Moli. in consuet. Parisi. §. 1. gloss. 9. num. 11. sum sit text. in dict. cap. vlt. non esse diu Ambrosij, sed cuiusdam alterius hæretici; idem tamẽ Carol. de contract. num. 9. asserit verẽ esse diu Ambrosij; locum eius minimẽ adducens. Est enim capitulum illud apud Ambrosium lib. de Tobia. cap. 15. & profecto hæc secunda interpretatio si accipiatur vt eam glõ, Roma. Soci. & Hippo. accipiunt, falsa est omnino secundum communem, auctore Anania in dict. capi. 1. col. vlti. Nam licet mihi liceat bellum gerere, & capta in eo bello efficiantur cõpientis, sicuti alibi tractabitur: non tamen mihi licet cum hoste contractum inire: quia naturæ lege reprobatus sit: potissimum quia conventiones istam non fiunt cum hoste iure belli, sed iure pacis & cõmerciorum: sic non licet ab hoste emere rem, quæ illius propria est: priusquam iure belli capiatur, curius iusto pretio, & ita est plane respondendum communi omnium cõsensu. Ericigitur hic secũdus intellectus verus: quoties ab hoste accipitur vsura, & retinetur in cõpensationem damni ab hoste iniusto, & iniusto illud vel vbi bona ab hoste possessa, sunt ipsius mutuatũ, aut ad eũ pertinent, quem admodũ bona & prædia hostium incolentium terram promissionis ad Iudæos pertinebant diuina largitione sic sanẽ sententiam istam intellexere Conrad. & Theologi paulo ante citati.

Secundò ex præmissis infertur, nec ipsum Romanum Pontificem posse priuilegio, dispensatione, aliove iure permittere vsurarum exercitium: ita quidem, vt ex eo licitum sit, aut vsurarius immunis reddatur à restitutione eorum, quæ malè adquisiuit. Hoc probatur: quia nec summus Pontifex potest iuri naturali refragari, nec approbatione quadam, aut eius autoritate præmissa id permittere, quod est iure naturæ, aut diuino: illicitum, quemadmodum satis in specie constat in capitulo. super eo. de vsuris. quo in illo loco frequentissimo omnium consensu. hoc adnotatum est. idem respondendum esse censeo in principe seculari: & in quacunque consuetudine, vrcunq; immemoralis sit: propter eandem rationẽ. quem admodum

Variarum Resolutionum

admodum multis rationibus probare conantur Ioan. Andre. in dict. reg. peccatum. & omnium latissimè Conrad. de contract. quæst. 25. 26. 27. & 28. Iason in l. prima. C. de summa trinitat. nu. 54. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glo. 9. num. 19. quauis Anchar. consi. 243. num. 7. dubiustamen asserat, posse Romani Pontificis priuilegio Iudzis permitti vsurarum exercitium erga Christianos. idem satis firmiter probare conatur Alexand. consi. 1. & 3. ac consi. 107. libro. 2. post Paul. Castrensem. cõsi. 398. lib. 2. quem & Rochus Curt. sequitur de consuetudine. Fol. parua 14. column. 2. quorum sententia omninò falsa est. Sic & catholicorum Hispaniæ Regum extat constitutio, quæ. 3. est titul. 2. lib. 8. ordinatio. vbi priuilegia Regibus Iudzis concessa ad exercendas vsuras, penitus reuocantur. ad idem faciunt text. in Cle. 1. de vsur. vbi Card. q. 15. & in capit. post miserabilem. & in capit. quanto. de vsuris; quo fit vt nec procedere possit responsum Pauli Castrensi. consil. 195. & sequenti, libro secundo; scribentis posse iustè Principes seculares negare ius repetendi à creditoribus Iudzis vsuras iam per debitores solutas. hoc verè est contra text. in dict. capit. post miserabilem. & in dict. Clement. prima. quidquid etiam in fauorem Pauli Castrensis dixerit Alexand. consi. quinquagesimo septimo. libro primo. esset enim id tacitè, & indirectè, & per obliquum vsuras permittere: quod Conrad. vbi supra late improbat.

Postremò illud hoc in tractatu satis est controuersum: quod ab Vlpiano traditur in l. 3. §. vlti. ff. de annuis lega. Sicui, inquit, certa quantitas legatur, & quo ad præstetur in singulos annos certum aliquid, veluti vsuras, iusserit testator præstari, legatum valet. Sed in vsuris hætenus debet valere: quatenus modum probabilem vsuratum non excedat. Hæc iuriconsultus: qui palam insinuat, posse testatoris vltima voluntate vsuras permitti, quæ tamen iure naturali: ac diuino passim improbantur. Quam ob rem quidam ex nostratibus existimant hodie prædictu legatū nullū esse: quo ad vsuras, & eam annuam quantitatem in sortem principalem legati esse imputandam: quod placet Barr. & Lancelot. Decio in dict. §. vlt. Bart. in l. cum stipulati. ff. de verb. oblig. Bal. in l. cum allegas. 10. opp. C. de vsur. & ibi Saly. col. 2. Alex. in l. diuortio. in princ. col. 7. ff. solut. mati. Ananiz in cap. super eo. colum. secūd. de vsuris. Bart. & Soc. in l. 2. ff. de his quæ pœnæ nomi. Iaso. in l. 2. C. de summa trinit. nu. 59. Aymoni consil. 89. Crott. in l. nemo potest. colum. pri. ff. de legat. 1. Socin. consi. 56. lib. 3. quo in loco scribit, hanc opinionem esse comunem: quam sequitur Ioan. Lupi in

capit. per vestras. 6. notab. num. 8. & 9. de donat. int. vir. & vxor. cum enim hic vsura constituitur vt constat in dict. §. vlt. sicuti nec in contractibus est licita, ita nec in testamentis. Et sane dicti aucthores loquuntur quādo creditor seu legatarius potest sortem legatam statim exigere, si velit: nā dum eius exactiōnem differt, eam quantitatem videtur hæredi sub vsuris mutuo dare. ideo communis sententia procedit: licet contrariā teneant Paul. Castrensi. in rubr. ff. de his quæ pœnæ nomi. & in l. 1. colum. penult. C. de summa Trinit. Roma. consi. 510. colum. 10. Alciat. lib. 5. parad. capi. vlt. Ioan. Gerson in libro de cõtractib. col. antep. Carol. Molinæ. in tract. de vsuris. q. 73. num. 483. Quasi hac in specie vsura dici non possit hæc annua quantitas: cum ea non recipiatur causa mutui, sed ex voluntate legantis: ex qua & pœna iustè recipi potest ob non solutum ab hærede legatum: hæc liquidem ratio tunc obtinet: cum pœna simplex & semel committenda à testatore in iungitur. Barto. verò loquitur vbi apponitur per diuisionem tēporis pœna ob dilatam legati solutionem: quæ vsura est, si veram eius rationem consideremus.

Quod si legatarius ratione iusti interesse damni emergetis, aut lucri cessantis, velit hanc quantitatem annuam præcipuam sibi habere: id meo iudicio iure ei permittendum est: cum ob ambiguitatem, & cõtrouersiam cõmunis opinionis: tum ob ea, quæ diximus hoc capite ad interpretationem text. in c. salubriter. tamen si Ioa. Lupi contrariū censeat in dict. notab. 6. num. 9. sequutus Areti. consi. 152.

Sed vbi legatarius quantitatem sibi legatam petere non potest nisi post certum tempus: atque interim testator certam annuam pensionem solui iusserit: id permissum esse censeo absque vsurarum labe: sequutus Socinum in dict. l. 2. ff. de his quæ pœ. nomi. & Carol. Molin. dict. q. 73. qui scribit hunc casum esse minus dubitabilem.

Eadem profectò ratione: si testator mille legauerit Titio ab hærede: ita quidè vt hæres habeat liberam facultatem fruendi, & retinendi dictam summam soluendo annuam moderatam pensionem ab ipso testatore definitam: & eam itē pensionem redimendi soluendo summam principalem: opinor eam pensionem licite recipi: nec vsuram posse dici: præsertim animaduersa communi annuorum reddituum emptione, quæ iure licita censeatur: & præterea quia hic nulla potest ratio mutui nec veri, nec ficti dari. Deinde legatum istud est alternatum data optione hæredi soluendi mille aureos vel annuam pensionem: & ita equidè hanc opinionem defendit eleganter Carolus Moli. dict. q. 73. sequutus Bal. in l. vnica. q. 3. C. de his quæ pœnæ nomi.

nomi. & Paulum Castrensem in dict. l. i. col. 3. C. de summa trin. & eundem in dict. rubri. ff. de his quæ pœnæ nomi. tamen si & in hac specie vsuram committi existimant Aretin. dict. conf. 152. Iason in dict. l. i. nu. 59. & in l. vnica. C. de his quæ pœnæ nomi. col. 2. Crotus in dict. l. nemo potest. col. 2. & Barb. conf. 66. lib. 2.

Ex capite sequenti.

- 1 *Quauis tutor non teneatur, nec possit pecuniã pupillarem in fœnus improbum dare: tenetur tamẽ eam expendere in emptionẽ prædiorum; vel in aliam honesti lucri negotiationem.*
- 2 *Põtest societas ex vnius pecunia, & industria alterius ita coiri, vt lucrum & damnum æquã lance communia sint.*
- 3 *Non potest pecunia alteri eo pacto dari: vt lucrum ex ea acquisitum commune sit; periculũ vero ipsius immineat exercenti negotia: & inibi traditur intell. §. de illa. Inst. de societate.*
- 4 *Poterit nihilominus ea pacto valere: modo subeunt periculũ, vel ex ipso lucro maior pars cedat, vel aliunde merces suscepti periculi detur.*
- 5 *Nauticum fœnus etiam iure Pontificio licitum est. & inibi latè expenditur interpretatio cap. Nauiganti. de vsur.*
- 6 *An liceat fideiussori mercedem aliquam stipulari a debitore. pro ipso officio fideiussionis?*
- 7 *Pactum legis commissoria nõ aliter licitum est fideiussori, quã ipsi creditori.*
- 8 *Pacti legis commissoria materia, & si breuiter compendioso tamen examinatur.*

An teneatur, possit velicitè tutor pecuniam pupillarem fœnerare? Caput. I I.



Cæsarum constitutionibus statutũ est, imò præceptum tutoribus statim accepta tutela: vel ex pecunijs pupillaribus prædia emere, vel eadem pecunias iuxta vsuratum modum fœnori dare. l. tutores. in. 2. C. de admini. tuto. l. quoties. ff. eo. titu. in

prin. qd̄ absurdũ esse apparet, siquidẽ nec pietatis causa licet vsuras exercete. ca. super eo. de vsuris. Quã ob rē opinor, minimè licere tutoribus pecunias pupillares fœnerare: quicquid veteres iuriscõsulti, & Cæsares existimauerint. Sic & Nouella Iustiniani constitutio de his qui oblig. se haber. perib. res mino. §. quoniã. colla. 6. & C. de admittur. prima. cõstitutio, permittens tutori pecuniã pupilli mutuo sub vsuris dare ad alimenta pupillo exhibenda, admittenda non est. Nec itidem tenebitur tutor, qui pecuniam pupilli in proprios vsus cõuertit auctoritate propria, vsuras pupillo dare: etiã si contrariũ visum fuerit iuriscõsultis in l. qui sine. ff. de neg. gest. l. tutor qui reperiatur. §. pecunia. l. non existimo. ff. de admittur. l. i. C. de vsuris pupil. nã licet, vt statim probabimus, teneatur tutor pupillo ad interesse damni emergentis, & lucri cessantis: non tñ ad vsuras: quauis prædicta iuriscõsultorũ respõsa defendere conetur Carol. Molinæ. de contract. num. 57. & q. 76. cuius sententia admitti posset, si ipse boni viri arbitrium in his taxandis vsuris, quod ipse requirit, intellexisset esse exigendum quantum ad rationem interesse damni emergentis, aut lucri cessantis. atq; ita eodem modo est ad proximã deducendũ text. in dict. l. tutor qui. §. idem solent. cum alioqui tolerandum non sit fœnoris exercitium etiam in fauorem pietatis.

Illud sanè obseruandum est, tutorẽ, & curatorẽ, qui iuxta veteres iuris ciuilibus sanctiones tenebant pecuniã pupillarem mutuo dare sub vsuris. l. ob fœnus. ff. de admittur. l. si pecuniam. C. de vsuris pupil. teneri omninò hodie eam pecuniam, vel in emptionem prædiorum expẽdere, vel eam alicui mercatori tradere ad partem honesti, & liciti lucri recipiendam secundum regionis, & prouinciarũ mōres: quibus inspectis lucrũ honestum potest absq; verisimili damno minoris tutor accipere, & minorẽ adquirere. tex. optimus in. c. per vestras. de don. inter vir. & vxor. cuius ratione & auctoritate idẽ adnotarũt Bar. Paul. Castr. & Alex. in l. Diuus Seuerus. ff. ad l. Falci. Barto. in l. tutor qui reperiatur. §. si post depositionem. ff. de admittur. l. i. Roma. conf. 28. & latius conf. 139. Socin. conf. 2. libr. 1. col. vltim. Deci. cõsi. 192. col. 1. Ioan. Lupi. in dicto cap. per vestras. 6. notab. §. 7. Salycet. in authen. nouissimè. C. de administ. tutorũ. alioqui si tutor hac in parte negligens fuerit: cum comimode posset id lucrum minori adquirere, tenebitur, & condemnabitur in id quod interest: quemadmodum probatur in dict. §. si post depositionem. & in dict. l. tutor. in prin. ac fatentur præcitati Doct. potissimè vbi erga seipsum tutor diligens fuerit in hisce lucris acquirendis. l. quidquid.

Variarum Resolutionum

quid. C. arbit. tute. tex. insignis in. l. tutor secundum dignitatem. §. 1. ff. de admin. tut. glo. in cap. vltim. 12. q. 4. cuius meminere Abb. in cap. 1. col. 2. de in integ. rest. Barb. in ca. edoceri. column. secundum cunda. de rescript. idemq; Atheniensium legibus olim decretum erat vt constat ex oratione Lyfiz apud Halicarnasem in Lyfia, & Demosthenem contra Aphobum eius tutorem. quo fit, vt in ea prouincia, vbi frequens est reddituum annuorum venditio, maxima dignus culpa censetur tutor qui pecuniam pupilli in id negotium expendere neglexerit: ac iure optimo damnandus erit in id, quod pupilli interest eius pecuniam otiosam fuisse, absq; vilo lucro apud tutorem curatoremve.

¶ Ceterum satis controuersum est, possit ne absque usuræ crimine pecunia pupillaris, aut dotalis mercatori artis negotiatoriæ perito tradi: eo pacto: vt quolibet anno ex ratione lucri semper salua ipsa sorte: certa quantitas pupillo, aut uxori deretur? Quæ quidem quæstio adeo necessaria est ad huius capituli integram resolutionem; quod omitti commode non possit: & ideo ad magis expeditam eius cognitionem eam aliquot conclusionibus distinguam: quid iure. verius, quid doctorum calculis receptius, quid deniq; animæ consultius, & vtilius sit: breui vsus compendio exiuris tam humani quam diuini possessoribus exponens.

¶ Prima Conclusio. Iure, & ratione societatis potest quis dare licite propria pecuniam mercatori hac conditione, & pacto: vt pecuniam accipiens mercatoriam artem exerceat laborē & industriam subiturus: lucrum vero ex ea acquisitum simul & damnum sequutum communia sint vtriusq; text. optimus in. l. societas. ff. pro socio. & in. §. de illa. Inst. de societate. Nam & ita, inquit Iustinianus. coiri societatem posse nemo dubitat, vt alter pecuniam conferat, alter non conferat: & tamen lucrum sit commune: sæpe etenim vnus ex socijs diligentia tantum præstat: quantum pecunia ab alijs collata. quæ quidem sententia late explicat Petrus à Perusio in tracta. de duobus fratribus. parte. 4. q. 1. & sequentibus. quod autem diximus de damno ita accipiendum est, vt intelligamus de damno contingente ipsis mercibus, & in ipso negotiationis exercitio: non autem de periculo pecuniarum in societate istam collata: nam id ad eum, qui eam contulit, pertinet: licet possit aliud in pactum & conventionem æquissime deduci. contingit siquidem industriam & diligentiam illius, qui artem negotiatoriam exercet: non esse æqualem pretio, & estimatione ipsi pecuniarum ab altero in societatem collata: & ideo oportet ad æquum ipsam deducere: ac non tantum mercatorē ipsum, sed etiam

quod superest deductis damnis, partem dimidiam consequi: sed & si quid ex sorte & pecunia ab altero collata perierit, pro parte dimidia socio resarcire. vt tandem sicut propter eius industriam mercator dignus non erat dimidia lucri parte: in compensationis vi: cum eam sit habiturus: & damni dimidiam partem soluat: fortuna fortem ipsam in uasa. quod est hac in re maxime obseruandum, ad intellectum glo. in. l. 1. C. pro socio. & eorum, quæ tradunt inibi Paul. & Salyce. q. 3. Cumanus conf. 9. & Iason in. §. sequen. & de actioni. nu. 43. & sequentibus. Petrus Perusi. latius in dict. tractatu, & Alex. conf. 131. lib. 5. Sed si industria alterius sit æqualis pecuniarum ab altero in societatem collata, proculdubio ad iustam societatem: lucrum deductis expensis, & rebus deperditis commune erit: damnum vero contingens in pecunia ad eum, qui eam contulit, spectet: siquidem & tunc is, qui industriam diligenter adhibuit: operam itidem perdidit: glo. insignis in. l. si non fuerint. verb. Solus. ff. pro socio. quæ Doct. probant, & sequuntur. Imò hoc in casu: cum industria, & opera vnus ex socijs æquiualeat pecuniarum ab altero in societatem constituta: & finita societate nullum lucrum supersit: nec quidquam aliud præter pecuniarum quantitatem ab altero collata: illa est vtriusq; socio communis: ea ratione quod opera & industria sorti æquiualem alter perdidit absq; eius culpa: alioqui sequeretur alterum ex duobus socijs paria in eam societatem deducentibus: totum id, quod contulit in communem vtilitatem, amittere: alterum vero saluum consequi. hoc vero refragatur societatis legibus. l. si id quod. in princ. & §. item Celsus. l. cum duobus. §. quidam sagariam. ff. pro socio. l. 3. tit. 10. par. 5. & expressim adnotauit glo. in. l. 1. C. pro socio. Bald. in. l. cum patruus. C. com. vtri. iudic. Iason. in dict. §. sequens. column. vltim. Abb. in dic. capit. per vestras. 2. column. Sed tamen id pluribus displicet: & ideo, vt & hoc obiter adnotemus, sententia glo. procedit vbi apparet pecuniarum periculum esse vtriusq; socio commune: nam alioqui si id spectet ad eum qui pecuniam contulit, vel ex pacto, vel ex iure: non erit pecunia communis, nec eius aliqua pars ad alterum, qui operam & industriam subit, pertinebit: vt explicat Ioan. Lup. in dict. capit. per vestras. 6. notab. §. 12. nume. 9. post Ange. in tract. de duobus fratribus. q. 15. nihilominus glo. opinio admittenda erit vbi opera & industria alterius esset æqualis non tantum vsui ipsius pecuniarum: sed etiam ipsi met pecuniarum: sicut tradit Petrus Perusinus in dict. 4. part. 2. col. & demum q. 2. qui eleganter docet, iudicis, & prudentis ac periti hac in re arbitrio committendum iudicium, de pecuniarum & operarum atq; industriae valore estimatione,

matione, & cōpensatione. idē tenet Soc. hęcque
stionem diligenter discutiēs cōf. 265. lib. 2. col. 4.
tex. in specie in. l. in propofita. ff. pro socio.

Quin & pecunia mutuo dari poterit sub hui⁹
primæ conclusionis cōditionibus legibusq;: nec
vsurarius hic contractus cēlebitur: cum ex pactis
appofitis appareat potius initam fuisse societate
m, quā mutui contractum : sicuti existimat
Guido Papæ. q. 186. argumento deducto à iurif-
cōfulto in. l. vbi ita donatur. ff. de donatio. cauf.
mort. & notatis in. c. cōstitut⁹. de religio. domi.

3 Secunda conclusio. Pecunia in societate licite
dari non potest eo pacto vt accipiēs eam pericu-
lum eiusubeat: fitq; salua & integra conferēti:
lucrum vero ex ea partū vtriq; cōmune. Hęc pro-
batur: quia cōtra leges societatis est, cōmodum
& lucrum percipere, damnū vero effugere. l. si
non fuerint. in princ. vbi Accursius hanc senten-
tiam tenet. tex. optimus indict. §. quidā Sagariā.
Petrus à Peruffo in dict. 4. par. q. 1. colū. 4. Ioan.
Ligniano. Card. Ancharr. & Abb. in. c. vltim. de
vsuris Bald. in. l. 1. q. 9. C. pro socio. Saly. in auth.
ad. hęc. q. 14. C. de vsur. glo. singularis in ca. plæ-
riq; 14. q. 3. Roma. conf. 238. Abb. in cap. per ve-
stras. de donat. inter vir. & vxor. & ibidem Ioā.
Lupi. 6. notab. §. 11. dicens nume. 6. hanc senten-
tiam communem esse: quam etiam sequuntur &
probant Florent. 2. par. titu. 1. cap. 7. §. 37. Laurē-
à Rodulphis in rep. cap. cōsuluit. de vsuris. 2. p.
q. 19. Ange. Are. in. §. de illa. Inst. de societate. De
ci. in. l. si pascenda. 2. colum. C. de pact. idē cōf.
116. Abb. conf. 77. lib. 1. & cōf. 114. libr. 2. Diuus
Thomas. 2. 2. q. 78. art. 2. ad quintum. & Cōrad.
de cōtractibus. q. 97. ex quibus apparet, hunc
contractum iniquum esse: ac restituēdum fore;
quidquid dāni huius pacti causa alteri socio cō-
tigerit. nam & esse vsurarium pactum istud qui
busdam placuit: quod tamen non est ita simpli-
citer dicendum: cum deficiat causa mutui: ac sit
fatis societatem istam cēferi iniquam in damnū
proximi: secūdum communē opinionem, quam
late tradit Socinus conf. 265. lib. 2. probatur item
hęc cōclusio apud iuriscōsultum in. l. si Titius.
vers. sed nec ipsius. ff. de præscriptis verbis. cui⁹
præter Pau. Castren. inibi meminere Iason &
Nouiores in. l. si pascenda. C. de pact. & Soci. in
dict. conf. 275. column. 6.

Huic cōclusioni obijcitur iuriscōsulti locus
in. l. si non fuerint. ff. pro socio. §. ita coiri. vbi cē-
setra coiri societatem posse, vt nullā partē dā-
ni alter sentiat, lucrum verò commune sit. idem
probat Iustinianus in dict. §. de illa. & Regia. l. 4.
tit. 10. part. 5. constat igitur prædictum societatis
pactum licitum omninō esse: quanuis ea condi-

tionem inimum sit, vt tradens pecuniā in societate,
& commercium exercēdum ei, qui operā, & in-
dustriam, ac laborē subiturus est, nullum in ipsa
pecunia damnū patiat: imō ea sibi salua sit:
licet perierit absq; culpa socij: lucrum vero com-
mune sit vtriq;. Quam obrē his autoritatibus
moti hanc pactionem licitam esse, & absq; vllō
crimine fieri posse existimarunt Hostiē. in dic-
ca. per vestras. Et quidam alij à iunioribus relati:
quibus respondendum erit prænotato vero sen-
su iuriscōsultorum. Ea etenim pactio vt lucrū
commune sit: damnū verò ad alterum perti-
neat: minimē proderit: nec obtinet vbi in ipsa ne-
gotiatione dānum & lucrum accesserint: si qui-
dem lucrum eo casu deduci non potest: quin &
prius damnū deductum fuerit: cum illud tātū
lucrum sit, quod compensatione damni facta li-
quido superest: igitur is qui lucri hoc pacto de-
ducti, & liquidi, partē cōsequitur: damni etiam
particeps esse censetur: sic & cum lucrū tantum
modo in societate cōtigerit, prædictæ pactioni
locus non erit. Quum vero solum damnū ac-
ceptum fuerit: tunc ea pactio proderit. Nā si mil-
lenos singuli sociaureos in societate: subsequuta
cōuentione quod ad alterum tantū damnū
pertineat lucrum verò sit commune, cōtulerint:
nullumq; lucrū super sit: imō damnū eueniat
ducentorum aureorum, & societas dissoluatur:
alter mille aureos quos intulit: alter tantū octin-
gentos habebit. quemadmodum explicat Theo-
philus in dict. §. de illa. id ipsum obscure tamen
fenserūt Calder. in cap. vlt. q. 2. de vsur. & Laurē-
tius à Rodulphis de vsuris. 2. par. q. 19. vt hinc pos-
sit deduci, pactionē illā cuius meminere iuriscō-
sulti, & Iustinianus, non pertinere ad societate,
quæ inita fuerit ex pecunia vnus, & industria
alterius: quā si iniquū sit, periculū pecuniæ ad al-
terum, quā industria vtitur, pertinere, lucrum ve-
rò cōmuni fore. Præsumitur etenim pecuniā
illam mutuo dari eo pacto, vt mutuant vltra for-
tem detur pars illa dimidia lucri, quæ quidem
pactio vsuram sapit. non idē erit vbi societas fue-
rit contracta vtriq; collata pecuniā: cum in ea
specie vere cōtractus sit societatis: nec mutuum
præsumi rectē valeat. Ego sanē & si sciam in hac
posteriori specie non ita contingere vsuræ præ-
sumptionē, sicuti in priori: opinor tamē esse so-
cietate iniquā, ob eam cōditionē quod lucrū cō-
mune sit: damnū verò alteri tantum socio immi-
neat: siquidem ea est Leonina societas, cuius me-
minit iuriscōsultus in dict. l. si nō fuerit. §. vlti.
ex AEsopi apologo, quem & Erasmus in Chilia-
dib⁹ explicat. Et ideō cū ad iustā, & æquā socie-
tatis ius pertineat, æquales inter socios paria cō-

B ferren-

Variarum Resolutionum.

ferentes portiones distribui: omnino iura societatis voluntur cum ita pactum sit: ut æqualia conferentes non æquæ lucri & dani sint participes. quod item probatur ex eo quod societas quedam fraternitas esse censetur. l. verum. ff. pro socio. & ideo contra naturam societatis est pactum iniquum, & inæqualis distributionis. idem deducitur ex. l. Socius pro filia. ubi hoc notat Paul. Castrenf. ff. pro socio. Hoc item asserit Hosti. in summa. tit. de usuris. §. an aliquo. vers. quid si periculum, ubi hanc secundam principalem conclusionem, ni fallor, asseruerat. Sic & pactum societati appositum, ex quo inæqualitas sequitur, non valere: tenent Accursius & Azo in dict. l. si non fuerint. & ibi Doct. quorum opinionem sequuti testantur communem esse Corneus col. 1. & ibi Purpurat. col. 2. in. l. si pascenda. C. de pact. Soci. col. 265. col. vlt. li. 2. idem Corneus conf. 212. & col. 310. li. 4. idem fateur Fulgosi. in dict. l. si non fuerint. in princ. scribēs Azonis sententiam communiter receptam esse quod sèpissimè Corneus profiteretur: sicuti commemorat Aymon conf. 173. nu. 1. Et licet Philip. Decius in dict. l. si pascenda. col. 3. ab Azone dissentiat, asserit tamen eius opinionem communem esse: idem inibi Decio respondens existimat Curti. Junior. column. 1. probat eandem opinionem Abb. consil. 77. libr. 1.

Hinc primò apparet: tunc pactionem hanc de diuidendis inter socios lucris pro portionibus, & partibus dissimilibus, & inæqualibus, valere: cum in ipsam societatem imparia socij cõtulerint: quia vnus maiorem quam alter partem in eam intulit: quod præcitati authores passim, & frequētissime fatentur. & sensu gloss. in dict. §. de illa. probaturq; in dict. l. si non fuerint. ubi gloss. Nec enim equum est, æqualem habere partem eum, qui minus quam alter socius in societate deduxerit. quod & Aristoteles scribit lib. 3. Politico. capi. 6. quia in re sit satis hanc illationem frequētissimo omnium cõsensu probatam esse: & præter alios notat Corneus optimè conf. 196. libr. 3.

Secundò constat verus intellectus, veraque & propria interpretatio ad tex. in dic. l. si non fuerint. in princ. & in dict. §. de illa. ad glo. in dict. l. si pascenda. verb. Portionibus. quibus probatur: pacto fieri posse, ut inter socios distributio fiat pro portionibus inæqualibus. id enim verum est vi riboni arbitrio: cum vnus ex socijs maiorem partem vel fortis, vel industrie in societatem cõtulerit. quod expressim probatur in dict. §. si non fuerint. & est omnium communis sententia.

Tertiò ex hoc dubio redditur responsio Philippi Cornei in col. 187. li. 3. col. 3. vers. nec obstat. quo in loco censet, valere iure optimo eam pactionem,

qua cautum inter socios sit: ut qui ex eis minorè portionem in societate contulit, æqualem habeat lucri partem cum his, qui maiorem impenderit: quasi reproba sit pactione inter socios paria conferentes de inæquali portionum diuisione: non sic ea, qua agitur ut in paria conferentes parè habeant lucri partem. Ego profecto non video iustam discriminis rationem: imò ex ipso iuriscõsulto in. d. l. si non fuerint. cõsuo vtrâq; pactionem iniquam fore: cum vtrobi que contra legem societatis non æqua sit lucri diuisio, nec cõgruens partibus in societatem deductis: atq; ita aduersus Corneum tenet Purpurat. in dicta. l. si pascenda. nu. 31. licet Aymon dict. col. 173. videatur Cornei responsum admittere.

Quartò hinc scribit Roma. conf. 168. vlt. dubio. contracta inter duos parem pecuniam conferentes societate: quorū alter operam dederit negotiationi, esse omnino arbitrio boni viri maiorè lucri partem huic quam socio quiescenti assignandam iuxta estimationem operarum, laboris & industria, quod deducit ex dict. l. si non fuerint. idem adnotarunt post Roma. Gerard. à Petra Sancta, sing. 68. Purpurat. in dict. l. si pascenda. num. 14. & Iason in. l. illud. nu. 8. C. de collat.

Quintò infertur posse defendi opinionem eorum qui asseruerunt, in societate omnium bonorum presentium, & futurorum nihil referre ad eius æquitatem: quod alter ex socijs plura bona in societate deduxerit: maioriq; præditus sit industria. Nam & si, ut fieri solet, ex æquis portionibus, finita societate sit facienda diuisio, omniaq; & acquisita & adquirenda pariter diuidantur & communia sint: iuxta tamè cõsuetur societas ob spem illam: ex qua etiã si socio pauperiori ingens patrimoniū obuenerit, id erit commune vtriq;. sic sanè visum est Corneo. conf. 310. lib. 4. col. 4. vers. Nec obstat. & conf. 187. lib. 3. colum. penul. Socino col. 160. lib. 2. colum. 7. vers. ex quibus. Decio in col. 66. col. penulti. & conf. 68. col. 2. & Purpurato, in dict. l. si pascenda. numer. 38. facit tex. in. l. 3. §. 1. ff. pro socio. optimus tex. in. l. Socius pro filia. ff. eod. quo in loco traditur: an ex bonis societatis omnium bonorum contracta, sit dos danda filiae alterius ex socijs. & id explicant eleganter Decio in dictis duobus responsis. Corneus conf. 52. lib. 3. Soci. conf. 191. lib. 2. post Bald. in. l. si patruus. C. comm. vtri. iudic. nume. 10.

Sextò poterit ex his perpendi sit ne vera interpretatio, quæ ad dict. §. de illa. tradidere Panor. in. d. cap. per vestras. col. 2. idem in conf. 77. lib. 1. & Anani. in. d. cap. vlti. de usuris. num. 7. dum arbitrantur pactionem illam à Iustiano probatam: qua actum sit inter socios, quod lucrum commune sit, damnun vero ad alterum pertineat:

neat: tunc procedere: cum societas contrahitur inter duos, quorum vnus pecuniam, alter industriam exhibet in societatem: & is qui industriae & laboris operam daturus est ab altero stipulatur, se liberum fore à periculo, & damno pecuniae in societatem collatae: lucri vero æque participare. At si conferens pecuniam id ab altero stipulatur, & in pactum deducatur: illicitam esse eam pactionem opinantur: alienamq; à mente & ratione Iustiniani, & iuriscōsultorum. Fateor equidem hunc sensum maximè conuenire Iustiniano & iuriscōsulto: & tamen quia quandoq; bonus vir arbitrabitur posse absque vlla iniquitate pactum hoc fieri in fauorē & vtilitatē eius qui pecuniam in societatem contulerit: tertiam hac in quaestione proponam non inutilem assertionē.

4 Tertia conclusio, Potest licitè dari pecunia alteri, vt per eum adhibita industria quaestuaria ars exercentur: ita contracta societate: quod pecunia salua sit: eiusq; periculum ad mercatorem pertinet: lucrum tamen, quod alioqui æquis portionibus commune foret: maiori ex parte ad subeuntem pecuniae periculum spectet: quasi ea pars lucri, quæ diuisionem excedit, istum sit arbitrio boni viri precium subeundi periculi.

Quod probatur. Nam cōtractus societatis separatum in initis iustissimus est. Et similiter contractus is, quo agitur pro periculo pecuniae, certa iusta merces detur ei, qui eam promittit, saluam fore: sicuti paulò post manifestè ostendemus: igitur nihil impedit, quin & hi duo contractus licitè simul fieri possint. hanc conclusionē afferunt. Ioan. Maior. in. 4. dist. 15. q. 48. & sequenti. & Syluest. verb. Societas. 1. q. 2. quibus suffragantur Ioan. Lupi. in dict. capit. per vestras. 6. notab. §. 12. nu. 8. Petrus Perusinus in tract. de duob. fratribus. 4. part. q. 1. Purpurat. in dict. l. si pacēda. nu. 37. existimantes, posse societate ita coiri ex vni⁹ pecunia, & industria alterius: vt pecunia salua sit: lucrum verò cōmune: vbi altera industria nõ æquiualeat pecuniae, nec iuxta societatis æquitatē alter soci⁹, qui industria vtitur, dignus est dimidia lucri parte: sed tertia forsitan: aut quarta. Et ideo constituitur illi dimidia lucri pars in pretium suscepti periculi ipsius pecuniae, & fortis ab altero in societatem collatae: atq; ita posse intelligi. tex. in dict. §. de illa. & in dict. l. si non fuerint. Ioan. Lupi. & alij censent. quibus addēdus est Caieta. libro. 16. responsionum capit. 11. qui opinatur, hanc tertiam conclusionem procedere vbi hi duo contractus: societatis quidem: & periculi suscepti: fuerint ex interuallo initi & constituti: quod si vnico actu & contextu fiant, eam pactionem iniquam esse: ex eo quod contractus so-

cietatis falsæ, & veri mutui sub vsuris iniquis tractetur. Sed tamē quidquid ipse dixerit, mihi magis placet. contraria sententia: quam secundum conclusionem tertiam veram esse existimo. Nihil etenim refert fiant hi duo contractus, simul, an ex interuallo: modò fraus omnino absit. Quā ob rem vt obiter & illud, quod ad periculi suscepti conuentionem attinet, explicemus: tractandum erit de fœnōre traiectionis pecuniae.

Constat sanè ex iuris Cæsarei respōsis, & cōstitutionib⁹ licuisse nauticū fœn⁹ exerceri: eo quod de pacto: vt qui mutuatur alteri mille aureos ultra mare vehendos: aliquid præter sortē ipsam accipiat in pretium suscepti periculi: p̄mittit enim eam pecuniam saluam fore: & si perierit, eam se non petiturum: sicuti probatur in. l. 1. l. nihil in terest. l. Periculi. ff. de nauit. fœno. l. 1. & 2. C. eod. tit. in hac etenim specie quod ultra sortē accipit non datur ratione mutui: nec propter vsum pecuniae, nec propter nudū interessē inter futurij tēporis: sed propter aliā iustissimā causam: in ep̄e periculi contra naturā mutui spectantis ad creditore. Et præterea valet pactū cū tertio à mercatore factū: quod si pecunia, aut merces alia salua venerint ad portū, habeat is certā summā in pretiū periculi suscepti: si verò perierint: tenebitur emē dare dānū. l. in naue Saupheli. & ibi Paul. Castr. ff. locat. Alex. in. l. à Titio. col. 1. ff. de verb. obligat. In l. alla stipulatio. in princ. eo. tit. Laurent. à Rodolphis in capit. consuluit. 3. part. q. 3. Ioan. Ananias in capi. vltim. de vsuris. q. 13. Ioan. Lupi. in dict. cap. per vestras. 6. notab. §. 9. num. 5. Si pactum istud cum tertio fieri potest: ergo & cum creditore, modò absit fraus, itaq; nauticum fœnū ratione suscepti periculi à creditore licitū esse, asserunt Iacob. Butri. in. l. 1. C. de nautico fœno. Bald. in. ht. column. 4. C. de summā trinitat. Conrad. de contract. quæ. 39. conclus. 1. Florentin. 2. part. tit. 1. capit. 7. §. 21. Thomas in tract. de vsuris. q. 9. Iacob. Almain in. 4. sen. dict. 15. & in ibi. Gabriel. q. 11. col. 8. & Ioan. Maior. q. 3. col. vlt. Et Syluest. ver. vsura. 1. §. 35. Ang. eo. verb. §. 37. Caieta. verb. vsura exterior. vers. duodecimus casus. Pulchrè Carol. Molinæus de contract. q. 3. qui idem esse censet, vbi creditor aliud mutuatur pecuniae periculū recipit quàm traiectionis, & marinū: ob eandē rationē: post Bal. in dict. l. periculi. & in rub. C. de nauit. fœno. Pau. in. l. 1. C. eo. tit. Et Angel. verb. vsura. 1. q. 38. ad finem.

Quibus obijcitur tex. insignis in capit. vltim. d. vsur. Nauiganti, inquit Gregorius Nonus, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniam quantitatem, eo quod suscipit in se periculum recepturus aliquid ultra sortem: vsurarius est cē-

Variarum Resolutionum

sendus. Hac siquidem responsione visum est quibusdam præcedentem euerit conclusionem ita vrgenter, & validè, vt nulli vnquam licitum sit refragari ob autoritatem Summi Põtificis rem hanc summo decreto definitis. Hæc verò oblectio tollitur varijs huius decretalis interpretationibus.

Primum equidem Romani Pontificis responsum obtinet, vbi deficit probabile dubium & periculum cuius causa iuste aliquid recipiatur: imò vani periculi susceptio prætextitur, vt hoc colore quæsitio, creditor, qui nullū istum damni metum habet: nec periculum aliquod verè subit, certus sit de cõuento vltra sortem lucro. Sic sanè existimat intelligendum esse text. in dict. capit. Nauiganti. Carol. Molin. dict. q. 3. idem tradit Adria. in tract. de vsuris. cap. occurrūt ad primū: quibus ipse non assentior: quippe qui videam. maxima imminere nauigantibus pericula: & res, quæ per maria transuehuntur, pluribus subiacere incõmodis. Cuius quidem fortunæ, & periculi meminit Summus Pontifex in dicto, capitulo. vltimo. idèo aliter est ea difficultas excutienda.

Secundò tex. in dict. capit. vltim. eum sensum habet, vt censerī debeat vsurarius is: qui nauiganti, vel eunū ad nundinas mutuatur pecuniam eo pacto, & conditione, qua cautum sit: contractum suscipiendi periculi cum eo fieri debere: alioqui nõ mutuaturus: quasi in hac specie ratione mutui, & periculi simul aliquid vltra sortem capiatur: siquidem ratione mutui cogitur alter cum creditore de suscipiendo periculo sub certa mercede conuenire, hæc verò cõuentio vltra sortem deducitur in pactum: & ob id vsuraria est datio mutui, alioqui licita foret iudicanda mutui datio, quæ liberè fit: & tamen debitor cum creditore conuenit sponte de periculo mutuaturæ pecuniæ suscipiendo certa constituta mercede. in hunc equidem modum dictam decretalem accipiunt, & intelligunt Florēt. dict. §. 21. Conrad. dict. q. 39. Ioan. Maior. dict. q. 31. Syluest. & Caie. in locis paulò antè adductis. atq; hic sensus verè proprius est & frequentiori Theologorum iudicio probatus.

Tertiò tamen Adrianus in 4. sent. in tractat. de vsur. cap. occurrunt. aliter existimat hæc conouerſiam definiendam fore: scribit etenim, non esse vsurariam mutui dationem eo pacto factam, quod contractus suscipiendi periculi ipsius pecuniæ certo pretio fiat cum ipso mutuante: aliter non mutuaturus: modò iustum sit pretium periculi suscepti. Quam ob rem intelligit Responsum Romani pontificis in dict. capit.

vlti. eo casu, quo pretium periculi suscepti est iustum, & excedit iustam ipsius rei mercedem. Priori siquidem casu nihil verè vltra sortem accipitur: at in posteriori vltra sortem recipitur id, quod iustum pretium excedit: & tandem causa mutui igitur vsura prauè committitur. Huius authoris opinio quo ad priorem partem, nam posterior absq; difficultate procedit, coadiuuatur ex eo, quod mutuans rustico mille eo pacto: vt secum conueniat de cultura agri iusta data mercede: alioqui non mutuaturus, vsurarius non est: quippe qui nihil vltra sortem recipiat: cum iustam operarum mercedem soluat operanti: secundum Bald. in l. Rogasti. §. si tibi. colum. 2. ff. si cert. pet. Florent. 2. par. tit. 1. cap. 7. §. 10. Ioan. Lupi. in ca. per vestras. §. vltim. nume. 39. quo in loco similia adducit exempla. quibus accedit quod Socinus adnotauit in l. si quis. ff. si cert. pet. num. 12. scribens, contractum esse vsurarium: si quis domum conduxerit mutuas locatori cõtum: & ob id minus iusta mercede cõtstituta. sentit enim vsuram in hac specie non subesse, vbi ex hoc mutuo non foret iusta domus pensio diminuta. idem probatur ex alia eiusdem Adriani sententia, qui in tract. de vsur. super quartum sentent. capit. Sed dubium videtur. in fine. censet, nullum vsuræ vitium committi, si quis alteri mille mutuauerit eo pacto expresso, vt debitor iusta solutã mercede ad eius molendinum proprium triticum molendum ferat, cum ex ea pãctione nullum dãmnum debitori imminet, nec creditori lucrum aliquod accedat iusto ei pretio soluto. Verùm aduersus Adrianum, & ea, quæ in comprobationem adducta sunt, instat ratio vrgentiſsima: ex qua constat, vsuram committi si vltra sortem ex pacto debitor obligetur aliquid indebitum, & ad quod minimè tenebatur, agere. Est enim omnium consensu receptum, mutuantes centum non posse in pactum deducere quod debitor teneatur ei totidem mutuo dare cum petierit: nisi eo modo id debitor promittat, quo secluso pacto à iure cogitur creditori mutuare. quod & nos probauimus libro primo harum Resolutionum. capit. vltimo. & præterea, quoties debitor ratione mutui vltra sortem obligatur ad aliquid, quod agere non tenebatur, vsura est. gl. f. Barto. & communiter omnes in dict. §. si tibi. Et probatur ac colligitur ab vsuræ definitione. ergo Adriani opinio procedere nequit: cum in ea specie, & casibus modò adductis ratione mutui debitor cogatur id promittere, quod agere minimè tenebatur. Itè & illud hanc partem plurimum cõtra Adria. probat, quod debitor cogitur amittere

tere libertatem quam iure habet cum alio quam creditore paciscendi de periculo suscipiendo: frumentum ad aliud molendinum deferendi: alibi operas culturæ impendere. Hæc autem libertas pretio æstimari arbitrio boni viri potest: nec id negari poterit. igitur aliquid ultra per creditorem mutuam a debitore exigitur, quod est pretij æstimatione dignum: alioqui frustra in pactum id deduceretur. Ex quibus Adriani rationibus satis aperte respondetur. Quam ob rem contrariam sententiam his omnibus, quæ ab eodem Adriano, Baldo, Socin. & alijs deduxi, probant, & tenent Ioan. Calderi. Anchara. Cardinalis, Abbas columna penultima, Anania numer. 18. in capit. ultimo de vsur. Laurent. à Rodulphis in capit. consuluit. secunda parte. q. 38. Caietanus. 2.2. q. 78. articul. 2. Florentinus dict. capit. 7. §. 8. Conrad. de contracti. q. 36. Ioann. à Medina de contractib. & restit. capitul. de vsura restituenda. quorum opinio communis est secundum Syluest. verb. vsura. primo. quæst. septima. quibus sanè diligenter inspectis ipse opinor hanc vltimam sententiam veriore esse: & ea ratione minimè in iudicio exteriori, nec in interiori cogendum esse debitore pactiones, quarum modò meminimus, obseruare, propter earum iniquitatem.

Quantum verò ad restitutionem attinet: aliquot sunt præcipuè notanda. Primum, creditorem omninò teneri, & cogendum fore, has pactiones debitori remittere: eamque ab earum obligatione eximere. Secundò, si creditor iam his fuerit vsus conditionibus, tenebitur debitori restituere quodcumque damnum ei contingerit ex dictis conuentionibus. Tertium nullo damno dato debitori, nihilominus tenebitur creditor ei reddere quantum boni viri arbitrio debitoris interfit, coactum fuisse. causa mutui, præfatas pactiones inire: libertatemque cum alijs conueniendi sibi ablatam fuisse. Et hæc quidem debitori: non pauperibus sunt restituenda: quemadmodum probat eleganter Ioannes à Medina, dicto capitul. de vsura restituenda. iustam autem periculi suscepti mercedem: & ea quæ ob pactiones præmissas creditor ratione operarum, vel causa iusti pretij locationis, ac simili iure habuerit: non est etiam in interiori foro cogendus restituere: quia & si iniquè pactum fecerit exigens à debitore ultra sortem ea, quæ ipse liberè poterat alteri præstare: tamen ad restitutionem minimè tenetur: cum ea acceperit creditor in iustam alterius rei compensationem: quod Adriano placet. & ante ipsum Conradus probat. quæst. 39. versic. quarta conclusio. & Lau-

rent. à Rodulphis secunda parte. q. 39. post Calde. in dict. capitul. vltimo.

Primò ex his apparet: etiam in ea specie contractus, quæ vt vsuraria damnatur in dicto capitulo vltimo, non teneri mutuam restituere quod ratione periculi suscepti absque fraude acceperit: modò nihil ultra iustum pretium periculi habuerit: quod maximè est adnotandum.

Secundò constat, leges ciuiles nauticum fœnus permittentes non esse Pontificia lege sublatas: imò & hodie vim, & potestatem legum habere, iustaque censendas fore: anietli eas Canonibus correctas esse asseuerent Hostien. in summa. titu. de vsuris. §. in alijs autem. Docto. communiter vt inibi fatetur Anania, columna prima. eos sequutus in dict. capi. vltim. Saly. in auth. ad hæc. columna tertia. C. de vsur. Ioã. Faber in Rubrica. C. de naut. fœnore. Anchar. in regu. Peccati. quæst. 5. de regu. iuris. Guido Papæ in tract. de contract. nume. 18. Nam & præter alios fautores quorum paulò antè meminimus. & Ioann. Lupi. dict. 6. notab. §. 9. numero. 12. ad finem: nauticum fœnus, etiam hodie iure canonico, minimè prohiberi existimat.

Tertiò deducitur Conradum, virum alioqui doctissimum deceptum fuisse dum. q. 71. de contractib. asserit, illicitam esse conuentionem, qua inter mercatorem, & alium fit: vt is accepta certa periculi mercede: suscipiat onus, & periculum mercium vehedarum ultra mare quoties qui periculum suscipit nullam operam impensurus sit pro periculo effugiendo. Siquidem licitum est pactum istud suscipiendi periculi ob iustum illius pretium: quæuis qui subit periculum nullum laborem: nullam operam impendat pro ipso cuitando.

Quartò hinc poterit discuti illa quæstio, an liceat fideiussori pacisci, aut stipulari mercedem aliquam pro ipsa fideiussione? Probatur etenim id licere ratione periculi, quod subit fideiubendo: cum forsitan pro ipso debitore integram quantitatem ex proprio patrimonio soluet: quod passim contingit, & ideò vt iustum boni viri arbitrio periculi pretium poterit fideiussor à debitore absque vlla ratione damni, nec lucri cessantis, accipere. Nec ambiguū est, hunc contractum fideiussionis, incommodum & periculosum esse fideiubenti: qui se constituit debitorem pecuniæ ab alio acceptæ. Solomon equidem consilium dat: ne quis alterius fideiussor existat temerè, & inconsultè: ita inquit Prouerb. cap. 17. stultus homo plaudit manibus suis: cum spopoderit pro amico suo. item capi. 22. noli esse cum his, qui de figunt manus suas, & qui vades se offerunt pro de-

bitis. Quam ob rem iuste potest ob hoc periculum, cui quis submittitur, merces constitui. quod probatur expressim in l. hoc iure. §. Labeo. ff. de donatio. l. si remunerandi. §. Maurus. ff. manda. notant in specie Laurent. à Rodolphis in dict. c. consuluit. part. 3. quæst. 3. Florent. dict. c. 7. §. 45. Anania in dict. cap. vlti. nume. 42. Deti. consi. 7. nume. 1. Barto. Paul. Castr. & alij in dict. l. hoc iure. §. 1. Ioan. Lupi. in dict. capit. per vestras. 6. notab. §. 9. nume. 10. Angelus verb. fideiussor. ad finem. Ioan. à Medina de contractib. capit. de usura restituenda. col. 8. Cōrad. de contract. quæst. 40. cōclus. 4. Caiet. 2. 2. q. 78. art. 2. in responsione ad quartum. Dominicus Soto libr. 6. de iustitia & iure. q. 1. art. 2. quorum opinio communis est, quanuis consultius sit ab hac pactione abstinere: & eam improbam esse contendat Carol. Molin. de usuris. q. 31. qui legendus est ad elegantem huius quæstionis disputationem. Et præsertim q. 34. vbi probare nititur, licite posse creditorem à fideiussore aliquid accipere: vt eum liberet à fideiussoria obligatione: quoties dubia est exactio debitoris: alioqui si certa sit debitoris solutio, nec vllum imminet fideiussori periculum: minime liceret creditori aliquid vltra sortem à fideiussore accipere in pretium liberationis. Sic & ipse in præcedenti dubitatione communem sententiam non admitterem in eo casu: quo inspecta qualitate & conditione debitoris: nullum immineret periculum fideiussori, quasi tunc ea pactio fiat ficto, & simulato periculo in fraude vsurarum. nã vt creditor pro officio mutui nihil potest exigere à debitore: sic nec fideiussor pro officio fideiussionis: imò multo minus, quia minus officij impedit. Sed in fauorẽ cōmunis sententiæ illud accedit: quod licet in pignoribus pactum legis commissoriæ illicitum sit & improbatum inter debitorem & creditorem accipientem pignora. text. in capit. significante. de pignor. l. 2. & vltim. C. de pact. pignor. l. 41. titulo. 5. & l. 12. titulo. 13. part. 5. tamen huiusmodi pactio etiã ipsi contractui pignoris statim apposita inter debitorem, & fideiussorem valida est, & absque vlla criminis labe sit. text. optimus in l. vltim. ff. de contrah. empti. ex quo hoc ipsum adnotarunt Barto. in l. quãuis. ff. de solut. Abb. in dict. capit. significante. nume. 6. Barto. & Bald. ac Salicet. in dict. l. vltima. Antoni Fanensis de pignorib. 4. parte. numero. 7. & est communis opinio quemadmodum constat ex Carolo Molin. de contract. quæst. 52. nam & idem tenent Salicet. in l. 1. C. de pact. pignor. Paul. Castr. in dicta. l. quanuis. & in l. Titius. ff. de pignorat. actio. Fabianus in tract. de empt. & vedit. quæst. 7. col. 3.

potest ergo pro tutela periculi, quod fideiussor subit, ei licere pactum inire: quod creditori minime licuisset. Adhuc tamen considerandum est, hanc communem doctorum sententiam vel falsam esse, vel quibusdam limitibus restringendam: ne fideiussores sub periculi suscepti titulo: illicitas & vsurarias pactiones creditoribus illicitas, exerceant: quod manifeste probabitur: si iurisconsulti verba expendantur in dict. l. vltima. Titius inquit Scæuola, cum mutuas acciperet tot aureos sub vsuris, dedit pignori, siue hypothecæ prædia, & fideiussorem Lucium, cui promisit, intra triennium proximum, se eum liberaturum: quod si id non fecerit die suprascripta, & soluerit debitum fideiussor creditori: iussit prædia empta esse, quæ creditori obligauerat. Quæro, cum non sit liberatus Lucius fideiussor à Titio, an si soluerit creditori, empta haberet suprascripta prædia? Respondi: si non vt in causam obligationis, sed vt empta habeantur, sub conditione emptio facta est: & contractam esse obligationem. Hactenus iurisconsultus. ex quo nos trates immerito adnotarunt, pactum legis commissoriæ licere inter debitorem & fideiussorem, & id primum: quia res datæ in pignus creditori, non fuerunt datæ in pignus fideiussori: quod inibi euidenter constat: & ideo non potest quo ad fideiussorem proprie dici pactum legis commissoriæ: nec illius meminit iurisconsultus: sed alterius conditionalis venditionis. Imò si in specie prædicta, res essent fideiussori datæ in pignus pro indomitatis cautela: nõ procederet pactum: de quo iurisconsultus tractauit in dicta. l. vltima. secundum Curti. Iuniorẽ ibi nume. 2. Bal. in capit. 1. columna prima. de feud. dat. in vicem legis commissoriæ. Alexand. Imola. in consi. 178. lib. 7. numero. 7. Sed iuxta hanc interpretationem apparet, nullum esse discrimen inter creditorem & fideiussorem: nam & cum creditore mutuante pactum fieri potest: quod si debitum intra certam diem non fuerit solutum res quædam debitoris, quæ non extitit data in pignus, sit pro eadem quantitate empta ipsi creditori: secundum Bal. in dict. cap. 1. colum. 2. & ibi Aluarot. Tiraquell. hb. 2. de retract. in fine. num. 138. sensit Barr. in d. l. quanuis. nu. 2. & ideo vt discrimen aliquod ex dict. l. vltim. inter creditorem, & fideiussorẽ constituat: ego potiorẽ esse causam existimo illorum, qui aduersus Bald. & Aluarot. opinantur, pactum istud non valere, quo conuentum sit inter creditorem & debitorem, quod si intra certum diem pecunia soluta non fuerit, domus quædam nec pignori, nec hypothecæ ob eam causam subiecta empta sit pro eodem pretio creditori.

ditori. quòd placuisse video Curtio Iuniori in. d. l. vltim. colum. 1. & Carolo Molina. de cōtract. quæst. 52. nu. 362. eadem etenim est ratio iniquitatis, & captionis, siue res sit pignori data siue nō, quum vtroq; casu creditor vltra sortē habeat rem minus iusto pretio emptam. Et præterea licet deficiente hypotheca, & pignore: non sit formale pactum legis commissoriæ, est tamen simile & eiusdem rationis & ob id æquè prohibitū. l. non dubium. C. de legib. deinde non tantum formale pactum legis commissoriæ prohibitum est, sed & illi simile. l. 1. C. de pactis pignori. vbi hoc satis probatur.

Ex quibustria deducuntur. Primum, quo ad prohibitionem pacti legis commissoriæ, & quo ad eius iniquitatem non referre: sit res illa generaliter tantum: an specialiter hypothecæ submissa: cum vtrōbique eadem sit prohibitio nis ratio secundum Steph. Bertrand. consil. 97. lib. 1. aliàs. 4. & consil. 178. libr. 3. Rogeri. de Mora in. f. traditionibus. C. de pact. nu. 53. Carol. dict. quæst. 52. numero. 361. aduersus eundem Bertrandum. consil. 245. libr. 1. column. 1. & Tiraquell. in dict. 2. lib. de retra. in fine. numero. 139. Secundum item quo ad hanc prohibitionem, & eius propriam rationem nihil interesse constat, fiat pactum legis commissoriæ directè, quod res maneat emptæ: an promissio rem ipsam in eum casum vendendi præmittatur: sicuti censent Carol. in dict. quæst. 52. num. 359. & Tiraquellus dict. 2. lib. in fine. num. 141. quo in loco hanc sententiam deducit à glo. Bar. Baldo, & alijs in dict. l. 1. C. de pact. pigno. Contra Bertrandum consil. 134. lib. 1. Tercio hac quæstione diligenter examinata, concludenda est iuxta præmissam interpretationem differentia inter creditorem, & fideiussorem: vt saltem reponsum Scæuolæ iuriconsulti. in praxi obtinere valeat quantum: ad propriam eius speciem in fideiussore: tamen si quo ad creditorem propter causam, & rationem mutui non idem sit admittendum, quam ob rem alteram subijctio interpretationem iuriconsulti: quo res fiat apertior.

Secundò pactum illud inter debitorem, & fideiussorem, de quo iuriconsultus tractat, ita est accipiendum, vt res emptæ sit iusto pretio: nam tunc id licere videtur, cum nihil habeat fideiussor vltra sortem ipsam: ac nullum lucrum adquirat. Sic etenim eum text. intellexere Ioan. ab Imola. in dict. capit. significante. num. 10. Isernia, & Aluarot. colum. 2. in dict. capit. 1. de feudo dat. in vicem legis commissio. Alexan. consil. 178. num. 9. lib. 7. & Carol. Moli. dict. quæst. 52. col. 3. quorum sententia proculdubio verior est quam

communis aliorum opinio: quæ admittit, pactum inter debitorem, & fideiussorem vt res maneat emptæ pro pecunia debita, etiam si minor sit iusto rei pretio: quod iniquissimum esse censeo: tamen si Imola, & Carol. fateantur ita prædictū text. communi omnium consensu intelligi. Verum secundum Imolæ, Alexand. & sequacium intellectum planè apparet, adhuc non esse differentiam inter creditorem, & fideiussorem: siquidem & cum creditore pactum fieri potest legis commissoriæ, ita quidem, vt res sit emptæ iusto pretio: quemadmodū ex. l. si fundus. §. vltim. ff. de pignori. adnotarunt Abb. Imol. & Docto. in dict. capit. significante. Docto. in dict. §. vltim. Barto. in dict. l. quauis. idem Bart. & ibi Salicet. in. l. 3. C. de pact. pignori. Cæpola cautela. 309. aliàs. 241. incipi. Pactum pignoris. Andr. Tiraquell. optimè in dic. 2. lib. de retract. in fine. numero. 136. Alexand. consil. 178. Antoni. de Fano in dict. 4. parte. numer. 6. post alios quos ipse allegat. & Antoni. Rubicus consil. 134. Et est communis opinio, quæ probatur iure Regio in dict. l. 41. titu. 5. & lege. 12. tit. 13. part. 5. idem erit, si fiat pactū simpliciter, quod res pignori data, emptæ sit creditori: quia intelligitur iusto pretio: vt Bartol. existimat in dicta. l. si fundus. §. vltimo. quem alij paulò antè citati sequuntur. quibus in hoc vltimo dict. Regia. l. 12. obltare videtur: dū in ea decisum est pactum hoc in pignoribus nullum & illicitum esse: quando debitor conuenit cum creditore, vt si intra certum diem non soluerit, res data pignori sit creditoris pro quantitate, mutuata, vel ei sit emptæ. ecce quod lege Regia ad reprobationem pacti satis est conueniri: quòd res sit emptæ, licet dictum non fuerit, pro ipsa pecunia mutuata: nec ea conuentio intelligitur pro iusto pretio. Adhuc tamen poterit Regia lex congruè intelligi in hunc sanè modum, vt vtraque pars accipiatur quando pro debito, & pecunia mutuata, res pignori data, vel datur in solutum, vel venditor creditori ea conditione: si intra certum diem pecunia mutuata soluta non fuerit. Quòd si detur in solutum simpliciter: profectò data censetur pro ipsa pecunia mutuata: si verò simpliciter vendatur, ipse iuxta communem Doctorum sententiam intelligerem pro iusto pretio venditionem fieri arbitrio boni viri estimando. quo fit, communem sententiam Barto. & aliorum non improbari lege Regia. Cæterum Caro. Molina. in dicta quæstione 52. numer. 360. ab hac opinione communi, quam falsam esse contendit, ex eo discedit, quòd mutans nullum lucrum pacisci possit ratione mutui, & propter officium mutuandi, etiam ratio-

Variarum Resolutionum.

ne dilata solutionis: sed ius vendendi, & adquirendi rem debitoris etiam ob certum & iustum pretium est ipsi creditori lucrum considerabile. text. in l. si æquo. ff. de legatis primo. igitur pactum istud illicitum est, & usurarium. Quæ quidem ratio non convincit, nec omnino probat communem sententiam falsam esse: siquidem ipse fateatur usurariam esse eam pactiōem, qua actum fit inter creditorem & debitorem, ut debitor teneatur ei vendere propriam rem, quam alioqui forsan non foret venditurus, etiam si iusti pretij mentio fiat: ubi ea pactio fit ex causa mutui, & ob officium mutuandi, ultra solutionem fortis: at si ea pactio fiat ad cautionem certiore, & tutiore creditæ pecuniæ solutionem veluti iure iustissimæ dationis in solutum: non video hic aliquam subesse usuram: sed potius cautum esse indemnitati creditoris: quod omnino licitum est.

Quam ob rem, ut disputationem istâ ab ipsis principijs inquiramus, observandum est: rationem prohibendi pactum legis commissoriæ, & ei similia: in eo tantum ceteri, quod creditor sub conditione dilata solutionis rem debitoris adquirat, aut empram habeat minus iusto pretio: ac tãdem causa mutui lucrum percipiat: partem illâ, scilicet, quæ pretio iusto deficit, nam hanc rationem leges, & earum interpretes passim observant, & præmittunt in his locis, quæ modo expressim adduximus. Pactum autem legis commissoriæ hoc proprium habet, ut pignora cadant in commissum debito ad diem præfinitum non soluto. & dicitur lex commissoria ad similitudinem commissoriorum emphyteuticorum, & publicanorum: quorum meminit. l. 2. C. de iure emphy. l. commissoria. ff. de publi. & vectigalib.

Hinc colligitur aduersus communem sententiam, nullam debere, nec posse constitui differentiam in legis commissoriæ pactiōe inter creditorem, & fideiussorem: nam sicuti pactum istud prohibetur cum creditore: eodem iure & cum fideiussore fieri nequit: atque ut permissum est fideiussori ita creditori licitum erit: quemadmodum ex prænotatis apparet.

Secundo inferitur, licitum esse creditori pacisci cum debitore eo tempore, quo mutuum dat capitis pignoribus: quod si intra certum diem pecunia soluta non fuerit, pignora emprata sint ipsi creditori iusto pretio, tunc arbitrio & iudicio boni viri definiendo. l. si fundus. §. ultimo. ff. de pignoribus. Quod si prius quam pretium istud æstimeretur, resque adiudicata sit emptori, debitor mutuatam pecuniam obtulerit etiam post diem solutioni præfinitum: moram purgabit, & impediet

pignorum perfectam venditionem, sicuti docet Angel. in l. cum dominam. C. de pignoribus. Hippo. in singu. 468. Carol. Molin. dicta quæstion. 52. nume. 356. quod comprobari potest ex l. fundus. ff. de rescind. vend. l. si residuum. & l. si prius quam. C. de distract. pigno. Baldo in l. pactum vulgare. C. de pignor. actio. nam licet hæc venditio sit conditionalis. text. in dict. l. si fundus. §. ultimo. & conditio iam euenerit: tamen consummata non est, donec pretium æstimeretur. l. ultima. C. de contracten. emptio. l. si merces. in principio. ff. locati. quanuis quadam proposita distinctione contrarium senserit Anton. Fanens. de pignori. 4. parte. numer. 1.

Tertiò, hinc etiam probatur falsam esse Bart. & aliorum opinionem, qua communiter assertum est, pactum legis commissoriæ etiam cum creditore initum: ex interuallo tamè validum esse quo ad retinendam rem, & excipiendum: licet nullum fuerit quo ad agendum. Hæc etenim distinctio omnino falsa est: quia ratione eadè, qua nullum est feratur pactum istud ab initio factum, prohibetur & damnatur factum ex interuallo, cum enim debitor minus iusto pretio: nepe pro ipsa pecunia credita vendit pignus, aut rem aliam creditori sub conditione dilata solutionis: verè causa mutui creditor consequitur ultra sortem id, quod iusto pretio deficit: & ideo ab usurarum crimine immunis esse non poterit. hoc ipsum probatur: siquidem negari non poterit usuram committi à creditore, qui ex interuallo receperit aliquid ultra sortem à debitore causa mutui, & iure dilata solutionis: in hac verò specie pactum istud, ex quo ultra sortem accipitur, fit causa, & ratione mutui: igitur id illicitum est. Et præterea nullibi hæc Doctorum distinctio probatur: cum in l. Titius. ff. de pig. actio. quæ passim à Doctoribus adducitur ad probationem communis erroris, minime tractatur de pacto legis commissoriæ: sed de datione in solutum: quæ fit à debitore creditori: & ea certo, ac iusto pretio, ut inibi expressim est: non autem pro ipsa quantitate debita. Hæc verò datio in solutum nullum habet vitium: ac iure fieri potest. l. eleganter. in fine princip. ff. de pig. act. l. si prædium. & auth. hoc si debitor. C. de solutioni. Ergo absque legis autoritate, hæc differentia, quæ fraudem non excludit, sed auget: fieri non debuit. Sic sanè hanc tertiam illationem pulchrè, & eleganter defendit Carol. Molin. in dicta. q. 52. nume. 363. contra Bart. in l. quanuis. ff. de solut. Abb. nume. 6. & Docto. ibi in dict. ca. significante. Alexand. consil. 178. nume. 1. & consil. sequen. libro. 7. Antoni. Fanensem de pignoribus. 4. part. nume. 6. Guido Papæ. quæst. 6. Bart. Bald. Salice.

Salice. & Paul. de Castro in. l. Titius. Ripā in. l. nemo potest. nu. 14. ff. de leg. 1. & alios, quos refert Tiraque. libr. 2. de retract. in præfatione. nume. 7. & in fine. num. 134. quibus in locis dubitat de huius communis sententiæ veritate, existimans ex ea fraudē fieri prohibitioni legis, & pacti commissorii: authoritatem sequutus Alberi. in. l. 2. C. de pact. int. emp. & vend. vers. sed quid si emptor. & Cuma. consi. 184. qui cēsent pacta ab initio prohibita in aliquo contractu: etiam si ex intervallo fiant, adhuc habere fraudis suspicionem.

Quartò & vltimo, quanuis in praxi fori exterioris, & interioris, appposito pacto legis commissoria pro quantitate mutuata: cogendus sit creditor soluto debito pignus debitori reddere, etiā si omnino constet, pignus ipsum iustissimè non valere vltra quantitatem mutuatam: fortassis verius est: quod in ea specie validum sit legis commissoria pactū cessante ratione prohibitionis. Et sanè procul dubio in eo casu creditor nihil tenetur restituere debitori in foro interiori nihil petēti, cum nihil vltra fortē ratione mutui perceperit. qua in re oportet diligenter rem istā perpendere: iustumq; pretium examinare, ne fraus, aut dolus sub imagine iusti pretij lateat.

Ex capite sequenti.

- 1 *Crimen vsurarum, an sit merè ecclesiasticum: latè discutitur.*
- 2 *Vsurarius pœna infamiæ punitur iure ciuili: & qua pœna lege Regia sit puniendus?*
- 3 *Clericus vsurarius qualiter iure Pontificio puniatur?*
- 4 *Quis dicatur vsurarius manifestus ad interpretationem cap. quanquam. de vsur. in. 6.*
- 5 *Testes singulares, an probent quem vsurarium esse?*
- 6 *Cautio idonea quæ sit? & an bona vsurarij sint hypothecæ titulo obligata pro restitutione vsurarum?*
- 7 *Heredes vsurarij coguntur vsuras restituere. et inibi, an ex delicto defuncti hæres teneatur?*
- 8 *Heredes vsurarij non confecto inuentario, nõ tenentur ad vsuras restituendas vltra vires hereditarias.*
- 9 *Testamentum vsurarij manifesti nullū est, ni si fiat seruata forma cap. quaquam. & ibi traduntur hac in re aliquot interpretationes.*

De pœnis cõtra vsurarios iure Pontificio, Regio & Cæsareo statutis. Cap. III.



Mnium cõsensu in eam à nostris itum est sententiã, vt existimēt iuris vtriusq; professores, vsurariū crimè merè ecclesiasticū esse: ita etenim opinātur glo. & omnes in. c. cū sit generale. de foro cõpet. & in. c. 1. de

offic. ordi. & in Cle. dispendiosam. de iudic. Alex. cõf. 29. nu. 6. li. 4. Deti. cõf. 170. Iason. cõf. 153. lib. 4. col. vlti. quorū opinionē cõmunē esse testatur præter alios Alber. in rub. C. de vsu. nu. 3. Imo vsurarum causam esse quasi spiritualē asserit glof. in cap. ex literis. de iure iur. His suffragantur tex. in cap. 1. & 2. & ca. præterea. de vsur. vbi laici vsurarij à iudicibus ecclesiasticis puniuntur excommunicationis pœna: qua quidem & alijs pœnis etiam laici iure Pontificio ab hoc crimine coercentur. Quo fit, vt de vsuratum scelere minimè valeat cognoscere iudex laicus, etiā inter sæculares: quemadmodum nec de hæresis crimine: cum & id absq; vlla controuersia merè ecclesiasticum sit. Hanc tandem opinionem & nos in Epitome de sponsalibus. 2. parte. capit. 8. §. vltim. numer. 3. probauimus quoties quæstio iuris tractanda contigerit: nam vbi tantum facti quæstio inciderit, communiter receptū est, eius cognitionem posse iudici seculari iure cõpetere: sicuti ex Barto. & alijs in. l. Titia. ff. solu. matri. inibi explicuimus.

Rursus alijs placuit, crimè istud vsurarum esse misti foris & ideo laicum iudicem posse inter laicos causam istam iudicare: ecclesiasticū verò inter clericos. quod tenuerūt Sali. in. l. eos. §. vlt. num. 8. C. de vsur. Archidiac. in ca. quid dicam. 4. q. 4. Gaspar Calderi. inter consilia Ancharrani, responso. 236. Barb. in dict. ca. cum sit generale. num. 173. quibus minimè citatis Carol. Mol. in tract. de contract. q. 10. animo in canonistas irato existimat, huius criminis cognitionem nõ minus ad iudicem laicum pertinere, quàm homicidij, furti, similiaq; delictorum: quæ merè ecclesiastica minimè censentur.

Ego, vt liberè qd senserim hac in cõtrouersia proferam, censeo vsurarum crimen non esse merè ecclesiasticum: & ideo eius cognitionē inter sæculares & laicos, ad iudicem laicum posse pertinere: siue sit quæstio iuris, sibi facti: eundemq; iudicem rectissimè hac de causa inter sibi subdi-

tos cogniturum: quidquid cōmunis Doctorum traditio hætenus obserauerit. Nam eam sententiam erroneã esse: nostrãq; iure verissimã manifestè probat. Primò, quòd nullibi ius Pontificiũ vetuit, iudicem laicum hac de causa cognoscere: imo permisit iudicibus secularibus super vsuris iura dicere: iusq; litigãtib; reddere. ca. post miserabilem. de vsur. Quod si hoc crimen merè ecclesiasticũ foret: profectò ius canonicũ alicubi: laicos iudices id tractare prohibuisset iuxta ca. tuã. de ord. cogni. c. 1. capi. lator. c. causam quã. in. 2. qui filij sint legit. cap. inquisitionis. §. inhi-
bemus. de hæret. in. 6. Secũdò, quia crimen istud nihil plus habet, quã homicidium, quã furtum, quã & similia scelera: quẽ in damnum, & iniuriam proximi perpetrantur, hoc etenim ita ad sensum patet, vt nulla indigeat pbatone; & tamen prædicta crimina merè ecclesiastica non sunt, ergo nec istud. Tertiò, ratione vrgentissima probatur: crimen siquidem vsurariũ non ex alio merè ecclesiasticũ dici potest: quã quod sit ab initio vetitum lege supernaturali, vel fuerit lege tantũ Pontificia, aut naturali simul, & Põtificia duntaxat prohibitiũ. nulla autẽ harum qualitãtũ crimini vsurarũ aptari potest: igitur merè ecclesiasticũ dici nõ debet. Primũ, sanè satis probatur vsuras non esse lege supernaturali veritas: cum id crimen non sit cõtra ea, quã per Deum, aut ecclesiam catholicã supernaturaliter sunt indicta, & reuelata: quale est crimen hæreseos, crimen simoniã: quatenus cõmittuntur. contra ecclesie sacramẽta, & articulos fidei, grauissima à perniciosissima hominibus hæc ipsa delicta. Deinde vsuras sola lege Põtificia prohiberi falsũ est omnino, sicuti c. 1. huius libri ostendimus. nã & lege naturali phibitẽ verè cõsentur. Sic & eas improbari iure tantũ naturali, & Põtificio itidem non est admittẽdum: cum iure ciuili iuxta quorundam sententiã fuerint etiã improbatã, & absque yllo dubio certos quosdã limites excedẽtes vsurã iure Cæsarũ prohibẽtur. l. eos. C. de vsur. & penitus quacunq; in quãtitate iure Regio per Christiani orbis principes damnantur. ecce quo pacto dici non valeat, hoc vsurarũ crimen merè ecclesiasticũ esse. Deinde si dixeris satis esse, vt hoc crimen merè ecclesiasticum sit lege naturali & diuina prohibitiũ esse: eadem ratione oportet fateri: & homicidiũ merè ecclesiasticũ crimen esse: cum hoc sit lege naturali, diuina Euãgelica & Pontificia prohibitum: idem dicendum foret de adulterio, de furto, & pluribus alijs, quẽ absq; vlla controuersia merè ecclesiastica non sunt, nec talia dici debent: & præterea quanuis gratis concedamus crimen vsurarum olim sola lege Ponti-

ficia prohiberi coeptum: cum tamẽ & per leges ciuiles seculares postmodũ, & nunc sit vetitum, nõ sequitur ex hoc merè ecclesiasticũ esse, cum & sacrilegia olim canonibus ecclesiasticis coepissent prohiberi: nec ideo sunt merè ecclesiastica: imò iudex laicus poterit de his cognoscere: quia etiã lege laica vetantur: secundum Abb. nu. 33. & communem in. d. c. cum sit generale. Bx quibus probatur sacrilegium, & similia crimina nõ esse merè ecclesiastica, sed simpliciter ecclesiastica: simpliciter inquã, ex eo quòd & ratione iniuriẽ locis, rebus, aut personis sacris illatã forũ cognitio valeat ad iudicem ecclesiasticum deferri, quia ratione possent dici ecclesiastica secundũ quid: atque ita non merè ecclesiastica.

His tandem prænotatis, quo antiquorũ canonum crimen istud vsurarium, & eius cognitionẽ tractantium vera deducatur interpretatio: ipse opinor aliquot illationes adnotandas, & colligendas fore. Prima, olim eo tempore, quo vsurẽ ultra limites quosdam, & iure seculari prohibita fuerunt ultra eosdem limites: inspectis rigore quodam iuris principijs crimen hoc missi fori fuisse, & nũc esse: ita vt laicus iudex inter laicos de eo cognosceret, ecclesiasticus verò inter clericos: quemadmodũ de homicidio, de adulterio, de furto, & similibus: quẽ vtraque lege Pontificia, & seculari prohibentur, nec Pontificia tantũ ab initio prohibita fuere, quod constat ex Abb. in dict. cap. cum sit generale. colu. penult. quẽ sequuntur alij assertentes, crimen vtrãq; lege prohibitum missi fori omnĩno esse. quorũ sententiam ipse sequor, modò crimen prohibitum lege seculari, & Pontificia simul non coepit prohiberi lege tantum canonica: nam hoc ecclesiasticum est, non tamen merè, nec item crimen lege laica prohibitum fuerit ab initio lege supernaturali vetitum, vt hæresis: cum hoc sit merè ecclesiasticum. Hæc verò latiũs hic tractare non vacat: præsertim cum de his criminibus, quã missa sint, vel merè ecclesiastica, aut ecclesiastica, diligentissimè tradiderit Martinus ab Azpilcueta in relect. cap. nouit. de iudic. notab. 6. collatio. 7.

Secundò, infertur olim eo tempore, quo iure ciuili intra limites quosdam vsurã permissã fuerunt, crimẽ istud quatenus ad vsuras ita promissas pertinebat, merè ecclesiasticum fuisse: ita quidem, vt eius cognitio solius esset iudicis ecclesiastici: quia crimen hoc lege tantũ naturali, diuina, & Pontificia prohibebatur. Quã ob rem ad hoc tempus referri possunt canones hi, qui quorundam iudicio crimen istud probãt esse merè ecclesiasticum: atq; hinc poterit perpẽdi quam
occafionem

occasionem habuerint veterum canonum cōditores, vt huius criminis cognitionem iudicibus ecclesiasticis vendicarent.

Tertio apparet, his cētēporibus, quibus & legibus laicis vsurę indistinctē verantur: crimen istud esse cēsendum ex rigore quodam, & iuxta veram iuris cognitionem, misti fori: vt tādē inter laicos iudex sęcularis tātū de eo cognoscat: ecclesiasticus autem inter clericos, sicuti de homicidio, de adulterio, de furto, & similibus.

Quarto nō est hac in re prętermittēdum: ex iuris canonici decisionibus posse optimē deduci etiā hoc sęculo iudices ecclesiasticos habere huius criminis aduersus laicos cognitionē: quę admodum & iudices sęculares eam habere diximus: quod & praxis obseruat: nec est ab utilitate reipublicę Christianę alienum: cūm tot annis post religionis Christianę institutionem leges sęculares huius criminis coercionē neglexerint: imo partim eius vsum probauerint: quo factum est, vt oportuerit, Romanos Pontifices pluribus canonibus aduersus vsurarios, & principes sęculares eos aliqua ex parte defendētes statuis curam hanc puniendi hoc scelus subire: ab hocq; initio obreutum iam diu est: quod criminis huius punitio ad ecclesiasticos iudices, simul & ad sęculares etiā contra laicos pertineat. Quasi crimen hoc, licēt merē ecclesiasticum non sit: ecclesiasticum tamē dici verē possit ex eo quod ab initio renascentis ecclesię iura Pōtificia hoc prohibuerint: legibus sęcularibus id permittentibus, imō probantibus.

Vt cūq; sit, etiam si admittamus opinionē eorum, qui cēsent, vsurarum crimen merē ecclesiasticum esse nihilominus scelus istud potest lege sęculari poenis statutis puniri: quod ipse tradidi in Epitome de sponsalib. 2. part. cap. 6. nu. 19. Imō exequutio instrumēti publici apud iudicē laicum ex lege Regia petita, non erit suspendenda ad exceptionem vsurarū, nisi ea probetur: intra decem dies: quāuis iudex ecclesiasticus, corā quo debitor petierit contractum vsurarium pronunciari iudicem laicum hac exequutione inhiberit, aut eum requisierit, quod in ea superfeedat: sicuti & ipse adnotauit. 2. par. Epitomes, ca. 8. §. 12. num. 5.

Punit vsurariū iure ciuili poena infamię. text. singū. in. l. improbum fœnus. C. ex quib. caus. infam. irroget. & in. c. infames. 3. q. 7. §. porrō. Quęquidem infamia ipso iure irrogatur. glo. Cinus, Alber. & Salic. post Azonem in summa in dict. l. improbum fœnus. Panormit. nu. 2. Ancha. & alij in ca. inter dilectos. de excess. pręlat. quo in loco iure Pōtificio fere probatur. hęc ipsa. poe-

na, idem adnotauit. Matthes. nota. 197. quorum opinionem arbitror communem esse. Solet tamen controuerti, an hoc sit admittēdum in his, qui exercēt vsuras intra modū, & limites definitos Cęsarum in. l. eos. C. de vsur. Nam tex. in dict. l. improbum. videtur eos tātū hac nota afficere, qui vsuras vltra limites legis ciuilis, id est, vltra cētēsimam exercent, cum alię vsurę intra cētēsimas permissę forent. & ideo verisimile nō est legem Cęsaream infamia eos affecisse, qui se cundum eius permissionem, & eius autoritate fœnori darent: & ita hanc opinionē probat glo. prima in dict. l. improbum. quam sequitur Domini. conf. 77. col. penult. his ad stipulatur, quod poenę statutę iure ciuili aduersus contrahentes incestas nuptias: referendę sunt ad eas nuptias, quę iure eodem ciuili ob consanguinitatem, & affinitatem erant tūc prohibitę, non ad eas, quę per eadē leges tunc permittēbantur: tamen si iure canonico essent improbatę: secundum Ancha. conf. 391. Domi. conf. 71. Calderi. con. vlt. de consangu. Deci. conf. 268. nu. 5. & Andr. Alcia. in cap. cūm contingat. de iure iur. nu. 53. Quamobrem opinio glo. in dict. l. improbum. satis probata quibusdam videtur, & Panor. in dict. capi. inter dilectos. numer. 2. hac de vsuris quęstione proposita, eam indecisam dimisit, dubius valdē circa eius veram resolutionem. Sed tamen contraria sententia est admittenda ex eo quod cūm leges ciuiles improbum fœnus exercentes infamia affecerit, & iure naturali, ac Canonico indistinctē quacūq; in quantitate vsurę in maximam reipublicę utilitatem improbę sint, & prohibitę: satis est consonū, legislatores nō abhorere hanc huius criminis punitioem: leges etenim hac in re subseruiūt apud Christianos prohibitioni iuris Pōtificij, quod iuxta naturalem institutionē vsuras maximis execratur prohibitionibus. Et ideo hanc ultimā opinionem elegerūt Guilielm. de Cuneo, Petrus, Iaco. Butri. Cinus, Salic. & alij in. d. l. improbū. Matthes. nota. 49. quorum sententiam communem esse testatur Salic. in dict. l. improbū. col. 1. & Domi. d. cōsi. 77. col. pen. eandē probat Regia. l. vlt. ti. 2. lib. 8. ord. idē pręmittit Regia. l. 4. ti. 6. par. 7. nō obstat gl. i. d. l. improbum. quia cōmuni omnium cōsensu reprobatur: nec itē oberit, quod ex Ancha. adduximus, cūm id non esse verū: imō ex frequentiore Doctorum suffragio reprobatum esse ostēderim in Epitome de sponsa. 2. par. c. 6. §. 8. nu. 18.

Scribit tamē Salic. in. d. l. improbū. q. 3. nu. 4. vsurariū publicū etiam ante sententiam notatū esse, & affectū infamia facti, & infamia iuris: ac vsurarium occultum nec iuris infamia affici, do-
nec

Variarum Resolutionum

nec eius crimē detectum fuerit per sententiā. Cui suffragatur tex. in d. l. improbum. dū exercētes improbū fœnus infamia afficit, quasi exercitiū eius criminis requirat: quod publicè pateat. idē probat tex. in dict. cap. inter dilectos. qui frequētem mutui dationē exigit: nō alia ex causa, quā quod ad infamiam etiam iuris necessarium sit: delictum non esse omnino occultū. quod & ratione constat: quia infamia etiā iuris ex delicto nascitur. tex. in l. cognouimus. ff. de varijs, & extra. cognitio. sicut fama, & illæzæ dignitatis status ex bonis moribus. Neutrum verò sine publica rerum notitia potest contingere. Hoc ipsum generaliter de quacunq; infamia iuris ipso facto à lege irrogata censet Alfon. à Castr. lib. 2. de potest. le. poc. c. vi. tametsi. & in hac specie q̄ tractamus cōtrariū adnotauerit Pau. de Cast. in d. l. improbū fœnus. in fin. iure Regio vsurarius ita punitur: vt pecuniæ ab eo vsuris mutuo datæ debitori cedant, & adquirantur, & præter ea totidē nummos soluere damnatur: qui cērtis quibusdā modis eodem iure distribuuntur. Quod si vsurarius semel hac punitus pœna: iterum in idē crimen inciderit, amittit dimidiam bonorum partem: & demum si ita semel, ac iterum punitus in eandem tertio labem inciderit, omnibus bonis totoque patrimonio multabitur: & id addendum erit Regio fisco: atq; accusatori, vel denunciatori: quemadmodum cautum est. l. i. & vlt. tit. 2. lib. 8. ordinat. Sed & Plato. lib. 5. de legibus censet, Vsurarium ita lege multandum fore, vt sortem ipsam, & vsuras amittat.

3 Clericus vsurari⁹ itidē infamis est ipso iure eodem pacto, quo laicus. tex. secūdū Abb. in ibi in di. cap. inter dilectos. quod est intelligendum iuxta ea: quæ de laicis paulò antè diximus ad interpretationē. l. improbū fœnus. C. ex quib. caus. infamia irroget. qua ratione repellitur clericus vsurarius ab obtinēdo beneficio. glo. in cap. prætereā. de vsuris. quæ pbatur ex reg. infamibus. de reg. iur. in. 6. tametsi episcopo permissum sit hanc infamiæ notā tollere, & abolere ab eo, qui iam pœnituerit ad effectum obtinēdi beneficia ecclesiastica: quod glo. cōmuniter recepta adnotauit in dict. cap. prætereā. Imò & clericus vsurarius deponendus est officio & beneficio. text. in signis vbi hoc notant Ioan. And. Abb. Et Rauēna in c. 1. de vsur. Alex. Imol. in consi. 72. lib. 1. in princ. Quibus obijcitur decisio tex. in d. c. prætereā. Ex qua clericus vsurarius arbitrio iudicis ad certum vsq; tempus officio, & beneficio, suspendendus est, non ab officio, nec beneficio deponendus. Quod ita intelligendum est, vt clericus vsurarius primò quidem suspensione punitus: & de-

num in eūdem lapsus errorē foenerare perseuerans, deponendus sit ab officio, & beneficio: simpliciter verò vsurarius absq; proterua contumacia suspensione tātū sit puniendus: sicuti placet Host. in Sūma. tit. de vsuris. §. vlt. ver. alia à iudice. & Io. episcopo Calagurrit. in Sūma & pract. crimi. c. 82. quibus verba tex. in dic. ca. 1. dum dicit: vsurarum lucris insistat, ad stipulantur. Nam & si similibus vtatur Roma. in dict. ca. prætereā. ita scribens: qui si parere contempserit, si clerici sint, eos ab officio, beneficioq; suspendas. nō tamen ex eo cōstat, vsurarum crimē commissum aduersus interdictionē episcopi, clericum efficere in eodem delicto contumacem, & incorrigibilem. argumen. eorum: quæ notantur in capitulum non ab homine. de iudic.

Quod verò diximus episcopum posse dispensare cum clerico vsurario post pœnitentiam: vt beneficia ecclesiastica obtineat: ne fortassis mirum cuiquam videatur infamiā, quæ ex vsura contrahitur, ab alio quam à principe tolli posse vt Dominico visum est in dicto consi. 77. colū. vltima. præter alia poterit adnotatione quadā intelligi quantum ad beneficia obtenta, nā his ob infamiam etiam iuris minimè est priuatus: non quo ad obtinenda, quæ infames adsequi nō possunt absq; Romani Pontificis indulgentiarum hoc etenim gloss. expressim obseruauit in di. c. inter dilectos. de excessib. prelat.

4 Cæterum, circa huius criminis pœnitentiæ executionis celebris constitutio, quæ secūda est sub rub. de vsur. lib. 6. incipiens, quanquam. Ea siquidē vsurarij manifesti, etiam si iusserint vsuras restitui, & criminis commissi pœnituerint: non sunt tradendi ecclesiasticæ sepulturæ: imò & eorū testamenta sunt nulla ipso iure: nisi de vsuris ipsis fuerit, iuxta eorum facultates, vel post obitū plenariè satisfactum: aut illis, quibus faciēda est restitutio: vel alijs eorum nomine, idoneè de restitutione faciēda sit cautum: ad cuius cōstitutio: nis interpretationē aliquot ipse explicare aggrediar, reliqua ordinarijs eiusdē loci interpretibus missa facturus.

Primū, oportet exponere quis dicatur vsurarius manifestus, vt ei conueniat prædictæ sanctionis pœna. Et sanè dubio procul manifestus est vsurarius, qui palam, & publicè foeneratiā artē ita exercet, vt ipsa operis, & patrati sceleris euidētia nullā excusationem habeat. c. euidētia. de accusatio. in quo omnes cōuenire video.

Est enim & is manifestus vsurarius, qui crimē ipsum cōfessus est in iudicio: iure etenim ea cōfessio manifestum facit. tex. in cap. vlt. ca. vltra de cohabi. cleri. & mulje. ca. cūm olim. de verb. signi-

signifi. glo. in hac specie in capit. i. verb. manifestos. de usu. in. 6. quam Doct. inibi sequuntur: & in cap. quia in omnibus. eo. tit. Diciturq; frequētissimē id esse notorium iuris: quod apparet per confessionem in iudicio emissam. Et ideo manifestus vsurarius dicitur is, qui apud iudicem confitetur se vsurarium esse: etiam si simplex confessio sit: nec professus fuerit se manifestum vsurarium esse: quemadmodum & in specie explicat Francus in dict. ca. i. super dict. glof. manifestos. Et est de mente Docto. ibi. Abb. Anania, & aliorum in dict. cap. quia in omnibus.

Tertio, licet confessio extrajudicialis nō efficiat quem manifestum vsurarium. cap. vlt. de cohabit. cleri. & mulier. si tamen ea facta fuerit coram sacerdote, & testibus publicis: ita quidem ut id in plurium notitiā deuenit: erit quis ex ea confessione vsurarius manifestus. glof. in dict. ca. quanquam. verb. manifesti. quā ita intelligunt, & sequuntur Archid. Domi. & Franc. ibi. Abb. in consil. 2. colu. 1. lib. 2. Abb. idem & Anani. colu. 5. in dict. capi. quia in omnibus. Bald. in. l. 1. colu. 4. C. de sacros. ecclesi. Felin. in ca. auditis. col. penul. de præscript. quorū opinio communis est secundum Soci. in consil. 127. colu. 2. lib. 3. Et profecto si eorū rationes consideremus: non refert, an fiat ea confessio extra iudicium coram sacerdote, vel notario: modō facta fuerit coram testibus ita palam, & publice, quōd in plurium aures, cognitionē, & scientiam peruenit. Nam & hi Doctores ea ratione eorum sententiā probant: quōd ore confitentis crimen istud effectū sit manifestum.

Quarto etiā dicitur vsurari⁹ manifestus, qui ob hoc crimen iam à iudice per sententiā damnatus fuerit: cū iudicis pronūtiatio quid notorium efficiat. dict. ca. vlt. de cohabit. cleri. & mulier. glo. hac in specie communiter probata in dict. cap. i. de vsuris. in. 6. iudex verō quempiā huius criminis damnare poterit: si is testibus legitimis conuictus fuerit, nec prius vsurarius hic manifestus, dicitur etiam si testibus, aut alijs probationibus fuerit conuictus: quā à iudice sit per sententiā damnatus: quemadmodū Hostiē. Abb. & alij explicarunt in ca. cum in dioecesi. de vsur. Frederi. con. 64. Domi. consil. 59. Abb. consil. 2. lib. 2. & consil. 34. lib. 1. Iason. consil. 78. nu. 3. libr. 3. & idē licet glo. in dict. cap. i. verb. manifestos. scripserit, posse iudicem quempiā per sententiā vsurarium declarare, & publicare, si is testibus, fama aut alijs argumentis conuictus fuerit. Ea tamen est intell. genda in hunc sanē sensum: ut ante sententiā non dicatur is vsurarius manifestus: atque ita sunt intelligendi plures, qui illius

glof. meminere, & præsertim Iason in. l. licet Imperator. ff. de legat. 1. columna. 2. Nam & hic sensus satis apertē ex ipsius glo. verbis: & ex his, qui eam sequuntur, deducitur. licet Abb. consil. 8. lib. 2. voluerit, per famam, & adminicula absque alia iudicis manifestatione censeri quēri vsurarium manifestum. Nec id in dict. capitu. cū in dioecesi. probatur. Sed tamen ex dict. glof. colligitur, in criminalibus ad punitionem sufficere famam cum argumentis: quod procedit, vbi argumenta probant plus quā semiplenē: quē admodum dictam glof. laudans, & exponens adnotauit Felin. in capit. veniens. in. 1. de testib. 4. columna. cū alioqui in his fama cum vno teste minimē probet. glof. communiter recepta in dict. capitul. veniens. Et fortassis tutius erit: quōd fama cum argumentis non probet quō ad pœnam grauem: etiam si sufficiat ad aliam mediocrem, seu mitiorem pœnam infligendam, auctore Domi. in dict. capi. 1. quem Deus sequitur in cap. 1. 4. colu. de appellationi. In hac autem vsurarum causa non censentur legitimi testes, qui asserunt ab accusato sub vsuris mutuatam pecuniam recepisse: cū & hi suspecti sint: ut asserunt Frederi. consil. 61. Roma. sing. 355. Abb. & Feli. in ca. perfonas. de testib. Nec item testes singulares sunt admittēdi ad huius criminis probationem: nempe cū vnus testis deponit, & testificatur de vno actu: alter de alio, sicuti docuerunt Abb. consil. 42. lib. 1. Alex. consil. 72. lib. 1. nu. 3. licet ex hac testificatione oriatur infamia facti aduersus vsurarium. quod Bald. scribit in. l. 1. C. de testam. q. 8. Et sanē si cum hoc singulariū testium testimonio adsint, & concurrant aliquot alię coniecturę, scilicet multitudo testificantū, aliaue præsumptio: tunc erit sufficiens testimonium testium singularium secundum Carol. Molin. in dict. consil. 72. num. 3. sensu. Alexand. consil. 100. lib. 1. num. 5.

Inō episcopi cōstitutio nulla esset, & inualida, quæ statueret, crimen vsurarum probari posse per testes singulares: cū ea sit iuri contraria, nec planē conueniens, nec equidem iusta: sicuti respondit Frederi. consil. 17. cui consensere Bald. consil. 276. lib. 4. Lāfrā. in rep. Cle. dispēdiosam. de iudic. col. vlt. Ioā. Baptista de S. Seuerino in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. col. 46. Doc. in dict. cap. cū in dioecesi. vbi Abb. col. vlt. fateatur, hanc opinionem communem esse.

Verū quoties ageretur generaliter aliquē esse vsurarium manifestum, aut simpliciter quē huius criminis infamia publice notatum esse: testes singulares sufficerēt ad eum effectū: ut reus vsurarius manifestus censetur: si testes testimonium

nium perhibuerint eius qualitatis, quæ manifestum usurarium, aut publicum efficiat: quavis in actibus particularibus singulares sint: nec eos legitime probauerint quantum ad sententiam, & iudicium de eodem actu singulari ferendum. Ita plene Bald. censet in dict. l. 1. C. de testam. q. 8. Ang. in disputatione: *Estis miles*. Abb. cõs. 18. lib. 2. Lanfranc. in dic. Cle. dispendiosam. col. antepe. *versu*. tertia conclusio. ex glo. celebri in l. ob carmen. ff. de testib. ad finem. quæ probat, testes singulares sufficere ad plenam probationem alicuius rei, quæ à pluribus actibus generaliter deducitur, nempe ad probandum usum possessionis; usum iurisdictionis, quæ infamè esse. idè Alex. conf. 141. col. 2. li. 1. & conf. 92. col. 4. lib. 5. Bar. eleganter in l. de quibus. nu. 24. ff. de legib. Cepol. conf. ciuiliu. 3. ad finem. Lanfranc. in cap. quoniam contra. de probat. §. testium. nu. 30. Areti. conf. 60. Bald. & Paul. in l. Lucius. ff. de his qui notant. infamia. Docto. communiter in di. l. ob carmen. §. ult. Soci. conf. 95. lib. 3. in fine. Aymõ conf. 78. nu. 6. Quin & ipse Angel. in dict. disputatione: *Estis miles*. existimant ad huc finem admittendos esse in testes aduersus usurarium etiã eos, qui ab eodem dixerint mutuum sub usuris accepisse: quique singulares sint in hoc testimonio: modò nullam ex eo utilitatẽ consequantur.

Hinc profectò colligitur satis cautè, & prouidè de lege Regia statutum esse: quod aduersus usurarium, quoties actum fuerit de eo puniẽdo ob usurarium crimẽ generaliter commissum admittantur testes singulares, quiq; testificetur ab eo sub usuris mutuum accepisse: modò his testibus à iudice fides habeatur. nõ equidem solis, sed adiunctis alijs argumentis, & adminiculis: ex quibus simul & ex integritate morum, & vitæ ipsorũ testiu iudex ipse sibi persuaserit, fidem his adhibendã fore: tunc nulla pars pœnæ in usurarium statuta, & à iudice infligẽ, cum pecuniaria sit, ad ipsos testes pertinẽbit. hoc etenim sancitum est. l. 1. ti. 2. li. 8. ordinat. Nec id mirum cum ex opinione Angelii; tum ex eo quod & testibus singularibus alio qui quacunq; in re fides adhibenda est: si id iudici vitum fuerit ex negotij, & personarũ qualitibus. quod explicat Paul. Cast. in di. l. Lucius. Capola in dict. conf. 3. in fine. Soci. con. 262. col. 5. lib. 2. Curti Iunior conf. 106. col. 1. idem Paul. de Casto in l. admonendi. ff. de iureiur. colum. 7. Aymon dict. con. 78. num. 7.

Ex quibus Regij iudices admonedi sunt, vt cautè Regia constitutione vtatur in praxi: quoties de puniẽdis usurarijs apud ipsos tractetur: siquidem in pœnã statutum est: quod usurarius tot numis, quot mutuo dedit reddere cogatur Re-

gio fisco, & accusatori. Nam si de pluribus mutuis per testes singulares iuxta legem Regiã probatum fuerit: non omnino est usurarius integrã legis pœnam soluere cogendus: sed mitiorem arbitrio iudicantis: nisi ipsi ex circumstantijs visum fuerit quodlibet mutuum satis planè probatum esse. qua in re oportet iudicem omnia diligenti, & æquo iudicio perpendere.

Tandem: quo prima hæc cap. quãquam interpretatio ad vnguem examinetur: ego existimo prædictis modis quempiam manifestum usurarium dici aut eoru altero, si tractetur de pœnis in caput. quia in omnibus statutis: nempe vbi actum fuerit de non sepeliendis in loco sacro usurarijs manifestis, qui in eo peccato, & crimine decesserint: & de non recipiendis eorum oblationibus, deque non admittendis usurarijs, qui nõ pœnituerint eius criminis, ad cõmunionem Eucharistiæ. in his etenim casibus sat erit, esse quẽ usurarium manifestum: operis euidentia, confessione iudiciali, extrajudiciali, vel iudicis cõdemnatione: iuxta ea, quæ modò explicuimus. atq; in hunc modum accipiendus est tex. in di. cap. cum in diocesi. dum secundum Abb. & cõmunem probat, dici manifestum usurarium eum, qui argumentis: alijsue probationibus à iudice huius criminis reus pronunciatus fuerit, cũ ad hos effectus, ad hasque iuris pœnas manifestus usurarius dicatur is, qui de eo crimine conuictus fuerit: autẽ saltem statim valeat faciliẽ conuinci.

At si tractetur de pœnis statutis in. d. c. quanguã contra usurarios manifestos, etiã si hi criminis, & peccati pœnituerint, ac iusserint usuras debitoribus restitui: ego manifestũ usurarium quo ad has pœnas eum tantũ existimo, qui ita palã, & publice usuras exercuit: vt ipsa criminis euidentia vlla tergiversatione celari nõ possit. quod probatur ratione: siquidem non est verisimile Romanum Pontificem tam graues pœnas statuisse aduersus eum, qui semel mutuum dedit sub usuris: licet id confessus fuerit publice in iudicio, vel extra iudicium, vel à iudice ex ea causa fuerit dānatus. Nec item in eũ, qui secretim & occultò usurarios contractus pactus fuerit: quãuis de crimine criminis accusatus, vel confessione, vel probationibus alijs fuerit condemnatus: nam: & in his casibus non posset iustè iudex hunc reũ pronuntiare esse manifestum usurarium. Et licet sententia, aut confessio eum efficiat manifestũ: nõ sufficit ea iudicis manifestatio ad pœnas: capit. quanguã. cum inibi, vt par est, manifestatio facti; nõ iuris exigatur. idè probatur ex eo: quod in caput. primo, eiusdem tituli exercitium usurarum manifestum requiratur: quo quidẽ deficiẽte legis

te legis poena deficere debet. Et præter hæc eadē sententia probatur auctoritate Bart. qui in l. 2. num. 3. ff. de furtis. scribit, ad hoc ut quis dicatur manifestus vsurarius, oportere, quod is publicè tabulam, & mensam paratam habeat ad mutuandum sub vsuris. l. palam. ff. de ritu nupt. idē Bal. voluit in l. 1. C. de sacros. eccles. column. 4. dum asseuerat, non sufficere ad hoc, ut quis sit vsurarius manifestus: quod probetur eum vsurarium esse: sed requiri probationē actuum publicè, & palam gestorum super eiusdem criminis exercitio: idem Bal. in l. vnica. §. similiq̄ue modò. in. 2. nu. 4. dicens vsurarium manifestum eum esse, qui palam, & in omnium cōspectu, vel maioris partis vsuras exercet. Et quanuis idem Bald. inibi addiderit, etiam dici manifestum vsurarium, eum qui confessus fuerit in iudicio se vsurariū fuisse simpliciter, licet non manifestum: sunt ea verba sanè intelligenda, ut idem Bald. docet ad effectum, ut deinceps post confessionem censeatur vsurarius manifestus, id est, manifestatus, & publicatus, non autem manifestus ratione manifesti exercitij & negotij: quod vltimum requiritur ad poenas. ca. quanquā. Alioqui sequeretur eiusdem constitutionis poenis affici eum, qui semel & occultè mutuū dederit sub vsuris: & tamen vocatus ad iudiciū id cōfessus fuerit: quod ego prorsus alienum esse existimo à mēte & intentione Romani Pontificis. Imò etiā si tractetur in dicto ca. cū in dioecesi. de poenis statutis in cap. quia in omnibus. requiritur text. ille, quod probetur accusatos, seu delatos vsurarios esse manifestos. ecce igitur quod non est satis constare eos esse vsurarios: nisi etiam constiterit esse vsurarios manifestos: & sic exigitur huius qualitatis probatio. Nec mihi placet, quod hac in re tradit Anton. Burgenſis in. c. ad nostrā. de emptio. num. 28. scribens vsurarium manifestum eum esse, qui coram septem testibus dederit mutuū sub vsuris. id enim non probatur iure quo ad tractatum istum, quem explicare incepimus, licet text. in l. hæredes palam. quātūm ad alia id probet. Ex quibus cōmunes hac in materia de vsurario manifesto traditiones: quo ad poenas cap. quanquam. non omninò procedūt: quarum secundam, & quartam merito reprobauit Anton. Burg. in dict. num. 28. Quod si dixeris nō posse contingere: hanc qualitatem manifesti vsurarij probari per argumenta, sicuti præmittit text. in dict. cap. cū in dioecesi. respondebo libētèr ad huius interpretationis defensionem: argumēta inibi appellari indubitata iudicia, aliasq̄ue apertissimas, & vrgentissimas probationes: quarum meminit. l. vlti. C. de probationi.

Secundò principaliter est adnotandum, ad efugiendas poenas capit. quanquam. cautionem idoneam fore necessariā, ut inibi decisum est: & ideò non sufficere simplicem cautionem: sed requiri pignoratitiam, vel fideiusſoriam. glo. communiter recepta in dict. capit. quanquam. verb. idonee. & in cap. ad nostram. de iure iu. vbi post alios Felin. glo. & ibi latè Iaso. in l. sancimus. C. de verb. signifi. nec satis erit hypothecam bonorum generalem aut specialem ab vsurario constitui: quemadmodum adnotarunt in dict. cap. quanquam. Ioan. Andre. Domini Franc. & Doc. quos sequitur Soci. consil. 127. colum. 4. libr. 3. & Anania in dict. cap. cū tu. nume. 6. qua ratione opportunè quæritur, an bona vsurarij sint à iure tacitè hypothecata pro vsurarū restitutione? Nā glo. in dict. cap. quanquam. verb. facultates. asserit, bona vsurarij esse tacitè hypothecata pro restituendis vsuris. idem gl. in cap. tua nos. de vsuris. per tex. in cap. cū tu. eod. titu. Qui tamen hanc conclusionem nō probat: cū inibi statutum sit, quod bona empta ex pecunia vsuraria: si sint penes tertium lucratiuo, & gratuito titulo: deficientibus alijs vsurarij bonis, vendantur pro restituendis vsuris. Hoc tamē nō ideò fit, quia illa bona sint hypothecæ titulo subiecta: nam si ita esset, vendenda forent, etiam quando tertius capſideret oneroso titulo: quod satis euidenter constat: sed venduntur ex quadam æquitate deducta à iuriscōsulto in l. si me, & Titii. ff. si cert. pe. & profectò benigna quadā interpretatione. Nihilominus gl. sequūtur Lap⁹ alleg. 74. & simpliciter quo ad omnia bona Bal. in l. exequuto. rem. col. 1. C. de exeq. rei iud. & in l. vlt. C. de seruo pig. dat. manu. Alberi. in l. pro officio. C. de admi. tutor. Ripa in l. Senatusconsulto. num. 9. ff. qui caul. pig. tacitè cōtra. Nam Lapus eā opinionē admittit quo ad bona empta ex pecunia vsuraria: ea etenim esse hypothecæ submissa à iure censet pro restituendis vsuris: quas creditor inique extorserat. tradit hac de re plura Ioā. Lupi in rub. de dona. §. 65. nu. 23.

Sed ad huius quæstionis certam resolutionem oportet præmittere, res adquisitas, & emptas ex pecunia vsuraria: ipsius emētis effici. & idem adquiri argumento vrgentissimo text. in l. si ex ea. C. de rei vēdicat. quod probatur, rē emptam etiā mala fide emptoris ex pecunia mea nō esse meā: nec mihi debitā, sed emētis. idem text. in l. 1. C. si quis alt. vel sibi. l. quāuis ex ea. C. de pig. notat in specie Caso. Mo. de cōtract. q. 83. nu. 628. Imò vsurarius non tenetur debitori restituere rē, seu luctum ex pecunia vsuraria adquisitū: tamen si pecuniā ipsam reddere teneatur. ita visum est

Thomæ.

Variarum Resolutionum

Thomæ. 2. 2. q. 78. arti. 3. Gabrieli, & alijs. in. 4. sent. dist. 15. quæ. 2. ibidem Maiori. q. 38. Anchar. in reg. peccatû. col. 2. de reg. iur. in. 6. Ioã. Andr. Domi. & Franc. in capi. quanquam. colum. 2. de vsur. in. 6. Laurétio à Rodulphis in ca. cõsult. q. 44. Abb. in ca. vlt. ad finem. eod. tit. & Carolo di. q. 8, sat enim est, quod restituat id, in quo debitorẽ læsit, id est, vsuras. idem Syluest. verb. vsura. 6. q. 2. licet Bal. in. l. 1. C. p. socio. quæst. 10. & Decius in. l. certi cõdictio. §. vl. nu. 3. ff. si cert. pet. teneant, vsurarium non tãtum teneri ad restitutionem eius, quod vltra fortẽ à debitore acceperit: sed & cuiuslibet alterius rei, vel lucri, quod ex vsuraria pecunia adquisierit, quod minimẽ verũ est, nec iure probatur: atque ita Angel. in verbo. vsura. 1. §. 55. expressim Baldũ reprobatur. Item, & illud est adnotandũ: dominiũ rei adquisitæ per vsuram non transferri in creditorem: vn de si is ex causa vsurarum extorsit à debitore equum, agrum, aliamve rem: nõ efficitur ex traditione illius dominus, quod in hac specie verũ esse censerint Diuus Tho. 2. 2. q. 78. arti. 3. Alex. de Hales. 3. par. q. 16. mēbro. 4. & Altisiodorẽsis. 3. par. q. de vsura: quos Ioann. Maior. refert, & sequitur in. 4. dist. 15. q. 38. Bonauẽtura in. 4. dist. 15. & ibi Ricard. q. 4. ar. 5. Caiet. in opusculo quæstionum sex de vsura. cap. 1. Syluest. verb. vsura. 6. q. 1. dicens hanc opinionem esse apud Theologos, & Canonistas communi omnium cõsensu receptam. eandem probatur Ioã. à Medina in lib. de cõtrac. c. de vsura. §. in tertio argumẽto principali. quorũ opinio efficaci ratione probatur: siquidem cõtractus vsurarius omninõ nullus est iure naturali, Põtifício, diuino, & ciuili saltẽ Regio: igitur ex eo dominiũ minimẽ transit etiã spontanea domini traditione, præsertim, quod & in vsura ea traditio inuolũtaria est. hoc probatur in. l. nõ dubiũ. C. de legib. Bar. in. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. pos. cuius sentẽtia à Doctoribus inibi recepta videt. atq; ita hæc sola ratio sufficiens est ad huius Thom. & aliorũ Theologorum opinionis probationẽ. Eandẽ sententiã admittunt Ioan. Andr. Lapsus, Domi. Franc. & alij cõmuniter in. d. c. quanquã. dũ post Thom. asseuerant, vsurarium teneri ad restitutionẽ fructuũ, quos percepit ex domo, vel vinea per vsuram adquisita: quia eos percepit ex re, quæ aliena est, cuiusq; alter est dominus. Et licet glos. in ca. si quis vsuram. 14. q. 4. Henr. Gañdauensis quodlibet. 4. q. 27. Palud. in. 4. dist. 15. q. 2. ar. 5. & Hadria. in trac. de restitutiõ. §. ex his alia oritur quæstio. teneant, in vsurarium transire dominiũ rei vsuræ causa adquisitæ: prior tamẽ sententia verior est: quam etiã sequitur Dominicus Soto. lib. 6. de lu

stit. & iur. q. 1. ar. 4. Nec ei aduersatur authoritas Diui Tho. in dict. di. 15. q. 2. art. 4. q. 2. quia inibi aliorũ opinionẽ potiũs refert, quam probet, dũ scribit, sicut in vsura accedit, in qua, vt quidã dicunt, dominiũ transfertur. His etenim verbis omninõ nõ admittit, nec cõcedit, veram esse illorum, quos citat, opinionem: quẽ & ex nostris sequitur Bald. in. l. 1. C. de pig. act. num. 3.

His equidem prænotatis: potiũs placet, bona ipsius vsurarij minimẽ esse hypothecã titulo tacitẽ à iure obligata pro vsuarij restitutione: cũ nullibi hæc hypotheca à iure inducta sit, nec alibi appareat, eam statutã esse. & ideo Docto. communiter hanc sententiã probant in dict. ca. quanquam. & in dict. capit. cũ tu. & in ca. tua nos. de vsur. idem asserit Caiet. in dic. c. 1. qui censet, priorẽ opinionem procedere, vbi eo tẽpore, quo bona vsurarij ad terciũ deuenerũt: vsurarius ipse nõ habebat alias res, vnde posset debitorib; vsuras restituere: quod iure verum nõ est. cũ vt diximus, nulla sit à iure in hoc casu hypotheca constituta. Quam ob rem is qui oneroso titulo bona vsurarij habuit, non poterit conueniri, nec actione reali, nec personali ad vsurarũ solutionem, & restitutionẽ: etiam si eo tẽpore, quo illa bona adquisiuit, vsurarius alia non haberet: ex quibus posset vsuras reddere. Posset forsã Caieta. sentẽtia obtinere, vbi qui rem habuit ab vsurario etiam oneroso titulo sciebat eo tempore vsurarium esse obnoxium vsurarũ restitutioni: nec aliũde posse eas reddere, quàm ex illa re. in hac etenim specie satis admitti poterit, hunc tertium bonorum vsurarij possessorem cogendum fore, vel vsuras restituere, vel bona vsurarij debitoribus, à quibus vsuræ extortæ fuere, pro earum satisfactione tradere.

Tertiõ, inquirendũ est, num hæredes vsurarij cogantur vsuras reddere? Et cõstat eos teneri ad vsurarum restitutionem. text. in capi. tua nos. de vsur. cap. in literis. de raptorib. cap. vlti. de sepul. tu. glos. in dict. cap. quanquam. verb. facultates. idq; communi omnium cõsensu receptum est: Et probatur ea ratione, quod iure saltẽ canonico hæres teneatur ex delicto defuncti: etiã si ex eo crimine nihil ad eũ peruenerit: sicuti Romanus pontifex in dicto ca. vltimo. expressim statuit: licet iure ciuili ex delicto defuncti heres nõ teneatur: nisi ea ex parte, quæ ad eũ peruenerit, vel in solidum: quoties lite contestata defunctus decesserit. l. prima. C. ex delict. defunct. Et ideo hoc discrimen inter ius canonicum, & ciuile constituitur: vt iure Põtifício hæres teneatur ex delicto defuncti: non sic iure ciuili. glos. in dict. capi. vltimo. cuius opinio communis est, quemadmodum

modum constat ex Henric. inibi, & testatur Antoni. Burgenf. in cap. primo. de empt. colum. 4. Carol. Ruinus conf. 20. lib. 4. & Roderi. Xuares allegat. 26. quam sequitur Ioan. Faber. in. §. pœnales. Inst. de perpet. & tempo. actio. Hæc verò differentia displicuit Panormi. in dict. capitu. vlti. qui existimat, ius Pontificium à civili minime dissentire: sed idè iure canonico teneri hæredem ad satisfactionem damni, & læsionis illatæ per defunctum: quia tacite saltem, ipse defunctus decedens cum signis cōtritionis promittit, & iniungit illius damni compensationē: ita quidem quod hæres ratione huius tacite promissionis, vel præcepti potius quàm ex delicto teneatur. idem repetit Abb. in dicto capitu. in literis. facit glos. in signis in cap. à nobis. in magno. de sentē. excom. in glo. vlti. quæ recepta ibidem ab Abb. & Felino opinionē Panormi. probat. dixit eandem gloss. singul. Angel. verb. hæres. §. 4. mihi profectò non placet hæc Panormita. sententia, cum ex dicto cap. tua nos. de vsuris. deduci possit hæredes vsurarij teneri ad restitutionem vsurarum, etiam si is impœnitens decesserit. quod præter alios deducit Bald. in. l. 1. C. ex delict. defunct. num. 13. Nec oberit, si quis cum Panormi. responderit, eam decisionem in vsurarijs specialem esse, idè qua vsurarius non tenetur ex delicto: sed ex quasi cōtractu: nempe cōdictione in debiti. glos. communiter approbata in cap. Michael. de vsur. glo. in ca. episcopū. 16. q. 6. qua ratione Abb. & Anani. in dict. ca. tua nos. Bart. in. l. 1. num. 8. ff. de priuat. delict. Aret. in rub. ff. de adq. hæred. col. 3. censent, hæredes vsurarij teneri omninò ad vsurarū restitutionē: non ex delicto defuncti, sed ex contractu. Nam, vt ipse opinor, idem erit in hærede furis: in hærede incendiarij: in hærede raptoris: hi siquidem tenebuntur ad damni illati satisfactionē, etiam si defunctus impœnitens decesserit, saltem in foro cōscientiæ, & exteriori ecclesiastico. quod placuit Ioanni Fabro in dicto. §. pœnales. Aret. in dicta rubri. de adquirend. hæredita. col. 3. Hadria. quodlibet. 11. articul. 1. nulla etenim ratio congrua differentiz dari potest, inter vsurarium, furem, & raptorem, quo ad illati damni emēdationem: ad quā naturali iure omnes hi tenentur non ex contractu, nec quasi cōtractu: sed ex causa illatæ læsionis proximo, quod ita manifestum est, vt nulla indigeat probatione: præsertim id proclamante regul. peccatum. de regul. iur. in. 6. Nec vllus erit mediocri eruditione præditus, qui audeat hæredem furis iure Pōtificio, aut in interiori foro defendere à reparatione damni illati proximo per furtū commissum ab eo, cuius hæres extitit. Quā

ob rem non est omninò recipiēda. Panor. sentētia. Quo fit, vt vel communis differētia inter ius Pontificium, & civile obseruanda sit: vel quod forsan verius est, asseuerari poterit, etiam iure civili hæredē teneri ad satisfactionē damni illati ex delicto defuncti actione rei persequutoria: quæ nihil ex eo crimine ad hæres peruenerit, nec lis fuerit à defuncto contestata: quemadmodū & in interiori iudicio ad id hæredes tenetur. Nam & iura Cæsarum, quibus statutum est, hæredem non posse ex delicto defuncti cōueniri, intelligenda sunt, quo ad actionem pœnalē, vt pœnam criminis soluat: non autē quo ad dāni illati persequutionē: actione etenim persequutoria rei, & damni illati cōueniri hæres propter crimen defuncti poterit adhuc in foro civili, & seculari: sicuti nouè, & aduersus communem visum est Caro. Molin. in additionibus ad Deti. in l. pupillum. §. in hæredes. ff. de reg. iur. cui suffragatur tex. sing. quem is non adducit in. §. his autem verbis. Insti. de lege Aquil. quo in loco præmittit Iustinianus actionē legis Aquiliæ pœnalem esse: quia non solūm tanti quisq; dānatur: quantū damni dederit, sed aliquando longe pluris. Subdit deinde tex. idè quæ cōstat in hæredem eam actionem non transire: quæ transitura fuisset, si ultra damnum nunquā lis æstimaretur. Sic sanè probatur actionem ex delicto rei persequutoriam omnino in hæredem cōpetere. idè probatur in. l. si pro fure. ff. de cōdi. furt. & in. §. vlt. Insti. de oblig. quæ ex quasi delict. nas. quibus apparet aduersus furis hæredē dari cōdictionē furtiuam, etiam si res furto oblata perierit viuente fure, nec ad hæredem peruenerit. Et licet omnium consensu asseueretur, esse speciale quid in cōdictione furtiua, vt contra furis hæredē datur: ego non video congruam rationem differentiz inter damnū illatum furti crimine, & illatū incendiō, rapina, similive scelere quātū ad ipsius damni reparationem: idem igitur erit in hærede vsurarij, in hærede furis, raptoris, incendiarij, de populatoris agrorum & similibus.

Illud verò obseruatione dignum censeo: an hæredes, qui ex delicto defuncti tenentur iuxta ea, quæ modò diximus, teneantur etiam ultra vires hæreditarias: si inuentarium non confecerint? & quibusdam placet: fat esse hæredes etiam non confecto inuentario: cōuenire posse iuxta vires hæreditarias, ita quidem, vt ultra patrimonium defuncti in hac specie minimè teneantur: cū præter, nè dicam contra regulas iuris ex delicto defuncti conueniantur. Sic adnotarunt Frederic. conf. 11. Ioan. And. Domini. & Franc. in di. capi. quanquā. super glo. mandauerint. Henri. in cap.

C vlti. de

Variarum Resolutionum

vti. de sepult. Areti. cōsi. 148. col. vlt. Anania in dict. cap. tua nos. idem latius in cap. in literis. de raptō. vbi nume. 7. hanc opinionem scribit cōmunem esse: idem testatur Carol. Ruinus cōsil. 20. libr. 4. eandem veram esse censet in omnibus criminibus præter vsurā Areti. in rubr. ff. de acqui. hæred. colū. 3. at in vsura opinatur, hæredē, qui inuentarium non confecerit, in solidum vltra vires hæreditarias omnino teneri. Quin & Panor. aduersus vulgo receptam sententiā in dicto cap. in literis. in omnibus criminibus opinatur, hæredem non confecto inuentario vltra vires hæreditarias teneri ad criminis, & damni emēdationem, ea ratione, quod hæres non teneatur ex delicto defuncti aliqua dispositione iuris specialis: sed ex tacito præcepto testantis, qui poenitēs decesserit, quā rationem falsam esse paulō ante ostendimus, & ideo Panormi. opinio nequaquā poterit ea comprobari. fortius profectō persuaderi posset ex eo, quod hæredes teneantur non confecto inuentario in solidum ad soluēda debita defuncti: sicuti iure manifestum est: & dāni illati pximo à defuncto restitutio inter verē debita computanda sit. Sed nihilominus communem sententiā ipse sequor, cūm propter tex. in d. cap. quanquam. & in di. c. tua nos. & in d. ca. in literis. quibus hæc satisfactio iniūgitur hæredibus iuxta facultates defunctorum: tum propterea quod in hisce casibus hæredes ex delicto defuncti potius, quā ex contractu conueniuntur: vnde oportet rigorem hūc aliqua æquitate temperari. tamen si iuxta diligentem, & exactam disputationē iustius defenderetur Abb. opinio, quā tenet Paul. Castren. in rubr. ff. de acq. hære. & ante omnes eam probauit gloss. in dic. cap. in literis. Quod verō Areti. in di. rubri. adnotauit in vsuris opinionem Abb. defendēs ob id, quod vsurarum restitutio descēdat ex cōtractu: & peti possit cōdictione indebiti, refelli poterit: quia debitor sciens vsuras indebitas soluit: & ideo cōdictio indebiti, quidquid alij dixerint, minimē congruit secundum notata in l. 1. ff. de cond. indeb. Et si dixeris, debitorem coactum iuramēto, quandoque vsuras indebitas soluisse: ea. debitorum. de iureiur. tunc non magis competit ei cōdictio indebiti, quā soluenti debitum per metum. Et deinde etiam si cōdictio indebiti hac in specie detur: ea est irregularis, ac extraordinaria potius ex delicto descendens, quā ex contractu: quemadmodum & sæpissimē contingit aliquid recipi indebitum quidem ob iuris diuini, vel humani prohibitionem ab eo qui sciens soluit.

Quartō, licet alioqui infames testari iure va-

leat, & eorū testamēta minimē irrita sint ppter infamiam iuris. l. eius qui. in fin. ff. de testamē. l. prima. C. de secūdis nupt. Barto. & Docto. communiter in l. is cui. §. si quis ob carmen. ff. de testam. Bal. in l. vlti. in fi. C. si ā non comp. iudice. Et item quanuis iure veteri Pādectarū vsurarius manifestus posset cōdere testamētū. l. eius qui. in princ. ff. si cert. peta. vbi hoc in specie adnotant Alberi. Roma. & Iason. iure tamen Pontificio vsurarij manifesti testamētum ipso iure nullum est. tex. in dict. capit. quanquā. ad finē. Imō non posset lex principis secularis statuere, quod vsurarij manifesti testamētum valeat secundum Bald. in conf. 34. lib. 2. nisi præmissa cautione, cuius mentio fit in dict. cap. quanquam.

Quintō idem erit in codicillis. nā & hi facti ab vsurario manifesto nulli sunt: sicut & testamētū. gl. Ioan. And. Domin. & Franc. in dict. ca. quanquam. Franc. in rubri. de testa. in. 6. nu. 34. Anania in ca. quia in omnibus. de vsur. nu. 13. ad dit gl. rationē: quia alioqui ea constitutio cōtra vsurarios manifestos condita, redderet elusoria, si Codicilli ab eis facti valerēt. Vnde eam glo. cōmendant, & laudant Feli. in cap. translatō. de cōstit. col. vlt. Burgensisin. c. ad nostrā. col. 3. de emptio. Barb. cōf. 33. li. 2. col. 6. ex ea deducetes cōstitutionem poenālē extendendā fore: nē reddatur inutilis: & frustre passim excogitatis cautelis.

Sextō, eadē prohibitio, & in donatione causa mortis obtinebit, iuxta resolutionem à nobis traditam in rub. de testam. 3. part. nu. 11.

Septimō, circa eandē cōstitutionē controuertitur: quid dicendū sit in Iudæo manifesto vsurario, an & eius testamētū irritum sit non præstita cautioe idonea de vsuris restituēdis? Et Alex. Imol. conf. 6. lib. 6. Areti. conf. 158. Soci. conf. 119. lib. 4. & conf. 70. lib. 1. Alciat. lib. 1. de ver. significat. col. 11. existimant, poenas statutas in dict. ca. quanquam. nulla in parte Iudæos afficere: duplici quidem ratione: primum quod Iudæis nō cōueniant illius constitutionis verba: quibus de ecclēsiastica sepulturā, quæ ad eos nihil attinet, tractatur: & ob id nec ipsa constitutio Iudæos afficiat. ex gl. in l. imancipia. C. de ser. fugit. deinde quia Iudæi exempti videntur à legibus ecclēsiasticis: cū hi extra ecclēsiā sint. ca. gaudemus. de dinort. cap. omnis Christianus. 11. q. 3. ca. mul. 2. q. 1. notatur in ca. 1. de constit. verum hac in controuersia ego verum esse censeo quo ad prohibitionem testandi, & testamēti reprobationem Iudæos dicta constitutione omnino ligari: sequutus Caro. Moli. in di. Alex. conf. 6. & De ti. quāuis dubitantē in d. c. 1. de cōstit. in. 2. lect. nu. 8. Nā quo ad testamētū optimē cōgruit etiā Iudæis

Iudæis prohibitiō à Romano Pōtifice facta ad recedendum vsurarum exercitiū, & ideo licet quo ad alias pœnas verba eis nō conueniant, eadem lex nō minus obtinebit: nisi cautio meliori modo, & forma, qua possit, à Iudæo præstita sit. Iudæi verò in prouincijs Christianorum habitantes, proculdubiò principibus secularibus, & ecclesiasticis subiiciuntur: non quidem quo ad spiritalia pœnas: & ea, quæ ad spiritalia p̄tineat: sed in his, quæ ratione politica ad legis naturalis obseruationem, & tutelam cōstituuntur. quod deducitur ex traditis in. c. 1. de constit. gl. in. c. s̄pe. 28. q. 1. Oldra. cōf. 333. Deti. in. d. c. 1. nu. 17. post Abb. Card. & Feli. ibi, eodem Detio in ca. consulu. in. 3. de app. Corneo. cōf. 114. libr. 1. Socin. cōf. 119. li. 4. quod alibi opportunius tractabitur.

Octauo, non tantum obtinet cap. quanquam. cōstitutio aduersus manifestos vsurarios ex causa mutui: sed & contra eos, qui manifestè venditionis, & emptionis titulo vsuras exercent. ca. ad nostram. de empt. c. in ciuitate. ca. nauiganti. de vsur. notant in hac specie Abb. in dict. ca. ad nostram. & ibi Anto. Burgen. nume. 7. idem Abb. cōf. 22. lib. 1. lason in. l. eius qui in prouincia. 2. colum. ff. si cert. per.

Nono, prætermittendum nō est, testamentū factum non præstita canonica, & solēni cautione nullū esse: non solum si fiat ab eo, qui eo tempore manifestus est vsurarius, sed & ab eo, qui manifestè forneratitiam artem exercuerat: licet tempore testamenti improbam negotiationē dimiserat: secundū Ang. in disputationē incipiēti. Astensis miles. q. 12. Anani. in dict. ca. quia in omnibus. num. 15. Feli. in cap. 1. de probatio. nu. 19. & Soci. cōf. 127. lib. 3. vbi scribit, hanc opinionem communem esse.

Decimo, quāuis manifest⁹ vsurarius testamentum fecerit præstita canonica cautione, si tamen post testamentum etiam secreter vsurariū crimē commiserit: nullum erit testamentum: cum cōstet fictam fuisse poenitentiam: quod notat Angel. in dict. disput. q. 13. Anania in dicto ca. quia in omnibus. num. 15. Abb. cōf. 1. lib. 2. Franc. in rub. de testam. nume. 38. Frederi. cōf. 7. Domini. post alios in dict. cap. quanquam. Bald. in. l. exequutorem. C. de exeq. rei iud. num. 21.

Vndecimo, si quis cum vsurarius non esset testamentum fecerit: ac demum post testamentum manifestus efficiatur vsurarius, irritum erit testamentum: cum eadem sit ratio in hac specie, quæ in eo casu quotēpore testamenti vsurarius manifestus erat: siquidem canon solēnem cautionē indixit manifestis vsurarijs, vt vsuræ palā extortæ omnino restituerentur: atque ita hanc inter-

pretationem adnotarūt Franc. in dicta rubrica. de testament. numero. 37. Domini. in dicto cap. quanquam. in fine. Bar. & Imol. in Clem. prima de sepulturis. Frederi. dicto consilio. 7. Imola in ca. 2. de testamē. nu. 25. & probatur: quia ad vim testamenti oportet, testatorem posse testari tempore, quo testamentum cōdidit: & deinde mortis tempore. l. 1. §. filius. ff. de legat. 3. atque ideo testamentum in proposita quæstione minimè valebit: quidquid dixerint Ang. in dict. disputatione. 12. & Anania in dict. ca. quia in omnibus. num. 14. ver. duodecimo.

Duodecimo, hoc in tractatu ambigitur, quid dicendum sit vbi vsurarius manifestus testamentum fecerit non præstita canonica cautione: an id testamentum vires assumat, & cōfirmetur, si testator cautionē postea præstiterit. Et seclusa huius articuli disputatione, ego opinor, testamentum hoc validum effici: quia satisficit canonica cōstitutioni, & eius prohibitioni. quod expressim tenuerūt gl. Ioan. Andr. Domini. & Franc. in dicto ca. quanquam. post Ancha. ibi. Franc. in dicta rub. de testam. nu. 38. Anani. in dict. ca. quia in omnibus. num. 12. Bar. & Imola in. l. filio præterito. col. vlt. ff. de iniust. rupt. Paul. Castr. cōf. 292. lib. 2. & Imola in cap. 2. num. 26. de testamē. quorum opinio communis est secundum Alex. in. l. Gallus. §. vlti. col. 2. de lib. & posth. quanuis contraria iure verior sit, vt testatur idem Alex. dic. colum. 2. Bal. in. l. exequutorem. nu. 22. ff. de exeq. rei iud. & in. l. posthumo. colum. vlt. C. de bono. posse. contra tabul. quo ad ecclesiasticam tamen sepulturam satis erit, cautionē post mortem vsurarij manifesti præstari ab eius hæredibus: gl. in ibi recepta in Cle. 1. verb. vsurarios manifestos. de sepult.

Decimotertio, adnotandum est, testamenta manifestorum vsurariorum ita nulla & irrita esse præstita canonica cautione, vt nec legata ad pias causas in eis relicta debeantur. Bartol. nume. 30. Bald. numero. 6. l. 1. C. de sacrosan. eccles. Abb. in rub. de testam. colu. vlt. & Franc. in ead. rubr. lib. 6. numer. 35. ex eo quod nulla sint hæc testamenta ipso iure, nec quidquam in eis relictum peti iure valeat. Aequius tamen est, quo ad pia legata hæc testamenta fauore pietatis valida censerit: modò, testator poenitens scelerum, & cum contritionis signis decesserit: quod Dominico placet in dict. capit. quanquam.

Ex capite sequenti.

1 Id, quod creditoris Verè interfit tam ratione lucri cessantis, quàm damni emergentis licitè

C 2 ab eo

Variarum Resolutionum

- ab eo exigitur absque usurarum labe. & numero. 2.
- 2 Altera ratio decidendi adducitur ad. l. curabit. C. de actio. empt.
 - 3 Examinatur Baldi opinio in. l. 2. C. de vsur. an l. curabit. obtineat vbi ab emptore nulli poterunt fructus è rempta percipi?
 - 4 An dominij translatio impediatur vsuras pretij non soluti?
 - 5 Quid vbi traditio facta fuerit data dilacione ad pretium soluendum?
 - 6 Etiam ab initio potest quantitas eius, quod intererit, vel vsurarum in pacto definiri.
 - 7 Fructus post venditionem percepti, an ad emptorem, an ad venditorem pertineant?
 - 8 Discutitur, an constitutio. l. curabit. sit admitenda in pacto, & promissione vendendi? tradunturq; in hoc capite viginti intellectus ad eandem constitutionem.

Traditur vera ratio decidendi ad. l. curabit. C. de act. emp.
Cap. III.



Curabit, inquitur Cæsares, Praeses prouinciarum compelle re emptorē, qui nactus possessionem fructus percepit, partem pretij, quam penes se habet, cum vsuris rellitue re, quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis fauor, licet nulla mora intercesserit, generauit. Hactenus constitutio: quæ ex eo dubia censetur: quod contra iuris naturalis, diuini & humani rationem vsuras licitas esse statuerit. hoc autem curata obtinuerit explicandum est. Nam aliquid vltra ipsam sortem plerumq; iure, iusteq; recipitur: vbi id redditur ex causa interesse, damni emergentis, aut lucricessantis. tex. in. l. 3. §. vlt. ff. de eo quod cert. loco. l. atqui natura. §. non tantū. ff. de negot. gestis. & l. socium. ff. pro socio. l. & in contraria. ff. de vsur. ca. peruenit. de fideiuf. cap. dilecti. de foro cõpe. notat Inno. in. c. facto. de sent. excõ. gl. in. c. cõquestus. de vsur. vbi Panor. & Doc. gl. in dict. l. curabit. & in. l. i. C. de sum. Frimi. & in. l. 2. C. de vsu. & ipi. Bar. & alij. Bal. Abb. Felj. post alios in. c. P. & G. de off. delegat. idē Panor. Felj. & Deti. in. c. cū venerabilis. de exceptiõ. Jo. Lu-

pi. in. c. per vestras. de donat. 6. not. Deti. cõf. 116. & cõf. 119. Aymõ cõf. 189. col. vlti. ex Theologis diuus Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. & q. 78. art. 2. vbi Cae. Cõra. de cõtrac. q. 30. Card. a Turre Cre. in. c. si res. 14. q. 6. ver. ad tertiu. Sylues. verb. vsur. 1. q. 19. Gabriel in. 4. sent. d. 15. q. 11. art. 1. not. 2. & lo. Maior. q. 30. Angel. in Sūma, verb. vsura. 1. q. 16. Florēt. 2. par. ti. 1. c. 7. §. 19. tradit latē Rebuffus in l. vnic. in princ. C. de sent. quæ pro eo qd inter. optimus rex. in. l. si cõmissa. ff. re ratã hab. Sic tã dēfit, vt in specie. d. l. curabit. vēditor iustē recipiat vsuras pretij nō soluti iuxta eã quantitã, quam ex ipso pretio statim præstito lucrari posset, vel secundū cõpensationē dāni, quod habuit ob dilatã pretij cõuenti solutionē. Hæc tñ ratio plerisq; nō placebit consideratis conditionibus eius, q̄ vere interest: & verbis prædictæ constitutionis: quæ admodū paulo post tractabit. Et idē alia ex causa Cæsarū respõsio poterit defendi: si reistã diligentius examinantes obseruemus, vsuras, quas vēditor hoc casu percipit, nō esse verē vsuras, sed rei propriæ persequutionē, quæ deducitur ab æquitate iustitiæ cõmutatiuæ, quæ in æqualitate consistit, vt scribit Aristot. lib. 5. Ethico. c. 5. & ea versatur: q̄ quatenus vnus contrahētū implet, debet alter vicissim implere, aut impleti soluere lucrū implemētū recepti: nē sequatur in æqualitas inter cõmutatēes p̄prias res. Nā si emptor fructus percepit rei emptæ: nondū soluto pretio: iustū est, vt pretij vsuras vsq; ad fructuū quãtitatē soluat vēditoris: qui eirē tradidit liberē: cū eam tradere pretio nō soluto minuzd generet. l. ex empto. in prin. ff. de actio. empt. atque hæc est ipsamet ratio: quæ iustissimē a Cæsariis statutū est id, qd in. d. l. curabit. de cõsum. extat: sicuti expressim adnotauit Caro. Mol. de cõtrac. q. 74. nu. 559. & probatur in eadē cõstitutione. dū inquit. quas vsuras perceptorū fructuū ratio, licet nulla mora intercesserit, generat. l. 2. & in. l. 2. C. de vsuris. ibi, Aequitatis ratione præstatē emptor vsuras pretij nō soluti cogitur. pulcher tex. in. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. ni. empt. Nā cū re emptor fruatur, ait iurisecons. æquissimū est, cū vsuras pretij dependere. idē apparet in. l. vlti. §. vlt. ff. de fundo dot. Quibus accedit, vsuras lucratorias omni iurē reprobasse, vsuras autē recõpensationis omni iurē admitti: quia dantur in cõpensationē eius, quod iustē cõpatebat, & debitum erat eas recipienti. quodq; ipse iustissimē habiturus esset, secundū Baldum, Paulū, & Salycetum in. d. l. 2. Anani. in. c. 1. colū. penultima. & in. c. cõquestus. col. 1. de vsur. Carol. Molinæ. in cõsuetudinibus Paritiæ. c. 1. §. 1. gl. 9. nu. 20. & Hierony. Cagnolū in dict. l. curabit. 2.

bit. 2. col. Qua profectò ratione perpèsa, & ad vnguem inspecta: plura deduci opportunè possunt ad apertiorè huius constitutionis interpretationem: quorum aliquot summam attingã, vt cõstet quantum utilitatis habeat vtriusq; iuris decisionum ab origine rationum inquitio.

Primò, deducitur emptorem teneri ad usuras pretij non soluti vsq; ad quantitatem fructuum rei emptæ: sibiq; traditæ, etiam nulla præcedente mora regulari: etiam si venditor ex pretio statim sibi soluto nihil lucraturus esset. quod probatur in dicto. l. curabit. constatq; ex posteriori ratione, & id præmittunt ferè omnes, qui hanc materiam tractauerunt. Quòd si Cæsarum cõstitutio rationem deduceret ab eo, quod interest vèditoris causa damni emergentis, aut lucri cessantis, contrarium foret respondendum: siquidem interesse peti nò potest, nec eius ratio habetur quo ad lucrum cessans: vbi qui illud habere vult: nihil lucraturus esset: aut lucrari minimè erat solit⁹. tex. in. l. si sterilis. §. si per venditorè. ff. de actionib. emp. Abb. & Anania in dicto capi. conquestus. Card. post Innocen. in dicto. ca. sacro. & vnanimi consensu omnes hi, quos modò nominatim citauimus ad comprobationem glo. in dicto. capi. conquestus. testaturq; Iason in. l. 3. §. vi. ff. de eo, qd cert. loco. hanc sententiam communem esse: quã & tex. in ibi probat: sequuntur etiam Alex. cõsi. 52. num. 5. lib. 6. Soci. cõsi. 156. num. 9. lib. 2. Deti. cõsili. 3. nu. 5. & cõsi. 322. Alex. cõsi. 200. lib. 6. nu. 3. insolita etenim petentibus lucra ratione eius, quod interest peti nò possunt. Deinde si ea cõstitutio propter interesse lucri cessantis, aut damni emergentis iusta foret, omnino esset eius ratio habenda post moram: nam si mora non interuenerit, minimè cogitur quis id, quod interest soluere. l. 2. §. si naui. ff. ad. l. Rhod. de iact. l. le eta. versi. non enim. ff. si cert. pet. l. in hac. in fin. ff. de cond. trit. Paul. Caltren. in. l. 3. §. nunc de officio. ff. de eo quod cert. loco. traditur in. l. si insulam. ff. de verb. obligat. & in. l. vnica. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. Ex quibus inferitur, emptorem à die traditionis rei venditæ teneri omninò, dum pretium soluere differt, reddere vèditori vsuras pretij non soluti iuxta quantitatem fructuum ipsius rei, non autem secundum rationem eius, quod venditoris interfit ex causa damni sibi illati ob dilatatam pretij solutionem, cum ea ratione nò teneretur emptor ad fructuum compensationem, sed ad damni illati restitutionem: quod quandoque excederet ipsorum fructuum æstimationem: quãdoq; minus esset. Sic & lucri cessantis æstimatio nequaquam in hoc casu debetur venditori: cum attentata eius indu-

stria fortasse esset maior, quàm fructuum perceptorum valor. Et sanè ipsa lex duntaxat inducit obligationem restituendi vsuras pretij non soluti iuxta fructuum perceptorum quantitatem. Quade re est locus celebris apud iuriconsultum in. l. vlt. ff. de peri. & comm. rei vend. vèditori, inquit iuriconsul. si emptor in pretio soluèdo moram fecerit, vsuras duntaxat præstabit, non omnino, quod venditor mora non facta consequi potuit: veluti si negotiator fuit, & pretio soluto ex mercibus plus, quàm ex vsuris quærere potuit. Hactenus ibi.

Secundò, eadem ratione opinor emptorem teneri ob dilatatam pretij conuenti solutionem restituere, ac reddere venditori vsuras secundum æstimationem fructuum, quos vèditor ipse percepisset è re vendita, non autem erit habenda ratio in hac æstimatione fructuum, quos percepit emptor etiam si is vberiores, ac maiores fructus verè perceperit: quemadmodum adnotarunt Soci. in. l. de diuisione. 4. notab. ff. solut. matri. & ibi Claudi. col. vlt. Hierony. Cagnol. in di. l. curabit. nu. 48. & Carol. Molinæ. dicto. q. 74. num. 541. facit pulchra decisio Bart. in. l. ratio. §. 1. ff. de actio. empt. dicens, quod quando fructus petuntur, vt fructus, omnes percepti veniunt, etiã si tot non percepisset petitor. dicto. §. 1. at vbi fructus petuntur in compensationem eius, quod interest: tunc veniunt fructus, quos petitor percepisset. l. si fundum. ff. de verb. oblig.

Tertiò, hinc etiam colligitur emptorè differètem pretij solutionem esse cogendum restituere venditori æstimationem fructuum perceptorum ex re vèdita: quãuis hi fructus excedant ob temporis qualitatem pretij conuenti quantitatem: quod manifestè constat ex ratione dictæ. l. curabit. inspecta mora irregulari, quæ oritur ob id, quod à die traditionis rei venditæ differt emptor pretium soluere: & ideo eadè cõstitutio statuit, vsuras pretij non soluti reddèdas fore ipsi venditori iuxta quantitatem fructuum, quos vèditor percepisset, re non tradita prius quàm eam venditor tradere teneretur: nempe ante solutionem pretij conuenti. sensit hoc ipsum Caro. dicto. q. 74. nu. 541.

Quartò, hinc examinari cõmodè poterit, quod Bald. scribit in. l. 2. C. de vsur. asseuerans, vsuras pretij non soluti à die traditionis rei venditæ ab emptore venditori deberi: etiam si emptor nullos ex re emptæ fructus perceperit, nec percipere potuerit, nec itidem vèditor ipse percepisset: si rem ipsam nondum tradiiisset. huic ad stipulantur eum sequuti Paul. in dicta. l. curabit. Anchar. in regul. peccati venia. col. 1. & de regul. iur. Anani. in ca. conquestus. 1. col. de vsur. Soci.

Variarum Resolutionum

cōfiliio.88.libro.4.numero.8.idem conf.103.colum.1.eodem lib.Marian.Socin.confilio.174.libro.2.columna.5.Paul.Parisi.confilio.60.libro.1.numero.28. Quibus, ni fallor, aduerfatur ratio vera decidendi aliaque iura fuperiùs adducta ad confirmationem eius quod in dicta. l. curabit. de cifum extat: nec video iufte poffe comprobari Baldi fententiam: & ideo contrariam opinionem ipfe verioremeffe cenfeo fequitur Salicer. in dicta. l. fecunda. Maria. Socin. confili. 109. lib. 1. colum. 2. Paul. Caftrenf. in. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actionib. emp. Cinum. Salice. & Paul. in. l. in minorem. C. in quib. cauf. reftit. in integ. non eft neceff. Alexand. & Claudium in dicta. l. de diuifione. colu. vltima. Corne. conf. 59. libr. 3. & confilio. 145. libro fecundo. & Cagnolum in dicta. l. curabit. numero. 26. Quam ob rem vfuræ. quarum mētio fit in dicta. l. curabit. non debentur, vbi venditor ipfe re non tradita fructus ex ea non potuiffet percipere, quod adeò verum eft, vt etiam fi venditor minor fit, adhuc in eo cafu vfuras pretij non foluti percipere minimè iure valeat, cum vfuræ alioqui reprobæ, fauore minorum nullo pacto permittantur. cap. fuper eo. de vfur. quam ampliacionem ipfe admittendam effe opinor contra Petr. Iacob. Buttricar. Paul. & Saly. in dicta. l. minorem. & Corneum conf. 59. col. 2. lib. 3.

Quintò, ex eadē radice difcutiendum eft, quæ pleriq; opinati funt exiftimantes, vfuras in fpecie, & cafu. d. l. curabit. minimè deberi, nec licitas effe quando venditor dominium rei venditæ ftatim in emptorem trãftulerit. Quafi id probetur in eadem cōftitutione ea ratione, quæ venditor fimpliciter rem venditam tradēs non videatur fidē habere de pretio foluendo: & ideo dominium in emptorem trãflatum non eft. §. venditæ. Inft. de rerum diuifio. l. quod vendidi. ff. de cōtr. empt. tradit Paul. Caf. in dic. l. Iulianus. §. offerri. ac ea ex caufa cōftitutio permiferit, & fanxerit vfuras pretij non foluti ab emptore vënditori foluendas effe loco fructuū qui ab emptore percepti fuerint, cum potiùs hi ad venditorem iure dominij nondum translati pertinerēt. idem probatur in. l. ficut emptio. §. vl. ff. loca. vbi ex eo quòd dominium vënditor nondum trãftulerit in emptorem, fed folum detentionem rei: potuit fibi penfionem locationis titulo ftipulari interim dum pretium folutum non fuerit, quibus effectū efv. l. ut ftatim traditione dominio in emptorem trãflato: locus non fit dictæ. l. curabit. refponfo. nec 5 vfuræ venditori ab emptore debeantur: tamen fi pretij folutionē is differat atq; ita de iure refponderūt Pano. conf. 76. lib. 1. dubio. 2. idem cōf. 66.

lib. 1. Alex. conf. 119. 120. 121. lib. 4. & cōf. 121. lib. 5. Czypola, cautela. 125. Soci. conf. 176. lib. 2. & conf. 103. lib. 4. & eodem lib. conf. 88. Deci. cōf. 109. numero. 4. ver. fecundo non obftat. Sed contraria fententia iure verior eft, qua quidem affeueratur, emptorem teneri ad vfuras pretij non foluti à die traditionis iuxta fructuum æftimationem, etiam fi vënditor dominium rei per traditionem in emptorem trãmiferit hoc fuadetur ex ratione decidendi, quam fecundo loco aptauimus dictæ. l. curabit. cum fecundum eam is qui tradere rem venditam minimè tenebatur ante pretij cōuenti folutionem, eam tradens, & dominium transferēs dignior eft, vt poffit capere vfuras pretij proportione fructuum, quos e re ipfa percepiffet traditione non facta: quã fi fimpliciter tradens dominium non tranftuliffet: plus enim iuris & commoditatis dat, qui dominium trãfert, quæ qui rem tradit dominio retento. huic opinioni fuffragatur tex. in dict. l. ficut emptio. §. vl. quo in loco, & gloff. & Doct. contrarium opinētur, dominium fuit translatum in emptorem: quod apparet ex eo quia locator idemq; venditor nõ obligatur: & liber eft ob omni traditiōe, & paciētia: nam fi dominium fibi retinuiffet ibi locator, tenetur ad præftandam paciētiam fruendi, & ad faciendum, quòd emptor, idemq; conductor domo ipfã poffit vti frui. l. fi domū. cum. l. feq. ff. locati. Et præterea fi venditor in fpecie dictæ. l. ficut emptio. dominium fibi retinuiffet, iniuquum eft, quòd glos. communiter recepta inibi cenfet: re fcilicet, perempta, & extincta, adhuc emptorem teneri ad mercedis folutionē quod eft contra veram legē locationis, atque ita his rationibus hanc pofteriorem fententiam tenet Carol. Moli. in dicta. q. 74. nume. 542. cuius opinio & fi vera fit propter rationem, cui innitur dic. l. curabit. non tamen omninò probatur inductione text. in dicta. l. ficut emptio. cum omnium interpretum fententia: quæ dicit ibidem à venditore non fuiſſe trãflatum dominium ex eo facilimè defenditur aduerfus Carolum, quòd locator non obligatur ad paciētiam: nec ad faciendum, quòd conductor poffit vti frui: inò re extincta emptor teneatur foluere mercedem ratione periculi poft perfectam vënditionem emptori incumbētis. l. 1. & l. cum inter. C. de pericul. & cõrei vend. l. 23. tit. 5. par. 5.

Sextò, ex his in controuerfiã, & dubitationē adducitur eorum fententia, qui cenſent tradita re vendita emptore à vënditori data dilatione ad foluendum, habitaq; pretij fide: non fore locū Cæfarum cōftitutioni, nec teneri emptorem ad vfuras pretij non foluti, nec poffe eas in conuentio-

nem

nē & pactum à venditore deduci pro eo tēpore quo durat dilatio ab eo concessa. Quasi in hoc casu nulla sit in emptore mora regularis, nec irregularis ex qua ipsa cōstitutio rationē habet huius partis, autores sunt Soci. cōf. 76. lib. 2. col. vlt. Barth. Soci. cōf. 103. in fi. li. 4. & cōf. 139. eo. lib. Deci. cōf. 119. col. pe. & nu. 3. idē Soci. cōf. 88. libr. 4. Antoni. Rube. con. 88. Aymon, cōf. 189. casu 3. quorum opinionē ante alios pbat gl. in d. c. cōquestus, dum asserit, vsuras à venditore peti posse loco eius, quod interest: si pretiū cōuentū ad terminum, & diem statutā solutum non fuerit: igitur pretio soluto eo die, quod pactū est, vsuræ licet peti non possunt. Ego sane nō diffiteor, data dilatione per venditorem emptori ad solutionē pretij nulla pactione præmissa de dandis vsuris pretij nō soluti eo tēpore, quo pactione dilatiois durat: minimē teneri emptorem ad vsuras pretij nō soluti, etiā ratione perceptorum fructuū etiam ratione eius, quod interest venditoris: quia ipse traditioni & dilatioi consensit: nec vlla est mora emptoris: proprioq; consensu venditor renūciat vsuræ & constitutioni Cæsaree. d. l. curabit. at non video, cur venditor non possit stipulari sibi vsuras, vel interesse data dilatione: & habita fide pretij, quas cōsequi possēt æquissimē, si eam gratiam emptori non fecisset. Nec respōsum Imperatorum rationē habet à mora regulari vel irregulari, vt cōstat de priori expressim in d. l. curabit. & de posteriori patet, quia si Cæsares rationē habuissent traditionis factæ non habita fide pretij soluēdi, minimē pactionē de vsuris soluendis: sed de fructibus omnino venditori restituendis: cū ad eum, donec pretium solutum sit, nō ad emptorem pertinēat, sicuti probatur in d. §. offerri. Sic tandem, posse venditorē die data emptori ad solutionem pretij pacisci vsuras pretii non soluti eo tempore, quo dies cōstituta expectat: tenent Paul. Cas. in l. Iulianus. §. ex vedito. ff. de action. emp. Deti. in c. cū venerabilis. de exceptio. nu. 14. ad si. idem cōf. 111. col. vlt. Corne. cōf. 113. lib. 3. col. vlt. Alciat. in l. si quis nec causam. col. 3. ff. si cer. pe. Cagnol. in d. l. curabit. nu. 58. Caro. Mol. in consuet. Parisi. §. 1. glo. 9. nu. 17. & in tract. de contract. d. q. 74. num. 544. Alex. cōf. 121. lib. 5. nume. 4. his accedit, quod ca. 1. huius lib. quinta illatione ad intellectum. ca. salubriter. de vsuris. adnotauimus: eam quidem decisionem seruandam fore, etiam si gener dilationem dederit socio ad dotis promissæ solutionē. Item & illud, quod maxima æquitate frequentiori calculo receptum est, scilicet, etiā ex causa mutui posse creditorem ab initio contractus pactum inire cum debitore de repetendo eo, quod creditoris siue in damno

siue in lucro intererit pēdente dilatione data ad mutui solutionem etiam ante moram. Iustē etenim potest quis stipulari se indēnē seruari tam in lucro, quā in damno: & idē hanc sententiam tenet Hosti. in capit. salubriter, & ibi Abb. num. 3. idem Abb. col. pe. & Ana. num. 16. in d. c. cōquestus. Archi. in c. vsuræ. 14. q. 3. Roma. cōf. 517. co. 8. Alex. cōf. 228. lib. 2. Deci. in dict. ca. cū venerabilis. num. 14. & in dict. cōf. 111. Ioan. Lupi in ca. per vestras. 6. notab. nume. 5. Florenti. 2. part. tit. 1. cap. 7. §. 15. Caiet. 123. q. 78. ar. 2. Cōrad. de contract. q. 30. Hadria. in 4. senten. in tract. de vsuris. capit. quia tactum est de interesse. eleganter Thomas dict. q. 78. arti. 2. ad primum. Carol. Molinz. de cōtract. in principi. num. 34. & q. 74. nume. 509. dicens hanc opinionem communem esse: quā etiam sequuntur Scotus in 4. dist. 15. q. 2. ar. 2. & ibi Gabriel. Angel. verb. vsura. 1. §. 16. & Syluest. eodem verbo. §. 23. Ioan. à Medina. de contractibus. cap. de vsuris. fol. 137. licet hanc pactionem in mutuo illicitam esse censeant Innocē. Ioan. And. Cald. q. 3. in cap. vlt. de vsur. & Laurent. à Rodulphis in cap. consuluit. de vsur. par. 2. q. 2. præsertim quo ad lucrum cessans: quod firmiter asserunt Antha. cōf. 376. & Aymon cōf. 189. col. 3. Quibus equidem omiſsis cōmunis opinio est obseruanda. Nam licet S. Tho. & Scotus cōmunem opinionem quo ad damnum sequuti, eandem velint quo ad lucrum reprobare ob incertitudinē lucri: nihilominus etiā quoad interesse lucri cessantis vera est cōmunis opinio, vbi fraus absit, et si verisimilis ei⁹ certitudo, ac verē sit lucrum cessans: quemadmodū cæteri pbare contendunt, & Dominicus Soto. lib. 6. de Iustitia & iur. quæst. 1. art. 3. Quod si verē cōstet, creditorem post moram debitoris tantum damni passum, vel certum lucrum amisisse, absq; dubio etiā in animæ interiori iudicio tenetur debitor id ei refarcire, secundū Innocen. in cap. 1. de vsur. Salyc. in l. 2. C. de vsur. Ancha. in dict. cōf. 376. Primo dubio. & pleriq; alij passim id docuere. Imò etiā ante morā teneri debitore absq; pacto, & cōuentione interesse damni emergentis creditori in foro cōscientiæ restituere, asserūt Card. à Turre. Cre. in Sūma. 14. q. 3. & Rebuffus in l. vni ca. C. de sent. quæ pro eo quod interest. in principi. nume. 24. Hoc tamen verum non est: cū debitor vltra sortem nihil teneatur reddere mutuanti etiam ratione dāni ex causa mutuationis interim ante morā incurſi: sicuti nec donatarius tenetur donatori rependere damnum ei contingens propter donum: & ideo Carol. Moli. de cōtract. in principi. nume. 33. à Turre Cremat. & Rebuffo dissentit.

Septimò eadem inspecta radice, & ratione de cisionis probatur, venditorem pacisci posse licite vsuras pretij non soluti etiam data dilacione non tantum in genere: sed & expressa ab initio contractus, & conuentionis certa quantitate: quæ tamen verisimilis sit, & appareat conueniens, ei quæ secundum leges, & iura iuste recipienda est in futurum. Nam licet id quod interest possit iure in pactum deduci sub incerta quantitate: quæ post modum probanda sit: non autem de certa quantitate: quia adest fraudis suspicio. l. cū quis decedens. §. codicillis. & §. Titia. ff. de legat. 3. l. qui testamentum. ff. de probationi. notant in specie Bald. in l. rogasti. §. si tibi. ff. de cert. pet. & ibi Purpurat. nume. 39. Anania. in capit. ultimo. de vsu. nume. 62. Alberi. in l. i. colum. penulti. & ibi Bald. columna. 4. C. de summa Trinita. Deci. consil. 116. & consil. 119. Aymon. consil. 189. col. vl. Alexand. consil. 200. nume. 8. lib. 6. & alij frequē tissimè, quorū meminit eos sequutus Rebuffus in dict. l. vna. in gl. vl. nu. 34. nihilominus si certa quantitas deducta fuerit in pactum, quæ veri similibus coniecturis conueniat quantitati, quæ verè interfit: valebit profectò conuentio in vim probationis deductæ ex verisimilibus coniecturis. quod tenent Bal. in dict. §. si tibi. & ibi Purpurat. Deci. in dict. cap. cum venerabilis. nu. 14. ad finem. Cagnol. in dict. l. curabit. nu. 59. Caro. Moli. de contract. in princ. num. 35. Ioan. à Medina de contract. q. 38. & folio. 139. Quibus suffragatur id, quod cap. 1. huius libr. scripsimus ad intel. lect. cap. salubriter. de vsur. nume. 3. illatione. 4. hoc ipsum, in specie. l. curabit. tenet Parisius. cō silio. 60. lib. 1. nume. 31.

Octauò inferitur, posse pactum fieri inter emptorem & venditorē re tradita, nulla data ad pretium soluendum dilacione: vt donec emptor pretium soluerit, is reddat venditori certam quantitate, quæ non excedat veras vsuras, & interesse pretij non soluti: iuxta dict. l. curabit. secundum Soci. consil. 176. colum. vltima. & Bartho. Socin. consil. 88. colum. penulti. & consil. 103. col. vlti. & consil. 130. lib. 4. ac plures alij: quos refert, & sequitur Paul. Parisien. consil. 60. lib. 1. colum. penultim. præsertim nume. 21. Imò posset quoad pactum fieri de soluenda certa quantitate quæ etiam excesserit fructuum æstimationē, & eorum interesse: modò fiat in vim annui redditus redimilibus: & cum pacto redimendi: in hunc sanè modum: quod emptor constituat se soluturum venditori certam annuam quantitate dum pretium solutum non fuerit: iure & titulo annui redditus venditi super ipsa re empta ad rationem vnus pro quatuordecim vel duo-

decim vsque ad pretij cōuenti numerum: quod notandum est: nam vidi non semel hanc pactio nem initam fuisse.

Nonò: planè ex prænotatis colligitur: licite fieri pactum inter venditorem, & emptorem re tradita, & data die ad solutionem pretij: vt emptor dilacione pendente habeat rem ipsam titulo locationis à venditore: ac soluat certam, & moderatam pensionem: optimus text. in l. sicut emptio. §. vltimo. ff. locati. quem ita interpretantur passim Doctores, & præsertim. Abb. dict. consil. 76. lib. 1. Socinus vterque in dictis responsis. Deci. in consil. 119. Alexan. consil. 121. libro. 5. Et Parisi. dicto consil. 60. colu. penulti. & vltim. ac numero. 21.

Decimò: quanuis hoc dubium quibusdam videri possit, opinor, venditorem tradito fundo, & data dilacione ad soluendum pretium, licite accipere fundum ipsum in pignus ea pactio ne vt nō teneatur fructus in sortem computare: quod expressim adnotauit Caro. Molin. in dicta quæ stio. 74. numero. 545. aduersus Gabriel. in quarto senten. dist. 15. quæst. 11. colu. 17. qui hunc contractum illicitum esse censuit.

Vndecimò ex his constat Panormi. consilio. 5. lib. 1. male consuluisse, dum respondit, contractum illicitum esse, si quis propriam rē in octo annos alteri pro certa pensione locauerit: ac demum eam conductori vendiderit alio contractu pro centum; quæ fateatur recepisse: & tamen emptor in alio separato instrumento fateatur se pretium debere venditori: quod soluere promittit ad octo annos, & interim mercedem, & pensiones locationis soluere. inquit enim Panormi. venditorem debere in sortem computare pensiones illis octo annis sibi solutas: cum alioqui conuentio sit illicita ex eo quod dominium transulerit venditor in emptorem. Nam & si Panormi. sequatur Socinus consil. 130. lib. 4. colu. 1. eius responsum falsum est: nec potest vlla congrua ratione defendi: siquidem verè dominium translatum non est: & deinde quanuis translatum esse asseueremus: id parū refert ex his, quæ diximus illar. §. & 6.

Duodecimò hinc deducitur dict. l. curabit de cisionem procedere, & obtinere, etiam si res tradita fuerit emptori absq; fideiussoribus de euietione, quos emptori venditor promiserit: nam adhuc emptor ob dilatam solutionem pretij, tenetur venditori soluere vsuras pretij non soluti iuxta fructuum quantitate: cum defectus fideiussoris de euietione, nō impediatur fructuum perceptionem: cuius ratione eadem constitutio statuta fuit: atq; ita in specie tenet Bald. & Paul. in l. 1. §.

in. l. 2. C. de vsur. Deci. consi. 119. col. 2. ver. Sexto adduci potest. & rursus eolum. vltim. Parisi. cōl. 60. lib. pri. nume. 26. quorum opinio communis est, secundum Cagnolus in dict. l. curabit. col. 4.

Decimotertio apparet, venditorem pro parte rem venditam tradentem, & contractum venditionis seruantem, licite & iuste posse petere vsuras pretij pro illa parte non soluti secundum fructuum rationem, quod in hac specie adnotat Carol. Moli. de contract. q. 74. nume. 556. & probabitur efficacius ex his, quæ statim trademus ad. l. vltimam. §. vltimo. ff. de fundo dor.

Decimoquarto diligēter obseruata huius quæstionis ratione, & radice decisionis Casareæ, infertur, non facta traditione rei: sed ipsam adhuc possidente veditore: non posse eum, qui fructus rei percepit agere ad vsuras pretij nō soluti: nec vti constitutione imperatorum. glo. in dict. l. curabit. cōmuniter recepta auctore Cagnolo, inibi. nu. 49. notat idem Soci. consi. 109. lib. 1. Nam si emptor ageret ad fructus: venditor posset vsuras petere: & similiter venditore agente ad vsuras, emptor fructus petere poterit. Quam ob rem nulla data mora non oportet controuersiam inter emptorem, & veditorem dari: quia pari iure vterque vtitur. Illud etenim manifesti iuris est: quod fructus percepti è re vendita per venditorem post ipsam venditionem ante traditionem, ad venditorem pertinent: nisi percepti fuerint à tempore moræ, id est, post diem, quo venditor rem emptori traderet: tenetur: notant Bald. in. l. fructus. in sine. C. de actio. empt. Doct. in. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. cod. tit. & est communis opinio secundum Aret. consi. 160. ver. ad quintum. col. 6. Et ideo si emptor constituat in mora: quia venditor ei obtulit rem: & eam is noluerit recipere: nec pretium soluere, aget æquissime venditor ad id, quod eius intererit pretij eo die solutum non fuisse: offeretq; fructus ipsos emptori. Et fortasse maior erit æstimatio eius, quod interest, quam ipsorum fructuum. Eadem ratione: venditore constituto in mora: quia oblato pretio noluit rem ipsam emptori tradere: cum tradere teneretur: aget sanè emptor aduersus venditorem ad fructus, quos ex re vendita percepit: & quos ipse emptor ex eo die percipere potuisset. Et forsitan hoc in casu: cum venditor ex mora cogatur fructus restituere emptori: itidē & ipse emptor tenebitur pretium conuentum reddere venditori: & præterea si quod lucrum ex ipso pretio percepit: tamen si illud venditor non percepisset: quemadmodum tradit Carol. Moli. dict. quæst. 74. numer. 555.

Ex quibus obiter infertur intellectus ad. l. fru

ctus. C. de actio. empt. paulò antè citatà: quo in loco cautum est, quod fructus post perfectam venditionem pertineant ad emptorem: id etenim non est ita simpliciter verum, sed obtinet quando facta est rei traditio habita fide pretij, vel post moram ipsius venditoris regularem: aut irregularem secundum Saly. & Docto. ibi. Cagnol. in dict. l. curabit. nu. 36. tamen si Bart. in. l. Lucius. ff. de actio. empt. hac in re contrarium sentiat scribens, emptorem nō posse petere rem cum fructibus à die, qua solui debuit, perceptis: sed posse petere rem & vsuras, quas pro pretio iam venditori soluto: quodque ab altero mutuo acceperat soluerit, sicuti in dict. l. Lucius. probatur. Nam & si verū sit ex causa eius, quod emptoris interest, eum posse petere vsuras, quas iuste pro pretio alteri soluerit: non inde sequitur nō posse fructus rei venditæ à die, qua tradenda erat exigere: de quibus in dict. l. Lucius. non agitur, quia vel nulli percepti fuerant à veditore nec percipi potuissent ab emptore: vel interesse vsurarum erat: maioris æstimationis.

Subinfertur item falsam esse Pauli Castrensis opinionem dum in dict. l. Iulianus. §. ex vedito. is opinatur, nulla data mora nec ex parte emptoris: nec ex parte venditoris: emptorem posse petere ipsam rem cum fructibus perceptis à die contractus sibi tradi: modò offerat vsuras pretij non soluti. Hoc etenim nec in dicta. l. fructus. probatur: nec iure verum est: siquidem fructus emptori non debentur: sed venditoris percipientis efficiuntur: & ei competunt ante moram regularem: & irregularem percepti: quod præter proximè citatos Bald. probat. in. l. 1. C. de bonis mater. Fabianus etiam tract. de emptio. parte. 6. membro 5. Nec istæ vsuræ pretij non soluti iuste percipiuntur: nisi in compensationem fructuum, quos emptor è re emptæ percepit eo tempore, quo pretium ipse distulit soluere, dicta. l. curabit. Quam ob rem ipse Carol. Moli. dict. q. 74. num. 554. relata Pauli opinione: eam omninò improbat.

Decimoquinto ex prænotatis colligitur, emptorem, qui partem pretij soluit re nondum sibi tradita: posse petere totam rem cum parte fructuum ex ea perceptorum pro rata pretij soluti, à die solutionis eidem tradi. tex. optimus in. l. vlt. §. vlt. ff. de feudo dor. Baldus in. l. si traditio. q. 11. C. de actio. empt. Bart. in dict. l. Iulianus. §. offerri. Alexan. consi. 121. libro. 4. Cagnolus in dict. l. curabit. numero. 40. Et est communis opinio sicuti fatetur eam sequutus Caro. Molinæ. dict. q. 74. nume. 557.

Decimosexto obseruandum erit, rectissime defendi posse Baldi sententiam, qui in rubi. C.

Variarum Resolutionum

de contra. emptio. quaestio. 15. scribit, procurator rem ex propria pecunia nomine domini ementem fundum, & eum possidentem pluribus annis non requisito domino: nec in mora constituto ad solutionem pretij, teneri ipsi domino illum fundum cum fructibus perceptis restituere: & satis esse quod dominus pretium soluat. id enim probatur ex eo, quod dominus à die traditionis factæ procuratori dominium rei habuerit, & possessionem: & ob id fructus omnino ad eum pertinent: nec hic ratio constitutionis Casaræ de qua in dicta lege curabit. locum habet, quam ob rem Baldus sequuntur Cremenf. in Ingula. 168. Ferrari. cautela. 54. Iason in leg. 2. §. 1. ff. ff. cert. per. column. vltim. & quanuis Alciar. in dict. l. 2. §. vltim. & Caró. Molinz. de cōtractj. quaestio. 86. defendere conentur, vsuras pretij esse à domino procuratori debitas, id tamen falsum esse existimo: nisi ratione eius, quod procuratoris interfit post moram pretium ei à domino solutum non fuisse: quia pretium illud habuit ab altero mutuo datum sub vsuris licitis & iustis, secundum Matthæum Afflictum. decisio ne Neapolita. 91.

Decimo septimo, si radicem huius quaestiois in dicta lege curabit. definitur, consideremus, plane constat, & probabitur, eam decisionem etiam obtinere in pacto, & promissione vendendi fundum facta, & constituta à venditore: siquid demum omnino tenebitur emptori, & cui vendere promisit, fructuum & re ipsa perceptorum estimationem soluere: perceptorum inquam fructuum, à die soluti pretij. quod eleganter adnotarunt Soc. consil. 170. libr. 2. colum. penult. & finali Paul. Parisi. consil. 75. nume. 17. libr. 4. idem expressas, & latius consilio. 60. libro primo. nume. 13. acquisitum etenim est, venditorem fructus reddere ex quo habuit ab eo, cui vendere promisit pretium rei in pactionem venditionis deductum. tametsi Philipp. Deci. consil. 183. colum. vltim. contrarium responderit existimans, fructuum estimationem minimè deberi emptori etiam soluenti pretium cum venditio nulla præcesserit: sed tantum promissio vendendi rem ipsam: sicuti nec fructus ipsi debentur. Et profecto licet ex promissione vendendi & emendi ipse venditor non possit agere ad pretium: auctore Paulo Castrensi consil. 93. col. 3. libr. 2. quia aliud est vendere, aliud promittere. l. in bonæ fidei. §. si tamen. ff. de eo quod cert. loco. nec ex promissione vendendi, fructus post eam percepti debeantur ei, cui promissio facta fuerit secundum Alexā. consil. 73. col. 2. lib. 2. & consil. 13. col. 5. lib. 3. Deci. in dict. consil. 183. & plerique alij: tamen ubi in hac promissione fuerit pretium nominatum definitum;

& id solutum sit promittenti: & quius est ob eum eadem circumspectus idē in hac specie quod in vera venditione seruari. Nam & venditorem posse agere ad pretium constitutum ex sola promissione emendi ipse verius esse censeo: quod longius discuti poterit ex traditis ab Andr. Tiraq. libr. 2. de retratu, in fine à nume. 25. vsque ad sexagesimum.

Decimo octavo huic proximæ illationi, ego censeo & aliam adiiciendam fore: qua opinor, etiam esse admittendam. l. curabit. responsionem: ubi inter venditorem, & emptorem promissio tantum vendendi & emendi fuerit facta: non eodem ipsa venditio: modo certum fuerit pretium statutum: & venditorem ipsam emptori, ut promiserat, tradiderit. quid enim obsecro aliam venditionem requirimus: nonne ex hac traditione facta huius promissionis causa satis censetur venditio effectum sortita? ita quidem. Et idē dicitur erit vsuris, quas dicit. lex. curabit. admisit. quod sensere Socin. & Parisius precedenti illatione citati: dum scribunt, dicit. l. curabit. etiam obtinere in promissione, & pacto de vendenda aliqua re. licet Alexāder in addit. ad Barto. in l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. idem consilio. 73. libr. 2. columna. 2. Deci. in dict. consil. 183. ad finem: tradiderint, emptorem non teneri ad vsuras pretij non soluti iuxta decisionem. l. curabit. ubi non præcessit venditio: sed pactum de vendendo.

Decimo nono erit non immerito adnotandum dict. constitutionem. l. curabit. eiusque responsionem omnino admittendum fore non tantum in venditore: sed etiam in eius cessionario: cui ipse cesserit ius sibi competens ad exigendas vsuras pretij non soluti: poterit enim is iure venditoris eas exigere iuxta limites hoc capite passim traditos: secundum Matthæum Afflictum. decisio. 91. Et Paul. Parisium. dicit. consil. 75. nume. 17. libr. 4.

Vicesimo apertissime conuincitur, Casaræam decisionem dicit. legis. curabit. his adiunctis inter pretationibus, quas hic adscripsimus, etiam iure Pontificio: in foro Ecclesiastico: & iudicio interiori animæ obtinere: seclusa vsurarum prohibita rum fraude. Nam si ea constitutio iusta est, quod in principio ostendimus, nihil impedit & eam ubique utroque in foro ad praxim deduci.

Ex capite sequenti.

1. *Dictiones sunt interpretandæ iuxta eum sensum, qui vulgari, & communi vsu, ac legum provincie significatione receptus sit.*
2. *Qualiter dictio, Maioratus, his regnis accipitur?*

- 3 *Bona Maioratus ad vnum tantum & indiuisa pertinent.*
- 4 *Prohibitio alienationis ex causa maioratus facta, perpetua censetur: & inibi quid de fidei commissis.*
- 5 *Maioratus, & primogenij bona ex ipsa propria dictionis significatione masculis deferuntur exclusis foeminis.*
- 6 *Traditur intellectus. l. 45. Tauri: & an eadē cōstitutio obtineat in maioratibus absq; Regia licentia institutis. item de possessione, quam nostrates civilissimam appellant.*
- 7 *Intellectus. l. 46. Tauri.*
- 8 *Rursus traditur interpretatio. l. 40. ex eisdem constitutionibus.*

Quid hæc dictio, Maioratus, ex propria vi apud Hispanos contineat. Capit. V.



Solet nō infrequēter ambigi quā interpretationem, quē ve sensum habeāt testamēta: donationes: alijq; contractus: quibus bona quædam alicui deferūtur, vt ea obtineat iure, & titulo maiorat⁹ & primogenij, nō expressis alijs clausulis, nec cōditionibus. Et sanē illud hac in re est omninō cōsiderandum, hanc dictionem: Maioratus: in quibuscunq; dispositionib⁹ ita intelligendā fore, vt secundū eā significationē, quæ cōmuni vsu, legibus & Prouinciæ cōstitutionibus recepta sit, eī⁹ sensum interpretemur, in his etenim, quæ dubia sunt canonis est obseruandus: vt ea iuxta communē vsum, leges, & regionis statuta, ad proximam & intelligentiam deducamus. Hoc probatur auctoritate iuriconsulti. in. l. librorum. §. quod tamen Casius. ff. de legat. 3. vbi gloss. notat Barto. in. l. talis scriptura. ff. de leg. 1. in principio. vbi scriptum est, & frequentissimo omnium calculo receptum, communem vsum intelligēdi & loquēdi præferēdum esse propriæ significationi. idem probatur in. l. 3. §. vltim. ff. de supellect. leg. l. nō aliter. ff. de legat. 3. l. cū de lanionis. §. aliam. ff. de fundo instruct. l. vxi. in principio. ff. de legat. 3. cap. ex literis. in. 1. de sponsal. gloss. in. ca. nō nulli. verb. vltra duas. de rescrip. tradūt Iaso. in. l. si auix. col. vlt. C. de success. edict. Roma. cōf. 179

col. 1. Bart. per tex. ibi in. l. Labeo. ff. de supe. leg. idē Bar. in rub. ff. de noui oper. nūciat. & ibi Roma. Alex. & omniū latissimē Frānciscus Niconitius. nu. 196. Fel. in proemio Decret. 4. col. vers. mō his decursis. optimē Curti. Iunior in consi. 5. nu. 12. quod autē diximus, esse vcrba intelligenda iuxta cōstitutiones & leges prouinciæ: asseruit Bar. in. l. si quid earū. ff. de legat. 3. in prin. & in. l. si quis filiabus. ff. de testa. tut. Bart. & oēs in. l. oēs populi. in. 3. q. Sexta. 4. Princip. ff. de iust. & iur. Alexā. in consi. 26. nu. 11. lib. 3. quo in loco respōdit, nō probato cōmuni vsu loquēdi: cōmuniq; interpretationis sensu: omninō verba esset intelligēda secundū legū, & iurium significationem. addit & ipse Alex. testamenta, contractus, similesq; hominum dispositiones vulgari sermone prolatas, vel scriptas: esse interpretandas iuxta vulgarem significationem. quod Bald. scripserat in. l. lege. vlti. col. C. de legit. hæred. quibus equidem fit, vt si quis aliqua bona proprio testamento vel donatione in Titium detulerit ita quod ea obtineat & habeat titulo & iure maioratus: hæc ipsa bona: & si alias condiciones institutor huius primogenij non adiecerit: naturā, proprietatē & alios effectus habebunt: quos apud Hispanos, apud eam prouinciā bona primogeniorū, & maioratum ex cōsuetudine, moribus, legibus, & constitutionibus habere soleant. Hoc etenim adeo est consonum voluntati instituentis primogenium: quod nihil ei refragari valeat. atque ideo possent plura ab hoc themate deduci: & quibus aliquot obiter & breuiter attingam, vt constet rem istam non inutiliter hoc in capite traditam fuisse.

Primū vbi constiterit fundum, villam, vrbe aut castrum aliquod iure maioratus in aliquem deferri, hinc manifestum esse colligitur, eas res ad vnum tantum ex successoribus, & maiorem ac indiuiduas absq; vlla diuisione pertinere: sicuti in specie adnotarūt hac in questione Io. Lup. in rub. de donatio. int. vi. & vx. §. 69. num. 21. Et Rodericus Xuares in. q. de maioratu. col. 5. quibus suffragatur quod scripsere Angel. consi. 281. & Aretin. consi. 167. idem Rode. Xuares in. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. extēsiōne 10. colum. 20. asserētes, quod vbi ad vnum ex successoribus aliqua bona deferenda sunt, vt ea si habeat indiuidua: tunc ea deferuntur primogenito, & maiori iure primogenij & maioratus. Sic etenim qui voluerit, & statuerit, fundum Titianum deferendum fore post eius obitum Sempromio, iure primogenij, & maioratus, voluisse omninō censendū est, si huius dictionis communem interpretationē accipiam⁹, quod fundus is absq;

Variarum Resolutionum

abſq; vlla diuifione poſt mortē Sēpronij maiori primogenito, vni tantum & abſq; vlla diuifione ex pluribus ſucceſſoribus deſerat, & cōpetat.

Secūdō ex his apparet, erroneum eſſe, ac maniſeſtiſſimē falſum quod Ioan. Lup. in capit. per veſtras. de donat. int. vir. & vxō. 3. notab. §. 26. co. vltim. opinatur exiſtimans, ita condito teſtamēto: vt pater aliquot bona legauerit filio ſuo maiori, hoc expreſſim addito: quod ea is habeat iure maioratus, mortuo filio maiore horum bonorum poſſeſſore: ea bona diuidēda eſſe inter eius hæredes & filios, aut ſaltem eorū æſtimationē, ſi maior & primogenitus ea voluerit obtinere. Hæc ſiquidem opinio apertiffimē refragatur voluntati teſtatoris, qui tacitē, & ſenſim ſtatuit, bona prædicta abſq; vlla diminutione, inſolidū vni & maiori ex ſucceſſoribus competere. Item contraria eſt cōmuni huius prouinciz, & Hiſpaniarū interpretationi, ex qua ius maioratus hoc dicitur, vt reſeodē iure poſſeſſe in vnū & maiore omnino deſerantur abſq; vlla diminutione, ſiue hoc ius inſtituatur ex auctoritate Regis, ſiue propria ipſarum legum conceſſione. atque ita Ioan. Lupi. dubius quidem huius opinionis definitionem cogitandam reliquit.

Tertiō eadē ratione opinor, bona ita vinculo maioratus ſubmiſſa, ſicuti modō propoſuimus, nullis expreſſis prohibitionibus, nec clauſulis, nō poſſe alienari, nec à primo, nec à quarto, nec ab octauo ſucceſſore: imō prohibitionē tacitā alienationis perpetuā eſſe, quod dicitur ipſa teſtatoris mēs, docet ipſa cōiſ horū verborū interpretatio, quā idē Ioan. Lup. dicit. §. 26. nu. vlti. itidē ſatis dubius ſentiat, hanc prohibitionē vltra primū ſucceſſorē minimē extendi. qua in re oportet expendere text. in auth. de reſtitu. fideic. §. Nos igitur. coll. 9. à quo Accuſ. verb. voluiſſe. deduxit, prohibitionē alienationis extra familiā nō egredi primū ex familia ſucceſſorē: & ideo quā prim⁹ familiz ſucceſſor alienare nō poſſit bona alienari extra familiā prohibita, poterit nihilominus vltior ex familia ſucceſſor ea alienare: quemadmodū quidā opinantur. Ego verò primū ex dict. §. nos igitur. & ex Accuſio colligendum eſſe cenſeo, prohibitionē alienationis factam filio: nō cenſeri factam nepoti. quod inibi tenent Bart. Iacob. de Bello viſū & Angel. idem Barto. in. l. filius familias. §. diui. q. 9. ff. de legat. 1. quem cæteri cōmuniter ſequūtur, præfertim Iafon. nu. 109. in. l. lect. in. 2. nu. 146. & Ferdi. Loazes. nu. 489. tradit Deci. conſ. 377. col. 2. ex quibus conſtat, hanc opinionem cōmunē eſſe huius ſanē deciſionis rationem, & ſi videā eam à iuris Cæſarei interpretibus oſcitāter omiſſam, eſſe cenſeo, quòd in ſpe

cie propoſita in dict. Nouella conſtitutione teſtator filio hæredes inſtituit, eosq; grauauit vt ſi ſine liberis deceſſiſſent, fratribus hæreditatē & bona hæreditaria reſtituerent, eaq; cauſa alienationem bonorum prohibuerit, nam decedentibus filijs cum liberis, ceſſat omninō cauſa fideicommiſſi, & ob id alienationis prohibitio, quæ in nepotibus filiorum filijs nequaquam obtinet. Quam ob rem non video, cur paſſim Nouellam conſtitutionem Doct. miris laudibus ad huius conſiſionis probationē ex tollant: cum maniſeſta ſit eius ratio. Cauſa igitur prohibitionis nō tū in filijs, ſed in nepotibus & pronepotibus adhuc vigente, ad eos prohibitio facta filijs etiam extēderetur: ſicuti colligitur ex Bar. in. l. pater filiū. §. fundum. ff. de legat. 3. glo. in. l. quoties ab omnibus. C. de fideic. Deci. conſ. 182. col. 2. & conſ. 23. colū. 3. Iafon in dict. §. diui. lectione. 2. numer. 146. & q. 10. Ioanne Crotto, & Ferdinando. Loazes. quæſt. 9. Hinc apparet, quòd ſi fideicommiſſum foret iniunctum non ſolum filijs ſed & eorum liberis, nepotibus, & pronepotibus, prohibitio alienationis facta filijs, etiam cenſeretur facta eorum filijs nepotibus, & pronepotibus, quibus & fideicommiſſum extat iniunctū à teſtatore.

Secundum, quod ex dict. §. nos igitur. adnotari poteſt, illud verē aſſeuerat, nempe, prohibitio nem alienationis factam extra familiam, vt eadē bona perpetuò in familia maneat: & à familia poſſideatur, vltra quartam generationē effectū, & vim non habere, quaſi viſum fuerit Iuſtiniano, voluntatem teſtantis hac in prohibitionē nō perpetuam eſſe, ſed tantū ad quatuor vſq; generationes obtinere. tex. ſing. & ibi Doct. in dic. §. nos igitur. Alex. & Iafon in. d. §. diui. q. n. 2. lect. num. 155. idem Iafon in. l. voluntas. C. de fideicommi. & eſt omnium concor. ſententia, quæ tamē non erit admittenda: vbi teſtator prohibitionē hanc alienationis indixerit hæredibus ea ratione adiecta, quod velit bona hæreditaria perpetuò manere penes eius deſcēdētes, aut poſteros, hoc etem casu ex eius volūtate deducitur ob dictiōnū iſtarū vim, prohibitio, quæ quartā, quintā & alias generationes egreditur, ſecūdū Iacob. & Angel. in. d. §. nos igitur. ex tex. in. l. vlti. C. de ſuis & legit. l. cognoscere. §. vlt. ff. de verb. ſig. l. iuris conſultus. §. parentes. ff. de gradi. & in auth. de hæred. ab inſteſta. §. 1. idem notant Bart. in auth. de reſtitu. §. 1. Iafon in dict. §. diui. 2. lectu. numero. 155. & in prima lectu. numer. 113. & ibi Loazes numer. 493. Iafon in lege vltim. num. 5. C. de hæredib. inſtit. Deci. conſ. 516. nume. 16. & cōſi. 635. & conſi. 364. Socin. conſi. 43. lib. 3. Didacus à Segura in. l. filius. ff. de verb. oblig. num. 108. Rode. Xuarez

Xuares in. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. in. 2. limitatione legis Regiæ. col. vlt. Alex. conf. 56. nu. 2. libr. 1. quorum opinio absq; dubio communis est: mihi verò: sicuti per quam durū videtur quod Iustinianus in dict. §. nos igitur. respondit & id aduersus testatoris mentem tacitā, tantum non expressam: ita isthæc doctorum interpretatio contraria omnino apparet Iustiniani ipsius responso, quo palam probatur, prohibitionē alienationis factam ex ea causa, vt res perpetuò maneat in familia, nec eā egrediatur, vtq; de nomine testatoris minime exeat, nō extendi, nec habere vim ultra quartam generationem. vi deo etenim testatorem prohibuisse alienationē rerū: quia volebat eas manere perpetuò in eius familia, & nomine: & deo melius nō possum percipere qua ratione aliud dicendum sit eo casu, quo prohibuit testator alienationē, eo qđ perpetuò voluerit res alienari prohibitas, manere apud eius descendentes. Quod si dixeris appellatione descendētiū, plures generationes comprehendī, quam sub nomine & familia, lege obitero iuriconsultum in. l. Pronunciatio. §. iure enim proprio. ff. de verbo. signi. ita respondentē. Iure enim proprio: familiam dicimus plures personas, quæ sunt sub vniuersitate, aut natura, aut iure subiectæ, vt puta patrem familias, matrem familias, filium familias, filiam familias, quiq; deinceps viceuillorum in seruiuntur, vt nepotes & neptes & deinceps. Rursus idem iuriconsultus scribit, sub familia contineri omnes, qui ab vltimo genitoris sanguine proficiscuntur, vt Familiam Iuliam intelligamus dici quasi à fonte quodam memoriæ, omnes, qui à Iulio descendunt, à Iulio inquam primo eius nominis, quem vltimū iuriconsultus appellat. quibus profectò responsū constat, proprie quoscunq; descendentes familiaris nomine contineri, etiam si quinta, vel sexta sint generationis. Nec iure probari potest, maiorē esse descendētium quam familiaris appellationē: præsertim quia & nominis appellatio eos omnes ultra sextum gradum continet, qui ex eadem domo, agnatione, & gente prodierunt. tex. in dict. l. pronunciatio. §. communi iure. Nam & sub familia liberi continentur, quod nemo negat: & probatur in. l. vlti. C. de verb. signifi. & tamen liberorū appellatione nepotes, pronepotes, abnepotes & deinceps ceteri descendentes veniūt. l. liberorum. ff. de verb. signifi. vnde qui fatentur communem sequuti prohibitionem alienationis ex eo factam, quod testator velit rem perpetuò in familia remanere, non habere vim ultra quartam generationē, itidem fateri iure coguntur aduersus communem idem esse, si testator

adiecerit eam causam prohibitioni: quod velit, rem manere perpetuò apud eius descendentes. Nec magis probatur in dict. l. vltim. C. de suis & leg. locisq; similibus, appellatione descendētium plures gradus, quam appellatione familiaris comprehendī. Sic & Paul. Castren. in conf. 383. lib. 1. respondit, ad legatum familiaris & relictū admittendos esse quoscunq; de familia, modo sint intra decimum gradum.

Verū Iustiniani constitutionem in dict. §. nos igitur. ipse minime seruandā fore reor, quoties aliquot coniecturis possumus percipere, testatorem eam prohibitionem perpetuam esse voluisse: & cum iuxta communem huius regni praxim, & vinculorum ac primogenitorum & fideicommissorum institutiones, atq; instituentium voluntatem: ea voluntas satis manifesta sit: Sancitū est lege Taurina. 27. hac in cōtrouersia, vincula, & prohibitiones perpetuas esse, nulla facta distinctione quartæ, vel quintæ generationis.

Quin & hinc opinor Iustiniani constitutionem omnino ea lege sublatam esse. quod si anifestè deducitur: cum sub distinctione inibi statutum sit: vincula, prohibitiones, & fideicommissa, perpetua esse, & perpetuò valida: vel ad tempus à testatore definitū, nulla habita distinctione quartæ, vel quintæ generationis. Ex quibus verbis constat, non esse necessarium, vt vincula perpetuò durēt etiam ultra quintam generationem, quod id expressim testator declarauerit, sed satis esse, prohibitiones, & vincula ab eo simpliciter instituta fuisse: modo non explicuerit, ad tempus ea duratura, & fore valida.

Quandò ex his falsum esse videtur, quod voluit probare Rodericus Xuares in dict. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testam. in repetitione. l. Regiæ. 2. limit. col. vlti. scribens institutum primogenio, expressa vocatione, ad res vinculo submissas, maioris & primogeniti, iniuncta tamen alienandi prohibitione filio, cui primo loco maioratum defert, non extendi prohibitionem: hæc ad nepotes. ex glo. in dict. §. nos igitur. cuius opinionē in hac specie proculdubio falsam esse censo: propter mentem, & voluntatem testatoris.

Quandò hinc examinari poterit opinio eorū, qui censent fideicommissum à testatore ita relictum familiaris, vt deferatur gradatim proximiori masculo: esse intelligendum in his proximioribus, qui ad intestati successorem iure civili admittuntur, nempe intra decimum gradū tantum, non quidem remotioribus. Insti. de success. cognat. §. penultim. l. vlti. C. vnde legit. notatur in. l. 1. C. vnde vir & vxor. atq; ita huius opinionis authores sunt Ancha. conf. 94. col. 2. Bald. conf. 334. lib. 3.

Variarum Resolutionum

33 4. lib. 3. *Dei.* eleganter. consi. 321. numero. 2. qui hanc sententiam alibi explicans eam nō esse ad mittendam censet, in domibus Regū, Marchionum, Ducum, & Comitū, in quibus etiā vltra decimū gradum defertur successio proximiorib⁹. sic ipse *Dei.* in cōf. 85. col. 2. *Curt.* in tract. de feudis. 3. parte. §. successiue expedito. post *Bald.* *Aluarot.* & *Mart.* *Laudens.* in capitu. 1. ad finem de feudo *March.* secundū quos & feudi successio in descēdentes primi vasalli etiam vltra decimū gradum transmittitur. capi. 1. §. 1. de natu. succes. feudi. quod communiter receptum est. idem ipse *arbitror* omnino dicendum in successiōibus iure primogenij: & maioratus apud Hispanos ab aliquo testatore institutis, nā ex cōmuni, & recepta interpretatione, quā à iure *Regio* & voluntate testātis deducitur: tales successiones etiā deferuntur his, qui decimū gradū egrediuntur: quanuis testator ipse nullis expressis gradibus, nullis appositis nec adscriptis clausulis id tantū statuerit, bona nempe illa velle deferri Titio & eius liberis, ac descēdentibus. titulo & iure *Maioratus.* Quin & in casu, cuius *Dei.* *Ancha.* & alij meminerunt, eorum responsa minimē esse obseruanda: quāuis in defendi poterit: inspecta testatoris voluntate, simul & considerata hac cōmuni horum fideicommissorum interpretatione.

Sexto ex his definiri iure debet, quod vidi semel maximē controuersum iudicium, & aduocatorum non vulgari contentione. *Petierat* quidā bona quādam post mortem alterius ex eo quod ipse esset proximior defuncto cognatus masculus, & bona illa essentiam ab antiquis temporibus iure maioratus & primogenij ad vnum tantū deuoluta, & eo titulo possessa, eūq; titulū testibus & pluriū annorū quali possessione probauit, ita quidē, vt licet cōstaret, ea bona absq; vlla diuisione iure maioratus ad eam familiam pertinere: nō tamē apparebat quibus conditionib⁹, & clausulis ipse maioratus à primo testatore esset institutus, & cōtrario siquidem instabat foemina quādam eiusdē cū masculo gradus & lineæ, nēpē aetoris soror maior aetate, & primogenita, quae petebat, maioratum sibi competere, iudicū sententia pronūciari. quā situm & tractatū est, an à masculo minori foemina maior eiusdē gradus, & lineæ excludēda foret: pluribus deniq; rationibus probari iure poterit hac in controuersia, marem eiusdem gradus, & lineæ, quanuis minor sit & secundō genitus, praeferendū esse foeminae maiori ac primogenitae: sicuti apud Hispanos frequētissimē obtentum est, in maioratibus & primogenijs expressim ita statui. Sed idem esse, vbi simpliciter, res aliquot sint iure primogenij, & ma-

ioratus posteris delatae, ostenditur sequentibus.

Primum hoc ipsum constat, quia vbi bona aliquot lege vel consuetudine deferuntur primogenito, ad ea non admittitur filia primogenita excluso masculino postremo genito, imō is foeminae praefertur: quod expressim adnotarunt *Petrus Perticellis,* & *Iacob. ab Arenis* in. l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. *Bal.* in. l. in multis. ff. de stat. homi. idem *Bald.* in. l. 1. ff. de Senato. Roma. cōf. 98. *Socin.* consil. 90. lib. 1. in fine. *Ioānes Lup.* in rub. de donat. int. vir. & vxor. §. 69. nu. 24. *Paul.* *Parisius* consi. 72. nume. 80. lib. 4. idem erit, si ex contractu bona primogenito deferantur: vel ex pactioe causa matrimonij inita, vel ex donatione, secundum *Iaco.* & *Petrum* in dict. §. quindecim. *Guidonem Papae.* q. 506. & singulari. 522. & *Andream Tiraquell.* lib. de primogenijs. q. 10. nume. 16. & 18. & q. 11. nume. 2.

Secundō hęc pars iustior apparet ex eo, quod etiam seclusa proxima ratione cōmunis, & omnium cōsensu recepta est apud nos ea interpretatio, vt maioratum, seu primogenium masculinū secundō genitus obtineat exclusa foemina primogenita: quod proximū est testatoris voluntati, praefertim cum & verba sint intelligenda iuxta cōmuniem, vulgo receptam significationem.

Tertiō eadem opinio potissimū instruitur à ratione: qua primogenia & maioratus liciti censentur: nam & si res ista dubia sit, quemadmodū longe lateque tradit praeter alios *And. Tiraq.* de primogenijs. q. 4. tractans de iustitia consuetudinis deferentis bona primogenito, mihi semper placuit institutiones maioratū, & primogeniorū licitas esse, atq; itidem consuetudines, & leges quibus primogenitis bona oia deferuntur. quod probaui in *Epitome de matr.* 2. par. ca. 8. §. 6. nu. 5. idq; magis cōmuniter probatum est, sicuti cōstat ex citatis à *Tiraquel.* d. q. 4. num. 13. Quibus accedit quod *Italicae* statuta, quibus foeminae nequaquam succedunt extantibus masculis, non alia ratione iusta censentur, quam quod ex eis familiae conseruentur: neue diminutionem extenuato patrimonio ob paupertatem patiatur: quod facillime contingeret, si foeminis liceret parentum res, & patrimonium ad exteram familiam secum ferre: hac etenim ratione hęc statuta iusta censerentur, tenent *Cinus* in. l. prima. C. de adulterijs. *Baldus* & *Imola* in. l. vltima. ff. de haeredit. instituend. *Alberic.* in authentic. itaque. C. cōmuni. de success. quos eam sententiam cōmuniem esse asseuerās sequitur *Albert⁹ Brunus* in tracta. de statutis exclud. foem. artic. 3. colum. 2. Eadem

Eadem siquidem ratione primogenia, & maioratus licitos esse asserit Præpo. in. c. ius naturale col. 3. distin. 1. cum ex maioratum institutione patrimonia indiuisa, integra, & illæsa penes familias maximo cum Reipublicæ cōmodo cōseruentur: quæ alioqui per filiorum diuisiones attenuantur, ad nihilumque exinanita reducuntur, quod minimè expedit nec familijs, nec ipsi Reipublicæ, quæ horum primogeniorum ratione viros nobiles, ac diuites habet, promptiores quidè vt ei in bello, & pace subseruiant, & ministrent: Nulli autem dubium est, quin familiæ conseruetur potius per masculos, quàm per fœminas. l. pronuntiatio. §. Familiæ. ff. de verbo. significat. l. iuriscōsultus. ff. de gradi. l. cum legitimæ. ff. de statu. homi. igitur ad primogenia fœminæ admittendæ non sunt exclusis masculis secūdō genitis. quod verò diximus, reipublicæ expedire familias diuites cōseruari, & integras ad ipsius Reipub. ornamentum: etiam probatur in. l. 1. §. denūciare. vers. publicè. ff. de vetre inspiciend. l. super statu. C. de quæstio. adnotauimus & nos in capit. Rainuncius. de testam. in prin. nu. 23. & præterea Angel. in. §. sed hæc quidem. institu. de exhered. lib. Georgius Natan in capi. quanuis pactum. col. 28. de pact. in. §.

Quartò ad huius partis confirmationem argumentor. Nam quò pacto succeditur in regno, & prouinciæ capite, supremaq; dignitate: eodè planè successio admittenda & constituenda est in inferioribus dignitatibus, primogenijs, & maioratibus ipsius Regni, & prouinciæ. argum. cap. cum non liceat. de præscrip. l. 1. §. cum vrbè. ff. de offi. præf. præf. vrbis. glo. in. l. ex ea. ff. de postul. sed in Regia dignitate apud Hispanos masculus secūdō genitus præfertur fœminæ primogenitæ sicuti notissimū est, & probatur in. l. 2. tit. 15. p. 2. Ergo idem erit in alijs inferioribus maioratib; & primogenijs. Hac etenim argumentatione vtitur in specie Paulus Castrens. in conf. 164. col. l. libr. 2. incipit. In præsentia causa, quæ vocatur Maioriatæ Hispalensis.

Quintò, Feuda & maioratus similia sunt auctoribus Baldo. in. l. cum antiquioribus. colum. 9. C. de iure delib. Archid. & Præpo. in capitul. quam periculofum. 7. quæstio. 1. Socin. conf. 47 libr. 3. numer. 4. Paul. dict. consil. 164. Quorum hi duo posteriores hac similitudine, & comparatione vtuntur. expressim: alij verò sensim eam præmittere videntur: sed in feudis regulariter fœmina excluditur, masculis admissis etiam remotioribus. capitul. 1. §. hoc autem notandum. qui feud. dare. poss. igitur & in maioratibus idem erit obseruandum.

Sextò alia item ratione id probatur: siquidè maioratus dignitas quædam est secundum Bal. in dict. l. cum antiquioribus. col. 6. Archid. & Præpo. in dict. ca. quam periculofum. & Ioā. Cirier. de primogenitura. q. 1. quæ defertur in gradu pari potius masculis, quàm fœminis. Bal. in. l. ex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Abb. in cap. dilect. col. 3. de arb. Paul. Parisi. conf. 72. num. 70. lib. 4. quo in loco alios citat idem asseuerantes, nam in dignitatibus verius est, quod in pari gradu præferatur masculus etiam minor, ex multis, quæ adducit Deti. in. l. 2. ff. de regul. iur. nume. 47. & notatur in. l. 1. ff. de Senatorib.

Septimò ad idem probandum plurimū cōducit: quod etiam si feudum ex cōuentione partium deferatur masculis, & fœminis, hæc cōuentionio hoc ordine est intelligenda, vt deficientibus masculis fœminæ admittatur nō alias. text. in. c. 1. §. quin etiā Episcop. vel abbatē. in libr. Feudo. vnde licet cōcedamus, Maioratum fœminis etiā deferri, id erit intelligendum masculis non extantibus, cum feudum, & Maioratus maximè sint similia, & pari iure censeantur, nisi vel ex cōuentione, institutione, aut moribus regiōis aliquod obtentum sit inter hæc duo discrimen. Histanthem effectum est, vt veram simplicis Maioratus conditionem ad iuris, & prouinciæ morum interpretationem deducamus. Non oberit his, quæ proximè diximus text. elegans in. l. 12. tit. 33. partit. 7. qua lege in eo dubio, qua ambiguum est, ex duobus simul natis, quis censendus sit primogenitus, constituitur casus, quo masculus, & fœmina simul fuerint nati: & inquit lex masculū præsumi primò natum, atque ideo cum habiturum ius, & bonā primogenij. Igitur satis ex lege ista constat, fœminam habituram primogeniū si absq; vllō dubio primò nata fuerit. Hæc etem argumentatio deducitur à lege per sensum à cōtrario. & casu omisso, qui sensus sufficiens nō est ad improbandam eam sententiam, quæ legibus & actionibus vrgentissimis hætenus fuit recepta. Deinde etiam si hæc responsio deficeret profectò satis esset eam legem positam esse sub titulo generali de verborū significatione, atque ideo non facile admittendam esse ad ea reprobanda, quæ alioqui iure optimè recepta sint. Sicuti & de eiusdem legis secunda parte probauimus lib. 2. huius operis, capitul. 7. num. 10. Quod si ex his quisquam opinatus fuerit, adhuc non congruè huius constitutionis inductioni responsum esse, illud erit considerandum, eiusdem legis sententiam admittendam fore, vbi seculis prouinciarū moribus, & omisis alijs coniecturis solo iure scripto res agenda sit. Et de his tractetur rebus, quæ

Variarum Resolutionum

quæ simplicitate primogenitis deferuntur. Quo quidem casu adhuc maximè dubitarem, an foemina maior sit masculo minori præferenda.

Rursus Septimò principaliter ex huius capituli prima adnotatione infertur, quòd maioratus simpliciter constitutus nullis expressis clausulis foeminae deferatur nò extante masculo eiusdem gradus, quanuis in remotiori masculo non deficiat: sic sanè censent Bal. in dict. l. in multis. Petrus Pert. in dict. §. quindecim. Roma. d. cõf. 98. Ioan. Lupi. in dict. rubr. §. 69. num. 24. Deti. in l. secunda. ad finem. vers. quarto queritur. ff. de regul. iur. Guilielm. Benedicet. in capitulo. Rainutius. de testament. verb. in eodem testameto. in 1. nume. 173. Bald. consi. 275. libr. 2. colum. tertia nume. 6. Curri. in tracta. feudo. in secunda parte. quæst. prima. limitat. 15. Ex quibus dum Petri Perticensis opinionem sequuntur, ipse colligò, foeminam proximiorē ei, qui vltimò maioratum obtinuit, præferendam fore masculo remotiori & qui eiusdem lineæ particeps non est simul & gradus: idè licet Andreas Tiraquell. in dict. quæst. 10. numer. 23. de hac sententia Baldi dubitauerit, existimans, nunquam foeminam ad bona primogeniorum admittendam esse, etiã deficiente masculo: tamen hæc opinio, quam in hac septima illatione probamus, verior est ac magis consona testatoris, seu instituētis maioratum voluntati, & apud nos moribus ac consuetudine recepta, quo casu ipse Tiraquellus, non dubitat eam admittendam fore. Quam ob rem ita tenendum erit: nisi expressim aliud cautum sit in prima primogeniorum institutione.

Octauò hinc oritur vera interpretatio ad Regiam constitutionem, quæ ex Taurinis legibus est quadragesima quinta: qua sancitum est, mortuo possessore maioratus: statim possessionem omnium rerum ad primogenium id pertinentium transire absque aliqua vera, vel ficta apprehensione in ipsum proximiorē agnatum, cognatumue, qui ex institutione maioratus vocatus iure censeatur, etiam si possessio rerum ad maioratum pertinentium sit ab alio propria auctoritate, vel ex traditione vltimi possessoris eo viuentē occupata, atque inibi appellatur hæc possessio legis auctoritate translata, ciuilib, & naturalis. Est etenim eadem constitutio admittenda, non tantum vbi ex maioratus institutione expressim constet, quis vocatus sit ad primogenium post obitum vltimi possessoris, sed & quoties nullæ fuerint adiectæ clausulæ maioratui, imò is simpliciter fuerit institutus apposito bonorū vinculo iure primogenij. Nã & in hac specie possessio ratione legis Regiæ translata cense-

bitur in eum, qui iuxta superius adnotata ad id primogenium iure vocatus videbitur. Nec oberrat quod quibusdam visum est, Taurinam decisionem tantum obtinere in primogenijs constitutis auctoritate, & licentia Regis, nò autem in his, quæ absque Regia auctoritate iure aliqui permittente priuatim statuta fuerint: quia & si solum sit in hac re dubitari, & varias à diuersis tribunalibus pronuntiarī sententias, dubitaueritq; Ioan. Lupi. in l. Tauri. 27. ad finem, frequentiori calculo in praxi receptum est, Taurinam constitutionē etiã obtinere in maioratibus propria auctoritate iure permittente priuatim institutis. quod probatur primò, quia indistinctè lex ipsa loquitur nò magis in maioratu instituto licentia Regis, quam priuata auctoritate stabilito. Secundo ex eo quòd maioratus absq; licentia principis institutus, propriè maioratus dicitur, nam maior succedit & primogenitus: quod satis est, vt ex propria significatione maioratus dici valeat, & tamen in quacunque materia propria significatio admittenda est, etiam si sit odiosa, ex orbitans, & iuris communis correctoria. l. cum lege. vbi Aretin. ff. de testament. Ergo ipsa lex 25. Tauri & in hoc maioratu intelligenda erit. Deinde & tertio ex l. 41. & 44. Tauri apparet institutionem hanc primogenij absque regis licentia factam, maioratum dici, & statim in maioratibus statuitur. l. 45. igitur signum maximū est eius legis cõditores eam decisionem intellexisse etiam in maioratibus, quorum leges proximiores meminerant. Quarto hanc opinionem probare conabor ab eadem constitutionis ratione: quæ ea est, vt melius res vinculo maioratus submissæ conferentur per istam transmissionem, hæc verò ratio adhuc militat in maioratibus absque Regia licentia institutis. Vnde ob eandem rationem par est & in his eidem legi locū fore. Quarto hanc sententiam probo auctoritate Roderici Xuares in allegat. 19. vers. præterea omnia ista. quo in loco maximus ille apud Hispanos in forensibus controuersijs, alioqui vir insigni eruditione præditus hanc opinionem veriorē esse censet.

Cæterum quo ad ipsam legem Regiam oportet inquirere, an iuste potuerit statui, possessionē ciuile, & naturalem in successorem transferri absque aliquo actu apprehensionis vero, vel ficto? Nam Francisc. Aret. in l. 1. num. 23. ff. de acq. poss. scribit, statuto, lege, & consuetudine posse induci, vt possessio in successorem transeat: & ita in hæredē, statim ipso iure. Quia id intelligitur per actum fictum traditionis, & apprehensionis ab ipsa lege inductum: quem & ipsa lex tacitè fingit.

git, licet expressim fictionem non induxit. At si statutum, vel lex statuerit, possessionem in heredem transmitti sine aliquo actu vero vel ficto, tunc existimat Aretin. id à lege nec à principe fieri posse, cum sit aduersus ius naturale, quod requirit actum naturalem apprehensionis ad acquirendam possessionem. l. i. in princ. & l. 3. ff. de acquirend. possessione. l. ea quæ ciuilitate. ff. de acquir. rerum domi. Ex quo satis periclitatur Regia constitutio, qua statutum est, possessionem ciuilem, & naturalem trãsferrí absq; aliquo actu apprehensionis. Sed & ante Aretinum idem asseuerat Bald. in l. i. notab. l. C. cõmuni. de legat. quibus tamen refragantur idem Bal. in l. vltim. numero. 8. C. de factos. eccles. Ang. Imola, & alij in l. qui vniuersas. §. item quod mari. ff. de acquir. possessione. Roma. in l. prima. in princ. numer. 22. ff. eodem titul. Bertachinus in tract. de episco. po. 3. lib. 1. par. num. 78. quorum opinio communis est secundum Iason. in dict. l. prima. nu. 7. C. commu. de legatis. Claudium in l. i. ff. de acquir. poss. in princ. num. 29. & Ripam in ibi. nu. 37. qui constanter asserunt, posse lege, vel statuto induci, vt possessio in aliquem trãsfertatur absq; actu vero vel ficto, & absque aliqua apprehensione: quin & idem Bal. in dict. l. i. C. com. de lega. 1. notab. fatetur hãc opinionem cõmunem esse, quã & verissimam debere censerí ostendam manifestissimè, & præsertim Aretinum omnino hallucinatũ fuisse hac in controuersia: quam ob rem illud erit prænotandum, iure naturali, eo tempore quo dominia rerum nondum fuere distincta, necessariam fuisse naturalẽ, & veram apprehensionem ad acquisitionem illarum rerum, quæ eodem iure primò occupanti adijciebantur, sicuti probatur in dict. l. i. in princ. ff. de acqu. poss. in §. ferã. Instit. de rerum diuis. ita quidem, vt eo tempore & nunc in rebus communibus, quæ in nullius bonis sunt, sed primò occupantis iure naturali fiunt, necessaria sit vera & naturalis apprehensio ipsarummet rerum.

Ex hoc verò non sequitur, in rebus iam acquisitis, quarũq; dominia distincta sunt, esse iure naturali necessarium actum apprehensionis ad acquirendam possessionem, cum nullibi id cõstet. imò humana lege fieri potest, vt possessio transmittatur ab vno in alterũ etiã absq; vilo actu apprehensionis: quod manifestissimè probatur, quia iure naturali ea transmissio prohibita nõ est, & ideo lege ciuili induci poterit, si ita visum fuerit legulatoribus. Et præterea quod à iure naturali deducitur in d. l. i. in princ. & in l. i. ff. de acq. re. do. pertinet ad corporalẽ detentionẽ, quæ, sicuti alibi dicitur, plurimũ differt à possessione naturali, &

ciuili: corporalis etenim detentatio rei acquiri non potest aliter, quàm per ipsam occupationẽ & actũ corporis. Et ideo ad hac nõ rectè infertur ad possessionis acquisitionem. Imò & si iure naturali, quod dominia rerum nondũ erant. distincta, res cõmunes, & quæ in nullius potestate erat, acquirebantur primò occupanti: nõ per hoc censetur eodem iure vetitũ, aliam à lege humana induci formam acquisitionis, & planè cũ id fuerit ommissum à iure naturali, saltem non prohibitum, mihi dubium non est, posse lege humana ex causis Reipublicæ vtilibus, & hominum conuictui commodis, statui, eas res, vt pote feras, & indomita animalia, fluminum, & maris pisces: etiam sine occupationem alicuius dominium & possessionem transferri, ac omninò transire. Denique quantum valeat Aretini distinctio: apparet satis euidenter ex eo, quod si iure naturali præcisè ad possessionem acquirendam sit necessarius actus corporeus, vel apprehensio ipsius rei, nulla ratione defendi potest, quod ipse Aretin. opinatur, admittens statutũ, & legẽ humanam, qua possessio alicui acquiratur per actũ fictum absq; vero occupationis, & apprehensionis actu. Nã si per legẽ naturalẽ actus corporis necessarius est: non potest per legẽ hominis actus fingi, qui verè nõ præcellerit: cum ex ea fictione iuri naturali derogetur, cui quidem iuri naturali minimè satisficit, nisi actus verus ab eoq; requisitus ad hanc acquisitionem præcellerit, alioqui facilimũ forer legibus humanis ea tollere, quæ iure naturæ sunt ad aliquid necessaria, constituta fictione iuris, quod, ni fallor, absurdũ est, nec probari villo pacto potest. Requiritur etenim lege naturæ domini consensus, vt res in alium quo ad dominiũ trãsfertatur. Possent ne lex humana statuere fictione illius consensus præmissa aduersus veritatem dominium illius rei absq; vero consensu domini in aliquem transferri: minimè profectò.

Quòd si dixeris, eam legem ex iusta causa cõstitui posse ad interpretationem legis naturalis: ipse libèter respõdeo ex eadem iusta causa posse absq; vlla fictione à lege idẽ fieri: & dominium in alium sine domini consensu transferri.

Et præterea aduersus Aretinum plures textus adduci possunt: & præsertim l. quod meo. ff. de acquir. poss. l. clauibus. ff. de contra. emptio. l. quisquis. C. de donationib. c. 2. de cõsue. l. i. C. de donatio. Quibus expressim probatur, absq; corporali apprehensione per actum fictum, aut per alium à lege vel consuetudine ad hunc effectum approbatũ possessionẽ acquiri alicuius rei etiã corporeæ. Igitur constat quãdoq; sine actu vero nec ficto, autoritate legis humanæ possessionẽ

D rei

Variarum Resolutionum

rei apprehensam & acquisitam censeret. Dices forsitan cum Aretino in omnibus his casibus, quorum dictæ leges meminerint, actum præmitti ad possessionis acquisitionem: nempe, constitutionem, traditionem clauium, reservationem usufructus, & item illum cuius in dict. cap. 2. de consuet. mentio fit. Et ideo non omnino his decisionibus improbari Aretini sententiam, hoc sanè commentitium est, & futile. nam si iure naturali actus occupationis, & corporalis ipsius rei apprehensionis necessarius est: nec huic legi humana constitutio derogare potest: constat planè non esse has leges validas, cum actus in eis probati non pertinent ad corporalem rei apprehensionem, & occupationem, nec per aliquem ex his actibus legi naturali satisfactum esse, verè dici poterit. Et sanè sicuti ex iusta causa humana lex potest sancire ex his actibus fictis, & minimè ad veram apprehensionem pertinentibus possessionem rerum in aliquem transmitti, ita ex iustis in idem causis statuere, quod in aliquem transeat possessio naturalis, & ciuilis absq; aliquo apprehensionis actu vero, nec ficto. Ex quibus Regia constitutio defenditur, item & Gallorum cõuetudo, qua receptum est, possessionem defuncti in eius hæredem etiam extraneum trãfere absq; aliquo apprehensionis actu. meminere huius cõsuetudinis Bald. in l. vltim. C. de manumiss. & plerique alij, quos referunt Chassanæ. in consuet. Burg. rubr. 7. §. 1. & Guiliel. Benedict. in ca. Rainuncius. verb. mortuo itaq; Testatore. in. 2. num. 72. Nicolaus Boerius in consuet. Bituricensibus. titu. de testamen. §. 6. in glo. 1. Bal. in rubr. de caus. possess. & propriet. colu. 2. Faber in. §. in summa. In l. de interdi. Tiraque. de retract. lib. 1. §. 26. num. 31. Aymon. in consuet. Aruerniæ. titu. 12. art. 1. extat & de hoc tex. in consue. Burdeg. tit. de test. §. 21. Est tamen circa has cõsuetudines & leges considerandum ex eis minimè impediri interdita possessoria, quæ à iure instituta sunt ad adipiscendam possessionem. Nam & possidentes auctoritate legis absq; actu apprehensionis, poterunt agere his interdictis ad acquirendam corporalem detentionem: quod visum est Bald. in auth. defuncto. q. 3. C. ad Tertulli. Alex. in cõsil. 37. lib. 1. colu. 1. & in l. cum hæredes. in prin. ff. de acq. poss. Deti. consi. 84. col. 1. Chassanæ. & Boer. vbi supra. & Paris. consi. 41. nu. 8. libro primo. Tiraquellus latè in tractat. Le mort. sexta parte. declaratione secunda. idemque probatur ex Regio Caroli Cæsaris decreto Madricij dato anno Millesimo Quingentesimo Quadragesimotertio. die vicelima septima Februarij, quod typis excusum est anno quadragesimo quarto.

Item & hic possessor sola legis auctoritate poterit agere interdicto vti possideris, retinendæ possessionis causa. Ioan. Faber in. §. primo. In l. titu. de hære. qualit. & diff. idem in. §. primo. In l. titu. de interdi. Guido Papæ questio. 552. Chassanæ. in dict. §. primo. nu. 7. Et Boerius in dict. §. 6. gloss. prima. quorum opinio communis est. Eandem sequitur Tiraquellus in dict. tracta. Le mort. sexta parte, in princip.

Sic & interdicto recuperandæ hic possessor vti poterit secū dum Ioann. Fabrum in. §. sui autem. numero primo. In l. titu. de hæred. qua & diffe. Guido. dict. questio. 552. Nicola. Boeri. in dic. gloss. prim. Bal. in rubr. de caus. possess. colum. secunda. & ibi Ripam nume. 24. Deti. consi. 84. Guilielm. Benedictū in dict. verb. mortuo itaq; testatore. el. 2. numer. 72. Socinum in l. rem que nobis. §. questio. ff. de acq. poss. Ripam in libro primo resp. capit. 1. num. 85. & Chassanæ. in dict. §. 1. vbi nu. 2. scribit, hanc opinionem seruari in regno Franciæ, cui ad stipulatur quod & si hæc possessio absq; actu apprehensionis veræ acquiratur: & per actum fictum: veram tamen possessio est, nec differt in effectu à ciuili & naturali possessione, secundum Alexand. & ibi Vincen. numer. 74. in l. 1. in prin. ff. de acq. possess. probat text. elegans in capit. contingit. vbi Bald. de dolo & contum. & tex. in l. certè. ff. de precario. Bart. in l. ab emptione. colum. vlti. ff. de pactis. & alij plures, quos retulit hanc opinionem dicere communem esse Tiraquell. de constituto. 2. par. ampliat. 1. vbi de eius veritate disputat. Et idè in tract. Le mort. fait le vis. 6. part. 4. declaratione. qui eandem sententiam sequitur. eam item probat pulcher text. in dict. l. 45. Tauri. quæ hanc possessionem ita translatam appellat naturalè, & ciuilem. & licet Bald. in dict. Auth. defuncto. q. 3. Abb. in cap. 2. de consuet. Alexand. in consi. 37. nume. 5. lib. 1. idem consi. 83. lib. 2. Iafon in l. si forori. C. de iure deliber. num. 2. Ripa. in l. 1. nu. 37. ff. de adq. poss. teneant contrarium asserentes ex hac possessione minimè cõpetere interdictū recuperandæ possessionis: & eorum opinionem sequuti testentur communem esse Alex. in l. in suis. num. 9. ff. de li. & posth. Alcia. de præsump. 3. part. nu. 7. verior tamen videtur prior sententiã vbi post obitum defuncti alter quàm hæres ingressus fuerit possessionem: non enim possumus negare, quin hæres, vel successor per hæc occupationè spoliatus fuerit possessione sibi auctoritate legis acquisita. Nisi velis pbare hæc possessionem minimè trãsmitti quoties statim post mortem possessoris alter quàm eius hæres, actu possessionem rerum accèperit. quod Alexã. probat in dict.

dict. conf. 83. li. 2. & Iason in dic. l. si forori. col. vl. idem Iaso. post Cumanum. in. l. Pomponius. §. quæsitam. ff. de acq. possess. Soci. qui parum sibi constat in consil. 49. lib. 3. column. 4. Baldum in dict. Auth. defuncto. sequitur: in cuius comprobationem adducit Iason glo. in. l. cum miles. verb. quasi. ff. ex quib. caus. maior. quam dicit ab alijs. hac in re adductam nõ fuisse: & tamen eam in dict. consil. Barth. Soci. adducit. Ea etenim probatur, continuationem possessionis defuncti in successorem quo ad effectum vsucapionis iure inductam, & fictam omnino impediri, si alter eam possessionem apprehenderit: priusquam successor eã actu adquisierit. Possessio, inquit Iabolenus, testatoris ita heredi procedit: si medio tempore a nullo possessa est. l. possessio. ff. de vsucapio. l. Pomponius. in dict. §. quæsitum. interruptur etenim vsucapio per possessionem alterius quam testatoris, & heredis. Nec hic quo ad vsucapionem tractamus: an statim mortuo testatore transeat in heredem possessio: sed quod possessio testatoris; & ea, quæ eo mortuo vacans fuerit, accedat & adiungatur possessioni apprehensa, & verè adquisita, & defunctæ per heredem. dic. l. Pomponius. §. non tunc. Et ideo possessio extranei intermedia hanc continuationem impedit. At in hac specie, quam modo expendimus, tantum agitur de continuatione possessionis testatoris, & defuncti in successorem, & heredem: ita, vt ratione, & vt loqis verè hæres possideat: quam ob rem & si possessio per alium occupetur: negari nequit, quin illo momento temporis post obitum defuncti ante istam extranei apprehensionem hæres & successor possessionem adquisierit: quo fit, vt possessio nullo vnquam tempore vacua fuerit: atq; ita is, qui eam non vacante occupauit, plane heredem, & successorem iure tunc possidentem expoliat: saltem si eum nõ admittat ad possessionem. Et tamen in casu dic. §. quæsitam. & dict. gloss. in. l. cum miles. vacuata possessio eo tempore, quo per extraneum apprehensa fuit. Quam ob rem in eõgruè infertur ex ea decisione ad quæstionem istam: quam tractamus. Sic tandem Alex. dubitat an vera sit Cumanæ sententia in. l. cum hæres. in prin. ff. de acq. poss. & mihi ea falsa videretur, idemq; video probari aduersus Cumanum à Ferrono in consuet. Burdeg. dict. §. 2. vnde praxim, qua Gallivtuntur, iure probatissimam esse opinor. Præsertim vbi lex possessionem interim ab alio occupatã, & apprehensam irritam esse censet, sicuti Taurina lege fit. & in specie adnotauit Parisi. dict. consil. 41. num. 9. lib. 1. Quod si viuente testatore, aut præcessore: alius quam hæres & successor possessionem habue-

rit: eãq; obtineat tempore mortis: tunc nõ esse locum statuto verissimè est: cum defunctus tempore mortis trãsmittere minimè potuerit possessionem, quã nõ habebat, in heredem, aut successorem: quod in hac quæstione asserit Guili. Bened. in dic. verb. mortuo testatore. in. 2. nu. 78. & pleriq; alij, quorum meminit Andre. Tiraquell. in tract. Le mort. 4. p. declarat. prima. quauis & Taurina constitutio etiam in hac specie statuerit, possessionem trãsmitti eo ipso in successorem maioratus, etiam si alter non vocatus ad primogenium viuente eius vero possessore, eam apprehenderit propria auctoritate, vel ex consensu possessoris.

Huic Regiæ decisione plurimum videtur ad stipulari sententia Baldi, qui in. l. cum antiquioribus. C. de iure deliberad. num. 11. vers. decimo. scribit, in feudis filium adhuc viuio patre inuestitum censeri, & possidere: & ob id in eum trãsire possessionem mortuo patre absque alia apprehensione, & inuestitura. idem notat Iason in. l. quoties. C. de rei vendicat. numer. 31. per text. in capit. 1. in fine. de feudi cognit. quibus accedunt Ioan. Sanson in consuet. Turonensibus. titulo de homagijs. artic. 1. & Chassanæ. in dict. rubric. 7. §. 1. numer. 6. Aluar. in capit. 1. §. si facta. Si controuerf. fuerit in. r. d. m. & agnat. & in capitulo. 1. quid sit inuestit. Sed hæc opinio minimè probatur in dict. capitulo. 1. de feud. cognit. vt manifestum erit cuiuscunque, qui eius literam legerit. & licet gloss. inibi hoc senserit: ea tamè innititur opinio. glo. in. l. in suis. ff. de liber. & post. & in dict. l. cum hæres. quæ asseuerant, in filium suum non tantum dominium: sed & possessionem mortuo patre transmitti. quod frequentissimo omnium consensu reprobat. Et ideo iure communi Romanorum etiam in feudis dicendum est, mortuo patre non transire possessionem in filium, secundum Iason. in dict. l. si forori. C. de iure delibe. Guiliel. Bened. in dic. verb. mortuo testatore. in. 2. num. 75. Zafum in tract. de feudis. parte. 6. cap. qualiter feud. constituatur. vers. Secundum. idem præmittunt Massuerus in Practica. tit. de feudis. num. 16. & quisquis is est, qui Parisiensis Parlamenti stylum cõinnauit rub. de feudis. §. item de consuetudine. dum scribunt ex generali consuetudine apud Gallos in successorem feudi, qui filius sit, aut proximior agnatus ab intestato, trãsire possessionem absque apprehensione generaliter: at in extraneum eam tantum transire cõtra eos, qui directum feudi dominium non habeat. Sic sanè quod scribitur, filium patre viuente adhuc possidere: quemadmodum gloss. in dict. capit. pri. senserat, id accipiendum est in hunc sensum, vt propter spem illam certissimam consequendi res pa-

Variarum Resolutionum

ternas: quasi dominus: & possessor dicatur. Eodem itē pacto possessor appellatur mortuo patre etiam nōdum apprehensa possessione: quia ratione dominij iura possessoris habet. argumē. glos. in. l. a. siduis. C. qui. pot. in pig. habēt. verb. possidet.

Hinc constat Regiam, & Taurinam legem iuri communi, & antiquiori contrariam esse. Nam & ea ex Baldi decisione minimē deduci potuit cūm falsa sit: nec item à lege Regia Partitarum: quemadmodum ipse probauit lib. 1. harum Resolutionum. cap. 14. in principio. Potuit tamen ex eo statui, quod apud Hispanos moribus, & consuetudine receptum esset, id quod eadem constitutione sancitum est.

Nonō ex supra explicitis colligitur vera interpretatio legis item Taurinæ. 46. qua constitutum est, ædificia, & meliorationes in rebus maioratus per ipsum possessorem facta, ita ad primogenij successorem pertinere, vt nec æstimationis partem teneatur, is fratribus, matri, alijsve cohæredibus, aut vxori defuncti soluere. Hoc etenim etiā obtinet in eo patrimonio: quod iure primogenituræ, & maioratus delatum est: tamē si non fuerint in eius institutione expressa vincula: nec cæteræ conditiones, quæ solent expressim apponi: sed tantum cōstet de simplici primogenio: cūm & verē hoc patrimonium ad maioratum pertineat: & ideo eius iura proculdubio habeat.

Decimō ab eadē radice procedit legis. 40. ex eisdem Taurinis sanctionibus intellectus. apparet siquidem aliquam rem: aliquod patrimonium iure primogenituræ, & maioratus euidam familiaris: cuidam genti deferri: nec tamen constat, quibus conditionibus, quibusue legibus facta fuerit huius maioratus institutio: Queritur an in eo seruāda sit dicta constitutio: quæ in successione maioratum, & primogeniorum præferendum esse censet nepotem minorem natu, filium tamen primogeniti viuo patente defuncti, ipsi patruo, qui maior natu est. Et sanē ipse opinor in hac specie, & in hoc casu idem seruandum fore ex his, quæ in initio huius capituli tradidimus. ipsa verō Regia decisio originem duxit à. l. 2. tit. 15. part. 2. quæ in Regia dignitate nepotem patruo præferendum esse statuit. Et generaliter in quocunq; primogenio ita responderunt Oldra. consil. 224. Alber. in proemio. ff. §. discipuli. vers. decimo in ista materia. Paul. Castrensis. consil. 164. libro secundo. Anchar. Cardinalis & Abb. in ca. licet. de voto. Bal. consil. 386. libro secundo. qui hanc opinionem communem esse fatetur: si cuti & plures alij idem asseuerant, quorum meminit Andr. Tiraquell. in libro de primogenijs.

q. 40. nume. 11. vbi numer. 12. scribit hanc sententiam consuetudine totius ferē orbis christiani receptam esse. idem fatentur Carol. Molin. in Alexan. consil. 4. libro. 4. Alciat. lib. 8. parerg. capit. 15. Et Thomas Gramati. decis. 1. tradit & Ioann. Cirier libro. 1. de primogenit. q. 25. & 26. Sed omnium latissimē ex iuris vtriusq; decisionibus, & earū interpretibus, atque ex Chronicis quæstionem istam inter patruum & nepotē disputauit Tiraquell. dict. quæst. 40. apud quem leges omnia ferē, quæ hac de re à veteribus tradita fuerunt: Sunt etenim & plures authores, qui pluribus rationibus, patruum esse nepoti præferendū probare conātur: quorum itidem opinionem sequuntur eam communem esse asserentes Alex. in decis. 4. nu. 11. lib. 4. Deci. consil. 443. & Matthæus Afilius in rub. de succes. Feudi. nu. 88. lib. Feudorum. quam Oldra. sibi contrarius probare videtur. consil. 94. colum. 5.

Cæterum ea, quæ in hoc capite ab vnica ratione deduximus, eodem iure admittenda sunt, vbi ex verbis alicuius sententiæ in iudicio latæ constaret, patrimonium aliquod iure maioratus familiaris, nomini, aut alicui deferri. Nam & verba sententiæ, qua pronuntiatum fuerit, & bona titulo maioratus ad aliquem pertinere: omninō interpretanda sunt iuxta huius capituli resolutionem. Non enim inficior iudicium sententias esse strictē interpretandas. l. 1. C. si plur. vna senten. l. si iur. de off. de his, qui sunt sui vel ali. iur. notant Bart. in. l. Iulianus. numero. 5. ff. de cond. indeb. Deci. consil. 83. num. 4. optimus tex. in. l. diui. ff. de liberali caus. l. si à te. ff. de except. rei. iud. idem Bart. in. l. Si expressim. 2. colum. ff. de appellat. Cæpola in rubri. ff. de verb. signifi. nume. 151. sed tamē, etiā in his, quæ strictā habēt interpretationē admittenda est propria verborū significatio. text. elegās, vbi hoc adnotauit Aret. in. l. cum lege. ff. de testam. Calderi. consil. 1. de consangu. & affinit. Detius in capitu. cūm ordinem. colum. 2. & in caplu. sedes. de rescriptis. idem in. l. 2. nume. 59. & in. l. factum. §. in pœnalibus. nume. 10. & in. l. Semper in obscuris. nume. 11. ff. de regulis iur. idē Deci. optimē in capitu. at ficerici. §. 1. colum. vlti. de iudic. Angel. in. l. vltim. colum. 2. ff. de const. princi. Abb. in capitu. ex parte. vltimo. 2. notab. de decimis.

Ex capite sequenti.

1 *Maioratus conditionibus, & legibus licentia principis institutis, derogari poterit rescripto principis.*

2 *Prin-*

- 2 *Princeps potest filium illegitimum, & spurium ad feudi successionem per privilegium admittere.*
- 3 *Fœmina per principis concessionem potest in feudum succedere.*
- 4 *Favorabilis est dispositio, per quam ad ius commune reducimur.*
- 5 *Probatum efficaciter non posse principem derogare ultimis testatorum voluntatibus, si absque principis autoritate testamenta facta fuerint.*
- 6 *Dominium a privato auferri per principem non potest absque publica utilitate.*
- 7 *Testandi libertas iure naturali, & gentium permittitur, & cuilibet competit.*
- 8 *Potestas absoluta quo pacto in principe distinguatur ab ordinaria?*
- 9 *Clausula, ex certa scientia, nihil operatur ubi in principe potestas deficit.*
- 10 *Res subiectæ restitutioni etiam titulo Maioratus: an possint ob dotem alienari? & an princeps valeat derogare voluntati testatoris, qui expressim prohibuit bona alienari ex causa dotis.*

Quo pacto Princeps valeat tollere, aut mutare testatoris voluntatem quoad fideicommissa, aut maioratus? Caput. 6.



MAioratibus, & primogenijs, quæ frequenter in Hispania instituuntur, conditionesque dam adijciuntur, & leges, quibus ex consensu institutorum clerici, religiosi, illegitimi, & foemine a iure Maioratus excluduntur: vel patrui præferuntur nepotibus, quaeritur an Princeps valeat mortuo ipso testatore aliquam ex his legibus tollere, aut mutare? Et sanè ubi primogenia instituta fuerint ex licentia Regis: eiusque autoritate aduersus iuris prohibitionem: cui Princeps ipse proprio privilegio derogat: ipse opinor principem posse mutare leges, & conditiones his maioratibus appositas. Hoc probatur ex eo, quod Princeps privilegium ab eo subdito concessum moderari, & tollere ac reuocare valet. text. & ibi Innocen. in capit. in nostra. de iniur. gloss. in reg. decret. de reg. iur. in. 6. Abb. Cardina. Imol. Felin. &

Deti. in ca. nouit. de iudic. super glo. in verb. quicunque. Ang. in. l. Anriochensium. ff. de priuil. credit. Felin. in ca. quæ in Ecclesiarij. de constit. nu. 48. Alex. in conf. 216. lib. 2. nu. 18. Soc. cõf. 87. lib. 3. art. 3. quorum sententia cõmuni omnium iudicio recepta videtur. atque ideò maioratibus institutis, privilegio, & licentia Regis poterit Rex derogare quo ad leges, clausulas, & conditiones, quibus instituta fuerunt: id verò sit à Principe ex cõsensu possidētis: & quoties ius alteri verè quæ situm, minimè ex ea derogatione tollitur: iuxta ea, quæ traduntur à Bart. & alijs in. l. Gallus. §. & quid si tatum. ff. de lib. & post. qua in re oportet exactè principis voluntatem perpendere.

Quòd si Maioratus fuerit legitime institutus absque privilegio Regis: cum eius author liberè potuerit propria bona in alios quibuscunque legibus & conditionibus trãsmittere: maior est tunc dubitatio: siquidem adhuc principem posse eius leges, & conditiones mutare: clausulisque, vel earum alicui derogare: probatur his rationibus.

Prima, constat etenim testatoris voluntatem principis autoritate posse mutari. text. in signis in cle. quia contingit. de religiof. domib. & in. l. legatū ubi Bar. & Lancelo. Deti. ff. de usufr. legat. l. legatam. ff. de admini. rerum ad ciuitatem perti tradunt Cardinal. & Imol. in dict. cle. quia contingit. Felin. in capit. cum accessissent. de cõstit. nume. 18. Princeps igitur derogare poterit legibus etiam priuatim à testatore adiectis institutioni maioratus.

Secundò hoc idem probatur: nam Princeps potest derogare his, quæ non sunt iure naturali diuine nove inducta: licet iure humano statuta fuerint: cap. proposuit. de concess. præb. gloss. communiter recepta in. l. vlti. C. si contra ius, vel vtilit. publi. & in. l. quoties. C. de preci. Imperat. offerendi. traditur in cap. quæ in Ecclesiarij. de consti. & in. l. i. ff. de constit. Princip. libera verò testandi facultas iure humanociuili cõpetit. l. i. C. de sacro. Ecclef. & in. §. disponat. in auth. de nuptijs. gloss. in. l. i. ff. de acquir. rerum domi. Bar. & alij in ru. ff. de acquir. hæredit. igitur princeps poterit hæc libertatem testandi tollere: eique derogare. ad idem optimus text. in. l. testandi causa. C. de testament.

Tertiò apparet, quòd etiam in damnū, & præiudicium alterius potest Princeps tollere ab aliquo impedimentum, & obicem: qui eum incapacè alicuius iuris efficit. text. est in. l. quæris. ff. de natalib. restit. & in auth. quib. mod. nat. effici. legi. §. si quis verò non habens. Ergo si quis testatoris voluntate, & expressa lege incapax sit successionis in maioratum, & primogenium: nihil agit

Variarum Resolutionum

Princeps contra naturam, qui hunc capacem fecerit, tollendo obicem, qui illi ad eam successionem obstat. unde poterit Princeps testatoris legibus, & voluntati derogare.

Quarto idem constat: quia & si legibus publicis illegitimi, & spurij non possint parentibus succedere testatis, vel intestatis, Princeps tamen libere potest non obstantibus his legibus illegitimos & spurios idoneos constituere, & capaces, ut capiant pariter, & cognatorum, agnatorumque hereditates. quod satis manifestum est: & probatur in dict. §. si quis vero non habens. & in auth. quibus mod. natu. efficiant. sui. §. illud tamen a nobis. collat. 7. & in capit. pervenerabilem. qui filij sint legit. & notatur in dict. §. & quid si tantum. Sic equidem eadem ratione Princeps supremus poterit capacem successionis efficere eum, qui ex voluntate testatoris incapax eius esse videtur.

Quinto in huius partis comprobationem iure optimo adduci poterit quod gloss. celebris & inibi ab omnibus recepta adnotavit in ca. 1. §. naturalis. si de feud. fuerit controuers. inter domi. & agnat. scribens, principem posse illegitimum proprio rescripto legitimum efficere expressim ad feudum consequendum: licet alioqui naturalis illegitimus: & rescripto principis legitimatus non possit feudum habere: quod ipse probauit in Epitome de matrimonijs. 2. part. cap. 8. §. 2. nu. 27. & §. 9. num. 7. Et praeter alios idem respondit Curt. Iunior. consil. 1. num. 22. & 23. Hinc ergo deducitur etiam ad maioratus, & primogenia posse principem illegitimum filium legitimum efficere: & is ea consequetur: tamen si primus institutor legitimus, & naturales vocauerit: eaque successionem illegitimos excluderit.

Sexto haec opinio fulcitur ex eo quod eleganter probat Curt. Iunior in dict. consil. 1. numer. 23. respondens, foeminam, & ab ea descendentes: alioqui ad feudorum successionem iure feudorum & eius constitutionibus in specie improbatos: & ab ea successionem exclusos: posse Principis rescripto effici eiusdem iuris & successionis capaces: atque ita per principem derogari posse decisionem tex. in cap. primo. §. Hoc autem notandum. qui feud. dare poss. ca. 1. §. filia. de feudi success. cap. 1. §. profecto. De lege Conradi, & alijs feudorum moribus. quibus receptum est, foeminas in feudis non succedere: etiam si vasallus pro se & haeredibus suis inuestitus fuerit. qua de re latissime tradidit plurima Fracis. Curtius de Feudis parte tertia, quaestio prima. Iacobinus in glo. super verbo, & foeminis & Zalius tit. de feudi success. §. super secunda particula. quibus placet frequentissimo omnium consensu & consuetudine posse induci:

quod foeminae in feudis cum masculis succedat: & pari iure. quod probatur in capit. 1. de feudi cognitio. ubi scriptum est, feudalia decreta, & constitutiones secundum mores, & consuetudines fore accipiendas, quo fit, ut princeps idem possit iustissime efficere: foeminaeque ad feuda admittere: cum & consuetudo aduersus iura, & leges feudorum hoc possit omnino permittere.

Septimo his suffragatur altera eiusdem Curtij Iunioris sententia: is etenim in dicto consil. 1. nume. 32. existimat, posse principem supremum proprio rescripto foeminas ad feudum admittere etiam speciali privilegio: quanuis ex ipso contractu feudali, ipsaque inuestitura appareat, legem esse dictam conuentioni, & contrahentium consensu expressam: qua foeminae ab illius feudi successionem excluderetur. Nam eo authore eam legem poterit princeps omnino tollere: & foeminas admittere contra ipsorum contrahentium expressam pactioem. Hoc ipsum probatur ex eo quod etiam si ex lege contractus, & inuestitura ad feudum admittendi sint hi tantum, qui naturales, & legitimi fuerint: princeps tamen poterit illegitimos, & spurios propria dispensatione & legitimatione efficere legitimos ad feudorum successionem. glo. in dict. cap. 1. §. naturales. quam ubique Docto. probant. Hac igitur ratione motus ipse Curtius censet, posse principem legibus contractui feudali apposis derogare. Unde eadem profecto ratione in hac quaestione, quam tractamus dicendum erit, posse testatoris voluntatem, leges & conditiones ab eo fideicommissis adiectas, & maioratibus adscriptas: per ipsum principem corrigi, & mutari.

Octauo: quia plerunque per haec principum rescripta: & eorum derogationes: fideicommissa: & primogenia ad iuris decisiones: & earum statuta deducuntur: siquidem foeminae legibus civilibus & Regijs ad successionem alioqui admissam cum masculis: perque testatorum voluntatis propriae elogia exclusa: atque a maribus distincta: tandem principis derogationibus admittuntur: apparet sane haec principum rescripta valida fore. Nam ea, quae alioqui fieri non possunt, permittuntur: si per eum actum ad ius commune reditur. notat Bar. in l. omnes populi. col. 11. versi. iuxta praedicta quarto. ff. de iustit. & iure. l. 2. ff. de iniust. te stamen. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de testam. Sic & in correctorijs licita est extensio, quando per eam redimus ad ius commune. glo. celebris in cap. statutum. de praeb. in 6. verbi. numerandum. Antoni. & Abb. in cap. olim tibi. de verb. signi. in fine. per illum tex. Soci. col. 25. lib. 3. quo in loco meminit praedictae glo. quam com-
menda-

mendarunt Areti. confi. 96. colum. 1. Barb. in ca. 2. numer. 49. de foro comper. lason. in. l. si vnus. §. pactus. ff. de pact. colum. 2. Feli. & Deti. colū. 3. in capit. cum accessissent. de cōstitut. Rochus de consuetud. Folio paruo. 16. column. 3. Curtius Junior confi. 26. col. 4. idem tradit confi. 1. nu. 23. & preced. Deti. in. l. in omnibus. in. 2. ff. de reg. iur. & alij plures, quorum meminit Andreas Tiraquei. in lib. de primogenijs. q. 24. nu. 6. quē legito adducit etenim is author plura, quę huic rationi plurimum conuenire videntur. Princeps agitur. & si alias testamentorum leges tollere nō valeat: eas tamen quę iuris decisiones mutauerint, poterit abrogare: cum per id rescriptū ius commune illa sum seruetur.

Contrariā sententiam vteriorē esse existimo: & profectō, ni fallor, Princeps minimē potest testamentis priuatorum derogare: nec eorum leges & conditiones tollere, nec mutare. quod sequensibus rationibus, & autoritatibus probatur.

Primō autoritate text. in. l. Si testamentum. C. de testamē. Si testamentum, inquit Cæsar, iure factum sit, & hæres sit capax, autoritate rescripti nostri rescindi nō oportet. Quod si dixeris: nō probari, principē minimē posse testamentis derogare: sed non oportere id fieri: tunc rationibus statim traditis probabitur, inibi ex materia subiecta necessitatem cōstitui apud principem, & dari: quę eum cogat, vt testamentis minimē derogat.

Secundō ad est text. optimus. in. l. si donationē C. de reuo. donatio. Si donationem, inquit extrite fecisti, hęc autoritate rescripti nostri rescindi non oportet. ecce similia verba: ex quibus tamen deducitur priuatorum dispositionib⁹ principem non derogare: nec quidem posse id facere. Notat Detius in confi. 468. nume. 18. vbi dictam legem adducit.

Tertiō rationibus, hęc opinionem veram esse ostendam. dominium etenim priuatum à principe tolli non potest: nisi ex causa vtili Reipublicæ. l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vindicat. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædio. Bar. in l. vltim. C. si contra ius vel vti. publi. Fortuni. eleganter in. l. Gallus. §. & quid sitatum. ff. de liber. & posth. colum. 138. Dominium autem nihil aliud est, quàm ius disponendi de re ipsa. l. in re mandata. C. mandat. Bar. & Doct. in. l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquir. poss. numero. 4. Ergo princeps non potest tollere liberam testandi facultatem in rebus proprijs priuato competentem: nec testamentum mutare: nec ipsius legib⁹ derogare: nisi id ab eo fiat ad publicam vtilitatem: cum alioqui, si id liceret liberè principi, tol-

leret ipse à priuatis rerum dominia: quod minimē agere valet.

Quartō his accedit, quod Tyberius Cæsar Senatu tractante: an Trebianis legatam in opus noui Theatri pecuniam ad munitionem viæ transferrī cōcederet. r. obtinere non potuit, quin rata voluntas legatoris esset: quemadmodum Suetonius scribit in Tyberio. capitul. 3r. Maiori profectō ratione abstinere debent principes à mutandis vltimis priuatorum voluntatibus in his, qui priuatæ familiæ, non Reipublicæ relinquuntur.

Quintō, licet solennitates testamentorum iure civili sint inductæ, & institutæ: ipsa tamen libertate standi hominibus iure gētium, & naturali competit. nec enim. §. deportati. ff. de milit. testam. l. milites. C. eo. tit. quibus probatur, militē iure gentium absque solennitatibus iuris ciuillite stantem: posse etiam deportatū liberè instituerē hæredem: ad idem facit naturalis ratio, quę dicitur, cuiuslibet licitum esse, & permissum liberè de proprijs rebus disponere. Nam si iure gentium libera testandi facultas data est: ea & iure naturali competit. §. singulorū. Insti. de reum diuisio. §. quod. verò. Inst. de iure nat. gent. & ciuili. Imò & libertatem testandi esse iuris gētium, & naturalis asserunt. Theophilus in. §. ius autem ciuile. Inst. de iure nat. gent. & ciuili. Bart. in. l. interdū. numero. 7. ff. de condict. in deb. Roma. Fulgo. & lason. num. 6. in. l. si testamentum. C. de testam. lason. post alios in rubric. ff. de adq. hæredit. Viglius in. §. Sed prædicta. Inst. de testamen. num. 4. Fortuni. in dict. §. & quid sit tantum. colū. 133. quorum opinio communis est secundum lasonem in dict. l. interdum. num. 4. & Corneum in dict. l. si testamentum. qui eam sequuntur. Ergo princeps tollere non poterit hanc liberam testandi facultatem: nec testamentorum leges, & conditiones: cum hæc iure naturali & gētium permitte liberè fiant.

Sextō hanc sententiam, qua asserimus, principem non posse fideicommissorum leges, & clausulas mutare: nec priuatorum testamentis derogare: tenent expressim Archidi. in cap. Episcopus. 88. dist. Marti. Laudensis in tract. de priuilegio. §. 22. Roma. Fulgo. & Corneus in dict. l. si testamentum. Deti. consil. 357. numer. 5. & consil. 403. nume. 14. & consil. 519. num. 5. & 557. nume. 5. Aymō Crauetta consil. 296. lib. 2. & fatetur hęc opinionem communem esse Corne. in dict. l. si testamentū. Quod si princeps testamenti priuati leges, & clausulas mutare velit: non poterit id alioqui agere quàm si id fiat causa publicæ: nō priuatæ vtilitatis secundum Deti. in dictis responsis ex Bart. in

procemio. fforum. & in. l. vltim. col. i. C. si cōtra ius vel vti. publi. Abb. & alij cap. quæ in ecclesia rum. de const.

Non oberunt huic assertioni ea, quæ in cōtra rium primo loco adduximus: & primum planè tollitur ex eo, quòd testatoris vltima voluntas alioqui modis omnibus seruanda: cap. vltim. voluntas. 12. q. 2. poterit principis autoritate mutari in his, quæ principis administrationi committuntur: nam si testator aliquid legauerit in opus id, aut in eam rem, quæ principis distributioni & gubernationi subiaceret: idem testator id legatū fecisse videtur eius conditionis, at tenta materia subiecta: vt per principē proprio arbitrio possit liberè commutari.

Sic iuriscōsultus, in. l. legatum. ff. de adm. rerū ad ciuit. perti. scribit legatum ciuitati ad certum publicum opus relictū autoritate principis in aliud opus posse expendi, quia opera publica ciuitatum & ipsius Reipublicæ, & legata ei relictā, administrationi principis commissa censentur: cum, & is Reipublicæ administrator sit. Eodem pacto Romānus Pontifex, vt probatur in dicta Cle. quia cōtingit. pecuniā legatam in vsus pios ad beneficia & sacerdotia instituenda, ad pauperum alimenta, potest in alia opera itidem pia cōmutare: cum ipse Summus Pontifex horū omnium sit legitimus ex Canonice sanctionibus administrator, & rector. Vnde in omni, & qualibet donatiōe, quæ ecclesiæ fiat ad certū, & destinatū onus ministerij Ecclesiastici, excepta intellegitur authoritas Romani Pontificis, cui vt præfidi Reipublicæ Christianæ licet ex iusta causa dispēlare vnicuique Ecclesiæ, & mēbro, id quod alterius membri propriū sit, iuxta vtriusq; membri necessitatem, opulētiam, & inopiam: nec per hoc offenditur donatoris, aut testatoris voluntas: quod obiter explicat Driedonius de libertate Christi. lib. 1. pagina. 206. & 209.

Secunda prioris sententiæ ratio tollitur, si animaduertamus, liberam testandi facultatem iure gentium hominibus competere: & ideò nō posse tolli principis rescripto: nec eius autoritate, quemadmodum probatum est quinto posterioris sententiæ fundamento.

Tertiò, nō obstat, quod adduximus de potestate principis, ad tollēdū quodcūq; impedimentū: quò quis bona iure successione capere impeditur: quia id procedit, quando illud impedimentū inducitur à iuris statutis, quibus potest princeps ipse derogare, cū sint humane leges, quæ submituntur dispensationi principū. Non em̄ idē erit, vbi quis voluntate testatoris, qui liberè potuit de proprijs reb⁹ disponere, succedere impediretur.

Eadem equidem ratio tollitur quarta ratio: cum illegitimi, & spurij sint incapaces successione ex prohibitione legis humane: quam princeps tollere potest. Quam ob rem in his maiora tibus, & fideicommissis cautissimè oportet rem istam tractare. Siquidem vbi ad primogenium vocatur legitimi, & naturales: satis erit, vt illegitimi admittantur, quòd in rescripto principis efficiantur legitimi: & potissimè si expressim ad successionem primogeniorum fuerint effecti legitimi, opinor etiam necessariā fore expressam legitimationem ad successionem primogeniorū sicut & est necessaria ad feuda. Sed si maioratus institutor in specie prohibuerit successionē illegitimorum, & eodem pacto eorū qui rescripto principis fuerint effecti legitimi: tantum admittens eos, qui nati fuerint ex legitimo matrimonio: tunc minimè admittentur legitimi per principem, etiam si ea legitimatio facta fuerit expressim ad hunc maioratum cum derogatione clausulæ, & legis à testatore date. quod maximè notandum esse censeo: Et ne qui admodum aduersus principis potestatem exillimet, iniquam nostram hanc sententiam: ab eo libenter queram, possit ne princeps priuatum aliquem prohibere, ne de proprijs reb⁹ testetur sub legibus, & cōditionibus, quibus ei libitum fuerit: Respōdebitis, principem hoc facere non posse, cum aliud iure responderi nequeat: fatebitur igitur idem, non posse post conditum testamētum, & morte testantis confirmatum, principem id tollere, aut eius legibus derogare.

Quinta ratio facillimè tollitur eodem modo cum iure humano tantum, & per leges, quibus princeps potest derogare, filij illegitimi impediantur succedere in feudis. Quòd si ex conuentione contractus, vel ex testamento prohiberetur ad feuda admitti legitimi per principis rescriptū tunc nequaquam prodesset principis legitimatio, etiam expresse tollēs contractus, vel testamētum legem: vt admitterentur illegitimi.

Sextum fundamentum ob eadem causam corruit: quia foemine prohibentur succedere in feudis propter leges, & cōsuetudines feudorū, quæ dispensatione, & rescripto principis tolli possunt & tolluntur. at si foemine prohibite fuerint succedere testamento instituēis feudum, & maiora tum, vel ex conuentione inueltitur: nō poterit princeps eas leges mutare, nec tollere.

Septimum, quod ex Curtio prioriori sententiā attulimus, minimè obstat: quia id falsum est: sicuti modò probabimus, & deducitur id falsum esse ex his rationib⁹, quas ad posterioris opinionis probationem excusimus.

Vltima

Ultima ratio videtur gerere sane: si per leges contractus, aut testamenti foret iuri communi derogatum, aliquæ illata vis, aut iniuria. Sed cum testator iure permittente eas leges testamento, fideicommissis, & primogenio adscripserit: non video cur princeps eam voluntatem ultimam possit mutare ex ea causa, quod velit dispositionem testatis reducere ad iuris communis regulas: quæ tandem minimè obtinent, nec obtinere debent ubi testator aliter suo testamento decreuerit: alioqui fatendum esset, posse testamentarias dispositiones per principes reduci ad iuris communis decisiones, quod falsissimum est: quandoquidem testator eodem iure permittente liberè potuit ita testari. Constat ergo hanc ultimam opinionem magis veram esse: & ideo admonendi sunt principes, ne testatorum in ultimas voluntates maioribus instituendis mutent, tollantur, nec item leges ipsas: quibus institutores primogeniorum donationibus, aut contractibus propria patrimonialia posteris deferunt: nisi id fiat ex causa utili rei publicæ. Alioqui arbitror non æquè iustitiam subditis ministrari, nec tutum esse principis spiritali salutem, eas derogationes testamentorum, & ultimarum voluntatum fieri. Imò, ut hæc opinio manifestius probetur aliquot ex ea deducam: ex quibus apparebit dubitationem istam non rectè à Doctores examinatum fuisse, præsertim ab his, qui potestates principum, ultra quam deceat facillimè extendunt.

Primum ex his deducitur, an sit verum, quod Paul. Cast. scripsit in dict. l. si testamentum, existimans principem ex potestate absoluta posse testamentis, & ultimis priuatorum voluntatibus derogare: licet non possit id facere potestate ordinaria? Nam hæc potestatis absolutæ vis nequaquam conuenit his, quæ iure naturali, vel gentium sunt instituta: quæ procul dubio princeps tollere non potest, nec ordinaria, nec potestate absoluta. Iura siquidem naturalia immutabilia sunt: & ideo nemo unquam dicit his principem posse derogare, etiam absoluta potestate: cum hæc potestas non esset, sed tyrannis, quæ longè abesse debet à principibus, & ab his, qui de eorum imperio, & potestate tractare conantur. Ius etenim naturale dicitur, quemlibet propriæ rei dominium habere: posseque liberè de ea disponere: nisi ea dispositio ex causa reipublicæ vel propter publicam utilitatem ei interdicta sit. Quod si princeps absque publicæ utilitatis causa dominium ab aliquo auferat: eive interdicit rei propriæ liberam dispensationem: nonne tyrannidem veriùs quàm principis leges, & iura exercet? hoc profectò apertissimi iuris est: quæ ob rē Pau-

li de Castro sententia, nec iure probari potest, p^{cc} admittenda est in bene instituta republica. Deinde hæc ipsa distinctio potestatis ordinariæ, & absolutæ in humanis principibus falsissima est: & adeo absurda, ut mirer omnino viros utriusque iuris peritissimos ea usos fuisse: etiã si præter Paul. Castrensem in dict. l. si testamentum. ea plerique utantur, & maximè Antoni. in ca. cōstitutus. numero. 21. de religio. domi. Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua. num. 40. Deti. in capi. quæ in ecclesiarum, de constit. numero. 24. & seq. & in cap. ult. de cōstitut. utili. col. ult. Ang. in l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendic. Hic etenim non agimus de his, quæ per iniuriam, & violentiam princeps facere potest: cum id non pertineat ad iuris cōsultos, nec in ea re conueniat nostra disputatio: ac potius belli duces, & milites, quàm viri literis, & eruditione præditi sint consulendi. at si nobis ea disputatio conuenit, quæ tractat de his, quæ iure absque iniuria princeps agere potest: abhorre-re, prorsus, & fugere tenemur absolutæ potestatis mentionem: quod manifesta argumentatione ostenditur. Nam quod princeps, etiam derogando legibus humanis, iure naturali, diuino, & humano facere valet: id ad ordinariam principis potestatem pertinet: iure siquidem cōcessa potestas, ordinaria dicitur, non absoluta: cum nihil absolutum cuiquam, etiã principi iure sit permissum. quod autem princeps agere nequit iure humano, diuino, nec naturali: id non ad potestatem principis, quæ ex iure deducatur: sed ad tyrannidem, quæ ex iniuria oritur, pertinet. Et præterea hoc ipsum constat ex definitione Baldi. in d. l. 2. nu. 40. dum inquit, plenitudo potestatis, quæ absolutâ ipse, & alij appellat, est arbitrij plenitudo nulli necessitati subiecta, nullisq; publici iuris regulis limitata. Ex quâ definitione colligit, hanc absolutâ principis potestatem ita liberè arbitrio principis p̄dere, ut nulla ratione, nullis publici iuris regulis limitetur. igitur princeps nulla rationis necessitate cōstrictus liberè poterit aduersus eius dērationis dictamē uti absoluta potestate. Hoc autem quàm sit absurdū ipsemet Bald. respōdebit: cū in eadē l. 2. nu. 42. asseuerat, principem animal esse rationale, ratiōi subditū. Nobis ergo, qui de iure disputamus, quæ sit in principe potestas: non licet nec licebit unquam in principe cōstituere potestatem, quæ eius libiūine, & libera voluntate absque rectis rationis limitibus ducatur. q̄sensit eleganter Fortu. in §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. col. 147. versi. dicebat Baldus.

Fortassis placebit quibusdam, qui utuntur hac distinctione absolutæ, & ordinariæ potestatis: eã dici absolutam potestatem, quæ a princeps aduer-

sus humanas constitutiones dispensatisque de rogat nulla subsistēte iusta causa. Nā licent princeps malē faciat, & pecces has elargiendo dispensationes: actus tamen ex eis sequutus validus est: iuxta tradita à nobis in Epitome de matrimonijs. cap. 6. §. 9. nu. 10. adhuc tamen ea potestas ordinaria est in principe, qui derogare potest iuribus humanis: licet malē princeps ea vtatur: cum nulla ex causa iusta leges humanas in priuati alicuius commodum tollat. Quam ob rē nec ipse princeps apud Deum tutus erit: nec item is, qui his dispensationibus vsus fuerit.

9 Secundò inferitur ex præmissa resolutione falsam esse alteram Pauli Castrensis sententiam in dict. l. si testamentum. vbi asserit, posse principē derogare vltimis priuatorum voluntatibus, & testamentis: eamque derogationem valere, vbi rescriptò apposita expressum fuerit clausula: ex certa scientia. Ego etenim considerandum esse censeo, omnem actum ab agentis potestate, & voluntate pendere. ca. cum super. de off. deleg. l. nemo potest. ff. de legat. 1. adnotauit ex Boetio Bald. in l. 1. num. 55. C. de sacros. eccles. nihil etenim adagendum prodest voluntas, si desit potestas: rursus nihil agitur ex potestate, si non adsit voluntas. Sic sanē, si princeps non potest, etiam si velit tollere priuatorum testamenta: quid obsecro refert ipsius rescripto clausulam: ex certa scientia, adscriptam esse: eū ea possit maximos effectus habere in his, quæ princeps agere valeat: in his aut, quæ ab eo etiam sciente, & omninò volente fieri nequeunt: nihil ea clausula operabitur. eadem ratione parum proderit, quòd princeps in his testamtorum priuatorum derogationibus vtatur clausula, non obstantibus, vtcunq; generaliter, aut specialiter cōcepta, etiam si in specie expressum fuerit: non obstante. l. si testamentum. C. de testam. quia cum in principe desit potestas derogandi testamentis: nihil agitur, etiam si eadem legi nominatim derogetur.

Tertiò deducitur ex his, principem nō posse testamentis, & vltimis priuatorum voluntatibus derogare, non tantum quo ad totam ipsius testatis voluntatem: sed nec quo ad ius partem. Quia hac in re idem est de parte, quod de toto: cum princeps non possit voluntatem priuatorum de proprijs rebus disponentium mutare. mutatur autem vltima voluntas, etiam si quo ad partem ei derogetur. Sicut nec princeps potest à priuato inuito auferre, partem domus, partem prædij: in quibus is dominium habet. Nec enim negari poterit, quantum ad illam partem, tolli dominium à priuato inuito: quod etiam per principē fieri nequit. At si dixeris, principē posse iurari natura

li, vel gentium partim derogare: id certè falsum est: cum in ea parte, quam princeps tollit, ius idē naturale vim habeat, quæ quidem vis à principe suberti nequaquam potest. Sic sanē nec leges priuatim appositæ in contractibus, vel testamentis ab his, qui proprium dominium habent: nō submituntur libero principis arbitrio, cum & hæc minimè refragentur legibus in reipublicæ utilitatem statutis.

Nec principali huius quæstionis decisioni ob erit, quod princeps iuri nondum quæsito alteri, derogare valet secundum commutem omnium resolutionum in dict. §. & quid si tæum. & idē prius quàm ex hac derogatione alteri quo ad ius quæsitum præiudicium fiat: nempe vbi ex legibus testamenti, vel contractus nondum fuerit alteri res quæsitæ, vel spe admodum probabili delata: principis rescriptum validum censi debet. Hæc siquidem ratio satis debilis est: cum semper ex hoc rescripto testatori verum dominium habenti, & eius voluntati omninò præiudicetur.

Quartò hinc quæritur, quid si ex lege Regiæ cui princeps derogare potuisset, aliquis filium tertiam bonorum parte meliorauerit: legesq; iure fideicommissi meliorationi adscripserit, vsus equidem iure ipso Regio omnibus communi absque principis priuilegio, an possit ipse princeps aliquam ex testatoris legibus tollere, eivē derogare? Quibusdā etenim id posse fieri videbitur ex eo, quòd testator vsus licentia legis Regiæ, & humanæ, quam princeps tollere potest, fideicommissi scripserit: & ob id ea voluntas submittatur principis arbitrio. Adhuc tamen opinor nec in hoc casu principem posse testatoris vltimam voluntatem mutare. Quia testator vsus iure sibi iam quæsito lege Regiæ ad utilitatem reipublicæ statuta testamentum cōdidit eo pacto, quo potuisset iure naturali condere: nisi veteribus humanis itidem legibus prohibitus foret: quibus quidem legibus eo tempore, quo statuta fuerunt reipublicæ utilibus, nouis constitutionibus derogatum est, & his testator vtitur, nō priuilegio principis. Quo fit, vt maxima hac in controuersia sit differentia constituenda: an fideicommissum institutum fuerit peculiari principis priuilegio, iure prohibete: an ex beneficio ipsius legis etiam humanæ. Nam priori casu princeps mutare poterit conditiones, & leges ipsius fideicommissi: posteriori verò minimè. Quia in prima specie ius adq̄sitū alteri ex priuilegio principis: potest ab eodem principe tolli: saltem vbi omninò ius quæsitū in specie alteri non fuerit. In secundo autem distinctionis casu non potest mutari testatoris voluntas, quæ iure in utilitatem publicam statuto semel stabilita sit.

lita sit. Princeps etenim licet possit reuocare humanam legem, nō tamē nec vi reuocationis, nec dispensationis potest tollere effectus iam ex ea ante reuocationē perfectē deductos: ex quibus ius alteri questum sit: nisi id fiat ex causa vtili reipublicæ. Alioquin leges iustissimæ, & ad communē vtilitatem latæ, essent fallaces, deciperentq; priuatos homines secundum eas propria testamenta, ceterosque actus constituentes, si ad libitum principis publicæ leges cum his, quæ earū auctoritate semel ordinata, & stabilita fuerint, possent tolli & reuocari, quod maximē aduersum est æquitati, iuri naturali, & reipublicæ administrationi: cui conuenit legum auctoritatem sacrosanctam, & inuiolatam fore.

Quintō, ex hac disputatione tractari commode poterit, quid dicendum sit de rescripto principis: quo frequenter cōceditur, quod aliqua res vinculis, & conditionibus maioratus subiecta, & alienari prohibita ex causa fideicommissi, etiam ratione dotis: nihilominus possit obligari, & hypothecæ titulo submitti pro restituenda dote, quam ab vxore possessor maioratus, aut eius primogenitus acceperit, vel pro solutiōe dotis filie forori, aut nepti constitutæ, & genero promissæ? Solet enim princeps hoc ipsum concedere: deficientibus tamen bonis, quæ libera sint à maioratus, & fideicommissi legibus. Dubitatur etenim, an princeps iure hoc cōcedere valeat in derogationem priuatæ volūtatis? Cuius quaestiois decisioni præmittā aliquot vulgō receptas interpretationes Authē. res quæ. C. communi. de leg. qua decisum est, res fideicommissis subiectas, & quæ ob id vinculum alienari non possunt, causa tamen donationis propter nuptias dotisve & iure alienari posse.

Primum, illud equidem satis receptum est, & omnium consensum probatum, eam cōstitutionem obtinere: vbi alienatio fit ex causa dotis, donationisve propter nuptias in fauorē, & vtilitatem descendentiū in recta linea ab ipso primo testatore, qui fideicommissum instituit: quasi aliud omnino dicendum sit in extraneis ab ipso testatore, & in his, qui per transuersam lineam cognationis, aut agnationis iure attingunt: quod probatur in mēte testantis, & ipsius legislatoris, quam sequuti ita eandem cōstitutionem intellexere inibi Barto. Bal. col. 3. Paul. Castrensi. & alij præsertim Iason. nu. 12. & Curtias Iunior nu. 18. qui hanc sententiam explicant, & sentiunt cōmunem esse. eandem sequuntur Aret. cōf. 37. col. 2. Paul. & Doct. in. l. mulier. §. cū proponeretur. ff. ad Trebelli. colu. 1. Loazes in. l. filiusfamilias. §. diui. ff. delegat. 1. vbi num. 361. fatetur hanc opi-

nionem communem esse. Quidquid cōtrarium senserit gl. in authen. de restitut. & ea, quæ parit. §. quam ob rem. verb. si non sufficeret. quam sequitur dicens sing. esse Baldus Nouell. de dote. 6. parte. priuil. 13.

Secundō, hoc in tractatu obseruandū est, posse rem prohibita alienari dotis causa alteri, quæ fideicommissario tradi, non tantum vbi tacita alienationis prohibitio præcesserit: sed etiā si expressim à testatore sit alienatio prohibita. hoc et enim ob eandē rationē iure optimo deducitur à decisione tex. in dicta Authen. res quæ atque ita adnotarunt. Bart. in dict. §. diui. num. 10. quo in loco asserunt eius opinionem cōmuniter receptam esse Iason. num. 59. Ripa nume. 70. Ioan. Crottus colu. 15. Loazes. num. 341. idem fatentur Iason in dict. authē. res quæ. numer. 24. & ibi nouiores. eandem opinionem sequuntur Ioan. Lup. in rub. de donatio. §. 16. Bald. & Salice. in. l. voluntas. C. de fideicom. Bart. & Sali. in dicta authen. res quæ. Curti. Senior. cōf. 27. dubio. 1. Deti. cōf. 519. Alexan. cōf. 56. lib. 1. Et licet quibusdam contrarium placuerit: hæc tamen sententiā, omiſsa longior examinatione, verior est, & magis communis: sicuti & ipse Deti. scribit. probaturque in. l. à filia. ff. ad Trebel. & in dict. §. cū proponeretur.

Tertiō, vt quibusdam visum est, eadem nouella cōstitutio minimē obtinet, nec est admitterenda, vbi testator expressim alienationem prohibuerit, etiam ratione, & causa dotis. Nam tunc non posse rem alienari prohibitam in dotem dari, aut causa dotis alienari propter expressam testatoris voluntatem, quæ derogat tacitæ, & præsumptæ, à qua rationem habuit dicta cōstitutio: responderunt Alexand. in dicto cōf. 56. nu. 3. lib. 1. Ambrosius Opixonis in dict. §. diui. super 2. q. Bar. Ioā. Crottus colu. 18. Ferdi. Loazes. nume. 360. inibi. Et Curti. Iunior in dict. authen. res quæ. nu. 36. Roderi. Xuar. in. l. quoniam in prioribus. 2. limitatione, ad. l. Regiā. col. 16. vers. vtrū autem bona maiorū. C. de inoff. test. & Ioā. Lupi. in dic. rubr. de donationi. inter vir. & vxor. §. 16. nume. 11. apud quem vidi ad hanc opinionem citatum Ambrosi. in dict. §. diui. qui tamen non ita indistinctē, vt Alex. & alij huic opinioni subscribit: imo planē non potest inter eius autores iure connumerari. tandem isthæc sententia potissimam rationem habet ex eo, quod cōstitutio, quæ causa dotis alienationē permittit à præsumpta testatoris voluntate deducitur. text. celebris in dicto. §. quam ob rem. quæ quidē cessat ob contrariam, & expressam eiusdem testatoris voluntatem.

Cæterum,

Variarum Resolutionum

Cæterum, Paulus Castrensis ab omnibus præcitatus in consi. 80. lib. 1. col. 2. incipienti. Quia per supra scriptum eximum consultorem. Cui sub scribit Iason in dict. auth. res quæ. col. vlt. cõtrariam sententiam probat scribens, rem prohibitam alienari à testatore: posse nihilominus ex causa dotis omnino alienari: etiam si expressim prohibitum sit, ne ex causa dotis alienetur. Quia testator non potest hanc prohibitionem addere in præiudicium dotis, quam posteris, & liberis iure constituere tenetur: si hi non habeant bona ex quibus dotem habere possint. l. à filia. ff. ad Treb. l. vlt. C. de dot. promiss. notatur in l. obligamur. ff. de actionib. & obligat. Ego verò priorem opinionem veriori esse omnino censeo. Nam pater, qui testamentum condit, & relictis legitimis portionibus ipsis filiis, quos grauare non potest, in his rebus, quæ ultra legitimam portionem filiorum supersunt, liberè potest quodcunque grauamen filiis iniungere, sicut & extraneis, quibus eadem bona poterat relinquere. Et ideo quemadmodum ex consensu omnium potuit in hoc casu testator prohibere extraneis alienationem ex causa dotis: ita & liberis procul dubio potest eadem fieri prohibitio. Nec tenetur auus, nec pater semel cõstituta filiis legitima portione, & ea data, eisdem vel eorum liberis dotem constituere, vnde quod Paul. Castrensis scribit procederet utiq; vbi ratione debitæ portione legitimæ tenetur testator dotem dare filiabus, aut nepotibus: quod expressim notarunt Ioan. Crotus, Loazes, & Curtius in dictis locis: ac sensio optimè Ioan. Lupi in dict. §. 16. num. 14. vers. pater verò. Imò eadē expressa prohibitio, quod res subiecta restitutioni non alienetur etiã ratione dotis, poterit apponi à testatore, & iniungi filiis quo ad Tertiam bonorum partem, quã vni ex eis prælegauerit: modò seruetur in fideicommissi forma decisio legis Regiæ. 27. Tauri. nec ad hanc scribendam prohibitionem opus erit priuilegio Regis.

Quartò, non tantum res subiecta restitutioni poterit alienari titulo dotis constituendæ: sed etiam ratione dotis per grauam acceptæ restituendæ, & licet ea recepta fuerit post grauamen appositum: mortuoq; ipso testatore, & vxore ipsa, quæ dotem dederit, minimè ignorate ipsius grauamnis constitutionem. Hoc probatur in di. auth. res quæ. dum inibi expressum est, rem subiectam restitutioni posse alienari causa donationis propter nuptias, quæ quidem datur pro tutiori solutione, & restitutione dotis, & pro dote consequenda: quemadmodum constat ex notatis in Auth. siue à me. C. ad Velleia. & in Auth. vt im mobilia ante nuptias. §. si quis igitur. colla. §. ad

notauimus, & nos in Epitome. 2. parte de matrimonio. capi. 3. §. 7. ad finem. igitur, & pro restitutione dotis poterit alienatio permitti. Quã opinionem tenuerunt glo. Barto. & Docto. in dict. auth. res quæ. Alex. consi. 67. num. 4. lib. 4. Anania, & ibi Bologni. cõf. 61. dubio. 3. Bartho. Soci. consi. 23. lib. 3. col. 1. Deti. consi. 59. num. 2. Rube. consi. 78. num. 1. Ioan. Crotus in dic. §. diui. Folpenult. ver. octauo queritur. Curti. Iunior in dicta Auth. res quæ. nume. 11. & quauis gl. & Barto. indistinctè hac in re loquatur: & Angel. in Aut. de restitut. & ea, quæ parit. in prin. vlti. colum. Iason in dict. Auth. res quæ. colum. pen. idē in consi. 23. nu. 3. lib. 2. velint bona subiecta restitutioni minimè posse alienari pro restituenda dote, quam filius, nepos, aut pronepos testatoris acceperit post constitutum fideicommissum: nihilominus verior opinio videtur contraria, qua probatur, posse dicta bona pro dote restituenda alienari: etiam si dos accepta fuerit post fideicommissum & mortuo testatore: sicuti asserunt Alexã. & alij omnes, quos post ipsum modò citauit: ex quibus fatentur hanc opinionem communem esse Anania. Soc. & Deti. & Rube, ac præter eos post alios idem testatur eandem opinionem sequutus Ludou. Gozadi. conf. 97. num. 10. sentiuntq; hanc sententiam iure veram esse Bart. in dict. auth. de resti. col. 3. ver. quæro pro declaratione. & Paul. Castrensis in consi. 80. libr. 1. hoc ipsum constat ex decisione Iustiniani in dict. auth. de restitutioni. & ea. dum ibidem. in. §. Sãcimur: responsum est, posse filium, vel filiam testatoris constituere dotem, & donationem propter nuptias ex bonis subiectis restitutioni: vnde apparet, eã decisionem expressim tractare de dote cõstituenda post testamentum, & grauamen iam institutum: & ideo idem præmittit is text. circa alienationem bonorum pro restituenda dote accepta post ipsius fideicommissi ordinationem, etiam iam mortuo testatore: cū hæc duo pari iure censeantur ab ipso Iustiniano. idem etiam deducitur ex eo, quod Cæsar ipse in præmio ipsius Nouellæ asseuerat, plarunq; mulieres dantes dotem ei, qui possidet bona subiecta restitutioni, ex ignorantia fideicommissi decipi: igitur iam constitutum erat fideicommissum tempore, quo dantur dotes, quibus illa constitutio fauere vult. Præter ea ratio dictæ Cæsaræ Nouellæ ea videtur esse: quod ex præsumpta voluntate testantis appareat, testatorem voluisse fieri à successoribus, quos onere restitutionis grauauit, quod idem si viueret facturus esset. l. cum seruus. vers. nam & si viuus. ff. de cõdit. & demonstrat. dum dicit. Quod ipse viuus facturus sit, ab hæredibus suis fieri voluisse

luisse intelligitur. Sed ipse testator si viueret, ea bona voluisset pro restituenda dote filio tradita obligari, iuxta notata per Bart. in l. si cū dotē. §. transgrediamur. ff. solut. matri. Ex quibus apparet veriorē, & magis cōmunem esse sententiā Alex. Ananiæ, & sequaciū. Et quāuis Ioa. Crotus, Soci. & Curti. Junior hanc quæstionem tractantes inter alia præcipuè considerent ignorantiam mulieris tradentis dotem viro, qui fideicommissi iure tenebatur bona restituere: nè ex ignorantia fideicommissi decipiatur: idemque adnotauerint, & collegerint à Nouella Iustiniāni in di. authen. de restitutionibus: ego opinor ignorantiam mulieris non esse præcipuam, nec finalē rationem illius decisionis: sed, vt aiūt, impulsiuā & simul cū alijs à Iustiniāno cōsideratā: quod apparet ex eo: quia etiam data scientia mulieris tradentis dotem: poterit res subiecta restitutioni constitui pro donatione propter nuptias per eū tex. Et tamen donatio propter nuptias tendit & ad hoc, vt bona donata sint obligata ad restitutionem dotis. ratio etenim præcipua, & quæ omnino Iustiniānum mouit ad eam cōstitutionem addendam; deducitur à præsumpta voluntate testatoris simul & à fauore dotis. Quā ob rem cōmunem sententiā Alexan. & Ananiæ etiā veram esse cōseo: vbi dos tradita fuerit ab ea fœmina, quæ sciebat bona subiecta etiam fideicommissi, & restitutioni. quod sensit Ripa in dicto. §. di. tit. numero. 77. His denique prænotatis apparet, quando bona maioratus, & fideicommissi vinculo subiecta restitutioni, possint alienari p. dote constituenda, vel vxori restituenda. Et planè vbi testator iure cōmuni absque licētia, & priuilegio principis potuit prohibere alienationē etiā ex causa dotis soluendæ, vel restituendæ: quod cōtingit in his rebus, de quibus liberè poterat testator disponere, & iure fideicommissi testari, nō poterit princeps proprio rescripto huic voluntati, & expressè prohibitioni derogare, nec permittere, quod ea bona ex causa dotis alienentur, aut dotis restitutioni obligentur: quod probatur ex his quæ hoc capite tradidimus. Nec oberit causam dotis esse fauore dignam, & id reipublice conuenire: cū id verum sit: modò non fiat præiudiciū alteri, qui dominium rerū iustè adquisierit: non enim conuenit reipublicæ dotem cōstitui ex alterius patrimonio contra eius voluntatem: nisi in casibus à iure iam expressis, & eis similibus. Quod si habita à principe licentia testator, qui alioqui id agere nō poterat, prohibuerit alienationem rerum etiā dotis causa: tū princeps ei voluntati cōtrario rescripto labente tempore derogare valebit: sicuti superius probatum est: ad-

monēo tamen, vtcunque sit, hæc principum rescripta restringenda fore: & ita accipiēda, vt strictam interpretationem habeant: nè passim, & temerè testatorum vltimæ voluntates mutantur.

Postremò, si quis res aliquot posteris iure maioratus obtinendas, & possidēdas reliquerit: nullis adiectis prohibitionibus, nec clausulis: fortassis quibusdam videbitur censerī ab ipso testatore tacitè prohibitam fuisse harum rerum alienationem, etiam ratione dotis: his quidem rationibus, quas præcedenti Capite adscripsimus, cū frequentissimo Hispaniæ vsu obtentum sit: res maioratus, propter mentem testantium, nec dotis causa alienari posse, & quanuis id ab eis expressum minimè fuerit, ob creberrimam, & expressum additam maioratibus prohibitionem hanc id persuaderi poterit: tamen quia dubia est opinio ista, censeo maturiùs fore cogitandum, & legendum, quod ipse adnotauī in rub. de testamē. 2. parte. numero. 14.

Illud tamen non est prætermittendum, quod huius quæstionis decisio erit fortassis nō inuolens: nèpe an Auth. res quæ. obtineat quoties dos constituenda est liberis, qui nati fuerē post mortē testatoris, & quibus ille tūc minimè tenebatur dotē dare. Nā plerumq; controuertitur super dotibus illarū fœminarū, quæ etiā si à primo testatore descendant, nate fuerunt post eius obitum. Quod si in his non est admittēda decisio tex. in dict. Auth. res quæ. quanuis nō adsit prohibitio testatoris, nec expressa, nec tacita, nec generalis, nec specialis circa alienationē, etiam causa dotis, semper erit necessaria principis licētia ad alienationem ex ea causa faciendā. Si verò in hoc casu etiā locus sit cōstitutioni Nouellæ Iustiniāni in dict. Auth. res quæ. expressim traditæ, nō erit necessaria Principis licētia, nisi testator, hanc alienationē expressè prohibuerit. Sunt igitur qui censent, illā constitutionem obtinere, etiā in nepotibus, & pronepotibus à primo testatore descendētib; & natis post ei⁹ obitū. Habetur etenim ratio obligationis, qua primus testator ad dotē constituendā teneretur, si modò viueret, & eius, qua tenetur modò qui alienare vult. Sic sanè visum est Paulo Castr. in l. mulier. §. cū proponeretur. in princ. ff. ad Trebe. Curtio. Juniori in d. Auth. res quæ. nu. 12. 13. & 18. & planè si mentē, & omnium Doctorū sensum consideremus, cōpertū erit, eos in hoc cōuenire, vt Nouella Iustiniāni etiā sit admittēda in dote cōstituendā fœminis quibuscūq; à primo testatore descendētib; & post eius obitū natis. Contrariā sententiā probat Bal. in lectiōe Antiqua in d. auth. res quæ. q. 3. quæ illic Corneus col. 2. refert, & sequitur. Eandē
his non

Variarum Resolutionum

his non citatis defendere conatur doctissimus Gregorius Lopez in. l. 6. titu. ii. par. 5. col. 6. & 7. Quia his liberis non tenetur auus, nec proauus dotem dare, nec tempore mortis tenebatur: cum nondum eo viuent e fuerint nati. Nec compelli poterat, iure uel cogebatur propria bona relinquere ad onus istud destinata, ut inde nascituræ eius sanguine fœminæ dotem haberent: & ideo obligatio nondum nata transmitti contra eius hæredes non poterat, nec contra possessores bonorum, quæ ipse reliquit. Quæ quidem opinio mihi potius placet, ac verior videtur propter propriam fideicommissorum, ac primogeniorum naturam, quæ in hoc tendit, ut bona illa penes familiam in agnationis, & nominis memoriam intacta, & integra conferentur, & perpetuo maneant. Sed & huic opinioni omnino patrocinatur proœmium Nouellæ Constitutionis Græcæ. 39. à qua deducta fuit Authen. res quæ paulo antè citata. Fit igitur ex hoc, ut iustior sit sententia, quam paulo antè nos exponere conabamur de præsumpta prohibitione alienationis, etiam in causam dotis, horum bonorum, quæ iure primogenij censentur.

Quod verò obiter hoc in capite sensim, Principè scilicet derogare posse prohibitionibus & conditionibus, quæ primogeniorum institutioni fuerit adiectæ, ubi ea primogenia fuerint instituta, quæ id res exigebat, regia autoritate: à practicis receptum videtur multis quidè rationibus, præsertim, quod licet priuatus non possit perfectæ donationi ià à se factæ modum, aut conditionem, leges uel aliquas adijcere. l. pfecta. C. de donat. quæ sub modo. Principes tamen poterit donationibus à se factis modum, & conditionem præscribere. quod Bald. adnotauit in. l. nuptæ. ff. de senatori. non ex vi contractus, sed ex vi legis, quæ hanc potestatem principi competentem minimè impedit: cum his legibus derogare possit. idè sensere Bal. in. l. qui se patris. C. unde liber. col. ante. Paulus in. l. rescripta. C. de prec. Impe. offer. & i. l. vi. C. si contra ius uel utilit. pub. Io. Lup. in rep. de donatiõ. §. 16. nu. 14. idè tenet Platea in. l. qui fudõs. C. de omni agro deser. lib. 11. & Albert. Brunus cõf. i. col. 6. & 10. ex ratione d. l. qui fudõs. quæ uel parum, uel nihil me mouet, ut in hac accedam sententiã: quam adhuc quidam ex eo probant, quod in his regnis receptum sit, potuisse Henricum Regem eius nominis secundum donationibus à se factis, & perfectis, postmodum in testamento modum succedendi adijcere, ut quæ donauerat, donatarij haberent titulo primogenij, ut illis decedentibus absque liberis ad regem reueteret. Sic etenim iure responderunt Roma. cõf. 99. Io. Lupi in rub. de donatio. §. 50. nu. 6. §. 69. nu. 13. & Rode.

Xuarez in. q. de maioratu. nu. 22. Eadè opinio alia ratione poterit confirmari. quod donatio facta à filio cõsensu, & autoritate patris, ab ipso patre perfecta videatur. l. in edibus. §. quod filius familias. ff. de donat. & illic Bart. & Pau. Cast. Fortassis tamen in quæstione, quam modò principaliter tractamus, in derogandis ultimis priuatorum uoluntatibus, uel contractibus, quibus certis quibusdam legibus primogenia fuerit constituta, contraria opinio iustior, ac uerior est: saltem in eum finem probari debet, ut Regij consiliarij, quibus id muneris incumbit, ut his derogationibus expedirent, & alijs priuilegijs concedendis præfint, raro, & maxima ex causa, eaq; exactissimè examinata hoc iure utatur. Ipse etenim uideo & in hoc casu aliquot rationes ex superius traditis derogationes illas impedire: cum alioqui facillimè decipiatur illi, qui uel ex Regis autoritate iure primogenij proprium patrimonium certis sub conditionibus, & legibus posteris relinquunt, alioqui non relicturi. Qua de re longius alibi disputabimus.

Ex capite sequenti.

- 1 *Census quid sit? & in dubio, an contractus in dicitur censualis, uel emphyteuticus? & de pœna commissi.*
- 2 *Annui redditus licitè constituuntur: & inibi utriusque partis rationes.*
- 3 *Annui redditus ad vitam possunt constitui.*
- 4 *Redditus annui an possint emi ad certum, & de finitum tempus?*
- 5 *Late examinatur, an possint constitui annui redditus obligatione tantum personali? & an peremptis rebus, super quibus fuerit constitutus, perimatur redditus?*
- 6 *Qualis sit hypotheca, quæ deducitur ex constitutione annui redditus super aliqua re?*
- 7 *Hypothecaria actio proponi poterit contra unum ex pluribus plurium rerum possessoribus in solidum.*
- 8 *Constituto redditu super pluribus rebus: an cuiuslibet earum possessor teneatur in solidum?*

De annuis redditibus, an hi possint titulo emptionis in pecunia constitui? Caput. VII.

Annui



Nnui reditus, qui pecunia soluendi frequenter cōstituantur: vulgò census appellari solent: idque adeò receptum est, vt non inuitle sit: an ea vox his reditibus conueniat, breuiter inquirere. Censuset enim is olim dicebatur, qui in bonishaberet centū milia sestertium: quæ quidem summa apud Hispanos vnus est cōputus: is verò cōtinet decies centum mille quadrates. huiusque significationis autor est præter alios Asconius Pedianus. 3. Ciceronis in Verrem actione. Est itē census æstimationō patrimonij, vt annuū tributum soluatur: dictus à censendo, id est, æstimando. l. vitia. & l. forma. ff. de censib. l. 2. & s. C. de censib. libr. 11. l. census. ff. de probationib. l. de creationibus. C. de episco. aud. Et hæc quidē in prouincijs. Nā in ipsa vrbe æstimationō, & denique census factus est ad distinguendos ciuiū status secundū quos munera belli & pacis ciues ipsi pedites, vel equites subirēt: vt explicuit Budæus in. l. vlti. de senatorib. Hinc census etiā dicitur patrimonij ipsum. Iuuenalis, Protinus ad censum, de moribus vltima fiet que stio. Ouidius in Fastis, Dat census honores, census amicitias. Vlpianus in. l. cogi. ff. ad Trebe. Cēsum autē, id est, æstimationē patrimonij p̄sum instituit Seruius Tullus Romanorū Rex, auctore Līuio lib. 1. ab vrbe condit. Quandoq; census pro tributo accipit. rex. in. l. 2. C. sine cens. vel reliq. idq; adnotauit Valla in Raudensem. & Matthæi. c. 22. scriptū est, Licet censum dari Cæsarei, an nō? tametsi Zasius lib. 2. singul. intellectu. ca. 3. existimet, eā significationem Latinā nō esse: etiā si frequentissimus sit eius vsus in eo sensu apud iuris Pontificij constitutiones: quibus census appellatur, quicquid alteri datur in signum, & recognitionē subiectionis, iurisdictionis, & imperij, aut dominij. Sic & census dicitur iure Pontificio cōtractus quidam: quo habens plēnū rei dominium, eam alteri tradit quo ad ipsum dominium vtile & directum pro centum aureis, ea p̄tione, vt perpetuo ex ea re sibi decem aurei annui soluantur, quemadmodum notatur in capi. constitutus. de relig. domib. Bart. in. l. 1. §. 1. ff. de publica. Imola in cap. 2. ad audientiam. col. 2. de reb. eccles. ex quibus constat differentia inter cōtractum cēsus, & emphyteusis: siquidem emphyteusis contractus tunc dicitur: quando dominus rei ipsam sub annua pensione, vel propter aliud pretium simul & recognitionis solutionem alteri tradit quo ad vtile dominij, reseruatō sibi dominio directo: quod pbatur in. l. 1. C. de iure em

phyte. vbi hoc explicat Iason. nu. 48. idem Iason in Auth. qui rē. nu. 10. C. de sacr. fan. eccle. post Oldra. consil. 29. & Barto. & Imol. vbi supra. quo fit, vt cōtractus census similis sit illi, quo agrivectigales constituuntur. l. 1. §. 1. ff. si ager vectigalis, vel emphyteu. peta. Ex hac verò differentia inter contractum census, & contractum emphyteusis deducitur, emphyteutam cessante m soluere p̄sionem triennio priuatis, biennio ecclesie iure suo cadere. l. 2. C. de iure emphyteu. ca. vlti. de locat. dict. auth. qui rem. non ita idem efficere contractum censualem. Nam & si mille annis census non soluatur, minimē caditur à iure contractus. glo. singul. in dict. cap. constitutus. Imo. & Iason in locis paulò antè citatis. Abb. in capit. 1. colu. 2. de in integ. restit. & ibi Augustinus Beroius. nu. 69. Soci. consil. 167. lib. 2. idē Iason in. l. 2. C. de iure emphy. num. 41. Hippo. singu. 95. Barto. in. d. §. 1. quorum opinio cōmunis est secundū Deti. consil. 138. colum. 1. quanuis Bald. consil. 177. lib. 3. contrariam sententiam dixerit cōmunē esse: Imò in eo dubio, quo licet constet de contractu. non tamen apparet, an is sit emphyteuticus, an censualis, præsumendus est contractus is censualis potius, quàm emphyteuticus: quod eleganter censuit Alberi. in dict. l. 2. & ibi Iason. nu. 42. Soci. in dict. consil. 197. col. 2. Hippo. in dict. sing. 95. Deti. item in præfato respōso. 138. & Caro. Ruinus consil. 41. lib. primo. numero. 7. atq; in privata. idem probat Augustin. Beroius in. d. ca. 1. nu. 72. & idē in. q. 14. quo in loco tenet, quo ad ecclesiam præsumendum esse cōtractum emphyteuticum in pari coniectura, & dubitatione. Sed & in ecclesia priorem opinionem tenet Soci. in dict. consil. 167. Et ita bis in praxi fatetur obtinuisse Augustinus Beroius. d. c. 1. nume. 72. Solet tamē apponi censuali contractui ea conditio: vt non soluto censu biennio, aut triennio, ius ipsius contractus pereat: fiatq; res ipsa commissa: eaque p̄ctio seruari debet: cum præsertim lege Regia. 68. Tauri ita definitum fuerit. Praxis tamen, & forēsis vsus apud suprema Regis tribunalia eam legē contractus, & si omnino expressa sit, tantum admittit, & probat, vbi census perpetuus constituitur absq; redimēdi pacto, & res, super quæ cōstitutus est, ipsius erat, qui pensionem annuam sibi soluendam fore cauerit: alioqui benigno quodam iure nunquam obtinetis, qui rem iure, & ratione commissi reddi sibi postulat: quod expressim iure fieri comprobat Matthæ. Afili. de cisione. 80. Est etenim p̄cna commissi odiosa, rigoremq; habet: à quo æquissimè fugitur. Nam & si canonibus statutum sit, non esse admittendas constitutiones, quæ ecclesijs damnum & læsionem

Variarum Resolutionum

tionem inferant. capit. i. de consuetud. nihilominus procedit, & obtinet ea consuetudo: qua indutum fuerit, emphyteutam ecclesie non cadere emphyteusi, etiam si soluere pensionem biennio, aut triennio omiserit: sicuti existimant Abb. in consilio. 72. columna secunda. lib. primo. Deci. in dict. capit. primo. de consuet. Rochus Curtius in cap. vlti. eodem titu. Fol. paruo. 51. col. 3. & Carol. Rui. confi. 4. lib. 1. Hinc tandem apparet, non proprie, nec ex recta dictionis significatiōe etiā, qua canones vtuntur, hos annuos redditus, qui vulgō super rebus alienis constitui emuntur, cēsus appellari.

Hos denique annuos redditus non posse licite emi: etiam si constituantur ab his, qui verum rerum, super quibus constituuntur, dominium habent, probatur his rationibus. Nam & hos census annuos redditus dici proprie apparet ex text. in cle. exiui. §. cumq; annui redditus. de ver. signi & ibi Card. tradit late And. Tir. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 6. in principio.

Primum, hanc emptionem annuorum reddituum iniquā esse, probatur: quia primus, & proprius vsus pecuniæ is est, vt per eam ceterę res æstimentur: non vt ea sit sui ipsius æstimatio. l. 1. ff. de cōtra. emptio. vbi Budę. l. 1. ff. de rer. pnu. §. pretium. & §. item pretium. Insti. de empt. idē constat autoritate Aristotelis. lib. 1. Polit. ca. 6. & libr. 5. Ethico. ca. 5. & Plinij. lib. 33. capit. 1. non enim congruit, decem aureos, alijs decem itidem aureis æstimari. Ergo non licet emere annuos redditus pecunia soluendos: & sic pecuniam alia pecunia æstimare: & pecuniam pecunia emere: cū ex hoc vsus pecuniæ peruertatur: siquidē in hac specie nō est pecunia medium commutationis alterius rei. Nam & eadem ratione vsura improbat: quia pecunia pecuniā parit: sicuti primo huius libri capite ostendimus.

Secundō, hoc idem constat. Nam & mutuū non tantum verum sed & fictum, vsuram constituit, & inducit. ca. ad nostram. de emptione. c. illo vos. de pigno. c. in ciuitate. de vsuris. ar in hac emptione annui redditus constituti in pecunia, mutuū saltem fictū, & interpretatione quadam intercedit: siquidem in contractu mutui debitor tenet reddere idē genere. l. 2. ff. si cert. peta. trāsit etenim pecunia in dominium recipiētis, & eius est periculū. l. incendiū. C. si cer. pe. Sic & in hoc contractu, quo annui redditus emuntur, debitor, idem genere reddere tenetur, id est, pecuniam eiusq; dominiū adquiret: & periculum eius subire cogitur. vsura verō hic subesse videtur ex eo, qd pecunia immediatē fructuū pecuniariū pro rata fortis, & tēporis parit: & quia debitoris inopia

pressi his redditibus cōstituendis operā dant: quē admodum olim solebāt vsus pecuniæ vsuris redimere. deinde habentes pecuniam otiosam hac ætate ob legum pōnas volentes fœneratiuā artem effugere, his emēdis redditibus auarē studēt: & in eorum emptione in pecuniam impendūt: commodius lucrum ex ea, quā ex vera vsura percipientes. vnde contractus hic profectō non potest, nisi magno cum animæ, & consciētix discrimine in republica Christiana permitti.

Tertiō hoc ipsum apparet: vsura etenim committitur, cū aliquid vltra fortem causa mutui recipitur: quod alibi docuimus: at in his contractibus, quibus redditus annui pecunia soluendi constituuntur, quiq; maximam habēt cum mutui datione affinitatem: aliquid labente tempore vltra fortem ipsam in eodē genere recipitur: nam si quis emerit mille annuos aureos viginti milibus: annis equidem viginti quinque fortem recipit, & vltra eam quinque milia. ergo hic vsuræ subest species, quæ omninō improba censerī debet.

Quartō, hic contractus titulo, & nomine emptionis à quibusdam probatus: nihil commune habere videtur cum emptione, quæ ex re, & pretio constat. l. 1. ff. de contr. emptione. §. pretium. Insti. de empti. l. vlt. C. de præd. decurio. lib. 10. in hoc autem contractu quauis pretium constituitur: non tamen adest res aliqua, quæ eo pretio vendatur. Fundus etenim, super quo constituitur census, minimē venditur: nec constituentis persona, nec item ipsa annua pensio: cū pecunia sit. igitur emptionis titulus huic contractui adscriptus nequaquam eum defendere, aut probare poterit.

Quinto, autoritate doctissimorum virorum hi contractus improbantur, siquidem Salycet. in Auth. ad hæc. C. de vsur. ad finem. Henric. Gandauenis quodlibet. 8. q. 22. & Gregorius Ariminenis à Saliceto nominatim citatus hanc reddituum emptionem illicitam esse cēsent, & vsurario crimini admodum similē: quibus suffragantur plures rationes, quas disputandi gratia Conradus, & alij, quorum statim mentionem faciemus, expressim adducunt.

Contrariam sanē opinionem probare conabimur, vt manifestum sit, hos contractus modō in Christiana republica frequentissimos, non omninō illicitos esse: nec statim impietatis, & vsurarii sceleris damnandos esse eos, qui pecuniā in horum reddituum emptionem impenderint. Et primō constat, vsus fructum posse pecunia emi. l. necessario. §. vlti. ff. de peri. & com. rei vedit. alij que titulis cōstitui. l. 3. ff. de vsufruct. §. vlt. Insti. de vsufu.

de usufr. ergò sic annuus reditus saltem in fructibus emi, & vendi potest. quod nemo vnquã ex doctis, & sapientibus negauit, vt inquit Ioã. Maior. in. 4. sen. dist. 15. q. 42. col. 1. probant latè Conrad. de contractib. q. 82. Ioãnes à Medina de restitutione. cap. de censibus. idè & in pecuniæ reditu erit omninò dicendum, sicuti apertissimè, & euidenter constat in domibus, & alijs rebus, quæ reditum pecuniarium præstant, & præstare solent: in his etenim apparet ex sententiã omnium usufructum, vel partem eius emi pecunia possitis verò usufructus pecuniarius est. Et ideo satis vrgenter probatur: usufructum etiam in pecunia soluendum, pecunia emi posse. Quid ergò obsecro, vetat, & pecuniarios redditus pecunia emi? - Secundo, hos annuos redditus pecunia emi posse, etiam vt in pecunia soluantur: deducitur ex eo, quòd annuus reditus est merx, & inter bona immobilia computatur à iure. text. est singul. in Clemen. exiui. §. cumque annui redditus. de ver. signific. quem dixit inibi singul. esse Card. idem probatur in Auth. de non alienand. aut permut. reb. eccles. in prin. ver. vult enim. optimus text. in. l. si quis inquilinos. ff. de lega. 1. in princip. l. i. iudicium nulli. in prin. i. i. ciuiles annonas. C. de sacros. eccles. l. hac edictali. §. his illud. C. de secũ. nupt. latè Alex. & Iason in. l. à Diuo Pio. §. vlt. 2. limit. ff. de re iudicat. idè Alex. in. l. si constante. §. vlt. col. vlt. ff. solu. ma. Alcia. in. l. mouentiũ. ff. de ver. signific. latius Andreas Tiraquell. libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 6. num. 4. Quod si hic reditus annuus, in mercè feratur: siue inter mobilia, siue immobilia computetur: id enim parùm refert, emi pecunia procul dubio poterit.

Tertio, eadem sententiã probatur: quia ius percipiendi hos annuos, & pecuniarios redditus: æstimari potest pecunia: cum afferat realem possessori vtilitatem: igitur vendi, & emi iustissimè potest.

Quarto, omnium consensu receptũ est, me posse titulo donationis constituere ius super domo mea decem aureos annuos in perpetuũ, aut temporarium reditum: & deinde Titium, eundem reditum pecunia vendere posse: quod & ipse Henricus Gandauensis fatetur. igitur quid vetat me eisdem reditus posse modò constituere, ac pecunia vendere? nulla profectò ratio adduci poterit, quæ verum discrimen inter hæc duo constituat.

Quinto, hæc pars instruitur auctoritate Iustiani in Auth. vt hi qui obligat. sed habe. phib. res minor. §. quoniam. vers. licebit. iuncta gl. inibi. ex quibus constat, licitum esse curatoribus pecunijs minorũ annuos redditus pecuniarios emere.

re. idem probatur eiusdem Cæsaris Nouella constitutione. 160. quæ, & si in vulgatis codicibus desideretur, refertur tamen inter Græcas, & Haloãdri Nouellas: quo in loco manifestè hic contractus, tanquam licitus probatur, & distinguitur à contractu mutui, & viuario. quam quidem constitutionem retulit Carolus Molinæus in tract. de contract. q. 75. nu. 586.

Sextò post variam, & satis cõtrouersam veterum concertationem tandem hæc sententiã probatur cõstitutione prima à Martino quinto condita anno Millesimo quadringentesimo. vicesimo tertio: & secunda à Calixto Tertio anno iudicem Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto statuta: quæ quidè constitutiones habentur inter extrauagantes communes titu. de emptione, & vendi. quarũ meminere Conrad. de cõtract. q. 83. conclu. 14. Rauenna in ca. in ciuitate. de usufr. Ioan. Maior. in. 4. sen. dist. 15. q. 42. Catalogus gloriæ mundi, parte. 12. considerat. 99. Fallètia. 25. Tiraquellus lib. 1. de retract. §. 1. in gl. 6. nu. 15. Carol. Moli. de contract. q. 10. nu. 140. & Ioã. à Medina de restitut. cap. de censibus. imò & ante has constitutiones eandem opinionem probant Innocent. & alij magis communiter in dict. cap. in ciuitate. Bal. in rep. l. iusuradum. col. 40. ff. de iureiur. Anchar. in disputatione incipiẽti, Antiquis, & modernis temporibus. & pleriq; alij, quos adducunt Tiraq. in dicta gloss. 6. & Carol. de cõtract. in principio. nu. 20. adducitq; plures rationes Conrad. q. 79.

Non oberunt huic decisioni ea, quæ primo loco adduximus. Nam, vt primæ rationi satisfaciamus, quauis proprius vsus pecuniæ, sit in hoc institutus, vt per eam reliquæ res æstimentur: non vt ea sit sui ipsius æstimatio, nihil impedit, quin ex secũdo, & improprio vsu, pecunia sit sui ipsius æstimatio, & cum alia pecunia commutetur. Sicuti & proprius, ac primus calcei vsus est ad pedem tegendum: improprie tamen, & secũdus erit ad eius cum alia re permutationem, nec illicitum erit pecuniam cum pecunia permutari: sicuti nec calcem cum gladio: secundũ Aristotelẽ libr. 1. Polit. c. 6. & 7. Thomam lib. 2. de regim. princ. ca. 14. Caieta. in tract. de cambijs. ca. 5. & Syluest. verb. vsura. 4. quæst. 2. & 3. quo fit, vt licet in his rebus emẽdis pecunia cum pecunia permutaretur: nõ inde colligi posset probatio efficax, qua cogemur horum reditum emptionem damnare. De inde nemo vnquam dubitabit, posse pecuniam auream cum argentea permutari: eam & argenteam cum ærea: ergo & pecunia certæ quantitatis vnica solutione data permutari poterit cum pecunia, quæ minori summa, pluribus minoris

E summa

Variarum Resolutionum

summæ resolutionibus reddenda est: siquidem minores illæ, & plures solutiones, hac vnica maiori estimantur. Et præterea tollit ipsam primam rationem ea consideratio, qua constat, in his redditibus constituendis, & emendis pecuniâ non esse pretiû, nec sui ipsius æstimationem: sed ius illud percipiendi annuam pensionem pecunia emitur. & illud ius pretio æstimatur: sicut iurisdictio: ius percipiendi tributum: ius percipiendi fructus alicuius rei. Sic etenim hoc ius percipiendi annuam pensionem, & redditum annuû: quod formatum, & incorporatum est, pecunia emitur, & venditur: quod eleganter probat Carol. Moli. in dicto tract. de contract. nu. 20.

Secunda ratio ex eo tollitur, quod in his contractibus, nec mutuû interueniat verû, nec interpretatiuû, siquidem in mutuo cogitur quis fortè solvere: at in his contractibus venditor, qui redditum annuû constituit, nusquam cogitur fortem reddere. Item in mutuo sub vsuris est principalis obligatio ad fortem, & accessoria ad vsuras: in his vero contractibus est principalis obligatio ad annuam pensionem, non ad fortem, vt docet Caro. in d. tracta. de contract. q. 70. Nec in his contractibus, qui bus annui redditus etiam in pecunia constituuntur, vsuras potest dari. Ea etenim adest, cum aliquid ultra fortem percipitur, & sic vsura præmittit fortis obligationem: hic verò nulla est obligatio ad fortem: quia illa perpetuò alienatur, & transit in recipientem, si ipse nolit redimere annuû redditum. quam obrem in hac specie nihil ultra fortem recipitur: sed loco fortis perpetuò ab alienata, redditur: quemadmodum tradit Carolus in dicto libro de contract. numero. 19. cuius rationes maiori virtute hos contractus tutantur, & defendunt: quando annui redditus perpetuò constituantur absque pacto redimendi: de quo inferius latius agemus: nam tota horum contractuum improbatio, & vitia, quæ eis obijciuntur, tendunt in eum finem, vt annui redditus cum pacto redimendi omninò à republica Christiana rejiciantur.

Tertia prioris sententiæ ratio minimè obtinet: cum in his contractibus mutuû nequaquam intercedat: & ideo vsura maximè aliena sit ab emptione horum reddituum, quemadmodum paulò antè ostendimus in proxima responsione.

Quartum itidem non oberit fundamentum: quia in his emptionibus non emitur pecunia, nec annua pensio: sed ius percipiendi annuam pensionem: sicuti in primæ rationis responsione probauimus. His igitur constat, licitam esse horum reddituum emptionem: etiam si in pecunia pensio annua soluenda sit.

Ceterû, quo res ista manifestius ad praxim de-

ducatur, obseruandum est, has constitutiones Romanorum Pontificum, qui contractus hos licitos esse decreuerunt, non tantum obtinere in redditibus antiquitus constitutis: nam hi vendi, & emi possunt absque aliqua dubitatione secundum Abb. in disputatione incipienti: Augerio, vlti. dubio. Sed etiam in his redditibus, qui modò tempore contractus nouiter constituuntur: quod in eisdem constitutionibus apertissime probatur: & tenet expressim magis communiter Doct. præsertim Conrad. q. 79. conclus. 8. Floren. 2. par. tit. 1. capi. 8. §. 14. Ioannes à Medina de restitutione. cap. de censibus. Carolus Moli. de contract. in princ. nume. 20. & q. 62. & q. 68. quo in loco scribit, nihilominus esse maiorem fraudis suspicionem in emptione redditus nouiter constituendi: quam antiquitus iam constituti.

Item & hæc annui redditus pecunia soluendi emptio licita erit: etiam si redditus ad vitam tantum ementis constituantur: eoque mortuo extinctus censeri debeat. Imò iustior est ceteris hic contractus propter incertitudinem lucri, & damni. l. si ea lege. C. de vsuris. l. de fideicomisso. C. de transact. notatur in l. si pater puellæ. ff. de inoff. testa. mortuo siquidem emptore, non est reddenda fors ipsa, quæ in pretium data fuerit, atque ita hac, & alijs rationibus hæc opinionem probant Conrad. de contract. q. 81. Abb. in disputat. 5. col. pe. Innoc. & ibi Doct. in d. c. in ciuitate. Oldrad. consi. 207. Floren. 2. par. tit. 1. c. 8. §. 11. Bal. cons. 292. lib. 5. & idem cons. 416. & cons. 18. lib. 1. & cons. 154. lib. 2. Io. à Medina. de restit. c. de censu temporal. quorum opinio communis est secundum Ias. in l. 1. lectio. 1. nu. 63. C. de summa Trinit. Carol. Moli. de contract. que. 72. Nec in hac specie dubitandum est, tametsi hunc contractum illicitum esse censeat Henricus Gandauensis quodlibet. 1. questio. 39. & quodlibet. 2. q. 15. qui eum vsurarium esse asseuerat. quod iure probari non potest: cum verè contractus hic iustissimus sit: modò pretio iusto emptio fiat: ita tamen quod propter deceptionem ultra dimidiam locus erit constitutioni. l. 2. C. de rescind. vedit. si verò deceptio intra dimidiam corripuerit, in foro exteriori minimè rescindetur contractus: nec ratione læsionis fiet compensatio: quod tradidit Anchar. in d. disputatione, Antiquis, & Modernis temporibus. 1. casu. & Conrad. questio. 81. conclus. 2. ad finem. Alibi tamè tractabimus, quod sit iustum pretium horum reddituum, qui quotannis sunt pecunia soluendi, & ideo huic negotio modò supersedes lectorem admonemus cautè legendum responsum Philippi Detij, viri me hercle, ac omnium testimonio eruditissimi. is etenim cons. 123. probare nititur, emptionem annui redditus ad vitam ementis, consti-

tis, constituti, & pecunia soluendi, esse illicitā, & præsumi vsurariam ex cōiecturis: viturq; plurimum Doctorum autoritate, quibus ipse cōsentio: modò non quibuslibet cōiecturis, nec omnibus, & singulis, quæ per Detium referuntur, locus sit ad vsuræ, & fraudis præsumptionem inducendam: sed iudicis rectissimi, & prudētissimi arbitrio ea res omnino delegetur.

4 Sunt & alij, qui hac de re tractantes opinātur iustè, & sanctè emi posse annuos redditus pecunia soluendos, ad certum, & definitum tempus, etiā si redditus ipsi certi constituantur: nempe decem annui aurei ad annos quindecim, id etenim iure fieri posse absq; villo crimine, & vsuræ vitio, quāuis tempore contractus redditus constituatur: tenent Conrad. quæst. 79. conclus. 3. 5. & 8. & q. 80. conclus. 3. Carolus de cōtractib. quæst. 71. & 67. & 68. & q. 62. quā in re notandum est, hunc contractum nullam habere fraudis suspicionem, vbi hoc tempore emptor ex varijs solutionibus nihil ultra pretium datum, recepturus est. Quòd si ultra pretium conuentum emptor per particulares solutiones aliquid recepturus sit, tunc hic contractus dubitationem habet: & tamen nō potest rigore iuris, & iustitiæ reprobari, vt fatentur Conrad. dic. q. 80. conclus. 4. Caro. dict. q. 62. & 71. Ioan. à Medina de restitutio. cap. de censu ad tempus determinatū. Nam cum vëditor non teneatur, nec cogi possit fortè ipsam reddere: procul abest hic contractus à merito, & ab vsuræ vitio. At si dixeris, venditorem iuribus solutionibus definito tempore separatim factis fortè reddere, & aliquid ultra eam, responsio est euidentis ex eo, quòd hic emitur certo pretio ius illud percipiendi annuam pensionē decē, aut quindecim annis: & tantū valent cētū aurei statim, & vnica solutione dati, quantū centum & viginti, aut cētum & triginta tredecim annis soluēdij: æquē distributis quolibet anno solutionibus. Quā ratione non potest hic cōtractus manifesto vitio notari: tamen si cōsulendum sit, vt ab eo Christiani abstineāt. Est etenim admodū suspectus, & acsanè tanto maiorem suspicionē habet, quāto citius, & breuiori tēpore tota fors, & pretium ipsū recipitur auctore Carol. d. q. 71. Expedi tamen omnē abesse fraudem, & læsionem in pretio horum reddituum, ad definitū tempus cōstitutorum: si in vsum admittātur: quod minime cōsulerē: imo hunc contractum à republica relegandū, & abiiciendum, fore vtile admodū existimare. Ex hoc verò nequaquā cōseco damnandum fore horum reddituum emptorem, etiam si per varias, & annuas solutiones aliquid vltra pretiū, quod dederit, receptur⁹ sit: modò id arbitrio boni viri intra

limites iusti moderaminis cōtineatur. Nā si nihil posset percipi vltra pretium: sequeretur, eodem pretio emēdum esse annuum redditum ad triginta annos, quo perpetuus: & itē inde constat, eiusdem esse valoris annuum redditum temporarium, & ad certum tempus constitutū, cuius & perpetuus, vt patet in redditu temporario constituto ad viginti annos: qui si ad rationem vnus pro vigintiforet emendus, eodem profectò pretio posset emi perpetuus redditus.

5. Verū in hoc, de redditibus annuis emendis, tractatu, elegās ab omnibus iuris vtriusq; diuini, & humani p̄fessoribus quæstio discutitur: quæ tractat, an necessariò hi redditus sint cōstituendi super certis fundis, aut rebus, alioqui sint profus illiciti, & eorum constitutio iniqua? Et sanè plerisq; visum est, hos contractus illicitos fore cōsēndos, & eorum emptionem vsurariam, vel saltem huius criminis vitio suspectam: & ideo reprobāndam fore. Ex ipsis constitutionibus Romanorū Pontificū, à quibus traditur, hos annuos redditus super bonis aliquot cōstitui, & idem ratione probatur, cū alioqui iniquū esset emptorem nullū subire rei emptæ periculū: sed semper tutū esse, redditūq; saluū fore, cōtra. l. 1. C. de peri. & cōmo. rei vend. §. cū autē. Intt. de emptione. vnde oportet ad iustitiā huius contractus, quod redditus constituitur super bonis certis: ita vt peremptis illis perimatur & census, secūdum Io. de Ligniano in c. in ciuitate. de vsur. & in c. vlt. q. 1. eo. tit. Aretia cōsi. 1. i. viso themate. col. 3. Abb. in disputatione 5. col. vlt. Laurent. de Rodulphis in. c. consuluit. 2. par. q. 12. Angel. in Summa. verb. vsura. ver. 78. Chassanæ in catalogo Gloriz mundi. par. 12. c. 6. siderat. 98. Fallent. 25. eundem consi. 63. nō. 6. vbi sentit hanc sententiam cōmunem esse. cui suffragatur opinio Innoc. qui in dict. capi. in ciuitate. scribit de his contractibus agens, illicitum esse, q̄ ille, qui dicitur emptor constituat in se redditum, vel censum, quo se obliget ad reddendum in pecunia, vel in specie alia plus, quā acceperit. Quæ quidem verba auctore Card. col. 3. ibidem difficultem habent intellectum. Sed Petrus de Rauenna in eodē titu. Laurent. d. q. 12. & Syluest. verb. vsura. 2. §. 12. videntur ea aperire, dum existimāt, illicitum esse contractum, quo quis constituat redditum annuū duodecimi super re, quæ octo tantū reddit: obligatione tamen præmissā, qua constitutū rem ipsam promittit incolere pro illis duodecim ratione mercedis. Fit igitur, vt hæc pactio illicita sit ex eo, quòd pars redditus annui verè super re aliqua nō constituit. Imò tradit cōstanter Chassanæ. in. d. fallēt. 25. idē in cōsuet. Burg. rub. 11. §. 6. in princ. & consili. 63. nu. 6. nō posse hunc

E 2 annuum.

Variarum Resolutionum

annuū reditū cōstitui, nec enim super omnibus bonis alicuius: & sic super reb⁹ incertis: sed oportere q̄ super rebus certis constituatur. adduxit huius sententiæ auctores Cōrad. & Laurēt. à Rodulphis, quorum prior. q. 83. conclus. 13. & posterior in dict. cap. consuluit. 2. par. q. 13. contrarium expressim approbant, tenentes, sat esse ad iustitiam huius contractus, quòd reditus constituatur super omnibus bonis alicuius, vel super reb⁹ incertis: ita quòd non sit necessaria certarum rerum nominatio. idem asserunt Ioan. à Ligniano in dict. cap. ult. quæst. 1. & Carol. Moli. de contracti. in princip. num. 22. Est igitur communis omnium sententia, necessariū fore, vt hic contractus licitus sit, nec censeatur vsurarius, quòd constituatur reditus super bonis aut rebus aliquot: alioqui constitutis annuis reditibus super persona vendentis: illicitus erit contractus. idem tenēt Laurent. dic. 2. part. q. 11. 15. & 18. Florent. 2. part. titu. 1. cap. 8. §. 10.

Ego sane, & si videam frequentissimo omnium consensu in hanc sententiā itum esse, iure verius esse censeo, annuū reditum etiam pecunia soluendum, etiam cum pacto redimendi, cōstitui posse solū obligatione personalit: absq̄, generali, incerta, speciali, vel certa bonorum, vel rerū assignatione, & hypotheca. Nec sum primus huius opinionis, & sententiæ auctor: siquidem in specie eam iam pridem, ante nos probarunt Conrad. de contracti. q. 74. & 75. pluribus adductis rationib⁹: & q. 83. conclus. 13. Carolus Molina. de contracti. nu. 22. & apud Hispanos Ioannes à Medina vir insignis eruditioris in tract. de restitut. quæst. de centib. colum. 5. penes quos latissima est, & omnium diligentissima huius cōclusionis probatio. ipse nihilominus paucis eam verā esse ostendam. quam & post primam huius operis editionem palam defendit Dominicus Soto libr. 6. de Iusticia & iure. quæst. 5. art. 1. Sed & Ioan. Maior. in. 4. dist. 15. quæst. 44. eandem veram esse, quamuis obiter existimauit.

Primū etenim constat, iuste, & licite, posse ita hunc annuum reditum constitui, & contractum horum redituum, ac pactiōē fieri: ut reditus cōstituitur super certis bonis, quibus peremptis adhuc venditor teneatur reditū soluere: nec ea obligatio bonis: & reb⁹ nominatis extinctis, alia est, nec esse potest, q̄ personalis, vt constat: igitur hic reditus super personā tantum cōstitui poterit. id verò, q̄ adsumpsimus ad hanc argumentationē probatur in eisdem Romanorū Pontificum constitutionibus: quarū priorē vers. sed ad hoc & posteriori, in vers. sed idē euentes, sentiunt ipsi legumlatores, quòd perēptis bonis, super quibus

census fuerit cōstitutus, salua maneat obligatio ad annuū reditum: licet non possint venditores cogi ad solutionē fortis, & pretij, q̄ datū fuit pro ipso iure percipiendi annuos reditus: etiam cum pacto redimēdi. Nā si peremptis bonis, & rebus, foret itidem perempta obligatio soluēdi annuū reditum, hoc expressim Romani Pōtiffices explicuissent: sicuti de obligatione reddendi fortē in specie responderunt. vnde fit, vt hæc emptio annuorū redituum possit ea conditione, & lege fieri: quòd etiam perēptis bonis, nihilominus maneat venditor obligatus ad pēnsionis solutionem: idque in praxi plerumque tractatur.

Secundò, eadem sententia comprobatur ea ratione, qua constat, posse quempiam gratis personali obligatione promittere alteri annuam pensionem pecunia soluendam: & eam super ipsius personam constituere: igitur idem efficere poterit propter pecuniam, constituto sibi, & soluto pretio: cum nulla valeat, nec possit discriminis ratio congrua adsignari.

Tertio idem apparet, quia potest quis locare ob mercedē pecuniæ operas suas. l. qui operas. & l. in operis. ff. loca. ergo & eas vendere potest, nec ex hoc libertatem vendit.

Quartò, si cōtractū istum, de quo tractamus, diligēter examinamus: pcul. dubio deducemus ab eius radice, obligationē ad solutionē annui reditus præcipuā, esse personalem: fundū autē, vel rem ipsam, super qua reditus constituitur, accessorie adponi pro certiori, & saniori solutione: & ideo rem ipsam specialiter nominatā: iure pignoris, & hypothecæ accedere. tex. celebris in l. fundus quē. & ibi Bart. ff. de annuis legatis. cuius ipse memini in cap. Raynuntius. de testa. §. 10. nu. 72. inde fit, vt principalis obligatio, quæ personalis est, hic consideretur, nō accessoria, & ideo etiam ipsa re perēpta, & extincta adhuc manet obligatio personalis ad annui reditus solutionē. optimus tex. in l. creditor, qui nō idoneū. ff. si cer. pe. ta. & in l. aduersus. vbi gl. Bar. & Bal. C. de actio. & obli. ea etenim est natura pignoris, & hypothecæ: vt etiam si pignora petierint, debitor ipse teneatur eas alienū soluere: quod aperitissimi iuris est: quam ob rem, vbi hic. annuus reditus titulo emptionis, & venditionis constituitur super re, vel fundo, qui nō est ementis, sed vendentis, & reditum cōstituentis: quāuis minimè expressum fuerit, quòd perēpta re, maneat obligatio personalis salua, nihilominus tacite ad intelligendū est, saluaq; manet obligatio personalis ad solutionem annui reditus super re perēpta cōstituti: quod in hac specie tradit Caro. Mol. in consuet. Parisi. tit. 1. §. 11. nu. 15. quo in loco docet, aliud esse quādo reditus

do redditus cōstituitur super certo prædio limita-
tè ad illud: ita quòd constituens, & eius hæredes
non teneantur ad solutionē illius redditus, nisi ra-
tione rei & quādiu illam possideant: nā tunc per
empta re, perimitur & ipse redditus, nec vlla adest
personalis obligatio, quod est omnino, ac perpe-
tuò hoc in tractatu considerandum.

Hæc verò hypotheca, quam huic obligationi
personalis de soluendo annuo redditu, appositam
esse censemus, non omnino sequitur leges alio-
rum pignoriū, & hypothecarū. Nā licet alioqui
possessor tertius, qui nec cōtrahit, nec cōtrahēti
hæres extitit, cōuentus hypothecaria possit op-
ponere, excusationis nondū actæ exceptionē. au-
then. hoc si debitor. C. de pignori. cū alijs simili-
bus. possessor tñ prædij, super quo annuus redi-
tus fuerit cōstitutus, cōueniri poterit ad eius solu-
tionē, etiā nulla facta, nec pmissa excusatione: quæ
hæc redditus cōstitutio sup aliquo prædio hypothe-
cā inducit, fortiorē quidē omnib⁹ alijs quo ad hūc
effectū absq; præiudicio priorū creditorū: cū vi-
deat ius quoddā super ipso fūdo cōstitui tāquā o-
nūs ipsius fundi: quod transeat in quēcūq; eius pos-
sessorē: & ideo quilibet etiā singularis successor:
qui fundū possideat, cogendus erit hunc redditū
soluere, ac denuò præmissa obligatione emptor-
em ipsum recognoscere, vt dominū illius iuris
percipiendi annuū redditum ex ea res: sicut in spe-
cie adnotarunt Guido Papæ. qō. 42. & qō. 576. &
Chassanæ. in cōsuet. Burg. rub. 11. §. 6. in prin. nu-
2. & in vers. aduerte. nu. 16. qui & si hæc opinio-
nem potius ad cōsuetudinē Gallie, quàm ad ius
cōmune referant: præmittunt tamen idem esse,
vbi annui redditus cōstituuntur super aliquo fun-
do tanquā ius reale, & seruituris adhærentis eidē
fundo: quæ admodū & apud Hispanos passim cō-
stitui solēt. Sic sanè quod diximus nō esse neces-
sariā excusationem, vt possessor fundi ad solutio-
nē redditus cōueniri possit, ab eadē radice pcedit,
& notat Chassanæ. dict. §. 6. & rub. 5. §. 2. num. 33.

Hinc etiā deducit, posse annui redditus emptor-
rē si voluerit, omisso tertio fundi possessore age-
re ad annuū redditum aduersus ipsum cōstituētē
vel eius hæredes, & si ipsi non possideant rem su-
per qua redditus fuerit constitutus, quod iure, &
consuetudine, ac ipsius cōtractus legibus palam
constat. hoc autē fieri non posset, nisi concedere-
mus, & verū esset, hos redditus actione sola perso-
nali plerumque subsistere. Sed & si hæc sententia
vera sit in eo, qui redditum vendidit, & cōstituit,
& in eius hæredibus: in eo tamen, qui tertius pos-
sessor est, & ratione huius possessionis coactus
fuerit recognoscere ipsum creditorē, titulumq;
nouum eidem facere, non idē erit, nam hic tantū

erit obligatus redditū soluere, dum fuerit eiusdem
rei possessor, quod si res illa absq; fraude possessoris,
qui recognouerit, ad aliū deuenit, non poterit
prior possessor ad solutionem redditus cōueniri.
Quia recognitio personalis obligatio, & titulus no-
uus, nō plus afficit quo ad substantiā obligatiōis
ipsum recognoscentē, quā is antea virtute possessio-
nis tenebatur. Interponitur etenim ea obligatio
etiā personalis ex necessitate possessionis, & one-
ris, adhærentis rei possessæ, & ideo est intelligen-
da solū inquantū necessitas ipsa postulat: cū non
fiat animo inducendę nouæ dispositionis: sed ad
effectum, vt possit cōpetere executionis ius con-
tra ipsum recognoscentē: sicuti probare nititur
Caro. Molinæ. in consuet. Parisi. §. 11. num. 19. cu-
ius opinionem ipse intelligerem veram esse: nisi
aliud expressim in instrumento recognitionis pro-
betur: siquidem id obseruandum erit: cū vo-
luntate contrahentis adscriptum fuerit. illud ta-
men erit obseruatione dignū quòd aduersus ter-
tiū possessorem habentem ius à debitore annui
redditus habet locū ius executionis paratæ: quo
ad ipsa bona specialiter pro solutione cōstituta,
si in contractu fuerit appositum pactum de non
alienandis illis rebus: sicuti frequentissimè appo-
nitur, quod deducitur ex notatis à Roderico Xua-
res in repetitio. l. post rem. ff. de re iudicat. post
octauam ampliationem ad legem Regiam.

Cōstat igitur, in his annuis redditibus cōstituen-
dis non esse necessarium, quòd constituantur hi
reditus super bonis certis, nec incertis: imò posse
personalis tantū obligatione præmissa constitui,
quāuis pauci reperiantur emptores, qui eos eme-
re velint aliter, quàm super bonis, & rebus certis
cōstitutos. vnde apparet eam bonorū adsignatio-
nem: & appositionē potius fieri in vtilitatem cre-
ditoris, & ementis redditū, quàm in cōmodū debi-
toris, qui redditū vendit, & cōstituit: & cū tāto iu-
stior sit hic cōtractus quāto facilius est, & min⁹
grauis ipsi venditori, qui coactus necessitate, &
inopia ita cū creditore cōtrahit, planè sequitur,
nō minori iure licere hos redditus constitui absq;
rerū, & bonorū obligatione, quam si eis nomi-
natiuim huic iuri suppositis venditio redditus fiat: quod
tradit Carol. Molin. de contractib. num. 22.

Non obstant constitutiones Martini Quinti
& Calixti Romanorum Pontificum: quia in eis
mentio fit horū contractuum iuxta cōmunem
vsum contrahendi: nempe constitutis his rediti-
bus super rebus, & bonis certis ad maiorem emē-
tis tutelam, & indemnitatem, & vt is certiorum,
& tutiorem habeat redditus solutionem, quàm si
in persona tantū agere posset. Nec tamen ex
hoc inibi vetitum est, eosdem cōtractus fieri præ-

E 3 missa tan-

Variarum Resolutionum

missa tantum personali obligatione.

Quod itē diximus in prioris sententiæ probationem, facillimè tollitur, cum emptor in his contractibus minime emat ipsas res, super quibus constituitur reditus: sed ius percipiendi annum redditum, & illius iuris periculū ad eum pertinet. Nā si res perirent, aut non suppositis rebus, venditor in ore absq; hæredibus, & bonis, profectō ius omnino vanū esset: eiusq; periculū satis ipsi emptori incūberet. Imò multo maius periculū emptori imminet, si reditus hi annui obligatione tantū personali cōstituatur, quā si super certis rebus fuerint cōstituti. Et ideo rei emptor hac in specie periculū ademptorē omnino pertinet, & quod magis: si quidē melius est pignori incūbere, quā in personā agere. Et præterea si adhuc viuente venditore periret res, super qua fuit reditus cōstitutus non posset cogi venditor reditū illū super alia re constituere: quemadmodum probat Carol. Molinæ. de cōtractib. 8. vnde satis periculi immineret venditori, & imminet, qui in personam sepius agere cogetur. Deinde non est incōueniēs, quod venditor: rei vendita periculū subeat: modo pro hoc periculi onere subeundo aliquid vltra solitā æstimationem: quasi pretiū periculi recipiat. l. periculi. ff. de naut. fœnor. l. 1. C. eodem tit. quod patet in venditione annui redditus certi, & perpetui iusto pretio æstimati: si quidē & ad iusti pretij æstimationem considerandum erit: quod nulum emptori vel parum, aut leue periculum incūbit. Non oberit itidem, quod ex Inno. auctoritate asseuerare vident Lauren. à Rodolphis, Petrus de Rauenna, & Syluest. paulo antè à nobis citati. Quia id falsum esse apparet ex his, quæ modo adduximus: cū personalis obligatio sufficiens sit ad annui redditus cōstitutionē. Et profectō Innocent. aliam mentem, aliumq; sensum habet diuersum equidē, ab eo, quod præcitati Doct. opinantur. Censet etenim iniquū esse cōtractum quo diues aliquis habens domum quotānis reddentem tantum quinq; eam vendit pro centum pauperi non habenti vnde pretium soluat: cōstituenti tamē octo, aut decem super eadem domo annuatim soluēda, addita personali obligatione. Et adhuc ipse opinor sententiam Inno. falsam esse, modo iustū pretiū annui redditus accedat: quo quidem intercedēte nō video quid iniquū in eo contractu fiat. venditur etenim domus ipsa iuste pro centum aureis: licet tantū quinq; quotannis reddat ex locatione: emptor autē cum nō possit pretium hoc cōuentum soluere: pro eodē pretio cōstituit annum redditum perpetuū, vel redimibilem iuste æquiualetem pretio ceterum aureorū, vnde idem est, ac si venditor ceterum aureos, quos

accepisset ab emptore in pretiū domus, statim tradat ipsi emptori in pretiū annui redditus cōstitutū. Quam ob rem si in pretij æstimatione iniquitas absit, vterq; cōtractus cōpendio fieri rectissime poterit. qd & alibi nos adnotauimus ad. l. curabit. C. de actio. empt. c. 4. huius libri. nu. 6. Hæc verò hac in quaestione respondemus rationibus his animaduersis, & exactè cōsideratis, quæ etiā seclusa quacunq; lege humana, huius cōtractus, quo annui redditus constituitur, & emuntur soluendi in pecunia, iustitiā, & ius demonstrant. Nā eo iure, eaq; ratione, quibus cōtractus hic iustus censetur, rebus quibusdā nominatim, vel in genere expressis, super quibus annui redditus cōstitutur: eisdem profectō iustus itē censendus erit, si personalis tantū obligatio contractui accesserit. Tametsi piū, ac Christianum lectorem admonitum esse velim, vt omnino ab hoc contractu abstineat, ne fortassis eius occasione pateat in re publica Christiana amplior vsuris locus.

7 Quæritur deinde, quid si annuus redditus decem aureorum constituatur super tribus prædijs, aut domibus: quæ quidē ad plures, & tertios possessores deuenierint: qui nec cōtraxerunt cum emptore annui redditus, nec eius hæredes sint, qui illam vendiderit? An emptor possit in solidum à quolibet possessore exigere integrum annum redditum, vel teneatur omnes possessores pro rata, vt aiunt, in iudicium vocare: nempe quemlibet pro tertia parte tantū, aut pro ea, quæ attēta, & inspecta conditione cuiuslibet pretij: ipsum contingere potest annui redditus onere? Quæ in re oportet prænotare, creditorē, cui plures res fuerint iure hypothecæ obligatæ, posse aduersus quemlibet ex pluribus earundē rerum possessoribus in solidum agere ad integrā debiti solutionē, nec posse cogi contra omnes, actionē hypothecariam, aut contra eorum quolibet pro rata deducere in iudiciū. hoc probat tex. secundū gl. & Bar. ibi in. l. Moschis. ff. de iure fisci. quo in loco ipsum constat verum esse, etiā si hi possessores non sint hæredes, nec successores illius, qui actione personali tenebatur. idem Corne. consil. 235. libr. 1. Ioan. Ferrariensis in practic. libello responsionis ad actionem hypothecariam. §. exceptionem. nume. 24. Iason in. §. item si quis in fraudem. nu. 128. Instit. de actioni. Antoni. Fanēsis de pignoribus. primo membro. 8. partis. princi. nu. 50. quam sententiam iure veram esse censet Matthæus Afflict. in cōstitutioni. Neapolita. lib. 1. rub. 17. nume. 26. quibus suffragatur, quod hypotheca est indiuidua. l. rem hæreditariam. ff. de cuiusdō. l. pignoris. ff. de pignori. Bald. in. l. quandiu. C. de distract. pignori. Et quod alioqui creditor cogereetur cum pluribus

pluribus rerum possessoribus litigare, & à pluribus separatim particulares solutiones recipere maximo cum discrimine, & grauissimis expensis. Contrarium tamen placuit Dino in dict. l. Moschis. Ioan. Fabro in dicto. §. item si quis in fraudem. nu. 26. & Chassanæo in cōsuetu. Burg. rub. §. 2. num. 37. quam opinionem æquiores esse, & ea ratione seruari in Regno Neapolitano testatur Matthæ. Afflict. in dict. nu. 26. Nec omnino prior sententia probatur in dic. l. Moschis. imò fortassis hæc posterior: cum inibi iuriconsultus responderit: contra omnem possessorem agendum esse. quæ quidem responsio intelligi poterit, vt contra omnem possessorem pro re possessa, & eius ratione, ac pro eius parte agatur: & sic prærata. deinde tex. in l. creditoris. ff. de distract. pigno. l. 1. C. si vnus ex pluribus hæred. credit. vel deb. procedunt, quando debitor ipse possidet vel aliquis ex eius hæredibus omnes res obligatas, aut aliquam earum. Nam eo casu hypothecaria actio competit in solidum pro re possessa per vnum ex hæredibus: nec fit diuisio quo ad hoc sicut fieret quo ad actionem personalem: quod optimè explicat Soci. in conf. 75. colu. pe. libr. 1. Quæ ob rem quibusdam visum est, pluribus possidentibus res hypothecæ titulo obligatas, qui non sunt debitoris hæredes: non potest creditorẽ hypothecaria agere aduersus quemlibet eorum in solidum: sed oportere pro rata, vt aiunt, & parte possessa eos in iudicium vocare, quorum opinio profectò maximam æquitatem habet. Sed nihilominus prior sententia verior est, & omnino cõprobatuæ auctoritate iuriscõsulti in. d. l. Moschis. Quia dictio omnis singularis numeri, cui libet in solidum actum tribuit. gl. Bart. alij in. d. l. Moschis. Bart. Imola, & Doc. in. l. hoc articulo. ff. de hæred. instit. Sic & Specula. tit. de oblig. & solu. §. 1. num. 46. versi. item debitor meus. eandem opinionem elegit, quam ipse opinor magis communem esse. Sed quia hypotheca, qua deducitur ex cõstitutione annui redditus super aliquo fundo, aliqua ex parte differt ab ordinarijs hypothecis: & præterea quodam modo similis est cõtractui quo iuxta formam iuris Pontificij census constituebatur, & modò constituitur ad imitationem fundi vectigalis: ex illo quòd constituto annuo redditu decem aureorum super tribus fundis ea constitutio in vim & virtutem constitutionis annui redditus nõ fit in solidum, sed pro parte cui libet fundo iuxta eius qualitatem, & quantitatem competentem, intelligenda: vnde si hæc tria prædia ad tres eorum singulares possessores deuenerint, quilibet pro æqua, & iuxta parte annui redditus cogendus erit eum soluere, & agnitionem ac re-

cognitionem facere, non equidem in solidum: secundum Guidonẽ Papæ. q. 432. Chassanæ. in dic. §. 2. num. 35. Rupellanum in lib. 1. Forens. Inst. cap. 10. ex text. singulari in cap. cõstitutus. de religio. domi. vbi Panor. num. 8. Anchar. nume. 13. huic sententiæ plurimum suffragantur. Et ideo ad quæstionem propositam respondendum esse censeo, ratione, & iure constitutionis annui redditus, non posse nec ad recognitionem redditus, nec ad ipsius solutionem per creditorem cogi, nec in iudicium vocari tertium possessorem: nisi prorata, & pro ea parte, quæ distributione facta pertinere potest ad rem per eum possessam: non autem in solidum: quod præter auctoritatẽ Guidonis, Chassanæi, & Rupellani ea ratione comprobatur: quia hæc hypotheca deducta à constitutione redditus irregularis est. Et licet regularis esset propter æquitatem, quam modò ad intellectum. d. l. Moschis. insinuauimus, isthæc opinio admittenda erit. non inficior opinionem istam dubiam esse atque ideo in praxi apud Hispanos rarissimè receptam fuisse: imò scio cõtrarium de finitum iudicium sententia esse frequentissimè. Nã & decisio. c. constitutus. obtinet in censu & pensione constitutis super pluribus ecclesijs. quo casu materia subiecta exigit ex mente contrahentium, quælibet ecclesiæ pro parte onus illud sentiat. deinde illud habet locum in proprio censu, cuius vetera iura meminere. Sed tamen etiam in hoc redimibili, fortassis casus contingens, eiusque circumstantiæ iudices persuadebunt, vt opinionem Guidonis sequatur.

Quòd si ad solutionem redditus agatur hypotheca ordinaria, quæ solet apponi in genere erga alia bona constituentis redditum præter illa, super quibus speciatim fuerit constitutus: tunc locus erit actioni in solidum aduersus quemlibet tertium alicuius rei possessorem, iuxta Bart. opinionem in dict. l. Moschis. imò & si ex pluribus constituentis redditum hæredibus vnus rem aliquam ex his super quibus redditus fuit constitutus, possideat: pro rata tantum non in solidum conueniendus is erit ad recognitionem, & solutionem annui redditus. Cum non agatur eo casu hypothecaria actione simpliciter, sed ratione cõstitutionis, & assignationis annui redditus super eadem re: quæ facta videtur pro rata, & distributiuè: licet in hac specie aduersus cõstituentis hæredes contrarium censeat iure verius esse Rupellanus in. d. cap. 10. per. l. 1. C. si vnus ex plurib. creditor. vel deb. hæred. quæ quidẽ obtinet, vbi ordinaria hypothecaria agitur: at nos hic tractamus de quadam hypotheca, quæ non omnino similis est cæteris: sicuti superius adnotatum est.

Ex capite sequenti.

- 1 Ex pacto adiectionis in diem, vel legis commissoria dominium transfertur absque noua traditione.
- 2 Pactum retrouendendi, etiam si fiat verbis directis non inducit translationem dominij absque noua traditione.
- 3 Intellectus. l. si cum venderet. ff. de pign. actio.
- 4 Pactum de retrouendendo, cum alioqui licitum sit, contractum tamen suspectum reddit.
- 5 Quid de pacto retrouendendi dationi in solutum adiecto, vel emptioni annuorum reddituum?
- 6 Latè discutitur interpretatio tex. in l. Regia. x. titu. 2. libr. 8. ordinat.
- 7 Annui redditus an emi possint ea lege, vt intra certum tempus liceat eos, non postea redimere?
- 8 Pactum, quod venditori non liceat ante certum tempus rem redimere, an sit licitum? & quid in annuorum reddituum emptione?

Pacti, quod de retrouendendo vulgò dicitur, propria vis, & natura expendit. Cap. VIII.



Quoniam hac ætate in his constituendis annuis redditibus reuendendi pactio sæpius apponitur, opportune tractabitur, quã vim hæc pactio in contractibus habeat quo ad translationem dominij, & an ex pacto de retrouendendo præsumatur contractus vsurarius? Nam hæc clausula reuendendi solet ita variè cõcipi, & scribi, vt non leuis sit dubitatio, an transeat dominium rei venditæ in primum venditorem statim, quod cõditio vel tempus secundæ vëditionis euenerit, absque alia traditione. Qua ratione aliquot conclusiones explicabo, quo hæc controuersia facilius dissolui possit.

- 1 Prima cõclusio. Ex pacto adiectionis in diem vel legis commissoriae trãsfertur dominium absq; noua traditione, & ideò competit rei vëdicatio. subijciam ad faciliorẽ intellectũ vtriusq; pactio nis exẽpla. Est etenim pactum legis commissoriae: cum ego Titio rem vëdo centum aureis, & eam

trado ea lege, & cõditione, vt si intra mensem pretiũ non soluerit, res sit inẽpta. Pactum autẽ adiectionis in diem concipitur in hunc modũ: vëdo rem Titio ita quidem, vt si intra mensem alius meliorem conditionem attulerit, aut pretiũ addiderit, res sit inempta: adueniẽte siquidẽ conditione trãsit dominium absq; traditione in priorẽ vëditore, qui legem contractui dixerit. tex. optimus in l. si quis hac. ff. de rei vendicat. vbi in princ. traditur exẽplum adiectionis in diem, & de pacto legis commissoriae. tex. in l. vlti. ff. de lege commi. l. commissoriae. verb. vëdicare. C. de pactis. inter empto. & vendit. glos. communiter recepta in l. traditionibus. C. de pact. Bald. Sali. & alij in l. ab emptione. ff. eo. Bar. & Paul. in l. in diem. ff. de aqua pluuiã. arden. idem Bart. in l. 3. §. Marcellus. ff. de in diem adiectio. tex. ad idem in l. si hominẽ. ff. de vsucapio. & in l. si duobus. ff. de diuers. & temp. præscript. tradit. Deti. in consi. 187. nu. 4. ex quibus apparet hanc opinionem communem esse. Quæ planè procedit nõ tantũ in pacto concepto verbis legis commissoriae specialibus, & expressis: sed & in eo, quod æquipollentibus verbis additum fuerit. Non enim verba, quæ à iure consultis legi commissoriae adscribuntur, de forma sunt: sed sufficiunt æquipollẽtia, vt sunt omnia, quæ important contractus resolutionem ipso iure, & directo, qualia sunt hæc: habeatur contractus pro infecto: & illa verba, quæ exequutionem facti significat, & præmittunt resolutionem ipso facto. tex. & ibi Bal. in l. vlt. §. 1. ff. de rescin. vendit. sicuti constat, vbi actum fuerit, quod in defectum solutionis possit venditor sine iudicis ministerio rẽ ipsam adsumere, possidere, & frui propria authoritate. quod in specie adnotauit Carol. Moli. in consuet. Parisi. tit. 1. §. 23. nume. 11. cuius sententia iudicio supremorũ iudicum confirmata fuit, quemadmodum ipse Carolus testatur in Alex. consi. 10. lib. 1.

Hæc verò conclusio iure, & frequenti omnium cõsensu admittitur, vbi pactio ista apponit contractui venditionis statim, & vt aiũt, in continenti. Nam si ex intervallo adscripta, additave fuerit: vt cunq; fiat, etiã verbis directis & proprijs legis commissoriae, vel adiectionis in diem concepta sit, non trãsfertur dominium in vëditore primum, absq; traditione. gl. celebris in d. l. ab emptione verb. cogaris. quam in ibi Doc. sequũtur. Bal. Saly. & Deti. in d. l. traditionibus. Paul. Cast. in l. 1. ff. de donationi. Alex. & Aret. in l. qui absentis. §. 1. colu. 2. ff. de acq. possid. idẽ Alex. in l. 1. colu. 3. ff. solu. matri. idem Alexã. consi. 10. nume. 7. lib. 1. & alij plures, quorum meminit Andreas Tiraquel. lib. 2. de retract. §. 1. gl. 7. nume. 4. & 5. Nec enim

enim ex his pactis legis commissoriae, vel adiectionis in diem ipso iure resoluitur venditio: cum hæc pactioes ex interuallo in conuentionem deducuntur. Quam ob rem oportet semper aduertere, & hac in re perpendere: an hæc pacta in ipso contractu statim scripta, & conuenta fuerint, an ex interuallo in pactioem adducta.

Secundo, eadem conclusio planè vera esse censeatur, quando pactio legis commissoriae, vel adiectionis in diem concipitur verbis directis: si verò verbis obliquis concepta fuerit, constat non transferri dominium absq; noua traditione: secundum glo. insignem in l. 1. ff. de donat. & inibi Barto. & Paul. Cast. idem Paul. l. 1. colum. 2. C. de pact. int. emp. & vendi. Alex. in l. Pomponi. §. prætereà. ff. de adq. poss. col. vlt. Iason in dict. l. ab emptio. ne num. 7. & 8. Rube. conf. 58. num. 2. Curti. Senior conf. 12. Alex. in dict. conf. 10. col. 3. Bald. Salycet. & Paul. in dict. l. ab emptio. quorum opinio communis est, sicuti factur Andr. Tiraque. in dict. glo. 7. nu. 17. & eam probat text. in l. 3. C. de pactis inter empt. & vendito. Qui ea lege, inquit Imperator Alexander, prædium vendidit, vt nisi pretium reliquum intra certum tempus restitutum esset, ad se reuerteretur: si nõ precariam possessionem tradidit: rei vendicationem non habet, sed actionem ex vendito. Hactenus Imperator. ex quo apparet, verbum, reuertatur, esse obliquum: quemadmodum & verba hæc, redeat, pertineat, atq; his similia. Nec hanc communem sententiam in pacto legis commissoriae verbis obliquis concepto negare nultè possumus propter autoritatem tex. in dict. l. 3. at in pacto adiectionis in diem, etiã si id verbis obliquis conceptum fuerit, eadem sententia periclitatur autoritate iurisperiti in dict. l. si quis hac. ff. de rei vindicat. cuius verba subijciam ad apertio-rem huius rei probationem. Si quis hac lege, inquit Vlpianus, emerit, vt si alius meliorem conditionem atulerit, recedatur ab emptione: post allatam conditionem iam non potest in rem actione vri. Sed & si cui in diem addictus sit fundus, antequã addictio facta sit, vt in rem actione potest postea non poterit. Hæc iurisperitus, qui expressim mentionem facit pactiois adiectionis in diem, & verbis obliquis conceptæ: dum scriptum est, recedatur ab emptione, & tamẽ assue- rat post allatã conditionem meliorem, dominium ipso iure ab emptore in venditorem transferri. Et idem in 2. part. respõsi traditur, nec est vlla differentia inter primam & secundam partem: nisi quòd in prima, nulla dies adiecta fuit pacto, at in secunda dies certa pacto fuit scripta. Quod si dixeris Bartolũ sequutus in priori respõsi parte, ea verba: postea

non poterit, esse referenda ad emptorẽ, qui rei vendicatione vult agere contra venditorem, aut habet rem causam ab eo: quia tunc & si emptor habeat rei vendicationem repellitur tamen, & excluditur exceptioe pacti. Hæc profectò interpretatio maximam habet diuinationem, verbaq; iurisperiti satis singularia plurimũ restringit: siquidẽ cũ ea generalia sunt, actioneq; in re emptori minime competere indefinite significet. Bart. ea interpretatur ita durè, vt parũ significasse iurisperitũ censeat. deinde si Bart. interpretationem admittamus: falsum profectò videbitur, quod Accursius ibidẽ censuit scribens, in eadẽ iurisperiti respõsione probari, speciale esse ex pacto legis commissoriae, & adiectionis in diem, dominium transferri absq; traditione in venditorem: quod post Accursium satis receptũ est. Accursius autem hanc specialem assertionem tradit in eiusdem tex. specie, scilicet, vbi concepta fuit pactio verbis obliquis: ergo saltẽ ex hoc apparebit autoritas gl. aduersus communem sententiam. Præterea in secunda parte text. sunt eadem verba, actionem in rem denegantia, quæ in prima: & tamen constat in ea parte emptori aduersus eẽs actionem in rem negatam esse: igitur Bartoli expositio non admodum est iurisperito conueniens: etiam si dixeris in secunda parte verbis directis conceptam fuisse pactioem: cùm hoc ex eo responso minime deducatur, nec constet, magis conceptũ fuisse pactũ verbis directis, quàm obliquis: imò generalis est Vlpiani responsio. Quam ob rem ego censeo satis dubiã fore opinionem comunem in pacto adiectionis in diem: nisi quis probare velit, verbum hoc: recedatur ab emptione: esse directum, quod Barto. negat in dicta. l. si quis hac. & Saly. in l. traditionibus. atque ibidem Claudius columna secunda. C. de pact. Nec oberit text. in dict. l. 3. C. de pactis inter empt. & vend. quia tractat de pactioe legis commissoriae: quæ & si in contractu venditionis permissa sit, non est admodum iusta: cùm apponatur in pœnam non soluti intra certũ diem pretij. Et ideo mirum nõ est, si ex eo pacto verbis obliquis concepto, dominium absq; noua traditione in venditorem minime transferatur.

Secunda conclusio: pactum de retrouẽdendo etiam si verbis directis fiat, non inducit translationem dominij absq; traditione. Vnde fit, vt & si dictũ fuerit: quòd oblato pretio emptori a venditore res sit inempta, nihilominus oportet, traditionem accedere solutioni pretij. Nam & cùm speciale sit in pacto legis commissoriae, & adiectionis in diem, quòd non requiratur traditio: inde deducitur, in pactioe reuẽdendi non idem esse:

Variarum Resolutionum

imò traditionem exigi ad translationē dominij: sicuti tenuerunt Bart.in.l.1.num.10.ff. de dona. Bart. & Salyc.in.l.1.si prædium.C.de ædilit. actioni. Areti.in.l.1. qui absent. §.1.ff. de acquiren. pos sessio. Iason in.l.1.ab emptione.columna.3. ff. de pact. Corne.conf.96.column.vltim. libr. primo. Carol.Ruinusconf.32.num.15.&.26.libro primo.& confil.sequenti. Curtius Senior dict. confil.12. Angel.in.l.1. si quis hac lege.in princip. ff. de rei vendicat. Imola in capit. illo vos.num.16. de pignori. quorum opinionem sequitur, asseuerās eam communem esse Alexand.in conf.10. libro prim.num.5. hanc etiam sequuntur Catellianus Cotta dictioe Pactum:& alij per eum relati. qui bus suffragatur textus, in dicta.l.1. si prædium. C. de ædilit. actioni. ratio item satis vrgens colligitur ex.l.2. C. de pactis inter emptor. & vendito. qua probatur, venditori ex pacto de retrouendendo actionem personalem competere: quam ob rem manifestum est, non transire dominium in venditorem: quia nemo actione personali agit ad rem propriam consequendam: nisi conditione furtiua. l. vltim. in fin. ff. vsufru. quemadmod. caue. & in. §. sic itaq;. In h. de actioni. quin & hanc opinionem, quam diximus communem esse, tenet Paul. Castrens.conf.306. quam lóga.lib.2. idem in.l.1. si à te. C. de pact. int. empt. & vendit. Nam quod pactum de retrouendendo verbis obliquis appositum, non habeat hunc effectum, quod transferatur dominium in venditorem absque traditione: proculdubio ab omnibus frequentissimo omnium cōsensu receptum est, secundum Cumanum in.l.1. ff. de donatio. & ita à plerisq; probatū est, quos nomina tim citat Andreas Tiraquel.in dicto. libr.2. de retract. §.1.glossa.7.num.12. quo in loco diligēter hanc quæstionem tractat. Ego sanè fateor frequentiori doctorum sententia probatum esse, non transferri dominium in venditorem ex pacto de retrouendendo verbis obliquis cōcepto: eamq; opinionem admitti à Paulo Castrensi in dict. l.1. si à te. & ab omnibus his, quos in hac secūda conclusione citauimus. quod si pactum reuēditionis verbis directis fiat, & cōceptū fuerit: Bar. in dict. l.1. nu.10. & idem authores, quorū modo meminimus, paucis exceptis, itidē asseuerāt, nō transferri in vēditorem ipso iure dominium: sed necessariam esse traditionem. eamq; opinionē arbitror communem, aut saltem magis receptā esse. Nam Alex. & alij, qui Bartoli opinionē cōmune esse censent, expressim & hāc cōmunē fore fatentur. Nec tamen ea probatur in dic.l.2. C. de pact. int. empt. & vendit. cū inibi tātū agatur de pacto retrouēdendi iuxta communē

formulam, quæ obliqua est, cōcepto: nō autem de formula legis commissoria, vel adiectionis in diē: & sic de verbis directis. quod Accursi. ibidē sensit. qua ratione aptior est huic Docto. sententia text. in dict. l.1. si prædium. qui fortissimam exhibet huic opinioni probationem. Verū & in hac specie, quod pactum de retrouendendo verbis directis appositum, inducat ipso iure dominij translationem absq; traditione, iure probare nituntur, & constanter adserunt Pau. in dict. l.1. si à te. Cuma. in dict. l.1. pri. ff. de donatio. Curti. Senior in additione ad eius confil.12. in fine. Paul. Castrens.in.l.1. qui absent. §.1. ff. de acqui. poss. & ibi Alexand. nu.7. idem in.l.1. si ita quis. §. ea lege. num.5. ff. de verb. obligat. Cynus in.l.1. q.1. C. de rebus alienis non alienand. Bald. in.l. ea lege. numero.7. C. de condict. ob caus. & ibi Salice. in.2. & vltim. opposit. Rubeus confil.146. columna.3. Deti.conf.187.num.4. Carolus Molin. in consuetud. Parisi. §.23. numero.11. Nicolaus Boerius. decisio.181. numero.19. Iason confilio.211. libro.2. numero.2. idem confil.128. lib.4. nu.4. vbi hāc opinionē asserit cōmuniorem esse. idem fateatur Tiraq. in dict. glo.7. nu.15. eam sequutus. quibus ad stipulatur tex. in signis in.l. voluntate. §. vlt. ff. quib. mod. pig. vel hypothec. solua. cui nō potest congruē responderi. Et ideò hęc opinio iure vrior mihi videtur: non obstante. l. si prædium. quia ibi actio redhibitoria datur emptori, resoluta emptione ad hoc, vt venditor cogatur rē accipere, & pretiū solutū reddere ipsi emptori. Nec adeò recepta est cōtraria sentētia: quod omninò teneamur eam cōmunē esse fateri: siquidē plures posteriōrē hanc opinionē in specie asseuerāt, & sentiūt Iaco. & Alberi. in dict. l. traditionibus. in fine. C. de pact. & pleriq; alij. si eorum rectū sensum consideremus. Constat enim resoluta venditione ipso iure: dominium, quod in emptorem translātū fuerat, in venditorē iterum transmitti absq; traditione: quia per hāc resolutionē, quæ ipso iure fit, omnia in pristinum statum redire: authore iuriconsulto in dict. l. voluntate. §. vlti.

Cæterū vtcunq; sit, etiam si sequamur priorē & Bart. opinionem: illud omittēdum non est, eam sententiam obtinere quo ad dominium directum & directam in rem actionem: siquidē vtile dominium, & vtilis in rem actio absq; traditione competit venditori ex pacto reuēditionis etiam iuxta communem formulam obliquē cōceptam. text. singular. in.l. si cūm venderet. ff. de pignorat. act. quo in loco Paul. de Castro hoc ad notauit. idē ex ea decisione colligūt, & probant Anania in cap. conquestus. de vsur. colū.3. Masfuerus in praxi. titu. de retract. num.4. Soci. cōf. 80. lib.

80. lib. 3. colū. 1. Burgenſis in capit. ad noſtram. de empt. & vendit. nume. 60. Deci. conſi. 614. num. 4. Antō. Rube. conſi. 58. colum. 2. Tiraq. diſt. gl. 7. num. 7. Rogerius à Mota in l. traditionib⁹. C. de pact. nume. 54. dicens hanc opinionem Pauli Caſtrenſis magis communem eſſe, quam teſtatur in Parienſi prætorio ſeruata, & receptam fuiſſe Chaffanz. cōſil. 33. colum. 3. & item in ducatu Sabaudię Hieronym. Cagnolus in l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. num. 84. eaq; apud Piſtones cōſuetudine admittitur: quam Tiraque. refert dic. lib. 2. §. 3. eandem opinionem ſequitur Angel. Aret. in §. itē ſi. nu. 22. Inſti. de exceptio. non obſtat tex. in dic. l. 2. quo probatur, actionē perſonalem dari venditori: quia non incōuenit actionem perſonalem ſimul, & vtilem in rem alii cui ob eandem cauſam competere, ſicuti expreſſim probatur in diſt. l. ſi cūm venderet. vbi datur à ſtio in rem ſimul cum actione in factum. Verū Alex. in diſt. conſil. 10. lib. 1. Curti. Senior diſtō conſ. 12. laſon in diſt. l. ab emptione. num. 8. Hieronymus Cagnol. in diſt. l. 2. num. 82. & Aymon conſi. 12. nume. 7. ab hac Pauli Caſtrenſis ſententia reſeſſerunt exiſtimātes, etiam vtile dominiū minimē transferri, nec transmitti in venditorem ex pacto iſta reuendendi: nec ei vtilem actionem in rem competere: conanturq; reſpondere authoritati iuriſcōſulti in diſt. l. ſi cū venderet. dicentes, inibi ideo competere actionem in rem debitori: quia creditor nō tranſtulit in emptorē dominium per venditionem pignoris: ſed tantū ius ipſum pignoris. quod & Cumanus fatetur in l. i. ff. de donat. probatq; Regia. l. 48. titu. 13. part. 5. quæ quidem reſponſio minimē ſatisfacit: cūm in eadem ſpecie, cuius meminit iuriſcōſultus, dominium trāſlatum fuerit in emptorem ex eo quod diſtractio pignoris facta fuerit per credito rem conſentiente debitore, qui dum hunc conſenſum exhibuit, ius redimendi rem, & reuenditionem ſibi excepiſſe videtur: cūm ratā habeat venditionem à creditore hoc ius in vtilitatē emptoris excipiente factam. At ſi dixeris, apud iuriſcōſultum non conſtare nec de conſenſu, nec de rati habitatione debitoris: fatebor equidem id expreſſim inibi non ſignificari: ſed tamē colligitacitē, aut ſaltem dicendum erit, venditionem factam fuiſſe à creditore lege, & iure permittentibus: & ideo trāſlatum eſſe dominium in emptorem: quod omninō probatur in diſt. l. voluntate. §. vltim. quam obrem mihi plurimū placet Pauli Caſtrenſis ſententia.

Hinc apparet quid dicendum ſit in ea quæſtione: qua quæritur, vtrum venditor ratione pacti de reuouendo poſſit oblato, & conſignato

pretio rem conſequi à tertio poſſeſſore. qui hæres emptoris non ſit? Nam qui Paulum Caſtrenſem in diſt. l. ſi cūm venderet. ſequūtur, neceſſariō concedunt, & fatentur, poſſe venditorem à quocunq; poſſeſſore, etiam ſi iſis hæres emptoris non ſit, rem petere vtili rei vēdicatione: quibuscunq; verbis cōcepta fuerit pactio: atq; ita præter alios Carolus Moli. in Alex. conſi. 10. ſcribit, quadam æquitate fieri, vt vēditor habeat aduerſus quencunq; poſſeſſorem actionem in factum in rem ſcriptam. Nec tamen me latet Alexand. Imolenſem, & eos qui eidem ſubſcribere palam contrarium probare, negantes, actionem venditori ex eo pacto competere aduerſus tertium poſſeſſorem, ſed tantūm perſonalem contra emptorem & eius hæredem. quod idem Pau. Caſtrenſis ſibi parum conſtans fatetur in diſt. conſi. 306. libr. 2. ad finē. & ſenſit in diſt. l. ſi à te. C. de pactis. int. empt. & vendit. atq; itidem ſcio poſſe in acerrima diſputatione reſponderi ad iuriſcōſulti reſponſum in diſt. l. ſi cūm venderet. Et nihilominus opinor Pauli de Caſtro ſententiam in præxi recipiendam fore. cui adde Guido. Papat. conſil. 49.

Sed & ſi reſellenda foret opinio Pauli, tunc in ea quæſtione, quam modo tractamus, inquirendum erit, an verum ſit, quod de pacto retro uendendi Pau. idem & alij opinantur, cūm id fuerit verbis directis conceptū: nam qui conſent ex eo dominium tranſmitti in vēditorem abſq; traditione ſtatim oblato, & conſignato pretio: facile, imō omnino concedūt, actionem in rem poſſe aduerſum quencunq; poſſeſſorem in iudicium deduci. qui verō contrariam veriorē eſſe conſent, negabunt planē, actionem aliquam venditori cōtra tertium poſſeſſorem, qui hæres emptoris non ſit, competere.

Hiſ ſanē explicitis conſtat, pactiōnē reuouendendi licitam omninō eſſe non tantūm iure Cæſarum. diſt. l. 2. C. de pact. int. empt. & vēdit. vbi Angelus, & Paul. Caſtrenſis. Regia. l. 42. titu. 5. part. 5. ſed & iure Pontificio: ſicuti ab ſpeciali argumentatione deducitur à text. in capit. ad noſtram. de empt. vbi Anchara. Abb. & Inol. idem Ancha. conſ. 30. Et item in animæ iudicio ſecundum Cōradum. q. 83. Alberi. in. d. l. 2. Archid. in ca. pleriq; 14. q. 3. Et probatur Leuitici, cap. 25. cū cta regio, inquit dominus, poſſeſſionis veſtrę ſub redēptionis cōditione venderetur. quod latē tradit Andreas Tiraq. in li. 2. de retract. in prin. quo in loco Latinē appellat hoc pactū retractū conuentionalem: aut pactiōnem reuouendendi. tractat & idem Coraſius li. 3. Miſcell. ca. 9. atq; ideo admodum opportunē dubitatur, quæ fuerit ratio: vt à

Variarum Resolutionum

Romano Pontifice in dict. capit. ad nostram. ob pactiōem istam contractus venditionis iudicatur p̄sumptione quadam vsurarius? quidam etenim censent, hanc p̄sumptionem nō ex sola pactiōe reuendendi adsumi: sed ex tribus simul in venditionis cōtractu contingētibus: pactiōe scilicet ista: modico p̄tio, & ipsius emptoris consuetudine exercendi artē vsurariam. Nā hęc tria necessariō adiungi oportere, vt contractus p̄sumatur vsurarius, existimant Cynus & Salyc. in. l. ab emptiōe. C. plus valer. quod agitur. Cardinal. in cle. i. §. vltim. quæ. l. 18. de vsuris. quam opinionem sequuntur asseuerantes eam esse cōmunem Alexā. consil. 109. col. vltim. libr. 4. C. epola de simulat. contractū. colū. 1. sexti casus. Corne. cōsi. 4. lib. 1. Corasius lib. 3. Miscell. capit. 9. Tiraquel. libr. 2. de retract. in p̄fatione nume. 5. idem asserit Antoni. Burgenfis in dicto capit. ad nostram. de emptiōe. vbi Anchara. & Cardinal. eandem sententiam probant, quos & Deci. sequitur cons. 167. qui nō audet asserere eā magis receptam esse: sed tamen id testatur pluribus citatis authoribus Hierony. Cagnol^p in. d. l. secunda. C. de pactis int. empt. & vendit. colum. 3. quibus ad stipulatur: quod pactum reuendendi licitum omnino censetur: venditio que minori pretio, & viliori fieri debet ad iustitiā cōmutationis, quā si liberē absq; redimēdi pactiōe fieret: sicuti Panor. fatetur in dict. ca. ad nostrā. col. 2. & plures alij, quorum sententiam rationibus, & authoritatibus probabimus hoc lib. capit. 10. igitur minimē conuenit contractum venditiōis cum redimēdi pactiōe, illicitum iudicare ex pretij vilitate, & ex modico pretio: cū id necessarium sit eidem cōtractui accedere, vt iusta existimeretur venditio: quod est in hac disputatione omnino considerandum.

E contrario, quod sit satis ad p̄sumptionem vsuræ, venditionem factam esse cum pacto redimēdi, vel reuendendi, & viliori pretio: probat rex. iuxta quorundam interpretationem in dict. capit. ad nostram. vbi Romanus Pontifex ex his duobus p̄sumit contractū esse vsurarium. idē ex eiusdem responsi authoritate scribit gloss. in capit. conquestus. de vsur. quā sequuntur inibi Panor. & Anani. Antoni. Abb. Barb. & Burgenfis, numero. 46. in dicto capitu. ad nostram. Alberi. in. l. 3. C. plus valere, quod agitur. Alexā. in ad ditionibus ad Bartol. in. l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de actioni. emptio. Matthē. Afflict. de cisione Neapoli. 319. Imola in capit. illo vos. numero. 18. de pignoribus. Alexand. consil. 54. libr. 6. quam & communiori sententia probatam esse testantur Panormi. consil. 76. libro primo. Fer-

rati. caut. 17. Chassanz. in consuetu. Burgun. rubri. 5. §. primo. numer. 22. Thomas Gramati. decisio. num. 29. Matthæ. Afflict. in rubrica. de feudo dat. in vicem legis commiss. numer. 105. Pau. Parisi. consil. 55. nume. 29. & consil. 54. num. 62. & alij plures per eum nominati citati: quorum item sententiam in Prætorio Rotæ seruata m̄ p̄ fuisse asserit, eam sequutus Cassador. decisi. 1. de vsur. Et in Neapolitano Senatu Matthæ. Afflictus ac Thomas Gramati. in p̄dictis decisionibus. Sed si exactius p̄sitemus Romani Pōtificis responsum in dict. capi. ad nostram. planē constabit, hanc communem opinionem ea cisione minimē probari. Nam p̄ter alia ibidem expressa, quæ ad hanc rem induci possunt, apparet, emptorem mutuum à v̄ditore petiitum negasse, & ex ea causa coactum fuisse venditorem vrgēte inopia: domosq; & oliuas eidem v̄didisse, apposita pactiōe pacti reuendendi, & viliori pretio, quā ipse res iusta æstimatione valerēt.

Vnde nimirum si ex his Romanus Pōtifex p̄sumpserit, eum cōtractum in fraudem prohibita vsuræ gestum fuisse. Deinde aliud in eam pactiōem deductum fuit: quod maximam suspicionem fraudis iure optimo exhibet: nempe de finitio illa, & restrictio tēporis, quō res erat redimenda à creditore, aut iterum ab eo emēda. Cōuentum etenim est, quod v̄ditore ab emptore à septennio vsque ad nouennium posset rem ipsam oblato, vel reddito pretio prioris v̄ditionis, vt propriam rem titulo reuenditionis habere: si quidē hęc cōuentio nimis est suspecta: quia emptor ipse certus est in quencunq; euentum se habiturum p̄cipuos septem annorum fructus: quos vltra sortem percipit, quibus profectō rationibus satis compertum est, in p̄missa Decretali, contractū vsurarium censerī, non ex his duabus conditionibus, quas ad hoc sufficere existimant glo. Abb. & sequaces: sed ex alijs coniecturis quæ efficacem vsuræ p̄sumptionem inducunt, p̄sertim quod in eiusdem Decretalis specie non ita simpliciter actum est pactum de retrouendendo: sed potius inter emptorem, & venditorem cōuentum est, quod si venditor pretium reddidisset, aut obtulisset, res vendita illi restitueretur, hoc autem pactum longē distat à pacto retrouendendi: atq; maiorem habet vsuræ suspicionem: cū potius naturæ pignoris conueniat: cuius ea est natura, vt sine noua conuentione, oblato pretio res pignorata debitori restituat. l. si rem. §. omnis. ff. de pign. actio. Et ideo pactio ista, cuius Romanus Pontifex in dict. capit. ad nostram. mētionem fecit, maiorem simulationem arguit: sicuti tradunt Cornicus in dict. consil. 4.

consil. 4. libr. 1. & Carol. Ruinus consil. 16. nu. 11. lib. 4. Imò eam pactionem contractui venditionis adiectam, vsurariam esse seclufis alijs coniecturis, scribit Hieronym. Paulus in Prouinciali & practica Cancellaria, Folio. 24. cui in hoc minime consentio propter auctoritatem Cesarum in dict. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. & quia absq; vlla labe, & vitio, si fraus absit, pactum id contractui venditionis accedere poterit. Sat igitur eij haectenus insinualle, non probari omni no in dict. cap. ad nostram. duo tantum sufficere ad suspicionem, & praesumptionum vsuræ: nempe pactum retrouendendi: & pretij modicitatē: quauis id pleriq; ita visum fuerit.

Cæterum ad sedandum hunc opinionum conflictum ipse opinor, hanc controuersiam, & eius definitionem delegandam esse arbitrio boni viri, ac iudicis discreti, qui ex varijs coniecturis arbitretur, contractum vel iniquum esse, vel iustaratione toleradū: quod & Corneo visum est in. d. consil. 4. libr. 1. quandoq; etenim ex pactione retrouendendi, & modico pretio absque alia praesumptione iudex æstimabit, contractum vsurarium, & illicitum esse: quādoque præter hæc duo & alia erunt exigēda ad vsuræ, & fraudis suspicionem. Hoc vero iudicis arbitrium ex pluribus instrui poterit. Primum equidem si cum pactione retrouendendi cōtingat, valde modicum pretium pro ipsa dari, profectò maximum signum erit: cum contractum fraudis & vsuræ esse participabile: eo quod probetur fœnerandi contractus. sicut uti Caro. Molina. censet in tract. de contract. 7. 50. & in Alagan. consil. 5. libr. 6. Sic secundum eundem ab hoc contractu venditionis cum hac retrouendendi pactione, etiam si venditio facta sit vili pretio, aberit vsuræ praesumptio, si emptor bona fide contraxerit omnino ignarus huius grauis suspicionis, quæ ex modicitate pretij venditori suspexit illata: cum enim emptor putauerit iusto pretio emere, satis æquum est, cum ceteri fraudis, deceptionis, ac vsuræ in expertem.

His accedit, quod contractus hic, si à rustico, aut muliere fiat, non sic praesumendus erit vsurarius, ac si ab alio esset factus, secundum Bal. in. l. cum allegas, & ibi Fulgosi. C. de vsur. l. aso. in. l. si quis id quod. notab. 5. ff. de iuris. omni. iud. & in l. iuris ignorantia. col. 1. C. qui admitti. Tiraquell. post alios in dict. lib. 2. de retract. in princip. nu. 34. qui in eadem praefatione posuit aliquot coniecturas, ex quibus in hac pactione poterit vel augeri, vel minui praesumptio vsuræ. idem & aliam tradit lib. 1. de retract. in praefatione. numero. 37.

Sed & an hæc vsuræ praesumptio, quæ oritur ex huiusmodi pactionibus: operetur in datione

in solutum: dubitari solet. Et placet quibusdam, nō ita facile hanc suspicionem subesse huic dationi in solutum, quæ fit ob causam necessariam, & in cuius actu non interuenit pecuniæ numeratio, quæ allicit, & inescat homines, vt in simplici venditione, & ideo in datione in solutum non esse fraudem nec vsuram ex pacto retrouendendi, etiā modico constituto pretio, praesumendam, afferunt Fulgo. consil. 134. colum. 2. Deti. consil. 18. ver. nec obest quod datio. Cagnol. in. l. 2. C. de pact. int. empt. & vendit. colum. 3. 2. limitatione. quos Tiraquell. sequitur in. d. lib. 2. de retract. in praefatione. nu. 27. contrarium tenuerunt Ang. consil. 243. ad finem. Imola. consil. 98. colum. vlt. & consil. 99. Barb. consil. 51. libr. 1. Cassador. decisione. 2. de vsuris. Pau. Paris. consil. 54. nu. 62. & 69. quibus ego libenter accesserim: modo bonus vir arbitrium ex coniecturis varijs huic suspicioni accommodet: atq; omnia exactissime perpendat, & cūcta rime tur ad eliciendam contractus simulationem.

Tandem ex praenotatis apparet, an auos reditus emi licite posse hac expressa pactione: vt venditori liceat eos redimere: atq; ita constat, horum redituum venditioni iuste accedere posse pactionem retrouendendi: etiam si reditus in pecunia constituantur: quemadmodum expressim statutum est in dictis Romanorum Pontificum constitutionibus. & probant late Conrad. in tract. de contractib. q. 83. & Ioan. Maior. in. 4. sen. dist. 15. q. 43. qui asseuerat, hanc opinionem ab omnibus receptam esse. Nec emptio horum redituum ex eo illicita censerit debet, quod pactionem istā redimendi habuerit: modo iusto pretio reditus constituantur: absq; omnis vsuræ praesumptio, quæ ita plane admittum est fere in toto orbe Christiano, vt iam nō liceat rem hanc in dubiū reuocare.

Alfonsus vero vndecimus huius nominis Castellæ Rex apud Complutum anno domini millesimo trecentesimo quadragésimo octauo legē edidit, quæ prima est in vulgatis regijs ordinationibus tit. 2. lib. 8. qua sancitum est, contractum venditionis ex eo vsurarium censeri, quod fuerit appositum retrouendendi pactum: aut rem venditā, redimendi pretio intra certum tempus restituito: vel post certum diem, & non prius restituendo: modo pactum sit, fructus rei venditæ interim dum non redimatur ad emptorem pertinere. Hactenus ipsa legis summa: ex qua ego iuxta sensurā apertiore deduco, alterum ex duobus cū clausula de percipiēdis præcipuis ab emptore fructibus, efficere contractum venditionis vsurarium: nempe vel pactū redimendi, aut retrouendendi intra certum diem restituito pretio: vel ita conceptū, vt post certum tempus liceat venditori &

non

Variarum Resolutionum

nō prius pretium reddere remq; ipsam habere. Et ideo videndum erit, an iure eadem Regia constitutio, quamlibet ex his pactionibus satis idoneam esse censuerit, vt venditionis cōtract⁹ vsurarius sit iudicandus? Nam pactum redimendi, aut retrovendēdi intra certum diem pretio redito, licitum esse, planē constat: nec ea lex cōtractum iniquum facit: quod omnes fatētur: modō iustū rei pretiū vēditioni accesserit. Est etenim in mera facultate venditoris quando cūq; voluerit intra tempus definitum, etiam in crastino die redimere. Et ideo ea pactio licita videt esse: quāuis Regia lex ex ea contractum vēditionis vsurarium esse, statuerit. Vnde oportet inuestigare rationem: quare constitutio prædicta ex hoc pacto velit, contractum venditionis vsurarium esse. Et verē nihil aliud ad hanc rem aptius excogitari potest, quā quod simul & cum hac pactione apposita fuerit clausula de percipiēdis fructibus ab ipso emptore interim dum res ipsa non redimitur. Hoc autem mirum fortasse videbitur: cū ea conditio propria sit pacti de retrovendendo: siquidem ante redemptionē emptor fructus omninō percipit sibi: nec eos tenetur in pretiū imputare. text. & ibi Docto. in. l. 2. C. de pactis. int. emptorē & vendit. nisi dixerimus, conditionem à iure contractui etiam absque expressiōe conuenientem, si tamen ea expressa, & scripta fuerit, in cōtractibus præsertim suspectis, inducere fraudis præsumptionem: iuxta Baldi sententiā in. l. tertia. C. plus vale. quod agitur. versi. quid si in instrumento. & Felini in cap. si cautio. nume. 70. de fide instrumen. cū in solitæ cautiones & clausulæ simulationem & fraudem præ se ferāt. argumento glo. in. l. si quis sub conditione. ff. de conditioni. institutio. vbi Bal. & Angelus. idem Angel. in. l. penultim. C. de tuictioni. & Gerardus à Petra sancta in singul. 77. Ex quo infero, in emptione annuorū reddituum, quæ proculdubio odiosa est, vt constat, & fatentur, ac probant Tiraquell. lib. 1. de retract. §. primo. glo. 6. nume. 16. & Caro. Molinæ. de contractib. quæstio. 5. ad finem. sentit Innoc. in dict. capit. in ciuitate. de vsuris. & plerique alij, qui hunc contractum illicitum esse constanter asseuerarunt, non esse hanc pactionem admittendam: imō si fiat hæc emptio annui redditus hac apposita pactione, vt venditori liceat intra tempus certū redimere reditū cōstitutū: postea verō maneat is perpetuus, tūc hac sublata pactione etiam post tempus licita erit, & permessa redemptio: quod probatur in dictis cōstitutionibus Martini quinti, & Calixti: quibus hic contractus permittitur, modō libera maneat vēditori redimendi facultas: nec ea per pactionē

aliquā restringatur. & in specie ista adnotauit elegāter Carol. Moli. in dict. libide contractib. q. 50. nu. 352. tametsi Conrad. de cōtract. quæ. 83. conclus. 8. & Ioann. à Medina de restitutione. capit. de censu redimibili. velint, etiam hanc conditionem licitē adscribi, & adijci posse annui redditus pecuniarij emptioni: modō iustū pretiū arbitrio boni viri constituatur. Quia in re oportet animaduertere, annuos redditus tanto maioris æstimationis esse, quanto magis ipsa redimēdi libertas restricta fuerit. quod cū manifestæ rationis sit, probatione minimē indiget. Et probatur libertatem istam redimendi licitē posse restringi modō nulla adsit in pretio fraus: nam si licet hunc redditum emere perpetuum absque vlla redimēdi facultate: profectō iustū licebit eū emere data libertate venditori illum redimendi intra certum tempus: cū utilior sit hic contractus venditori, quā si redditus perpetuō alienatus fuerit. Nec oberunt Romanorum Pontificū cōstitutiones: quippe quæ licet probauerint emptionem annui redditus cum libera redimēdi facultate: non ex hoc reprobauerunt eandē emptionem: cū ea facta fuerit apposita pactione redimēdi redditum intra certum, & definitum tempus. Verūm ex eo qd emptio ista annui redditus odiosa, & suspecta censetur, quemadmodum proxime dictum est, mihi potius placet, hanc pactionē ab ea reijciendam fore: posseq; venditorē redditum redimere, etiam finito tempore per conuentionē restricto. Nec tamen censeo ob eam pactionem esse contractum istū vsurarium: quia & si pactio illicita sit, ea que ex causa à contractu reijcienda: non ex hoc necessariō colligitur, venditionem, seu emptionem istam vsurariā esse: pennisq; vsurarum obnoxiam: licet cōtrarium falsō quidam opinentur: præsertim autoritate Carol. qui in dict. q. 50. asseuerat hunc contractum vsurarium esse, & omninō ac totum ipso iure vitari. idē notant Guido Papæ. quæst. 516. & in tractatu de contractibus illicitis. nu. 26. Florent. in tracta. de vsuris cap. 2. §. 13. nume. 25. esse autem illicitum tenet Syluester. verbo. vsura. in. 2. 15. q. nisi dixeris hos auctores intelligendos esse, quando libertas redimendi restringitur ab initio, vt est manifestū ex eplū illud, de quo in versi. sequēti: atq; ita Carol. ipse expressim se ipsum explicat: sicut nōs tradidimus obiter lib. 1. hui⁹ operis. c. 9. nu. 9. idē ipse colligo ex Guidone & alijs mō citatis.

Sic sanē in hoc Gratanensi Prætorio sæpe pronunciatum est, pactionem istam à cōtractu reijciendam fore, liberamq; venditori cōpetere annui redditus redemptionem post tempus etiam à contrahentibus redemptioni præfinitum: imō

vidi

euti qualiter definiatur?

8 *Intellectus. l. Hæreditatum. ff. ad. l. Falcid.*

9 *Intellectus. l. cum Titio. ff. ad. l. Falcid.*

10 *Legatū annuum ciuitati, vel ecclesiæ relicto an finiatur centum annis? & quid de annuo legato priuatis relicto?*

De pacto redimēdi, cūm emptor vendere voluerit. & de iusto annui reditus pretio. Caput Nonum.



Praterea, quæ proximo capite explicuimus, erit itidē obseruandum; frequenter posse accidere, vt venditio fiat appositō pacto redimēdi iuxta volūtatem emptoris: id est, cūm primus emptor vendere voluerit. Et ob id opportunē dubitatur, liceatne, hanc conuentionē omninō fieri.

Nam Ioā. ab Imo. in capi. illo vos. de pignorib. num. 18. & Alex. consi. 54. col. 1. lib. 6. existimāt, venditionis contractū non ex eo vsurarium censeri, aut præsumi, quōd eam legem habeat, vt cūm emptor rē vendere voluerit, primus venditor eam reddito pretio emere teneatur: nō aliās.

Quam ob rem Imol. & Alex. præter passionem istam alia duo requirunt ad præsumptionē vsuræ, quæ in dicto capit. illo vos. referantur: nempe, quod reuenditio fieri debeat maiorī pretio quam facta fuerit vēditio: & clausulā de cōpurādis fructibus in ipsum pretiū, sortemq; præsumpti mutui. Hæc etenim duo necessaria sunt secundum eosdem, & magis cōmunem Doct. interpretationē, vt vsurarius contractus præsumatur. Sed huic sententiæ obstat: quōd vbi reuenditio in his

cōtractibus cōmutatiuis confertur in voluntatē ipsius emptoris, fructus interim percepti nō efficiuntur emptoris: imō sunt in sortem ipsam in putandi secundū Panor. & Io. An. in. d. c. illo vos. Conradum de contract. q. 84. cōcl. 5. Anto. Burgensem in cap. ad nostram. de emptio. & vendi. col. pen. Et Andream Tiraq. in. l. 2. de retract. §. 5 glo. 2. num. 3. per. l. quod si nolit. iuxta. l. cūm autē. §. penulti. ff. de ædilit. edict. l. imperator. & l. quod dictū est. ff. de in diē adiectio. igitur clausula de compensandis fructibus in sorte principalem in specie. d. ca. illo vos. non est contra naturam contractus: cūm inibi redemptio rei vendi-

tæ collata fuerit in liberam voluntatem emptoris: & ideō nihil venditori imputandū erit, quōd rem ipsam non redemerit: quia is eam redimere non poterat. Hæc tamen obiectio pluribus profectō modis dissolui poterit. Nā & si opinio Ioā. Andr. & Panor. receptior sit sicuti fatetur Ioan. Corasi. lib. 3. Miscell. cap. 9. falsa tamē videtur auctoritate glo. quæ in verb. percepti. probata per Cardinal. & Imol. in dict. c. illo vos. scribit, in eo casu, cuius ibidem mentio fit, fructus ad emptorem pertinere ex natura contractus: nisi aliud actum fuerit. Nec sententiā Panor. probat tex. in dict. l. quod si nolit. & l. cūm autē. §. cū redhibetur. Quia res ibi redhibetur ex causa de præterito, quæ inerat iam à tēpore vēditionis, qua ratione fructus post causam ipsam percepti restituitur. Quod placet Tiraquel. in. l. si inquam. C. de reuocad. donationib. verb. reuertatur. nu. 232. vel quia venditor eo etiā casu tenetur redhibitoria, quod ignorauit. l. 1. §. causa. ff. de A Edilit. edict. atq; ita Corasius in dict. c. 9. respōdit. Quinimō & idē Corasius atq; Imo. ab eo nō relatus in dic. ca. illo vos. nu. 16. hac in quæstione ita distinguēdū fore existimāt, vt quoties resolutio vēditionis ipso iure fiat, fructus ab emptore percepti venditori restituantur: at si venditio aliter quā ipso iure dissoluatur, fructus interim ab emptore percepti apud eum maneat: sicque intelligendos esse censent text. paulō antē adductos. An verō ex pacto legis commissoriæ, adiectiōis in diē: aut retrouendēdi fiat resolutio contractus, & venditionis ipso iure: diximus cap. præcedenti. Vnde, si vera est hæc Imolæ distinctio, planē deducitur iuxta eorum sententiā, qui assueuerant pactum reuendēdi verbis directis cōceptū ipso iure dissoluere priorem venditionem: fructus interim ab emptore perceptos, venditori restituendos esse: quod in specie adnotauit præter alios Ioan. à Medina de restitu. ca. de censu redimibili. §. esset dubium. Sic & contrarium respōdebunt hi, quibus placet etiam ex pacto reuendēdi verbis directis cōcepto, non fieri dissolutionem venditionis ipso iure: sicuti Imo. in dict. capit. illo vos. numer. 16. expressim fatetur, ipso autem iure intelligo venditionem dissolui, quoties dominium absq; traditione in priorem venditorem reuertitur. Verūm, si rem istam exactiori diligentia examinemus, satis manifeste apparebit, Imolæ & Corasij distinctionem minimē posse iure probari. Siquidem vbi emptio pure facta: sub cōditione resoluitur: fructus mediū tēporis ante resolutionē percepti: verē ad emptorem pertinent, quod probatur auctoritate iuriconsulti in. l. 2. ff. de in diē adiectio. sit autem

VEN-

venditionis resolutio ipso iure absque noua traditione, si pactio adiectionis in diem ita fuerit cōcepta: vt si intra mensem melior conditio adlata sit fundus sit inēptus, sicut constat ex prima capituli præcedentis conclusione: & tamen his verbis emptio pure facta sub conditione resoluitur auctore Vlpiano in l. prima. ff. de legat. commisso. Quo fit, vt licet venditio ipso iure resoluitur: nihilominus fructus ante resolutionem percepti emptoris efficiuntur: qui eos reddere non tenentur. Tandem his distinctionibus omisis iurisperitorum hoc in tractatu responsa sequutus ita arbitror hanc controuersiam dirimi posse. Aut etenim venditio dissoluitur ex causa de præterito, quæ inerat iam à tempore venditionis: & tunc fructus ab emptore percepti venditori sunt restituendi. dict. §. cum redhiberetur. Aut dissoluitur venditio ratione pacti legis commissoria: & proculdubio, vtcunque res sit, fructus sunt venditori restituendi quadam speciali ratione: quia nihil penes emptorē residere oportet ex re, in quâ is fidem se fellerit, vt scribit Neratius iurisperitus in l. lege fundo. ff. de lege commi. Vnde cum emptor aliquam partem pretij dederit, fructus sibi omnino percipit iuxta eiuſdem Neratij humaniorem sententiã ab Vlpiano receptam in l. si fundos. ff. eod. quod si venditio alterius pacti causa dissoluta fuerit, tunc fructus ad emptorem pertinebunt, cum emptio pure contracta fuerit, eiusq; reuenditio in euentu alicuius conditionis collata: vt si quis fundum alteri vendiderit ea lege, quod si meliorem alter conditionem attulerit is sit inemptus, at si venditio fuerit conditionalis ita lege dicta: vt perficiatur emptio, nisi melior conditio afferatur: tunc fructus interim percepti venditori sunt restituendi. tex. in dict. l. 2. & l. 4. ff. de in diem adiect. Vnde appposito pacto de reuendendo in venditione pura, constat euidenter fructus ad emptorem pertinere: l. 2. & ibi Bald. & Pau. Castrensis. C. de pacto. inter empt. & vendit. Hanc equidē distinctionem ferē deduximus ex his, quæ Andre. Tiraquel. scripsit in dict. l. si vnquam. verb. reuertatur. num. 129. & sequētibus. nec refert, pactum reuendendi in voluntatem venditoris, an emptoris collatum fuerit, etiam refragante Panormitano.

Adhuc tamē, & si vera censeatur Panormitana sententia, nihilominus respondendū erit: in dict. cap. illo vos. contractū usurarium præsumi ex adiectione illius conditionis, & legis: quod fructus in sortem impuentur. Nam licet ea conditio non foret contraria nature ipsius contractus venditionis, & fructus sint venditori restituendi: est tamen propria pignoratij contractus: & ob id cum

alij coniecturis vsuræ præsumptionem inducit. hoc etenim pactum tanquam inusitatum & insolitum in contractibus venditionum, facit fraudem præsumi, etiam si cedat in damnū eius, contra quem est fraudis suspicio vt eleganter scribit Bald. consil. 114. lib. 3. cui accedit Tiraque. lib. 2. de retract. in princ. num. 31. cum & ob nimiam cautelam fraus etiam præsumatur. gloss. in l. si quis sub conditione. ff. de cond. inst. non enim solent emptores sibi auferre ea, quæ iure vindicare possunt, nisi vt fraudem maiorem liberalitatis vel contegat. l. cum de indebito. ff. de probatio. cap. super eo. de renunciat. Sed & tertio illud erit obseruandum: vt deprehendamus in specie dict. capit. illo vos. clausulam de computandis fructibus in sortem: additam fuisse aduersus contractus propriam legem pactum reuendendi in ea conuentione ita scriptum fuisse, vt intra duos priores annos reuenditio in emptoris voluntatem collata fuerit: ita de iure, quod postquam emptor intra id ten: pus dixerit se velle reuendere, prior venditor annum habeat ad emendum, & pretium offerendum. Constat etenim fructus tertij anni iure communi ad emptorem pertinere: cum per venditorem steterit quo minus rem eo anno ex pacto habuerit, atq; ideo pactio de computandis ipsius tertij anni fructibus in sortem non inerat a iure & natura contractus: sed potius eius solutis conditionibus refragatur: que admodum considerat Antoni. Burgen. in dict. cap. ad nostram. colum. penult. de empti. & venditio. Quod si velis constat quarto loco omnia alia omittere, ac palam fateri eas pactiones, quarum mentio fit in dict. cap. illo vos. licitas esse: omnino diceudum erit, summum Pontificem ea responsione suspicionem & præsumptionē vsuræ à qualitate, & persona emptoris, qui solitus erat, vsuras exercere, non à contractu legibus habuisse. quod & loã. à Medina de restit. scribit folio. 176. Ex quibus deducitur, pactum reuendendi omnino licitum esse etiam si in voluntatem, arbitriumque emptoris reuenditio conferatur: & idem præter Inolam. Alexand. & Ioan. à Medina, tenet Ioannes maior. in. 4. sentē. distinct. 35. q. 43.

In hac denique difficilima quæstione ad eius perfectam examinationem distinguenda erit venditio rerum immobilium, aut mobilium: ab emptione annuorū reddituum. Atq; in priori specie plura sunt obseruatione digna. Primum quidē pactum istud, ex quo reuenditio conferatur in voluntatem emptoris licitū est, nec præsumptionē vsuræ inducit, nisi alia accesserint cōiecturę. tex. in signis in dict. capit. illo vos. Imol. ibi. nume. 18. Alexand. in dict. consil. 54. lib. 6. Ioan. à Medina

F dict.

Variarum Resolutionum

dict. libro de restitutione, capit. de censu redimibili. & probatur ratione. Quia sicuti res quaelibet perpetuò ab alienari potest, & ita vendi, vt nullo pacto emptor eam teneatur reuèdere: atq; item ea pactione vt quoties vèditor eam velit redimere, emptor teneatur vèdere: ita vt paria sint còtrahentiù iura, poterit venditor adstringi, & obligari ad emendum eam rem, quoties emptor eam reuèdere voluerit: nò enim vidèò quæ sit cògrua inter hæc duo discriminis ratio. Itè potest Titius obligari ad emendam rem aliquam, quæ Sempronij sit, quoties is eam vendere voluerit: quod nemo negabit: igitur poterit idem obligari ad emendam rem, quam ipse Sempronio vèdidit: cù Sempronius eam reuèdere voluerit: imodò iustù pretium venditioni accedat, quo fit, vt si nulla adsit in pretio iniquitas, possit venditor pactione obligari ad emendam rem ab eo venditam maiori pretio quàm ipse acceperit: quoties emptor eam vendere voluerit. Sunt etenim hic duæ venditiones: vna quæ actu fit: altera quæ in pactum ad voluntatem emptoris confertur: & ad iustitiam contractus pertinet, quod vtraque venditio iusto pretio fiat: potest tamen contingere eandem rem tempore prioris emptionis iustè valere decem: & tempore posterioris venditionis, omnino valere viginti. vnde nulla fit iniuria: imò æqua seruatur commutationis æstimatio, si maiori pretio vendatur ex pacto res eadem ab emptore ipsi vèditori, quàm is ab emptore acceperit. idem apparet in dict. capit. illo vos. vbi non sufficit hæc sola pactione absq; alijs, ad inducendam suspicionem vsuræ. Secundò hic oportet adnotare, rem venditam non esse minoris æstimandam ob pactum reuendendi collatum in voluntatem emptoris, quàm si absq; vllò redimendi pacto venderetur. quod satis constat ex text. in dict. cap. illo vos. & asserunt Antoni. Burgesis in dict. capitu. ad nostram. numer. 45. & Tiracquell. 2. libro de retract. num. 26. imò plaris ea res æstimanda erit: cùm id pactum in fauorem emptoris adiectum sit: eaq; ratione venditio perpetua est, quo ad vèditorem & sine vlla pactione, quæ in eius vtilitatem cedat: & præterea pactum habet in damnum vèditoris, & emptoris commodum: & ideo plaris ea res valeat quàm si simpliciter vendatur.

Tertiò ex prænotatis apparet iuxta veram interpretationem cap. illo vos. tria fore necessaria, vt venditionis contractus præsumatur foeneratiuus, quorum duo minimè sufficiant: nempè pactum reuendendi collatum in emptoris voluntatem: Clausulam de computandis fructibus in sortem, & pretium: item quòd reuenditio maiori pretio: quàm ipsa venditio fieri debeat. Hæc e-

nim tria secundum communem sententiam necessaria sunt: siue admittamus opinionem Panor. circa fructus interim perceptos venditori restituendos, siue teneamus in hac pactione redimendi ad voluntatem emptoris fructus ipsius emptoris esse. Quia & in hoc vltimo casu ea conuentio de computandis fructibus in sortem contraria est propriæ contractus naturæ: & ob id suspecta censetur.

Quartò est & illud adnotadù, admissa Panor. opinione: non ita facile præsumi vsuram in contractu venditionis ex pacto reuendendi ad voluntatem emptoris: vt præsumeretur si ea pacto in arbitrium venditoris esset collata: cùm minùs certus sit emptor de lucro in priori specie, quàm in posteriori, atq; in hunc sensum poterit aliqua ex parte defendi Imolæ & Alex. sententia. At si probemus appposita lege reuenditionis ad voluntatem emptoris: fructus ipsius esse: proculdubio maior subest vsuræ suspicio in ea pactione, quàm si reuenditio in voluntatem venditoris conferatur: quòd probat Carol. Molin. in dict. Alex. conf. 54. libr. 6.

Verùm in specie posteriori: in emptione scilicet annui redditus ab his pactionibus & conuentionibus abstinendum est. Nam & eas, earumve quamlibet suspectum efficere hunc contractum censeo, atque illicitum esse opinor: cùm hæc emptio annui redditus odiosa sit: tum etiam ob constitutiones Romanorum Pontificum, qui de hoc contractu tractauerunt. Sic sanè non licet annuos redditus emere cum pacto redimendi ad voluntatem ipsius emptoris. ea siquidem pactione efficit, quòd fors semel ab emptore data possit ab inuito debitore, venditorèque exigere: hoc verò est contra huius contractus naturalem conditionem: qua à mutuo & vsura distinguuntur: sicuti capite septimo huius libri probauimus: & præterea aduersus ipsas constitutiones, quibus hæc emptio annui redditus permittitur ea lege, vt fors semel data exigere ab inuito venditore non possit, qua ratione, & alijs hanc opinionem late probant Carol. Molin. de contractibus. quæst. 55. & quæst. 58. Conrad. quæst. 84. conclusi. quinta. quibus facillimè accederent hi, qui voluerunt, venditionis contractum suspectum esse, si fiat cum pacto reuendendi ad voluntatem emptoris: aut libera redimendi facultas alioqui venditori concessa, restringatur ita, vt non possit nisi post certum tempus redimere: quorum meminimus capi. præceden. nume. 8.

Sic etiam si annui redditus redemptio conferatur in voluntatem venditoris hac tamen lege, vt maiori pretio redditus redimendus sit, quàm constitutus fuerit, contractus erit illicitus: quòd probat

battex. in extrauagā. i. de emptione. ibi pro eadē summa. notant Conrad. q. 84. conclus. 4. Carol. Molinē. de contract. q. 51. licet Ioan. à Medina in q. de censibus. hanc, & præcedentem conuentionem licitas esse censent.

Est & in hoc annuorum reddituum tractatu illud potissimè inquirendum: quod sit iustum annui redditus pretium: cum Romanorum Pontificum constitutiones ad iustitiam huius cōtractus exigāt iusti pretij estimationem? Et in redditibus perpetuis quibusdam placet, viginti pro vno iustum esse pretium; ea ratione, quod iure cōmuni iustū pretium fundi sit, quantū viginti annorum fructus deductis expēsis confecerit. glos. in Auth. perpetua. & Salic. q. penulti. C. de sacros. ecclēs. Roma. consil. 423. Iason in. l. si fundam per fidei. cōmissum. col. 2. ff. de legor. Guido Papæ cōsili. 180. quorū opinio cōmunitis est secundū Tiraq. libro. 2. de retract. §. in glossis. numero. 19. & Caro. de contract. q. 5. num. 118. idem uenerunt Angel. Fulgo. & Paul. de Castro in dict. auth. perpetua. optimū textū in auth. de alien. §. si vero alicuius. ubi res ecclēs. dantur in emphyteusim. pro ea pensione: quæ in viginti annis faciat æstimationem ipsius rei. quali ea sit iusta pensio, quæ viginti annis continet æstimationem fundi; & ea sit iusta fundi æstimatio, quæ æquiualeat viginti annorum pensionibus. Sed is text. non probat cōmunē sententiā: quippe qui tractat de cōcessione in emphyteusim tēporalem rei Ecclēs. sticæ prætoræ, paucorū tamen reddituum. deinde eadē cōmunitis sententiā tex. habet satis contrariū in auth. de alienat. & emphyteus. §. Sanctissimas. quo constat, pretium fundi taxari, vt æquiualeat pensionibus quinquaginta annorum, id verò specialī quādam ratione institutum est in domibus vrbānis, quas ecclēs. Hierosolymis habebat cōtempore, quo valor vrbānorum prædiorum maxime creuerat. Nihilominus opinio gloss. & Doctor. in dicta authentica. perpetua. omnino certa non est: possunt etenim causæ aliquot concurrere, ex quibus fundorū pretium varietur, vel propter periculum hostium, quos proximos habet, aut ob vicinum flumen, aliave plura, quæ notissima sunt. text. in signis in. l. 3. §. diui fratres. ff. de iure fidel. Non tamen omnino refellenda est cōmunitis omnium sententiā: cum ea cōmuni, & frequētissima hominum æstimatione etiā probata fuerit. Et licet annui redditus perpetui iusta æstimatio non sit similis prædiorum æstimationi, quæ ex fructibus eorum deducitur: verè tamē negari non poterit optimam esse rationem diiudicandi iustum pretium redditus perpetui per similitudinem, & proportionem iusti pretij fun-

di, similem redditum cōmuniter deductis expēsis, ex fructibus afferentis. l. si fundus. ff. de bonis eorum. in princ. l. fundum per fideicommissum. ff. de legat. 1. & ibi Iason. l. si quis. C. de rescind. venditio. notat Carol. de contracti. quæst. 35. nu. 267. quandoque verò iustum pretium annui redditus censetur esse, quantum ascendit cumulus pensionum quindeciū annorum. l. si quis argentum. §. si autem donator. C. de donat. Ea tamen decisio specialis est fauore pauperis donatoris vt inibi apparet, & ita eum text. interpretantur ibidem Petrus, Cynus, & Alberic. Iason in. l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petat. colū. penulti. idem in. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de lega. primo. Gerard. singula. 34. Catellianus Cotta in memorabilibus, diēctione, Solui non potest. & Carol. in tractat. de contractib. quæstio. quinta. numero. 119. Rursus in authent. de ecclēs. titulis. §. sin autem. iustum pretium annui redditus censetur, si pro vno annuo dentur triginta quinque. Quin & in. l. 3. §. item si reipublicæ. ff. ad. l. Falcidiam. vnus numus hōnū æstimatur viginti quinque, ad rationem trientis vsuræ: quæ viginti quinque vnū consequitur anno quolibet. Item si Reipublicæ, inquit Paulus, in annos singulos legatum sit, cum de lege Falcidia quæreretur, Marcellus putabat, tantum videri legatum quantum sufficiat fortis ad vsuras trientes eius summæ, quæ legata est, colligendas; Hactenus iuriconsultus; ad cuius interpretationem illud adnotandum est obiter, quod & alij ante nos diligentius & seriū admonuerūt; nempe vsuram centesimam eam esse, quæ centum mensibus sortem efficiat. Fœneratores etenim solebant olim vsuras quolibet mense accipere in ipsis quidem Calendis apud Græcos, apud Romanos verò idibus quandoque, vt ex Cicero. ne, libr. 4. epist. ad Atticum in epistola de Euty chide grati, & lib. 14. in epistol. Et Pōpeiano. & Horatio, Epoda. 2. omnē relegit idibus pecuniā, quærit Calendis ponere, quidā adnotarūt. tamen si videam & Græcum morem à Romanis receptum fuisse frequenter, vnde Calēdarium appellabant librum, quo vsurarum ratio habebatur. l. nepoti. ff. de fundo instrum. l. qui filium. ff. de legat. 3. l. nomen. eodem titul. & idem deducitur ex lege. lecta. ff. si certum petatur. Illud fortassis ex Cicero. & Horatio potius placebit, moris fuisse apud Romanos Calendis pecunias fœnerarij, vsuras verò idibus solui, aut hanc olim fuisse fœneratorum consuetudinem, vt vsurā statutum calendarum diem in idibus concederent dilationem: quod ex autoribus adnotauit Petrus Pithæus libro. 2. aduersariorum. cap. 4. Quod adhuc ad centesimam conducit. Vnde vsura centesima est,

Variarum Resolutionum

quolibet anno ad rationem duodecim pro-
centum: erit & vsura triens ad rationem quatuor pro-
centum, quadrās ad rationem triū nummorū pro-
centum quolibet itē anno. Quam interpretatio-
nē in publicū addidit Hermolaus in Pliniū lib.
14. capit. 4. in secundis castigationibus. Bartholo-
Soci. in dict. §. item si Reipublicæ. Alciatus libr.
tērtio dispunct. cap. 1. Budæus libro primo. de as-
se. Leonardus Portius libro secundo de Monetis.
Theophilus in. §. plus autem. Instit. de actio. idē
in. §. sed quod principi. Instit. de iurē natur. gen.
& ciuili. Vigilius in præfatione ad Theophilum
Græcum, Anto. Augustinus libr. secundo emen-
dationum, capit. 10. Carolus. Molinz. de contra-
ctib. nume. 36. Constanti. Harmenopolus in Epi-
tome iuris ciuili, libro tertio, titul. de vsura. &
Ioannes Græcus legum interpres, qui sub tempo-
ra Iustiniani scripsit vitia quedam in ius ciuile
glossematā: quæ Vigilius in dict. præfatione ad
hanc rem adducit. id planē deducitur ex Colum-
mella de Agricultura libr. 3. capit. 3. qui ex Lati-
nis authoribus huius interpretationis testis est lo-
cupletissimus. Eandem centesimæ rationem ex-
pendunt Franciscus Othomanus libr. 4. de vsu-
ris. capit. 7. & Iacob. Curtius libr. 3. conlecturaliū
capitu. 29. Hæc verò vsura dicta est centesima ex
eo, quod centesima sortis pars vsuræ esset men-
strua: quemadmodum ex Harmenopulo Anto.
Augustinus adnotauit, quæ ex eodem scribit cen-
tesimam vsuram, eiusque rationem mutuatam
fuisse temporibus eiusdem Harmenopuli, vt &
centesima dicitur vsura, quæ centesimam trien-
tē & amplius excederet, nempe ea quæ ex septua-
ginta duobus aureis redderet quorannis duode-
cim aureos. Sic & Anianus Theodosiani Codicis
interpres libr. secundo. titul. 3. vsuram maiorem
centesimam appellant centesimam. Quod etiam
admonuit Georgius Agricola libr. 3. de præioret
monet. Lucullus autem in Asia Plutar. authore
in eius vita, oppressos alieno ære his legibus libe-
rauit. Primum enim non ultra centesimā iure fœ-
noris deinceps repertū instituit, omnes dein-
de vsuras capite maiores abscidit: postmodū, quæ ma-
ximū fuit, neminem imperat fœneratorem ul-
tra quartam fractionem debitoris posse accipere,
qui verò cum capite fœnus ipsū iunxisset: vtro-
que priuatum esse. Hæc Plutarchus de Luculli le-
gibus. Est igitur sensus iuriconsulti in. d. l. 3. itē
si Reipublicæ: quod si legata fuerit certa, & annua
quantitas: tantum legatum esse censetur, quantum si
testator legasset efficeret post annū ex trientibus
vsuris quātitatē annuū legato parē. Hinc sanē fit
Accursiū & ei assentientes omninō aberrasse dū
in. l. eos. §. 1. C. de vsur. & in. l. 1. ad fi. C. de his qui.

vt indig. & in authēt. de aliena. & emphyt. §. licen-
tiā. verb. centesimæ. & gl. in. c. ea enim. 10. q. 2. scri-
būt, vsuram centesimā eam esse, quæ quolibet an-
no sortē ipsam efficiat: eiq; æquiualeat. Quæ qui-
dem sententia prorsus est stolidissima: licet con-
tur eam defendere Cattellianus Cotta in memo-
ralibus. dictione: vsuræ trientes. Nam si vsura cen-
tesima quolibet anno sortem ipsa efficit: quis nō
videt quā iniqua sit Cesarum constitutio, quæ
eam quandoq; permisit quāmq; aliena ab ipso-
rum Imperatorū mente, qui & si vsuras permisissent,
non tamen ita immoderatas, & crudeles permisit
sent. Et præter hæc iuxta Accursiū & alios eius
opinionis, vsura triens esset, quæ quolibet anno
tertiā centesimæ partem penderet, redderetq;
atq; idē centum nummi singulis annis redderent
ex triente vsura triginta tres: at ex hoc sequeretur
in specie tradita per iuriconsultū in. d. si itē. si rei
publicæ. legatū triginta triū aureorū, quibus
quolibet legataris essent soluēdi, ad rationē legis
Falcis. nō esse pluris quā centū aureis æstimandū,
quod nulla ratione potest iuriconsultus & espōso,
conuenire. Sic quod Bart. in. d. §. item si Reipubli-
cæ. opinatur scribens: legatum annuum æstimā-
dum fore ex rationē legis Falcidæ ad præportio-
nem vnius pro triginta triūdem falciōnis. Quæ
ex his, quæ modō tradidimus: & contrariū iuricon-
sulti verbis secundū naturam veram, & præ-
prietam significationem: quod aduersus Bartolomæum
Socius dicit. §. item si Reipublicæ. Hermolaus
sequitur pluribus rationibus probat. Eandem ferē
rationē expendenda erit lex. XII. Tab. qua
sacrum erat, authore Cornelio Tacito lib. 5. ne-
quis vnciaris fœnore amplius exerceat. Est et-
iam vnciaris vsura, quæ centesimo demū anno
sortem æquat: nempe duodecima pars centesimæ,
& quasi vnciaris vnciaris: ex qua quolibet anno solue-
retur vnius nummus ad rationē centum, quibus con-
stat fors ipsa: quemadmodū expendit. eleganter
Francisc. Balduinus in leges. XII. Tab. l. 5. huius
equidem vnciaris fœnoris, meminit Scruola iuri-
scon, in. l. Titium. §. præfectus. ff. de admin. tut.
Titus item Liuius libr. 7. quo in loco iterū scribit,
T. Manlio Torquato & C. Plautio Cōss. fœnū
ciarium fœnus ex vnciaris factum esse. atq; idē
tunc fors ipsa constans ex. c. aureis, vñū tantū
aureū huius vsuræ rōne quolibet anno reddebat.

Ex quibus colligitur, annuū reditum quādoq;
iusto pretio æstimari ad rationē vnius pro triginta
ta quinque, quandoq; ad rationem viginti quinque;
& idē nihil certū hac in re à iure statutū esse, ap-
paret. fit igitur, vt in his reditibus perpetuō consti-
tuendis, quāntū ad iustam eorū æstimationem,
necessario obseruanda sit prouinciarū cōsuetudo,
ipsaq;

ipsaq; cōmunis hominum æstimatione, que cuiuslibet rei iustū pretium verè diffinire solet. l. pretia rerum. ff. ad. l. Falcid. sicuti Princeps, & Respublica possunt taxare iustum cuiusq; rei pretium. l. i. C. de episc. audi. c. i. de empt. & vedit. Io. Gerson. lib. de cōtractu. cōsiderat. 5. & 19. atq; in hac materia de cēsibus, & annuis reditibus Ioan. Francif. à Ripa lib. i. resp. cap. 19. & Carol. Molin. de cōtractu. q. 5. Nec dubiū est horum reditū æstimationem ex pluribus posse iustè variari: potissimū ob ipsi rei, super qua cōstituuntur, maiore, aut minorem tutelam. admonendū tamen erit lector, non statim emptionem horum redituum vsurariam debere iudicari ex eo, quòd minori pretio quàm par, & æquum sit, fuerint constituti. Est etenim tunc iniquitas, & iniustitia quo ad cōmutationis æquabilitatem: non tamen dici poterit vsura. Quin & Laurentius à Rodulphis in tract. de vsuris. 2. parte. quæst. 12. quem sequitur Paulus Paris. consi. 60. num. 29. lib. primo. tradit, iustum pretiū annui redditus perpetui esse, si pro centum constituantur annua sex: mihi tamen id non placet.

Proximè quæritur, quod sit iustum pretium annui redditus ad vitam ementis constituti? Et Odra. consil. 207. probare videtur, iustum pretium esse ad rationem vnus pro sex. quod non potest iure defendi: vt cunque etenim sit, regulariter pretium istud non congruit iustæ annui redditus, etiā ad vitam, æstimationi. Bald. verò consil. 292. lib. 5. iustam esse æstimationem censet, etiā ad vitam duorum, ad rationem vnus pro nouem. Rurfus idem Bald. consil. 410. lib. i. admittit pretiū vnus pro decem ad vitam vnus hominis: idem Bald. consil. 18. lib. i. ad duorum hominum vitam existimat iustum pretium esse ad rationem vnus pro decem. Roma. item consil. 382. iustitiam pretij annui redditus ad vitam viri, & vxoris metitur ad proportionem vnus pro octo. Et Cuma. consil. 181. ad vitam patris & duorum filiorum iuuenum decem opinatur iustum esse vnus anni pretium. Quæ omnia post Carol. Molin. libenter retuli, vt appareat quā variè hac de re nostrates senserint, nihil certum definiētes.

Quam obrem iustum annui redditus pretium ad vitam constituti definiendum erit iuxta communem prouincie æstimationem, si ea certa sit. Quòd si ea nihil certum in hoc sanxerit, arbitrio boni viri pretium iustum erit statuendum perpenfis ætate, valetudine emētis, alijsque pluribus, ex quibus iudicis animus colliget certam huius rei definitionem: quemadmodum tradidere Carol. de cōtractibus. quæstio. 72. & Ioan. à Medina de restitutione, capitul. de censu ad vitam. Frequentissimè verò hi annui redditus ad vitam.

ementis cōstituuntur ad rationem vnus pro octo.

Sed fortassis quibusdam visum erit, hanc annui redditus ad vitam æstimationem fore constituendam secundum elegantem iurisperiti traditionem in l. hæreditatum. ff. ad. l. Falcid. Nam & ea non tantum obtinet in legis Falcidie ratione, sed & in alijs quibuscunque controuersijs, vbi de æstimatione redditus ad vitam, aut de humana vitæ præsumptione coniecturaq; ad certum limitem reducenda tractatur. glos. celebris cum text. inibi in. l. omnium. ff. de usufruct. gloss. in. l. cum hi. §. modus. ff. de transactioni. verb. cum iuuen. quarum meminere eas sequuti Roderic. Xuares in. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testamen. ampliatione. 3. & Ioan. Lupi. in rubri. de donationibus. §. 25. quo in loco iurisperiti responsum adducit ad interpretationem. l. ex hac. ff. si quadr. paup. fecisse dicatur. atq; in specie ista de æstimatione redditus annui ad vitam, vt vntur ea responsonne Paulus, & Iason in. l. si pater puellæ. colum. vltima. C. de inoff. testamen. sed quòd distinctio iurisperiti in dict. l. hæreditatum. tantum locū habeat in ratione legis Falcidie: non quidem in alijs quæstionibus notarunt Imola, Alexand. & omnes in eadem. l. hæreditatum. Iason in. l. cum qui ita. §. qui ita stipulatur. colum. 5. ff. de verbo. obligat. Mathæus Afflict. decisione Neapol. 34. & eleganter Carol. Molinæ. dict. quæst. 72. quorum sententia ita quidem meo iudicio erit probanda, vt nihilominus liberum sit cuique controuersiam aliquam tractanti discernere ex negotij qualitate, an eadem iurisperiti ætatem dinumeratio obseruanda sit extra casum legis Falcidie. Nec enim omnibus negotijs poterit ea definitio conuenire ob disparem quæstionis, & rei contingentis rationem, quam circumspiciētissimè iudex examinare debet: nè cuiquam fraus, aut iniuria ex ea computatione fiat.

Cæterum quod attinet ad hanc materiam annui redditus, minimè poterit iurisperiti decisio in praxim deduci: si quidem ex ea sequeretur, annum redditum ad vitam emptoris, qui minor sit viginti annis, constitutum: eodem pretio iustè æstimari, quo perpetuus æquisimè æstimaretur: secundum Carol. Moli. de cōtract. dicta quæst. 72. Et ferè in eadem specie hoc ipsum adnotauit Ioannes à Medina de restitutio. capi. de censu ad vitam. columna. 5. Hæc verò æstimatio profectò vanissima est, nec vlla ratione defenditur.

Sed ad. l. ipsam. Hæreditatum. vt videamus quando alijs possit aptari quæstionibus, plurima sunt adnotatione digna. Primum, id responsum vulgo Venuleio adscribi: & ab Holoandro iurisperito Maximo: at in Pandectis Floren-

Variarum Resolutionum

tinis in hunc sanè modum legitur: Aemilius Ma-
cer libro secundo ad legem viceſimam hæredita-
tum. Vnde ipſius legis caput incipit à diſtinctione cõ-
putationis, ex Antonio Auguſtino libro primo
Emendationum, capit. quarto. Secundò est ob-
ſeruandum in ratione legis Falcidiæ, legatum an
nui redditus perpetui, eodem pretio æſtimari, quo
æſtimaretur, ſi eius venditio fieret. l. §. item ſi Rei
publicæ. ff. ad l. Falcidiam. Nec enim poteſt la-
bentetempore huius annui redditus perpetui cer-
ta conſtare ſumma.

Tertiò admonendum eſt, quoties annui legati
poteſt ab initio certa deſiniri quantitas, ab hære-
de ſoluenda, tunc eius quantitatis rationem ha-
bendam quo ad Falcidiæ deductionem. Et ideò
ſi teſtator ita legauerit: lego Titio decem annis
proximis annua decem: ſi & hæc hæredibus Ti-
tij ſoluenda ſunt, ex centum Falcidia deducetur,
quod probatur in l. cum Titio. ad finem. ff. ad l.
Falcid. l. pœnales. ff. eodem.

Quartò ab eadem. l. cum Titio. iuxta commu-
nem eius interpretationem deducitur legatum
annuum certæ quantitatis ad vitam legatarij reli-
ctum, tanti æſtimadum fore quo ad Falcidiæ de-
ductionem: quãti redditus annuus eiſdem quãti-
tatis ad vitam alicuius conſtitutus æſtimaretur.
Vnde ſi teſtator annua decem Sempronio ad eius
vitam legauerit, ita erit facienda æſtimatio quo
ad Falcidiæ rationem, ac ſi is redditus annuus ad
vẽditionẽ iuſto pretio æſtimandus foret. Reſpon-
ſum etenim iuriſconſulti in diſt. l. Hæreditatũ. ob-
tinet in legato alimentorũ, vel vſuſfructus, quod
incertum eſt, diminutionemque, & augmentum
habere poteſt: ſic quidem in alijs legatis certis,
etiam ad vitam legatarij conſtitutis, eadem iuriſ-
conſulti decifio admittenda non erit.

Quintò licet in annuis legatis certis, vel incer-
tis poſſet quo ad Falcidiam certa deſiniri quanti-
tas, ſi eiꝰ ratio diſſerretur ad mortẽ vſq; legatarij:
data tamen per eum cautione de Falcidia ſoluen-
da ab eius hærede ex tota & integra ſumma præ-
cepta: hæc tamen dilatio, iuriſconſulto non pla-
cuit: imò ſtatim voluit Falcidię deductionẽ fieri,
& ideò eã mediocrem humanę vitæ præſumptio-
nem ſequutus regulã illã ſtatuit ad Falcidiæ de-
ductionem. Sextum, quod in hac quęſtione erit
animaduertendum, colligitur ab ipſo iuriſcon-
ſulto, qui ad Falcidiæ iura, & eius rationem vſus
eſt quadam humanę vitæ præſumptione, quæ
nec reſtringat, nec ampliẽt ipſius vitæ limites in
certos: non enim ambigitur, longioris vitæ limi-
tes quandoque iure præſumi, quã inibi fuerint
à iuriſcõſulto cõſtituti: cum & is in infante, quo-
libetve puero, tantũ præſumat triginta anno-

rum. vitam: quę alioqui longior præſumi ſolet. l.
vlt. C. de ſacroſ. eccleſ. tradidimus & nos lib. 2. hu-
ius operis cap. 7. nume. 6. Sed quantum ad dedu-
ctionem Falcidiæ modelta eſt iuriſconſulti cõſi-
deratio. Hęc verò ratio perpetuò obſeruãda erit
cum ſemel ex ea Falcidię deductio facta fuerit: ſi
quidem & hæc conſtituta eſt ad certitudinẽ eius,
quod alioqui incertum eſſe videbatur. Vnde nõ
oportet ex his, quę poſtmodum euenerint, aut
contigerint, eam Falcidię rationem variari, ſi ſe-
mel ſecũdum eam inter hæredem, & legatarium
habita fuerit computatio.

Hinc deducitur an verum ſit quod gloſſa in
diſt. l. hæreditatũ. verb. triginta annorum, ſcri-
pſit reſpondens, facta ſemel legis Falcidię dedu-
ctione ſecundum iuriſconſulti definitionem: rur-
ſus maiorem Falcidiam deducendam eſſe, vel de-
ductam, minuendam, ſi contigerit, legatorẽ minꝰ
vel plus viuere, quã ipſe iuriſconſultus in eorẽ
ſpõſo deſinierit. quam interpretationem proba-
runt inibi Barto. Alberi. & alij magis cõmuniter,
idem Imola & Docto. in l. cum Titio. ff. eodem
titũ. nam hęc Accuſij ſententia etiam ſi frequen-
tiori Doctoꝝ calculo probata ſit, mihi nõ pla-
cet: cum alioqui elegans iuriſconſulti reſponſio
parum eſſiceret, ac facilimẽ fruſtraretur, nihilq;
certum conſtitueret. Nec enim quod ſemel legitĩ-
mẽ factũ eſt, retractari debet ex his, quę poſtmo-
dũ acciderint. l. nec em. ff. de itinẽ. actũq; priuat.
l. ſancimus. C. de admi. tut. l. qui furere. & ibi Bar-
ff. de teſtam. l. ſi quis alicui. ff. de acqui. hæredi. ex
quibus in hac ſpecie hanc opinionẽ aduerſus gl.
veriorẽ eſſe cenſent Barthol. Cępo. conſil. cau-
ſarũ ciuiliũ. 14. col. vlt. & Aymõ Sauillianus
conſil. 194. numero. 6. quidquid idem Aymon re-
ſponderit conſil. 105. nume. 10.

Rurſus & ab eadem radice inferitur, an pro-
bandum ſit quod idem Accuſij adnotauit in
eodem. l. hæreditatũ. verb. computatio. quo in
loco aſſeuerat, legatum vſuſfructus Reipublicę
relictum ad legis Falcidię rationem ita æſtiman-
dum fore, vt tanti ſit facienda æſtimatio, quantũ
ipſe vſuſfructus triginta annis reddere poterit,
quemadmodum in diſt. l. hæreditatũ. expreſſum
eſt, ſic ſanè, quòd ſi intra triginta priores annos
Reſpublica non perierit, iterum ex alijs triginta
annis facienda ſit legati æſtimatio. Hanc ſanè
opinionẽ falſam eſſe exiſtimo, tamenſi ab omni-
bus recepta ſit. Vnde ſi vſuſfructus Reipublicę
relictus, ſemel ratioẽ triginta annorũ quo ad Fal-
cidiam æſtimetur, quanuis vltra quinquaginta
annos Reſpublica incõcuſſa, & ſalua mãerit, nul-
la erit iterum repetenda quantum ad Falcidię ra-
tionem æſtimatio. Conſtat etenim, vſuſfructũ
Reipu-

Reipublicæ relictum vsq; ad centum annos dura
re. l. an vsusfructus. ff. de vsufruct. l. 26. tit. 31. par. 3.
Sed quia forsan Respublica perire poterit ob proditiōē, ara
tri inductiōē. l. si vsusfructus ciuitati. ff. qui. mod.
vsusfruct. amittat. ex illa consuetudine quam cir
ca euertēdas vrbes tradidere Budæus ibi. & Ludo
uic. Cælius libro. 14. lect. Antiq. capit. 5. constitu
tum est, vt quo ad rationē legis Falcidiæ vsusfru
ctus ciuitati, vel Reipublicæ relictus, ex valore tri
ginta annorum æstimaretur. Quæ quidem æsti
matio mutari non debet ob id quod lapsu tem
poriseidem Reipublicæ euenerit.

Hinc etiam facilius admittenda erit interpre
tatio Angeli, & Imolæ, & dict. l. cum Titio. quæ
probat, ex annuo legato ad vitam legatarij reli
cto, quo ad Falcidiam faciendam esse estimatio
nem tanti, quanti id legatum titulo annui redi
tus ad vitam constituti, vendi posset: & hoc qui
dem viuo legatario, at eo mortuo rationem hab
endam fore eius quantitatis, quæ legatario ab
hærede singulis annis eius vite soluta fuerit. ita
etenim Angel. & Imo. posteriorem legis partem
accipiunt, vt ea intelligenda sit, vbi nulla facta
fuerit viuente legatario, computatio: nam si ea
semel facta est, ob longiorem, aut breuiorem
legatarij vitam, non est nec augenda, nec minuē
da. & licet Paulus Castren. ac Vincētius Hercu
lanus in dict. l. cum Titio. contrarium teneāt ex
comuni interpretatione glos. & Doctor. in di
cta. l. hæreditatum. dubitetq; Alexand. in dict. l.
cum Titio. idem tamen Alex. in l. cum quo. col.
2. scribit, non esse tutū recedere ab Angeli & Imo
le sententiâ. præsertim id verum est quod Angel.
æstimat in specie dict. l. cum Titio. vbi nō fit cō
putatio ex præsumptis vitæ limitibus, sed ex ve
ra, communi hominum iudicio, æstimatione.
Et præterea constat adhuc interpretationem Ac
cursij ad dict. l. hæreditatū. falsam esse: licet Imo
leam receperit.

Quod verò hoc in ipso capite tradidimus: ex
l. 3. §. item si Reipublicæ. deducentes, valorem an
nui reditus perpetui ad rationē vnus pro: vigin
tiq; inq; incertum quibusdam videbitur, atten
ta Bart. sententia in l. annua. §. à Titio. ff. de ann.
legat. quo in loco Barr. scribit. legatum annuū ci
uitati, aut Reipublicæ relictū, etiā in perpetuum,
restringendum esse ad cētum tantū annos: ea
rationē, quòd legatum annuum. & vsusfructus
paria iura habeāt. l. in singulos. ff. de ann. legat.
Sed vsusfructus legatum Reipublicæ relictū, con
tum annis tantū durat. l. si vsusfructus. in muni
cipibus. ff. de vsufruct. ergò legatum itidem an
nuum Reipublicæ relictum etiam hoc expresso,

quòd perpetuò duret, cētum annis finitur: idem
Barto. respondit in dict. l. si vsusfructus. quem se
quuti sunt Alexand. in l. 3. §. vltim. ff. ad l. Falcid.
idem Alexan. consi. 60. lib. 1. Alexan. idem col. 1.
Vincent. Hercula. colu. 2. & Lancelo. Dec. in l. 2.
ff. solut. matrim. Anchar. & Barb. in vlti. colum.
in capit. vlti. de testament. Anani. consi. 39. Cardi
na. conf. 66. Bologni. in dic. Ananiæ conf. Catelli.
Cotta. in memorialibus, dictione, Perpetuū: qui
post Card. Alexadrū & Ananiā in dictis respon
sis hanc opinionē testantur magis cōmunē esse:
quibus obiiciuntur plura, & primū tex. in l. an
nuam. & l. annua. in fine. l. cū quidā. ff. de ann.
legat. quibus definitū est, legatum annuum Re
publicæ relictū, perpetuò deberi: quod si dixeris:
perpetuò: esse inteliendū ad vsq; centū annos,
profectò ea interpretatio minimē cōueniret nec
legislatoris nec testatoris orationi, & verbis. Nā si
legatum annuum priuato relictū à testatore sit:
ita quidem vt & eius hæredibus debeat, in in
finitum & perpetuò durat, vltra centum annos.
Lanualibus. & ibi glossa. C. de legat. idem erit
fortiori ratione si Reipublicæ annua decem le
gentur perpetuò, siquidem in his, quæ ad priua
torum legata his viuētib; debent, & morte
eorum finitura pertinent, non ita plena, & am
pla sit interpretatio: sicuti in legatis temporali
bus Reipublicæ relictis. l. hæreditatum. ff. ad l.
Falcid. igitur legatum annuum Reipublicæ re
lictum hoc expresso: vt perpetuum sit nō erit ad
centum annos restringendum. Secundò: opinio
ni Bart. obstat text. in dict. l. hæreditatum. versic.
Sic de aliq; & in dicta. l. 3. §. item si Reipublicæ. ff.
ad l. Falcidiam quibus locis ad rationem legis Fal
cidie legatum annuum Reipublicæ relictum dif
simili modo æstimatur, quòd legatum vsusfru
ctus. Nam legatum annuum æstimatur vsque ad
quantitatem, quæ eius ratione legatario vigin
ti quinque annis soluenda est: legatum verò vsuf
fructus ita quidem æstimatur; ac si Reipublicæ
non amplius quàm eriginta annis duratura sit.
Vnde constat inter legatum annuum & lega
tum vsusfructus Reipublicæ relictum, maximum
esse discrimē: cum si legatum annuum Reipubli
cæ relictum centum annis finiretur: eius fieret
æstimatio eo pacto, quo fit in legato vsusfructus
iuxta dictam. l. hæreditatū. non ea ratione, qua
fit in dict. §. item si Reipublicæ. Tertiò: quanuis
longissimum tempus vitæ sit centum annorum.
l. vltim. C. de sacros. ecclesi. Et quod in priuatis
morte extinguitur, in Reipublica centum annis
non vterius duret. dicta. l. si vsusfructus. Et le
gatum annuum priuato relictum morte eius fi
niatur. l. 4. de annu. legat. & l. si in singulos. ff.

Variarum Resolutionum

eod. titul. tamen id obtinet, vbi datur è iure tanta annui legati, & vsusfructus similitudo, vt nulla valeat differentie ratio constitui, fateor etenim legatum annuum: & legatum vsusfructus paria esse quo ad hoc vt morte finiatur vtrumq; at dissimilia sunt quantum ad reliquos extinctionis modos: cum: & si legatum vsusfructus Capitis diminutione pereat: non sic perit legatum annuum. dict. l. si in singulos. quo fit, vt cum circa extinctionem ipsam hæc duo legata dispari iure tractentur, præterquam quo ad mortis effectum minimè quo ad alia paria censi debeant. **Quartò:** ne Bar. sequutus dixeris, quo ad extinctionem legatorum idem efficere in Reipublica centum annorum limites, quod in priuato mors ipsa. dicta. l. si vsusfructus. considerandum est, id procedere, nisi manifesta discriminis ratio detur inter vsusfructu, & annuum legatum. in vsusfructu etenim legato Reipublice, ideò statutum est quòd centum annis finiatur: ne proprietates apud hæredes sit inutilis. nõ sic est in legato annuo: cùm proprietates bonorum testatoris omninò sit apud hæredem utilis, & integra. qua item ratione fit vt si vsusfructus Titio, & eius hæredibus legetur, tãtùm is pertineat ad primum legatarij hæredem. leg. Antiquitas. C. de vsusfruct. at si annua decem legentur eidem Titio, & eius hæredibus, legatum hæredibus, & hæredum hæredibus debetur absque vlla temporis præfinitione. dicta. l. in Annalibus. vbi Bald. Saly. & Doct. latius Alexan. in. l. Gallus. §. etiam. columna. 3. ff. de lib. & posthum. Quintò illud etiam aduersus communem adducitur: quòd annuum legatum potest absq; vlla temporis præfinitione relinqui. l. si cum præfinitione. ff. quãdo dies leg. cedat. Et per dictionem perpetuo, quælibet temporis definitio tollitur. l. part. 6. vltimo. de dol. except. l. eum debere colũnam. ff. de seruit. vrb. prædio. inde sanè deducitur, legatum annuum perpetuò, relictum nullũ habere temporis limitem. Quam ob rem in hac controuersia est præmissis primò infertur, legatum annuũ Reipublice, ciuitati, Ecclesie, aut collegio perpetuò relictum: minimè extingui centum annorum decursu: sed vltra procedere donec ipsa Respublica finiatur. quam sententiam contra Barto. probant Barba. consilio. 20. libr. 4. Iason in. l. in annalibus. C. de legat. idem Iaso in l. 2. nume. 1. & ibi Ripa num. 3. ff. soluto matrimo. Barthol. Socin. in dicta. l. 3. §. item si Reipublice. num. 6. ff. ad. l. Falcid. idem Iason in. l. videamus. §. de ferre. nume. 9. ff. de in lit. iur. eandem opinionem præmittunt omnes, qui Rogerium sequuntur, quorum mentionem statim faciemus. Secundo ex his deducitur, legatum vsusfructus etiam

expressim perpetuò Reipublice, vel ciuitati, aut Ecclesie relictum, centum annis finiri, quod refragante Barb. in dicto consilio. 20. libr. 4. à præcitatis authoribus unanimi consensu probatur: quanuis mihi nõ displiceat Barb. responsum in ea specie, de qua fuit consultus. Tertiò infertur legatum annuum ciuitati, vel Ecclesie relictum etiam simpliciter, minimè finiri centum annis. imò perpetuum esse ita, vt maximè differat à legato vsusfructus, & vltra centum annos debeatur: secundum Rogeri, Accursi. Alberi. & Cuma. in. l. Annuum. ff. de ann. lega. Dinum. in. l. in singulos. in. 2. ff. eo. titu. Angel. Cuma. & Socinus in dict. §. item si Reipublice. nume. 7. Panormit. in cap. vltim. ad finem. de testam. Ripam in dict. l. 2. nume. 3. idem Alberi. in. l. an vsusfructus. ff. de vsusfruct. scribens, vidisse frequentissimè in praxi hanc sententiam seruari, quæ mihi verior videtur: licet contrariam expressim teneuerint hi, qui opinionem Barto. in dict. l. si vsusfructus municipibus. à me proximè adductam sequuntur: & in specie Accursius, Bartol. & Lancelot. in eadem lege. si vsusfructus. Iacob. de Rauena. in. d. l. annuum. & ibi Lancelot. Deti. dicens hanc opinionem communem esse: quam & Iano. asserit in. d. §. item si Reipublice. **Quartò** hæc in controuersia constat legatum annuum simpliciter priuato relictum, eius morte finiri. l. 4. ff. de ann. legat. l. in singulos. ff. eod. l. cum Titio. ff. ad. l. Falcid. idq; in dubio verum est: quia legatum annuum cæsetur causa alimentorum relictum. l. cum hi. §. si in annos. ff. de transact. legatum verò ad alimentum, hæredibus legatarij non debetur. l. si cum præfinitione. ff. quãd. dies legat. cedat. Et deinde idem probatur ex eo quòd legatum annuum pro primo anno est parum, sequentibus vero conditionale. dict. l. 4. conditionale autem legatum non transmittitur ante conditionis euentum ad hæredes. l. vnica. §. si in autem aliquid sub conditione. C. de caduc. tollend. igitur legatum annuum in dubio non transmittitur ad hæredes: sed morte finitur. idem apparet ex dicta. l. in annalibus. C. de legat. vbi Doct. tradunt hæc quæstionem & Alberi. in dict. l. 4. Anto. Rubeus consil. 23. **Quinto** secundum ea, quæ proposita sunt satis aperte colligitur id dicto. §. item si Reipublice. probati, annuum redditum, etiam perpetuum: iusto pretio æstimari ad rationem vnus pro viginti quinque. Quod si opinio Bar. in dicta. l. si vsusfructus municipibus. quo ad legatum annuum admittatur: nihil amplius probabitur in dicto. §. item si Reipublice. quam quòd annuus redditus ad centum annos æstimandus erit ad pretium vnus pro viginti quinque.

Ex ca-

Ex capite sequenti.

- 1 *Pactum de retrouendendo pars pretij censetur ipsamq; iustam aestimationem minuit.*
- 2 *Annui reditus redimibiles, quo pretio iuste constituentur?*
- 3 *Interpretatio Regia constitutionis, quae de his annuis redditibus tractat.*
- 4 *Emphyteusis, cuius origo non apparet, an praesumatur perpetua, vel temporalis?*
- 5 *Annuus reditus in dubio an sit iudicandus perpetuus, an redimibilis?*

De iusto pretio annui reditus redimibilis: & de ipso redimendi pacto. Caput. X.



Vperest modò tractare quod sit iustum pretium annui reditus, qui ad voluntatem primi venditoris redimendus est? Quia in re primitus erit constituendum iustum pretium annui reditus perpetui iuxta ea: quae proximo Capite tradita fuerunt: & deinde adnotandum erit, pactum de retrouendendo diminuere iustum pretium: quo res ipsa absque ea pactione aestimanda foret. Pactum etiam appositum in fauorem venditoris pars pretij censetur. l. fundi partem. ff. de contractu. emptio. Sic res minoris est aestimanda cum venditur aliquò cum onere, sub aliaue conditione, quam si liberè venderetur. text. quem ad hoc notat Panormita. ibi in capitul. cum Ioannes. de fide instrumto. Atque ita in hac specie pacti reuendendi adnotarunt. Abb. in capit. in aliquibus. numer. secundo. de decim. idem Abb. & Doct. in capit. ad nostram. de emptio. Caieta. 2. 2. quæst. 77. articulo primo. Carolus Molinæ. de contractib. quæst. 5. numer. 116. l. 1. §. si hæres. ff. ad Trebellia. & in ibi Soci. Iason & Ripa: omniumq; latissimè Andre. Tiraquell. libr. 2. de retract. in præfatione numero. 20. Hæc verò diminutio iusti pretij ratione huius pacti, non temerè faciendâ est, sed arbitror boni viri, rectiq; ac discreti moderatoris. Quidam sanè opinantur nõ esse ob hanc pactionem diminuendam integram tertiam partem, sed paulò minus esse cõstituendam diminutionem. quod Soci. tradit in consil. 16. column. vltima. libro primo. saltem vltra ipsam tertiam partem non

erit admittenda diminutio iusti pretij: sicuti elegantè tradit ipse Carolus Molin. dict. q. 5. numer. 117. & q. 35. numer. 297. Quod si hæc visa fuerit eim prioribus annuis reditus iniqua aestimatio, maximeq; vtilis ipsis venditoribus: illud profectò certum erit, vtcunq; vtamur benigna aestimatione, quod pactum redimendi hos annuos reditus nõ potest iuste diminuere reditus perpetui pretium vltra dimidiam eius partem: quod pulchrè ostendit idem Carol. quæstio. 5. numero. 117. & numero. 120. Ego verò hac in controuersia illud existimo iustum annui reditus pretium, etiam si is constituatur adiecto redemptionis pacto, quod communi prouincia vsu taxatum; & definitum fuerit, authore Guidone Papa, consilio. 180. cuius sententia comprobatur ex his, quæ tradidimus de annui reditus perpetui aestimatione. Scribit etenim Guido, iniquum esse pretium annui reditus etiam redimibilis, quando id minus sit quàm ad rationem vnus pro viginti: quia ita hos reditus eim consuetum erat in Delphinali prouincia. idem pretium apud Germanos iustum & æquum censeri, vt ininus iniquum iudicetur: testatur Conrad. de contractu. quæstio. 84. Et Vormatiensi statuto publicè comprobatum esse asserit Carolus Molinæ. dict. quæstio. 5. numero. 117. Sed & in aliquot Germanicæ ciuitatibus eim vsu receptum fuisse, vt annui reditus redimibiles constituentur ad rationem vnus pro quindecim testatur Conrad. dict. q. 83. cõclusio. secunda. idem apud Gallos olim seruatum esse scribit Caro. Molin. dict. q. 5. nu. 125. Quin & Ioan. And. in Speculo, titu. de vsur. prim. additio. ne. cõf. duodecim esse moderatum pretium pro vno redimibili. Sic & nostra ætate apud Regia Gallorum tribunalia in praxi obtentum est, vt emptio annui reditus redimibilis, facta ad rationem vnus pro duodecim toleretur: si verò fiat ad rationem vnus pro decem, aut vndecim: reducatur ad pretiũ vnus pro quindecim: si denique annuus reditus constitutus fuerit ad aestimationem vnus pro octo, aut nouè, minorive pretio quàm decem, omninò illicitus, & reprobis contractus iudicetur: quemadmodum commemorant Andr. Tiraquell. libro primo de retract. §. primo. gloss. 6. num. 19. Carol. Molin. de cõtract. quæst. 10. numero. 146. & quæstio. 5. numero. 122. Et Rupellanus libro primo Institutio. Forensium capitu. 34. qui expressim asserit, quòd si minoris quàm decem solidorũ annuus solidus ematur: reliquis solutis in sortem imputatis: fors ipsa reddatur, perijmiturq; obligatio: tanquè si is contractus pignoratitius fuerit. idem sanè colligitur ex rellimò Tiraquelli, & Caroli. tria etenim hic ad

F 5 sunt,

Variarum Resolutionum

sunt, quæ hoc ipsum fieri iustissimè persuadent, modicum pretium, pactū reuendendi, annui reditus pecuniarij emptio, quæ suspicionem maximam vlturæ inducunt. Nec locus erit electioni, quam constitutio. l. 2. C. de rescinden. vendi. præbet decipienti re ipsa: quia ea decisio non est admittenda in contractibus vsurarijs, nec in suspectis authore Baldo, in rubrica. C. de vsur. in fine. cui accedit Carolus Molinæ. de contracti. quæst. 14. cæterum apud Hispanos in prouincia Betica, & alijs, quæ citrà Tagum huic Granatensi prætorio, institutione regia parent, & subsunt: annui reditus redimibiles frequentissimè constituuntur ad rationem decimæ: eaq; constitutio pluribus huius Senatus sententijs sæpissimè comprobatur, propter communem hominum æstimationem: quæ tamen non admodum æquam habet compensationem. Et idè mihi iustior semper visa fuit horum redituum redimibilium æstimatio ad rationem duodecimæ, vel quatuordecimæ: qua Hispani vltra Tagum vtuntur frequentius: tamen si nec omninò damnauerint eam, quæ ad decimæ rationem constituitur.

Est tamen apud nos non leuis cōtrouersia, an lege Regia definitum sit iustum pretium annui reditus in pecunia cum pacto redimendi constituti? Nam quidam censent cōstitutum esse iustū pretiū huius annui reditus ad rationem vnus pro quatuordecim. idq; deducere conātur à lege, quā Carolus Cæsar primus Hispaniarum rex Madritio conuentu sancit Anno millesimo quingentesimo tricesimo quarto. l. 127. vbi reditus annui constituti in frumento, vino, vel oleo cum pacto redimendi in nummarij reditu commutantur: tantiq; annua pecunia æstimatur, quanti decima quarta pars pretij illius præstationis valet: & sic ad rationē vnus pro quatuordecim: quod referendum est ad pretium, quo empta fuit ab initio ea annua præstatio. Ergo istud pretium vnus annui nummi ad rationem quatuordecim definitur ea lege. idem probari videtur lege. 10. inter eas, quæ Toleti conditæ fuerunt anno quingentesimo tricesimo nono, quæ Madritiam legē extendit ad annuos reditus in alijs speciebus constitutos: & inquit libellus principi oblatus, ita oportere statui: nè quis consequatur pro quatuordecim vltra vnum, nec in gallinis, nec alijs rebus. vnde constat, legislatoris intentionem eam fuisse, vt annui reditus iusto pretio æstimentur ad rationem vnus pro quatuordecim. Alij verò arbitrantur, has Regias constitutiones minimè definire certum pretium, quo iustè annui reditus emanant: cum hæ constitutiones tantum tractauerint de pretio annui reditus redimibili,

quoties is semel in frumento, vino, oleo, alijsve similibus speciebus constitutus in pecuniarium mutatur: non autem cum hi reditus ab initio in pecunia constituuntur: idque in specie adnotauit Ioannes à Medina de reitutio. capit. de censibus. Folio. 178. col. 3. Cui interpretationi suffragantur duo. Primum, quòd ex annua præstatione frumenti, vel olei, emptor huius reditus propter varium harum rerum valorem, facileque augmentum, creberrimam item annonæ inopiam, plus perceperit, quàm si tunc, cum contraxit, nummariam annuam pensionem emisset: quo fit, vt in compensationem, maius pretium modò tempore commutationis pro nummarij præstatione constituatur, quàm ab initio contractus constitueretur. Secundum, quòd emptio annui reditus redimibilis, frumenti tamen, vel olei, aliarumve rerum similibus, maximè suspecta sit, maioremque fraudis, & iniquitatis suspicionem habeat, quàm si annua præstatio in pecunia soluenda empta fuerit, propterea quòd harum rerum pretia in republica frequentissimè augentur, & variantur, nec potest certum pretium, certæ æstimationis tempore emptiōis fieri: & idè aptior est ad excessum iusti pretij & ad deceptionem hæc emptio, quàm illa, quæ de nummarij præstatione tractat. Et licet hæc posterior ratio sufficiens non sit, vt omninò hic contractus damnetur, ea tamen persuasit huius reditus commutationem, lege Regia fieri. Sic & eadem ratione sæpissimè Parisiensis Senatus Arrestis, & decretis, annuos reditus frumentarios cum pacto redimendi cōstitutos, in pecuniarios commutandos: esse censuit ad appretiationem vnus pro quindecim eius summæ, quæ data fuit pro ipso annuo frumenti reditu: electionem itidem tribuens debitori, vel soluendi frumenti reditum, aut pecuniarij pensionem ad æstimationem vnus pro quindecim: sicuti testantur Carolus Molinæ de contractibus. quæstione. 11. & Imbertus Rupellanus lib. 1. Instit. Forens. cap. 34.

Cæterum post tertiam huius operis editionem Rex Catholicus, ac Dominus noster Philippus in his totius regni comitijs, quæ habuit Madriti anno M. D. L XIII. cap. 127. priorem opinionem Regio Decreto probauit, ac diffiniuit, esse iustum pretium reditus annui ad rationem vnus pro quatuordecim: sic deniq; vt contractus sit nullus, nec exequutiōi mandari possit, si minori pretio constituatur reditus iste, quàm ad rationem huius diffiniti pretij: imo, & ad eandem diem constitutus per eandem legem ad pretium vnus pro quatuordecim reducitur: hæc de reditu annuo redimibili.

Sed

Sed & illud opportunè queritur, quid dicendum sit ubi cõstat reditum annuum nummariũ deberi alicui, & constitutum ei fuisse: dubium tamen est, an is habeat eam legem, & cõditionem; ut redimi possit, vel præsumendum sit, cum reditum perpetuum esse absque pacto de retrouendo constitutum? Et sanè in hac dubitatione cum hic contractus, quo annui reditus emuntur, apud veteres non fuerit admodum receptus: mirum cuiquam videri non debet hanc quæstionem paucis in locis examinatam esse: adhuc verò eam deducemus ad veram nisi fallimur, resolutionem ex his, quæ in similibus controuersijs de cisa sunt. Nam circa contractum emphyteuticum: si de emphyteusi priuata per scripturam aut præscriptionem appareat: ac dubitetur, sitne perpetua, an temporalis: in hoc dubio perpetua præsumitur secundum Angel. in authentic. de non alienand. §. emphyteusim Guilielm. de Cuneo, & Angelum in l. qui luminibus. ff. de seruit. vrb. prædio. idem Guilielm. & Angel. prior, in quam, in l. cū notissimi. §. vltimo. posterior in l. male agitur. C. de præscriptio. triginta, vel quadraginta annorũ. Angel. in l. prætor. §. primo. ff. de edendo. Bald. columna secunda. & Iason numero centesimo sexagesimo. in l. secunda. C. de iure emphyteuti. Nisi cõsuetudo regionis aliud induxerit: quia iuxta eam dubij contractus erũt intelligendi. l. si fundus. ff. de euictionibus. lege. licet. in prima. C. locati. quibus similiter accedit textus in leg. vel vniuersorum. vbi gloss. ff. de pignoratitia actione. l. si tertius. §. rectè. ff. de aqua pluuiæ arcend. glossa in l. penultima. C. de fideiussori. Sicuti & eadem interpretatio admittenda omninò est, quæ deducitur ab ipsius contractus consuetudine, & vsu. quod probatur in dicta. l. vel vniuersorum. & dicto. §. rectè. imò hæc prior est altera, quæ à regionis vsu deducitur. Authore Angelo in dicta. l. 2. colum. penulti. quem Iason inibi sequitur numer. 160. licet Angel. ipse sibi parum constans, probare conetur adhuc in dubio præsumendum esse, quod emphyteusis priuati ad vitam tantum emphyteutz concessa sit: tamen nec concedentis rem in emphyteusim, nec regionis communis vsus huic interpretationi suffragetur: iure etenim communi ita fore dubium contractum interpretandum non admodum verè Angelus opinatur. vnde aduersus ipsum frequentiori calculo, probatur eiusdem Angeli opinio in dicto. §. emphyteusim. atque hæc sũt intelligenda de emphyteusi, qua transfertur dominium vtile, cuius translationis ea est natura, ut perpetuò fiat, & facta censeatur. l. vltim. C. de legat. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de actio-

nib. & obligat. item & ea præsumptio, quæ adsumitur iuxta priorem Angeli sententiam, in illi-tatem, & fauorem tendit eius, qui canonem, l. annuam emphyteuticam præstationem solui cum is allerat, annuam præstationem perpetuam esse: sicuti fatetur dominij vtilis translationem perpetuò in eum factam fuisse. Quid autem dicendum sit in emphyteusi ecclesiastica: tradidimus. 2. huius operis libro, cap. 17. nume. 6. Superest igitur serio perpendere, an & eadem communis sententia in reditu annuo obseruanda sit: quod apud me omninò dubium est: quia in hac annui reditus constitutione non tractatur de translatione vtilis dominij, quæ cum in emphyteusi perpetua sit, aut præsumatur, quemadmodum modò explicuimus, itidem ipsam annuam præstationem perpetuam facit. deinde in hac quæstione annui reditus, agitur de præsumptione in daninum & præiudicium soluentis annuam præstationem adsumenda. His accedit, quod annui reditus nummarij emptio odiosa & suspecta est: siquidem & olim pluribus visa fuerit illicita sicuti capit. 7. ostendimus. Et ideo non omninò procedit argumentatio ab emphyteusi, de qua communis omnium sententia agit, ad contractum istum annui & nummarij reditus. Quibus profecto adducor, ut in hac quæstione aliquot ad eius resolutionem prænotanda esse existimem.

Primum, illud certum, & expeditum apud me est: quod annua pecuniaria præstatio constituta iure proprij census, nempe in fauorem eius, qui dominium rei transtulit in alterum, qui pensionem soluere tenetur, & eam super eadem re constituit, perpetua erit præsumenda: licet non appareat de hac qualitate, nec de constitutione huius reditus: sed tantum constet eam solui ex eo, quod res super qua constituta censetur, data fuerit à creditore debitori. Ex hoc etenim cum dominij translatio perpetua sit erit & eodem iure perpetua censenda ipsa annua, ac nummaria pensio, quod autoritate Angeli, & aliorum, qui eius sententiam frequentissimo consensu sequuntur, probari commodè, & iuste potest. Secundo considerandum est, in dubio ubi non apparet, an creditor debitori tradiderit rem, super qua reditus annuus constitutus censetur, præsumendum esse, ipsam rem creditoris fuisse, traditamque debitori cum eo onere annuæ præstationis: præsertim quoties ea annua præstatio census nomen habet. Est etenim huius dictionis hæc propria significatio secundum canonicas sanctiones: sicuti traditum fuit huius lib. capit. 7. nisi appareat aliquo pacto mentio pretij: nam tunc celesbitur, annuus reditus pecunia constitutus: quia pretij mentio emptionem,

Variarum Resolutionum

p̄tio. m. & venditionem arguit. l. i. ff. de contra
 p̄. empt. §. pretium. Insti. de emptio. quod
 p̄. specie ista probat Carol. Moli. de contract. q.
 20. num. 23. Tertio, si minimè deprehendi possit
 quæ sit annui redditus origo, & ex præmissis præsu
 mendum sit annuam præstationem in pecunia
 cõstitutam fuisse, tunc ex frequentiori regionis
 vsu, & contrahentium consuetudine, adsumèda
 erit coniectura ad definiendum: sitne ea annua
 præstatio perpetua, an redimibilis. idq; ex Ange
 lo in dic. l. 2. distinctione deducitur. Quarto, quo
 ties de iure annuæ præstationis apparet, & eius
 origo, aut constitutio cõstat per scripturam, aut
 per testes, qui præsentem contractui fuerant: nec
 tamen per scripturam, vel testes possit apparere,
 conuentum fuisse inter creditorè, & debitorem.
 quod is redditus redimibilis esset: tunc præsumen
 dum est redditum esse perpetuū ea ratione, quòd
 hæc annui redditus constitutio, venditio, & em
 ptio sit, in quibus nunquam erit præsumenda
 pactio reuendendi: nisi ea probetur. l. 2. vbi Do
 cto communiter. C. de pact. inter emptor. & ven
 dit. Quòd si pretium huius annui redditus adeò
 modicum sit, vt attento cõstitutionis tempore
 admodum iniqua sit annui redditus perpetui æsti
 matio: fortassis & tunc præsumemus, annum
 redditum redimibilem esse, etiam si in scriptura
 constitutionis non fuerit pactio redimendi ex
 pressa: modò in ea dictum non sit, hanc annuam
 præstationem perpetuam cõstitui. Imò vni pre
 tium annuæ præstationis iniquum est iuxta re
 gionis, & aliarum circumstantiarum condiciones
 ad perpetuam præstationem, magisq; conueniēs
 redditui redimibili: tunc erit & hic redditus iudican
 dus redimibilis, etiam si pactum fuerit, eum per
 petuū fore auctore Carolo Molinæo de contra
 ctibus. quæsti. §. numero. 128. propterea quòd hi
 redditus odiosi sint, & vsurarū succedanei: atque
 omninò requiratur ad eorum tolerabilè vsu,
 pretij, & æstimationis iustitia: nè in vsurarū frau
 dem constituantur.

Quintò, vbi annui redditus cõstitutio tantum
 ex diutina præstatione probetur: decè inquam.
 continuorum annorum: iuxta. l. cum de in rem
 verso. ff. de vsur. l. litibus. C. de agricol. & censit.
 libr. ii. quorum decisionem, & nos meminimus
 lib. i. huius operis. cap. 17. num. 3. modò ea præsta
 tio annua ex titulo, & causa constituti redditus
 fiat: secundum communem omnium traditio
 nem, tunc sanè præsumendum erit, redditum esse
 redimibilem: & sic quod leuius, & minus est
 præsumetur. l. semper in obscuris. ff. de regu. iur.
 l. nummis. l. qui concubinam. §. cum ita. ff. de le
 gat. 3. cap. ex parte. de censibus. Nisi præstatio an

nua facta fuerit ex causa redditus annui perpetui:
 nam si in prima, vel alia qualibet præstatione sit
 expressa causa redditus perpetui: ea præstatio in
 vim confessionis, probat plenè donec error in cõ
 trariū probetur: cum & si facta fuerit extra iudi
 cium, parte tamen præsentem, & acceptate plenè pro
 ber. l. Publica. §. vlt. ff. de depo. l. cum de indebito. §.
 vlt. ff. de probationi. l. generaliter. C. de nõ num.
 pecunia. ad idem tex. in. l. plures apochis. C. de fi
 de instrum. l. optimam. C. de contrah. & cõmit.
 stipulat. cum his, quæ Detius tradit in cap. cum
 super. colū. i. de off. deleg. & in consil. 665. & aliis,
 quæ hanc vltimam distinctionem adducens scri
 bit eleganter Carolus Molinæ. de contract. q. 20.
 numero. 108. & numero. 112. Ex quibus ipse arbi
 tror, iudicem hac de causa cogniturum debere
 omninò quamlibet qualitatem, legem, & contra
 ctus conditionem diligenter examinare: atque o
 mnes coniecturas exactè rimari, quo facilius iu
 dicare valeat, sitne præsumèda annua præstatio
 perpetua: an temporalis, & redimibilis.

Ex capite sequenti.

- 1 *Dies à lege datus ad retrahendum rem venditam sub conditione, currit ab euentu conditionis.*
- 2 *Dies datus ad retractum, vbi venditio purè cõcepta fuerit, currit à die contractus, etiã ante traditionem, & pretij solutionem.*
- 3 *Alienatio dominij tantum utilis non facit locum retractui,*
- 4 *Venditio vsusfructus nõ efficit, vt proximior consanguineus possit eum retrahere.*
- 5 *Respondetur quæstioni principali, & examinatur natura contractus, de quo hic agitur.*
- 6 *Dilatio translationis dominij donec pretiū soluat, non facit contractum conditionalem.*
- 7 *Proprietas vendita vsufructuario iure sanguinis absq; ipso vsufructu retrahitur.*
- 8 *Intellectus Regiæ constitutionis. 74. Tauri.*

Quo tempore ex lege Regia
 possit retrahi res vendita sub
 annuo redditu redimibili.

Caput. XI.

Titius.



Titius cum fundum haberet, ipsum Sempronio vendidit constituto centum aureorum pretio, hac adiecta pactione, quod interim dum centum aurei venditori non fuerint soluti, emptor decem annuos aureos super eodem fundo constitutos iure annui redditus redimibilis soluat: cui conventioni accesserunt & alix contractus leges, quæ solent adscribi his annuorum reddituum venditionibus: præsertim reservatio dominij directi donec redditus redimatur: translato tantum vtili in emptorem, contingit tandem pretij conventum solui, ac annuam præstationem reddidit hinc anno, aut antea iam lapsa à tempore contractus: quæritur an intra novem dies à redemptionis die possit proximior cognatus rem ipsam retrahere: cum à tempore contractus iam elapsi fuerint tres menses, vel anni, ad denique tempus ipsius lege Regia definitum. Sic & eadem questio proponitur quoties fundus aliquis datus alteri fuerit pro decem annuis solis venditione, & timore census, redimibilibus tantum adnotatione debente. *Vidi semel in hoc Granatensi prioris questionem istam variis iudiciis, & aduocatorum sententijs discussam: et in duobus utriusque adductis rationibus examinauimus, nihilominus quid mihi iure verius visum fuerit exponens, ea quidem protestatione, vt liberrime incontrariam iturus sum sententiam, vbi ex causa, & controuersæ allegationibus aliquid sese obtulerit, quod Ratio diuina cadere reget, nullatenus inquit me ipsum cogat. Et sicut in uera forma contractus non abuenit dies à tempore redemptionis: quamuis à die venditionis transierit annus, probatur pluribus rationibus.*

Tertio non etenim constat, saltem quo ad dominium directum, hanc venditionem conditionalē esse, siquidem dominium directum retentum à venditore non aliter in emptorem transferatur, quàm si centum aureos pretij conuerti soluerit idem emptor: solutis itaq; centum aureis dominium directum in emptorem ex venditione transit, non prius. l. qui heredi, & vlti. ff. de condit. & demonstrat. l. qui heredi, §. i. ff. de acquir. poss. l. et qui ita hereditatem, ff. de condit. insti. capi. super eo: & lbi glo. de condit. appo. l. hæc venditio. ff. de contrahend. empti Bar. in l. si is qui pro emptore, q. 4. principali. ff. de usufructu. Dies autem à lege ad retrahendum dati in contractibus conditionalibus, currunt à die euentus conditionis, text. in l. Titius, §. procedit autem, ff. de excusat. tuto. text. item insignis in l. i. §. annuus, ff. quan-

do de peculio actio, &c. à quo Guilielm. de Curneo, & Alberic. in hac propria questione hoc ipsum adnotarunt, idem Alberi. in. 1. parte statut. q. 97. ad finem. Bald. in tracta. Prorom. colum. 5. vers. sed quarto. Matthæ. Afflict. in eodem tract. §. licet enim supra diximus. colū. antep. vers. sed an si vendita, optimè Andreas Tiraquel. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 10. num. 45. Nec refert traditionem rei vendita factam esse ante euentum conditionis: nam & ea traditio in dubio facta censetur sub eadem conditione: non pure, & simpliciter: sicuti ex Bart. deducitur in l. sub conditione. ff. de solutionib. ad finem, cuius distinctio ad hanc rem omnino, & diligenter est adsumenda cum his, quæ Tiraquel. adducit dicto. §. 1. glo. 2. numer. 28. & hæc quidem vera sunt, quamuis etiam in venditione conditionali, diem retractus currere à tempore contractus, non ab euentu conditionis senserit Guido Papæ. quest. 257. Quod si venditio pura facta fuerit absque vlla conditione: tempus datum à lege ad retrahendum iure sanguinis, currit à die venditionis, etiam ante pretij solutionem, etiam prius quam res tradita fuerit: nec enim computatur id tempus à die traditionis, secundum Signorol. sol. 81. col. 2. Alberi. in l. si filius familias, §. cum fundum, ff. de verb. obligat. vers. item factis ad alium, optimus text. in l. sciendum, §. vlt. ff. de edict. Montalius idem notat in l. 13. tit. 10. lib. 3. Fori, quod item sensere Cirus, & Salic. in l. contra. Cade in fin. l. istam, expressim hanc sententiam veriorē esse censet ipse. Jiraq. dict. §. 1. glo. 10. num. 108. & numerus contra Bald. in tracta. probam. col. pen. vers. sequendò, quia nō contra. & lbi simili specie Matthæ. Afflict. in eodem prorom. tract. §. tota hæc lex. col. 8. vers. sed ponamus, & idem. v. infra triginta dies. col. 2. qui Baldū omnino sequitur, igitur ex his deducitur in hac quæstione, quæstione, diem datū à lege Regi ad retrahendum iure sanguinis rem à con-

traheundo venditam, non currere statim, sed ab eo die, quo per redemptionem censu. res quo ad dominium vtile, & directum eueniente conditione trahit in ipsam emptorem.

Secundo, hæc eadem sententia alia itidem augmentatione probatur. Proximior etenim agnatus in prædicta specie non est admittendus, nec iure admitti potest ad retractum ante consolidationem dominij directi, & vtilis: quia vbi dominium tantum vtile transfertur in emptorem, & manet directum apud venditorem, non est locus retractui: quemadmodū patet in eo, qui dat propriam rem in emphyteusim, vel in locationem ad longum tempus: ea ratione, quod res non exeat de familia, nec de cognatione: imò finita emphy-

teuli,

Variarum Resolutionum

reus, aut locatione, ad ipsam familiam omnino redit. Quam ob rem cessat ratio vltima, & finalis Regiæ constitutionis, quæ proximiori cognato permittit rem venditam à consanguineo intra nouem diestrahere: sic sanè in locatione ad longum tempus non esse retractum admittendum, asserunt Nicol. Boerius in consuetud. Bituricen sibus, rub. de retract. §. 1. vers. item non habet. Et Tiraquell. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 14. nume. 79. & sequentibus. cum ad ipsum locatorem finito locationis tempore res locata redire debeat. Eadè ratione quoties res datur in emphyteusim, non est locus retractui: quemadmodum adnotarunt Stephanus Betran. consi. 7. lib. 1. & Tiraquel. lib. 1. de retrac. §. 33. glo. vnica. nisi fiat contractus emphyteusis in fraudem legis. quod tradit Matthiæ. Afflict. decisione Neapol. 72. vnde infertur, non esse lege Regia admittendū agnatum proximiorum ad retrahendum rem, quæ fuerit alteri data ad perpetuum censum: quem redimere nō liceat cum ex communi contrahentium vsu in hoc cōtractu dominium directum maneat penes venditorem vtili tantum in emptorem translato: quod proprium est emphyteusis: & ea ratione hic contractus, leges & iura contractus emphyteutici habet. imò & si facta conuentione in forma contractus emphyteutici, vel census perpetui: postmodum pactū sit quòd ea pensio perpetua, redimatur pecunia, & redempta fuerit, non est locus retractui, modò fraus cesset: scūdum Matthæum Afflict. di. decisio. 72. nu. 8. ita asseuerans in Regio pretorio Neapoli pronunciatum fuisse. Ego verò & si videam, legem Regiam minimè obtinere vbi res fuerit data in emphyteusim ad pensio nem perpetuā vel iure census itidem perpetui: ita quidem, vt eiusdem rei dominium directum penes venditorem maneat: tamen quoties ea pensio ex pacto redimibilis est, nō possum mihi persuadere vt eunq; ex redemptio contingere possit: quin & retractui locus sit: cum res auita, & patrimonialis ex ea causa ad externos deueniat cognatis ex vltis: quod Regiæ cōstitutioni admodum est contrarium: & id statim apertius probabitur: imò etiam si receptum sit frequentissima omnium sententia, retractū iure sanguinis non posse competere proximiori cognato ad rem datam in emphyteusim, aut censum perpetuū: quod item explicuit Caro. Molin. in consuetud. Parisien. §. 23. quæst. 16. & 17. profectò æquius est; & Regiæ constitutioni admodum conueniens, quòd proximus ad hūc retractum veniens, & cum eodem onere rem recipere volens omninò admittatur præsertim cum hæc datio in emphyteusim quædam sit alienatio. l. vltima. C. de reb. alienis non

alienan. l. prima. ff. si ager vectiga. atque ita semotis consuetudinibus visum est Ferrono in consuet. Burdegal. rubr. de retractu. §. 25. Quod si iuxta receptam opinionem agnatus proximior non potest rem ratione translati vtilis dominij ante directi translationem perfectam retrahere: non currit ei tempus à lege datum ad retrahendum: cum sit is agere impeditus ex natura ipsius contractus emptionis, & venditionis. l. vltim. C. de annali exceptio. nec iure probari poterit, diè à lege datam ad retrahendum currere interim dum ipse proximior agnatus, & si retrahere vellet minimè admitteretur, impediente ipsa natura contractus.

Cæterum his, quæ modò adduximus, accedit, quòd nec retractui locus sit: vbi tantum vsusfructus rei patrimonialis veditus fuerit: cum in vsusfructus venditione ratio legis cesset, manète semper proprietate penes venditorem: & vsusfructus extinguendo morte vsusfructuarij, alijsque modis iure expressis: & item ea ratione, quòd vsusfructus verè inter immobilia, fundos, & agros, de quibus Regia lex tractat, minimè computatur. l. prima. §. qui seruum. ff. ad Syllan. l. qui falsus. §. vltimo. in fine. ff. de iniur. atque in hac materia de retractu. ita expressim asserunt Alexand. consilio. §. 2. libro primo. numero secundo. Andre. Tiraquell. in libro primo de retractu. §. primo. glo. septima. numero. 54. & sequentibus contra Matthæ. Afflict. in tracta. protomi: colu. decima. vers. sicut. item quæro. & Chassanæ. in consuetu. Burgund. Rubri. 10. §. primo. vers. aduerte. nume. 14. Quibus sanè sit, vt tempus lege Regia definitum ad retrahendam rem à consanguineo venditam in specie quæstionis propositæ, curtat à die redemptionis, quo consolidatur dominium directum cum vtili.

Tertiò, eandem sententiam probare, & instrue re possumus ratione quadam, quæ tacitè obiectioni respondet. Nam si quispiam dixerit, vtile dominium non posse retrahi post nouem dies à die translationis eiusdem: licet directum possit iure sanguinis haberi ex retractu intra nouem dies à tempore quo reditus redemptus fuerit, annuaque præstatio extincta, dominiumque directum vtili aduersum: quia dominium vtile non est retrahendum nisi intra diem præfinitum; & computandum ab eiusdem dominij vtilis translatione: id profectò tollitur ex eo: quòd dominium directum iure retractus aduersum intra nouem dies ab annui reditus redemptione: vtile secum ratione consolidationis, & vt potentius trahit: si quidem hæc dominia semel cōsolidata distinguere nō possunt. l. si tibi. ff. quibus modis vsusfructus amitta

amittatur. l. is cuius. ff. de legat. secundo. & tunc dominium directum, quod potentius est, vtile consequitur societatis causa. vnde qui dominium directum iam vtili consolidatum retrahit ipsum etiam vtile dominium simul cum directo habet omnino.

Cæterum, contraria sententia: & quod in specie quæstionis propositæ, nouem dies à lege dati ad retrahendam rem autam, seu patrimonialem, currant à die ipsius venditionis: pluribus poterit persuaderi.

Primum, etenim eius opinionis sum, vt existimem, prædictum contractum non esse contractum census, nec venditionis conditionalis, etiam quo ad dominium directum: sed esse potius contractum venditionis, puræ, ac simplicis traditionis, factæ quidem fide habita pretij, & sic titulo venditionis in hunc sanè modum, vt interim dū pretium soluitur, emptor fructibus rei fruiturus soluat annuam præstationem, & redditum eius quantitatis, qui iuste constitui poterat: pro pretio ipsius rei, iam equidem conueno cum redimendi pactione: quam denique pactionem licitam esse probauimus auctoritate. l. curabit. C. de actionibus empt. huius libri capite quarto. numero sexto. Nec quidquam oberit, quod in hisce contractibus expressim venditor excipiat sibi, ac retineat dominium directum rei venditæ, donec pretium conuentum soluatur: nam hæc clausula ab imperitiis tabellionum contractuum naturam, & discrimina ignorantium processit. Et enim in hoc contractu, de quo agimus, reseruatione dominij directi quædam est hypotheca, non denique communis: sed cum qualitate habens, vt super eo fundo iure cuiusdam seruitutis annuus, redditus sit constitutus. hoc vero probatur apertissime: siquidè in hoc contractu dominium vtile, & directum, certo, iustoq; pretio æstimatur idque pretium statim soluitur, cum ad rationem vnus pro decem illico annuus redditus redimibilis super eo fundo constituitur: qui quidem redditus obtinet vim præsentis solutionis, nec verè dici poterit, habitam fuisse fidem pretij: imò hæc annuæ præstationis obligatio, & promissio maiorem utilitatem affert, quam præfens ipsa solutio venditori attulisset. Quod si hæc venditio cæferetur facta habita fide pretij, adhuc & terminus ipse ad retrahendum à lege datus nõ à die solutionis pretij: sed à die venditionis curreret. text. insignis in. l. 72. Tauri. cuius decisio iure Cæsarij comprobatur: quia iam perfecta est venditio, quæ fit habita fide pretij: & quo ad effectum retractus, etiam ante dominij traditionem, dies contractus ipsius, non dies traditionis rei consideratur. Quæ

quidem eo tendunt, vt inde manifestum sit, in quæstione, & reuerentia huius capituli, terminum retractus à die ipsius venditionis non à die redemptionis annuæ præstationis, currere. His profecto libenter addiderim, per venditionem annui redditus super re propria ipsius venditoris constituti, non transferri in emptorem dominium directum, sed tantum hypothecam. iuxta. l. fundus quem. ff. de annuis legat. & in specie notat Spèculat. titu. de locat. §. nunc aliqua. versicul. 86. & ideò tunc retractui iure sanguinis locus non est: auctore Ioanne Lupi. in. l. 70. Tauri. nume. 27. Quod satis aperti iuris est quando in ea venditione dominium directum in emptorem annui redditus non transfertur expressim: sed & si id in contractu adiectum sit, quod dominium directum in emptorem transferatur: adhuc opinor idè esse: cum ea translatio dominij directi potius fiat ad tutiorem annui redditus solutionem, & ratione hypothecæ quàm veri dominij translationis, nec enim vllum pretium pro directo dominio datur, nec id venditur, sed tantum annuus redditus: qui iuste æstimatur super certo fundo, aliaue re constitutus. Atq; ita censeo contractus istos fore interpretandos, ne falsim concedamus tabellionibus conuentionum iura, verborum copia mutare.

Secundò, in eiusdem opinionis confirmationem facit: quod & si præmittamus, in hac specie contractus venditionem factam fuisse cum reseruatione dominij expressa, donec pretium conuentum solutum fuerit: nihil ea clausula impedit, quin statim dies dati ad retrahendum, currant à die contractus, etiam nondū soluto pretio: quia ea conditio naturalis est contractui. §. venditæ. Insti. de rerū diuisio. notat Bald in rub. C. de contra. empr. qd. 13. & in specie duo ad retractum ita adnotarunt Marthæ. Afflict. decis. Neapo. 338. & Andreas Tiraq. lib. 1. de retract. §. 1. glo. 2. num. 34. 35. & 37. nihil etenim pactum istud operatur, nec contractum conditionem facit: cum id, quod expressum est ipsius contractus naturæ sit proprium. l. condiciones extrinsecus. ff. de condit. & demq; l. cōtinuus. §. cum ita. l. interdum. ff. de verb. oblig. vnde etiam si Tiraquellus huic contractui conditionis vim tribuere visus sit, verè tamè nullam conditionem habet, quæ effectum contractus impediatur, ipsaque venditio pura est tamen si dominium translatum non fuerit. Sic deniq; cōstat, hanc dominij directi retentionem, donec pretium conuentum solutum fuerit, minimè mutare ipsius contractus potestatem.

Tertiò, hæc ipsa opinio constat ea ratione: quod in hac specie contractus, statim fuit pretium solutum iplo die contractus: cum loco pretij fuerit constitutus

Variarum Resolutionum

stitutus annuus reditus, qui iultè cum redimen-
di pactione emi, & constitui poterat ex eo pretio
quod conuentum est ad rei vèditæ æstimationem.
Etenim fingitur vno actu, pretium solutum fuisse
venditori, & eundem venditorem id pretium
dedisse emptori pro annuo reditu redimibili. ar-
gu. l. certi conditio. §. si nummos. & §. vlti. cum. l.
seq. & l. singularia. ff. si cert. petat. quo fit, vt omni-
nò manifestum sit, hanc vèditionem puram esse,
& statim soluto pretio peractam fuisse. Et ideò
dies datus ad retrahendum ab ipsius contractus
tempore currit: non à die redemptionis.

Quartò idem apparet, quia & si dicamus, hunc
contractum censualem esse, statim à die ipsius
conventionis non expectata redemptione, pro-
ximiore consanguineo rem venditam retrahere
potest ex eo quidè, quòd census detur nò sub pè-
sione perpetua, sed sub redimibili, quòd expres-
sim scribit Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 33. glof. vni-
ca. cui ratio elegans suffragatur, quam tradidit
Matthæ. Afflict. in tracta. protomisæos. §. licet e-
nim supra diximus. colum. 6. versic. sed quæro de
quadam vtili quæstione. Nam secundum eum, si
in hoc casu retractui locus non esset, fraus legi,
& retractui fieret passim, ac facillimè: siquidem
emptor rem in censum accipiens à domino sub
pacto redimibilis pensionis, clanculum pretium
solueret, pensionemque redimeret: & eà cautela
consanguineos à iure retractus excluderet. ean-
dem sententiam veram esse censet Chassanç. in
còstet. Burg. tit. de retract. §. (le vendeur.) in prin-
cip. ac rursus Tiraquel. §. 1. glo. 2. nume. 35. Quòd
si à die conuentionis, & venditionis potest proxi-
mioragnatus in hac specie rem ipsam datam ad
censum redimibilem iure retractus habere: nullo
pacto verè dici poterit, à die redemptionis hunc
terminum fore computandum.

Quinta ratio ex præcedentibus colligitur, si cò-
sideremus in hac quæstione, & eius specie plures
contractus subynius nomine còtingere. vnus qui-
dem est venditionis fundi pro centum aureis, qui
purus est, ac perfectus. Alter verò constitutionis
census iuxta ipsius pretij quantitatem ad ratio-
nem vnus pro decem cum pacto redimendi, &
hic à priori distinguitur, cum in eo sit venditoris
qui in priori emptoris nomen habuit: nec refert,
quòd hi contractus fiant diuersis scripturis, vel
vna: modò fiant statim, ac simul modico interual-
lo constituto. lege. lecta. ff. si certum petatur. At
si fiant diuersis scripturis hi contractus eodem ta-
men ferè tempore absque interuallo: censet esse
plures contractus Signorol. de Homodeis, consi-
lio centesimo tricesimo nono. quo in loco existi-
mat, diem datum à lege ad retrahendum, statim

à tempore contractus currere.

Sextò, eandem sententiam argumento sum-
pto ab absurdo euitando, in hunc modum pro-
bamus. Nam si retractus admitteretur intra no-
uem dies à tempore redemptionis annui reditus,
pro eodem pretio, quo res vendita fuit: sequere-
tur grauis iniuria, quæ emptori fieret. Etenim ip-
se emptor, vt fundum, & rem immobilem ha-
beret pro pretio centum aureorum, constituit
annuam præstationem redimibilem, & eam sol-
uit tribus, vel quatuor annis ante redemptio-
nem, & præterea pretium ipsum centum aureo-
rum: & ideò si acceptis tantum centum aureis à
proximior consanguineo, rem ipsam reddere
teneretur emptor, amitteret profus annuas præ-
stationes, quas ante redemptione annui reditus
soluerat: quòd proculdubio ab omni æquitate,
& iure alienum est. fit igitur, vt retractus in eo cò-
tractu, de quo disputamus, vel admittendus non
sit intra nouem dies à tempore redemptionis an-
nui reditus, vel si admittatur, soluendum omni-
nò, atque consignandum sit pretium ipsum prin-
cipale simul cum annuis præstationibus ante re-
demptionem solutis: quorum prius mihi potius
aridet propter eas rationes, quas hoc loco adno-
tauimus.

Septimò vt hæc ipsa opinio facilius persuaderi
valeat, admonendum est, proprietatem aliquius
rei vsufructuario venditam: iure consanguinita-
tis retrahi posse ex lege Regia absque ipso vsuf-
ctu: qui quidè manebit penes ipsum emptorem.
licet per venditionem sit proprietati consolidat-
us vsufructus, secundum Cinum, Angel. & Paul.
in. l. si maritus. C. de inoff. testam. & Tiraquel. li-
bro. 1. de retract. §. 1. glof. 7. numero. 64. optimus
tex. in. l. Dominus. in princip. ff. de vsufruct. tan-
dem ex hoc iure retractus proximior consangu-
ineus minimè euincet vsufructum. Quam ob rem
in hac præsentis dubitatione etià si locus esset
retractui, tantum is obtineret quo ad dominium
directum: maneretq; vtile penes ipsum primum
emptorem: nec posset ab eo euinci iure còsolida-
tionis: atq; ita cessaret, quòd vltima ratione prio-
ris opinionis probare conabamur. Quòd si dixe-
ris, etià dominium vtile posse lege Regia à pro-
ximior consanguineo retrahi: id quidem etià si
verum sit, procedit, vbi retractus intra nouem dies
à translatione dominij vtilis, pponitur: non aliàs.
Non me latet maximum discrimen à quibusdam
forsan constitui posse inter hunc contractum,
quo res venditur reseruato dominio directo, do-
nec pretium soluatur: vel annua præstatio loco
pretij còstituta redempta fuerit, & eum, quo vsu-
fructuario proprietates venditur: cum in priori cò-
uentione

uentione dominium vtile venditur, & transferatur statim respectu directi: ex ratione. l. 1. §. quæ oneranda. ff. quarum rerum actio non detur. & ob id vnus contractus esse videatur quo ad dominium vtile, & directum. l. cum antiquitas. in principio. C. de testam. si quidem vtrumq; simul in eadem conuentionem deducitur: licet translatio directi ex causa differatur: vnde apparet, venditorem tempore contractus ipsius, ex quo dominium in emptorem transmittitur, vtrumq; dominium directum, & vtile habuisse. At in posteriori contractu, eo tempore, quo proprietatis per conuentionem venditur vsufructuatio: ipse vsufructus non pertinebat ad proprietarium: nimirum igitur si à consanguineo proximior vsufructus non possit retrahi: cum lege retractus id tantum retrahendum est, quod venditor tempore contractus habebat, & vendidit. quod item probatur in l. à liberto. ff. de bonis libe. & quia pretium proprietatis tantum solutum fuit ex ea conuentione. l. cum in fundo. §. vxor. ff. de iure dori. Sed tamen vtcunque sit, licet teneamus, quod tutius est, in priori specie contractus dominium vtile simul & directum euinci posse iure retractus: id quidem obtinebit intra nouem dies à tempore contractus, non ab ipsa redemptione census computandos: cum ex ea conuentione, ex contractu pure facta sit venditio dominij vtilis, & directi, tamen si translatio directi dominij sit dilata in diem redemptionis census, & annui redditus. Sic denique ab hac septima ratione illud colligemus, contractum istum de quo agimus, factum fuisse ad translationem vtriusq; dominij vtilis, & directi: pretijque ad æstimationem vtriusque constitutum esse, vt tandem vtrumque dominium retrahi possit lege Regia intra diem ab ea definitum, computandum sane ab ipso die contractus. Etenim, vt ingenue fatear, verius esse censeo, quod in hoc casu dominium vtile, simul & directum retrahi valeant: at que ita non idem hic esse obseruandum, quod in venditione proprietatis vsufructuario factæ, circa legem retractus ex Cino, Angelo, & Paulo Cast. adnotauimus.

Octauo loco videbitur fortasse quibusdam, quæstionem istam decisam esse lege Regia, quæ. 74. est inter Taurinas constitutiones, qua sancitum est habentem dominium directum, vel vtile tantum: ius retractus habere ita quidem, vt is præferatur proximiori consanguineo: & tamen iuxta huius quæstionis speciem constat, emptorem soluentem censum redimibilem: annuamque præstationem, vtile saltem dominium habere ab initio contractus: atque ita de directo esse inter eum & cognatum venditoris quæstionem: ipso con-

sanguineo proximiori petente iure retractus rem ipsam ratione venditi directi dominij per extinctionem, & redemptionem annui redditus. Ergo proximior nequaquam poterit obtinere aduersus habentem iamdiu vtile rei dominium: cum is: si directum consanguineo venderetur, posset iure quidem id eodem pretio retrahere. arg. l. vendicantem. ff. de euictio. Si verò dixeris legem Regiam. 74. non procedere, vbi ex eodem contractu procedit alienatio directi simul, & vtilis dominij: quasi tunc habens vtile dominium ex emptione spem habeat ob eundem contractum, & directum consequendi: & ea ratione præferendum fore proximiorum agnatum, nè alio qui fraus fiat legi: tunc sane respondebitur hoc verum esse, modò terminus datus à lege currat, & computetur ab ipso contractus die: quo quidem facta est vtriusque dominij alienatio: licet directi translatio dilata sit in tempus redemptionis annui redditus: & sic in diem, quo verè, ac omnino fit vltima solutio pretij conuenti.

Sed & si quis aduersus sextam rationem dixerit, annuas præstationes non inique exigi ab ipso emptore interim dum pretium non fuerit solutum in loco quidem fructuum, quos è re ipsa perceperit. arg. l. curabit. C. de actioni. empt. id profecto æquum est quando annuæ præstationes non excedunt fructuum æstimationem deductis expensis: & idè, etiam si res retrahatur, non erunt à proximiori cognato annuæ præstationes emptori reddende: at si annui redditus ab emptore soluti fructuum æstimationem exceßerint, iniquum erit, eum excessum à proximiori consanguineo retrahente rem ipsam venditam minimè solui casu, quo retractui locus sit.

Quibustandem effectum est, vt isthæc posterior sententia ægor, iure verior, & reipublica magis cõueniens ad tollendas iniurias, quæ in commutationibus, & contractibus accidere solent, omnino videatur. Quam ob rem ea meo iudicio potius, quàm contraria in praxi seruabitur: nisi quandoque ex negotij qualitate visum fuerit iudicibus fraudem conuentioni subesse, eamque contigisse ad effugiendum retractum, qui iure sanguinis lege Regia permissus est: etenim tunc prior opinio potiores partes obtinebit.

Non oberunt huic posteriori sententiæ ea, quæ in prioris confirmationem adducta fuerunt. Primum etenim cessat: quia in hoc contractu hæc venditio nec quo ad dominium vtile nec quo ad directum conditionalis est: de vtili satis apparet, nec negari poterit: de directo autem probatur ex his, quæ adnotauimus in prima, secunda, & tertia, ac quinta, & septima rationibus posterioris partis: quibus constanter probare conati sumus, nullam subesse huic

se huic conuentioni conditionem.

Secundum, minimè item obstat: cum eius fundamèti ratio etiam si vera sit, de quo inibi actum fuit, obtinet in re, quæ datur in emphyteusim, vel censum ad rationem perpetuæ pensionis: non ubi pensio ipsa ab initio contractus redimibilis sit. At in hac specie contractus, de quo disputatū est, pensio est redimibilis, & ea ratione cæsetur statim dominium vtrunq; purè alienatū: quemadmodū in probatione secūdx opinionis passim cōtēdimus.

Tertium, eadem ratione deficit: præsertim ex notatis in septima postremæ partis ratione. Quia statim dominium directum per ipsam conuentionem alienatum est.

Ex capite sequenti.

- 1 *Pauli Castrensis sententia latè examinatur, de donatione omnium bonorum reseruatō vsufructu.*
- 2 *Intellect. l. pe. §. vl. ff. de pigno. circa pecuniam mutuò receptam: an ea veniat in generalē bonorum hypothecam?*
- 3 *Reseruatō alicuius rei, quæ fit in donatione omnium bonorum, qualis debeat esse?*
- 2 *Donatio omnium bonorum presentium tantū iure Regio minimè valida est. Et inibi interpretatio. l. 69. Tauri.*

De donatione omnium bonorum, quæ fit reseruatō vsufructu.

Caput. XII.



Donatio omnium bonorum presentium, & futurorum iure Cæsarum adeò improbat, ut quibusdam visum fuerit eadem ratione donationem omnium bonorum presentium tantū, minimè valere, etiam si iuramenti religione sit ea donatio confirmata: de quibus nos scripsimus in rubri. de testam. 2. parte. nu. 3. & pluribus sequentibus. Nunc sanè tractabitur opportunè, an omnium bonorum donatio, quæ fit retento à donatore vsufructu, valida sit: hac etiam cautela vsufructus retineri solet, ut ea donatio valeat. Quæ eadē quæstionē tradens Paul. Castren. in. l. vlti. nu. 10. C. de pact. in ea est snia, ut opinetur, donationem

istam minimè validam esse: eò quòd per eam tollatur libera testandi facultas: & fraus fiat legi prohibèti omnium bonorum donationem. Etenim donator de iure vsufructus testari nō valet: cum id morte finiatur: de ipsis similiter fructibus testari nequit, ubi donatio fit omnium etiam futurorum bonorum: siquidem tunc veniunt fructus è re donata percipiendi in ipsam donationē: quibus compertum est, donationē istam non valere. idem tenuerunt ipse Paulus conf. 75. nu. 8. libr. 2. Deci. num. 32. Curti. Iunior numer. 58. Purpurat. num. 252. in dict. l. vlt. Deci. cōf. 30. num. 3. & consil. 251. nu. 3. Philippus Corne. conf. 176. lib. 2. col. penult. Francif. à Ripa lib. 3. respons. ca. 14. num. 3. Carol. Molinæ. in additionibus ad conf. Alexā. 59. lib. 5. litera. b. Quorum ratio exactè, & diligenter perpenfa insinuat, hanc opinionem planè, pcedere, ubi donator simpliciter sibi retinet vsufructum: quemadmodum Ripa aduertit, ex hoc deducens, aliud esse, cum donator sibi reseruat non tantū vsufructum, sed & fructus percipiendos è re donata: tunc etenim secundum eum donatio valebit: quia donator testari poterit de fructibus percipiendis ab eo viuentē. idem expressim Purpu. adnotauit in dict. l. vlt. nume. 253. sic & Curti. Iunior dict. num. 58. & conf. 25. Pauli sententiam sequutus eam intelligit, ubi donator vsufructum sibi ad vitam reseruauerit. His accedit quod Barto. in conf. 76. respondit scribens, ad hoc, ut omnium bonorum donatio valeat, nō esse satis à donatore vsufructum, ut de eo in vita disponere possit, retineri: cum non habeat ex hac retentione liberam testandi facultatem: hoc ipsum sub ambiguo Roma. notat in. l. stipulatio hoc modo concepta. num. 42. ff. de verb. obligat. quo in loco Alexand. num. 18. Iason nume. 10. & Soci. conf. 126. colum. vlt. lib. primo. Bartoli opinionem in specie probant, & sequuntur: atque item omnes, qui Pauli sententiam veriorem esse existimant, responsū Bartol. facilius admittūt: etenim colligunt ex hoc simplicem vsufructus retentionem censerī factam de fructibus futuris quo ad dispositionem inter viuos, non quo ad testamentum. Quam ob rem donatio omnium bonorum, casu, quo à iure improbetur secundum eos, non cæsebitur valida ex simplici vsufructus retentione: quemadmodū Paulus Castrensis, & hi, qui eum sequuntur, existimarunt: his sanè rationibus prior hæc opinio defenditur. Ex contrario, quòd donatio omnium bonorum, etiam futurorū valeat: si donatarius sibi vsufructum simpliciter reseruauerit, adserunt Alexan. nume. 18. Iason colum. 7. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. Areti. consil. 54. colum. 3. Iacobi. de S. Georgio

Georgio in dict. l. vlti. nume. 39. C. de pact. & ini-
bi Andreas Alciatus. Quibus ad stipularur, quòd
donator de fructibus percipiendis ratione vsuf-
fructus testari poterit. Hos etenim donatari⁹ mi-
nimè habebit donationis titulo, nec in eam hi
fructus veniunt: licet inter bona futura donato-
ris numerentur. siquidem restringitur omnium
bonorum, etiam futurorum donatio, vt in eis
fructibus, quos donator causa reseruati vsuf-
fructus è re donata perceperit, locum non habeat.
Nam res ipsa consentiente donatario alienata, &
deinde redempta in bonorum futurorum dona-
tione non reuertitur: sicuti deducitur ex. l. vlt.
C. de remiss. pignor. quo in loco probatur, rem
ab initio hypothecæ obligatam, & subiectam: se-
mel tamen consentiente creditore alienatam: mi-
nimè in eandem hypothecam redire, etiam si de-
bitori iterum ad quæ sita fuerit: quanuis hypothe-
ca bona præsentia, & futura complectatur. Sic &
fructus semel à donatore excepti, nè in donatio-
nem, vt compertum est ex eius mente, veniant
licet à eo postmodum adquirantur, donatario
minimè obuenient, nec ad eum pertinebunt. quod
item probatur in. l. penul. §. vltim. ff. de pignori-
vbi iuriconsultus scribit, pecuniam à debitore
mutuò acceptam ab alio, quàm creditore: in hy-
pothecam bonorum præsentium & futurorum
venire: cum ipse debitor prius, quàm pecuniam
mutuò acceperit, pignori obligauit quidquid in
bonis haberet, habiturusue esset: quasi secus sit in
pecunia mutuò accepta per debitore ab ipso, nec
creditore, cui ob eam causam hypotheca consti-
tuitur secundum Roma. in singul. 605. qua quidè
ratione fit, vt licet donationi futurorum bonorum
contineat fructus percipiendos per ipsum dona-
torem ex alia causa: non tamen continebit fru-
ctus percipiendos ex causa reseruati factæ in
eodem donationis contractu. denique mihi il-
lud satis probatum est, ob specialem donatoris
exceptionem, & reseruati fructuum perci-
piendorum è re donata ipsos fructus futuros mi-
nimè in donationem ipsam venire: nec contra-
riù potest vlla iusta ratione defendi. id vero, quod
ex Roma. adnotauimus ad dict. l. penul. §. vltim.
expressim tenuerunt. Ricard. Bald. & Albe. in. l.
obligatione generali. ff. de pignori. idem Alberi.
in dict. §. vlti. & Antoni. Fanensis in tract. de hy-
pothe. & pignori. 2. parte. membro. 2. numer. 12.
quorum interpretatio communis est, eaq; ratio-
ne constat: quia pecunia mutuò accepta ab eo
creditore, cui obligatio hypothecaria fit: eo ani-
mo accipitur, vt ea libera sit ad negotia tractan-
da: & eorum expeditionem. vnde alienum est à
mente debitoris, cuius voluntas necessaria est ad

hypothecã, quòd ea pecunia obligatione hypo-
thecaria sit impedita.

Item eadem Alexan. & aliorum opinio mani-
festè probatur ex eo, quòd vsufructuarius, qua-
lis donator est, fructus omnino sibi acquirit, sed
de eis testari potest: eosque ad hæredes transmit-
tit, iuxta. l. defuncta. ff. de vsufruct. cuius & nos
meminimus libro primo. huius operis cap. 15. nu-
mero. 3. Ergo planè deducitur fructus istos, qui
expressim à donatione excipiuntur, uò compræ-
hendi sub futurorum bonorum appellatione.

Imò, & idem erit, vbi vsufructus à donatore
retinetur expressim ad eius vitam: cum ea con-
ditio sit de natura vsufructus, licet expressa non
fruerit: & ideo nihil mutat vsufructus proprias
leges, & cõditiones. Ex quo colligitur nihil refer-
re ad veritatem, & rationem decisionis Pauli Ca-
strensis: quòd vsufructus reseruetur à donatore
simpliciter vel expressim ea adiecta clausula, qua
& fructus percipiendos donator sibi excipiat:
vtrouque etenim casu vel falsa, vel vera erit Pauli
opinio aduersus Ripam, & Purpur. Sic sanè fal-
sum est quod Curti. Iunior opinatus scribēs ean-
dem Pauli sententiam tunc obtinere, cum dona-
tor sibi reseruauit vsufructum ad vitam. nam si
ue simpliciter reseruatio vsufructus fiat, siue ad
vitam minimè mutatur reseruati ius. Et pro-
fectò mihi verior apparet opinio Alexan. aduersus
Paulum ob eas rationes, quas modò expressi.

Verum adhuc obtinebit sententia Pauli tribus
equidem casibus. Primò, quando reseruatio vsuf-
fructus facta fuit à donatore, vt de eo possit dona-
tor in vita disponere: iuxta responsum Bartoli;
quod ni fallor, frequentiori calculo receptum est.
Nam & tunc per eam reseruatiorem expressim
à donatore factam, ad eum effectum, vt de vsuf-
fructu possit inter viuos, & in eius vita disponere
ipse donator abdicat sibi potestatem testandi etiã
de fructibus percipiendis ex re donata. Quam
ob rem propter eam abdicationem locus est pro-
hibitioni legis, quæ vetuit, donationem omnium
bonorum fieri, nè donator maneat priuatus libe-
ro iure testandi. Quo fit, vt merito in hac specie
donatio improbetur.

Secundò, Pauli sententia obtinebit: vbi vsuf-
fructus in donationis contractu reseruatus, esset ne-
cessarius ad alimenta ipsius donatoris eius condi-
tione inspecta. Nam tunc, cum nihil superesse pos-
sit ad exercendam à donatore testandi faculta-
tem, optimè deducitur, donationem nullam esse.
Hoc probatur autoritate Aretini in dict. consi.
54. col. vlt. qui respõdit, donationem omniũ bo-
norum nullam esse, etiam si donator aliquid re-
seruauerit pro alimentis: siquidem in specie om-

Variarum Resolutionum

omnino tollitur testandi libertas, quæ sanè ratio efficit, quòd omnium bonorum donatio iure ipso nulla censeatur. Quam sententiam probat Boerius decis. 204. num. 44. & Aymon conf. 222. nu. 2. lib. 2. ubi latè conatur defendere opinionem Alexandri aduersus Paulum Castrensem.

Tertiò, eadem ratione, & proculdubio fortiori, donatio omnium bonorum erit reprobanda, etiam reseruatò vsufructu: si ipse vsufructus ita modicus sit, vt nec ad alimenta congrua donatoris sufficiat: sicuti donatio omnium bonorum nulla iudicatur: quoties id, quòd à donatore reseruetur, ita modicum est, quòd vix ad alimenta sufficiat, vel testamentaria eiusdem rei dispositio elusoria, vana, & ferè inutilis sit: adeò quidem vt nemo sit, qui hæreditatem adire velit secundum Paulum, & Alexandrum nume. 18. Claudium. penult. in dicta. l. stipulatio hoc modo cõcepta. Purpurat. in dict. l. vltima. numero. 251. C. de pactis.

Quibus accedit quòd vt donatio omnium bonorum valida sit ex reseruatione alicuius partis bonorum, oportet eam reseruationem omnino liberam esse ad testandum, ita quidem, si vt testandi libertas diminuta sit, donatio nulla iudicetur: Etenim cum omnium bonorum donator ceterum sibi reseruauerit ad testandum, & disponendum de eis pro anima: respondit Ripa libro tertio, respon. capit. 14. num. 4. donationem minimè validam esse. Sic & Decius. consilio. 203. & consilio. 257. asseuerat, omnium bonorum donationem improbari etiam si pars aliqua patrimonij fuerit reseruata, vt de ea donator in vita vel in morte disponat: quasi sublata sit libera testandi facultas, si donator in vita de bonis reseruatis disposuerit. Ego, vt ingenuè fatear, quid in hac re sentio: non video qua ratione responsum hoc Philippi Decij defendi iure possit. Nam si donator sibi reseruasset ex omnium bonorum donatione simpliciter fundum aliquem mediocris æstimationis, non negaret Decius. donationem validam esse: & tamen dubium non est, nec esse verè poterit donatorem posse in vita ipsius de hoc fundo disponere, & id vendere, ac consumere: nec ex hac consumptione donatio prior irrita fit: cum ex ea donatione non fuerit sublata libera testandi facultas: sed potius ex ipsa consumptione. quam ob rem Ripa dubitauit de Resposo Decij, & id iustissimè improbat Alciatus in dict. l. vlti. C. de pact. ad finem. Sic post primam huius operis additionem legi responsum Aymonis in. d. conf. 222. qui nu. 30. Decij opinionem falsam esse censet: Eodem pacto ipsius Ripæ sententia falsa videtur: quia per eam reseruationem non minuitur testandi li-

bertas: etenim donator, qui reseruauit sibi centum aureos, vt pro anima disponeret, non cogitur præcisè de eis pro anima testari; poteritque liberè disponere: cum reseruatò ipsa facta fuerit in ipsius donatoris fauorem, & vtilitatem: qua ratione per eam non restringitur libera disponendi facultas: quemadmodum Alciatus in dicta. l. vlt. censet, per text. in. l. donationes. §. species. ff. de donatio. Nec ita est accipienda retentio quorundam bonorum facta à donatore ad disponendum pro ipsius anima, vt intelligamus ea bona in aliam causam expendi non posse, vel donatario adquiri, si aliter fiat eorum dispositio: præfertim quòd si donator in vltima voluntate pro anima de eisdem bonis reseruatis disposuerit, mutari, & reuocari poterit ea dispositio ad libitum testatoris: siquidem eius contemplatione facta fuerit, additaque donationi bonorum reseruatò. Deinde ea interpretatio in dubio adsumenda est, quæ ad subuertendum actum minimè tendat. l. quoties. ff. de reb. dubi. at si reseruationem prædictam præcisam fore censeamus, & ex ea tolli testandi liberam voluntatem interpretemur, inutilis, nullusque erit contractus ipse, quòd à voluntate contrahentiũ satis abhorret: & ideo æquior ac benignior est sensus verborum obseruandus. Hinc etiam deducitur Bartol. opinionem in dicto consil. 76. ambiguam esse: nam si reseruatò facta est in donatoris fauorem, vitæ mentio non mutat eius liberam dispositionem: poteritque donator de bonis reseruatis testari: maximè quia verba illa, in vita disponere, etiam testamentariæ dispositioni conueniunt: cum testamentum in vita testatoris fiat: tamen si effectum post eius mortem habeat. Quòd si dixeris, eam clausulam, cuius Bartol. meminerit, donationi adiectam, eum habere sensum: quòd de bonis reseruatis donator possit inter viuos absque testamento disponere: non autem in vltima voluntate; nec in aliam causam, quàm in donatione expressam posse ea bona impendi: quòd difficilimè probabitur, nisi apertissimè à mente donatoris deducatur: tunc fatebor vtique per eam donationem sublata fuisse liberam testandi facultatè, & ex ea causa donationem ipsam omnino nullam esse. qua in re verba contractus diligentissimè sunt examinanda: ne quid contrarium donatoris voluntati præsumatur.

Cæterum, quæ circa Pauli Castrensis sententiam adduximus, iure Cæsareo, quòd omnibus commune est, locum obtinent: at iure Regiò in ea Hispaniarum parte, quæ Castellanis legibus subdita est, quæstio prædicta maiorem ambiguitatem habere videtur, ppter. l. 69. Tauri, qua ita-

turum est, donationem omnium bonorum, etiã præsentium tantum, nullam esse: etenim ante eam constitutionem iure ciuili Romanorum frequentiori omnium consensu receptum erat, donationem omnium bonorum præsentium tantum, validam esse: sicuti monstrauius in rubri. de testam. 2. parte. notant Bart. & omnes in dict. l. stipulatio hoc modo concepta. num. 5. ff. de verbo. obligatio. Deci. cons. 30. Et sanè etiam stante Regia lege sæpissimè apud suprema huius regni tribunalia communis sententia aduersus Paul. Castrensem recepta videtur, cum his quidem interpretationibus, quas paulò antè tradidimus: mihi tamen quoties lege Regia erit ius dicendum potius applaudet Pauli opinio: quæ & si iure Cæsarium iustè improberur: Taurina verò constitutione potissimum probatur. quod pluribus rationibus verum esse ostendã, quò certior sit hæc interpretatio.

Primò siquidem constat, iure Regio donationem omnium bonorum præsentium tantum, nullam esse: atque idèò manifestissimi iuris erit, hanc donationem omnium bonorum vsusfructu retento, esse nullã omninò, si probauero per eam omnia bona præsentia donari. id verò colligitur ex eo, quò donatio omnium bonorum iuxta communem intellectum ad præsentia omnia bona pertineat. ita equidem visum est Barto. & alijs in dict. l. stipulatio hoc modo concepta. reseruatio autem vsusfructus non mutat hanc conditionem: quia fructus percipiendi ad futura bona pertinent: ipsum autem ius vsusfructus non potest inter præsentia bona donatoris censerì: cum vsusfructus pertinens ad donatorem tempore donationis, causalis sit: is verò, qui reseruat formalis: qui constitui non potest donec in donatum transferatur dominium, & sic post donationem ipsam: igitur vsusfructus formalis, qui per donatorem reseruat, non erat penes ipsum tempore donationis: atque ita ad bona eius præsentia minimè tunc pertinisset. dices forsàn hanc rationem idèò debilem esse, quò statim vnico actu donatio fiat, & inter bona præsentia donatoris formalis vsusfructus constituatur, & item retineatur. Et præterea per reseruationem vsusfructus non fiat noua vsusfructus adquisitio: sed tantum mutatur qualitas eiusdem: cum ex causali mutetur: & trãseat in formalem. Causalis autem erat penes donatorem tempore donationis: ergò & formalis quo ad substantiam rei itidem apud eundem donatorem exerat ante donationem, saltem eius tempore, quam ob rem prima hæc ratio minùs congrua apparet. Vnde secundò vrgentiùs considero, quò Doctor. omnes, qui à

Paulo Castrensi recesserunt, fatentur in hac specie donationis omnium bonorum retento vsusfructu factæ, donationem ipsam verè esse omnium præsentium bonorum: quippe qui censeant ipsum ius vsusfructus nihil impedire, quin hæc donatio omnium præsentium bonorum sit: quia de eo testari donator non valet: at tamen defendunt hanc donationem ex eo, quò de fructibus futuris, qui causa vsusfructus reseruati fuerunt, testari donator possit: palàm igitur sit, hanc donationem iure Regio nullam esse: cum sit, omnium saltem præsentium bonorum donatio. Tertiò, hanc ipsam sententiam Regiæ legis mens planè probat: etenim ex eo Regia lex improbat omnium bonorum præsentium donationem, quò velit ad effectum validæ donationis aliquid ex bonis præsentibus reseruari, de quo donator ipsemet tempore donationis testari valeat: quasi nolit lex tolli liberam testandi facultatem donatori, etiã si statim post donationem mortis periculum, & de scrimen sit subiturus. Quo fit, vt etiam si teneamus ius vsusfructus formalis esse de bonis præsentibus non sufficiat eius reseruatio: quia id ius morte finitur: nec de eo testari donator posset: fructus autem percipiendi nihil ad effectum donationis validæ pertinent, quãuis reseruentur, cum ea reseruatio iure Regio sufficiens non sit.

Quartò in eiusdem opinionis cõprobationem facit, quò iure Regio duo requiruntur, vt omnium bonorum donatio valeat. Primum, reseruatio alius cuius partis ex bonis præsentibus: quemadmodum dict. l. 69. satis expressum est. Secundum, exigitur quò ea reseruatio fiat de re, quæ cadat in testamentariam dispositionem donatoris. Nã & iure Cæsarium secundum communem omnium sententiam in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. id, quò reseruat a donatore, vt donatio omnium bonorum valeat, oportet, vt eius conditionis sit: quò donator de eo testari valeat: nè tollatur libera testandi facultas: alioqui vana, ac frustranea esset in hac specie reseruatio. Et profectò illud maxime iudicum animos persuadere debuisset, vt Pauli Castrensis opinionem in praxi saltem iure Regio reciperent, quò in his omnium bonorum donationibus vsusfructus reseruatio fit in manifestissimam legis fraudem. Aliquot præter hæc scitu digna in hac materia lector diligens obseruabit apud Iasonem in. l. à Diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudica. columna secunda: & in. l. prima. §. si quis ita. nume. 18. ff. de verbo. obligat. & cons. 169. lib. 4. Curri. Iuniorum consilio. 15. & 25. Gozadinum consil. 87. Aymonem consilio. 139. ad finè. præter alia, quæ & ipse adnotauì in rub. de testament. 2. parte. & adnota

Variarum Resolutionum

runt Docto. in dicta. l. stipulatio hoc modo con-
cepta. & in dict. l. vltima. C. de pact. Mathes. no-
tab. 137. Et in ea quaestione, quam in dict. §. inven-
dione. Iason explicuit: omnino legendi sunt
idem Iason consilio. 65. dubio. 4. libro primo. &
consil. 194. idem in dicta. l. stipulatio. columna pe-
nul. Deci. consil. 414. atque Andreas Tiraquell.
in. l. si vnquam. C. de reuocand. donatio. verbo,
bona. nume. 7.

Ex capite sequenti.

- 1 *Distributiones quotidianæ an veniant appella-
tione fructuum beneficiorum.*
- 2 *Distributiones quotidianæ etiam ex consuetu-
dine absentibus dari non debent.*
- 3 *Residentia, & personalis præsentia ipso choro,
differunt valde quo ad perceptionem fructuum.*
- 4 *Lex improbens consuetudinem, an reprobare
cõseatur præteritam tantum, vel futuram simul.*
- 5 *Sublata consuetudine. an & immemorialis re-
uocata sit.*
- 6 *Distributiones quotidianæ simplices, & non
duplices dantur habenti in eadem ecclesia duo
beneficia.*
- 7 *An absentium distributiones præsentibus ad-
crescat.*
- 8 *Infirmi qualiter excusentur à præsentia in cho-
ro, vt percipiant distributiones quotidianas:
& quid de excommunicatis?*
- 9 *Consuetudo an valeat excusare quem à residen-
tia, vt is percipiat redditus principales bñficij?*
- 10 *Clerici habentes beneficia ecclesiastica, qua pœ-
na cogantur horas canonicas dicere?*

Quid consuetudo possit circa fructus beneficiorum absentibus conferendos? Cap. XIII.



Fructus beneficiorum eccle-
siasticorum iure Pontificio
bifariam considerantur. Qui
dã etenim in genere consti-
tuti sunt, vt ex titulo canoni-
co ac legitimo habenti bene-
ficiũ competant, & reddan-
tur. Alij vero distributione quadam veluti diuer-

num, & horarium stipendium his, qui quotidiana ministerio in celebrandis officijs diuinis sub-
seruiunt ecclesie, distribuuntur. horum ratione
tractari solet, an hi fructus ex consuetudine absen-
tibus acquirantur: qua de re traditum est à iuris
canonici professoribus dubitationem istam in
duas distinguendam esse partes: quarum prior de
quotidianis distributionibus: posterior de alijs
ecclesiasticorum beneficiorum redditibus tracta-
bit. etenim quotidianæ distributiones potissimè
differunt à reliquis beneficiorum redditibus. imò
appellatione fructuum beneficij ecclesiastici nõ
veniunt quotidianæ distributiones. tex. optimus
in capit. vnico. de cleri. non resi. in sexto. & in ca-
pit. vlt. §. in illis. de cõcess. præb. eo. lib. idem plu-
ribus rationibus, & autoritatibus probari pote-
rit: quæ hoc in Capite à me erunt adnotandæ.
Præsertim tamen illud admonendum est, quòd
cũ aliqui impetratione beneficij, quæ à Sum-
mo Pontifice fiat, valor eiusdem sit omnino ex-
primendus iuxta regul. Cæcell. 21. & 60. ac. 62. &
tradita per Ludouicum Gomeci. in præfatione
eiusdẽ regulæ post glo. & Doct. in Cle. 1. de præb.
Feli. in. c. causam quæ. 3. col. de testib. eundẽ Abb.
& Ripam nu. 76. in cap. ad aures. de rescript. De-
ci. consil. 156. Seluam. 3. part. de benef. q. 12. Oldra.
consil. 216. qui an valoris vera mentio sit necessa-
ria iure canonico seclusis cancellarij Apostolicæ
regulis, latissimè inquirunt, & diligenter exami-
nant: attamen satis erit, valorem Romano Ponti-
fici significari secundum eorum æstimationem
redituum, qui absq; quotidianis distributionibus
ex eodem beneficio percipiuntur: nec enim au-
gent beneficij valorem distributiones quotidia-
næ, nec id quod pro anniuersarijs datur: cũ hæc
ratione personalis operæ, & laboris dentur. argu-
tex. l. cum duobus. §. si in coeundo. ff. pro socio.
& in. l. prima. 2. respon. ff. si mens. fals. mod. dix.
ex quibus in hac specie hic ipsum adnotarũt OL-
dra. cõs. 118. Rota in antiquis. 766. & in nouis. 134.
Ancha. in Cle. 1. de præb. lo. And. in Specul. rub-
de cõcess. præb. Barb. in cap. vlt. col. antep. de pe-
culio cleri. glo. in reg. cancell. 60. Feli. in dict. cap.
ad aures. num. 14. Philip. Probus latè in dict. cap.
vnico. de cleri. non resid. nu. 37. 52. & 57. Ripa lib-
1. resp. cap. 5. Parisi. consil. 33. lib. 4. col. 2. Ioann. Sta-
philæus de literis grat. & iustitiæ. Fol. 29. col. 2.
Gomeci. in tract. de expectatiuis. num. 104. quo-
rum opinio communis est, & probatur è text. in
dict. capit. vnico. à quo & ipse aliam in distribu-
tionibus quotidianis conclusionem adnotauit, in
cap. cùm in officiis. de testament. num. 4.

Ad quaestionis igitur respõsionem ex Bonifa-
cij Octauj cõstitutione proponitur cõclusio pri-
ma.

ma. Consuetudine induci non potest, quod distributiones quotidianæ absentibus, & minimè ministrantibus dentur. ita etenim statutū est in dict. cap. vnico. de cler. nō resid. in. §. ex pluribus quæ Doct. inibi tradiderunt. nam harum distributionum ea est ppria natura, vt his, qui verè inter sunt diuinis officijs cōpetār, non alijs: & idè nec his debētur, qui fictè residere censentur: nempe canonicis iuxta iuris permissionē existentib⁹ in episcopi seruitio, & ministerio. c. de cætero. de cleri. non resi. itē nec his, qui literis operam dantes in aliqua literarū, bonarūq; artium, iuris diuini, & humani Academia ad maiorē ecclesiarū vtilitatem ius ipsum diuinum, vel humanū Pontificium tamen profitentur: hi siquidē distributiones quotidianas non recipiunt: sicuti notatur in cap. licet. de preb. vbi glo. Abb. & Doct. quibus ad stipulatur, quòd habens à Romano Pontifice priuilegiū, vt fructus beneficij etiam absens recipiat: nō poterit distributiones quotidianas ex eo habere. rex. & ibi glo. cōmuniter recepta in cap. vit. de rescri. lib. 6. glo. & ibidē Doct. in cap. 2. de priuileg. eo. lib. tradit idem Ioan. Staphil. de literis gratiæ, & iustitiæ. Folio. 192. col. 1. etiā si dispensationis, & priuilegij, auctoritate speciali seruiat is ecclesiæ per vicarium: nam in hac specie distributiones quotidianæ nec absenti, quia personale ministeriū ecclesiæ nō exhibet, nec vicario, quia is canonicus non est, minimè debentur, authore Calder. cons. 1. tit. de cleri. non residēt. in quo verba principis priuilegiū cōcedentis omninò sunt expendenda, nè quid aduersus eius concessionē fiat. Sic quanuis princeps proprio rescripto iubeat absenti reddi fructus beneficij, ac si is præsens esset: non ex hoc ei debentur distributiones quotidianæ. glo. omnium consensu probata in dict. cap. vnico. de cleric. non resid. in. 6. & inibi Probus. numero. 50. & idem erit, vbi princeps absenti permittat fructus recipere, & ei deberi statuat: si residere ipse, adhuc enim ex hac indulgentia fructus beneficij distinctos à distributionibus percipiet: non ipsas distributiones quotidianas. quod adnotauit post alios Guiliel. Gasfador. decis. vnica de cleric. non resident. Atque hæc iure procedere videntur, licet glo. contrarium sentiat in capit. tūm dilectus. de cleri. non resident. Scribunt siquidem Anton. & Deci. in cap. cum omnes. de constit. Dominic. & Francus in dict. cap. vnico. maximum esse discrimē inter residentiam, quæ quidem dicitur, cum quis eo loco habitat, in quo ecclesia est, cuius beneficium habet, appellaturq; ab alijs præsentiæ: & alia ex parte inter essentiam, cum obtinens beneficium ipsis diuinis officijs celebrandis præsens est, &

ministerio eorum; celebrationi, ac altari exhibet. glo. in dict. cap. vnico. verb. affuerit. ex qua hi Doct. adnotarunt, iure Pontificio ad percipiendos, & adsequendos fructus beneficij solam residētiam absq; ministerio personali, & præsentia in diuinorum officiorum celebratione, sufficere, non sic ad obtinendas quotidianas distributiones: quas quis, nisi inter sit diuinis officijs, habere non potest. hoc probatur argumento ab speciali in dict. cap. vnico. secundum Domini. & Franc. ibi. verum priorē huius distinctionis partem falsam esse censent Hostien. in summa, titu. de cleri. non residen. §. 2. q. 27. Astensis lib. 6. tit. 34. Syluester, verb. residētiam. in princi. Andre. ab Exea in dict. cap. cum omnes. num. 58. existimantes, nequaquam sufficere ad obtinendos beneficij reditus, etiam absque quotidianis distributionibus, ipsius clerici residentiam, nec præsentiam, habitationemve in loco, vbi est ecclesia ipsa: sed oportere, quòd ipse clericus habens beneficium seruiat ecclesiæ, officia ecclesiastica exerceat, altari ministret, faciatq; ipsemet ea, quæ ad ecclesiæ regimen, & cultum necessaria sunt: quorum opinio in beneficio, cui imminet cura animarum probari videtur in cap. conquere. cap. relatum. cap. quia nonnulli. de cleric. non residentibus. Et profecto plurimum. apud deos consideranti legis naturalis, & diuinæ rationem: cōciliorum, sanctorūq; patrum decreta: cum exhibis appareat decimas, cæterosq; ecclesiasticos reditus nō alia ratione, nec alio iure habentibus sacerdotia, beneficiaq; ecclesiastica præstari, quasi & hi operas in ministerio ecclesiæ impederint quæ ab ipsis canonicis inditæ, & institutæ fuerint, quænam admodum ante non diligentius, & docti alij tradidere. Nec tamē inficior priorem sententiam non statim damandā esse: modò sacerdotes, & alij clerici, quibus beneficia collata fuerint omni conatu, & opera eurent præsentes quidem, quòd ecclesiastica officia, ac aliqua munera, quæ cōmodè per aliū expediri possunt, solenniter, diligēter, & absq; vilo pēficulo ministrēt: ea verò, quæ ipsorum propriā industriā exigunt, ipsimet tanquàm operarij digni mercede, non per vicariū, sed proprio labore subeant. sic tandem fiet vt tūm præsentes sint, etiam vicariū habere possint, nec fraudēt oues sibi commissas propria præsentia, & industria: ob quæ stipendiū a Christianis integrum accipiunt. His equidem, & alijs prima conclusio probatur præter auctoritatē, quam habet ex Bonifacij Octauī constitutione. Hæc verò aliquot interpretationes patitur ad eius apertiore intellectum.

Prima sanè in hunc modum proponit, vt tan

dem consuetudine effici non possit. quòd quotidianæ distributiones debeantur absentibus, qui non intersint diuinis officijs: nisi consuetudo id induxerit in eo casu, quo de iure dubium est, an absentibus distributiones quotidianæ debeantur. Etenim si contigerit aliquis casus, in quo iure Pōtificio scripto non sit expeditū absentibus non deberi quotidianas distributiones: imò ex eodē iure sit ambiguum, an debeantur: poterit consuetudo legitime præscripta hanc ambiguitatem interpretari, & declarare: cū nihil nouum, nec iuri cōtrarium aperte sit per eam inductū, secundum Bal. inter consilia Card. cons. 53. Deci. in dict. cap. cū omnes. 1. lect. colū. 1. & Exam ibi nume. 50. Rochum Curti. in cap. vlt. de consuetud. Fol. paruo. 15. col. 2. 3. notabi. 3. limitatiōe. Qui autem sint casus, in quibus iure Pontificio controuersum sit: nec quidē expeditum, absentibus & his, qui diuinis officijs nō fuerint præsentēs, deberi quotidianas distributiones, deducitur ex notatis in dict. cap. vnico.

Secunda prædictæ constitutionis interpretatio eam quæstionem habet: num ea constitutio seruanda sit, vbi consuetudo fuerit post eandem constitutionem inducta, & legitime præscripta? Nam videtur ex ea constitutione, quæ consuetudinem tollit, sublatam fuisse præteritam consuetudinem, non futuram: cū constitutio reprobans consuetudinem, præteritam tantū, non futuram improbet: glo. in Clem. statutum. de plect. verbo. consuetudine. quam Imol. inibi sequitur, quamq; diuine singularem esse Abb. in cap. vlti. col. vlt. de consuet. idem consil. 7. colum. 4. lib. 2. Bald. in l. vlti. C. de pact. pign. Roma. singul. 80. dixit ordinariam. Iason in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. 1. & 2. lectio. ff. de legatis primo. commendat Abb. in capit. 2. numero. 7. de probatio. & in capit. in Lateranensi. colum. 1. de præbend. notat Anchar. consil. 51. optimus tex. in capit. 1. de consuetu. in 6. Quoniam loco gloss. contrariam sententiam probat in specie capit. vnici. de clon. non residentib. existimans verb. expressæ, non posse nouam induci cōstitutionem, quoties ius ipsum consuetudini resistit: sicuti in dicto capit. vnico. resistit, atque ita satis aperte secundum hanc partem intellexit glossa prædictam cōstitutionem, qua in re prænotare oportet aliquot conclusiones, ex quibus constet huius dubitationis cōgrua resolutio. Prima conclusio. Lex, vel canon consuetudinem aliquam iniquam, & irrationabilem decernens, non tantum præteritam, sed & futuram damnat: ita quidem, vt & futura consuetudo minimè admittenda sit: quippe quæ sententia legis appareat iniqua. capit. vlti. de consuetu. sehsit

hoc Innocen. in cap. ex parte. vers. sed distingue. de consuetu. sensere itē Domi. in capit. primo. col. vltim. de constit. in. 6. & alij, quibus sequens propositio omninò placet. Secunda conclusio. Consuetudo etiam futura procedere nequit aduersus canonem, vel legem, quæ ipsam consuetudinem simpliciter reprobauerit: nam & eam sensim iudicat iniquam esse. ita sanè censent Abb. in dicto capit. 2. nume. 7. de probationi. Domini. & Franc. in cap. 1. colum. vlt. de constit. in. 6. Bart. in l. vlt. ff. de legat. 2. Areti. in l. 3. ff. de testamē. Bald. in dict. l. vlt. C. de pact. pig. Andreas Tiraq. libr. de retract. in præfatione. nume. 18. & 19. idem tenent asseuerantes, hanc opinionem communem esse Felin. & Deci. vterq; nume. u. in dict. capit. 2. de probatio. Rochus Curti. in dict. capi. vlti. Fol. paruo. 52. col. 4. Iason in l. de quibus. ff. de legib. numero. 55. Alexand. & Iason in l. si mihi, & tibi. §. in legatis. ad finem. ff. de legatis primo. Tertia conclusio. Consuetudo ex noua causa potest induci contra legem derogantem etiam expressam futuris consuetudinibus, quod existimant Antonius. colum. 26. Abb. colum. vlti. Rochus Curti. Folio. 53. colum. 2. in dicto cap. vlti. de consuetud. Domini. in dicto cap. 1. colum. vlt. Abb. numero 8. & Deci. numero. 11. in dicto capi. 2. de probatio. Quorum opinio communis est, ac vera quidem ex eo, quòd noua causa tollit iniquitatem, quæ inesse videbatur ipsi consuetudini eo tempore quo lex eam, vt iniquam reprobauit. Quarta conclusio. Poterit simpliciter consuetudo constitui, & vires obtinere aduersus legem, quæ licet consuetudinem reuocauerit, eique derogauerit: non tamen eam reprobat, damnat, nec reprehendit: etenim ex eo, quòd lex quidquam statuerit non obstante consuetudine, cui expressè derogat, non eam reprobat, nec irrationabilem, aut iniquam esse iudicat: sed eam tollit, quæri admodum solent tolli veteres leges ex causis, quæ iuxta temporis qualitatem, & rerum vicissitudinem iustæ legislatoribus apparent. nec ex hoc leges antiquæ, iniquæ censentur: imò poterunt iterum in præxim & negotiorum definitionem adduci, si reipublicæ administratori placuerit. Non oberit, quòd in legibus, & canonibus posterioribus mentio facta sit consuetudinis ad eius derogationem: cū ea mentio fiat ad effectum, vt constet, per leges has tolli consuetudinem: siquidem aliqui per legem generalem à principe statutam non censentur sublata consuetudines regulariter, quæ ante ipsam legem vim consensu populi habebant. tex. in cap. primo. de consti. in. 6. vbi Domini. Franc. & Gomeci. numero. 86. & pluribus sequentibus. Abb. in cap.

in capit. vlti. colum. fina. & ibi Rochus. Folio. 55. column. 3. de consuetu. Bartol. in l. de quibus. 10. opposit. numero. 5. & ibi Iason. ff. de legib. nec huic sententia præiudicat iuriconsultus in l. 3. §. diuus. ff. de sepult. violat. Quia quidquid præuè inibi commentus sit Accursius, ea responsio procedit, vbi post legem principis generalem, sit municipalis constitutio, vel inducitur consuetudo propria alicuius ciuitatis, & ei peculiaris, & iuxta quem sensum non probat iuriconsultus, per legem principis generalem tolli municipales constitutiones, & particulares locorum consuetudine: sed post legem principis generalem non posse contrariam municipalem legem statui, quod ad aliam quæstionem pertinet, quæ huic loco minimè conuenit. illud verò omitterendum non est, idè in dicto. §. diuus. municipalem legem tolli, quia ea bonis moribus, quibus tunc ad reipublicæ utilitatem Ethnici utebantur, aduersabatur: vel saltem ea lex iniqua erat inspectis principum prohibitionibus, quibus vetitum erat, intra vrbes ipsas, & ciuitates mortuos sepeliri. l. mortuū. C. de relig. & sumpt. funer. l. secunda. tit. 13. part. prima. Hac denique resolutione quatuor his objectionibus propositis deducitur primò intellectus, & examinatio. gloss. in Clementi. vlti. verbis quauis. de reb. ecclési. quæ tenentur per hæc verba, & similia, sublata: quacunque consuetudine: aut non obstante quacunque consuetudine, etiam immemoriam, vt hac interrim dictione vtar, consuetudinem reuocata: & sublata consuetudine. idem gloss. in Clementi. prima verb. quanticunque. de foro competen. quas Felin. sequitur in cap. dilecti. column. vltia. de maiori. & obedi. Ant. column. tertia. & Panor. 3. notab. in cap. cum ex officio. de prescrip. Ioan. Andr. & Abb. in cap. cum in instantia. de cens. idè voluit Cardina. in dicta. Clem. vlti. vbi simplici ter obsequie dictione vnipersali per legem tollatur consuetudo. Contrariū tandem voluerūt, etiam apposita dictione vnipersali, Bald. in l. vnica. C. de annat. exoe. col. 2. Bal. & Aug. in l. omnes. in fine. C. de prescrip. 30. anno. Alexā. in l. nemo potest. col. vltima. & ibi Ripa. nu. 15. ff. de legat. primo. Felin. in rub. de prescrip. col. pen. Floria. in l. an vsus fructus. ff. de vsu fr. per illū tex. Marthæ. Afflict. decis. 254. & alijs citati per Tirac. lib. 2. de retracti. §. 1. glossa. 110. 23. quibus suffragatur, quod licet seruitutes non habentes continuam possessionem nō præscribantur. l. seruitutes prædiorū. ff. de seruit. id tamen non intelligitur de præscriptione immemoriam. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & aestua. Etenim quauis Card. sententia falsa sit: & ad huc dubia item appareat gloss.

in dict. Clement. vnica. & in dict. Clement. vlti. à plarisque recepta opinio: adnotandum tamen erit, vtranque Cardin. & gloss. sententiam omnino veram esse, quoties consuetudo à lege, vt iniqua, & irrationabilis damnatur, ac reprobatur: nam tunc damnata eodem pacto censebitur quæuis consuetudo etiam immemoriam, centenariaque. quod manifesta ratione constat & colligitur ex Aretino in l. cum stipulatus sim à Proculo colum. 3. ff. de verbor. obligat. Rocho in dicto Folio. 53. colum. 3. Felino in dict. cap. cum ex officio. nume. 13. & Tiracel. dict. 2. gloss. numero 25. Ex quibus idem erit, si perpena mente legis derogantis consuetudini, eadem ratio verè obtineat etiam in ea, quæ processit à tempore, cuius initii nulla est hominum memoria. Secundò, hinc colligitur vera interpretatio text. in dict. capit. vnico. de cleri. non resid. in. 6. vt denique per eam constitutionem etiam futura tollatur consuetudo: cum ob iniquitatem, & abusum inibi consuetudo improbetur. quod expressim ad eandem constitutionem adnotauit Philippus Prob. nu. 40. Tertio, eadem ratione inferitur, eam consuetudinem intelligendam fore in generali consuetudine: non in ea, quæ ex peculiari, & speciali causa in aliqua ecclesia inducitur, ob aliquam rariorem: sicut contingere poterit, si in ecclesia consuetum sit quotidianas distributiones absentibus deberi, modò hi absentia causa studij, vel ad breue tempus: secundum De. ti. numero. 2. colum. prima. & lectione. 2. Andre. ab Exea numero. 50. in dict. cap. cum omnes. Sic & Quarto eadem constitutio minimè seruanda erit, vbi post eam sanctionem ex consensu Romanū Pontificis fuerit consuetudo inducitur: quod distributiones quotidianæ dentur absentibus à diuinis officijs. Panor. mit. cons. 94. libr. 1. & Andreas ab Exea in dict. cap. cum omnes. nume. 52. oportet tamen hanc consuetudinem aliqua ratione, & causa ab iniquitate defendi: cum alioqui iniqua esse videatur.

Tertio, eadem constitutio, quæ de distributionibus quotidianis tractat, ita erit intelligenda, vt simplices quotidianæ distributiones, non duplices debeantur & dentur ei, qui officijs diuinis interest, & præsens est ratione duorum officiorum: non enim magis præsens est is, qui simul archidiaconus, & canonicus est, quàm is qui tantum canonicatum habet. Et idè factum erit, quod is simplices habeat distributiones: nempe vt Archidiaconus, vel vt canonicus, cum illæ dentur ob personalem præsentiam. ita equidem voluit Ant. in cap. cum olim. de re iudicat. quem sequuntur Rochus Curti. in cap. vltimo. de consue. Fol. pag.

Variarum Resolutionum

no. 49. colum. 4. & Ludoui. Gomeci. in tracta. de expectatiuis. nume. 54. contrarium, imò quòd is qui simul canonicus, & Archidiaconus sit, obtinere debeat ob præsentiam personalem duplices distributiones: eas, inquam, quæ archidiacono tantum, & canonico tantum deberentur: tenent Ioan. Andreas, Abb. & Feli. in dict. cap. cum olim. Bald. & Cardi. ei subscribens consil. 53. pro quibus est text. elegans in l. Titia. §. qui Marco. ff. de annu. legat. vbi iuriconsultus scribit, quod si legentur libertis annua alimentæ, & Marco centum: debentur Marco alimenta annua, & simul centum, si Marcus libertus sit. quam responsionem singularem esse asserit Bald. in capit. cum in iure. de electionibus. tractatque de eius intellectu Bartol. in l. quæsitum. §. penulti. ff. de fund. instru. & idem probatur ex eo, quòd potest quis duplici officio fungi, modò exercitium vnus alteri non contradicat, aut repugnet: vel alterius usum non impediat. l. si consul. & ibi gloss. ff. de adoptio. l. fistulas. §. primo. ff. de contrahend. emptio. l. tertia. ff. de ritu nuptiar. l. accipientis. ff. de aut. rur. l. quisquis. C. de postul. l. hac parte. C. de proximi. sacro. scri. lib. 12. l. vlti. C. de assess. latè post alios Deci. in cap. 3. de probat. Saltem priuilegio principis, etiam si ius obstat, id licitum esse constat: & ideo qui simul Archidiaconus, & canonicus est in eadem ecclesia duplicem vocem in electionibus habet, vt Archidiaconus, inquam & vt canonicus. textus in dicto capitul. cum olim. vbi Abbas, & doctores post glossam inibi: & est communis opinio secundum Felinum ibidem. Quam ob rem quidquid dixerit Antonius, opinio Ioannis Andreæ verior est: saltem cum Aretinus in dicto capite tertio. de probationib. dubiam esse censet Ioannis Andreæ sententiam ea obtinebit, si per consuetudinem fuerit recepta iuxta primam dicti cap. vnici interpretationem: idemque notant Bald. & Cardina. dicto consilio. 53. Deci. in dict. cap. cum omnes. lectio. colu. prima. Ex ea ibi numero. 52. quanuis Rochus Curti. in dicto capite. vltimo. de consuetud. Folio. 49. colum. quarta. teneat, adeò esse veram Anto. sententiã, quòd nec contraria consuetudine possit admitti: quòd ego falsum esse proculdubio opinor.

7 **Quartò** quòd de distributionibus quotidianis decisum est: ita quidem erit accipiendum, vt absentium partes, & quæ eis, si præsentibus forent deberentur distributiones, non cæteris præsentibus sed ipsi Ecclesiæ competant, & ad eam pertineant: secundum eam distinctionem, qua passim Doctor. vtuntur, & ipse hic exponam. Nam si nullus ex ecclesiæ ministris intersit diuinis officijs: omnes quotidianæ distributiones, quæ

eis forent dandæ, si præsentibus fuissent, ad Ecclesiam ipsam pertinent secundum Domi. & Fran. post alios in dict. capit. vnico. de cleri. non resident. in. 6. & Guilielm. Cassador. decisio. vnica eiusdem tituli. Quòd si Canonici aliquot diuinis officijs intersint, alij verò absentes fuerint: tunc in quotidianis distributionibus receptum est eas, quæ absentibus, si præsentibus forent omnino non competere, præsentibus accrescere. gloss. in clem. vt hi, qui diuinis. de ætat. & qualita. verbo, dimidia. in ipsis verò fructibus principalibus à quotidianis distributionibus distinctis, absentium partes in Ecclesiam ipsam conferuntur, & ei debentur. gloss. in clem. secund. verb. suspensos. de vi. & honest. cleric. quas quidem glossarum opiniones, & distinctionem hanc vltimam sequuntur inibi Doctor. Francus post alios in capitulo vltimo. columna penultima. de rescriptis. libro sexto. & in dict. capit. vnico. colum. penultim. & fina. gloss. in pragmati. sanction. titul. de tenentib. capitulū tēpore Missæ. verbo. Neque. Feli. in capit. Apostolicæ. numero. 12. de exceptioni. est item text. pro vltimo distinctionis membro in cap. penultim. & ibi Innocētius, Henricus, Abbas, & alij de cleric. non residēt. Ex quibus constat distinctionē hanc omnium consensu probatam esse. opinio tamen gloss. in dict. clem. vt hi, qui diuinis. obtinet, vbi statuto, vel consuetudine Ecclesiæ certa quantitas est distribuenda inter eos, qui horis Canonicis, & diuinis officijs præsentibus fuerint. Etenim tunc pars, quæ absentibus ob præsentiam deberetur, potius præsentibus competit iure non decrescendi, quam adcrescendi: at si ita res instituta sit, vt cuiuslibet Canonico, qui præsens. horis Canonicis fuerit, detur certa ac definita quantitas eo casu portio absentis, non cæteris præsentibus dabitur: sed apud ipsam Ecclesiam manebit: hic siquidem locus non est iuri adcrescendi: quia præsentibus certa deberetur quantitas: absentibus verò nulla: secundum Imolam, & alios in dicta Clementina, vt hi qui diuinis. glo. in dicta pragmatica sanctione. verbo. Neque. optimus text. in l. si Titio. ff. de legat. secundo. & præterea hoc suadet ex eo, quòd in hac specie nulla est coniunctio inter Canonicos nec rei, nec verborum, & ideo expeditum est, ius adcrescendi non esse ad hanc reddituum distributionē considerandū. Quòd verò diximus: ad Ecclesiam pertinere eam portionem, quæ absentibus, si præsentibus fuissent, deberetur: tunc obtinet, cum ex patrimonio Ecclesiæ, cui ministratur, dantur redditus & quotidianæ distributiones ipsis ministris nulla facta diuisione reddituum inter ipsam Ecclesiam, & eius ministros, quasi aliud dicendum sit, vbi patrimonium Ecclesiæ-

eclesiasticum in duas sit diuisum partes, quarum vna ipsius Ecclesie, ad eius fabricam, vestes, aliaque ei necessaria, propria sit: altera, verò ad ministrorum victum, & laboris mercedem sit destinata. Nam si patrimonium, & distinctos redditus ministri habuerint: quidquid diximus in præmissa distinctione ad ecclesiam pertinere, id verè cedit in patrimonium commune ipsorum ministrorum. Et sanè, ni fallor, etiam in redditibus principalibus distinctis à distributionibus quotidianis, idè erit quod & in ipsis quotidianis distributionibus, quoties certa reddituum quantitas constituta sit, & destinata ad hoc, vt inter ipsos ministros diuidatur: etenim eo casu portio absentium, portiones presentium, & personaliter ministrantium auget. Vnde in hac questione, tantùm est constituenda differentia seclusa glossarum & Docto. sententia in hoc: an sit ex redditibus Ecclesie certa quantitas destinata ad ipsorum ministrorum victum, & laboris mercedem: vel sit statutum, vt cuiuslibet ministro detur certa annua præstatio: priori equidem casu siue in distributionibus quotidianis: siue in principalibus redditibus beneficiorum: absentium portiones presentibus debentur, & ad crescunt: in posteriori verò absentium partes apud ipsam Ecclesiam manent, eique iure omninò debentur.

Quinto ad prædictæ constitutionis intellectum inquirendum, an ministris Ecclesie qui morbo impediti personaliter ministrare non valent, quotidianæ distributiones debeantur? Nam
8 & Philippus Francus in dicto capite vnico, existimat, consuetudine fieri posse, vt quotidianæ distributiones absentibus debeantur: ex causis tamen ab hac constitutione exceptis, atque ita intelligendum esse quod Romanus Pontifex in dicto capitul. vnico. à regula exceptit: vt secus sit, vbi nulla de hoc adest consuetudo: quia censet eo casu etiam infirmis quotidianas distributiones non deberi. ita ipse Francus in. §. qui vero. 1. & 2. colum. Ego cõtrariam sequutus opinionem existimo, iure cõmuni scripto absq; vlla cõsuetudine quotidianas distributiones clericis infirmis deberi. quod probatur dict. ca. vnico. vbi à regula, quã præmiserat Romanus Pontifex de distributionibus quotidianis minimè dandis absentibus à diuinis officiis, exceptit ipsos infirmos, qui morbo impediendo non potuerunt diuinis officiis personaliter interesse. idem apparet ex. l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. quo in loco glos. adnotauit, famulo infirmo salariũ esse præstandum etiam eo tempore, quo egrotus sit. quam opinionem tenuerunt Innoc. Ioan. Andr. & Barb. in cap. 3. de locat. num. 25. Domi. in dict.

§. qui verò. Hosti. & Speculat. citati per Auferri. decisi. Tolos. 268. quibus accedit tex. in. l. 4. §. Stichus si hæredi. ff. de statu lib. vbi cõditio seruientis certo tempore, censetur euenisse, & contigisse si eo tempore seruitium impendi non potuit morbo impediendo, etiam si tempus sit numero dierum certum, & definitum: nec tamen certum in specie. optimus ad idem text. in. l. 1. §. diuus. ff. de var. cogni. hanc tandem opinionem adserit esse communem Imol. in dict. ca. 3. de locat. num. 10. Ceterum contrarium adnotarunt Franc. in dict. §. qui verò. glo. in. l. penult. C. de condic. ob. caus. & in dict. l. 1. §. diuus. pro quis est tex. in. l. si vnò. §. item cum quidam. ff. locat. vbi qui locauit operas suas nõ recipit mercedem eius temporis, quo morbo impeditus eas præstare non potuit: morbo inquam, impeditus, vel alio casu fortuito. ad idem inducitur tex. in. l. si pecuniam. in princ. ff. de cond. caus. dat. cui conuenit Regia. l. 44. titul. 14. part. 5. quæ expressim tractat de impedimento ægrotudinis. Ex quibus tandem hæc posterior sententia verior apparet secundum Imolam in dicto capit. 3. de locat. num. 10. post Anto. & Anchar. ibi. Bartol. in dict. §. diuus. & in dict. §. item cum quidam. & in. l. operar. ff. de vsufruct. legat. vbi Dinus, Oldradus, Iacobus Arenæ, & Albericus idem tenent. idem Alberi. in dict. §. Stichus. & in dict. §. de illo. Auferri. dict. decisi. 268. Cardi. & Imo. in cap. 1. de cleri. ægrot. vbi Panormi. eandem opinionem sequutus fatetur, eam communem esse: quod itidem asseuerant Baptista de S. Seuerino in. l. diem functo. ff. de off. ass. q. 48. & Sylue. verb. Familia. §. 2. tenetur tamen dominus famulo ægrotanti, cibaria, & modicas, ac tenues expensas exhibere. Bart. in. l. si cum dotem. §. si autem. ff. solut. matri. & in. l. in rebus. ff. commodat. Abb. in dicto capit. 1. Auferri. 8. Syluester in præcitatis locis. non obstat tex. in dict. §. de illo. quippe qui tantum probat, quod in seruo ægrotante retineatur vsufructus: licet is inutilis sit, qd parũ ad nostrã questionẽ attinet. deinde respõlio iuriscõsulti in dict. §. Stichus. specialis est fauore libertatis. Sicuti & in dic. §. diu. fauore, & peculiari priuilegio aduocatorũ illud obiectũ est propter excellentiam officij, & ingeniosam professionẽ. Item non oberit tex. in dict. capit. vnico ex quo distributiones quotidianæ infirmis dantur, qui tamẽ non possunt personaliter Ecclesie ministrare: nam in eo casu non tantum ob laborem personale: sed & propter officium, & dignitatem debentur distributiones, alijs; Ecclesiastici redditus. Vnde ex ea decisione efficax argumentum sumi non poterit ad mercedem famulo infirmo præstandã. Sic. 1. Regũ, capit. penult. Amalacita

Variarum Resolutionum

lacia seruum dereliquit, quod is ægrotare cepisset. igitur licet famulo infirmo salariū minimè debeatur, ministris tamen Ecclesiæ, qui impediri de morbo non possunt diuinis officijs interesse, quotidianæ distributiones debitz sunt.

Sextò hoc ipsum erit intelligendum, quando ægrotudo fuit absentię vera causa: cùm is, qui modo ægrotat, solitus sit tempore rectæ valetudinis officijs diuinis interesse. Quò si ægrotus minimè cõsuerit vsus integra valetudine horis canonicis interesse, nequaquam percipiet durante ægrotudine quotidianas distributiones. Ioan. Andre. Cardina. & abb. in capit. ad audientiam. De cleri. non resid. Ioã. And. Dom. & Franc. in dict. capi. vnico, & glo. in Pragmat. sanctio. titu. quo tẽpore quisq; debeat esse in choro. ver. percipiũt Corset. in singul. verb. infirmus. Abb. in capit. plerunq; de rescript. Et Feli. dicẽs ita omnes tenere in capit. Apostolicæ. num. 12. de exceptio.

Septimò quotidianæ distributiones non tantũ simpliciter ægrotantibus debentur: sed etiã his, qui ex propria culpa in morbum inciderũt: etenim hi quauis propria culpa sint impediti, hoc tamen impedimentum nec à iure: nec ab homine, sed ab ipso Deo illatum fuit: nec deniq; in id culpa ægrotantium præcessit, vt morbo non possint personaliter ministrare, quod cõstat ex his, quæ è me adnotata fuerunt huius operis lib. 2. Cap. 16. nume. 9. tametsi Philippus Probus in dict. cap. vnico. nume. 17. teneat, quotidianas distributiones minimè dandas esse infirmis, & ægrotantibus, quibus ex propria eorum culpa morbus euenit.

Octauò, non tantũ ægrotis debentur quotidianæ distributiones: sed etiam & alijs, qui ab sunt à diuinis officijs propter aliquam aliam vrgentem causam, & necessitatem vel ob euidẽtem Ecclesię vtilitatem: quod expressim statutũ est in dict. cap. vnico. in 2. eius parte. Circa cuius decisionem adsumenda est ea distinctio: an canonicus, vel habẽs Ecclesiasticum beneficium absens sit à loco, vel oppido ipso, in quo ecclesia est, an præsens. Hoc etenim casu distributiones quotidianæ omninò debentur his, qui vel morbo aliaue necessitate, aut Ecclesiæ vtilitate impediti sunt horis adesse canonicis, diuinisque officijs interesse: illo verò minimè his debentur: nisi hoc consuetudine fuerit obtẽtum. text. in capit. cùm non deceat. de electi. in sexto. adiuncta in interpretatione text. in dicto capit. vnico. §. primo. secundum glos. Ioan. Andre. & Doctor. ibi. præsertim Domini. cuius resolutionem sequitur Francis. à Ripa in tract. de peste. secund. parte. numer. 145.

Nonò hinc deducitur, quòd absens à loco be-

neficij tempore pestis licet fructus præcipuos, & principales percipiat, non tamen habebit quotidianas distributiones: nisi consuetudine obtentũ sit, eas absenti ex iusta causa dari. qđ in specie respondit Ripa in dict. 2. part. num. 145.

Decimò eadẽ ratione verus intellectus cõstat ad id, quod scribit Cald. cons. 17. tit. de præb. asseuerans, quòd canonicus expulsus à ciuitate propter seditiones absq; eius culpa à cõtrariæ factionis hominibus, percipere debet distributiones quotidianas. quem secuti sunt Felin. in dict. cap. cùm omnes. nu. 22. & Philippus Probus in dict. cap. vnico. num. 22. Etenim hoc verum est, vbi cõsuetudo definiuit, quòd absentibus ex iusta causa dentur quotidianæ distributiones.

Vndecimò ex his colligitur: canonicum iniuste in carcerem inclusum in eodem oppido, etiã semota cõsuetudine percipere posse distributiones quotidianas, & eas ei debitas esse: cùm is absque eius culpa in eodem loco existens, vbi Ecclesia est, impediatur adesse diuinis officijs. atq; ita in hoc conueniunt omnes, quos ad sequentis illationis probationem citabo.

Duodecimò hinc etiam deducitur qđ dicendũ sit in eo, qui ob excommunicationẽ, qua irretitus est, nõ adfuit diuinis officijs. Nam iniquẽ excõmunicatus, fructus & reditus beneficij: qui durante excommunicatione eidem fuerũt denegati, omninò repetit. glos. in capit. super causa. 2. q. 5. glo. in cap. pastoralis. §. verũ. de appellat. & in ibi Abba. Imol. & Doctor. communiter. quemadmodum Deci. testatur. eandem sententiam tenent Domi. in cap. cõtumaces. 50. dist. & Feli. in dict. ca. Apostolicæ num. 12. iuste verò excommunicatus hos fructus, & reditus amittit: cùm ei iustissimè ob excommunicationem denegentur. glos. in l. inter quos. §. damn. ff. de damno inf. glo. communiter recepta in dict. §. verũ. Regia. l. 31. titu. 9. par. 1. adeò sanè vt quãuis deposito, & suspẽso à beneficio propter crimẽ, ex relictibus beneficij alimenta sint exhibẽda: nè is cogatur mendicare grauarus inopia in opprobriũ ordinis clericorũ. glo. & Docto. in dict. §. verum. glos. in verb. admiserant. in cap. cùm Vitoniensis. de electio. Abb. in dict. cap. Apostolicæ. colum. 3. & Felin. ibi num. 9. qui idem intelligit, nisi clericus suspensus fuerit propter contumaciam: tamen excõmunicato nihil ex relictibus Ecclesiæ datur etiã si is egenus, & pauper sit, cùm possit respiscens à cõtumacia, ac tandem ab excommunicatione immunis effici. quod frequentissimo omnium consensu receptum est post glos. in dict. §. verum. idẽ erit in eo, qui actu & solenniter depositus sit, & exauthoratus militia sacerdotali: nã & huic minimè exhibẽda sunt alimenta

alimēta ex Ecclesię redditib⁹: auctore Felino in capit. ex parte. de accusatio. Cæterū iniquè excommunicatus tunc demum quotidianas distributiones exigere poterit: cum tēpore ipso excommunicationis præfens fuerit in loco, vbi beneficium habebat, eratq; solitus diuinis officiis ante excommunicationis impedimentum adesse: secundum Felin. in dict. capit. Apostolicę. nume. 12. quanuis Domini. in dict. capitu. contumaces. teneat contrariū, cuius opinio vera est, in eo, qui ante excommunicationem non consueuerat diuinis officiis adesse. Etenim is nequaquam habebit quotidianas distributiones eius temporis, quā iniquè fuerit excommunicatus. obiter tamen illud nō præmittam, quod iustè, vel iniustè excommunicatus, & si nō possit percipere, nec percipiat redditus beneficii, nec distributiones quotidianas: tōtetur tamen horas canonicas priuatim, & occultè, dicere ratione beneficii. gloss. in capit. presbyterum. 28. dist. & ibi Doctor. Cardi. in cle. 1. 6. opposi. de regularib. Hierony. Gigas de pensionib. que. 64. Detti. in capitu. intelleximus. numer. 5. de iudic. Abba. & Doctor. in capit. 2. de cleric. excommuni. ministr. sōnnes de Ligniano in cle. dignum. q. 3. de celeb. miss. Albertus de Ferrarijs in tract. de horis canoni. q. 12. & 13. & idem est omnino dicendum ratione ordinis Sacri in clericis deposito, vel suspenso, aut excommunicato secundum eosdem, etiam si quis fuerit solenniter, & actū de gradatus. Syluest. verb. degradatio. que. 8. Nam licet depositus & priuatus beneficio non teneatur ratione beneficii horas canonicas dicere: vt explicat Cardina. in. §. 1. q. dist. arti. 8. tamē ratione ordinis Sacri, si quem habet manet is clericus additus obligationi has priuatas canonicas horas dicendi. Nec eum excusat, quod redditus Ecclesiasticos nō recipiat: cum id eius culpa contigerit: & per Ecclesiam minimè steterit, quin ipsi redditus eidem clerico beneficium obtinēti darētur. quod ita post alios explicat Palud. in. 4. dist. 15. q. 5. arti. 1. colum. 2. licet contrarium adnotauerit Briardus. post Adriani quolibet. q. 4. propo. 3. Sic & licet Ecclesiasticum beneficium admodum tenuē sit, nihilominus tenetur, qui id obtinēt, & accepit, horarium hoc officium etiam priuatim dicere. quod adnotarunt gloss. ibi communiter recepta in cap. 1. de celeb. miss. vbi text. idem probat. gloss. apertior in cap. clericus victum. & inibi Doct. 9. dist. Cardinal. in cle. 1. de celeb. miss. Albertus de Ferrar. in tract. de horis Canōni. q. 8. glo. in Pra. Sanct. tit. qualiter horę Canonicę sint dicend. e. veritateantur. Martinus ab Azpilcueta, quem præceptorem habuisse Salināticę, semper in maximam duxi meę felicitatis partem in cap. quā

do. de consecr. dist. 1. notab. 7. num. 27. imò & ex cōmunicatum, qui Ecclesię, ac beneficii redditus minimè percipit, teneri ad solutionem pensionis & subsidij, quod Episcopo, aut Romano Pontifici charitatis gratia soluendū est, tenet expressim Hierony. Gigas in dict. quest. 64. & id prænotare videntur Bart. Alberi. Angelus, & Paul. Castrensis in. l. inter quos. §. damni. ff. de damno infect. contra glo. ibi quam Bald. sequitur in. l. ult. colū. 1. C. de bonis auctorit. iudi. possid. atque præter eum eiusdem gloss. sententiam probat Cuma. ibi dem ad hoc inducens text. in cap. quia diuersitate. de concess. præb. quō in loco Panorm. scribit nume. n. quod vbi non ipsa culpa, sed pœna culpa est causa proxima, & immediata impedimenti, minimè imputatur. ei, qui culpam contraxit. ad idem optima glo. in reg. impuati. de reg. iur. in. 6. Si sanè culpa, quæ excommunicationē præcessit, non est immediata causa impedimenti, quo excommunicatus impeditur fructus Ecclesię percipere, & ex eis omnia subire: sed ipsa met. excommunicatio, quæ quidem culpa nō est, sed pœna culpa. Vnde verior apparet opinio gloss. Bald. Cuma. & Abba: quam Bar. & aliorum, qui contrarium probare conati sunt.

Decimotertio illud est omnino considerandū, quod diligenter examinata ratione constitutionis in dict. cap. vnico. de cler. non resid. in. 6. apertissimè deducitur: nempe consuetudinem vt canonicas distributiones quotidianas debere cōsequi si initio celebrationis diuinorum officiorum, & horarum horarū adfuerint, licet. statim à choro & Ecclesia exierint ad alia quidem negotia diuertentes: vel esse iniuam, vel fore intelligendū: cum canonicos ab horis canonicis & choro discesserint ex aliqua causa, quæ licet omnino iusta non sit, honestam aliquam occupationem inducat, ita quidem nē temerè ad otium, forsan ad illicita canonici diuertant. quod colligo ex Palud. in. 4. dist. 15. q. 5. conclusio. 9.

Posterior huius capituli pars in eo statu controversiā habet: an cōsuetudo cōsequere valeat, quod canonici, & alij Ecclesiastica beneficia obtinētes possint iustè fructus principales, & vere redditus beneficiorū absentes ab eis recipere: & profecto gloss. capit. cum omnes. & ea vitiosa de constitutione. gloss. in dict. capitu. vnico. & item alia in cap. vltim. verb. fructibus de rescript. in. 6. sic in cap. Gratia. eodem libro. & in capitu. dudum. in. 2. de electio. expressim asserunt postulatū horitate cōsuetudinis redditus beneficii ab absentibus percipi. quam quidem opinionem adeo veram esse cōstituit Innocent. in cap. extor. De cleri. non resid. verb.

Variarum Resolutionum

verſi. item oportet. vt exiſtimet eam conſuetudinem excuſare à reſidentia, & miniſterio eccleſiæ exhibendo etiam per vicarium: ſiquidem & conſuetudo poteſt inducere, quòd abſentes à beneficijs, & eccleſijs earum redditus percipiant: quauis nec per vicarios ſeruiant altaris miniſterio, quod verum eſt in beneficijs ſimplicibus, quibus animarum cura nõ incumbit, modò Eccleſia nõ patiatur defectum in miniſterio: tunc etenim cõſuetudo iſta, quæ immunem redderet clericum habentem beneficium à miniſterio etiam per vicarium præſtando, nequaquam iure procederet: quippe quæ eſſet Eccleſijs admodum grauis, & damnofa. text. in capitu. 1. de conſuetu. atque ita in hac ſpecie ſcribunt Hoſtien. Abb. Felin. & Decius in dicto. capit. cum omnes. Ioan. de Selua in tracta. de benefi. 4. parte. quæſtione ſecunda.

Illud vero pie, ac caute obſeruandum erit: eſſe omnino eccleſiæ dignitatem conſiderandam. eiuſq; conditionem, & qualitatem, vt rectè iudicare poſſimus, an ex abſentia miniſtrorum patiatur eadem eccleſia defectum in diuini cultus miniſterio iuxta decorem illum, qui eidem eccleſiæ conueniat. Video etenim hac in re plerofq; falli, ac vix mihi perſuadeo, Innocentij ſententiam admittendam eſſe, præſertim poſt Tridentinæ ſynodi decretum ſeſſ. 24. ca. 12. verſ. Præterea obtinentibus. cum videam tot Canonicos, ac dignitates poſidentes ab eorum eccleſijs ita libere abeſſe, vt minimè poſſit eorum abſentia decori, & auctoritati diuini cultus non obeſſe.

Cæterùm in Sacerdotijs & beneficijs, quibus animarum cura immoſet, Ioan. Imolenſis, prout à quibusdam citatur, in capi. vlti. de reſcript. in. 6. cenſet itidem valere cõſuetudinem, quæ permiſſat, abſentem opera vicarij Eccleſiæ miniſtrantè, redditus Eccleſiaſticos habere, & conſequi, hanc ſententiam nec falſam, nec omninò veram eſſe, audeſt aſſerere Deci. in dicto. capit. cum omnes. tametiſi eam defendere conetur inibi Andreas ab Exea nume. 18. At ipſe eam exiſtimo falſam eſſe ſequutus Panormit. in capit. extirpandæ. §. quia verò. colū. 16. de præbend. Domi. Archi. & Præpoſit. in cap. ſacerdotibus. 31. diſtin. Domi. in cap. vlti. de reſcript. in. 6. ſuper glo. fruſtibus. Felin. in dicto. capit. cum omnes. nu. 33. & Seluã de beneficio diſt. quæſt. 2. Quibus ſuffragatur quod Epifcopi, alijque inferiores prælati, & paſtores iure diuino tenentur ad perſonalem reſidentiam: cum ex iure diuino teneantur paſcere gregem ſibi commiſſum. Nam & decimæ dantur à Chriſtianis ipſis ſacerdotibus vt eis ſpiritalia miniſtrent, & ſint in hac Domini vinea operarij digni mercede Matthiæ & Lucæ cap. 10. quod minimè eis conueniet,

ſi per vicarios eas operas exhibuerint: ac potiùs ipſi vicarij erunt operarij, quibus Domini noſtri Ieſu Chriſti verbum conueniat. Et præterea perſonæ induſtria in his eligitur: quod apertiſſimũ eſt: quæ igitur fieri pòt, vt is, cuius ad negotium arduũ eligitur induſtria, alterũ ſubſtituat? Quibus equidè rõnibus & alijs iure firmioribus probant, hanc perſonalem reſidentiam iure diuino inſtitutam eſſe, Caieta. 2. 2. q. 185. art. 5. Ioã. Driedo. de libert. Chriſti. pagi. 204. omniũ diligentiffimè, eruditio ne, pietate Chriſtianisq; moribus inſignis vir Barthol. à Miranda in ea controuerſia, quã de hac re apud Tridentũ habuit. cui aduerſus Ambroſium Catharinum ſubſcripſit Domi. à Soto vir omniũ cenſura & iudicio in ſchola Theologica admodũ illuſtris in calce eius operis, cui titulu fecit de natura & gratia. & idè lib. 10. de iuſt. & iur. q. 3. art. 1. & ſequẽtib. Eandem opinionẽ ſequuntur Hieronymus Gigas in tract. de reſidentia cap. 2. Leonardus Venetus, Franciſcus Torrenſis, & Franciſcus Cordubeniſis editis hac de re tractatibus. ac Gentianus Heruettus in capi. 70. diſt. & manifeſte probatur eadem opinio à Concilio Meldeniſi cap. 5. apud Iuonem parte. 5. cap. 190. Quod ſi iure diuino neceſſaria eſt reſidentia prælatorũ, & aliorũ inferiorũ paſtorũ perſonalis induſtria, & opera: non video qua rõne conſuetudo valeat ab ea obligatiõne quenquã immunè reddere, nec excuſare. Etenim cõſuetudo cõtra ius diuinũ nullã poteſtate habet iuxta cõem omnium reſolutionẽ in cap. quanto. de cõſuetud. cum legi diuinæ cõſuetudo hominũ vſu inducta minimè poſſit derogare. Nec tamen inſerior, aliquot ex cauſis poſſe epifcopos, ac ſacerdotes, quib; cõmiſſa fuerit animarũ cura, quandoq; ab Eccleſijs abeſſe, & à locis, in quibus ipſæ eccleſiæ ſunt conſtitutæ. Fateor em poſſe eccleſiæ paſtorẽ iuſtiſſimè excuſari à reſidentia, aliquot caſibus deductis ex legis diuinæ interpretatione, quæ tandem interpretatio declararet tunc legem diuinã minimè obligare eccleſiarum prælatos ad reſidẽtiam. Hi verò caſus cauſiſſimè ſunt expendendi, atq; ita quidem, quod nec legi diuinæ, quæ obligatiõnẽ reſidendi induxit, fraus fiat. Nec hi prælati ſtatim damnentur ex eo, quòd ab Epifcopatibus & eccleſijs ob communem Rei publicæ vtilitatẽ, aut eccleſiæ propriæ commodum abſentes operã dant expediendis negotijs, quæ ita commodè per alios expediri nõ poſſunt.

Cæterùm hac in re promulgatum fuit Tridenti Decretũ quoddã ſub Pio Quarto Pont. Max. ſeſſ. 23. anno. M. D. LXXII. quo præter alia multa, illud pie, ac ſanctiſſime aſſeritur: nempe conſuetudinem iſtam, de qua modo diſputabamus, quo ad eccleſias Cathedrales, & alias, quibus ani-

marum

marum cura incumbit, corruptelam esse, atque ideo & si immemorabilis sit, neminem excusare posse.

Vt cunque tamen sit, illud certissimum est, clericos non residentes in ecclesijs, quibus præsent, aut in quibus beneficia ecclesiastica obtinēt, tene-
 10 ri omninò ad dicendas privatim præces Horarias à Romano Pontifice, & ecclesia, prælativè instituta: alio qui hi tenebūtur restituere fructus beneficij, quos perceperunt eo tempore; quò à dicendis præcipibus canonicis cessarunt. quod notant Calderi in capit. primo. de celebra. missa. Domini. in ca. ultim. de rescript. in. 6. notabi. i. quorum opinio venior est secundum Deci. in dict. capitulum omnes. 2. lectio. colum. secunda. & Adrian. in quarto sent. in tracta. de restitutione. in quæst. à clericis teneatur restituere, quidquid ultra vitium de redditibus beneficij cōsumpserit. versi. p. responsione. Ripam in l. vlti. quæst. 66. C. de reuo. can. donat. idem probat Angel. versi. Horæ canonicæ. §. 11. eandem opinionem censet tutiorem esse glos. in Pragmati. Sanctione. titul. qualiter horæ canonicæ. fiat dicendæ. colum. secunda. & licet obstrariam sententiam, quòd nō teneantur hi clerici ad fructuum restitutionem. probare. cōstantur Abb. & Cardinal. in dict. cap. 1. Præposit. in summa. 44. distinet. Syluest. verb. clericus. 4. quæst. 23. & Felin. in cap. postulasti. nume. 7. de rescript. post alios: quorum opinio communis est. Synodus tamen Lateranensis sub Iulio secundo, sessione. 9. priorem opinionem proprio decreto cōprobavit: modò clericus beneficium sex mensibus iā obtinuerit. huius Decreti meminere Ioā. Bernar. Præsul Callagurrianus in practi. criminali, capit. 49. & Martinus Azpilcueta in capit. quando. de consecrat. dist. 1. notab. 7. numero. 31. habeturque Canon iste expressum inter acta concilij Lateranensis dicta sessione nona. Quauis Carolus Molinæ. in consuetud. Parisi. titu. primo. §. 30. num. 35. asseueret nō constare, nec apparere ita statutum fuisse in Lateranensi Synodo, nec id moribus receptum esse, imò nequaquā conuenire Reipublice quòd ita statuatur: nè laqueus iniiciatur multitudini. Sed & Dominicus Soto lib. 10. de Iusti. & iure. q. 5. art. 6. etiam si meminerit Lateranensis concilij, admonet tamen, nō omninò receptum esse huiusmodi decretum: atque ideo cautè quidem & secluso rigore ita interpretandum, vt ad omissionem quamlibet horarum, nepe vnius, aut duorum dierum fieri non debeat restitutio.

Ex capite sequenti.

1 Exponens publicè res proprias venditioni, cogitur eas iusto pretio vendere.

- 2 Meretrix publica: an sit cogenda quemlibet admittere? & de violentia euillata.
- 3 Cogitur quis vendere proprias res, quæ ad victum pertinent quoties res publica grauatyr annonæ inopia.
- 4 Intellect. l. 2. C. de patrib. qui filios distr. & quoniam pacto possit pater filium vendere?
- 5 Intellect. ad rex. in capit. 1. de emptio, quòd peregrinis res ad victum necessaria iusto pretio vendantur, & an eleemosyna sit in præcepto: item & an cogatur quis eam pauperibus exhibere?
- 6 Ciues an præferantur exteris in emptione frumenti tempore publicæ inopiæ?
- 7 Fauore religionis ad ecclesiam construendam vel ampliandam, cogitur quis rem propriam vendere iusto pretio.
- 8 Fauore vtilitatis publicæ cogendus est priuatus res proprias iusto pretio vendere.

Traditur breuis interpretatio. l. inuitum. C. de contra. empt.

Caput. XIII.



Regula iuris est, ea profectò exquisissima, quia definitum extat, neminem inuitum cogendum fore propriam rem vendere. l. inuitum. C. de contra. empt. l. nec emere. C. de iure delib. l. inuitos. C. locat. l. nec ab initio. C. de nupt. l. dudum. C. de contra. empt. Regia. l. 3. titul. 5. part. 5. excipiuntur tamen casus quidam quibus cogitur quis vendere iusto pretio: quos tradidere gloss. & Docto. in dicta. l. inuitum. gloss. & ibi Alberic. & Iason in dicta. l. nec emere. gloss. in dicta Regia. l. 3. Romanus in l. secunda. nume. 7. ff. solut. matrim. Matthæ. Afflict. in proœmio constitut. Neapolita. quæstioe tertia. Bald. & Angel. in l. si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsufruct. Felinus in capitu. primo. vltim. notab. de Iudis. Burgenis in cap. primo. colum. 5. de emptione. & vendi. Roma. sing. 777. Anto. Rube. consi. 92. Ioannes Igneus in dict. l. dudum. nume. 78. Arnol. Ferronus in consuet. Burdegalen. titu. 8. §. 10. colum. 3. Hippo. in l. 1. §. qui dam deponere. ff. de quæstioni. explicat Andre. Tiraquel,

Variarum Resolutionum

Tiraquell. lib. 1. de retract. in Præfatione numero 15. & in. §. tertio. glos. 3. numero primo. post gloss. optimam in. l. Iulianus. §. idem Celsus. ff. de actio nibus emp. è quibus aliquot compendio quodã attingam ad huius quæstionis cognitionem: illud equidem præfatus: quòd vbi quis etiam ratione vtilitatis publicæ cogendus est vendere propriam rem: ea venditio fieri debet iusto pretio, quemad modum ipse probauit lib. 2. huius operis capitu. 3. numero. 5.

Primus sanè casus, quo quis rem propriam ven dere cogendus erit, tunc constituitur, cum is rem ipsam venalem exposuerit publicè, & ea perti neat ad victum & vestitum hominum: etenim æquum est tunc, ac Reipublicæ cõueniens, etiam cessante eius rei inopia, quòd publicus venditor cogatur iusto pretio vendere res, quas venditio ni exposuit. text. secundum Abbat. & Burgens. colum. §. in dicto capitu. 1. de emp. item vbi Bar tol. Bald. & Doct. in. l. 1. C. de episc. audi. glo. in. l. non enim. ff. rer. amota. Hippo. in dict. §. quidam deponere. numer. 6. Dinus & Bart. in dicta. l. non enim. & licet Iason in dict. l. nec emere. contrariũ notauerit, tamen in his, quæ pertinet ad victum, procedit prior sententia secundum Alber. in dic. l. non enim, post alios huius opinionis auctores, quorum opinio communis est: & probatur mul tis, quæ passim ad exemplum huius conclusio nis adnotantur: præsertim tex. in. l. prouidendũ. C. de postulando. glo. l. 1. §. ait prætor. verb. habe bunt. ff. eod. Quibus expressim traditur aduoca tos, qui aduocationis officium publicè suscepe rint, cogendos esse per iudicem præstare auxiliũ, & operas, ac patrociniũ litigantibus: modò eis congrua salaria, & stipendia ministrètur. notant ibidem Ful. Bald. Saly. & Paul. Cast. in. l. inuitus. C. de procurat. l. nec quidquã. §. aduocatos. ff. de off. procons. capi. 1. de off. iudic. Quòd si aduoca tus iudici præcipiẽti hac in re parere noluerit: po terit iudex ad certum tempus aduocationis offi cium ei interdiceret. text. in dict. l. prouidendum. quem commendat Roma. singu. 259. optimus ad idem text. in. l. 1. §. cura carnis. ff. de off. præf. vrb. & in. l. moris. §. sunt autẽ. ff. de pœnis. Regia. l. 4. & 5. tit. 19. lib. 2. ordi. quo fit, vt falsa sit interpreta tio gloss. in dict. capi. 1. vbi. scribit, olim potuisse cogi aduocatos litigantibus patrociniũ exhibe re: quia aduocatis salaria publicis expensis præ stabantur, ac hac ætate id fieri iustè non posse, cũ à Republica publicum stipendium aduocati nõ habeant. Etenim hæc opinio commentitia est, si quidem olim aduocatis non fuere constituta ex publico salaria: sed officio iudicis iusta merces la boris à litigantibus exigebatur. l. properandum.

§. proculdubio. C. de iudic. vel pacto inito inter aduocatum, & clientulum iuxta formam text. in l. 1. §. in honorarijs. ff. de varijs, & extra. cognit. & ea, quæ traduntur in huius regni Pragmaticis san ctionibus Folio. 29. Barto. Iason in. l. sumptus. ff. de pact. & in. l. si qui. C. de postul. cogitur tãdem aduocatus præstare operas, & patrociniũ ad iu stitiam in Republica adsequendam: quia munus aduocationis publicæ accepit: atque ita praxis apud Regia tribunalia hanc sententiam frequen tissimè admittit, & probat. Sic & caupo, ac stabu larius, qui semel id officium suscepit, cogitur ho spites recipere. Bart. in. l. 1. ff. furti aduers. naut. & in. l. 1. §. 1. ff. naut. caup. & stab. & in dic. §. cura car nis. quem Deci. sequitur alia ad id similia addu cens in. l. inuitus. ff. de reg. iur. addit tãmen idem esse in meretrice, quæ si publico lupanari se exhi buerit, & prostituerit, cogenda erit quencunque ob iustam mercedem admittere. cuius opinioni ad stipulatur text. in. l. item apud Labeonem. §. si quis virgines. ff. de iniur. vbi probatur, meretrici non dari actionem iniuriarum aduersus eum qui eam causa libidinis interpellauerit. Secũdò ad du citur text. in. l. verũ. in. 2. & in. l. qui iniuriæ. ff. de furt. quibus responsis constat, non teneri actione furti eum, qui ostiũ domus meretricis, causa libi dinis fregerit: etiam si ex ea fractione furtũ ab alijs fuerit commissum. Tertiò Decio suffragatur gloss. in. l. vnica. C. de rapt. virgi. & in. §. item lex Iulia. Inst. de public. iudic. quæ in specie adnota uit. raptum, & vim illatam meretrici non puniri pœnis à iure aduersus raptos statutis. quã post alios tradit Hippoly. in dicta. l. vnica. numer. 19. & in singulari. 150. Ego sanè hanc opinionem De cij erroneam esse: & minimè probabilem censeo. Nam licet meretrix publicè meretricium fuerit professã, cogi non poterit corpus proprium ad coitum inuita alicui exhibere: tametsi alijs id cõ mune fecerit. Deinde meretrix non tenetur quẽ quam ad coitum admittere, quod probatissimũ est, cum non teneatur mortale crimen cum quo libet committere: ergo consequens est, non posse eam inuitam compelli ad coitum, carnaleue com mercium cum quolibet habendum. Quod adeò certum esse mihi constat, vt eius latiore proba tionem minimè necessariam fore existimem. Quin & hanc posteriorem sententiam satis aper tè tenuerunt Zasius in summa. ff. veteris. rub. si ser ui. vendicet. Andreas Isernia & Matthæ. Afflict. in constitu. Neapolita. rubri. 20. de violentia me retricibus illata: existimantes hi duo, iurisconsul tos à naturali ratione defecisse: cum contrarium responderint: etenim Isernia, & Afflict. certissi mum habuere, quòd iurisconsulti impunitã fece rint

rint violentiam causa libidinis meretricibus publicis illatam. id verò alienum esse à iuriscōsultis ostendam manifestè: si respondero eorum auctoritatibus, quos primò adduximus. Siquidè licet meretrix causa libidinis interpellata, & impetita, actione iniuriarum agere nequeat, ob vilem meretricis estimationem: non ex hoc sequitur impunè ei iniuriam fieri: nam qui vim ei fecerit, iniurià ve intulerit extra ordinem puniendus erit; atque ita accipiendum est responsum iuriscōsulti in dict. §. si quis virgines. præsertim quia iuriscōsultus tractat de interpellatione meretrici facta libidinis causa: quæ interpellatio honestis foeminis iniuriam irrogaret: non sic meretricibus. eodem pacto intelligendum erit quod responsum est in dict. l. verum etenim qui libidinis causa meretricis ostium fregerit, & ex ea fractio ne furtum ab alijs commissum fuerit, furti non tenebitur. qui voluntas, & animus delicta distinguunt: damnum tamen alia actione cogendus erit meretrici restituere. Bar. in dic. l. verum. Angel. in. l. nunquam plura. vltima columna. ff. de priuat. delict. Deti. in capitul. nam concupiscentiam. de constitut. Vnde obiter conuincitur error Hippo. qui in dicta. l. vnica. numero. 34. leui profecto ratione censet, posse res meretricis ab ea impunè, absq; furtivitate, & culpa iustè auferri.

Sic quanuis violentia meretrici illata, vel meretricis raptus non puniatur poena constitutionis vnice. C. de rapt. virgin. eo quòd ipsa corpus vulgauerit: tamè extraordinaria poena omninò puniendus erit, qui etiam libidinis causa vim meretrici intulerit: eamq; inuità cognouerit. quod tenent Bald. in. l. vlt. ff. de rer. diuisi. & Matthesi. notab. 102. Quam ob rem Neapolitana constitutio poena mortis puniendos esse statuit eos, qui vim meretricibus fecerint. ea verò grauis est poena, tametsi æquissimum sit ab hac, & similibus iniurijs homines arceri.

Secundus casus, quo quis vendere propriam rem cogitur, à publica necessitate, & inopia pendet, cum & si quis merces venales nò exposuerit nec eas publicæ venditioni obtulerit, nihilominò ad earum venditionem cogendus est, vbi respublica annonæ inopia premitur: & quidem iusto pretio à principe, vel magistratibus definito: nè quis liberè res necessarias hominū alimentis quocunq; pretio, grauisimo quidem ob reipenuriam vendat. hoc colligitur ex. l. i. C. de episc. aud. vbi Bartol. & Docto. communiter. Panormit. & alij in cap. primo. de emptio. & vendit. optimus tex. in. l. secunda. ff. de nundinis. & in simili tex. in. l. prima. C. vt nemi. liceat in empt. speci. li. 10. Bart. in. l. annonam. ff. de extraordinar. crimini.

Lucas de Penna elegāter in. l. prim. C. de quibus muner. nemi. liceat te excusi. verb. tēpus. Iason in. l. i. secūd. col. ff. de legi. Matthe. Afflict. 3. quæ. in procmio const. Neapolit. Bald. & Angel. in dict. §. Si quid Cloacarij. per tex. ibi Felin. in capitu. primo de Iudæis. gloss. in dict. l. 3. tit. 5. par. 5. oportet autem hanc rem cautè à magistratibus perpendi: vt tandem hac coactione, & pretij definitione tunc vtantur, cum Respublica penuriam & inopiam rerum ad hominum victū, & alimenta pertinentium patiatur: itidem præcauētes, ne maior inopia sequat: mercibus ab his, qui eas habent, absconditis. Quòd si quis post definitionē pretij à Republica, & eius magistratibus iustè, & ex causa constitutam: merces maiori pretio vendiderit: tenebitur planè in consciētia iudicio id quod ultra pretium definitum acceperit emptori restituere: & in foro exteriori per iudicem venditoris cogendus erit id restituere: imò & puniendus est poena quadam iudicantis arbitrio veluti legis transgressor, & cōtempstor: minimè hac in specie considerata responsione Cæsarum in. l. secunda. C. de rescind. vendit. quæ hic locum non habet. Huc pertinet insignis cōstitutio in. l. secūda. C. de patrib. qui filios distrax. qua permittitur parentibus ob inopiam, & egestatem filios

4 vendere. idem Regia. l. 7. & 8. titu. 17. par. 4. nec id omninò alienum est à paterna pietate: siquidem. Nehemix capi. 5. Populus fame oppressus inquit, filij nostri, & filia nostra multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus. Eademq; Cæsarum lex multis comprobari potest, quæ eleganter simul & doctè tradit Andr. Tiraq. lib. 1. de retract. §. 26. num. 14. è quibus, & alijs, quæ circa interpretationem dict. l. 2. varijs in locis traduntur, aliquot eligere cōstitui, quo perfectiùs eadem cōstitutio intelligatur.

Primum etenim cōtrouersum est quid sibi velit dictio: sanguinolētos: in eadem lege expressa. nam Accursius dictionem istam ad patrem referendam esse cōfesset, vt pater sanguinolētus sit, qui filios sine iusta causa vendiderit, sanguine iniqua & capitaliter puniendus. idem Alberic. in dictionario. Alij dictionem eandem ad filios referunt: è quibus Alber. in dict. l. 2. filios sanguinolētos interpretatur, id est à patre venundatos: quia eorū sanguine alantur parentes: vel quia cor parentū sanguinolentum fiat per famem, vel quia pater vendendo filium eum occidat seruii quidem cōditione, quæ morti similis est. Azo autem & Petrus Perticensis in rubri. C. de infantib. exposit. filios sanguinolentos esse censent eos, qui à parentibus exponuntur: quia parentes sint sanguine,

H & ca-

Variarum Resolutionum

& capitaliter puniendi. At Cinus, & Sali. in dic. l. secunda. quasi Accursij interpretatio minime conueniens sit, eo quod lex ipsa tractet de parentibus, qui iulle, & lege permittente vendunt filios patrem sanguinolentum inibi ob id dictum fuisse existimant, quod sanguis contradicat necessitati famis, quæ venditioni causam dat. Cæterum Alciat. lib. secundo. de verb. significat. colū. 48. & Tiraquell. dict. nuine. 14. has interpretationes commentitias esse opinati, arbitrantur in. l. 2. filios dici sanguinolentos, id est, infantes recens natos, & adhuc sanguineo menstruo madentes. idque probant ex rubrica, cui Codicis libr. 8. titulus est. De infantibus expositis liberis, & seruis: & de his, qui sanguinolentos nutriēdos acceperint. Huic cōuenit in Codice Theodosiano lib. 5. titu. 7. l. 1. quæ hos sanguinolentos appellat recens natos, de expositis agens. Sic & eodem lib. 5. titu. 8. titulus est. De his qui sanguinolētos empros, vel nutriēdos acceperint, qui duo tituli, vt dixi, in Iustiniani Codice vnica rubrica continētur tandem in Theodosiano Codice dict. titu. 8. est. l. 1. quæ ita inquit. Si quis à sanguine quempiam eiusmodi comparauerit. &c. Eius itē interpretis inquit. Si qui infantem à sanguine emerit. ex quibus manifestum sit inibi dici sanguinolentos infantes recens natos. sic & Iuuenalis Satyra. 7. infantem à matre rubentem appellat ob recētem partum. interpretis autem Codicis Theodosiani: quia id à plerisque ignoratur, fuit Anianus authore Tiraquello. in. l. Si vnquā. C. de reuo. dona. verb. libertis. nume. 32. quod & mihi compertum est ex interpretationibus ipsius Codicis, quæ separatim absque ipsis Theodosij constitutionibus fuere apud Germanos typis excusæ per Theodoricum Aluistrēsem anno. M. D. X VII. quarum initio, & limini adscripta est authoritas Decretalis Alarici Regis Gothorum: cuius præcepto Anianus ipse vir spectabilis è legibus Codicis Theodosiani & ex libris sentētiarum Pauli & Caij iuriscōsultorum, & quibusdam Cæsarum nouellis librum illum interpretationum segregatim ædidit. eadem Alarici regis præfatio extat in initio codicis Theodosiani, quæ nuper integrū ex decem & sex libris typis tradidit Ioannes Tilius Engolismensis, omisis Pauli & Caij sententijs, & Aniani interpretationibus, quem quidē librum non ipsum integrum Theodosij Codicē opinabar olim habuisse Gratianū: qui dum ex Theodosiano Codice, aureo Decretorum libro legem aliquam interferebat profiteretur: nō ipsam Theodosij legē: sed Aniani interpretationem refert, & scribit. quod ex varijs Decretorum locis constat: præsertim in ca. iudex criminofum. 2. q.

1. quo in loco omiffa eleganti Constantini Cæsaris constitutione Gratianus summam Aniani retulit. Sic & in ca. quoties post auditam causam. 2. quæ. 6. ex eodem libro Codicis Theodosiani, cit. penult. Sententiarum Pauli iuriscōsulti, simul interpretationem Aniani veluti Pauli sententiam & eius verba interferebat idē Gratianus: apud quem dum legitur, sequendæ audiētix: legendū est: secūdæ audiētix. item dum legitur. possessionis. scribendum erit: Pessiones. idem actum est in eadem quæ. 6. ca. propter. cum quatuor proximis capitibus, quæ trāscripta fuere à Codice Theodosiano. lib. 5. titu. 35. & seq. Sententiarum Pauli. Quod si Gratianus integrum Theodosij Codicē habuit, & Pauli sententiarum libros, quod fortassis magis credendum est, ex capi. ab eo. 2. q. 6. vbi Pauli simul, & Aniani verba traduntur, non vidēo qua ratione vir diligentissimus Aniani glossamata ipsis Cæsarum legibus prætulit. Forfan ea culpa nō Gratiano, sed Iuoni Carnotēsi adscribenda est, qui ante Gratianū eandem Aniani interpretationes Decretis admisit. Aliquot etiam ex hoc errores apud Gratianum notat diligēter Anto. Augustin. lib. 1. emendat. ca. 8. qui probat Gratianum etiam in hoc errasse, quod falso Pauli sententiarum libro titulo, & nomine Theodosiani Codicis citat. eius erroris ea causa est, quod frequentissimè Codici Theodosiano publicè accesserint Pauli, & Caij sententiarum libri. Quæ ratione & nos libros sententiarum Pauli ex Codice Theodosiano quandoq; citamus. Pauli verò, & Caij sententijs vt licet ad interpretationē, & cognitionem antiquitatis. tamen Iustinianus. l. 1. & 2. C. de ver. iur. enucl. prohibuerit, his libris vt ad digestorum emendationē. Sed & de Aniani interpretationibus quædam scripsere Cuiacius in Epistola Nuncupatoria Sententiarum Pauli: & Brissoni⁹ lib. de iure Cōnubiorū. pa. 65. Ad sanguinolentos rediens, non improbo Alciati, & Tiraquelli sententiam: sed nec omninò damno eam lectionem, qua in dict. l. 2. pater coactus fame filios vendens sanguinolentus significatur. Nam licet hæc venditio ratione quadam speciali licita sit: generalibus tamen naturæ legibus sanguinolentam parentum impictatē ostendit. Nec inficior ita licere parentibus filios adultos iam, non tantū recens natos vt sanguinolentos infantes vendere, eadem siquidem omninò ratio est in his oibus: nempe dira ipsa famēs. Sed & olim lege Romuli, iure Patriæ potestatis poterat pater, etiam nulla inopia coactus filium teruendere, si fortè à primo, & secundo emptore fuisset manumissus.

Secundò eadem. l. 2. non tantū in venditione, sed

sed & in pignoris datione admittēda est: poterit etenim pater fame oppressus filios pignori ex ea causa dare, etiam inuitos. gloss. communiter recepta in dict. l. 2. Regia. l. 7. & 8. tit. 17. part. 4. item. l. 3. & l. 7. titu. 13. part. 5. Bald. in l. in suis. ff. de liber. & posthum.

Tertio etiam si liceat patri filium pignori dare, & vendere ob famis necessitatem: non tamen id patri licebit ob aliam vtcunque similem causam. quod Accursus cēset in dict. l. 2. Dinus in re. in argumētum. de reg. iur. in. 6. Alciat. post alios in dict. libr. secund. de verb. signifi. column. 48. ex hoc asseuerans, nō licere patri etiam principi filium inuitum ob fidem hosti dare, etiam vt se redimat.

Quarto quod in dict. l. 2. statutum est minime procedit in filio clerico: hunc etenim pater vendere non potest: si sit in sacris filius hic constitutus secundum Hosti. Ioan. Andre. & communem in capit. indecorum. de ætat. & qualit. Hippol. singul. 101. & Gerard. à Petra sancta in singulari vltimo.

Quinto ad eiusdem. l. 2. interpretationem est animaduertēdum, quod filius à patre veditus vt gente dira fame: poterit cogere ipsum patrē, vt eum redimat, & liberet, si pater foeliciorē natus fuerit fortunam. hoc sanē deducitur à ratione dictæ. l. 2. & in specie idem adnotarunt Bal. in cap. ex rescripto. de iure iur. Felinus in capi. cum dilecta. de rescript. vers. octauo fallit. & Hippo. in l. vnica. C. de rapt. virgin. num. 23. probat tex. in capit. quod pro necessitate. prima. q. 1. Deti. in regul. quæ propter. ff. de regu. iur. Præter hæc tamen extat Cæsarum cōstitutio in l. 1. C. de patri. qui fil. diltrax. qua prohibicum est parētibz filios vendere, aut pignoris iure, donationisue titulo in aliū transferre. tamen si Romulus olim legem tulerat, qua licebat patri filium vèdere, etiā ter, si fortè à primo emptore & secundo fuisset manumissus: quemadmodū author est Diony. Halicarnass. Hæc verò legem Numa Pompilius teste Plutarcho paululū mitigauit: statuit enim filium, cui pater uxorem dedisset, vèdi nō posse. Hinc adhuc constat, vis illa maxima patriæ potestatis apud veteres, cuius meminit iuriconsultus in l. in suis. ff. de lib. & posthum. Deniq; hæc adduximus, vt comprobaremus æquissimè quæ cogi rem propriam vendere ob imminentē penuriā annoræ, & mercium: & sic ob necessitatē. cuius ratione multa in iure permittūtur, & licēt, quæ Doctor. adnotarunt in capit. si quis de furt. vbi tex. elegans. Roma. in. §. de viro. 54. Fallētia. ff. soluto matrimo. lafon in l. principalibus. ff. si cert. pet. Felin. in cap. querelam. de iure iur. Hip-

po. in l. prima. §. præterea. ff. de quæstio. nume. 116. & denique plures relati per Tiraquel. dict. §. 26. lib. 1. de retract. gloss. 1. num. 18. Sed his omnibus opportunè addidero hac de causa cogendos fore diuites eleemosynam pauperibus erogare etiam coactione iudicis exterioris, & in foro iudiciali in casibus, quibus quis eleemosynam facere tenetur iure diuino, & naturali: modo hæc coactio iudicis officio fiat: non iure actionis. gloss. in capi. sicut. verb. Esurientium. 47. dist. ita intellecta à iuris vtriusque professoribus, præsertim Panormit. in ca. cum causam. de electione. colum. vlti. Anani. in dict. cap. si quis propter necessitatem. colum. si. de furt. Felin. in cap. 1. colū. vlti. 1. dist. Abb. & ibi Antonio Burgenli, qui similes al legat in cap. 1. de emptione. Est nanq; similis gl. in capi. domino sancto. verb. necessitate. 50. dist. & in capi. exigunt. 1. q. 7. Alber. idem notat in dictione, Eleemosyna. Speculat. tit. de instru. edit. §. nūc aliqua. nu. 66. Felin. in c. 1. de off. iudic. & in cap. si qui testium. de testibz. Carol. Moli. de cōtract. q. 2. nu. 73. & 74. Etenim quoties quis tenetur eleemosynam erogare: id contingit ex legali debito authore Tho. 2. 2. q. 118. art. 4. ad secundū. igitur cōpelli poterit diues officio iudicis, & magistratus pauperibus distribuere, quæ ratione iustitiæ ad cōmune bonum pertinētis, pauperibus elargiri tenebatur: cum ea retinens, & dare recusans omninō violet iustitiam ipsam, quæ ad cōmunem vtilitatem ipsum, debitorem constituit. quod pulchrè Docet Caieta. dict. artic. 4. & Domini. à Soto deliberationis in causa pauperū capit. 4. ratione secund. Vnde gloss. in dict. capi. 1. de emptione. quæ de admonitione hac in re loquitur, ad coactionem erit trahenda, & deducenda quoties cōtigerit casus, in quo quis sub mortali peccati culpa teneatur eleemosynam facere! Hoc sanē duabus tantū cōclusionibus exponemus. Prima conclusio: tenetur quis sub mortali peccato: existēti extrema necessitate eleemosynā exhibere etiā ex bonis, quæ ei necessaria sunt ad statum, quem habet: modo ipse his non indigeat ad naturalem, & propriā necessitatem subleuandam. Hæc probatur in cap. pascere fame morientem. 86. dist. in. & præterea quia illa extrema proximorum, & priuatorū necessitas præfertur necessitati, quam alter habet pro suo statu, & cōditione sustinendis: ergo diues existēti in extrema necessitate tenetur elargiri ea, quæ ei necessaria non sunt secundum naturam: quanuis pro eius statu eis itidem indigeat. Deinde extrema necessitas pauperis fecit bona diuitum cōmunia esse. dict. capit. si quis propter necessitatem. consequens igitur fit quod diues teneatur bona illa

Variarum Resolutionum

communiam pauperibus distribuere ad commune bonum: quod quidem in hunc finem tendit, ut arbitrio boni, & discreti viri maioribus necessitatibus occurratur. huic opinioni eam probantes accessere Durandus in. 4. sent. dist. 15. quaest. 6. & ibi diuus Thomas. q. 2. arti. 1. ad. 4. quaestione. & Paludanus quaestione. 3. articulo. 2. Ioan. Maioribus. quaest. 7. vers. circa tertiam conclusionem. Cardi. à Turre cremata in ca. singulis. nume. 6. 86. dist. Conra. de contract. q. 19. conclusionem. 3. Sylue. vers. Eleemosyna. §. 1. & 1. q. Almain in Vesperia: conclusionem. 1. Carol. 4. idem sentit Thomas. 2. 2. q. 118. art. 4. ad secundum. vbi scribit ex debito legali teneri quae ab eleemosyna altero ex duobus casibus, vel propter extremam alterius necessitatem, vel sibi superfluum bona. repetit ipse Thom. 2. 2. quaestio. 32. articulo. 6. dum à regula per eum proposita, quod eleemosyna non sit ex praecepto quo ad bona necessaria pro cuiusque statu, & dignitate: excipit casum extremae necessitatis. eadem sententiam verior, ac magis receptam esse opinatur Ioan. à Medina in tract. de eleemosyna, capit. de necessitate dandi eleemosynam. idem sentit Caiet. dist. articulo. 6. tamen si contrariam sententiam conentur probare, & veram esse contendunt idem Caiet. in summa, verb. eleemosyna. Floren. secum. parte. titu. 1. capit. 24. §. 5. Abb. in capit. si verò. colum. penultim. de iure iur. quibus ad stipulantur, ut quibusdam visum est, ipsius diui Thomae scripta in dist. quaest. 32. articulo. quinto. & 6. quorum sensum eruditissime explicat idem Caiet. in opusculo de praecepto eleemosynae, priorem sententiam omnino sequutus. Vnde ex his inferuntur duo: quorum alterum nullam habet controuersiam. Primum: praeceptum fuisse à Deo eleemosynam etiam patientes extremam necessitatem ex bonis, quae ultra naturae, & status necessitatem alicui superfluum: atque hoc praeceptum sub mortali culpa reatu institutum esse. Secundum, & si dubium sit, deducitur tamen eleemosynam praeceptam esse sub mortali crimine in casu extremae necessitatis etiam ex bonis, quae ad statum cuiusque necessaria sunt: modo ea superflua his quae ad naturalem necessitatem subleuandam requiruntur. Secunda conclusio: tenetur quis ex praecepto non solum extremè indigentibus: sed & alijs pauperibus penuria, & egestate oppressis eleemosynam facere ex his, quae pro suo statu abundantius habet: alioquin mortali peccati reus erit. hoc probatur ex eo quod iuxta verba domini, Luc. Ca. 3. iubetur quis absque vlla mentione extremae necessitatis: si habeat duas tunicas: vnam non habenti dare, & bona sua cum pauperibus communicare: quo se à gehēna ignis liberum asserat. Et

enim satis est ad eleemosynae praeceptum alterum ex duobus, vel extrema necessitas accipietis: vel abundantia bonorum ultra status necessitatem quo ad ipsum dantem. Quam ob rem hanc opinionem tenuerunt Thomas in. 4. sent. dist. articulo primo. ad. 4. quaestionem. & in. 2. 2. dist. quaest. 118. articulo quarto. Ricar. & Paluda. in. 4. dist. 15. q. 3. Turre Cremata in dist. capit. in singulis. nume. 6. conclusio. 5. Sylue. dist. q. 1. Felin. in cap. 1. ad finem. prima dist. Latius & eleganter Caiet. in dist. tractat. de eleemosyna. vbi magnis rationibus contendit, hanc sententiam ubique deduci à verbis Diui Thomae. idem adnotauit Domini. à Soto, in causa pauperum, cap. 8. & licet contrarium visum fuerit Alexandro Halensi. 4. parte. q. 113. Gerfoni parte. 2. Alphabeto. 32. litera. O. Pauormitano in dist. cap. Si verò. Gabrieli, & Maiori in. 4. senten. dist. 15. quaest. 7. Caietano in tract. de indulgent. quaest. tertia. qui censet extra necessitatem extremam nullum esse praeceptum obligationis ad mortale crimen de danda eleemosyna, etiam si quis habeat bona minimè sibi necessariam pro suo statu, & dignitate. Sic & Durandus dist. quaest. 6. Floren. dist. cap. 24. §. 4. & Conradus dist. q. 19. conclusio. 6. non audent nec priori, nec huic posteriori sententiae accedere, existimantes probabile esse vtrumque, non tamè certum: nihilominus tutior est Diui Thomae, & sequacium opinio, saltem vbi contigerit grauis & maxima necessitas: etiam si ea extrema non sit: nec itidem communis: ita quidem data communi necessitate, & inopia, quae maxima non sit, nec extrema, erit locus opinioi Alexandri Halensis, & eorum, qui ipsum sequuntur: at si inopia, & egestas grauis sic ac maxima, paulò quidem minor quam extrema: tunc admittendum est quod priorem partem sequuti adnotauerunt: sicuti censet Ioan. Medina. in dicto capitulo. de necessitate dandi eleemosynam.

Vtunque res se habeat, quantum ad coactionem exterioris iudicis officio incumbentem, & ab eo peragendam, arbitror ipse tunc ei locum fore: cum adsit extrema pauperum necessitas & inopia: habeantque diuites bona sibi praeter naturae, status, ac dignitatis necessitatem superflua: quod omnino erit considerandum.

Huius tandem publicae pietatis ratione statutum est, quod eodem pretio merces & res victuariae necessariae peregrinis & hospitibus exteris vendantur, quo publice incolis vendi solent: idque munus, ac huius sollicitudinis cura Episcopis, iudicibusque Ecclesiasticis delegatur, & committitur à iure ipso. text. est in ca. primi. de empt. & vendit. vbi Cardinalis & alij. text. item in l. prima. C. de Epi-

2. conclusio

de Episcop. audient. quo probatur, eandem curam Episcopis incumbere, vt diligenter caueat, ne & ipsis incolis res ad victum necessarię carius quam æquum sit, vendantur. Nam & si mihi compertum sit id minus etiam ad sæculares iudices pertinere. l. prima. §. Cura carnis. ff. de officio. præfect. vrb. iure tamen ob pietatis causam idem Ecclesiasticis iudicibus cõmissum est quemadmodum simili, & ferè eadem ratione iudex Ecclesiasticus poterit punire laicū, qui merces mistas alia cum specie ignorante emptore viderit: authore Panormi. quem Burgenfis sibi sequitur in dict. capi. primo de emptione: quod & Roma. scripsit in singul. 526. Imò consuetudo vt cūque sit legitimo tempore inducta minimè valebit hanc coercionem, iusq; istud sæculares ob hanc causam puniendi, à iudice Ecclesiastico tollere: quasi ea sit in pernicię Reipublicę: sicuti frequētissimo omnium consensu adnotatur in dicto capit. primo. maximè per Hostien. Ioan. Andre. Cardin. Abb. & Barb. quorum opinio communis est teste Nicolao Boerio decisi. 69. nu. 21. qui testatur in Regno Francię cõtrarium omnino seruari ex generali cõsuetudine, quæ curam istam iudicib' tantū sæcularibus detulit. abrogata Episcoporum, & iudicum Ecclesiasticorū in hac parte iurisdictione: quam cõsuetudinem validam esse tenuit gloss. in dict. capi. primo. cuius opinio mihi verisima videtur: cum hæc iurisdictione, quæ Episcopis iure humano comperebat, contraria lege humana, atque itidem cõsuetudine tolli possit. Nec vlla ex hoc cõstat iniquitas, nec Reipublicę vlla imminet perniciēs, nec eadē quidquam irrationabile hinc oritur: modo magistratus sæculares solerti cura: & diligentia huius negotio incūbant, ac intendant. Hoc item apud Hispanos obtentum est, legibusque Regiis satis huic malo medetur: vrbiumq; Prætores, & Decuriones non oscitanter earum pœnas exequuntur, miqimè consentientes hanc curam à iudicibus Ecclesiasticis impendi.

Ab eiusdem publicæ inopiæ causa rursus deducitur ratio eius, quod Barto. quandam sententiam inducentes practici sæpissimè in iudicium deducunt: nempe quòd tempore, quo adest annonæ caritas, & publicæ inopia, cogendi sunt ciues frumētum ex agris illius ciuitatis collectum ciuibus, & oppidanis vendere potius quam exteris, iusto tamen pretio; saltem eo, quod ab exteris in conuentionem deductum fuerit, si iam emptio præcesserit: etenim secundum eos poterunt ciues hoc frumētū iam exteris venditum, eodem pretio accipere inuitis emptoribus, & venditori bus. allegatur ad hoc tex. in l. 1. C. de metallarijs.

lib. 11. quo in loco Bart. primus omnium, & dein de Angel. Platea, & Lucas de Penna adnotarūt, colonum volentem vendere fructus, quos ex agro conducto sibi perceperit, cogēdum esse eos vendere domino fundi potius quam alteri, iusto quidem pretio, atq; ita dominum fundi locatore ius prælationis habere in emendis fructibus è re locata perceptis. idē quoq; tenēt Rom. in l. 2. num. 7. ff. solut. matri. lason. in l. vlt. nume. 11. C. de iure emphyt. Matthæ. Afflictus in procemio constitutionum Neapoli. q. 3. ad finem. Felin. in ca. 1. de ludæ. Anto. Burg. in cap. 1. de emptione. nu. 18. Andreas Tiraquel. in libr. 1. de retractu. §. 1. glo. 18. num. 2. quorum opinio cõmunis est. Ceterum quo rem istam facilius expediam, primū admonendum esse opinor opinionē Bar. & si ea receptissima sit, falsam omnino esse, nec iure probari, regulariter etenim nemo cogendus est vni potius quam alteri vendere. l. dudū. C. de cõtrahend. emp. nec Bar. opinionē probat tex. in dic. l. 1. C. de metall. quippe qui in metallis, & in fisco obtineat speciali quodam fauore fisci, & metallorū: vt ea penes principem sint: nō penes priuatos, ea igitur ratioe metallarij à principe obtinetes ius vendendi metalla, & ea expurgandi, coguntur metalla iusto pretio principi vendere. eam autem cõstitutionem ad priuatos deducere, vt coloni cogantur domino fundi fructus ex fundo causa conductionis perceptos vendere, durum est, ab omniq; ratione profus alienum. Nam & si Emphyteuta ipsius rei meliorationes vendere voluerit, tunc cogendus est domino eas vendere modo is soluat tantum pretium, quantum ab extraneo datur, text. in l. vltima. C. de iure emphyteu. quòd si id speciale est in re emphyteutica, & in meliorationibus eiusdem rei: profectò non idem obtinebit in fructibus ab eadem re perceptis, quos colonus ipse, aut emphyteuta liberè poterunt cui voluerint vendere. quam ob rem mihi, nisi aliunde id probatum fuerit, satis compertum est, dominum fundi locati non habere iure dominij prælationem in emptione fructuum ab eodem fundo perceptorum, nec quidquam refert quòd colonus partarius sit. & l. Regia. §. tit. 5. part. 5. & l. 74. & 75. Tauri permittat locio ius retractus, cum alter socius partem propriam vendiderit. nam id obtinet in re cõmuni pro indiuiso, secus etenim vbi res est communis diuisa tamen, & signatis partibus, nam eo casu non est locus prælationi nec retractui. legito tamen Capitium deci. Neapol. 42.

Secundò etiam si Bart. opinio admittenda sit, quod negamus, ita erit intelligenda, vt tantum pretium dominus fundi teneatur pro fructibus:

H 3 dare,

dare, quantum ab alio reperitur, quanuis id iustum excedat. text. optimus in dict. l. vltim. C. de iure emphyteu. vbi Salic. & Iason ver. septimò principaliter. Oldrad. consi. 34. probat idē text. in capit. potuit. de locat. & in l. penultima. & vltima. C. de locat. prædior. ciui. libro. n. Bart. in l. cōtem. §. agri. ff. de publica. Ioan. Andr. in speculo, titu. de emptio. §. nunc dicendum. In secund. versi. sed pone statutum. Andr. Tiraq. d. §. 1. glo. 18. nume. 4. & in hac specie Matthæ. Afflict. dic. quæstio. 3. Nec contrarium ex Bart. in dict. l. prima. commōdē dediti potest; quia dum is præmittit, iusto pretio colonum cogendum esse vendere domino potius, quàm alijs, planè intelligit, iustum pretium ab alijs dari: & idē non negat, venditionem fieri debere eo pretio, quod ab alijs datur, vel recipitur: si id iustum excedat. Etenim quantum pretium iustum semper in his commutationibus obseruandum sit: regulariter tamen humana lex non rescindit contractum, nec eum impedit, in quo pretium intra dimidiam iusti pretij limites excedat legem iustitiæ commutatiuæ. l. 2. C. de rescind. venditio.

Tertio, mihi probatissimum est, quod vbi respublica inopia, & penuria annonæ grauat, possint habentes frumentum omnino cogi ad ciuibus potius quàm exteris vendere, ad inopiam & egestatem subleuandam, atque ita præferendos esse ciues, oppidanos, ipsasq; vrbes exteris in emptione frumenti collecti ex agris ipsarum vrbiu; quod probatur primò, quia ex causâ publicæ inopiæ cogitur quis rem propriam iusto pretio vendere, quemadmodum paulò antè dicebam, magistratus autem cuiuslibet prouincie præfectus potius eius prouincie quàm alterius curâ habere debet sicuti manifestum est: igitur ciues compelli poterint frumentum tempore publicæ necessitatis in foro publico exhibere, & vendere ipsis oppidanis potius quàm exteris. Deinde hoc constat charitatis ordi; quò plus tenetur quis, ac prius subuenire quibus sanguine aut alia necessitudine coniungitur teste diuo Paulo ad Galatas, Capit. sexto. dum tempus, inquit, habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autè ad domesticos fidei. consequitur ergo tempore necessitatis habentem frumentum tenere quidem id potius ciuibus, cum quibus ei est cõmunis patria subuenire, & vendere, quàm exteris. Præsertim quod tenetur quis patriæ oppressæ fame, aliove malo totis viribus opem ferre, potius quàm alteri ciuitati: cum patriæ plurimum debeat. His accedit Canon quintus Turonensis concilij sub Pelagio primo in hæc verba: vt vnaquæque ciuitas pauperes, & egenos incolas alimentis cõ-

gruentibus pascat secundum vires, vt tam vicini presbyteri, quàm ciues omnes suum pauperè pascant, quo fiet, vt ipsi pauperes per ciuitates alienas nõ fatigentur. quibus equidē verbis constat primò subueniendū esse pauperibus eius ciuitatis, & Reipublicæ, in qua quisq; educatus, institutusq; fuerit, deinde exteris. Postremò nemo vnquã dubitare poterit, omnibus prouinciæ ciuitatibus inopia, & penuria laborantibus, quo ad vniuscuiusq; famē subleuandam, æquissimum esse, & rationi consentaneum quod fructu ex vnius vrbs agris collectum primò eidem vrbi distribuatur ad alendos ciues, qui agros illos coluere, & colūt, ipsius ciuitatis onera subeūt, eaq; defendūt, ac tutantur. Ex quibus quod in præxi hætenus obtinuit, satis iure & ratione defenditur, quãuis id nequaquã probetur in d. l. 1. C. de metallar. cum ea speciale fisci priuilegiū cõtineat in metallis, nec ad eius rationē sit necessaria publicæ penuria, nec inopia. multo minus probatur ex Bar. adnotatione, si quidē ea falsa est: quod iam ostendimus: & si vera esset, obtineret in domino fundi erga colonum: at ciuitas domina non est agrorū eo sensu, vt ab ea coloni eos acceperint. Quarto præmissa hac sententia, qua diximus in præxi obtinuisse, non est prætermittendū eam esse obtinere, cum ciuitas ipsa, apud quã frumentū extaret proprijs agris collectū, statim, vel paulò post venditionē eū exteris eouertam intra breue tempus boni viri arbitrio, in re prælationis frumentū ipsum velit emere, ac de emptione ipsa cõtestetur. Etenim tunc præferendi sunt ciues exte- ris dato eodem pretio, quod exteri cõstituerant. At si ciues hoc iure prælationis ex interuallo post venditionem primam vti velint ob annonæ inopiam: opinor ciues fore admittendos: & exteris præferendos, modo pretium eo tempore iustum cõmuni hominum estimatione exteris soluedum offerant, etiam si id sit maius, quàm quod exteri pro frumento dederant. apparet etenim tunc eiusdem pretij, quod primo datum est, rationem habendam esse, cum intra breue tempus, aut aliud à lege hac in specie definitum, iure prælationis à primo emptore res empta retineatur; nam eo casu emptor secundus, qui præfertur primo, eius locum obtinet, & idē pretiū ab eo solutum soluere tenetur, ac satis est, quod id soluat: si quidem non est hæc posterior emptio à priori distincta, sed tantum loco prioris emptoris alter iure prælationis substituitur. Quod si ex interuallo aliqua speciali causa emptor alteri vendere rem emptam cogatur, quæ admodum in hac specie, quam tractamus, statutum est iure publicæ vtilitatis, tunc soluendum est iu-

est iustum pretium, & communis æstimatione de-
betur: non autem id tantum pretium, quo res
empta fuerit. Quia hæc emptio posterior à prio-
ri distinguitur: quandoquidem ius prelationis
vel statim post primam venditionem, aut intra
modicum tempus arbitrio boni viri admitten-
dum est, nisi aliud à lege fuerit definitum, & ideo
ex interuallo ratione publicæ utilitatis cogitur
exterus emptor civibus videri ad eorum suble-
uandam inopiam: ne frumentum ex eiusdem ci-
uitatis territorio, & agris collectum pereuntibus
fame civibus in exterorum alimentum à provincia
extrahatur. Hæc igitur venditio est à priori di-
stineta: atque ea ratione fieri debet iusto pretio
iuxta tempus, quo ipsa posterior venditio fit.
quod colligitur ex Francisco de Ripa in. l. prim.
column. vltima. ff. de priuileg. credit. Hactenus
de secundo casu, quo quis propriam rem vende-
re cogitur.

7. Est & tertius casus, quo quis vendere omni-
nò compellitur proprium agrum, domumve fa-
uore religionis: cum ea sit necessaria ad constru-
tionem, vel ampliationem alicuius monasterij.
nam tunc dominus ipsius domus cogitur eam ven-
dere propter publicam utilitatem, qua ex reli-
gionis favore constat. l. prima. ff. de iustitia & iu-
re; §. huius studij. huic sententiæ ad stipulatur pri-
mò text. in. i. locum. ff. de usufruct. Sed inter-
dum, inquit Ulpianus, & solus proprietatis
dominus locus religiosum facere potest. Finge
enim cum testatorem inferre, cum non esset tam
opportune vbi sepeliretur. hactenus iuriscon-
sultus aperte insinans favore religionis absque
consensu usufructuarij posse, & cum eius dano
locum religiosum fieri: ergo eiusdem religionis
favore soluto iusto pretio, poterit domus priua-
ta ab aliquo inuito auferri, vt monasterium ædi-
ficetur, aut iam ædificatum amplietur. Secun-
dò idem probatur in. l. 2. §. si usufructum. ff. de
relig. & sumptib. funer. vbi idem Ulpianus ean-
dem sententiam repetit, & explicat. Tertio ad
idem plurimum facit text. in dict. l. secunda. §. lo-
cum. qui huc tendit, quod absque consensu ha-
beatis in fundo seruitutem, & eo inuito locus ef-
fici poterit religiosus. Quarto idem constat ex. l.
si quis sepulchrum. in. princip. ff. de religiof. &
sumpt. fune. Si quis sepulchrum, inquit iuriscon-
sultus, habeat, viam autem ad sepulchrum non
habeat: & à vicino ire prohibeatur, imperator An-
tonius cum patre rescripsit, iter ad sepulchrum
peti precario, & concedi solere, vt quoties non
debetur, impetretur ab eo, qui fundum adiun-
ctum habet. Præses etiam compellere debet ius-
to pretio iter ei præstari: ita tamen, vt iudex

etiã de opportunitate loci prospiciat, ne vicinus
magnum patiatur detrimentum. Hæc iuriscon-
sultus. Quintò eadem opinio fundamentum
habet à. l. prima. C. de commu. seruo manumif.
qua cautum est, fauore libertatis cogendum esse
quemlibet, partem quam habet in seruo vende-
re. ex quo text. Bald. ibi ad finem adnotauit, re-
statore iubente Ecclesiam constitui in loco com-
muni, socium cogendum esse iusto pretio partem
vendere, sequitur Baldum Felinus in cap. 1. de lu-
da. Iason in. l. nec emere. C. de iure deliber. Qui-
bus sanè fit, vt frequentissimo omnium consen-
su receptum sit, dominum agri, vel domus cogē-
dum fore eam vendere iusto pretio fauore reli-
gionis, vt Ecclesia, vel monasterium in ea domo
construantur: aut iam constructum ex ea ampli-
etur. quam opinionem expressim tenuerunt Bal-
& Ang. in. l. prima. ff. solut. matrimo. Florian. ia
dict. l. si quis sepulchrum. & in dicto. §. locum.
Felin. in capitu. omnes. penultima colum. prim.
dict. Bartho. Capo. titu. de seruitut. vrb. prædio.
capit. 82. de sepulchro. asseuerans ita seipsum ob-
tinuisse Veronæ. idem Matthæ. Afflict. in proce-
mio constit. Neapolita. quæst. tertia. numer. 10.
dicens sic pronūciatum fuisse in Prætorio Regis
Neapoli in fauore monasterij diui Hieronymi:
idè ante alios probauit, & obtinuit Guilielmus de
Cuneo in. l. decernimus. C. de episc. & cleri. Sex-
tò eandem sententiã confirmat text. in. l. si locus. §.
cum via publica. ff. quemadmod. seruit. amitt.
cum via, inquit, publicæ vel fluminis impetu, vel
ruina amissa est, vicinus proximus viam præstare
debet. cuius responsio fere omnes Doctores
8. passim scribunt, cogendum fore quempiam rem
propriam vendere: cum ea ad publicam utilita-
tem necessaria fuerit. optimus text. in. l. secunda.
§. sunt qui putant. ff. ne quid in loco publi. Albe-
ri. & Iason in dict. l. nec emere. Hippo. in dict. §.
quidam deponere. Fabianus in tract. de empt. in
par. 3. quæst. vers. decimonono. Antoni. Ruben. in
dict. conf. 92. & fere omnes, quorum metum pri-
ma huius Capituli pagina. idque etiam non so-
luto pretio, nec titulo emptiois, sed iure publicæ
utilitatis in specie viæ publicæ permissum esse, do-
cet Accursius in dict. §. cum via publica. vt eadē
res priuatorum ad utilitatem publicam ab eis in-
uitis tolli possint absq; pretij solutione. Hoc ta-
men falsum esse, constat, cum & si ob utilitatem
publicam priuati cogi possint proprias res trade-
re, id fieri debet soluta eis iusta ipsarum rerum
æstimatione, quod & nos obiter probauimus,
huius operis libro secundo. capitu. tertio. nume-
quinto. Sed & idem apparet ex text. in. l. serui:
qui monetarios. & glos. in. l. vlt. C. quib. ex caus.

serui pro præmio libert. accipiunt. & Bald. in di. l. serui. Iafone in. l. Barbarius. nume. 36. ff. de offi. prætor. post alios inibi. Et Deci. in capit. primo. de probatio. numero. 46. Iafon in. l. vltim. C. si contra ius vel vti. publi. Rochus Curti. in cap. vltim. de consuet. Fol. paruo. 46. columna. 3. vbi inquit hanc opinionem communem esse, quæ probatur in. l. venditor. §. si constat. ff. commu. prædio. & l. 2. titu. 1. part. 2. l. 31. titu. 18. par. 3. notat Rodericus Xuares allegat. 10. columna. 2. citatur ad hoc glo. in dict. l. Barbarius. quæ tamen iuxta literam mei Codicis contrarium asserit: tametsi gloss. in dict. §. cum via publica. priorē sententiā, quæ ex ea adnotauimus, consuetudini, non iuri scripto tribuit. opinionem item communem in hac re tenuerunt Matthæ. Afflict. in proœmio const. Neapolit. q. 4. num. 7. Abb. in capit. dilecti filij. 2. colum. de arbitris. Archidi. in cap. per principalem. 9. q. 3. Felin. in capit. quæ in Ecclesiarum. nume. 28. de const. Septimo, eadem opinio, quam hætenus in fauorem Ecclesiarum, & monasteriorū proposuimus, alia in idem ratione confirmatur. Nam & si licitū sit cuiilibet propriū ædificium altius tollere. l. altius. C. de seruit. l. vlt. §. penult. ff. de seruit. l. Proculus. ff. de dan. infect. l. cū eo. l. imperatores. ff. de seruit. vrb. prædio. l. nullus. & l. domū. ff. de regul. iur. tamen iure prohibitū est, priuatum ædificiū ita altius attollī, vt ex eo videri possint religiosi, aut religiosæ intra proprias domos religiosè habitantes: sicuti placuit Salyceto, post Petrum Cinum in dict. l. altius: quasi fauore religionis priuatus vti. non possit iure suo, quod habet ad tollendum altius domū suam, aperiendas fenestras, & lumina, quæ prospectu fuerint opportuna. Hætenus probare conati sumus, domos, & agros priuatorum ab eis inuitis auferri posse titulo emptionis iusto pretio soluto, vbi id conueniat locis sacris cōstruendis, aut ampliandis. Siquidem non tantū id permissum censetur ad ampliationē monasterij iam cōstructi, sed & idem obtinet in fauorem monasterij, aut Ecclesiæ cōstruendæ. quod probatur autoritate Imolæ in Capitul. Apostolicæ. de donatio. secunda colum. qui ex eo tex. notat non minus, imò magis fauendum esse Ecclesijs ædificandis, & cōstruendis, quàm iam cōstructis; ex eo, quod per Ecclesiarū, & monasteriorum nouam erectionem augetur diuini cultus honor, & cura, atq; ita expressim in hac quæstione censet dicendum esse Barth. Cæpola in dict. capit. de sepulchro.

Cæterum si controuersiam istam maturius, ac diligentius exquiramus; planè compertum erit, non ita præcise opinionem istam admittendam

esse: aduersus quam extat iuris regula, quæ seruanda est diligentissimè, interim dum nō ostēditur ab ea quicquā exceptū esse. Quāobrem vidēdum erit an alicubi probatū sit in iure, quod quis cogatur vendere propriam domum, aut agrum ad cōstructionē Ecclesiæ, vel monasterij, ad eiusve ampliationē. Etenim hoc nō probatur in. d. l. locū. ff. de usufruct. & in. d. l. 2. §. si usufructum. ff. de relig. & sumpt. funerū. cū inibi priuatus minimè fauore religionis cōpellatur ius suū, aut rem propriā vèdere: imò eā omninò retinet, nec ab eo inuito dominiū auferitur, id verò tantū cōstitutū est, vt usufructuarius, qui à testatore habuit usufructū, cogatur cōsentire, & permittere hæredē proprietariū corpus testatoris in fundum inferre, ac ei inibi sepulchrū cōstituere, si commodè alibi sepeliri nō poterat testator ipse, cui remunerationis titulo hoc beneficiū usufructuarius impèdere tenetur, ex hoc autē nō amittitur usufructus: nec id vendere cogitur: nā idē apud ipsum manet. Deinde iurisconsulti responsū obtinet ex eo etiam, quod proprietarius habens dominium directū in re, eam religiosam titulo sepulchris facere potest inuito usufructuario ad sepeliendum eum, qui usufructum legauerit, cū alibi ita opportunè sepulchro locus nō est. ita quidem hoc & fauore sepulchrorū, ac religionis, & quia sit in vtilitatem habentis in re dominium directum & eius, qui usufructum legato reliquit, permissum fuit. Et adhuc usufructuarius actionem habet. ad recipiendum id, quo propter id sepulchrum minutus sit usufructus. text. est in. l. vitima. ff. de religioni. & sumpt. funerum.

Item communis sententiā minimè probatur in dict. l. 2. §. locum. ff. de religio. nam præter verba, quæ paulò antè ex iurisconsulto retulimus, sunt & sequentia expendenda, locū, inquit, qui seruit nemo religiosum facit, nisi cōsentiat is, cui seruitus debeat, sed si nō minus commodè per aliū locum seruitute vti potest, non videtur seruitutis impediendæ causa id fieri: & ideo religiosus sit. Hætenus Ulpianus, à quo deduci non potest, fauore religionis cogendum esse quempiam proprium ius, quod habet: sed id tantū ex eo responsū colligitur, fauore religionis cogendum esse eum, qui in aliqua re ius habet, cōsentire vt in locis religiosus fiat, vbi nullum ex hoc præiudicium is patiat. quippe qui ita commodè vti potest iure quod habet, ac si locus religiosus non foret. Vnde Bald. Nouell. in tract. de dote. 8. p. priuileg. 7. adnotauit post Bartol. in dict. §. locum. & in. l. 2. ff. solut. matrim. quod fauore religionis & piæ causæ cogitur quis facere quod alteri prodest,

dest, & sibi non nocet. quorum mirum non est, nam & absque religionis favore. fortassis idem erit, quemadmodum Baldus Nouell. explicat, & Dōcto. tradiderunt in dict. l. s. opportuniusque alibi tractabitur.

Sic nec iurisconsulti locus in d. l. si quis sepulchrum. conuincit, vt communem teneamus sententiā: etenim ibi tractatur de re priuati omninō necessaria ad vsū sepulchri: nempe de itinere sine quo nullus esset sepulchri vsus. Ex quo nō licet inferri, nec potest colligi, idem esse quo ad sepulchri constructionem, vel eius ampliorem & edificationem. Nam licet à iurisconsulto responsum sit, cogendum esse priuatum, viam, aut iter vendere vicino ad sepulchri vsū necessariā, ita quidē, vt nullus posset esse sepulchri vsus absq; illo itinere, nequaquam profectō ipse iuris consultus idem respondisset, si ab eo quæreretur, an posset habens agrum cogi eum vèdere alteri ad sepulchri constructionem, nouamq; erectionē, vel ad iam constructi ampliationem. Quo fit, vt minimè probetur communis sententia in dicta l. si quis sepulchrum. Quin & ipsa iurisconsulti responsio eum planè sensum habet, quod præses compellat priuatum iter vendere vicino ad sepulchrum: quia ipsa itineris venditio non est domino fundi admodum damnosa: nec ei affert maximum detrimētum: cum adhuc præstito itinere fundus apud ipsum dominū maneat, & ideo iudex admonetur, vt prospiciat, ne vicinus magnum patiatur detrimētum, quasi Vlpianus velit, minimè cogendū fore vicinū ad vèditionem etiā iusto pretio paciscendam, vbi magnū ex hoc ei inferatur detrimētum quo ad propriā rem, maximū autē inferitur damnū procul dubio, si totā ipsam rem adhuc soluto iusto pretio cogatur amittere, igitur, non inconcinne, nec quidem falsō locus hic iurisconsulti à probatione communis sententiæ exterminabitur.

Rursus quod attinet ad quintam communis opinionis probationem ex l. i. C. de commu. seruo manumi. facilimè collitur, si consideremus, id statutum esse favore libertatis in re communi. habens etenim seruum communem, quem vult manumittere, ac libertate donare, poterit compellere socium, vt iusto pretio soluto partem, quam in seruo habet, vendat, quo seruus ipse in tegram libertatem consequatur: idq; iudex prouincię prospiciet diligenti cura, & sollicitudine. text. in dicta. lege prima. cui conuenit Regia lex secunda, titulo. 22. part. quarta. Vnde Iason in l. seruis. C. de legat. scribit, quod si habens seruum communem legat eidem seruo partem suam, socij itidem cogentur iusto pretio recepto seruum

ipsum liberare. Nam dominus seruum ipsi eidē seruo legans, libertatem ei legare videtur. text. insignis secundum Angel. Paul. & alios in l. senatus. §. vltim. ff. de legat. primo. Igitur speciale est in dicta. l. prim. favore libertatis vbi res est cum altero communis, vt cogatur socius partem vèdere: non erit denique idem vbi res alicuius est propria, nulla eius parte ad alterum perti nente. Sic & quod Bald. in dict. l. pri. scripsit eadem ratione procedit, & similibus iuris decisionibus fulciri poterit: nempe. l. 2. C. de com. rer. alienat. quæ fisco priuilegium dedit, vt is possit rem communem cum priuato vendere inuito socio. text. optimus in l. pri. & secund. C. de vedit. rer. fiscalium. libro. 10. vbi Accursi. Barto. in l. vltim. C. si contra ius vel vtilitat. public. Panormi ta. in capitu. penultim. de re iudicat. numero. 13. Felin. in capit. quæ in Ecclesiarum. de constitut. nume. 51. Hippo. in l. prim. §. cum quidam deponere. ff. de quæstionib. quibus suffragatur text. singula. in l. fin. C. de debit. ciuilib. libro. 11. quo probatur, debitorem ciuitatis, qui partem rei pro satisfaciendo ære alieno ipsi ciuitati alienauerit, cogendū fore, & aliā partem ipsi ciuitati iusto pretio vèdere, quod & Bar. inibi adnotauit.

Sexta ratio poterit refelli distinguendo necessitatē publicam ab vtilitate, ita quidem, vt cum necessitas publica exegerit priuatum agrum, priuatam domum, & edificium nempe ad viam publicam, quæ necessaria est, tunc cogatur dominus agri iusto pretio eum vendere: sicuti probat text. in dict. §. cum via publica. At si tractemus de publica vtilitate, quæ tamen necessitatem morali quadam ratione minimè præmittat, nō video quo iure priuatus quis sit re propria, & quidem inuitus. Sic sanè quod in dicto sexto fundamentum tradidimus non simplicem Reipublicæ vtilitatem requirit: sed verè exigit publicam vtilitatem, quæ moraliter necessitatem insinuet, & habeat. quod deducitur ex his, qui quæstionē istā tractauerunt, & ex text. in l. si quando. in. 1. & l. A Edificia. & l. turres. C. de operi. pub. quantuis Roma. in sing. 710. nimis extēdat decisionē dic. l. A Edificia. ad maiorem pulchritudinem ciuitatis. qua in re iudicis arbitrium plurimum efficiet, varijs circumstantijs temporis, loci, & rei ad amussim consideratis.

Vltima prioris sententiæ argumētatio ex eo corrui, quod frequentissimo omnium cōsensu ita id accipiendum sit, vt quoties quis prope monasteria ædificans, aliquid construxerit, quod sibi minimè proffit: Ecclesiæ verò, aut monasterio noceat, prohibendus sit id ædificium altius tollere: cum præsumatur facere ad alterius iniuriam,

riam. grauamen, & æmulationē. Et id etiā erga priuatos erit obseruandum, quē admodum constat ex Cino, Petro, & Salice. in dict. l. aliū. Angelo, & Paulo, in l. eū. ff. de seruit. vrb. prædio. lafone. in l. ex hoc iure. colu. secunda. ff. de iusti. & iure. Bartho. Cæpola. de seruit. vrb. prædio. capi. 39. de solo. & Area. Deti. in l. nullus. & in l. domum. ff. de regu. iur. Hippo. in singula. 154. quibus adde. l. penult. titu. vlt. par. 3. optimus rex. in l. opus nouum. vbi gl. Albericus & Bart. ff. de operi. publi. glo. in l. Quicumq; castellorū. C. de fundis limitrophis. lib. ii. tametsi inibi & in dicta. l. opus. tractetur de ædificijs, quæ fiunt in graue damnum, ac periculum Reipublicæ. Imò & Alberi. in dict. l. aliū. non admittit fauore religionis Cini opinionem, quæ tamen admittenda est iuxta sensum, quem modò explicuimus. Et fortassis propter publicam vtilitatem, quæ à religiosiis domibus procedit, erit locus Cini sententiæ, quoties ex nouo ædificio grauisimam imminet domui religiosæ præiudicium: tametsi non fiat ad æmulationem.

Histandem explicitis ad huius quæstionis resolutionem primum opinor, posse principē cōpellere priuatū domum propriam vendere ad constructionem Ecclesiæ, aut monasterij, vel ad iam constructi ampliatiōem: esseque iustam causam, vt princeps iuri priuatorum deroget, quod ea domus utilis sit ad ecclesiam construendā, vel ampliandā in Religionis, & Reipublicæ vtilitatē. Hoc probat text. in l. item si verberatum. §. vlti. ff. de rei vëdicat. & in dicto. §. si constat. alioqui absque iusta causā nō posset princeps, etiam dato iusto pretio ab inuitis auferre propriarum rerum dominia, quod alibi tractauimus. Laudatur enim Augustus à Suetonio capitu. 56. quod forum Augustus fecerit: nō ausus extorquere possessoribus proximas domos.

Secundò mihi videtur, non tantū principem, sed & quencūque iudicem inferiorem posse cōpellere priuatū dominum agri, vel domus, eam vendere iusto pretio, quoties ea fuerit necessaria ad constructionem Ecclesiæ parocchialis, aut Ecclesiæ Episcopalis. Nam cum istæ ecclesiæ moraliter præcisè sunt necessariae ad sacramentorum administrationem: item & ad cultum diuinum, qui ordinariè celebratur ad religionis Christianæ eruditiōem, & instructiōem, idem omninò erit, vbi domus priuata necessaria est ad ampliatiōem harum Ecclesiarum: modò ea ampliatio sit, vt dixi, necessaria morali quadā necessitate. optimus tex. in argumētū huius cōclusionis in ca. ad audientiam. in. i. de Eccles. ædificand. atq; hoc ipsum probatur ex dic. §. cū via publica. &

ex alijs Cæsarei locis, quæ in pbatōne prioris sententiæ prima, & sexta rationibus adducebam.

Tertiò. si priuata domus, priuatusve ager iusto pretio oblato petatur ad constructionem Ecclesiæ, quæ & si valde utilis sit, non est tamè præcisè moraliter necessaria, aut ad ampliatiōem Ecclesiæ iam olim cōstructæ, quæ quidem ampliatio & si utilis valde sit ad pluriū monachorū habitationem, atque vt plures ad officia diuina e plebe admittantur, poterit nihilominus Ecclesia absque ea ampliatiōe Reipublicæ Christianæ, & cultui religionis seruire: opinor in his casibus nō posse authoritate iudicis inferioris absq; decreto principis priuatū dominio rei propriæ inuitum priuari, etiam si pretiū iustum ipsius rei offeratur. quod apparet ex dict. l. inuitum. de contrahend. emptiōe. & ex his, quæ modò duximus, dum rationibus prioris sententiæ respondimus.

Vltimò hac in controuersa non diffiteor, æquissimè iudicem facturum, qui vsus frequentissimā doctōrum sententiā, coegerit quæpiā ad venditiōem propriæ rei, agri, domus, aut fundi, quoties is fuerit utilis ad Ecclesiæ constructionē, vel ampliatiōem: si attentis circumstātijs, quæ discreti iudicis arbitrio sunt examinandæ, nullū, aut sanè paruum detrimētū ex hac venditiōe priuato inferatur. Etenim in hac specie, non negauerim iustissimè in praxi admitti posse priorē opinionem, quæ cōmunis est, atque vt ita respondeam moueor his, quæ in disputatiōe, & examine huius quæstionis, tradidimus, præsertim in responsiōe ad vltimam rationem. & l. 2. §. locū. ff. de relig. & sumpt. funerū. tametsi solū de vtilitate, non de præcisā necessitate in ea venditiōe agatur.

Ex capite sequenti.

- 1 *Precarium simpliciter constitutum: morte concedentis nō extinguitur, donec ab herede reuocetur.*
- 2 *Intellectus ad tex. in ca. Si gratis. de rescrip. in sexto.*
- 3 *Precarium expressim constitutum donec reuocatum fuerit, nō expirat morte concedentis.*
- 4 *Precariū cōstitutū expressim ad voluntatē concedentis, ipsius morte ipso iure finitur.*
- 5 *Expenditur iurisconsulti responsū in. l. Lucius. ff. de donatio.*
- 6 *Precarium non potest statim absque causa reuocari*

nocari.

- 7 Quod discrimen sit inter precarium, & commodatum?
 8 An commodatarius, qui utitur re commodata ad aliud, quàm quod sibi fuerat commodata, te neatur furti actione?

De precarij reuocatione, an & ea liberè permiffa fit.

Capit. XV.



Precarium est, quod precibus petenti utendum cõceditur tandiu, quãdiu is, qui concessit, patitur, authore Ulpiano in. l. i. ff. de precario. Ex quo constat regula iuris Cæsarei, & Pontificij, nam & idem Gregorius Nonus respõdit in cap. vltim. de precario. qua definitum est, precarium liberè voluntate concedentis reuocari posse. l. 2. §. 1. ff. de precario. adeo vt non valet pactum contrariũ. l. cum precario. ff. de precario. cuius ipse mentionem feci in Epitome de Sponsu. l. 2. part. cap. 3. §. 1. explicat Bar. in. l. vbi ita donatur. ff. de donat. causa mort. & Deti. in cõs. 293. col. vl. Sed quæstionis est, an morte concedentis precarium reuocatum esse videatur: nam iuriconsultus in dict. l. cum precario. §. vlti. & in. l. quæsitum. §. quod à Titio. ff. eodem. planè respondet. precarium morte cõcedentis minimè finiri: sed ad eius hæredem transire, absq; noua hæredis concessio necessaria & idem notant glo. & Doc. in. d. c. vl. de precar. quod pfectò verissimũ est secundum Pau. Castrẽ. in. l. Lucius. ff. de donatio. qui expressim scribit, hæredem posse precariũ datum à defuncto liberè reuocare: vt in ead. l. Lucius. apparet: non tamen ex hoc sequi, quod sit necessaria noua hæredis precarij concessio, siquidẽ ea necessaria non est: sed manet ipsum precariũ datum à defuncto donec hæres eius id reuocauerit. etiam si Accursius in. d. §. quod à Titio. perperam contrariũ existimauerit, non rectè intelligens quid iuriconsultus inibi responderit. atq; hæc est. frequẽtissima omnium sententia, quã etiã tenuerunt Paul. in. l. Attilius. ff. de donat. vbi glo. Bart. in. l. centesimis. §. vl. co. 3. Alex. col. vl. & las. col. 5. ff. de verbo. obli. Tiraq. de cõstituto. 2. part. 12. ampliatio, cui accedit, quod præsumẽdũ sit, morientẽ in eũdem durare, ac perseuerare voluntate, quã decedens habuit. c. maiores. de baptif. Huic verò conclusioni obstat tex. elegans in. c. si gratiosè. de re

script. in. 6. quo expressim est, actũ, qui voluntate agentis liberè reuocari potest, morte ipsius itidem reuocatum cõferri, cũ voluntas morte cõellet. l. 4. ff. locat. locatio inquit Põponius, precarijve rogatio ita facta, quoad is, qui eam locasset, dedissetve, veller: mortecius, qui locauit, aut dedit, tollitur. Sic etenim indulgentia Romani Põtificis, qua is dispensatione quadã cõcedit Titio, vt beneficium ecclesiastica, quæ alioqui absq; principis licetia minimè poterat possidere, haberet vtq; ac retineret vsq; ad ipsius Romani Pontificis voluntatis beneplacitum, per obitũ concedentis omnino extinguitur: authore Bonifacio Octauo in. d. cap. si gratiosè. Quo in loco elegãter distinguitur voluntas hominis eam dignitatem obtinentis à voluntate ipsius sedis Apostolicæ, & sic dignitatis: vt priori casu morte finiatur ipsa concessio, posteriori verò adhuc mortuo cõcedente vim integram habeat dum à successore minimè fuerit reuocata: in quo adnotandum est, an referat indulgentiam ipsam, eiusq; vires cõferri in voluntatẽ Romani Põtificis, vel Pãpæ, non expresso proprio eius nomine: an verò eius proprio nomine expressim apposito. Etenim vbi propriũ nomẽ expressim fuerit: omnes cõueniunt, obitu Romani Põtificis priuilegiũ extingui. At si gratia concessa fuerit ad voluntatem Romani Põtificis: ita simpliciter, vt nec nominis proprii, nec sedis Apostolicæ mentio facta fuerit, tunc equidẽ Bal. Lupus. & Domini. in. d. c. si gratiosè. scribunt obitũ concedentis nequaquã extingui ipsam gratiã quia facta fuerit ad voluntatẽ dignitatis Pontificalis: tũ eius nomẽ expressim fuerit. c. quoniam Abbas. de off. deleg. quibus accedere videtur. Fõl. in cap. ex literis. de cõstit. nu. 9. assuetudinis satis esse, nomine officij actũ, expeditũ fuisse, vt voluntas, in quã collatus fuit, minimè expiraret morte agentis: Contrariũ deducitur à glof. in dict. si gratiosè. verb. sua. quã sequuntur inibi Archid. de Fant. & Ancha. ex quibus expressim colligit Franc. col. 3. priuilegiũ, gratiamve concessam à Summo Pontifice ita quidem, vt ad voluntatẽ Romani Pontificis perseueret, morte cõcedentis finitã cõferri. quæ quidẽ interpretatio plurimũ probat in. d. c. si gratiosè. dum in eo distinguitur concessio facta ad voluntatẽ sedis Apostolicæ ab ea, quæ facta fuerit à Romano Pontifice ad suũ, nẽpe Romani Pontificis, voluntatis beneplacitum. Non melatet, quæstionem istã ambiguum esse, & tamen opinor, ex ipsa materia subiecta prius, quàm ex nomine proprio, vel appellatiuo definiẽdũ fore, an actus dignitati, vel personę tribuẽdus sit: secundũ ea, quæ ipse tractauit in cap. requisisti. de testam. deinde & illud cõfero in pro

Variarum Resolutionum

in proposita controuersia, oportere omninò vel ex re ipsa, vel ex verbis concessionis examinare, & perpendere, num actus ipse in voluntatē eius, qui summum præsulatū obtinet, an in voluntatem sedis Apostolicæ collatus fuerit. Quod si id constare ex his nequeat, tūc arbitror quo ad ea, quæ volūtati cōmittūtur, in dubio distinguendū esse nomē dignitatis abstractæ, à nomine, quod obtinētī dignitatē etiā ei⁹ ratione tribuitur: vt tā dē aliud sit ipsius sedis Apostolicæ nomē, aliud verò sit, quod eam obtinenti etiā ratione Pōtificatus cōgruit, nēpè, Papa, Sūmus Pōtifex, Romanus Pōtifex, & his similia. Nā cū volūtas magis propriē personæ obtinenti dignitatem, quàm dignitati ipsi incorporeæ conueniat, par est, & rationi consonum, quod actus collatus in voluntatem Romani Pontificis, ad voluntatem eius, qui tunc Pontificatum obtinet, & actum egit, referatur potius, quàm ad voluntatem sedis Apostolicæ. Nec refert quicquam quo ad istum tractatum, quod actus fiat nomine dignitatis, siquidē priuilegium concessum à Romano Pontifice ipsi dignitati tribuitur, & cōceditur eius nomine, cū à priuato eam dignitatem minimè obtinēti, concedi non valeat. Et tamen iuxta priorem partem text. in dict. capit. si gratiosè. morte concedentis expirat. Hinc deducitur opinionē Philippi Franci veriore esse, quàm & ipse colligo ex Philippo Detio in. c. sedes. de rescrip. in princip. ita etenim scribit. Quod hic dicitur de sede Apostolica, idem esset in Summo Pontifice, de quo in effectu text. hic intelligitur, alia tamen differentia constituitur, vt ex text. in cap. si gratiosè. de rescrip. in. 6. Hactenus Detius, qui manifestissimè quo ad interpretationem cap. si gratiosè. discrimen constituit inter Summum Pontificem, & sedem apostolicam. Quam ob rem in hac specie, quam tractamus, idem erit dicendum si actus ipse aut gratia ipsa concessa à Romano Pontifice, ad voluntatem papæ relata fuerit, nam morte concedentis expirabit. secundum Franc. in dict. capit. si gratiosè. col. 3. Fit igitur, vt quod in voluntatem agentis confertur, ipsius obitu finitum esse videatur: & ideo precarium, cuiusuis à iure voluntati concedentis tribuitur, morte eius reuocatum esse censendum sit, quod est cōtra text. in dict. cap. vlti. & in dict. l. cū precario. §. vlt. Deniq; ad huius obiectionis perfectam resolutionem omninò distinguendi sunt duo casus. Primus, quādo actus simpliciter validus est, eā

3 tamen à iure habet conditionem, vt liberè valeat ab agente reuocari, vel ea conditio expressim actui addita fuerit, quod is valeat, & obtineat, do

non extinguitur actus, nec reuocatus censetur, nam per obitum concedentis reuocatio minimè censetur facta, nec subintelligitur. tex. elegās in cap. si delegatus. §. 1. de offic. deleg. in. 6. idem, inquit Romanus Pontifex, poteris quando tibi vices etiam sub ea forma commisit, donec eas duceret reuocandas. Nam talis cōmissio, per quam censetur etiam sententiæ prolatio, nisi antea fuerit reuocata, committi, nequaquā morte cōmittentis expirat: ex quo res integra non existit. Hæc sunt tex. verba. idem notant Barto. in. l. & quia alias. l. more. ff. de iuris. omni. iudic. ad finē. Deti. in. l. 3. ff. de regul. iur. idem in ca. Relatum. de off. delega. idem in consi. 108. Sic equidem de legatio causæ, & iurisdictionis valida quidē simpliciter est, eamque conditionem habet, quod liberè à delegante reuocari possit. l. iudicium soluitur. ff. de iudic. non censetur tamen morte delegantis reuocata. Ex quo inferitur, iurisdictionē alicui à principe, aliove iudice commissam hac expressa lege: donec eam delegans reuocauerit: minimè reuocatum esse morte delegantis. quod probat tex. in dict. cap. si delegatus. tenent Bart. & alij proximè citati. idem Bart. in dict. l. centesimis. §. vlt. num. 10. ff. de verb. obli. & ibi Alex. & Iason super eadem. q. Barto. idem Deti. in dict. l. more. num. 60. requiritur enim ad reuocationē noua voluntas, quæ in moriente minimè præsumitur: & ideo per mortem non constituitur actus prioris reuocatio: atque ita hæc est communis omnium sententia secundum Det. in dicta. l. 3. ff. de regul. iur. sensit eam Innoc. in cap. licet vn dique. de offic. delegat. hoc ipsum tenēt Domini. & alij in cap. si delegatus. Hinc etiam constat, exilij pœnā sententia iudicis alicui indictam, do nec iudex eā reuocauerit: hac equidem expressa lege, morte iudicis, nequaquam reuocatum censeri, nec finitum esse: quemadmodum voluerit Bald. in. l. vltim. 6. q. & ibi Salic. 10. q. C. de contrahend. emp. Alexand. vlt. colum. & Iason. nu. 14. in dict. l. centesimis. §. vlti. qui aduersus Bart. ibi hanc asseuerant esse communem sententiā, quæ à præmissa regula manifestè deducitur, & probatur in. l. 4. in princ. ff. de manumif. vendic. item ex his apparet ea ratione precarium morte concedentis non extingui, quod id ab initio validum, & firmum sit, nec aliter finiatur, quàm reuocatione eius, qui cōcessit. la. in. §. cum aliis. ff. de precar. quæ quidem reuocatio obitu concedentis minimè contingit.

4 Secundus casus in hac controuersia constituitur, quando actus à lege, vel ab homine eam habet conditionem, vt is obtineat, maneat, ac perseueret ad libitum, & voluntatem agentis, vel donec ipse

nec ipse voluerit: tunc sanè, cum voluntas morte extingatur, ipsius cōcedentis obitu actus perit, & finitur. l. 4. ff. locat. tex. in dict. cap. si gratio sè. Barto. eleganter in dict. l. centesimis. §. vlt. col. 3. & ibi Alexand. & Iason. idem Barto. in dicta. l. more. & ibi Deti. ac denique hi omnes, quos ad præcedentis regulæ probationem citavi. item Paul. Castrensis in dict. l. Lucius. ff. de donat. Pa normit. in cap. vlt. de precar. vbi idem cæteri Docto. præmittunt. & Deti. explicat in l. cōtractus. num. 13. ff. de reg. iur. probans, & primi casus decisionem. nec oberit huic cōmuni sententiæ text. in dict. cap. maiores. quo probatur secundū quorundam interpretationem, voluntatē morte nō extingui, nec finiri: imò semp durare, donec mutetur. Quia in dict. capit. maiores. §. vlti. ad finē. tantū probatur, amentes, & furiosos in eadem voluntate perseverare, quam habebant eo tēpore, quo furor eos oppressit. text. celebris. in l. liis, q. animo. vbi glo. & Doct. ff. de acquir. poss. non tamen ex hoc sequitur, quod per mortē ea voluntas nō cesset: siquidē omninō morte cessat volūtas, tamen non cesset nec furor, nec amentia, nec somno, aut ebrietate. l. nunquam. §. si seruus. ff. de vsucap. ex quo plura inferuntur.

Primum, vera interpretatio ad tex. in dict. cap. delegatus. §. 1. vt licet delegatio ea lege facta, donec delegans cōmissionē, vicariamq; potestatem reuocauerit, obitū delegantis nō expiret, nec cēseatur reuocata, & ideo si mors contigerit re nō integra, possit delegatus vti iurisdictione: tamen mortuo delegante re integra prius, quā delegatus vti cœperit iurisdictione sibi cōmissa, tūc iurisdictionis delegatio extinguitur, nō iure reuocatio nis, quæ minimè per mortem euenit, sed causa cessantis voluntatis, quæ quidē cessatio voluntatis morte delegantis contingens, sufficiens est ad hoc, quod commissio iurisdictionis itidē cesset re integra. quod probat tex. in eodem cap. si delegatus. adnotauit Carol. Molinæ. ad Deci. in regul. 3. ff. de reg. iur. tamen si Deci. ipse dubitauerit in dict. l. more. nume. 62.

Secundò, hinc etiam deducitur falsum esse, quod glof. scribit in dict. cap. si delegatus. verbo, morte. dum iuxta quorundā sententiam respondet, commissionem iurisdictionis factam expressim ad voluntatem delegantis, re non integra, minimè extingui morte ipsius delegantis: quod iure non probatur, imò eam delegationem morte delegantis finiri constat: atque ita censet eadem glo. in vltima parte, quam sequuntur Ioan. And. Domi. Fran. & Doct. ibi.

Tertiò, ex his colligitur, concessionem, quæ alioqui libere reuocari, & mutari possit, factam

tamen ea lege. vt maneat, valida sit, ac perseueret ad voluntatem concedentis: eo deniq; post diutinum furorē mortuo, omninō extingui, & cessare: tamen ante obitum etiam per furorē minimè finita fuerit. hoc probatur ex ea interpretatione, quā aptauimus. cap. maiores. §. vlti. de baptis. & l. si is qui animo. ff. de adquir. posses. qua inter mortē, & furorē discrimē illud cōstituiimus, vt licet morte cesset voluntas: non sic furor.

Quartò, patet ex frequentissima omnium resolutione, precarium ita expressim constitutū, vt ad voluntatem concedentis eo alter vtatur, morte concedentis finitum esse, & extingui absq; alia qua hæredis reuocatione. quod notant Abb. nume. 6. in dict. cap. vlt. de precar. Paul. Castrensis in dict. l. Lucius. Deci. in dict. l. cōtractus. nume. 13. idem præmittunt omnes, qui præmissas conclusiones tradidere. Bar. excepto, nā is subobscurè loquitur. Quibus obijcitur text. in l. 1. ff. de precar. quo in loco iurisconsultus asserit, precariū manere firmum quandiu patitur, qui concessit. hoc ipsum probatur in dict. cap. vlt. patientia autem idem est, quod voluntas, quæ per mortem concedentis cessat: igitur falsum est, quod diximus, simplex precarium morte concedentis nō extingui: vel expressim datum ad voluntatem cōcedentis, etiam post mortem manet donec ab hæredibus reuocetur. vtrunque verò receptissimæ omnium sententiæ refragatur. Quam ob rem iurisconsulti verba in dict. l. 1. si ita. sunt interpretanda, vt eum sensum habeant: quandiu patitur, qui concessit, id est, quandiu qui concessit illud non reuocauerit, nec poenituerit. ex eodem iurisconsulto in l. 2. §. 1. de precario.

Etenim iurisconsultus patientiā appellat illā voluntatem, tacitumque consensum, qui constat ex eo, quod non contradicitur. l. qui patitur. ff. mandat. Nam licet inter consensum, & contradictionem sit medium quoddam: nempe taciturnitas, vel patientia. l. 1. §. scientiam. ff. de tributo. Et ideo quoties cōsensus expressus lege requiratur: non sufficiet taciturnitas, nec patientia: secundū Innoc. & Doct. præsertim Felin. colum. 2. in cap. Nonne. de præsumptio. atq; idem erit, vbi ab statutis, quæ strictam habent interpretationem, cōsensus simpliciter exigatur, siquidem expressus erit necessarius: quod ex eisdē Doctoribus colligitur: traduntq; Bal. Imol. Alexā. & alij in l. 2. §. voluntatem. ff. soluto mati. vbi Francisc. à Ripa col. 1. scribit, hanc opinionē communē esse. At tamen iam semel constituto precario: ad eius vim, & effectum, vt denique maneat, sufficiet volūtas illa tacita, quæ ex patientia dum constituens illud nō reuocauerit, deducitur: atq; ita sunt intel ligen

Variarum Resolutionum

ligendi tex. in dict. ca. nonne. & in reg. is qui tacet. & in reg. qui tacet. de reg. iur. in. 6. Quā ob rem in specie ista, quam examinamus, ego discrimen constituo: an lex ipsa dicat, precarium manere firmum ad voluntatem concedentis, & donec ipse voluerit: an id expressim à concedente additum concessioni fuerit: vt priori casu precarium morte concedentis minimè finitum sit: posteriori verò absque vlla reuocatione hæredis, sola morte constituentis pereat.

Adhuc aduersus cōmunem sententiā opponitur iuriscōsulti respōsum elegans in. d. l. Lucius. Titius, inquit Scæuola, epistolam talem misit. ille illi salutem. Hospitio illo, quādiu volueris, vtaris in superioribus diætiis omnibus gratuito: idq; te ex voluntate mea facere, hac epistola notum tibi facio. Quæro: an hæredes eius habitatione eum prohibere possint? Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, hæredes eius posse mutare voluntatem. vides igitur, lector optime, precarium, nam de eo tractat iuriscōsultus iuxta cōmunem interpretationem, constitutum expressim ad voluntatem concedentis: & tamen iuriscōsultum præmittere, id etiam post mortē manere, donec ab hæredibus fuerit reuocatum: esseque necessariam hæredum reuocationem. Quidam sanè censent Scæuolæ respōsum de donatione accipiendum esse: quia id positum fuerit sub Rubrica de donationibus: quod mihi non placet, cum donatio perfecta reuocari non valeat: at si dixeris in ea specie reuocari potuisse, vel ex eo, quòd collata fuerit eius vis in voluntatem donantis, vt ad eius voluntatem firma maneret, non tollitur ex hoc difficultas: siquidem adhuc constat ex Scæuola, precarium, vel donationem, cuius vis, & vsus ad voluntatem concedentis fuerit collatus, ipsius morte non extinguui. Quam ob rem ego censeo: illa verba, ex voluntate, nō significare idem quod illa: ad meam voluntatem, vel quatenus mea voluntas tulerit: sed simpliciter consensum donantis, & concedentis ostendere, & manifestum facere. Quod & Alciato visum est in. l. 2. ff. si cert. pet. verb. commodatum. tametsi is contendat dict. l. Lucius. in donatione: non in precario esse accipiendam. Fit igitur secundum hunc sensum, vt in dicta. l. Lucius. nihil probetur contrariam communi Doctorum opinioni. Fortassis quibusdam placebit omiſsa hac omnium sententia, precarium etiam expressim ad voluntatem concedentis constitutum, eius morte minimè perire, nec extinguui donec ab hæredibus reuocetur: & hi quidem ad huius rei probationem ea verba: ad voluntatē meā: & illa, quatenus mea volūtas tulerit: speciali qua

dam ratione perpenſa precarij propria natura: interpretabuntur, id est, donec reuocauero. Et ideo ex. l. 1. & 2. ff. de precario, probata hac interpretatione dicendum erit precarium siue simpliciter, siue ad voluntatem concedentis constitutum: morte ipsius cōcedentis nequaquam extingui, donec ab hæredibus reuocetur. Nam & Bartol. in dict. l. centesimis. §. vltim. nume. 10. tractās quæſtionem illam, qua quæritur de intellectu sententiæ iudicis mittentis aliquem in exilium ad eius voluntatem: inducit argumentum ex precarij natura: quasi velit, precarium morte minimè extingui, etiam si expressim cōcessum sit ad voluntatem constituentis. Rursus idem Bartol. in. l. Attilius. ff. de donationib. in princip. sentit in dicta. l. Lucius. precarium constitutum fuisse ad voluntatem cōcedentis expressim ea lege appōſita: citatq; text. in. l. 4. ff. locati. quæ voluntatē morte extingui probat. etenim insinuat Bartol. in dict. l. Lucius. sola morte constituentis precariū finiri absq; hæredis reuocatione. quod omnino aduersatur iuriscōsulto, & omnium interpretum iudicio, cum inibi permissum sit hæredibus mutare volūtatē concedentis precarium: vnde planè cōstat ante hanc mutationē precariū etiam mortuo constituyente, manere, & validum fore: quemadmodum respōsum est in. l. quæſtum. §. 1. ff. de precar. quem text. Alberi. & alij in dicta. l. Attilius. citant ad intellectum dictæ. l. Lucius. Sed nihilominus tutior est ea sententia, quæ frequentiori calculo ab eo text. deducitur. Hæc etenus ostendimus, precarium nec morte concedentis absq; hæredis reuocatione extingui: nec manente precarij natura irreuocabile posse fieri.

6 Nunc illud erit obseruandum, quòd etiam si precarium liberè reuocari possit: ea tamē reuocatio non potest statim, & ita promptè fieri, vt prorsus omni vsu, & commodo priuet illum, cui precarium concessum est: imò potius cum damno afficiat. obstat etenim tunc exceptio doli aduersus reuocantem: ea siquidem cōcessio beneficiū est, quo iuari debet accipiens non decipi. l. in commodato. §. cum autem. ff. commodat. & sic aliquod spatium vtēdi, & reddendi rem precario concessum, inest arbitrio iudicis: qui ex causa iusta statim eam reuocationem permissam esse cēſebit. quod in specie voluerunt Panormi. in dic. cap. vlti. de precar. nume. 13. Alexand. in. l. si pœnam. ff. de verb. obligat. lason in. §. sequens. Inst. de actioni. nume. 25. Francif. Purpu. in. l. 2. in princip. nume. 28. & ibi Curtius Iunior. nume. 19. ff. si cert. pet. & Caro. Molinæ. de cōtractib. q. 83. nume. 630. argumento eius, quod Bart. tradit in dicta. l. si pœnam. scribens, mutuum præſtitū alicui nullo defici

lo definito tēpore: nō posse statim peti: sed post tempus arbitrio boni viri æstimandum. Hęc Panormi. sentētiā æquissimā esse opinor, & iure probari, quāuis contrarium tenuerunt Barb. in dict. ca. vlti. Deci. in. l. in omnibus. in. r. & in. l. contractus. nu. 9. ff. de regu. iur. & Alciat. in. l. se-
sunda. ff. si cert. pet. verb. commodatum.

Operæpretium tamē erit, vt & prænotata ma-
turius intelligatur: inquirere, quod discrimen sit
7 inter precarium, & commodatum. Nam Barto.
in. l. in commodato. §. sicut. ff. commodat. scribit
commodatum fieri ad certum vsum, & tempus
atque ideō non posse intempēstiuē ante finitum
tempus reuocari: quia esset decipere, & dāno af-
ficere commodatarium. di. §. sicut. cap. vnico. §.
cōtra. de cōmodato. at precarium autem non fit
ad certum vsum, nec ad certum tempus: & ea ra-
tione liberē posse reuocari. Quæ quidē ratio nō
placet. Panor. in dict. cap. vlti. cū & quandoque
precarium constituatur ad tempus certum, & sic
ad determinatum vsum: & potest nihilominus
ante finitum tempus reuocari. l. in rebus. & in. l.
cū precario aliquid datur. ff. de precar. qua ra-
tione idem Panormi. & Imola in dict. capi. vlti.
aliā differentiam inter precarium, & commo-
datum constituunt: quod commodatum detur
ad certum, ac determinatum vsum, qui quidem
vsum expressē, vel tacitē habet tempus idem cer-
rum, intra quod reuocari non potest. ita sanē col-
ligitur ex. l. 2. C. cōmodat. & dict. §. sicut. glo. ibi
& in dicta. l. 2. vbi Cinus, & omnes. Panormi. in
dict. ca. vlt. col. vl. de precario. Iason in. §. sequēs.
num. 20. de actioni. Alberi. in dict. l. Attilius. Pre-
cariū autem datur ad vsum inde finitum, & in
determinatum, ita quidē vt licēt detur ad certū
vsum: istamen indeterminatus, & incertus cēse-
tur ex eo, quod nec tacitē nec expressim habeat
tempus certū. Quam ob rem reuocari liberē pos-
test, secundum eosdem: quod probatur in dict. l.
Lucius. iuxta cōmunē eius interpretationē. Sen-
sit hanc differentiam Bar. cōmuniter receptus
in. l. 2. in princ. ff. si cer. pet. Bal. item in. l. 2. C. cō-
mod. & Constantinus Harmenopolus libr. vlti.
Epitome iuris ciuilib. tit. 2. super. l. contractus. ff.
de regul. iur. Hęc igitur discriminis ratio tendit
ad hoc, vt in dubio quid precarium, quid com-
modatum sit cognoscamus: at vbi ex verbis, &
mente contrahentium appareat quid agere ve-
lit: tunc ea, quæ contra substantiam illius actus
apposita fuerint, actu ipso manente valido rei-
ciuntur: nec ex his mutatur ipse contractus, nisi
eam mutationē commodē patiantur verba con-
tractus, & ipsorum contrahentium mens: quod
deducitur ex Bart. in. l. vbi ita donatur. ff. de do-

natio. caus. mort. cuius ipse latius memini in ru-
bri. de testament. secunda parte. numero. 11. atq;
eadem ratione erit apranda interpretatio iuriscō-
sulto in dict. l. cū precario: parte. 1. cuius mētio-
nem fecimus in principio huius capituli.

Adeō quidem commodatum ad certū, & de-
stinatum vsum fit, vt si quis re commodata vta-
tur ad aliud, quā quod sibi commodata fuerit,
8 vel certi, ac præscripti vsus limites excefferit: fur-
rum commississe dicatur. l. qui inuenta. ff. de fur-
tis. §. furtum autem. Institui. de obligationi. quæ
ex delict. nascuntur. sicuti & qui vtitur re depōsi-
ta contra voluntatem deponentis furtum com-
mittit. l. qui furtum. ff. de cōdict. furt. l. tertia. C.
deposit. idem in eo, qui vtitur pignore absq; do-
mini voluntate. l. si pignore. ff. de furt. imō & dā-
natus hac ratione, & ex hac causa, efficitur infā-
mis. l. qui depositum. C. de depositi. Panormita. per
tex. ibi in capit. de deposit. scribit etenim Vale-
rius Maximus lib. oct. rō. cap. secundo. quēdam
furti damnatum fuisse, quod equo, cuius vsus v-
tue Aritiam commodatus fuerat, vltiore eius
cliuo vestus esset. idem iuriscōsultus respondit
in. l. vt si certo. §. sed interdum. ver. quinimō. ff.
commodati. Quin imō & qui aliter re cōmoda-
ta vtitur, nō solum cōmodati, verū furti quoq;
tenetur. his accedit Regia. l. 20. titu. 3. part. 5. quæ
vt creditor pignore vti possit, exigit, quod ex eo
vsu res deterior minimē efficiatur, & consensum
debitoris. tradit & Catelli. Cotta, dictiōe, Furtū.
idem probatur in. l. prima. §. si rem. in secundo.
ff. de deposit. & l. tertia. C. eod. titu. quas decisiones
late expendit Carol. Molinæ. de cōtract. quæst.
8. Hęc verō iudicia, quibus quis dānatus fuerit
furti, eo quod commodatū iumentum aliorum
duxerit, quā quo vtendum acceperat vel rem
depositam: aut commodatam vendiderit, eave
vsus fuerit ad aliud, quā acceperit, veluti seuera,
& iniis graua retulit Valeri. Maximus dicto ca-
pit. 2. & post eum Aulus Gellius. lib. 7. & noctiū
Articar. capi. 15. Quam ob rem Ioannes Faber in
l. 1. C. de pigno. actio. censet hac in controuersia,
actionem furti minimē locum obtinere: si com-
modatarius, aut creditor, aut depositarius vtatur
re commodata, pignore, vel deposito eo vsu, cui
proprie res ipsa destinatur, & ad quem dominus
ipse his rebus vti solebat, hoc potissimum dedu-
citur à præsumpta voluntate domini. Nam vt Fa-
bri sentētiā explicemus, ego arbitror, quod si
creditor vtatur re pignori data eo quidem vsu,
quo vti solebat dominus ipse: nec res ipsa effecta
fuerit deterior ex eo vsu: minimē teneri ea ratio-
ne creditorem, nec furti, nec alia actione. At si ex
hoc vsu facta sit res deterior: sitque vsus ipsi rei
conue-

Variarum Resolutionum

conueniens: nempe cum ipsa ad illum ex propria natura destinata fuerit, vel communi, ac frequentiori ipsius domini consuetudine: tunc creditor, aut depositarius tenebitur ad illud detrimentum, actione quidem ex contractu: non ex delicto: praesumitur etenim ex his causa attenta Fabri. opinione, dominum permissurum, & id non fuisse factum eo inuito. quod sensit gloss. in dic. 9. sed interdum. sensit dict. Regia. l. 20. in princip. verum si ex usu ipsius rei, & attentis alijs circumstantijs colligamus creditorem, commodatarium, aut depositarium: vsum fuisse deponita, como data, vel pignore inuito domino, scilicet, eo non permissuro: locus erit actioni furti iuxta eas iurisconsultorum decisiones, quas paulo ante adduximus. Et tamen adhuc in hac specie censeo, iudicem omnino debere iudicium, & eius seueritate ac rigorem temperare: ita quidem, vt absque laesione, & damno ipsius domini poenam huius criminis benignitate quadam molliat, initemq; efficiat: cum & si furtum hic commissum esse constet: id tamen non omnino inhonestum est, nec commutari debet inter ea furta, quae legibus, & rei publicae institutis praua, & perniciose censentur: & ideo molli quadam poena furtum hoc puniendum est. quod sensit Philipp. Corne. col. 274. lib. 3. vers. & potissimum. Sic sane vel ipsa iudicis sententia ex hac causa damnatus erit ab infamia liberandus: aut saltem & si hoc a iudice omissum fuerit, eius sententia erit in eum modum accipienda, vt minimè iudicetur infamis, qui per eam furti, hac ratione condemnatus fuerit: eodem pacto iudicis recti arbitrio relinquendum erit: sit ne locus hac specie septupli poenae, quae in his regnis plerumque indicitur furibus. Etenim inspectis circumstantijs personarum, rerum, loci, & temporis a septuplo iudex abstinebit: cum de hoc iudicio tractauerit.

Ex capite sequenti.

- 1 Collatio canonicae absque coporali possessione, ius perfectum tribuit post acceptationem: & inibi intell. cap. si tibi absenti. de praeb. in. 6.
- 2 Collatio beneficij potest fieri ea conditione, si vacat.
- 3 Acceptatio illius, cui collatum est beneficium omnino necessaria est, vt illi adquiratur.
- 4 Acceptatio non potest fieri per procuratorem absque speciali mandato. & quid de laico, &

excommunicato?

- 5 Acceptatio facta ab eo, qui mandatum non habuit, rata haberi potest: modo rati habitio fiat intra tempus datum ad acceptandum.
- 6 Habens canonicam collationem potest administrare propria auctoritate ante apprehensionem possessionis.
- 7 An possit quis propria auctoritate capere possessionem beneficij? & intell. l. si quis in ratu. & l. vlt. C. vnde vi.
- 8 Ad quem pertineat traditio possessionis corporalis in beneficijs?
- 9 Possessio beneficij apprehendi potest per procuratorem habentem mandatum generale.
- 10 Possessio beneficij qualiter adquiratur? & ut per inuestituram tradatur? item an possit in conspectu beneficij apprehendi? & nu. sequenti.
- 11 Intellectus. l. clauibus. ff. de contrahend. emptione.
- 12 Traditio instrumenti, an inducat adquisitionem possessionis? & inibi intell. l. 1. C. de donat. litem Partitarum, & Taurinae constitutionis.
- 13 Possessio beneficij apprehensa in ipsa ecclesia, ad qua titulum & nomen beneficium habet, transfert etiam possessionem omnium rerum ad beneficium pertinentium.

Possessio beneficij ecclesiastici quonam pacto iure adquiri possit? Caput. XVI.



Beneficiorum ecclesiasticorum vera adquisitio bifaria consideratur: primum etenim quo ad ipsius titulum: deinde quantum ad possessionis propriam acquisitionem: si quidem constat, posse quem beneficij ius & titulum ha-

bere, qui tamen eius possessionem adhuc minimè nactus fuerit: quippe qui eam nondum apprehenderit. Quantum ad primam partem attinet, receptissimum est, sola canonica collatione absque traditione possessionis eiusque apprehensione ius in ecclesiastico beneficio adquiri, ipsamque collationem ius in re tribuere. tex. optimus in. c. vlt. & ibi Anchar.

char. Domi. & Francus. de concess. przb. lib. 6. gl. cõiter approbata in ca. pen. verb. collatio. de przbend. in. 6. Dinus in regu. i. nume. 8. & in reg. qui prior. de regu. iur. lason in. l. quoties. colu. 3. C. de rei vendic. requiritur tamen acceptatio illius qui collationem sibi canonicè factam habet. text. est in cap. si tibi absentis. de przbend. in. 6. à quo satis expressim colligitur, solam collationem beneficii absque possessionis apprehensione, ius in re & perfectum tribuere: postquam ille, cui collatum fuerit beneficiu, eam ratam habuerit: etenim ex hoc propriu ipsius dicitur beneficiu. Addit præterea Summus Pontifex, etiam ante acceptationem istam, eum qui beneficiu contulerit absentis vel presentis, minimè posse eam collationem reuocare, nec beneficiu hoc alteri conferre, quod speciali quadam ratione procedit: nam & siis, qui absentis causa donationis mittit rem aliquam, possit poenitere ante absentis acceptationem. l. secunda. §. sed & si quis donaturus. & l. absentis. ff. de donatio. id verum est in libera donatione, & quia donator minimè tenetur donare: non sic idem erit in eo, qui ratione officij conferre beneficia tenetur: etenim semel facta collatione, functus est officio suo. l. iudex. ff. de re iud. Quam ob rem etiam ante acceptationem poenitere non poterit secundum Panormi. in cap. accedens. colu. 1. de przb. eundem in cap. publicato. colu. 3. de electio. & consi. 11. lib. 2. Bart. Pau. & Imol. in dict. l. absentis. qui hanc differentiam constituit inter donationem: & beneficiorum ecclesiasticorum collationem: quæ in conferendo ad liberalitatem nõ pertinet: licet possit videri collatio ista, donatio quædam impropria respectu illius; cui fit: cum ei non teneatur præcisè prælatus beneficium concedere, iuxta gloss. & ibi Docto. in capitu. relatum. de przbend. gloss. in. §. ex his. 2. quæst. 6. Abb. in capit. tuis. nume. 4. de przbend. Deci. in cap. cum accessissent. colu. 1. de consi. Abb. in capi. vltima. de donatio. Francis. de Ripa in. l. vlti. quæst. 48. C. de reuo. donatio. Imò hoc ipsum obtinet, siue presentis fiat collatio, siue absentis: text. in dicto capitul. si tibi absentis. siue fiat ignorati: quod probatur in cap. gratia. de rescrip. in. 6. adeo quidem, quod si exequutor Apostolicus conferat beneficium alicui ea conditione expressa, si vacat, collatio tenet, ex eaq; acquiritur beneficium, modò id verè vacauerit tempore collationis: quanuis uterque conferens, & is, cui collatum fuerit, ignorauerint ipsam vacationem, secū dum Ioan. Andre. Ioan. Mona. & Probum post alios in dict. cap. si tibi absentis. Bal. in. l. 3. colu. vltim. C. de sent. quæ sine cert. quant. profert. nec

2 quidquam impedit ipsam collationem conditio

illa, si vacat, siquidem quanuis ab inferioribus electio fieri non possit sub ea conditione, si vacat, gloss. in capit. 2. de electionib. in. 6. vers. incerta. collatio tamen valet ita facta, & fieri potest. Domini. in dict. cap. 2. Lopus allegatione. 6. Fel. in cap. cum contingat. colu. penult. de officio delegat. Ioan. à Selua de beneficio. 3. part. q. 20. Ludouic. Gomeci. in regu. de verisimili notitia obitus. q. 1. in princip. etiam si Deci. in. l. actus. colu. vlti. ff. de regu. iur. hanc differentiam improbet, existimans collationem istam hac conditione factam nullam esse: cum inducat incertitudinem quandam. Nam in electione loquitur text. in dicto capitulo. 2. qui certitudinem in electionibus requirit: quem commendat Fel. in cap. cum ex officij. colu. penult. de præscriptio. atq; ita Ludou. Gomeci. in dict. reg. testatur hanc distinctionem, & differentiam comuni omnium consensu receptam esse. Ipse verò Romanus Pontifex dubio procul potest beneficiorum collationibus conditionalibus vi. gloss. 3. in cap. si gratiòse. de rescrip. in. 6. quam dixit sing. Fel. in cap. vlti. col. 3. de iudi. notat Abb. in capit. si constiterit. nu. 2. de accusatio. explicat Martin. Azpilcueta vir doctissimus in cap. si quado. de rescrip. colu. 3. & 4. & hoc quidem etiam quo ad propriam, & veram conditionem apertissimi iuris est: illa etenim conditio, si vacat, vera conditio non est: cum actum minimè suspendat. l. institutio talis. ff. de condit. in. l. itaque. ff. si cert. pet. Doct. præsertim Soci. lason, & Deci. l. cum ad presentis. ff. eod. gloss. singul. in. l. si sic. §. i. ff. de legat. 1.

Est igitur acceptatio necessaria, vt sola canonica collatione beneficium ecclesiasticum fiat acceptantis, absque possessionis apprehensione. Quo fit, vt si Romanus Pontifex beneficium eius collationi reseruatum alicui contulerit, & is ante acceptationem mortem obierit, adhuc maneat reseruatio salua, & integra, nec beneficiu vacet obitu illius; qui eius collationem nondū acceperat. Sic beneficiu vacans in curia Romana collatu alicui, qui ante eius acceptationem extra curiam moriatur: adhuc vacat in curia: non per mortem illius, cui collatum fuit: quod expressim tenent Oldra. consil. 57. Collectar. in cap. ecclesia vestra. num. 10. de sortileg. Domi. in cap. 2. de preb. in. 6. col. vlt. Speculat. & Ioan. Andr. in rub. de actione & petitorio. §. penult. Ludouic. Gomeci. in regul. de triennali poss. q. 30. nume. 2. cum alioqui collato beneficio reseruato, & eius acceptatio facta, reseruatio expiret, etiam ante apprehensionem possessionis: secundum eosdè, & Innoc. in cap. 1. & in cap. ex parte. de concess. preb. Oldra. consil. 136. quorū opinio communis est teste Ludou. Gomeci. in dict. q. 30. idè

I tenet

tenet Lopus allegatio. 117. Calderi. consi. 10. tit. de praben. Domi. consi. 93. Eadem ratione per mortē illius, cuius aliqua ex causa beneficia sunt Romano Pontifici referuata, minimè vacabit beneficium eidem collatum, si eam collationem nondū acceptauerat: quod notat Domi. in dict. cap. 2. de prab. in. 6. colum. vlti. Gomeci. in regul. de familiarib. Cardi. quæst. 24.

Hæc autē acceptatio beneficij fieri poterit nõ tantum ab ipso, cui collatū fuerit beneficium: sed & ab alio eius nomine: modò is habeat speciale mandatum. glos. in dict. cap. si tibi absenti. quam
 4 Docto. inibi probant, & sequuntur: idem glos. in Clem. vnica. de concess. prab. verb. præsentis. Rota antiqua, 323. Archi. & Ioan. Andre. in cap. nõ captandæ. de concess. prab. in. 6. Ioan. Staphilæ. de literis grat. & iust. pagina. 96. fat tamen erit mandatum speciale ad acceptandū beneficia ecclesiastica: licet speciatim aliquod beneficium minimè fuerit nominatum. sicuti notant Ioã. Andr. Abb. & Imola in capit. accedens. de præbend. Nicola. Milis, verb. procurator. col. 7. Docto. cõmuniter in. d. c. si tibi absenti. Rota in antiquis. 529. vbi tradit, admittendū esse mandatum generale ad acceptandū, & permutandū quæcunq; beneficia. idē equidē obtinet & in mandato ad resignandum: tamen si æquisimum sit, ad resignandum requiri mandatum particulare in indiuiduo: vt notat Carol. Molinæ. ad edictum Henrici Regis, artic. 10. glo. 2. satis tamen sit, quod ad acceptandum sufficit mandatum speciale quo ad causam. Nec poterit collator beneficij pœnitere: quod manifestissimum est. meminit etiam Felin. in ca. nonnulli. §. sunt & alij. num. 46. gloss. in dict. cap. si tibi. dum ea in verb. habuerit, tractat de hoc speciali mādato. imò & speciale mandatum ad acceptanda beneficia, sufficiens est ad acceptandū illud, cui animarum cura incumbat: authore Imola in dicto cap. accedens. 3. col. quem sequitur Staphilæus in dict. tract. de literis gra. & iust. Folio. 50. colum. 2. Mandatū autem generale nequaquam sufficit ad hanc acceptationem, quanuis concessum sit cum libera administratione: quemadmodū placet Felino in dict. nume. 46. & Rotæ antiquæ. 535. illud profectò hac in quæstione obseruandum erit, hoc mandatum speciale ad acceptandum beneficia ecclesiastica: etiam laico concedi iure posse: secundum Ioan. Andre. & Abb. in dict. cap. accedens. Rota in antiquis. 104. & 418. Ioan. Andr. & Fræcus in capi. quod alicui. de regul. iuris in. 6. Dominicus & Francus in cap. 1. de procuratorib. Staphilæum dict. pagina. 96. cum ea acceptatio nihil aliud sit quàm declaratio voluntatis, quæ à quocunq; fieri potest. Nam & si beneficium con-

ferri excommunicato non possit. capit. postulasti. de cleric. excommunic. ministr. nihilominus excommunicatus collationem beneficij, factam sibi ante excommunicationem ratam habere poterit, & acceptare. Rota in nouis. 195. & in antiquis. 126. & in antiquioribus, vltima. titul. de sentent. excommunic. Cardin. consi. 103. Rursus Rota antiq. 720. Rebuffus in concordatis. titul. de excom. nõ euit. Ludouic. Gomeci. in tract. expectatiuarum. numero. 60. quanuis contrariam sententiam in hac specie veriore esse censeant Cardin. in dict. cap. postulasti. & Alciat. eo non citato. in cap. primo. de iudic. nume. 12. quorum opinio ex eo corruiat, quod acceptatio nihil iuris tribuat in ipso beneficio: sed tantum declarer consensum illius, cui beneficium collatum fuit: qui quidem cõsensus necessarius est. text. in capi. nisi cum pridem. colum. penulti. de renunciat. Ego verò non diffiteor, imò iure certissimum esse cõsensus ministerio laici posse illum, cui facta fuerit collatio beneficij, eam acceptare. At idem esse in excommunicato, vt is beneficium ante excommunicationem sibi collatum acceptare possit, mihi, vt ingenuè fatear, dubium videtur. nam licet ex collatione ius in beneficio detur: id tamen non acquiritur, donec acceptatio fiat. text. est in dict. c. si tibi absenti. in prin. vnde tempore acceptationis adquisitio iuris spiritualis fit: quæ excommunicato minimè potest conuenire: qua ratione & si opinio Rotæ magis cõmunis sit, vt fatetur Mart. Azpilcueta in cap. si quando. col. 31. de rescrip. mihi profectò non omninò placet. Nisi quispiam dixerit, acceptationem beneficij factā ab excommunicato validam esse, & efficacem quo ad volūtatis, & cõsensus declarationem: non tamē quo ad iuris acquisitionem: ita quidē, vt beneficium ipsum minimè adquiratur ratione huius acceptationis, donec excommunicatio absolute extincta fuerit: tunc autem absq; noua acceptatione prorsus adquiri. Quod probari potest autoritate decisionis Rotæ in antiquis. 33. quæ licet præmittat, habentem literas ad beneficia vacatura, posse, etiam si excommunicatus sit acceptare beneficium vacās, & sub eius literis comprehensum: asserit tamē collationem ex vi huius acceptationis fieri non posse donec is absolutus sit ab excommunicatione. Ad eandem rationem expendenda erit decisio Rotæ in nouis. 195. quæ agens de intellectu tex. in capi. vlt. de consuetudi. in. 6. tradit eam optionē cuius inibi mentio fit, ab excommunicato fieri posse: est etenim id iure verum quantum ad effectum simplicis declarationis: non autem, vt ex ea collatio fiat, nec ius adquiratur. Proximè dictis accedit, quod & laicus potest procurator constitui ad renun-

renunciandum beneficio ecclesiastico in fauorem cuiuscunq; personæ per eum nominandæ. Quia ius in ipso beneficio inuicem traditur à laico renunciantem, sed à Romano Pontifice conferente beneficium vacans per renunciationem. Sic sanè in specie adnotauit Carol. Molinæ. ad edictum Henrici Regis. §. 10. glos. 2. nume. 13. quanuis plurimum obster Panor. sententia in cap. causam quæcolum. 1. de elect. qui de mandato eligendi contrarium respondet. Nam electio ius maximum tribuit electo, atq; ideo non potest committi laico electio ad beneficia ecclesiastica, vnde poterit ex hoc discrimine defendi opinio Caroli.

5 Cæterum si quis nomine absentis, cui est collatum beneficium, eam collationem acceptauerit absque mandato: sequuta postmodum ratihabitione: beneficiū à die acceptationis adquisitum censetur. regul. ratihabitionum. de regul. iur. Nam & in his, quæ mandatum speciale exigunt, ratihabitione locum obtinet, & admitenda est. text. optimus in capit. vlti. de iure iur. in. 6. quem præter alios ad hoc citat Angelus in l. nec filius. C. de reb. credit. text. item in. l. quod si de speciali. ff. de in iuri. norant Bald. in. l. si maritus. C. mand. Alex. ad consil. 78. lib. 5. Felin. in cap. sicut. in. 2. de simonia. vlt. colum. Jason. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. numer. 36. ff. de adquirend. hæred. Deci. in. l. semper qui non prohibet. ff. de regul. iur. nume. 7. idem cons. 281. quorum opinio dubio procul communis est, ac iure verior: quanuis Panormita. in dicto capitu. accedens. 2. colum. teneat, tantum à die ratihabitionis ius adquiri: non à die acceptationis: citat glos. in capit. quàm sit. de electio. in. 6. quæ mihi hoc non probat: tamen ea singularis sit: dum ceter, ratihabitionem omnino fieri debere intra terminum datum ad acceptandum. quam glo. ad hoc adnotarunt Docto. ibi. Felin. in dict. §. sunt & alij. nume. 45. & Rochus Curtius de iure patro. verb. honorificum. num. 26. probat text. elegans in. l. honorum. ff. rem rat. hab. quem expendit latè Deci. in dict. l. semper qui non prohibet. vnde ad secundam partem text. in dict. cap. si tibi absentis. cum prælatus beneficium absentis conferens ei diem ad acceptationem constituerit: oportet acceptationem fieri, vel factam ab alio ratam haberi intra eum diem, vt beneficium ab eo, cui collatum est, adquiratur: alio qui collator poterit id beneficium alteri conferre: sicuti in eadem constitutione satis in specie probatur. Et tamen acceptatio, vel ratihabitione facta post diem à prælato constitutum, proderit ad beneficij adquisitionem: modò res integra sit: quia prælatus tempore huius acceptationis, vel ratihabitionis

nondum beneficium hoc alteri contulerat: quod in specie asseuerat iure verissimum esse Francus in dict. cap. si tibi absentis. post alios ibi.

6 Hactenus probauimus ex dict. capit. si tibi absentis. sola collatione ius adquiri in beneficio absque corporali apprehensione possessionis. idem notant Panormi. in capit. cum autem. & cap. suggestum. de iure patro. Innocent. & alij in cap. in rer. cetera. de præbend. ex quibus text. in dict. capi. cum autem. & alijs, qui tractant de prælatione in obtinendis beneficijs, & præsertim text. in capitu. quod autem. de iure patro. quo in loco, expressum est in beneficijs potiore esse eum, qui primò possessionem habuerit: sunt intelligendi omnino de possessione, id est, de canonica institutione, cum planè iure probatissimum sit in his, quæ pertinet ad beneficia ecclesiastica, non esse præferendum eum qui primò corporalem nactus fuerit possessionem: sed eum, qui prius canonicam collationem habuerit: quemadmodum post Dinum in regu. qui prior. de regu. iur. adnotant omnes in dict. cap. si tibi absentis. quorum opinio communis est. Quod si habens collationem canonicam absque possessione ad ministrare velit: poterit id facere optimo iure: modo alius non sit in possessione beneficij: tunc etenim si ad ministraret, spoliaret propria autoritate possessionem: sicuti censent Abb. in capit. transmissam. colum. 3. de electio. per text. ibi. at que idem tenet Imo. & Doct. ibidem. Aufrelius, & Capella. Tholosana. 4. 43. Nicolaus Milis, verbo. possessio. verfici. possessio beneficij. idem Panormi. in capit. cum super. de caus. poss. & propri. Domin. & Francus in cap. eum qui. de præbend. in. 6. Fred. cons. 234. Ripa in cap. sepe. nume. 69. de restitut. spoliato. optimus text. in cap. avaritia. de electio. in. 6. quam opinionem fatetur commune esse Ioã. de Selua in tracta. de beneficio. 2. part. q. 15. Francus de Ripa in libro. 2. respon. cap. 31. Rochus Curtius de iure patro. ver. ius. quæst. 5. Rebuffus in tracta. de pacificis posses. nume. 234. & 251. Lamber. in tract. de iure patrona. 3. parte. 2. lib. quæstio. 11. artic. 6. Et probatur huius sententiæ prior pars in dicto capitulo, transmissam, posterior vero in dicto capitulo. eum qui. quo decisum est, etiam habentes canonicum titulum in beneficio, quod ab alio possideatur, non posse propria autoritate possidentem expellere, nec possessionem beneficij illius apprehendere: ea quidem apposita pœna, vt sint ipso iure priuati ipsius beneficij titulo, si contrarium fecerint. quam decisionem præter alios explicat optimè Ripa in capi. sepe. de restitutione spoliato. numero. 68. cui adde Rotam in nouis. 16. Est tamen necessaria corporalis

I 2 posse-

Variarum Resolutionum

possessio etiam in beneficijs: nec sufficit verus, & canonicus titulus, etiam cū administratione ad agendum interdicto, vnde vi: vt spoliatus ante omnia restitatur: quod satis iure compertū est, & in specie post alios adnotauit Abbas in dicto capitulo. cum super. columna. 4. item & ad alios plures effectus, quos possessio vera, & corporalis inducit.

Secunda igitur huius capituli paras in eo versabitur, an propria autoritate is, qui collationem habet, absque praelati licentia possit corporalem possessionem apprehendere: & quo pacto ea possessio adquiri valeat. Nam quibusdam visum est, habentem canonicum titulum non posse propria autoritate possessionem beneficii apprehendere absque iudicis licentia. ita tandem tenuerunt Dinus in regula prima. de regulis iuris. in sexto. versiculo. & hoc ostenditur necessario. Ancharra, in regula. sine possessione. colum. vicesima. de regulis iuris. Archidiano. in ca. eum qui. de praebeud. in sexto. Chosmas in Pragmatica sanctione Gallicana. titulo de pacificis possessor. verbo, violentus. eamque opinionem esse probare conantur iuribus, & decisionibus, quibus vetitum extat utroque iure, quaequam etiam rei propria possessionem capere absque iudicis autoritate: & praesertim tex. in dict. capit. eum qui. verum quia haec sententia non ita plane probatur, & fere communi omnium iudicio recepta sit, ante apprehensionem corporalis possessionis posse habentem iustum titulum, & canonicum, nemine possidere propria autoritate ministrare ipsi beneficio, & eius curam habere atque exercere: sicuti paulo ante adnotauimus: operae pretium erit quaestionem istam propositis aliquot casibus distinguere.

Primus etenim casus tunc constituitur: cum praelatus, qui beneficium contulit, qui que potuisset corporalem possessionem tradere, non tantum simpliciter beneficium contulit, sed & ipsum, cui contulerat, aliquo signo inuestituit, nempe pito. nam in hac specie existimo, tacite datam fuisse licentiam a praelato accipiendi possessionem vacuam propria autoritate absque alio iudicis decreto: quod Abbas tenet in capit. autoritate. de institutionibus. Romanus singular. ceterisimo tricesimo sexto. Lambertin. de iure patronat. tertia parte. lib. 2. quaest. ii. in princ. sentit Innocent. in cap. secundo. de consuetud. quavis Dinus in regula. 1. de regul. iur. in sexto. numer. 16. contrarium sentiat. Cuius opinio posset obtinere, vbi praelatus, qui contulit beneficium, non habeat potestatem tradendi corporalem possessionem, eo quidem iure ad alium vel consuetu-

dine, vel canonicis sanctionibus pertinenti. aut saltem Dni sententia vera erit, quando possessio vacans non est, sed ab alio obtinetur: etenim non videtur rationi consonum, quod praelatus per istam uestituram dederit licentiam inuestito alterum spoliandi. capit. eum qui. de praebeud. in sexto. Opinioni autem Abbatis suffragatur Azonis decisio in Summa. C. de acquirenda possess. a quo Soci. in. l. 3. in princ. nu. 24. colligit, traditionem clauium factam extra conspectum rei: operari licentiam, & facultatem capiendi possessionem propria autoritate.

Secundus casus proponitur in eo, qui collationem canonicam beneficii absque inuestitura solenni obtinuit: isque apprehendat propria autoritate possessionem vacuam: an puniendus sit, vel punitus censetur poena dict. capit. eum qui. Et proculdubio ea constitutio in hac specie minime loquitur: sed tunc demum cum habens canonicum titulum possessorem beneficii propria autoritate expulerit, & possessionem priuauerit: quod ex ipso tex. communi omnium sententia deducitur: poteritque haec interpretatio comprobari auctoritate glo. in. l. vlt. verbo, per ignorantiam. C. vnde vi. quae communiter recepta scribit, poenam illius constitutionis nequaquam admittendam esse aduersus eum, qui propriam rem, & eam vacuam a nemine quidem possessam occupauerit: modo statim probet dominium. quam opinionem communem esse testatur Alex. in. l. naturaliter. §. nihil. ff. de acqui. poss. sequitur eam itidem communem esse asseuerans Ripa in cap. saepe. nume. 65. de restit. spoliat. eandem tenet dicens communem Bald. in. l. vlt. C. de edicto diui Hadri. Toll. q. 5. num. 42.

His praeterea suffragatur gloss. in. l. non est dubium. C. de legat. quae censet, legatarium occupantem rem sibi legatam etiam post aditam haereditatem, prius tamen, quam possessio fuerit ab haerede apprehensa, minime amittere ius, quod habet in eadem re: tametsi haeres possit possessionem, interdicto, quorum legatorum, summario iudicio consequi. l. 1. C. quor. legat. quam distinctionem tequitur Doct. praesertim Iason in ibi. Deci. cōs. 243; Alex. & Iason in. l. si stipulatione. ff. de acqui. poss. atque ita erit intelligenda glo. in capit. vlt. de success. ab intest. quae vult, legatariū propria autoritate occupantem rem sibi legatam haereditate iacente, non amittere ius, quod in ea re habet. Addit tamen ipsa glo. poenam. l. si quis in tantam. C. vnde vi. non obtinere in eo, qui occupat res haereditatis sacris. idem tenet gloss. in. l. vlti. C. vnde vi. verb. per ignorantiam. quam sequuntur ibi Doct. communiter, vt faceret eum sequutus

sequutus Ripa in cap. sæpe. de rest. spo. num. 58. hoc ipsum probans, etiam post aditam hæreditatem nondum apprehensa possessione per heredem. quod etiam tenuerunt Alberi. & Saly. in dicta. l. vlt. contra Azonem in Summa. C. vnde vi. & Bart. in dict. l. vlt. nu. 10. mihi vero si iuxta prædictas constitutiones pronuntiandum foret, potius placuerit sententia Petri, Oldra. & Alberi. qui in dict. l. vlt. existimant, eiusdem legis poenas etiam obtinere aduersus occupantem propria auctoritate res hæreditatis iacentis: quasi ipsamet hæreditas representet defuncti, & domini personam: & saltem quo ad hunc effectum dominium habeat: quod in specie lege Regia statutum est lib. 3. ordi. tit. 14. l. 1. obseruandum tamen est, harum legum & similitum rigorem: nempe. l. si quis in tantam. C. vnde vi. cui conueniunt. l. ii. tit. 13. parti. 5. l. secunda. tit. 14. libro. 3. ordi. communi totius Christiani orbis. vsu, & praxi antiquatum esse: quemadmodum constat, & testantur Specul. titu. de resti. spoliat. §. primo. versic. item quidam. & Guilielm. Benedict. in capit. Rainutius. de resti. verb. si absq; liberis. 2. num. 184.

Oportet tamen prius, quam hunc secundum causam egrediamur, parumper immorari circa interpretationem. tex. in dict. capit. eum qui. §. vlti. de præbend. in. 6. Si quidem ea constitutione cautum est violentos beneficiorum ecclesiasticorum occupatores, omnino in poenam ipso iure priuari beneficijs, quæ per violentiam occupauerint, etiam si canonicum titulum in eis habuerint. Et enim tunc dicitur ad hunc effectum: violenta occupatio: cum inuitis possessoribus, & eis contradicentibus capta fuerit beneficiorum possessio, licet possessores, non fuerint conati resistere, secundum Lapum allegat. 127. Dominicum. Francum, & Probum in dicto capit. eum qui. §. vltimo. Innocentium in capit. cum nostris, de concess. præbend. in glos. credimus. & Oldra. conf. 319. columna prima. lege. si quis. ff. ne vis fiat ei.

Quod si quis lite controuersa sententiam obtinerit aduersus possessorem beneficij, ac litteras ad eius executionem, quas executione. les. vulgus ita appellat, poterit propria auctoritate, non tamen inuito, nec renitente possessore, possessionem beneficij capere: præsertim quia hodie solet in eisdem litteris potestas hæc capiendi possessionem propria auctoritate concedi. quod tradunt Rota in nouis. 417. & Felin. in cap. de cætero. colum. vltima. de re iudic. modo apprehensio possessionis fiat absque violentia: ne locum habeat poena dict. cap. eum, qui. §. vltimo. vt paulò antè dicebam. Stylus autem, & praxis Romanæ curiæ iure attentatorum: reuo-

cat possessionem propria auctoritate apprehensam, vel etiam obtentam auctoritate executione electi: nisi ante eius apprehensionem fuerint ipsæ litteræ ostensæ, denuntiatae, atque intimatae victo possessori. huius praxis meminere Felin. in capi. ad probandum. numero. 6. de re iudic. expressius, & in hac specie Guilielm. Cassador. decisio. 6. titu. de caus. possel. & proprietate. Ludo. Gomeci. in regu. de subrog. collig. quæstio. 4. & in reg. de Annali poss. quæst. 44. & in reg. de triennali. q. 27. ex quibus constat, non adeo firmum & stabilem esse hunc stylum, quin quandoque contrarium obtentum, & pronuntiatum fuerit.

Illud prætermittendum non est, occupantem propria auctoritate beneficium, cuius canonicum titulum habet, ab alio tamen possessum: nequaquam esse nec dici posse intrusum, tametsi violentus dici iure possit, si per vim possessionem apprehenderit. quod plurimum refert: pleraque enim iure Pontificio: quo ad intrusos statuta sunt, quæ in violentis possessoribus non ita obtinent. Et probatur hæc sententia ex eo, quod intrusus is verè sit, qui accipit, vel retinet beneficium ecclesiasticum, sciens nullum ius perfectum quidem sibi in eo competere: tollitur hæc intrusi defectio, definitione ex cap. eum qui. parte prima. de præbend. in. 6. cap. cum iam dudum de præbend. Nicolao Milis verb. intrusus. Domini. in capi. propter. 19. distinct. Detio consil. 121. colum. penult. & vlt. & Felino in capi. in nostra. Carol. 2. de rescrip. Ludou. Gomeci. in regul. de triennali poss. quæst. 47. constat præterea conclusio præmissa: quia etiam violentus beneficij occupator absque titulo canonico, intrusus non est, quanuis violentus sit cum non occupauerit beneficium, sciens, se non habere ius in eo: potuit enim illud per vim occupare, & absque tit. existimans titulum canonicum habere: quod expressè tenent Domin. & Fran. in dict. cap. eum qui. Ludou. Gomeci. in reg. de triennali poss. q. 11. in princ. & licet Nicol. Millis. verbo, intrusus non dicitur. asserat contrarium in hoc ultimo, erit intelligenda eius opinio: vbi occupatio facta fuerit ab eo, qui sciebat sibi titulum deficere. tandem id ex his apparet, quod habens canonicum titulum, etiam si propria auctoritate, & per vim possessionem apprehenderit expulso possessore non dicitur intrusus: tametsi dici possit violentus possessor: quanuis Ludo. Gomeci. in regu. de trien. possel. q. 48. hunc esse intrusum iure communi, & ad iuris Pontificij effectus asserat: cum priorem opinionem probauerint Domini. in dic. cap. eum qui. & ibi Franc. ac Milis in verb. intrusus videtur: quorum sententia præmissis rationi-

tionibus comprobaf. Imò nec erit intrufus, qui beneficium fibi competens titulo canonico, iam per vim ab eo occupatum retineat, fciens ipfo iure per eam occupationem ius amiffiffe proprium ex decifione dict. capit. eum qui. §. vlti. quod ipfe tradidi in Epitome de Sponfali. 2. part. capit. 6. §. 8. nume. 8.

Tertius casus ex præcedentibus deducitur, & in eo quaeritur, an aliqua pœna puniendus fit qui habens canonicum titulum, propria tamen auctoritate apprehenderit poffeffionem beneficij, quæ quidem poffeffio à nemine obtinebatur, & an poffit iure hæc apprehenfio fieri? Et fanè communis videtur fententia, quòd ea apprehenfio fieri iure poffit: & nulla fit pœna digna: quam opinionem admiferunt omnes, quos, post Panormita. in capit. tranfmiffam. de electione. hoc ipfo capite citauimus. verſ. Haftenus, & Rebuffus in tractat. de beneficijs. rubric. de miffione in poffeffionē. nu. 5. ſcribens hæc opinionē cōmunē eſſe eamq; probat ex eodē cap. tranſmiſſam quo decifum eſt poſt confirmatiōē, quæ titulum tribuit, poſſe confirmatum admiſſtrare, & officiū dignitatis exercere: cui reſpondet Anchara. in dicta regula, ſine poffeffionē. id verū eſſe modo auctoritate iudicis apprehenſa fuerit poffeffio corporalis. quod probatur in cap. ad hæc. §. in quadam. de offic. Archid. dum ibidem ſcribitur, ad Archidiaconi officium pertinere mittere in corporalem beneficiorum poffeffionem inſtitutos ab epifcopo. idem in capit. vt noſtrum. eod. titu. Regia. l. 4. titu. 6. part. primæ: Hoſtienſ. in Summa de offic. Archid. §. quid fit eius officium. Panormit. in capit. dudum. de electionib. in. 2. idem Panor. in cap. 2. de exceſ. prælat. & in conf. 21. lib. primo. Deti. in cap. ſuper eò. colum. vlt. de off. de leg. Et quanuis in cap. licet. epifcopus. de præb. in. 6. reſponſum fit, ad epifcopum pertinere miffionem in beneficiorū poffeffionem. ea reſponſio poterit variè intelligi, non equidem de ipſa miffione in poffeffionem corporalem: ſed de ſententia, aut decreto, quo epifcopus pronunciat, inſtitutum in poffeffionem mittendum fore, vel de ipſa corporalis poffeffionis traditione: cum Archidiaconus abſens fuerit, ſecundū Dominic. in dicto. capit. licet. Poſteſt & tertio intelligi ea decifio, vt procedat de conſuetudine, quæ hodie obtinet aduerſus Archidiaconos: nam per eam ipſi hoc ius amiferunt. Quarto cum poffeffio beneficiorum ab alijs obtineatur: tunc ad epifcopū non ad archidiaconū iure pertinebit corporalis poffeffionis traditio. quod planè deducitur ex dicto capit. licet epifcopus. Vltimò, ſi tractetur de tradenda eccleſia in proprietatem

& iurifdictionem, vel ſubiectionem: non in titulum beneficij: huius poffeffionis corporalis traditio ad epifcopum, non ad archidiaconum ſpectat. tex. vbi adnotauit Abb. in cap. Paſtoralis. de priuileg.

Quòd ſi iuris Pontificij ſanctiones ita ſerio ſtatuertur officium, & munus tradendi beneficiorum corporalem poffeffionem: apparet, iuſtior rem eſſe hac in controuerſia Dini, Archid. Anchar. & Chofinæ opinionem, qua obtentum eſt, inſtitutum canonicè non poſſe propria auctoritate apprehendere beneficij poffeffionem etiam quæ vacua ſit. Ex quo ſequitur, prælatum poſſe eius arbitrio punire eum qui poffeffionem ad huc vacuam beneficij propria auctoritate apprehenderit, pœna quidem non admodum graui propter auctoritatem cōmunitatis ſententiæ, quæ id permiſſum eſſe cenſuit. At ſi quis canonicum habens titulum propria auctoritate beneficij vacuam poffeffionem apprehenderit: opinor nihilominus, eam poffeffionem iuſtè, & vere poffeffionis effectus habituram: cum ob cōmunitatis ſententiam, tunc ex eo, quòd & ſi poffeffor malè fecerit, non requirens iudicis licentiam, canonico tamen titulo, & iuſto poffideat. Nec obſtat, quod ſolet adduci ex Aegidio à Delamera conf. 10. colum. 19. verſ. tertia ratio principalis. à quo Francis. à Ripa in cap. ſæpe. de reſt. ſpouat. numero. 69. colligit, Rotæ auditores paſſim obſeruare, & pronuntiare, quòd memini etià canonicum titulum habenti liceat poffeffionem propria auctoritate occupare: & tamen adducit Aegidius, hanc poffeffionem ita obtentam non habere effectus iuris, nec interdictum vnde vi. Nam vt ipſe arbitror, Aegidius refert, auditores Rotæ ſæpiſſimè in poffeffione beneficiorum obtinenda, exigere eius apprehenſionem præmiſſam fuiſſe ex inſtitutione, & collatione prælati, & ſuperioris: non tamen tractat de licentia, & auctoritate prælati ad apprehenſionem corporalem poffeffionis, ſed de titulo poffeffionis citat tex. in cap. ex frequentibus. de inſtit. & in cap. 1. de regul. iur. in. 6. ac tandem ſcribit, ſpouatum beneficium, vt obtineat in interdicto vnde vi, debere iudicio Rotæ oſtendere titulum, & inſtitutionem beneficij. quod tradit glo. in Clemen. vnica. de cauſ. poffeffio. & propriet. ſaltem quantum ad quãdam poffeffionis iuſtificationem ex titulo apparenti, quem coloratum vulgus appellat de quo hic agendum modo non eſt. Poſſeſſio autem beneficij apprehendi, & adquiri poſteſt ab ipſo inſtituto, vel ab eius procuratore habente mandatum ſpeciale: quod manifeſti iuris eſt: non ita per procuratorem habentem mandatum

9. **mandatum generale.** gloss. in verb. habueris. in dicto capitu. si tibi absentis. quam ad hoc asserit ordinariam Imola in. l. prim. §. per procuratorem. ff. de adqui. pos. commendat idem Imola in. l. qui mihi donatum. ff. de donatio. tenent eandem sententiam Domi. in dicto capitu. si tibi. Fel. in cap. nonnulli. §. sunt & alij. numer. 46. citatur ad idem Innocenti. in cap. accedens. de prebend. Cōtrarium tamen probatur: quia possessio per procuratorem habentem mandatum generale acquiritur omninò. gloss. communiter recepta in dicto. §. per procuratorem. Barto. in dict. l. qui mihi donatum. nec in beneficijs quidquā impedit idē esse: cum possessio nihil iuris tribuat, eaq; ad factum pertineat. Et deinde gloss. in dict. cap. si tibi absentis. verbo, habueris, non exigit mandatum speciale ad acquirendā, vel apprehendendam possessionem beneficij: sed ad acceptationem ipsius: quæ quidem acceptatio plurimum iuris tribuit ei, cui collatum est beneficium. atq; ita gloss. interpretantur Aret. & Hercul. numer. 14. in dicto. §. per procuratorem, idē dicēdum erit, possessionem, quæ post acceptationem beneficij tantum ad factum pertinet, acquiri posse per procuratorem habentem mandatum generale: eam verò possessionem, quæ loco acceptationis fiat ac tribuat ius in beneficio, non posse apprehendi per procuratorem non habentem mandatum speciale: sicuti explicat Rota in nouis. 290. & post eam Antoni. & Imol. in dict. cap. accedens. Fran. cus in dict. capitu. si tibi absentis. Areti. & Vincen. Hercul. in dicto. §. per procuratorem. numer. 14. Rubuffus in concordatis. Rub. de forma mandati Apostolice. in gloss. vel alterius pro. 60. §. 1. Corporalis inductio, traditio, ve. requiritur ad apprehensionem, & acquisitionem possessionis beneficiorum. capit. vt nostram. cap. ad hanc. §. in quadam. de of. archidi. adeò quidem vt non sufficiat inuestitura, cum traditione anuli, aut pilei ad acquisitionem possessionis. gloss. communiter recepta in capitu. autoritate. de institut. quod proculdubio verum est, cum inuestitura facta fuerit nulla præcedente collatione beneficij: nec eius institutione: etenim in eo casu ipsa inuestitura collatio est: & simplicis institutionis vicē habet secundū eādem glo. & Compostel. ac Io. Andr. in cap. transmissam. de electio. Abb. in dict. cap. autoritate. Oldra. consi. 143. Lambert. de iure patro. 2. lib. part. 1. quæst. 1. arti. 12. nu. 21. & 3. part. eiusdem lib. quæst. 1. colū. 3. Abb. in capitu. secundo. colum. penulti. de consuet. Seluam in tracta. de beneficij. part. quæstione. 10. Rebuffum in tracta. de pacif. poss. numero. 10. & 21. modo fiat ab eo, qui conferre beneficium poterat:

sicuti ab omnibus expressim probatum est. Imò & si is, qui habet ius conferendi beneficium nulla præcedēte institutione, eiusdem beneficij corporalem possessionē tradiderit, censetur eidem beneficium conferre, & cum instituere: nam ad hanc traditionem necessaria omninò est collatio, & idē ex antecedēti necessario præmissa tacitè subintelligitur: quod tradidere Rota in nouis. 441. Roma. consi. 337. Fel. in cap. cum aliquibus. ad finem. de re iudi. Et poterit colligi à ratione gloss. in dicto capitu. autoritate. idem sequutus Rotam tenet Lambert. in dicta quæstione. 11. numero. 6. Quod si præcedente canonica institutione, facta fuerit inuestitura per anuli traditionem ab eo, qui possessionem corporalem tradere poterat, adhuc ex hoc non acquiritur possessio corporalis. sicuti sentit gloss. in dicto capitu. autoritate. & in cap. ex ore. de his, quæ fiunt à maiori part. capit. & in cap. accedens. de preben. Dinus in regul. prima. numero. 6. de regulis iur. Abb. in dicto cap. autoritate. Ioan. Andre. in dicto capitu. transmissam. & ibi Abb. Alexand. in. l. 3. numero. 15. ff. de adquiren. posse. Iason in. l. quoties. C. de rei vindicat. numero. 31. Lambertinus in dicta quæstione. 11. numero. 5. est etiam necessaria corporalis apprehensio, & traditio. Hæc verò inuestitura post alienationem factam per anuli solennem traditionem operatur confirmationem illius iuris, quod per collationem transmissam fuerat: nam confirmatio fit per aliquem actum, cū institutio solo verbo facta fuerit: quem admodum explicant Dinus in dicta regula prima. num. 9. & nu. 18. & Lambertinus post alios in dict. quæst. 11. & in dicto articulo. 2. habet præterea hæc inuestitura alium effectum, & cum satis singularem, cuius paulò antè meminimus hoc capite. versic. primus etenim casus.

Sed si prælatus, aut is, qui habet custodiam ecclesie vacantis, & tradere corporalem possessionem potest, in conspectu ipsius beneficij per inuestituram, traditionem anuli, aliove modo possessionem instituto tradiderit, tunc sanè possessio corporalis acquisita cēsetur ex. l. quod meo. §. si venditorem. ff. de adquirend. posses. quod verum est nemine beneficium possidente: sicuti ad notantur Ioannes Andreas, & Compostel. in dicto capitu. transmissam. Panormitan. in cap. 2. numero. 10. de consuetu. Rota in antiquis. 153. & 302. Abb. & Fel. in capitu. cum aliquibus. de re iudic. Abb. in dict. cap. autoritate. Alexand. Iason, & Lambert. in præcitatis locis: nam iure ordinario prælatus habet custodiam ecclesie vacantis. cap. cum vos. & ibi gloss. de offic. ord. vnde constat possessionem beneficij absque apprehensio-

ne corporali acquiri: quando in conspectu beneficii vacantis traditio possessionis aliquo actu & signo fit per eum, qui vel possidebat beneficium, vel eius custodiam habebat, poteratque possessionem eius corporalem tradere. Atque hoc ipsum probatur ad exemplum eius, quod iure Cæsareo traditum est de acquisitione possessionis per traditionem clauium. l. clauibus. ff. de contra hen. emptio. debet siquidem quo ad hunc effectum clauium traditio fieri in conspectu ipsius rei, culus clauis traduntur secundum Bartol. in l. prima. numero. 18. ff. de acquirend. possessione. cuius opinionem contra Alexand. ibi defendit Iason numero. 91. & Ripa nume. 57. dicens, hanc sententiam communem esse, cui suffragatur iurisconsultus in dict. l. clauibus. dum dixit: apud horrea. idem tenet Panormit. in cap. secundo. de consuet. numero. 2. Alberi. in dicto. §. si iusserim. colum. prima. & Imol. col. 2. post Anto. atq; item Barb. col. antepe. in dict. capi. 2. & Soci. in. l. 3. nume. 24. ff. de acquir. poss. Et præterea oportet, tradentem clauis, possessionem rei habere. quod notant Oldrad. conf. 209. Alberi. in. l. prima. §. si iusserim. colum. vlti. ff. de acquiren. posses. Ripa in dicta. l. prima. in princip. numero. 59. Rota in no uis. 168. Socin. consi. 131. colum. 3. libro primo. Andre. Tiraqu. de constituto. 3. part. limit. 1. nume. 3. quorum sententia itidem communi omnium consensu ex eadem. l. clauibus. recepta videtur. Hinc inferitur, non esse maximum discrimen inter traditionem possessionis, quæ clauibus fit: & eam, quæ per anuli dationem, vel inuestituram. imò nullum profectò discrimen constitui debet. utroque etenim casu traditio fit per actum corporeum, & in conspectu rei, & per eum, qui possessionem rei habet, vel eius custodiam, nemine possidente. quanuis Dinus in dicta regula prima, quæstione. 3. inquirat rationem differentiarum inter has duas traditiones, præmittens, per inuestituram non acquiri possessionem beneficiorum ecclesiasticorum: & ideò vidēs in alijs rebus eam acquiri traditione clauium, conatur rationem differentiarum constituere inter inuestituram; & traditionem clauium. Nam si Dinus cogitasset, per inuestituram in conspectu beneficii factam, eius possessionem acquiri iuxta communem omnium sententiam: atque item considerasset traditionem clauium non inducere acquisitionem possessionis: nisi ea facta fuerit in conspectu rei: statim deprehendisset non esse admodum necessariam rationem differentiarum inter hæc duo, quæ plurimum similia videntur.

Cæterum Andreas Tiraquell. vir variaz, & infelix lectionis, deq; iuris vtriusque censura bene

meritissimus, in libello de iure constituti. 2. par. ampli. 3. aduersus Barto. existimat ad interpretationem dictæ. l. clauibus. minime fore necessariū, quòd clauium traditio fiat in conspectu rei, quæ clauibus clauditur. citat ad hoc Imolam, Paulum de Castro, Alexand. Iasonem, & Claudi. in dict. l. prima. in principi. qui, vt ipse censet, Bartoli sententiam improbant: & præterea Deci. consilio. 56. numero. 2. item adducit Cinum, Angel. & Salyce. in. l. prima. C. de donationib. & Alex. in. l. tertia. in princip. num. 13. ff. de adq. posse. qui expressim tenent traditionem instrumenti, quo continetur ius donatoris, operari rei donatæ, & eius possessionis acquisitionem, etiam si ea traditio à donante donatario facta fuerit extra rei conspectum. Ego equidem fateor, Philippum Deci. in dicto cons. obiter post Alexand. in dicta. l. 1. tenuisse, per traditionem clauium possessionem transferri, & acquiri, etiam si non fiat traditio in conspectu rei. Ac negauerim omninò Paulum Castrensem, Imolam, Iasonem, & Claudi. eiusdem sententiarum fuisse. imò in specie dictæ. l. clauibus. Iason numero. 91. & Claudi. nume. 39. contra Alexand. asserunt, traditionem clauium factam fuisse, & fieri debere in conspectu horreorum, ad hunc effectum, vt merces intra horrea existentes & inclusæ transeant in possessionem emptoris: licet non videantur, nec in conspectu sint. Reprobant tamen Paul. Imol. Alexand. & Iason, & Claudi. opinionem gloss. verb. primi. Barto. Cuman, & Roman. qui existimarunt ex traditione clauium horreorum non aliter transferri in emptorem mercium possessionem, quam si emptor sciuerit quæ in parte horreorum sint merces: quæ quidem interpretatio merito refellitur: cum & falsa sit, nec iurisconsulto cõueniat. Quo fit, confusam fuisse à Tiraquello Doctorum allegationem. Ex quibus tandem deducitur, tunc esse necessariam clauium traditionem in conspectu rei, cum agitur de acquirenda possessione rerum, quæ intra rem illam clauibus clausam continentur: non autem ad acquirenda ipsius rei, quæ in conspectu est, possessionem: nempe domus, aliteriusve fundi. nam & possessio tunc acquiritur per traditionem verbalem illius, qui eam possidebat, in conspectu ipsius rei factam. l. 1. §. si iusserim. & l. quod meo. §. si venditorum.

Qua ratione, dū nostrates scribunt, per inuestituram factam a prælato in conspectu beneficii possessionem acquiri: eorum opinio ita accipienda est vt possessio acquiratur, siue fiat inuestitura dato, traditoq; anulo, aut pileo, aliove signo corporali: siue fiat possessio verbalis traditio absq; actu corporis: quod est omninò semper hac in quæstione

quæstione obseruandum.

Id verò, quod Tiraquellus adduxit ad. l. primam. C. de donationib. mihi profectò placet: itaque opinor in specie illius constitutionis non fore necessarium conspectum ipsius rei, quod & Accursius ibi in. 2. parte. glos. tenuit. tamen si contrarium dixerit in principio: idque Bald. ibi, & Andre. Isernia in capit. primo. in princip. quid sit inuestitura. probauerint. priorem etiã interpretationem Cini, & aliorum sequitur in ead. l. prima. Alberic. sentiens eam communem esse, quam & Azo probat in rub. C. de donatio. colum. vlti. & est ratio: quia tradens instrumentum in quo continetur ius ei competens ad rem donatã, vel venditam, illud ius tradere videtur, & ex eo possessio nem illius rei. quod etiam tractarunt Docto. post gloss. in capit. sanè. de renunciat. maximè Cardi. Anto. & Baldus idein Anto. in ca. veniens. 2. col. cod. titu. Ant. Abb. & Imol. in cap. ecclesia. in. 2. vt lite pendent. Alexan. Iacob. & Iason in. l. 2. ff. de pactis. sic & in regia constitutione. 17. Tauri. expressum est, meliorationem à patre filio factam irreuocabilem esse; si coram notario instrumentum seu scripturam meliorationis pater filio tradiderit: etenim is effectus obtinebit etiã si traditio fiat extra conspectum rerũ, quæ sub melioratione fuerint comprehensæ. Ex ea verò lege quibusdam videtur, & ex. l. 8. tit. 30. part. 3. quæ similis est dictæ. l. primæ. C. de donationib. eam possessionis acquisitionem donatario fieri non tantum, si tradatur à donatore instrumentum continentis rata, & titulum rei donatæ: sed etiam si ei traditum fuerit ipsius donationis instrumentum quod est contra Guilielm. de Cuneo in. l. licet. C. de adquirend. possessio. Imolam, & Alexand. in. l. 3. in princip. numero. 11. ff. cod. titu. Bald. in. l. ab exemptione. 3. column. ff. de pact. quorum opinio communis est, & dict. l. prima. intelligit in traditione instrumenti, quod ius tradentis & titulum rei donatæ continet: expressim aliud esse significans in traditione instrumenti ipsius donationis, vel venditionis: quod iure Cæsareo apertissimè iuris esse censeo. at iure Regio hoc falsum apparet propter Regias constitutiones, quibus, vt quidam existimant, statutum est, possessionem rei donatæ acquiri omnino donatario per traditionem instrumenti donationis. Et tamen si hæc sententia admittenda est, oportet eam in præxi recipere eo casu, quo traditio instrumenti facta fuerit donatario, præsentè tabellione: quæ admodum Taurina constitutio dicitur. id verò nec iure cõmuni, nec Partitarum lege necessariũ vniquam fuit. ipse profectò maximè dubius sum de hac opinione: quippe qui videam ex dict. l. 1. C.

de donatio. manifestè deduci, eam constitutionem non in instructo donationis: sed in instrumento, quod titulum, & ius ipsius rei competens donatori continet, esse profus intelligendã. Regia verò constitutio, quæ Taurina est, tantum probat meliorationem filio à patre factam, reuocari non posse, si eiusdem donationis instrumentum coram notario ab ipsa patre meliorante filio meliorato traditum fuerit. Ex quo minimè consequitur eadem lege necessariò, pbari, per eam traditionem possessionem rerum, quæ in meliorationem veniunt, filio adquisitam fuisse: cum & absque traditione possessionis per eam legem ex alijs causis donatio meliorationis irreuocabilis censeatur: & ipsa traditio instrumenti, vt causa distincta à traditione, & acquisitione possessionis proponatur: deinde Partitarum lex ita poterit accipi, & intelligi, vt ex ea deducamus, donatario acquiri rei donatæ possessionem per traditionem à donatore factam instrumenti, ex quo donator ipse illius rei ius habuit, vel si id confectum non fuerit, aut amissum, perditumve sit, vel ipse donator illud velit retinere, aliud denuò fiat eiusdem iuris, quo contineatur donatoris titulus, & id per donatorem donatario tradatur. Sic sanè præmissa lex eam interpretationem habebit, quæ minus ius vetus, commune sue assertiones ex dat. Non hæc scripsi, vt statim id omnibus persuadere velim, nec contumaci disputatione tutari: liberè enim in contrarium iuerim sententiam, vbi maturius cogitanti aliud verius appareat.

Adquiritur iteum possessio beneficij per traditionem factam extra eius conspectum, quoties propter posteriorem aliamve iustam causam, non est tutus accessus ad beneficium ipsum, nec ad ecclesiam, nec ad eius aspectum, secundum Alberic. in. l. prima. §. si iusserim. ff. de adquirenda possessio. Abb. & Felj. in cap. cum aliquibus. de re iudicat. Ripam, qui hanc asseuerat communem esse in tract. de peste. 2. parte. privilegio. 19. contract. optimus ext. in. l. si siquita. §. illud. ff. de damno infecto. l. cum vnus. §. vltim. & l. quauis. ff. de bonis auto. iudic. possid. capi. contingit, de dolo, & contu. quibus probatur, exequutores in iudicibus ventis aliquem mitti in possessionem alicuius rei, posse eandem possessionem tradere, vel in conspectu rei, vel extra ipsum conspectum, si nõ est tutus ad ipsam rem accessus ob potentiam, occupationem, & vires alterius modo aduersus illum lata fuerit sententia iuris ordine seruato: cum aliqui possessionem, quam habet, priuari non possint: sicuti explicant præter alios Abb. & Felin. in dicto capitulo. cum aliquibus. Rota in Antiquis. 717. Ripa in dict. privilegio. 19. sensit Bart. in. l. 1. ff. de

Variarum Resolutionum

adquirend. poss. col. penult. numer. 23. vers. quæro quid si exequutor.

- ¶ Verum, illud est hac in controuersia adnotandum, capta possessione corporali beneficij, aut dignitatis in ipsa ecclesia, cuius titulum & nomē dignitas habet, censerī apprehensam, & captam possessionem omnium rerum ad beneficium vel dignitatem pertinentium, secundum Bar. & Areti. in l. cum hæredes. ff. de acquiren. possessio. in princip. Ancharra. in regul. sine possessione. colum. 18. de regu. iur. Abb. in capit. cum super. colum. 4. de caus. poss. & propriet. Bertachi. de episcopo. 3. libro. 1. part. quæstio. 56. & Lambert. de iure patrona. secundo libro. 3. part. quæst. 11. artic. 9. nam ecclesia licet paltore vacet, possidet tamē omnia bona ad dignitatem pertinentia, auctore Innocen. in cap. ex parte. de arbit. & in dict. capi. cum super. idem in cap. cū in officijs. de testamē. Barto. & alij in l. prima. §. vlt. ff. de acquiren. posses. optimus text. in l. iubemus. in fine. C. de factof. eccles. & in l. raptores. C. de episco. & cleric. Non tamen sufficit accipere, nec apprehendere possessionem corporalem vnius rei ex pluribus quæ ipsius beneficij, vel dignitatis sunt, etiam si nomine aliarum rerum apprehendatur possessio, vt & reliquarum possessio adquisita censeatur. quod colligitur ex dicta. l. cum hæredes. & his, quæ inibi traduntur: & in specie tenent. Dinius in reg. prima. de reg. iur. quæstio. 4. Anchar. in dict. reg. sine possessione. colum. 19. Abb. in dicto cap. cum aliquibus. de re iud. 2. col. Ioan. Andre. & Franc. in dict. reg. 1. licet contrarium tenuerint Innoc. in cap. in literis. de rest. spoliat. & Rot. noua. 277. in quo cauendum est à Nicolao Bero. rio, qui in additionibus ad Dinum, dict. quæst. 4. falso plures authores retulit ad huius opinionis examen.

Ex capite sequenti.

- 1 Emptor rei aliena scienter, quamque scit venditoris non esse, ea euicta poterit ad pretiū agere.
- 2 Intell. ad tex. in l. emptorē. §. vlt. ff. de euictio. emp. in l. qui libertatis. ff. de euictio.
- 3 Venditori, etiam scienti denuncianda est litis quæstio: & quidem sollemniter.
- 4 Ecclesia an constituat debitorem in mora, sine interpellatione? & inibi intell. capit. potuit. de locato.
- 5 Iuramentum appositum venditioni efficit, vt venditori scienti non sit necessario denuncianda litis quæstio.

- 6 Venditor tenebitur de euictioe, etiā nō denūciata lite, modo emptor probet iustitiā euicentis.
- 7 Venditor promittens euictionem quocunq; casu, & modo fuerit res euicta, tenebitur de euictione etiam in casibus quibus alioqui non teneretur.
- 8 Quo tempore fieri debeat denūciatio litis motæ.
- 9 Emptoris contumacia quando priuet eum iure & actione euictionis.
- 10 Sententia contra emptorem lata per imprudētiā iudicis: non nocet venditori.

Euictionis materia ad Gregorianæ constitutionis interpretationem expenditur. Cap. 17.



Si vendita, res legitime fuerit euicta, regulariter aduersus venditorem de euictione datur emptori actio, vt pretiū restituatur cum omnibus damnis: cumq; omni eo quod emptoris interlit, rem venditam euictam non fuisse. l. non dubitatur. l. licum. quæstio. C. de euictio. l. renetur. §. si tibi iter. & §. vlt. ff. de actio. empr. l. venditor. & l. euicta re. ff. de euictionib. Frequētissimē tamen hæc regula fallit: nā quadraginta casus, in quibus emptor non potest agere de euictione cōmemorat Martij. Afflicti. in rubri. quibus mod. feud. amitt. §. rursus, si fideles. nume. 16. quorum præcipuos cōpendio quodam elegati explicat Gregorius Nopu. cap. vlti. de emptio. Si venditori, inquit post institutū contra se iudiciū quis omiserit, vt rem venditam sibi defenderet, nunciare: vel contumaciter absit tempore sententiæ promulgatæ, seu per iniuriam sententia lata fuit, de euictione iuxta legitimas sanctiones agere non valebit. cui constitutioni cōuenit Regia. l. 36. titu. 5. part. 5. eius autem examini libenter præmittā, emptorē rei alienæ, quam tempore contractus scit alienam esse, nō ipsius venditoris, nec ab eo vendi posse, habere nihilominus, si euictio sequuta fuerit, aduersus venditorē actionē ad repetendum pretiū, quod dederit: licet non habeat ordinariā de euictione actionem ad dāna, ad rei euictæ æstimationem, nec in id, quod eius interest, propter malam fidem, & scientiam rei alienæ. quod Areti. adnotauit, asseuerans communi omnium iudicio. recte

prum esse in. l. si aliquam rem. ff. de adq. poss. in me. §. cui ad stipulatur primò tex. i. l. vlt. §. vlti. C. commu. de legat. qui secundum receptam interpretationem probat, emptorē, qui fundum subiectum restitutioni vel fideicommissio scienter emerit & meliorauerit, illo euicto habere actionem tantummodo ad pretium: non ad meliorationes: nec ad duplam, etiam si eius præcesserit stipulatio. Ea verò constitutio, vt & hoc obiter admoneā, procedit, & obtinet inter emptorem, & venditorem: non autem loquitur inter emptorem, & euicentem. non enim excludit emptorē à consequutione, & recuperatione meliorationum respectu euicentis, ad quem meliorationes perueniunt sine causa: imò poterit emptor eas meliorationes retinere, aut deducere, vel repetere secundū distinctionē, quæ in impensis factis à malè fidei possessore, vel i re subiecta restitutioni, traditur in. l. domos. ff. de lega. i. l. in fundo. ff. de rei vend. l. domum. C. eod. tit. l. si in area. ff. de cond. l. ind. atq; ita in specie notat Carol. Moli: in consuet. Parisi. tit. i. §. i. glo. §. num. 76. constat igitur, non impedire malā fidem emptoris, quin pretium datum venditori repeti possit, si res fuerit euicta, ad idem secundò facit text. insignis in. l. emptorem: §. vlt. vers. ibidem aut. ff. de actionibus empt. Ex quo palam deducitur, etiam in contractu venditionis ea lege dicta, quòd venditor quocunq; casu nihil euictionis nomine præstare teneatur: posse adhuc emptorem re euicta ad pretiū agere, quod glof. verb. conuentionibus. Paul. de Castro, & Docto. ibi tenuerunt. & Bald. in. l. i. colum. vlt. C. de peri. & commo. rei vendit. quòd sane verum est, vbi in genere euictio excipitur: ac si ita conuentum sit, vt venditor non teneatur de euictione, si res emptæ euicta fuerit à Titio, vel ex causa libertatis, secus erit: quia nec ad pretium agere poterit emptor: quemadmodum voluerūt glof. Fulgosi. Angelus, Salycet. & Balb. in. l. qui libertatis. ff. de euictionib. Ludouic. Romanus in singula. 382. Paul. Castrensis in dict. l. emptorem. §. vlt. Bald. & Salycet. in. l. i. C. de peri. & com. rei vend. colum. vlti. Hippoo. in singul. 656. Antoni. Burg. in capit. vltim. nume. 15. de empt. & vendit. Matthæ. Afiliēt. in dict. §. rursus. nume. 32. & Angel. Arerit. in. §. actionum. numero. 22. Instit. de actioni. ea ratione, quòd vbi in genere venditor exceperit, se nolle obligari, nec teneri de euictione: non potuerit emptor certus esse de causa euictionis, nec de iure, quòd alteri ad rem venditam competere poterat: vnde æquum non est nec iure consonum, quòd tunc pretium amittat: Quòd si in specie certæ euictionis causa excipiat: tunc culpæ emptoris tribuendum

est si prius quàm emit non adhibuit diligentiam quæ necessaria erat ad inquirendam & inuestigandam euictionis certitudinem: & ea ratione nec pretium petere poterit reeuicta: sicuti Bald. scribit in dicta. l. qui libertatis. quo in loco Odo-fredus hanc sententiam probat, quoties in specie titulum, & causam euictionis venditor exceperit, ita quidem vt non sufficiat ad pretium amittendum exceptio causæ alicuius generaliter expressa nempe libertatis: nisi & in specie excipiat causæ & tituli nomen: scilicet libertatis ex titulo testamenti Sempronij. Ego non diffiteor hanc opinionem Accursij communem esse, eam tamen censeo satis dubiam, & omnino, vt liberè loquar, falsam esse. Primū etenim ea sententia non probatur in dict. l. qui libertatis, quòd apertissimè constat. Deinde iniquum est, quòd apud venditorem maneat pretium rei venditæ, cuius ipse nec dominium, nec vllum ius habuit, nec ratione commutationis in emptorem transiit, idque, iustitiæ commutatiuæ refragatur: nec licet venditorem locupletari cum emptoris iactura. Præterea, quòd venditor teneatur, & cogendus sit pretium restituere præter illius æquitatis rationem, cuius meminit iuriconsultus in l. si me & Titium. ff. si cer. peta. l. nam hoc natura. ff. de cond. inde. l. plane. §. sed benignius. ff. de petit. hered. pbatur, quia vel pretiū istud pertinet ad venditorē, potestq; ab eo retineri iure venditionis, & cōtractus cōmutationis rei & pretij: vel causa donationis saltem præsumptæ: aut in pœnam emptoris re alienā scienter & mala fide emittis, nulla harū causarū in hac specie sufficiens est, igitur pretium inique à venditore retinetur: & iustissimè est emptori reddendum. Prima quidē causa manifesta deficit eo, quòd eum res vendita fuerit aliena & ab emptore emittā, nec transferit in eius dominium iure commutationis: venditor eo titulo pretiū habere nequit. Secūda causa satis debilis est: eum donatio minimè sit præsumenda: vbi alia tractatur causa: scilicet commutatio rei, & pretij. Tertia item nō probatur iure: nec enim sequitur: consensu emptoris fuit excepta specialis euictionis causa: ergo emptor sciuit rem alienam esse, & habuit malam fidem. potuit sanè cogitare & existimasse nihil periculi sibi ex euictionis causa, quæ excepta fuit, imminere: & idem consensit exceptioni minimè ex alijs causis venditorem liberans ab euictionis obligatione. Erit tandem satis, venditorem ratione illius causæ exceptæ immunem fore ab actione euictionis, quo ad damna, rei æstimationem, & eius quòd intererit emptoris, absque eo, quòd etiam libertas sit à redditione pretij: cum id nulla ex causa apud

sa apud seretineat. & tamen tenebitur euictionis actione omnino in id, quod interest rem euictam non fuisse, si ex alia causa fuerit ab emptore iuste ablata, & euicta. huius sententiae aduersus communem, authorem adduco. Alberi. qui vnicoverbo in dict. l. qui libertas. eam tribuit glos. ibidem. Forfan equidem aliquot Codicibus ita fuit scripta Accursij interpretatio, vt hanc potius quam priorē opinionem probaret. Nam; & Fulgosi. in eadem. l. qui libertatis. ægrè tulit quòd quibusdā visum fuerit, Accursium posteriorem sententiā tenuisse: sic & Odofredus primam opinionem Ioanni, non Accursio adseribit.

Ad eam quæstionem, à qua digressus sum, rediens, etiam existimo Aretinum errasse: cum & eius opinio, nec communis sit, nec vera. Constat namq; emptorem rei alienæ cum malafide, & certa rei alienæ scientia non posse de euictione etiā ad pretium agere. id probat tex. expressus in. l. si fundum. C. de euictioni. notant Iason & alij in. l. vlt. §. vlt. C. commun. de legat. Ioan. Lupi in rub. de donat. §. 65. numer. 53. optimus tex. in. l. 21. titulo. 8. part. quinta, facit tex. in. l. si fratres. C. com. vtri. iudic. de eustamen intellectu omnino legendi sunt Bart. Bald. & Docto. ibidem, non obstat text. in. d. l. vlt. §. vlti. C. com. de legat. quia in ea cõstitutione non fuit empta res aliena simpliciter: sed res venditoris, subiecta tamen restitutioni, & fideicommissio: & nihilominus duo inibi statuuntur specialia. Primum quòd emens eā rem scienter, agere possit ad pretium, etiā nulla apposita stipulatione. Secundum quòd etiam si apponatur promissio, & stipulatio euictionis non possit emptor re euicta agere de euictione: nisi ad pretium tantum: quemadmodum Doctor. in eo. §. vltim. tradiderunt. Item non obest text. in dicta. l. emptorem. §. vlti. nam ibi emptor non habuit malam fidem, nec scientiam rei alienæ, etiā si consenserit legi dictæ à venditore, qui ita conuentionem inierit, vt de euictione minime teneretur. atq; ita hanc quæstionem definiūt Doct. ibi Bald. & alij in. l. si familiar, colū. 2. C. fam. l. heretic.

Deducitur tandem ex Gregoriana constitutione primus casus quo non tenetur venditor de euictione: scilicet cum emptor litem sibi motam eidem venditori, vt eum defenderet, minime denunciauerit. id probatur in. l. 1. C. de peri. & cõ. rei vlt. l. emptor. C. de euictio. Reg. l. 36. tit. 5. pt. 5. quæ quidē cõclusio aliquot habet interpretationes, quarum præcipuas breuiter attingam.

Primò sanè hoc procedit, & obtinet, etiam si venditor sciuerit, litem fuisse motam emptori super re vendita: nam adhuc, vt ipse teneatur de

euictione, erit necessaria denunciatio. Etenim cū denunciatio exigitur solum ad scientiam simplicem: non est ea necessaria, nec oportet vt scienti fiat. regu. eum qui certus. de reg. iur. at vbi denunciatio requiritur: non ad simplicem scientiam, sed vt sciens aliquid faciat, tunc semper necessarium est, quòd etiam scienti denunciatio fiat. l. denunciafle. §. quid ergo. ff. de adulte. qua ratione Bart. ibi in specie euictionis hanc opinionem tenet. idē Bart. in. l. non solum. §. morte. num. 51. ff. de noui oper. nunci. Abb. & alij in dict. c. vlti. quorū sententiā sequuntur dicētes eam esse cõmunem Feli. in cap. cum. M. num. 65. Ripa. num. 166. de cõstit. Deci. conf. 74. colum. 2. Anto. Burgenf. in dic. ca. vltimo. colum. 3. & nouiores in dict. §. morte.

Secundò non sufficit denūciatio simplex: imò & ea fieri debet cum protestatione, & requisitione venditori præmissa: vt liti motæ adfistat, causamq; defendat. text. optimus in dict. cap. vlti. & in dict. l. 1. C. de peri. & commo. rei vendi. gl. vlti. in cle. causam. de electio. & ibi. Abb. Bar. in dict. §. morte. num. 51. & ibi Roma. nume. 11. idē Bar. in dict. l. denunciafle. §. 1. notat Alciat. in. l. de testatio. col. 13. ff. de verborū signifi. & est communis opinio secundum Feli. in dict. c. cum. M. num. 64. & ibi Ripam nume. 165. Anto. Rube. in dict. §. morte. num. 677. & Burgenf. in dict. cap. vltimo. col. 3. quæ probatur expressim alia & sequenti huius quæstionis interpretatione.

Tertiò adhuc non sufficit scientia venditoris: imò nec denunciatio simplex nec solennis cum requisitione: sed requiritur quòd ea denunciatio fiat venditori cum ipsius libelli, & citationis testimonio, vt ipse venditor ex publica fide instruat ad eius defensionem. hoc deducitur à gloss. in dict. clem. causam. de elect. quam sequuntur: inibi Cardin. & Doctor. Feli. in cap. cum contingat. de rescript. cõclusioe. 6. Bar. in dict. §. morte. nu. 48. & ibi Alexā. num. 41. & Iason nume. 38. post Roma. nam. 12. Feli. in dict. cap. cū. M. num. 63. & Ripa nume. 163. ex quibus, & his, qui ab eis citantur apparet, hanc opinionē magis communē esse: & ideo seruandā fore in praxi: tamen si Imola in dict. cap. vlti. & ibi Barbat. quos quidā alij sequuntur: contenderint, nō esse præcisè necessariā etiā simplicem denūciationē quoties ipse venditor sciuerit litem motam fuisse emptori. quod sensit Accursius in dicta. l. emptor. C. de euictioni. quo in loco Docto. priorē sententiā sequuntur. Ego vero etiam si tertiā hanc conclusionē verā esse contendā: non tamē omnino admitto secundā interpretationē: imò censo sufficere solennē denūciationē ab emptore cum publico propositæ actionis testimonio factam venditori, etiam si expressim is

simis requisitus non fuerit, vt emptorem defendat. quod tenent Bald. & Salyc. in. l. 1. C. de peri. & com. rei vend. Iason in. d. §. morte. nume. 39. & ibi Alexan. nu. 45. Anto. Burg. in dict. c. vl. nu. 4.

Quartò illud maximè controuersum est, an prædicta denunciatio sit necessaria cum emptor aut minor est, aut ecclesia. Nam in minore constat, eam necessariam non esse: imò satis esse, vt venditor sciat litem minori motam fuisse: cum minor absq; interpellatione constituit debitorem in mora. tex. in. l. in minorum. C. in quib. cas. in integ. nō est rest. necess. Idem in Ecclesia dicēdū esse, quibusdam placuit ex eo, quod minor, & ecclesia æquiparentur à iure. cap. 1. capit. auditis. & ibi. glo. verb. minoris. de in integ. rest. gl. in. l. respublica. verb. solet. & ibi Bart. C. ex qui. caus. maior. Idem constat auctoritate glos. in. §. ex maleficijs. verb. in iudicium. de actioni. quam sequuntur ibi Iason nume. 3. & Gomeci. nume. 49. post Nicola. Neapolita. q. 17. Ioan. Fabrum, & Angel. Areti. ibi. & Roma. singula. 116. ex ea adnotantes, fauore ecclesie, sicut & minorum constitui debitorem in mora absq; interpellatione. idem tenet Imola in capit. breui. de iure iur. Alex. in. l. quod te mihi. colum. 3. ff. si cert. pet. num. 8. Mathetila. notab. 44. Bald. in. l. 1. C. de peric. & commo. rei vend. Purpurat. in dict. l. quod te mihi. nume. 95. Roma. in dict. §. morte. numer. 10. & ibi Rubeus nume. 711. Roma. in. l. si ex legati causa. numer. 9. ff. de verbo. obli. & ibi Areti. numer. 6. Dicitur à Segura numer. 189. Bald. in auth. hoc amplius. 3. colum. C. de fideicom. numer. 16. & ibi Iason col. 3. atq; ita in hac specie de euitione tenent, ecclesiani posse agere aduersus venditorem, qui sciuit litem motam fuisse, si res euita fuerit, etiā absq; vlla denunciatōe. Bald. in dict. l. 1. C. de peri. & commo. rei vendi. Roma. nu. 10. & Rubeus num. 711. In dict. §. morte. quorum opinio palam probatur ex dict. glo. in. §. ex maleficijs. quæ communis omnium consensu recepta videtur. Sed contrariam sententiam in hac proposita quæstione probarunt Barb. & Anto. Burg. in dict. capit. vlt. de emptio. num. 9. qui præsertim conantur euetere conclusionem, quæ dicitur à ximius à glo. in dict. §. ex maleficijs. Primò per tex. in cap. breui. de iure iur. qui insinuat, necessariam fore interpellationem, vt ecclesie debitor constituatur in mora. Secūdo adducitur tex. in cap. potuit. de locat. vbi præmittitur, non potuisse constitui in mora ecclesie emphyteutam sine interpellatione, nisi contractus, & pensionis solutio diem certum constitutum haberet. Deinde & tertio Antoni. Burgensis censet glos. in dicto. §. ex maleficijs. veram

esse quo ad ea, quæ in testamentis ecclesie relinquuntur: hocque probat auctoritate Bald. in. l. 1. C. de sacros. eccles. in repe. nu. 47. & Feli. in capi. licet Hely. de Simo. nume. 4. Quæ quidem minime obstant communi omnium sententia. Nam licet Romanus Pontifex in dict. cap. breui. ex facto, quod ita cōtigit, meminerit interpellationis: non ex hoc censet, eam fuisse necessariam: imò etiā absq; interpellatione saltē ratione iuramenti, foret debitor in specie illius tex. cōstitutus in mora, secūdum Ioan. Andre. Abb. Imol. & alios ibi: quoties ex tacita lege conuentionis, & eius natura cōpertum esset debitori, ecclesiam eius auxilio, quod is præstare promiserat, indigere. quæ intellectum ad illum tex. etiam probauerunt Iason. l. quod te mihi. nu. 22. & ibi Purpu. nu. 97. ff. si cert. pet. Areti. in dict. l. si ex legati causa. num. 6. idem consi. 150. col. 4. & in. l. ita stipulatus. col. 8. ff. de verborum obligat. & est communis opinio secūdum Deci. in dicta. l. quod te. nu. 11. atq; ita iuxta præmissam interpretationem illa decisio non ob erit prior sententia.

Multò minus præiudicat text. in dict. capi. potuit. ex quo solum colligitur, emphyteutam ecclesie non aliter in mora constitui, quàm si per biennium cessauerit à solutioe pensionis. Nec tamen ex hoc necessario infertur: nunquam ecclesie debitores in mora constitui nisi per interpellationem, aut per lapsum diei: hoc etenim nō sequitur ex primo. Nam requiritur biennij transcursus: quia is dies ad pœnam commissi, quæ legalis est, à lege fuit constitutus. Vnde liberum erit non obstante ea decisione, tractare, an non apposito die, cōmittatur mora irregularis absque interpellatione in ecclesie fauorem: sicut item cōmittitur in fauorem minorum. Item alia ratione non oberit tex. in dicto capitu. potuit. quia in eo agitur de committenda pœna in ecclesie commodum, non de committenda mora quo ad soluendum Ecclesie interesse. Siquidem Ecclesie benignitate quadam satis est, quod exigat id, cuius interest: pœnam autem non ita faciliter debet obtinere, nec petere. cap. suam. de pœnis. tradidi ipse libro secūdo harum resolutionum. cap. septimo. numero primo. Et probatur in eodem capitu. potuit. vbi datur locus purgationi moræ, etiam si dies, & pœna apposita fuerint cōtractui: idq; obtinet ea ratione quod tractetur de pœna in fauorem Ecclesie à priuatis exigenda: cum Ecclesia benignitate vti debeat: itaq; asserunt eum text. intelligēdum esse, vt in Ecclesiastica emphyteusi sit speciale. Iason in. l. 2. C. de iure emphyte. quæstio. 29. numero. 80. Angel. & Imola. in. l. si in salam. ff. de verb. obligatio. vbi Ripa numero. 37. & 51.

Variarum Resolutionum

& .51. inquit, hanc opinionem communem esse. idem notat Imola in dicto cap. potuit. Hostiens. in titu. de arbitris. §. qualiter constituitur. versic. sed nunquid. Cùm alioqui vbicunq; est dies & pœna, etiam à lege imposita, locus non sit purgationi moræ: quemadmodū tenent Angelus, Imo. Alexand. & Claud. numero. 23. in dicta. l. si insulam. sensit Bartol. ibidem. 4. oppo. primæ partis. vbi scribit ex. l. 2. C. de iure emphy. nō esse locū purgationi moræ, & tamen inibi adest cōtractui pœna legalis cum die itidem dato à lege. & quanuis Bal. in. l. cū allegas. 6. oppo. C. de vsur. quem defendit Gomecius in. §. actionum, de actio. colūna secunda, velit, esse admittendam purgationem moræ, vbi adsit dies & pœna in cōtractibus bonæ fidei: censetq; idem Bald. alibi omnes cōtractus iure Pontificio esse bonæ fidei: hocque nomine censendos fore: quia tamen apud me vtrunq; maximam dubitationem habet: ac planè falsum sit: quod hoc in loco examinare non vacat: tradunt latè Iason in. l. & si pōst tres. colū. vltima. ff. si quis caut. idem Iason & Ripa numer. 43. in dicta. l. si insulam. post Imol. & Alexand. ibidem: mihi verior ratio decidendi ad capit. potuit. apparet ea, quam communi sententia probatam esse diximus. Regia verò lex. 28. titulo octauo, part. quinta. etiam in emphyteusi priuata, & in foro seculari admisit, ac recepit iuris Pontificij constitutionem. addit tamen moram purgari posse intra decem dies à lapsu biennij, aut triennij: quod tempus iure communi arbitrio iudicis definiendum erat: ex gloss. in dicto capitu. potuit. quam sequuntur ibi Abbas & alij: ac Iason in dicta lege secunda. quæstio. 30. Ex quibus falsum videtur quod responderunt Bartholomæus Cæpola cautel. 208. Deci. consilio. 140. col. tertia. idem consilio. 138. columna secunda. & Castellia. Cotta, dictione, Emphyteuta non soluendo. existimantes, moram ab emphyteuta etiam celeri satisfactione purgari non posse, vbi dominus statim ante purgationem moræ protestetur adhuc absente emphyteuta, quod non vult, eum amplius habere emphyteusim illā: imò seipsum omninò rem iure cōmissi aduocare. Est etenim dura nimis hæc sententia, nec conueniens æquitati, qua hac in re iura ipsa vtuntur. Quoties autem dixi, non esse locum purgationi moræ vbi adest dies, & pœna legalis: intelligo legalem pœnam, non interesse: nam id vera pœna non est, sed propriam pœnam, quæ non sit contrahentium interesse. Fit igitur ex his, minimè suffragari Barb. nec Antonio Burgenfi text. in dicto capitulo. potuit.

Vltimò parum vrget interpretatio Burgenfis

ad gloss. in dicto. §. ex maleficijs. quia ea falsa est. Nam hac in re vltimæ voluntates, & testamenta paria sunt cōtractibus bonæ fidei. text. est in dict. l. in minorum. cuius præter Docto. ibi meminere Bartol. in. l. si cū te. ff. de pact. columna. 1. & Iason in dicto. §. actionum. numero. 5. Vnde constat opinionem Bal. in dict. l. 1. C. de peri. & comrei vendit. in fauorem Ecclesiæ admittendam esse: præsertim quod vbi venditor sciuerit litem motam fuisse Ecclesiæ, eo ipso intelligit, Ecclesiam indigere eius auxilio ad defensionem litis: & ideo ex hoc venditor quodam iure speciali requisitus censetur, & vt liti adsistat tacite interpellatus.

Quintò sufficiens est simplex scientia venditoris, vt is conueniri possit euictionis actio: si ipse venditor iuramento præstito contractum venditionis ingerit, hoc etenim ratione, & vi iuramenti effectum est: quod non sit necessaria denuntiatio: nec requiratur interpellatio ad constituendum debitorem in mora: quod in genere tenent Ioan. Andre. & Abb. in dict. cap. breui. Imol. ibidem & alij, quos citauit paulò antè in responsione ad text. in dicto cap. breui. dum tenui, etiam absq; interpellatione, illius Capituli responsionem obtinere. Et in hac specie, & materia euictionis hanc opinionem probant ex dicta ratione Alexand. in. l. 2. §. voluntatem. colum. penult. ff. solut. matri. nume. 16. Barb. in cap. vltim. de empt. & vendi. vers. Quinto. & ibi Anton. Burgenf. num. 11. Claudius in dict. §. morte. nume. 202. & ibi Antonius Rubeus nume. 687. Ioan. Lupi in capitul. per vestras. de donatio. inter vir. & vxor. §. vltimo num. 31. Purpura. in dict. l. quod te mihi. num. 92. & quanuis Alex. in dict. l. quod te. num. 8. reprobet sententiam Ioan. Andre. & aliorum in dicto cap. breui. ea tamen frequentiori omnium consensu recepta maximam præbet huic opinioni auctoritatem, vt idem Alex. fatetur in dict. §. voluntatem. Nec quidquam oberit, quod iuramentum contractui appositum ipsius contractus naturam, & legem sortitur, & obtinet. l. vltim. C. de non num. pecu. l. vlt. ff. de libera. caus. cap. quem admodum. de iure iur. & de natura huius contractus est, quod venditori sit denunciandum litem motam fuisse emptori, vt is teneatur de euictione, sicuti probatum est. Nam & si sciam naturale esse huic contractui, quod venditor teneatur de euictione: quod tamen denuncianda sit ei sciētī litis quæstio, hoc non existimo esse naturale, nec proprium huius contractus: sed generale, & omnibus alijs conueniens ad moræ constitutionem atq; item accidentale: nempe vt hoc requiratur regulariter attento rei statu, & eius qualitatibus.

bus. Etenim non opinor hanc denunciationem, quæ sciēti fieri debet, esse naturalem. quod colligo ex notatis per Bal. in l. 1. col. 1. C. commodat. licet interpellatio de natura cuiusq; contractus sit ad constituendum in mora debitorem, quoties ipse debitor inscius est, atq; ignorat creditoris necessitatem. At iuramentum sortitur naturam contractus, cui accedit, primordiale[m] quidem, non accidentalem, sicuti communiter receptum est ex glos. in l. certi conditio. in princ. ff. si cert. pet. 21 g. l. item veniunt. §. cū prædiximus. ff. de pet. h. hered. Bal. in cap. vlti. columna. 3. de iure iur. idem Bal. in l. vna. §. Sed si non. C. de rei vxo. actio. ex quibus mihi placet, denunciationē non esse necessariam. quoties venditor sciuerit, litem motam fuisse emptori, & ipse venditor iuramento prælitto: in contractu venditionis promiserit in specie se defensurum emptorem, si quæstio mota super re emptæ fuerit: sicuti præmittūt omnes, quibus hæc sententia placuit. Alioqui si venditor simpliciter iuramentum prælitterit, iuraueritq; in genere contractum ipsum venditionis: forsitan erit necessaria denuntiatio: ac tunc iuramentum hoc generale, contractus ipsius leges, & conditiones habebit, quod est maturius considerandum: siquidem Alexan. in dict. l. quod te. nume. 8. omnino reprobatur eam opinionem, qua assertum est ratione iuramenti moram contrahi & committi absq; interpellatione.

Sexto: quanuis aliàs emptor iure ordinario agere non possit de euictione aduersus venditorem, cui non denunciauerit litem quæstionem: nihilominus eadem euictionis actio obtinebit, & poterit contra venditorem proponi, etiam non facta denunciatione, alijsque omisis solennitatibus: modò emptor ipse probet iure ab eo rem euictam fuisse: onusque suscipiat probandi iustitiam euicentis, nullumq; ius habuisse venditorem, quo posset rem illam videri. hoc probatur in l. emptorem. in princip. ff. de actio. empti. vbi hanc sententiam tenent Fulgosi. & Alberic. Bal. & Angel. in l. si cū quæstio. C. de euictio. Bar. Ange. & Paul. Castrenf. in l. atqui natura. §. cū me absente. ff. de negot. gest. Roma. & Alex. num. 46. in dict. §. morte. Alexan. conf. 63. num. 12. lib. 6. Claudi. in dict. §. morte. num. 101. & ibi Rubeus num. 735. Imol. num. 27. Barb. colum. 4. Antoni. Burgens. nume. 7. in dict. cap. vltimo. de emptio ne. lafon. in l. si domus. §. de euictione. ff. de leg. 1. colum. 2. Felin. in capi. cū olim. nume. 11. & in capit. cū Bartholdus. num. 24. de re iudic. Matthez. Afflict. decili. 49. Carol. Molinæ. in consue. Parisi. ritu. 1. §. 44. colum. penul. est communis opinio, sicuti apparet ex his, quos modò citauit:

quibus ad stipulatur gloss. in l. 2. verbo: absens. C. de contra. iud. tut. & quanuis gloss. in dict. l. emptorem. in princip. requirat denunciationem litem motæ, vt venditor teneatur de euictione, etiam si emptor agnouerit bonam fidem: nec vllum ius in re vendita competierit venditori. quam quidē gloss. sequuntur Bart. ibi, Alberic. in dicto. §. cū me absente. Angelus Aretin. in §. vlt. de emptio. Deci. consilio. 74. colū. 4. dicēs hanc opinionem communem esse: idem fatetur Gratus consilio. 157. lib. 1. tamen prior sententia potior est, emptore adsumente onus probandi iustitiam euicentis: posterior autem procedit cū emptor agnouit bonam fidem: eamq; agnitionē allegat agens de euictione, non tamen probat iustitiam euicentis: vel tandem quo ad simplicem actionem de euictione obtinebit prima opinio: secunda vero quo ad duplam: non enim ager emptor ad eā: nisi prius denunciauerit sollemniter litem motam venditori: etiam si postea probet iustitiam euicentis, secundum Imol. in dict. capi. vlti. num. 28. qui nō ita indistinctē hoc tradit: sed eo casu, quo emptor non expectata sententia rem restituit agnoscens bonam fidem. text. optimus in l. habere licere. ff. de euictio. explicat Anton. Rubeus in dicto. §. morte. nume. 736. requiritur etenim sententia, vt ad duplam agi possit. quanuis ex Imola, quidam contrarium adnotauerint. & Fulgosi. in l. si ideō. ff. de euictio. hanc distinctionem probet dicens, actionem ad duplam præcise iure conditionis exigere semper denunciationem. Sic sanē iuxta priorem opinionem, emptor, qui sententia iudicis rem restituit, ager de euictione ad duplam quanuis non denunciauerit item venditori, si probet ius euicentis, iustæque sententiam latam fuisse, nec venditori vllum ius in ea re cōpetere, quo sit omninō falsum esse quod scribit Aymon consil. 73. numero sexto. idem consil. 179. numero sexto. existimans in hac quæstione, venditorem conuentum actione euictionis ab emptore, qui allegat non fuisse necessariam interpellationem, nec denunciationem quia venditoris nō intereat, condemnandum fore, nisi venditor ipse ostendat, & probet, quod si fuisset interpellatus potuisset seipsum defendere: itaque onus probandi incumbit venditori secundū eum, qui ad hoc citat Imol. in cap. vltim. de empt. & vendit. num. 28. Alexan. in dict. §. morte. nu. 47. à quibus hoc ipsum adnotauit Anto. Burgens. in dict. cap. vlti. nu. 6. qui eam opinionē optimè improbat: siquidem emptor ipse, qui non denunciauit, probare omninō tenetur iustitiā euicentis, etiā si venditor alleget, quod potuisset rem defendere, si ei denunciata fuisset lis. idem expressim notat Carolus Molinæ.

Molinæ. in dict. Alexand. consil. 63. Nec Imol. aut Alexand. refragantur: qui tantū constituunt differētiam, an emptor agnouerit bonam fidem ante sentētiam, vel post iudicis condemnationem. Priori nanq; casu etiam si denūciauerit emptor litem vēditori, tenebitur probare iustitiam euincētis: at si denunciatio præcesserit: & sequuta fuerit sententia, non incumbet onus probationis huius emptori: quod si denūciatio prætermissa fuerit & emptor litem ad sententiam vsq; defenderit, tenebitur quidem venditor de euictione. secundum Imol. si nihil allegauerit nec ostenderit contra ius euincētis, ostendere autem venditor videtur aliquid cōtra ius euincētis eo ipso, quod emptor ius euincētis minimè probauerit: cum sit iuris præsumptio in fauorem vēditoris, quod si ei fuisset denūciata lis, seipsum defenderet: atq; ita sunt Imolæ verba interpretanda: quod manifestissimum erit si animaduertamus eūdem Imolam paulò antè palam tenuisse duo fore necessaria, vt emptor sit immunis ab onere probandi iustitiam euincētis: primum quod denūciat litem venditori: secundum quod ante sententiam non restituat rem venditam: imò iudicium ipsum expectet, quo cogatur rēpetitori tradere: igitur ex Imola constat, incumbere emptori onus probandi iustitiam euincētis duobus casibus: primo cū etiam denūciatione præmissa rem restituerit ante sententiam: secundo si & sententiam expecta uerit, nec prius bonam fidem agnouerit, & tamē litem venditori non denuntiauerit. eandem sententiam, quā hic probamus, tenuit Anto. Rube. in dict. §. morte. num. 739. licēt ipse contrariam si cur & alij ex Imola & Alexand. deduxerit, & ea ratione ab eis discesserit.

Septimò dubium est, an venditore promittēte de euictione quocūq; modo res euincatur: teneatur ipse venditor de euictione etiam si non fuerit facta eidem litis motæ denunciatio? & profectò apparet ita respondendum fore, vt equidem venditor de euictione teneatur: & id probatur auctoritate glo. in l. cum pœna. ff. de arbit. quo in loco Accursius scribit, promissione de euictione in hunc modum facta, quod venditor de ea teneatur quomodocūq; res fuerit euicta, venditorem teneri etiam re euicta per sententiam arbitri, in quem sponte causam emptor compromisit: tamen si alioqui re euicta per sentētiam arbitri, etiā denunciatione facta legitimè ipsi vēditori: locus non est euictionis actioni. l. si dictum. §. si cōpromisero. ff. de euictioni. Regia. l. 36. titulo. 5. part. 5, eandem sententiam Accursij sequuntur Bald. ibi Alexand. in l. filius à patre. §. vltim. ff. de liber. & posth. Deci. in rubri. de prob. num. 12. Arcti. in l.

ex duobus. colum. 12. ff. de duob. reis. Alexand. consil. 4. lib. 3. Antoni. Burgen. in dict. cap. vltim. de emptio. numer. 14. Ange. Arcti. in §. vltim. de empt. Bald. Imol. Alexand. & alij in l. si domus. §. de euictione. ff. de legat. 1. Gozadi. consil. 1. num. 19. & consil. 14. num. 22. & consil. 63. num. 3. Tiraquellus, qui alios citat lib. 1. de retract. §. vltim. in fine. nume. 99. Soci. in l. quidam relegatus. ff. de rebus dub. num. 5. Curt. Iunior consil. 1. num. 2. quorum sententiam planè admittetrem, vbi vēditor absq; denuntiatione habuit scientiam motæ litis: vt tādē tunc etiam si emptor causam compromisisset: modo factum fuerit compromissum, vt arbitri secundum ius sententiam dicerent, venditor teneatur de euictione. Vnde idem esse: censeo quoties emptor per sententiam iudicis victus fuerit, hos etenim duos effectus operabitur generalis clausula, cuius meminit glo. in dict. l. cum pœna. Et præter hæc non ita facile tribui debet tanta vis prædictæ clausulæ: quod statim damnandus sit venditor de euictione in omnibus casibus quibus alioqui ea nō apposita minimè damnearetur. Nam & hæc clausulæ, & dictiones vniuersales limitantur, & restringuntur secundum naturam actus, cui attribuuntur. l. emancipati. & ibi Bart. ff. de adopt. glo. in l. promittendo. verbo, conditionis. ff. de iure doti. optimè Bal. in consilio, 67. colum. 2. libr. 3. scribit & ad hæc plura. Tiraquell, libro. 1. de retract. §. 1. glo. 7. numer. 26. sat etenim est his clausulis generalibus aliquem effectum tribuere: nec oportet eas ita extendere, quod iuri, & consensui contrahentium, præiudicium fiat. Hinc inferitur, etiam adiecta dicta clausula: si res fuerit euicta per sententiam arbitratorum, & amicabilium, vt aiunt, compositorum, in quos emptor compromisit: venditorem non posse de euictione cōueniri. Item deducitur, venditorem itidem minimè teneri de euictione, quoties res fuerit euicta per sententiam iudicis, ipso venditore in scio, & ignorante: motam fuisse emptori litē & controuersiam super re emptæ: quanuis conuenient sit in contractu venditionis, quod venditor teneatur de euictione quocūq; modo fuerit res euicta. nam ea clausula intelligenda est vbi nulla culpa emptori tribui possit euictiōis sequutæ. Quod si contendat quis adhuc euictiōis actioni locum in his casibus esse: saltem id obtinebit, quo ad pretium rei venditæ: nō quo ad duplam, nec quo ad interese.

Octauò non est satis, quod denunciatur litis quæstio ab emptore venditori: vt is teneatur de euictione: nisi ea denunciatio facta fuerit legitimo, & congruo tempore: quo quidem adhuc venditor possit litem suscipere, & rem ipsam defendere,

sendere, nempè ante litis contestationem, secundum Henric. post Speculat. in dict. capi. ultimo. colū. 3. aut non nimis: iuxta sententiam text. in l. si rem. §. vltim. citatus à glos. in dict. capit. vlti. Id est ante testium publicationem prioris instantiæ: sicuti explicat Regia. l. 32. & 36. titu. 5. part. 5. Vnde Ioannes Igneus in l. propter veneni. §. vlt. ff. ad Syllani. num. 18. credit esse veriorē opinio nē, & tutiorem, quod isthæc denunciatio fiat ante conclusionem in causa. Addit tamen apud iuris vtriusq; interpretes magis receptum etiā in forensi examine hæctenus fuisse, sufficere denunciationem istam fieri etiam post sententiam in causa appellationis: modò eo tempore integra sint iura defensionis: possitque venditor seipsum & emptorem defendere: quemadmodum tradit glo. in l. si rem. §. quolibet. ff. de euitio. Ioan. Andre. Hostiens. Anton. & Imola colū. 2. in dict. cap. vltim.

Nonò venditor de euitio nō tenetur, etiam si fuerit sibi denunciata litis quæstio, si emptor litem prosequutus contumaciter absuit. tempore sententiæ. tex. in dict. cap. vlt. & in l. si ideo. in princ. ff. de euit. l. emptor. C. eod. titu. modò sententia lata fuerit contra emptorem propter eius contumaciam, & ex causa ipsius absentia: quod ab eisdem legibus, & decisionibus attenda earum ratione deducitur, & probatur in l. 36. titu. quinto. part. quinta. quo fit, vt si emptor dum causa discutitur fuerit præsens in iudicio, defensioneque diligenter allegauerit, ac iuxta proprias vires litem fuerit prosequutus ad conclusionem vsque ipsius causæ, licet tempore sententiæ absens fuerit & contumax: nihilominus erit locus actioni euitio nis cōtra venditorē: quia & si emptor præsens foret, parū eius præsentia efficeret eo tempore, quod nihil ab eo in examine causæ omissū fuit, quod eius commodo, & vtilitati cederet. Sic deniq; cēsent Bart. in l. si superatus. ff. de pignorib. num. 1. Sali. in l. 1. C. de peri. & commo. rei vedit. in fine. idem Salic. in l. emptor. C. de euitio. penultim. colum. Bald. in l. si ideo. ff. de euitio. Abba. in cap. in causis. colum. vlt. & in cap. penult. nume. 10. de re iudi. Feli. in capi. cum Bertholdus. num. 23. de re iudicat. qui hoc ipsum intelligit verum esse, nisi emptor ita fuisset verus contumax, vt propter eius contumaciam appellatio admittenda non sit, iuxta resolutionem glos. & Doctor. in clem. vnica. de dolo & cont. tenetur quidem emptor condemnatus ab ea sententiā appellare: quoties venditor tempore sententiæ absit à iudicio, & ipsa sententia est manifestè, aut euidenter apparet iniqua: quasi secus sit in dubio: dum ambiguum est, sit ne sententia iusta, an iniqua; et-

enim eo casu appellare non tenetur emptor: licet venditor absit, quod communi sententiā receptū est: ex glo. vlt. Bart. & alijs in §. Caia. & tamen si appellauerit, tenetur appellationem ipsam prosequi secundum gloss. ita intelligentem iuriconsulti responsū in l. Herennius. §. Caia. verb. veditore de euitio. Salycet. in l. si procuratorem. §. si ignorantes. ff. mandat. Imol. in dicto cap. vltim. columna. 4. Bart. in l. propter veneni. §. vltimo. ff. ad Syllan. Sed & si frequentiori Doctorum suffragio ita probatum, & obtentum sit ego arbitror, emptorem condemnatum ad rei venditiæ restitutionem debere omninò appellare, etiam eo casu, quo dubium sit de iustitia sententiæ: quia licet præsumendum sit pro sententiā iudicis, ea tamen præsumptio coram iudice appellationis admittit probationem in contrarium, quæ ratione, si venditor tempore sententiæ præsens non sit in iudicio, tenebitur emptor appellare. hoc probatur in dicto §. Caia. vbi hoc expressim tenet Bald. cui ad stipulatur Regia. l. 36. titu. quinto. part. quinta. quam opinionem existimo tutiorem, & veriorē esse, atque in foro admittendam fore. Imò etiam si ex actis processus apparet sententiā iudicis æquam, & iustam esse, adhuc consulere, & debere fieri censeo quòd ipse emptor appellet absente à iudicio venditore: forsan etenim in causa appellationis probabitur iustitia venditoris ex histestibus, & instrumentis, quæ non fuere producta, vel non potuere produci in iudicio coram iudice prioris instantiæ. l. per hanc. C. de tempo. appellat. capit. cum Ioannes. de fide instrument. quòd si iudex sententiā iniquam pronunciauerit per eius imprudentiam, aut iniuriam, & iniquitatem: tunc proculdubio appellare debet emptor etiam præsentem venditore: alioqui ea sententia emptori, nō venditori imputatur: sicuti glo. & Bald. in dict. §. Caia. existimarunt.

Decimò: quanuis emptor litem denūciauerit venditori: agere non poterit de euitio re euita per imprudentiam, errorem, aut iniquitatem iudicis. probat text. in l. si per imprudentiam. ff. de euitio. & in dict. cap. vltimo. cuius constitutionis ea est ratio, quòd imprudentia, & iniuria iudicis, casus fortuiti censentur. cap. vnico. de noua forma fidelit. ibi, iniuste, vel fortuito casu. At fortuiti casus contingentes post contractum venditionis emptori nō veditori nocent. l. 1. C. de pericul. & commo. rei vendi. §. cum autem. Institu. de emptio. Ex quo primò inferitur, nihil referre, nec interesse quòd in hac controuersia emptori mota lata fuerit sententia per imprudentiam, errorem, aut iniuriam iudicis contra ipsum emptorem,

rem, an contra venditorem, qui litem suscepit simul cum emptore probat. text. in. l. secunda. §. Solet. ff. de hered. vel actio vendit. versicul. sin- autem. notat in hac specie Ioan. Igneus in dict. l. propter veneni. §. vltim. nume. secund. & quarto. quo quidem casu emptore absente appellare te- nebitur venditor, ex quo litem suscepit. Secundo hinc deducitur, lata sententia iniquè per impru- dentiam; aut iniuriam iudicis, adhuc venditorem teneri de euictione, si eius culpa sententia lata fue- rit in euicentis fauorem: quia probationes & iu- ra, quæ venditor ad defensionem habebat, no- luit vel omisit exhibere; & in iudicio producere. glos. in. l. exceptione. ff. de fideiussori. quam Do- ctores communiter approbant, secundum Ioan. Igne. in dict. §. vltim. numero. 24. Sed in hac spe- cie non dicitur sententia iniqua: imò potius erit iustissima, quippe quæ lata fuerit iuxta allega- ta, & probata: quod Bartol. admonet in dicta. l. exceptione. Diximus & nos in huius operis lib. primo. capit. primo. qua ratione aptius est huius illationis exemplum: cum iudex sententiam ini- quam tulerit ob inimicitiam venditoris, & vt ei inimico noceret, & ideo hæc iniuria non imputa- tur, nec nocet emptori: sicuti post alios tenet Imola in dicto capitu. vltim. colum. 4. argumen- to text. in. l. necessariò. ff. de peri. & com. rei ven. & l. si merces. §. culpæ. ff. locat. atque eorum, quæ tradit. Barto. in. l. stipulatio ista. in princip. ff. de verb. obligatio. Hoc tamen admittendum erit, si inimicitia orta fuerit ante contractam venditio- nem: etenim inimicitia post contractum contin- gens, & eueniens venditori non nocet: nec ei im- putanda est iniuria, quæ emptori fiat ab eius ini- mico: quemadmodum notant hac in quæstione Salyce. in. l. vltim. C. de actio. empt. Romanus, & Alexand. in dict. l. Stipulatio ista. in princ. Caro. Ruinus consilio. 59. num. 14. libr. 4. optimus tex. in. l. Lucius. ff. de euictioni. Tertio apparet, ven- ditorem ab euictione liberum esse re euicta per imprudentiam, errorem, aut iniuriam iudicis: etiã si sententia lata fuerit absque vlla emptoris cul- pa, etiam si emptor in causâ, & iuris defensionibus omnium fuerit diligentissimus: etenim adhuc equincitur res vedita casu fortuito: & ideo emptori non venditori imputatur. glo. Barto. & Docto- res in dict. l. exceptione. Inol. Panor. & alij in di- cto cap. vltimo. vbi Antonius Burgè. nu. 14. post Imol. col. 4. fatetur hanc sententiam communem esse contra glos. in dicta. l. si per imprudentiam. Alia quidem circa interpretationem tex. in dict. cap. vlt. & præsertim circa euictionem rei vendi- tæ, quæ fiat iure retractus, legito inibi Burgèsem vltimo notabili. & Andreã Tiraque. lib. 1. de re

trac. §. 1. glo. 9. nu. 34. & §. vlt. in fine. nu. 97. & ibi dem. q. 6. & §. 12. glo. 1. nu. 6.

Ex capite sequenti.

- 1 *Res specialiter obligata sufficiens præsumitur ad debiti satisfactionem.*
- 2 *Prior creditor habens specialem, & generalem hypothecam, non potest in præiudicium poste- rioris creditoris vti generali hypothecâ nisi prius fiat excussio in speciali.*
- 3 *Dotalis hypotheca non est admittenda: nisi præmissa excussione, quam induxit rex. in Auth. hoc si debitor. De pignoribus.*
- 4 *Creditor, cui per sententiam iudicis est addicta res, vt eam obtineat iure hypothecæ, & pigno- ris, poterit iterum petere eiusdem rei iudicia- lem subhastationem.*

De creditore habente specia- lem simul & generalem hypo- thecam. Caput. XVIII.



PRior creditor & si pluribus vtroque iure priuilegijs mu- nitus sit aduersus postero- res creditores: si tamen ha- beat specialem aliqua in re hypothecâ, & item genera- lem in omnibus debitoris bonis: nõ poterit impedire posterioris creditoris hypothecam quo ad alias res debitoris, præter il- lam specialem: nec poterit aduersus posteriorem creditorem hypothecaria agere: nisi prius cõstet rem illam speciali hypotheca sibi obligatam nõ sufficere ad prioris debiti solutionem: quemad- modum sancitum est in. l. 2. de pignor. quem. text. dicit non esse alibi Bald. in cap. 2. de offi. legat. & Cremenfis in lingu. 53. Quæ quidem constitutio solet in praxim adeo frequenter incidere, vt non immeritò hoc in loco exponenda sit aliquot ex- plicitis interpretationibus.

Primò constat in hac specie, re specialiter obli- gatam præsumi sufficientem ad satisfaciendum priori creditori: nisi cõtrarium ab eo probatum fuerit: sicuti scribit glos. in dict. l. 2. verb. redigere. quam sequuntur Salycet. ibi. 1. opposit. Iason in princ. Inst. de actioib. nu. 94. Paul. Parisius cõsi. 50. num. 28. lib. 1. & Anto. Fanensis. 5. parte de pi- gnorib.

gnorib. mēbro. 2. ad finem. Ripa. in. l. priuilegia. num. 22. ff. de priuil. creditor.

Secundò ad eiusdem constitutionis intellectu obseruandum erit: parum, aut nihil referre, sit ne traditum pignus vel non, priori, aut posteriori creditori: vtroq; etenim casu obtinet, & admittenda est ea decisio secundum gloss. in dict. l. secunda in fine. quam omnes interpretes inibi expressim, vel tacite probant: & idem suadet ratio, quæ Cæsarem ipsum legislatorem mouit, vt statueret, non fore admittendum priorem creditorem habentem generalem: & specialem hypothecam aduersus posteriorem creditorem, nec impedire eiusdē posterioris creditoris hypothecariam actionem: nisi prius cōstet, rem priori creditori speciali signo, & nomine obligatam nō sufficere ad prioris debiti satisfactionem. hoc enim ea ratione constitutum est, quòd specialis hypothecæ prosequutio prætermitti non debeat in præiudicium secundi creditoris: & idem erit siue debitor ipse, siue extraneus, siue prior, aut posterior creditor res generaliter priori hypothecæ obligatas possideat: cum eadem sit vbique ratio. licet Fulgosi. in dicta. l. secunda, teneat, non esse lo eum illi decisione priore creditore possidente.

Tertiò eadem constitutio procedit, & obtinet, etiam quando posterior creditor habet generalem tantum hypothecam: nedum specialem & generalem simul, nec specialem tantum. Eadem est enim ratio vtroque: cum ipsa lex nolit priorem creditorem habentem specialem hypothecam: ex qua valeat sibi satisfieri, posse vti generalis hypotheca in præiudicium secundi creditoris: ergò siue secundus creditor habeat generalem; siue specialem in ea re; à qua petit; & conatur excludere primum creditorem, iure obtinebit: quod notant Bar. in secund. column. in dict. l. secund. Salycet. in. l. qui generaliter. ff. qui pot. in pigno. habean. Paulus Parisius in dict. consilio. 50. humero. 34. Antonii Fanensis in dict. tractat. octaua parte. membro primo. numero. 20. vers. temperando. Ripa in dicta. l. priuilegia. num. 20. tametsi gloss. in dicta. lege secunda. vers. accipit Bald. & Salycet. ibi. Socinus in consilio. 198. columna secunda. & vltima libro secundo, sententia dicta. l. 2. tantam obtinere, vbi secundus creditor habet hypothecam specialem in ea re, ad quam agit, vel quam defendere vult à priori creditore.

Quartò ad notandum erit, eadem Cæsaris responsionem procedere, siue prior creditor habeat primo specialem hypothecam, & postea generalem: siue primo loco generalem, & postea specialem: etenim nihil interest. quo ad veram dict. l.

secundæ rationem hic scripturæ, & verborum ordo, cum ex eo non mutetur ipsa rei substantia: atque eam interpretantur Salycet. & Fulgo. ibi Antonii Fanensis in dict. tract. quinta part. membro secundo. numero. 51. & Parisi. in dicto consilio. 50. numero. 38. & Ripa dicta. l. priuilegia. numero. 21. quauis Petrus à Bellapertica & Alberic. in dicta. l. secun. eam decisionem tantum admittendam esse censeant: cum primò scripta fuerit specialis hypotheca, & postmodum generalis, quasi hæc secunda sit appolita tunc in subsidium primæ, & sic hypothecæ specialis. Vnde secundum eos nō idem erit quoties hypotheca generalis præmittitur, & specialis subsequitur, quod præfctò parum refert.

Quintò animaduertendū est dictam. l. secun. admittendam esse, quoties prior creditor cum posteriori contēdit ratione hypothecæ: quasi secus sit, vbi prior creditor agit contra possessorem & extraneum: & possessor velit eum excludere ab actione hypothecaria, ex eo, quòd non egerit prius ad rem specialiter sibi obligatam, quæ debiti satisfactioni erat sufficiens: nam in hac specie priori creditori non obstat possessoris extranei, qui creditor non est, nec ius pignoris habet. exceptionis obiectio. Etenim dict. l. 2. statuta est in fauorem posteriorum creditorū: & idèò minime prodest extraneo possessori. atque ita tenuerunt Doctores communiter in dicta. l. secunda. Soci. in dict. consilio. 198. & cons. 75. libro quarto. Paulus Parisi. cons. 59. num. vicelimo nono. Antonii de Fano de pigno. 5. part. membro. 2. num. 51. & par. 8. membro. 1. num. 20.

Sextò à proximo intellectu deducitur, possessori ad agendum hypothecaria actione aduersus debitorem ipsum, vel aliquem ex eius hæredibus possidentem quamlibet rem ex his, quæ in generalē hypothecam veniunt: minime prius petitā nec discussa ea re, quæ specialiter ei fuerat obligata. ac tādē poterit creditor eam actionem in iudicium deducere ad rem sub generali hypotheca comprehensam aduersus eius possessorem in solidum. l. creditoris. ff. de distra. pignor. notat in hac specie hunc sextum intellectum ~~Bar. in dict. l. secunda. in fine. & Salycet. ibi. Socinus in consilio. 198. columna secunda. & vltima libro secundo, sententia dicta. l. 2. tantam obtinere, vbi secundus creditor habet hypothecam specialem in ea re, ad quam agit, vel quam defendere vult à priori creditore.~~

Septimò constat eandem constitutionem tunc procedere: cum prior creditor habeat hypothecam specialem, & generalem. Quòd si is habuerit generalem tantum hypothecam: quam & posterior habeat, prior tamen sit ita amplior posteriori, vt res quædam contineat, quæ vel quia iam tempore posterioris hypothecæ, patrimonium debitoris exierant, vel ex alia causa, non fuerint sub posteriori hypotheca comprehensæ, nequa

Variarum Resolutionum

quam prior creditor poterit à posteriori repelli ex eo, quòd prius non egerit ad res illas, quæ priori, non posteriori hypothecæ submittitur: etiam si ex eis esset facilis debitorum pecuniæ satisfactio, siquidem non obstante hac exceptione liberum erit priori creditori agere hypothecaria ratione cuiuslibet rei, quæ in priorem, & posteriorem hypothecam venerit. quod visum est Philippo Corneo consil. ducentesimo quadragesimo septimo. libro primo. colum. penultim. cui subscribit Antonius Fanensis dict. membro. secund. part. 5. numero. 51. qua in re oportet iterum longius repetere veram rationem decidendi, quæ aptari valeat dict. l. secundæ. Non enim ea constitutio rationem habet ex eo, quòd generalis hypotheca videatur constituta in subsidium specialis: nam si ea ratio obtineret, omninò deficerent quartus, quintus, & sextus intellectus. Imò quod in dicta. l. secunda. sancitum est ex eo procedit, quòd in dānū & præiudicium secundi creditoris non est omittenda prioris creditoris specialis hypotheca cum generali concurrens. Beneficium enim istud conceditur à lege secundo creditori, ut possit primū excludere ab actione hypothecaria virtute generalis hypothecæ proposita: non discussa prius speciali, quam etiam habebat hypotheca. Sic sanè omnibus creditoribus consultum esse vult lex æquissima. Præterea, si prior generalis hypotheca tantum in subsidium foret constituta: tunc iudicente speciali ad debiti satisfactionem, haberet secundus creditor solus generalem in alijs rebus, nec diceretur in ea potior. l. qui generaliter. ff. qui potio. in pignori. habean. Item & pro Cornelio responso adest ratio satis vrgens: siquidem prior creditor habens tantum generalem hypothecam, quæ plures res comprehenderit, posset agere ad rem specialiter obligatam secundo creditori: & tamen præter illam rem alias habet sibi obligatas. ita tandem adnotavit Salicet. in dict. l. secunda. in princip. & idem sensere cæteri Doct. ibi. nam & creditor, qui generalem tantum hypothecam habet, liberè potest agere actione hypothecaria aduersus quamlibet rem debitoris sibi obligatam: penes quemcunque ea sit: & id quidem in solidum admittitur. l. Moschis. ff. de iure fisci. dict. l. creditoris. ff. de distract. pigno. quarū ipse memini hoc lib. cap. 7. num. 7.

Quæstio in controuersiam deduci solet, sitne locus dict. l. secundæ. quando prior creditor hypothecam habet ex causa dotis? & sanè videtur, eam decisionem in hoc casu non fore admittendam: imò vxo rem posse agere hypothecaria pro dote, omitta speciali hypotheca, aduersus res comprehensas sub generali, etiam si posterioribus cre-

ditoribus fuerint iure pignoris, & hypothecæ obligatæ. Nam & in hac dotali hypotheca non est necessaria excusio, quæ alioqui requiritur auctoritate text. in authenti. hoc si debitor. C. de pignoribus. sicuti tenuerunt Baldus Nouellus in tracta. de dote, octaua parte. priuileg. vltim. & Roman. in. l. si constante. in princip. ff. solut. matrimonio. super tertia parte Bart. secunda quæst. secundum quos hypotheca dotalis omninò admittitur, etiam si nulla fiat discussio in ipso principali debitore: quod maximè conducit ad hanc quæstionem, quam modò tractamus. Sed nihilominus tenendum est dict. l. secundæ. etiam procedere vbi prior creditor hypothecam habeat ex dotali causa, secundum Bald. ibi. Romanum consilio. 187. Ripā in dict. l. priuilegia. numero. 19. & Aymonem consilio. 77. numero. 15. & probatur, ac deducitur à vera ratione illius constitutionis. Præsertim quòd dotalis hypotheca non habet hac in re priuilegium aliquod: & idè iure communi est censenda. Etenim Romani, & Nouelli sententia, quanuis maximis rationibus in disputationis examine defendi posset, tandem falsa est & corrui: cū & discussio requisita in dict. auth. hoc si debitor. necessaria omninò sit & in hypotheca dotali secundum glo. in. l. vbi adhuc. verb. qui potiora iura. C. de iure doti. & ibi Cynus. vndecima quæst. ac Bald. & alij, præsertim Salycet. quæstio. duodecima. Bartol. & Alexand. in dict. l. si constant. secund. quæst. tert. part. quam sententiam communem esse fatentur las. in dict. l. si constante. numero ducentesimo primo. & ducentesimo octauo. Ioann. Crotus ibi. prima. & 2. lect. super eadem. q. Bart. Ioan. Lupi in capit. per vestras. §. 34. Ant. Fanensis in tracta. de pignoribus. 8. parte. membro. 1. numero. 23. qui eam diligenter examinat. Nec obstat ratio, quoniam in contrarium fortissimam esse censet las. in dict. l. si constante. ex Salycet. in. l. vltima. quarto notab. C. de iure doti. nam ad eam respõdebitur. ex his, quæ tradidere Deci. in consil. 5. & consil. 301. Ripa in. l. prima. ff. solut. matrim. nume. 14. & 15. Ant. Fanensis in dict. primo memb. num. vicesimo tertio & vicesimo quarto. Sic sanè constat, priorem creditorem habentem hypothecam generalem, & specialem ex causa dotis repelli posse à posteriori habente generalem, nisi prius facta fuerit excusio in re specialiter iure pignoris obligata. atque ita memoria teneo in lite satis controuersa propter magnitudinem rerum, de quibus agebatur, in hoc Regio Prætorio concordii iudicium suffragio semel, & iterum pronūciatum fuisse. Imò licet Ioan. Lupi in dict. §. 34. dubitet an iure pontificio admittenda sit Barto. opinio: cuius modò mentio-

mentionem fecimus, an potius ob æquitatem locus sit Romani, & Nouelli sententiæ, mihi profecto videtur adhuc in foro Ecclesiastico, & iure Canonico idem quod iure Cæsareo seruandum fore: cum nulla hac in re inter vtrumque ius constitutur differentia.

Nonò est præterea obseruandum eandem. l. secund. constitutionem procedere, etiam si prior creditor in re specialiter obligata, tantum habeat specialem hypothecam: in alijs verò rebus generalem: adhuc etenim prius est excusio præmittenda in re specialiter obligata, quam agere possit ad rem generali obligatione comprehensam in præiudiciũ posteriorum creditorum. Siquidẽ satis est ad rationem dictæ. l. quod prior creditor è re specialiter obligata possit consequi debitę pecunię satisfactionem. quam interpretationẽ ego deduco à Salyceto ibidem in vltimis verbis cõtra Petrũ & Alber. in ead. l. 2. Soci. consi. 75. lib. 4. ad finem. & Antoni. Fanensem dict. membro. secund. numero quinquagesimo primo. quorum sententia mihi non placet. Decimò fortassis locus non erit dict. l. 2. quoties hypotheca in hunc modum concepta sit: quod specialis non derogat generali, nec generalis speciali. Hæc etem clausula hunc intellectum admittit, vt specialis hypotheca non impediatur aliquo modo vsu gñralis, ac si ea minimè fuisset adiecta. Hoc ipsum est, quod multis, ni fallor, malè conceptis verbis explicare voluit Bartholom. Chassanæus in Catalog. glor. mudi. 13. part. considerat. 99. colũ. 10. Adhuc tamen hic intellectus mihi valde dubius est: atq; ideo difficilime eam interpretationẽ in praxi admitterẽ.

Verum hoc in capite de actione tractamus hypothecaria: in qua iuxta vtriusq; iuris regulas per sententiam iudicis creditori res obligata tradita: vt eam obtineat iure pignoris & hypothecæ, donec sibi debita pecunia fuerit soluta. at ipse creditor tradita sibi re: videns quod iure tenetur fructus rei in sortem ipsam principalem imputare: & ea ratione cogitur particulares solutiones admittere, petit à iudice vt diem constituat possessori ad pignoris solutionem: & decreto iudicali permittat ipsius pignoris solẽnem venditionem si intra diem res ipsa vel à debitore, vel ab extraneo possessore, à quo eam per sententiam habuit non fuerit solutione debiti a pignore liberata: quaeritur an ea petitio iusta sit, & admittenda? nã quo ad exterũ possessorẽ, à quo res actione hypothecaria euicta est, cõstat, eũ minimè teneri ad solutionẽ debiti: & ideo ipse non est in mora, quando pecuniã debitã vllò vnquam tpe nõ soluerit, nec pignus liberauerit: qua rõne cessant ea, quę à iure statuta sunt de vendendo pignore conuẽtio

nali, iudiciali, & Prætorio. de conuentionali inquam in. l. 1. & 2. C. de distrac. pign. l. vlti. C. de iure domi. impetra. Bar. in. l. vlt. ff. de distrac. pign. optim. tex. in. l. si pupillus. §. si pupillus. ff. de reb. eor. l. 2. C. de præd. minor. de iudiciali, & prætorio in. l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. vbi post alios Alex. col. 5. latius Ant. Fanensis de pignoribus. 6. parte principali. m. b. 1. Sed nihilominus cum hæc quæstio in praxim incidisset, vidi non semel eam ita definitam fuisse, vt dies certa cõstituta fuerit, intra quam liceat possessori: à quo res abducta fuit, solutione debitę quantitatis pignus, & sic rẽ ab eo euictam liberare: hoc addito: q; si intra eam diẽ non fuerit solutũ nec liberatũ pignus, tunc solẽni, & iudiciali subhastatione vendatur ad satisfactionẽ creditoris, quod quidẽ pluribus probatur rationibus. Prima: ne creditor cogatur inuitus particulares solutiones recipere: quas quidẽ omninò recipere cogetur computatione fructuũ pignoris in ipsam sortẽ principalem. Et tamẽ iure apertissimũ est, nõ fore creditorẽ cogẽdum particulares solutiones recipere. l. tutor. §. Lucius. ff. de vsuris. traditur per gl. Bart. Alex. & Iaf. in. l. quidã exiitauerunt. ff. si cert. peta. nec iure probari põt, creditorẽ cogendũ esse, pecuniã creditã ex fructibus pignoris habere, & consequi. at si nõ posset rem per suam iure pignoris traditã vendere: dubio, pcul cogetur creditor fructus pignoris loco pecunię creditę recipere. Secunda ratio hanc suam omninò probat: nam iudicis pronuntiatio, quæ creditori iubet rem tradi in pignus, nihil aliud agit, quàm declarare, rem illam iure pignoris, & hypothecæ ad creditorẽ pertinere: quã manifestũ est: sed ius pignoris, & hypothecæ hoc habet à lege, vt vdi possit res ipsa data in pignus à creditore autoritate iudicis. l. 2. l. 3. l. creditor hypothecas. C. de distrac. pigno. l. 4. tit. 13. part. 5. igitur sicut creditor posset absq; hac declaratione vendere rem sibi in pignus à debitore obligatam: ita poterit vendere rẽ iure pignoris ei à iudice addictã: quodcunq; id pignus sit. tex. optimus hac in quæstione in. l. vlti. titu. 27. part. 3. Tertiò, cum hic creditor rem euicerit à possessore: quid obsecro iuris habet is possessor in re, vt possit impetire pignoris venditionem? profecto nullum aliud ius habet, quàm quod soluendo pecuniam creditori debitam potest rẽ ipsam ab eo euictam repetere. argum. l. primæ. C. qui pot. in pignore hab. l. potior. §. vlti. ff. eo. titu. tex. in spec. l. mulier. ead. rub. l. Paulus. §. vlti. ff. quib. mod. pignus vel hypotheca solua. notant Bald. & Alex. in. l. si res obligata. ff. de legatis primo. Antoni. Fanensis de pignoribus. quinta parte. membro. 3. num. 26. Ergo dum ipse possessor extraneus, à quo cre

Variarum Resolutionum

ditor rem iure pignoris euicit, non soluerit debitam pecuniam, non habebit ius impediendi pignoris venditione: nec audiendus erit, & si aduersus creditorem petentem pignoris subhastationem obiecerit, quod ex fructibus eiusdem pignoris paulatim creditam pecuniam habeat. Iudex verò in hac controuersia tempus constituet intra quod res pignori & hypothecæ data possit à creditore liberari: quoq; elapso venditio solenniter fiat, arbitrarium quidem: cum nullibi in iure certum, hac in re sit tempus definitum. l. prima. ff. de iure deliber. & ferè in hac questione tradunt Docto. in. l. cum proponas. C. de bonis aut. iudi. possid. & Antoni. à Fano. dict. membr. i. nu. 8. post Alex. in dict. §. in venditione. colum. 5.

Ex capite sequenti.

- 1 *An ex titulo contractæ societatis transeat dominium absq; traditione: & quid de possessione?*
- 2 *Quo pacto acquisita matrimonio constante adquirantur pro parte dimidia vxori quo ad dominium, & possessionem?*
- 3 *Intellectus Regiæ, & Taurinæ constitutionis § 3. de dote data filiæ à patre soluto matrimonio, an censeatur data de acquisitis matrimonio constante?*
- 4 *Decurionatus, & publica officia matrimonio constante acquisita: communicantur vxori quo ad estimationem.*
- 5 *Ius patronatus ecclesiasticum matrimonio constante à marito acquisitum: communicatur vxori.*
- 6 *Decurionatus, & similia officia empta à patre filio: imputantur in legitimam, & conferuntur quo ad estimationem.*

Adnotantur aliqua de bonis acquisitis matrimonio constante. Cap. XIX.



Contracta inter duos omnium bonorum societate, absque vlla traditione, dominium omnium rerum, quæ tempore contractus erant acquisitæ, communicatur. text. in. l. prima. §. ultimo. & l. secunda. ff.

pro socio. Regia. l. 46. titul. 28. part. tertia. facit. l. sexta. titulo. 10. part. quinta. traditur frequentissimo omnium consensu in. l. traditionibus. C. de pactis. Quin & earundem rerum possessio absque traditione transfertur: sicuti censet gloss. in. i. opinione in dicta. l. secunda. & inibi Ricard. Jacob. de Arenis Raineri. Bartol. & Alberi. idem Alberi. in. l. sequenti. Bald. & Fulgosi. in. l. prima. eod. titu. quorum opinio communis est. in his tamen bonis, quæ post contractam societatem per alterum ex socijs acquirunt, non acquiruntur nec dominium, nec possessio alteri socio, tametsi lege societatis sint inter eos diuidenda. text. optimus in. l. si quis societatem. ff. pro socio. quam differentiam expressim adnotauit Roderi. Xuares in l. prima. titul. de acquisitis matrimon. const. libr. tertio Fori. versic. quæritur vltius vtrum in meliorem. Folio. 23. columna prima. & secund. Alberi. in dict. l. prima. §. vltim. & Fulgo. ibi dum scribit: nihil esse impossibile respectu rerum presentium, tametsi loco presentium vitio excusoris, ac Typographi, sit absentium. idem tenet Bal. satis in specie in ea. l. prima. §. primo. ex quibus ni fallor, ita est accipienda sententia gloss. in dict. l. secunda. quam & authoritas Odofredi confirmat. qui in dicta. l. prima. §. vltim. eadem distinctione vtitur: & his non citatis Andr. Tiraquelhus. idem tradit ita distinguens in tract. de consti. 2. par. amplia. 30. num. 6. & 8. nã & si actus ineundæ societatis habeat vim constituti, & idem respiciat bona presentia, & futura. l. 3. §. cum specialiter. ff. pro socio. ita tamen est interpretandus, vt bona presentia, & item futura nomine societatis quæ sita vtrique socio quo ad dominium & possessionem quærantur: bona verò futura quæ sita nomine proprio communicanda sint: non tamen ipso iure absque traditione socio quærantur: cuius nomine non fuere titulo emptionis, alioe habitati. si societatem vniuersorum. l. si fratres. §. socium vniuersa. ff. pro socio. cum satis sit, actum ineundæ societatis habere vim constituti, & fictæ traditionis quo ad bona presentia, nè dentur duæ fictiones alioqui, si actus societatis vim habeat taciti, & ficti constituti, & demum bona futura quo ad eundem effectum contineat: quod est contra text. in. l. C. de dotis promission. vbi prohibitum est, plures in eadem re fictiones constitui. Sic tandem est intelligendus tex. in. d. l. 2. quanuis Ioan. Lupi. in rubrica. de donationibus inter virum & vxorem. §. 66. num. 24. & Challanæ. 4. in consuetud. Burgundiæ, rubri. 4. §. secundo. versic. sunt ergo. num. 6. adnotauerint ex glo. in dict. l. 2. etiam acquisita per alterum ex socijs post contractam societatem communia ipso iure vtrique fore quo ad do-

ad dominium, & possessionem. ad idem citat dictā glōf. Didacus à Segura in tract. de bonis lucr. const. matr. nu. 44. quod quidem nec à gl. deduci verè potest, nec iure receptum est: nisi dixeris id lege Regia probari titulo vice simooctauo. l. quadragesima sexta. part. tertia. quam adducit ad hanc quæstionem idem Ioannes Lupi. §. sexagesimo quinto. numero vndecimo. ex qua nihil de possessione statuitur: licet expressim quo ad dominium probet, vtrique socio adquiri in rebus adhuc post contractam societatem per alterum proprio nomine quæsitis. eandem verò constitutionem & de possessione intelligit Rodericus Xuares in dict. l. prim. versi. Quæritur vterius. ad finem. & profectò ratione societatis ita intelligi æquum est. ex quibus quantum ad matrimonij societatem infertur. Primò: ex lege, aut consuetudine, quæ inter virum & vxorem communia esse statuerit omnia bona, etiam quæ tempore contractus vir, & vxor obtinebāt: dominium, & possessionem vxori adquiri statim matrimonio contracto pro parte dimidia omnium rerum, quas maritus tempore contractus iure dominij possidebat. Secundò infertur iure Cæsareo inspecto: & stante lege, quæ adquisita matrimonio constante cõmunia viro, & vxori; esse censet: omnia bona, quæ nomine societatis, & sic viri & vxoris fuerint empta, aliove titulo quæsitā: quo ad partē dimidiam eorum, tam iure dominij quàm possessionis ad vxorem pertinere. Tertiò deducitur in eadem specie, rem in marito constante matrimonio proprio nomine quæsitam, si leges Cæsareas, & cõmunem resolutionem sequamur, nec quo ad dominium, nec quo ad possessionē, etiam dimidiæ partis vxori adquiri: licet inter eam & maritum res eadem sit iure communionis diuidenda, & communicanda. quod expressim notat Ancharra. consi. 102. numer. sexto. incipit. Quæstio est talis, nec tamen per hoc licet marito liberè res istas matrimonio constante quæsitā alienare: sed tunc demum cùm id fecerit ex causa absq; fraude, & dolo iuxta leges Regias, ac municipales, & consuetudines. quod tradit Ioan. Lupi in dict. §. 66. nu. 24. & 25. l. 4. tit. 4. libr. 5. ordi. & l. 205. inter Stylileges. & præterea Bald. cõf. 235. libro. 2. licet inibi sentiat contrarium eius, quod in hac tertia illatiõne asseuerauimus: & idem teneat Ioan. Lupi. Chassanæ. Didacus à Segura, & Rodericus Xuares. Quartò ex præmissis constat, iure Regio partitarū posse defendi sententiā Baldi in dict. consi. Ioā. Lupi. Chassanæ, Didaci à Segura. & Roder. Xuares in præcitatis locis scribētū, dominiū rerū à marito adquisitarum matrimonio constante in vxorē quo ad partem dimi-

diam transferri absq; aliqua traditione. Hoc enim ad similitudinem societatis cõtracte poterit ex. l. Regia. 46. adnotari. quin & idem erit quantum ad possessionē: sicuti asserit Segura: & sensere Ioann. Lupi. Rodericus, & Chassanæ dum ad hanc quæstionē adduxere glōf. in dict. l. secunda. ff. pro socio. quæ in dominio, & possessione loquitur. Nec oberit quod lege Regia maritus potest alienare absque consensu vxoris res integras, adquisitas quidem per eum matrimonio constante, quarum dimidia pars vxori competet ratione communionis, quia hæc cõmunio inter virum & vxorem quo ad adquisita matrimonio constante non est propriè in actu: sed in habitu, & credito: siquidem ipse maritus solus est actu dominus propter auctoritatem administrationis, & alienandi potestatem: quam habet non sanè absolutam: cùm absolutè dominus non sit: sed tantum ad onus communionis, quæ est inter ipsum, & vxorem: aut saltem ex aliqua causa, quæ præsumptionem doli & fraudis excludat: nec ea alienatio ei permittitur in vltima voluntate: sed tantum inter viuos: vnde hæc cõmunio, soluto matrimonio, ipso iure exit in actum, & in veram, atque actualem dominij, & possessionis societatem: sicuti eleganter explicat Carolus Molinæus in consuetudin. Parisiensi. §. 25. columna prima. ipso verò matrimonio constante isthæc cõmunio quo ad dominium, & possessionem quodam modo est impropria, & impedita propter administrationem marito competentem, quæ non est prorsus libera: sed quemadmodum dictum est intra limites quosdā continetur, quos excedere, & transgredi minime valet.

Ex his plura deduci poterunt, quæ hic libenter omittimus propter varias causarum species: & præsertim ex eo, quod facillimū sit post hanc resolutionem rectè intellectam, & Regijs constitutionibus diligenter examinatis: multa adnotare, quæ ad praxim vtilia sint quo ad alienationem adquirentium, matrimonio constante marito permissam. Illud verò non est prætermittendum, quod ratione huius societatis, & oneris ad eam spectantis, Taurina constitutione statutum est, cap. 53. Dotem à solo marito constante matrimonio promissam, aut datam filie, & donationē propter nuptias filio cõstitutam, soluendas & deducendas esse ex bonis adquisitis post contractū matrimonium, & lege Regia cõmuniibus, aut communicandis inter virum & vxorem parentes filiorum eorundem, quibus dos data fuerit. Quasi onus istud constituendi dotem, & donationem propter nuptias filijs pertineat ad onus ipsius societatis, saltem quo ad hūc effectum, vt da-

Variarum Resolutionum

ta vel promissa hoc titulo etiam à solo patre in dubio censetur promissa, & data ex bonis viro & vxori communibus, & ea ratione ex eis sunt soluenda, atq; deducenda. idem alia ratione probatur. etenim onus istud constituendi dotē filiabus, & donationē propter nuptias filijs, cōtractū est matrimonio constante: veluti debitum quoddam æris alieni: quod satis manifestum est, & tamen debita omnia matrimonio cōstante contracta omninò soluenda sunt & deducēda ex his, q̄ acquisita fuere tēpore ipsius societatis cōiugalis: quēadmodum cautum est. l. 14. tit. 20. lib. 1. For. l. Stili. 107. l. 59. Tauri passimq; id receptū est: & iure societatis maximā æquitatem habet: cū damna, & commoda vtrique socio communicentur. l. si nō fuerit. §. Aristo. ff. pro socio. nam & apud Gallos idem moribus obtentum extat, sicuti cōstat ex Chassanxo in consuetudi. Burgundiæ. rubri. quarta. §. nono. num. 1. & sequentibus. atque ita hanc rationem esse, quæ locum fecit Taurinæ constitutioni. 53. asserit & probat Ioann. Lupi in rubric. de donationi. §. 66. num. septimo.

Ex quo inferitur quid dicendū sit, vbi pater soluto iam matrimonio filix dotē dederit, aut promiserit: an ea data censetur, vel promissa ex bonis acquisitis constante matrimonio inter eum, & vxorē defunctam matrē ipsius filix, quæ nuptui traditur: etenim quibusdā visum, est, eā dotē deducendā, & soluendā fore de bonis ipsius patris: nō de bonis acquisitis matrimonio cōstante. quod potissimè probatur ex. l. 1. vl. C. de dotis promiss. & ex eadem taurina constitutione, argumēto sumpto à cōtrario sensu: dum dicit lex: durante matrimonio: quasi secūs sit cū eo soluto pater filix, aut filio dotem vel donationem propter nuptias dederit, aut promiserit. Etenim ea datio, aut promissio facta præsumitur de bonis ipsius patris: nō de bonis filiorum. dict. l. vl. res autem matrimonio constante acquisitæ, eo soluto statim quo ad partem dimidiam inter bona filiorum, & hæredum vxoris connumerantur: atque idē ex eis non debet censi constituta dos. Contrarium tamen in praxi frequentiori iudicum suffragio receptum est, vt tandem si pater matrimonio soluto filio, aut filix eiusdem matrimonij donationem propter nuptias dederit, aut promiserit, dotemq; constituerit: ea datio, & constitutio facta præsumatur ex bonis illo matrimonio constante quæsitis, potius quidē, quàm ex bonis proprijs ipsius patris. Quod probatur ab eadem ratione Regiæ constitutionis, quæ onus respexit ipsius societatis, & communis, coniugalis, processit etenim onus hoc dotem constituendi filiabus, & donationē propter nu-

ptias filijs ab ipso matrimonio, quo constante filij fuere progeniti, quamobrem etiam si his filijs dentur donationes, & dotes matrimonio soluto: ea tamen datio quædam est solutio debiti legalis contracti quidem matrimonio cōstante & eius causa: sic sanè post huius operis primam editionem video hanc opinionem probatam fuisse à diligentissimo simul & eruditissimo Gregorio Lopez in doctissimis ad partitarum leges commentarijs in. l. 6. tit. 10. partit. 5.

Cæterum hoc in contractu sæpissimè & illud queritur: an decurionatus, publica munera scribar, & tabellionis officia, empta matrimonio cōstante à marito: sint communia lege Regia ipsi, & vxori? Et profectò videtur, nō esse hæc officia vxori communicanda: primò quia vxor est incapax horum munerum, nec ea potest iure obtinere, nec in his Reipublicæ seruire: quod manifestè constat: ergo horū officiorum partem habere non potest. Siquidem Regia lex, quæ in hac re statuta est, & dicitur acquisita matrimonio constante cōmunia esse viro, & vxori, intelligēda est modò vxor capax sit acquisitionis, & rei, quæ fuerit à marito acquisita: iuxta. l. primā, & ibi notata. C. de sacros. Eccles. Deinde & secundò eadē opinio autoritate probatur. Nam & eam expressim asserit Guilielm. Benedictus vir nō leuis autoritatis apud Gallos in his, quæ ad forenses pertinent controuersias, is inquam in capite Rainuntius, de testamentis. verbo, Et vxorem nomine Adelasiam. numer. septingentesimo octuagesimo septimo. ita hoc probat, vt etiam asseueret nec vtilitatem, nec æstimationem horum officiorum, & munerum communicandam fore ipsi vxori, nec ea mortua eius hæredibus, idem tenent Chassanz. in consuetu. Burgundiæ. Rubric. quarta. §. secundo. versi. Additio ista consuetudo. numero quinto. quibus suffragatur. quod hæc munera, & officia publica empta à patre cuidam ex pluribus filijs: nec cum fratribus mortuo patre communicatur: nec imputatur in legitimam, etiam quo ad æstimationem: sicuti visum est Nicolao de Vualdis in tract. de succession. ab intesta. columna decima, & Guilielmo Benedicto in dicto capite, Rainuntius. verbo, duas habens filias. numero sexagesimo secūdo. quia officia ista nō transeunt in hæredes, nec vendi possunt absque licentia principis: qua ratione eorum venditio impossibilis censetur. l. apud Iulianum. §. si constat. ff. de legatis primo. Vnde deducitur, hæc publica officia empta, aut matrimonio constante acquisita per maritum, minimè fore communicanda vxori, etiam quo ad æstimationem eorū.

Ego verò contrariam sententiam censeo iure ve-

reueriore esse in hunc sensum, vt decurionatus officium, & similia, quæ fuerint per virum matrimonio constante acquisita, quantum ad eorum iustam estimationem vxori esse communia, & pro parte diuidia eidem competere. Hoc probatur ex eo, quod hæc officia empta sint pecunia communi viri & vxoris: & ideo æquissimum est, ea quo ad estimationem viro & vxori esse communia: alioqui liceret maritis mille fraudibus vt aduersus vxores ad effugiendam acquisitionem matrimonio constante communionem: quæ veteribus huius regni moribus inducta fuit, pluribusque regis constitutionibus inuenta, & præuia deliberatione hætenus est stabilita. Non obstant, quæ in prioris sententiæ comprobationem adducta fuere, & adducis solent. Primum etenim nihil impedit posterioris opinionis præxim quod isthæc officia publica indiuidua sint. Nam & in indiuiduis communio viri & vxoris locum obtinet: siquidem marito ædificante Ecclesiam matrimonio constante, & ex ea causa, aut alia acquirente ius patronatus Ecclesiastici: ius istud est etiam vxori commune: habetque in eo vxor partem indiuiduam soluto matrimonio, iusque præsentandi, & eidem in eius hæredes transmittit: sicuti censeo Ioannes Lupi in rubri. de donationibus inter virum & vxorem. §. sexagesimo primo. numero vicesimo tertio. Et tamen ius hoc patronatus indiuiduum est. text. in capit. primo, de iure patrona. vbi glos. & item glos. in capit. piæ mentis. decima sexta, quæstio. septima. text. in. l. quædam mulier. ff. fami. hercis. l. Carmelia pia. ff. de iure patronatus. Saltem quo ad substantiam: licet quo ad præsentandi ius, & eius exercitium sit diuiduum: quemadmodum probatur in Cleme. plures. de iure patrona. tradunt Bald. in capit. Quanto. de iudicijs. Cardinal. in dict. Clementi. Plures. columna tertia. Rochus Curtius de iure patronat. verbo. ius, quæstio. sexta. Sic & in alijs indiuiduis, quæ vendi, & æstimari possunt, vxor partem dimidiã habebit. Item non oberit, quod vxor capax non sit huius muneris publici: id etenim procedit quo ad ipsum officium: non quo ad eiusdem officij æstimationem. Deinde cum facillimè à principe soleat inpetrari licentia vendendi hæc publica munera: eorum venditio possibilibus est censenda. quod in dict. §. si constat. satis probatur: quem ipse ita intelligendū esse ostendi in Epitome de sponsalibus secunda parte. capitulo tertio nune. octauo. Multo minus nocet posteriori sententiæ quod vltimo loco adducebam de his officijs non inputandis in legitimam, nec conferendis: quia illud falsum est respectu estimationis

nisi iustæ, quæ quidem & in legitimam imputatur, & etiam confertur ex eo, quod isthæc officia soleat facili principis licentia vendi. Vnde licet imperator in. l. omni modo. §. imputari. C. de inoff. testamen. responderit, hæc & similia publica munera, & militias in legitimam esse imputandas eo quod vendantur, & ea ratione sensim infinet, munera & militias, quæ minimè vendantur, non fore in legitimam imputandas: attamen paria sunt, quod militiæ vendantur, & vendi liberè possint: & quod facili licentia principis vendi soleant. hoc sensere Bart. in. l. prima. §. nec Castrense. ff. de colla. bono. Bald. & Paulus Castrensis in dict. §. imputari. scribentes, officia publica & militias, quæ ex communi vsu non venduntur, nec vendi possunt sine licentia principis, non esse imputandas, nec conferendas. Quasi hi Doctor. aliud forent responsuri de militiis, quæ facili licentia principis vendi consueuerint, & in specie quod publica officia, quæ vendi solent facili licentia principis, conferenda sint, & imputanda quo ad earum æstimationem: tenent Iason in. l. illud. C. de collatio. numer. sexto. & Fracis. Ripa in. l. in quartã. ff. ad. l. Falci. nu. 163. qui bustandem probatum erit: æstimationem decurionatus, similiūque munerum adquiretorum matrimonio constante per maritum communicandam esse omnino vxori, quod in hoc Regio Prætorio sententia iudicum quandoque obtentum fuisse certò scio.

Ex capite sequenti.

- 1 *Causa meri, & mixti imperij: an iure Pontificio possint delegari?*
- 2 *Intellect. cap. in Archiepiscopatu. de raptorib.*
- 3 *Intellect. cap. quod sedem. de off. ordin. & cap. aqua. de consecra. eccles.*
- 4 *Episcopi, & vrbium prætores, vicarios constitutere possunt ad civilia, & criminalia negotia.*
- 5 *Intellect. cap. vlt. de off. ordi.*
- 6 *Voluntaria iurisdicctio: an delegari valeat?*
- 7 *Vicarius Episcopi: an possit conferre beneficia Ecclesiastica ex generali commissione?*
- 8 *Iurisdicctio voluntaria: an possit extra territorium exerceri? Et inibi intellectus capit. statum. de præb. in sexto.*
- 9 *Episcopi Romæ habitantes non possunt in eadē vrbe beneficia Ecclesiastica conferre.*

Variarum Resolutionum

10 *Delegatus ad ea, quæ principi reservata sunt, non potest subdelegare. & num. 5.*

11 *Delegatus legati Cardinalis à latere Romani Pontificis destinatus non potest subdelegare.*

De meri & misti imperij, ac iurisdictionis delegatione.

Caput. XX.



In iurisdictionis delegandæ tractatu plura tradi solent, quæ summa contentione difficilem examinationem, ac disceptationem habent: è quibus ad quarundam decisionum faciliorem intellectum

aliquot compendio quodam attingam: quæ iuris Pontificij constitutionibus maximè conuenire videntur, quibus præmittendum est, quoniam modo distinguantur ea, quæ sunt meri imperij ab his, quæ misti esse censentur: & rursus quod distimen sit inter hæc, & ea, quæ sunt simplicis iurisdictionis: qua in re non admodum contentiosus ero, etiã si videã satis dubias, & difficiles esse Bar. definitiones: quia hæc frequentiori interpretum calculo receptæ hæcenus fuere in. l. imperij. ff. de iurisd. om. iud. & in. c. quod sedem. de of. or. quo in loco And. Alcia. 5. not. post alios. quorum ipse meminit Paulus à Monte Pico & iuniores quidem præsertim Longouallius in dict. l. imperium. communes definitiones reprobare validis rationibus conantur: verè contèdentes, merum Imperium, itè mistum, & iurisdictionem simplicem à iuriconsulto congruè definiri in dict. l. Imperium. cui addenda est Regia. l. decimo octaua. titulo quarto. partit. tertia. Hòrum sanè controuersam disputationem missam facimus, illud tantum tractaturi, an sit in hac materia inter ius Pontificium, & Cæsareum aliquod discrimen. Nam, etiam si concedamus ea quæ sunt misti Imperij minimè esse delegabilia: quod validissimis iuriconsultorum autoritatibus euertere contendunt Fulgo. in. l. prima. ff. de off. eius cui est mandata iurisd. Alcia. in dict. cap. quod sedem. numero. 69. Longouallius in dicta. l. imperium. Folio. 45. §. venio ad tertium articulum. comunem improbant sententiam, qua iam diu obtentum est, non tantum ea, quæ meri sunt imperij esse indelegabilia. dict. l. 1. in princ. lege. nemo potest gladij. ff. de regu. iuris. lege. solet. ff. de offi. p. c. sol. & legat. in quo nulla fere est controuersia: sed & ea, quæ sunt misti imperij: idque ex eadem. l. prima. adnotatum

est, & à Doctoribus sibi aduersus Fulgosium alijs rationibus, & responsis maximo conatu defensum: attamen id verum est iure Cæsareo. siquidè iure Canonico causæ meri, & mixti imperij delegari possunt: vnde archiepiscopi, Episcopi, & alij iudices Ecclesiastici merum, & mistum imperium habentes: poterunt illi alteri committere, & delegare: sicuti asserunt glo. in. c. in Archiepiscopatu. de raptoribus. gl. in. d. ca. quod sedem. item gloss. in dict. cap. peruenit. 95. distinctio. quarum sententiam communem esse fatentur Panormit. Imola, & Alcia. nu. 76. in dict. c. quod sedem. & iuniores in dicta. l. prima. præsertim Curtius Iunior numero vicesimo sexto. Alexan. Iason, Purpurat. nume. 492. & Iacobus de Nigris columna decimatercia. Huic opinioni primò suffragatur text. in dicto cap. in Archiepiscopatu. vbi inferior à Principe & ordinarius iudex, qualis erat Rex Siciliæ, causas criminales, quæ ad merum imperium pertinebant, omninò delegauit. Sed profectò pluribus rationibus parum vrget ille textus. Etenim quauis Rex Siciliæ subditus sit Romano Pontifici, Clem. Pastoralis. de re iudic. Rex tamen & verus princeps est, habens ea omnia iura, quæ principibus iure conueniunt, & eis speciali priuilegio referuntur, agnoscit etenim Romanum Pontificem iure feudi, & in recognitionem supremæ potestatis: ipse nihilominus omnem, & integram iurisdictionem in regno habet, & eam exercet, & exequitur: nec tenetur appellationem admittere à proprijs eius sententijs; notat Bald. in titul. quæ sunt Regalia. capi. primo in fine. colliguntur & alia, quæ hunc intellectum manifestissimè probant ex Mattheo Afflict. quæ stio. secunda, & decimatercia præfationis constituto. Neapolitanarum. Vnde sicut ipse Siciliæ Rex potest alicui nobili merum imperium sibi competens in aliqua vrbe concedere, vt id perpetuò iure feudi habeat: ita poterit & meri imperij ac mixti, causas delegare. deinde ea delegatio, cuius meminit ille text. fieri iure potuit: quemadmodum & inferior a Principe iudex ordinarius ex causa potest ea, quæ sunt meri & mixti imperij delegare. l. prima. in princ. ff. de off. eius. text. in auth. de collatori. §. ad hæc. & in dict. cap. quod sedem. Quæ autem obsecro maior causa ad hæc deleganda esse, aut contingere potest, quàm quod Siciliæ Rex minimè valeat ipsemet ea expedire, quæ pertinent ad animaduersionem scelerum, tot negotijs aliqui ad Reipublicæ utilitatem impeditus? & maximè quòd in dict. capi. in Archiepiscopatu. causa illa iustissimè per Regem fuit Episcopis delegata: quia quodammodo ad religionem pertinebat. & ideo per prælatos Ecclesiasticos poterat dili-

rat diligentius, & vilius examinari, & expediri. Quibus tandem fit, nullo pacto poſſe opinionē communem deduci ex dicta cōſtitutione, & Romani Pontificis reſponſo.

Secundò eidem opinioni communi adſtipulatur tex. in capit. Aqua. de consecra. ecclesi. vel alta. qui probat, ea quæ sunt ordinis Episcopalis delegari poſſe: & tamen ea grauissima sunt, & ardua, atque ad merum vel mixtum imperium pertinentia: & ſpecialiter Episcopis ratione ordinis concedunt. argu. l. primæ. in princ. ff. de off. eius. Sed & huic probationi facilimè occurritur: ſi interpretemur, hanc delegationem fieri poſſe iuſta cauſa: nempe ipſo Episcopo abſente, vel impedito: quod ſatis expreſſum eſt in. d. c. Quod ſedem. ſic ſanè itidem reſpondetur ca. ſuffraganeis. de electione. Forſan dices ex hac reſponſione cōſtare, ſacros ordines, Episcoporum conſecrationes à delegatis episcopis miniſtratas: cū nulla fuerit delegandi iuſta cauſa, nullos eſſe, neque eū effectum, & vim habere, quàm alioqui iure diuino, & humano eſſent habituræ, ſi à proprio Episcopo miniſtrarentur. quod perquam durū eſt. Nam & Hoſtienſis, quem cæteri ſequuntur in dicto capit. quod ſedem. indiſtinctè tenent, ea quæ ſunt ordinis fore delegabilia, etiã ſi delegans nullam habeat iuſtam delegandi cauſam. At ſi rem iſtam exactè penſitemus: non oberunt hæc, quæ modo diximus, ei opinioni, qua probatur, non poſſe delegari quæ ſunt ordinis, niſi delegatio ex iuſta cauſa fiat: cū & ſi Episcopus delegatus ea expedierit, & geſſerit, eam vim ab eo geſta habebunt, quam habuiſſent, ſi abſque delegatione forent expedita. Non melatet Hoſtienſis ſententiam frequentiori Doctorem calculo receptam eſſe, & poſſe defendi etiam refragante Alciato, ſpeciali quadam ratione: ſi quidem ea, quæ ſunt ordinis, delegari non poſſunt niſi alteri Episcopo, qui & ordinis poteſtatem abſque vlla delegatione habeat: cui ſolūm deficit non poteſtas ordinis, quæ ſufficiens eſt ad eam actionem: ſed licentia, & permiſſio Episcopi proprii illius diœceſis: quia iuxta Canonicas ſanctiones inhoneſtum, & illicitum cenſetur quenquam Episcopum exerce re poteſtatem ordinis in ea diœceſi, quæ ſibi commiſſa non fuerit, & in eos, qui ſibi ſubditi non ſunt. Quo fit vt in hac ſpecie, non ſit vera, nec propria ordinis delegatio. Quam ob rem in his, quæ iure diuino ad ſolam poteſtatem ordinis pertinent: & ſi iura Canonica ex cauſa punierint vtenim ea poteſtate in aliena diœceſi, & item ipſos, quibus miniſtratum eſt, vel ſuſpenſione ordinū, vel alia pœna: nihilominus quod actum fuerit ex poteſtate ordinis vim omninò habet. At in his,

quæ ex inſtitutione eccleſiæ ordinis poteſtate applicantur: non ſolūm Canones poterunt miniſtros, & eos, quibus miniſtratum eſt, alia pœna punire: ſed & ipſos in actus irritos facere, & habere. quod conſtat ex his, quæ doctiſſimus Alſonſus à Caſtro diligenter ſcripſit lib. 2. de iuſta. here. punit. c. 22. ita quod deum mirum non erit, ſi iure Pōtificio permiſſum ſit etiam abſque vllō iuſto impedimento, ea quæ ſunt ordinis alteri ordinis poteſtatem habenti delegari. tamen ſi videam, quòd Romanus Pontifex in dict. cap. quod ſedem. cauſam iuſti impedimenti exegerit ad hanc delegationem: eam verò ad honeſtatem quandam pertinere communis interpretatio cenſet.

Tertiò, adducitur in fauorem communis ſententiæ text. in cap. vlti. nē clerici. vel mona. in. 6. ex quo apparet, inferiorem à principe cauſas meri Imperij poſſe delegare. Sed id ex eo obtinet, quod episcopus habens merum Imperium non poteſt illud exercere in cauſis, quæ ſanguinis pœnam requirunt. impedit etenim ipſe eccleſiaſticus ordo:

Quartò, citatur pro communi tex. in Cle. 1. §. 1. de hæret. quo probatur, episcopum poſſe cauſas hæreſis delegare, & alteri committere. Nam, vt inibi expreſſum eſt, hæreſis cauſæ in quiſitores non poſſunt de ea cognoscere, nec eam tractare regulariter abſque episcopo, vel eius vicario, aut delegato. Igitur delegari poterit cauſa hæreſeos cognitio: eiusque punitio. Huic tamen authoritati reſpondent Felio. in dicto capitu. quo ſedem. & alij ibidem, eſſe ſpecialē in cauſa hæreſis fauore fidei. quod & Card. adnotauit in dicta Cle. 1. §. 1. nam quod Alciat. in dict. capi. quod ſedem. nu. 77. admonet dicens tex. in dict. §. 1. permittere capitulo vacante ſede, delegationem: non tamen episcopo, qui eius vicariū generalem debet cauſis illis hæreſeos examinandis præficere: non ad modum conuenit: cū idem tex. in fine mentionem faciat delegati ipſius episcopi, & delegati capituli ſede vacante.

Quintò, qui communem ſententiam ſequuntur, citant pro ea text. in cap. licet. de off. vicar. & in cap. cū episcopus. de off. or. in. 6. Quibus permiſſum eſt episcopis per ſe, vel per alios iurisdictionem ciuilem, & criminalem exercere. Hiſta men reſpondetur, id obtinere in episcopis, qui pares cenſentur proconſulibus, qui olim à Senatu Romano mittebantur ad prouinciarum administrationem: & hi legatis delegabant iurisdictionem, merum, & mixtum imperium. l. ſolent. ff. de offic. proconſul. quæ quidem reſponſio minime congruit: cū ex dicta. l. ſolent. cōſtet manifeſtè diſparem eſſe delegationem factam à proconſule eius legato ab ea, quæ per episcopos fit,

Variarum Resolutionum

juxta text. in dict. cap. licet. cum legatus proconsulis ex vi delegationis non posset causas meri Imperij definire per sententiam: tamen eas posset examinare. dict. l. solent. in principio. ideo verior est responsio, quod text. in dict. cap. licet. obtineat in officialibus, qui ab episcopis constituuntur, & hi vicarij appellantur. Nam & isti quadam conscientia, & permissione iuris exercent mandatum sibi à praelatis iurisdictionem: & ideo episcopis tacite permittitur censetur iure canonico hos vicarios constituere, atque eis iurisdictionem demandare, ut eorum locum teneant, viceque gerant: qua ratione dicuntur vicarij iudices ordinarij, & ordinariam habent iurisdictionem. glos. in capi. secundo, de offic. vicarij. libro sexto. & in capi. Romana. in princip. verbo. generaliter. de appellat. in. 6. & in cap. perlectis. 21. distinctio. Fel. in rubric. de offic. delegat. numero. 4. Alexan. numero. 17. lafon nume. secundo, in rubric. ff. de offic. eius, cui est mand. iuris. Matthæ. Afiliet. in constitut. Neapo. libro primo. rubric. 59. numero. 11. Panormit. in capi. decernimus. numero. 11. de iudic. & idem in cap. si quis contra clericum. numero. 35. de foro. compet. in repetit. quorum opinio communis est, & profecto iure probatur quid quid in contrarium scribat Alcia. in rub. de offic. ordi. 5. iudicium specie. siquidem satis erit, ut vicarij habeant iurisdictionem ordinariam, quod generaliter, tacito consensu principis, legis, aut reipublicæ ab episcopis constituuntur, ut eorum vice, & loco iurisdictionem generaliter exercent. Qua ratione idem erit dicendum in iudicibus secularibus, qui apud Hispanos à rectoribus ciuitatum delegantur, & eorum locum tenentes appellantur. Nam & hi ordinariam habent iurisdictionem, & eam exercent consensu principis, licet ab ipsis rectoribus: non à principe nominentur, habent etenim rectores ciuitatum apud nos ius istud constituendi vicarios, etiam absque vlllo impedimento. Atque ita hos habere ordinariam iurisdictionem etiam iure ciuili asserit Paul. Castrensis in rubri. ff. de offic. ass. & Curtius Iunior in rubri. ff. de offic. eius. numero decimonono. contra Alexandrum inibi, qui voluit, vicarios istos iure ciuili non habere ordinariam iurisdictionem. His tandem probatio communis sententiæ refellitur: & ea ratione verior est opinio quorundam iuris vtriusque interpretum, qui exillimarunt, nullam esse differentiam inter ius canonicum, & ciuile in delegatione meri, & mixti Imperij: imò probatissimè iuris esse, ita iure canonico ea, quæ sunt meri, & mixti Imperij esse indelegabilia, sicut iure ciuili. quam sententiam aduersus communem tenuerunt Imola, Felinus, & Alciatus numero.

76. in dicto capitu. quod sedem. Anania in dicto cap. in archiepiscopatu. Deci. in. l. 1. colu. 6. & ibi Iacob. de Negris col. 13. ff. de off. eius cui est mand. iurisdictione. sentit Innoc. ca. super quæstionum. de off. delegat. col. 3. communis tamen sententiæ adeò obrinuit, ut difficilimum sit eam in praxi refelli.

In hac verò disputatiōe adhuc cōmuni sententiæ adstipulatur tex. in. c. vlt. de off. or. in hæc verba. His, quibus ex officio in certis casibus competit illos absolueri, qui pro violenta manuum iniectiōe incidunt in canonem sententiæ promulgatæ, licet alijs huiusmodi absolutionem cōmittere, cūm viderint expedire. Qua quidē constitutiōe probatur, ea quæ iure speciali magistratibus conceduntur à lege, vel rescripto principum delegari posse. Et tamen hæc iure ciuili sunt indelegabilia. tex. in. d. l. 1. ff. de off. eius, cui est mand. iuris. à qua & illud deducitur, meri, & mixti Imperij causas non posse delegari. Igitur constat ex his maximam differentiam cōstitui inter ius canonicum, & ciuile in harum causarum delegatione. idem manifestius apparet, si præmittamus iure Pontificio latam esse excommunicationis sententiam, cuius absolutio Romano pontifici tantum competit, in eos, qui manus iniecerint violentas in clericos. capitu. si quis suadente. 17. q. 4. Quæ tamen absolutio speciali quodā iure quandoq; episcopis cōmittitur. c. mulieres. cap. de monialibus. cap. peruenit. c. quod de his. c. vlt. de senten. excom. Quod si probauerimus communem sententiam: facilis erit interpretatio dict. text. in cap. vlti. de off. ord. cūm iure Pontificio meri, & mixtum Imperium delegabilia sint. At si nullam in hoc differentiam inter ius canonicum, & ciuile admiserimus, superest adhuc difficultas: cur ea quæ speciali quodā iure, & nominatim lege, vel canone alicui tribuuntur, possunt delegari, & alteri cōmitti. contra iuriconsulti responsum in dicta. l. 1. in princ. Et, ut simul elegantem iuris Pontificij constitutionem ab alijs obiectionibus tute mur, aduersus eam item opponitur tex. in capi. vlt. 5. vlt. de off. deleg. quo palam probatur, potestatem absoluendi, vel excommunicandi alicui datam, ab eo alteri delegari non posse. idē instituit ille text. de potestate prædicandi, dispensandi cum irregularibus, iniungēdi pœnitentias, hæc etenim demandari alteri non possunt. vnde Doc. in. l. Imperium. ff. de iuris. omni. iudic. ex eo capite adnotarunt, voluntariā iurisdictionem non posse delegari. glos. in. l. ab ea parte. ff. de probat. Felin. in dict. cap. quod sedem. num. 2. Bald. in. l. 3. nu. 6. C. quando prouo. non est necess. Deinde & tertio obstat prædictæ constitutioni, quod habens speciale cōmissionem à principe ad expediendum aliquid,

aliquid, quod sit principi referuatum, non potest id alteri delegare secundum Bald. in capit. vlti. de off. deleg. ex eo, quod negotiū graue, & arduum sit, & ad id videatur electa industria delegati. idē notant Barb. col. 3. in dict. capit. vlt. de off. ord. Fel. in dict. c. quod sedes. col. 2. post Anto. & Imol. ibi. Alex. in. l. 1. ff. de offic. eius. nume. 6. & ibi Iason nume. 28. quam opinionem sequuntur asserētes, eam esse communē Lancelo. Dec. col. 2. & Jacob. de Nigris col. 15. in ea. l. 1. vnde habēs potestatem legitimandi, creandi tabelliones, & dispensandi, non potest si delegatus sit, & ex commissione principis eam potestatem habeat, delegare. Et tamen in dict. capit. vlti. habens potestatem absoluendi ab excommunicatione, cuius absolutio Papæ referuatur, optimē poterit eam alteri delegare. Quibus tandem effectum est, vt difficilis sit interpretatio illius responsi. Et sanē Bald. in dict. capit. vlti. scribit, cum rex. procedere nō in iurisdictione delegata: sed in ordinaria cōpetenti alicui ex priuilegio speciali: nam hæc delegari poterit: sicut & ea, quæ iure ordinario, & communi data est. sequitur eandem Baldi adnotationem Iason in. l. à Diuo Pio. 1. col. ff. de re iudi. idem in. l. à iudice. in prin. C. de iudic. Ego verò non inficior, iurisdictionem ordinariam alicui datam priuilegio speciali, delegari posse, sicuti & ea legatur, quæ absq; priuilegio iure communi ad aliquem pertinet. ambigo tamen, quæ sit ratio cur in. d. capit. vlti. ea quæ iure speciali, & nominatim ordinario iudici lege, vel canone tribuuntur, delegari possint, iuriconsulto refragante in dict. l. 1. idē dici potest, delegationem, cuius Romanus Pontifex meminerit in dict. capit. vlti. factam fuisse tantum quoad quandam actum, & nudum ministerium, nēpe simplicem absolutionem. Quod quidem nudum ministeriū absolutionis episcopus quoties viderit id expedire, delegare, & cōmittere poterit: quemadmodum deducitur ex ratione text. in cap. super quæstionū. §. nos autē. de off. deleg. atq; ita iuxta hanc interpretationem nihil in ea constitutione decisum est, quod iuriconsulto in dict. l. 1. refragetur.

Secundò, illud fortassis non incongruē Pontificiæ responsioni aptabitur: quod ea delegatio iure permissa fuerit in fauorem animæ, & eius utilitatem: nē periclitaretur excommunicatione ligata: vnde ad faciliorem huius seruitutis libertatem, erit item liberum praelatis absolutionem hanc alteri committere. sic etenim responderunt Lancelo. Dec. col. 2. & Curt. Iunior num. 80. in dict. l. 1. ff. de off. eius. Et præterea ius hoc absoluendi excommunicatos propter clericorum percussione, ego cenſeo episcopis competere, & alijs præ-

latis iure officij ordinario: & ita iure magistratus eo ipso, quod quis episcopus, aut praelatus sit. Nā & si huius excommunicationis absolutio sit Romano Pontifici referuata propter grauem iniuriā clericorum ordini illatam: nihilominus iure Pontificio statuti sunt quidam casus, in quibus iustissimis rationibus ad reipublicæ utilitatem, episcopis, & alijs praelatis ratione officij ordinarij, non quidem specialiter ob negotij pondus; imò quia tunc non ita committitur criminis punitionem augeri, & extolli, permissum est, quod Christianis absolutionem ab hac excommunicatione ministrent. Etenim quod iuriconsulto scribit in dict. l. prima. tunc obtinet, cum propter causarum pondus, & grauitatem specialiter lege, senatusconsulto, aut decreto principis negotia magistratibus committuntur: quæ alioqui non suberant eorum cognitioni, nec examini. Et idēdē causæ mei Imperij, atq; item mixti, propter earum pondus specialiter committuntur iudicibus, nec ab eis delegari possunt: quæ quidem ratio satis aliena est à responso Romani Pontificis in dict. capit. vltim. cum inibi negotij qualitas efficiat facilem iuris canonici commissionē, qua praelati in absoluendis excommunicatis vantantur, & eiusdem absolutionis delegationem: quoties id visum praelatis æquum fuerit. Ex quibus mihi libuit aliquot inferre ad intellectum dict. capit. vlti.

Primum, deducitur eius conciliatio cum capit. vltim. §. vltimo. de offic. delegat. siquidem text. ille procedit in eo; qui habet potestatem absoluendi ex commissione Romani Pontificis, ex commissione, inquam, nudi ministerij: is etenim delegare nudum illud ministeriū, à quo delectus fuit per Papam, minimē potest. At in dicto capit. vltim. de offic. ordin. potestas absoluendi competit ex officio ratione dignitatis, siue illi dignitati hoc tributum sit iure communi, siue priuilegio. vnde subinfertur, potestatem exercendi nudum ministeriū ex officio, aut dignitate adhuc iure priuilegij alicui competentem, delegari posse. quod adnotauerunt gloss. Ioan. Andre. Imol. Panormita. & alij in dicto capit. vltim. de offic. ordin. Felin. in dicto capit. vltim. de offic. delegat. Secundò deducitur, potestatem absoluendi, & sic nudum hoc ministeriū competentē alicui ex simplici delegatione, alteri mandari non posse. text. in dict. §. vltimo. Deinde & tertio, apparet iudicem delegatum, cui non nudum ministerium, sed & iurisdictione commissa fuerit, posse absolutionem ab excommunicatione alteri delegare. gloss. omnium consensu recepta in dict. capit. vltim. de offic. ordi. quam sententiam

Variarum Resolutionum

tentiam admittunt: Doctor. in dict. §. vltim. de offic. delegat.

6 Secundo infertur, iurisdictionem voluntariā competentem alicui ex commissione legis, Senatuscōsulti, aut canonicis, delegari posse: quod in dict. capit. vltim. satis probatur: quando hæc voluntaria iurisdictione non sit tanti momenti, quin per alium expediri valeat. idem colligitur ex lege apud proconsulem. ff. de manumi. vindict. quam ad hoc citat. Bald. §. 2. ff. de offic. procons. & lega. facit ad hæc text. in capi. secundo & tertio. de offic. Archipres. & in capi. primo. §. vltim. de temporib. ord. in. 6. quibus probatur iurisdictionem voluntariam alicui lege datam posse alteri committi. Quod si voluntaria iurisdictione à principe data sit per rescriptum, ea alteri per delegatum committi non poterit. text. in dict. capit. vltim. §. vltim. cum delegatus ad nudum tantum ministerium, non possit id alteri demandare. atque ita difficultatem istam componit, & explicat Longouallius in dicta. l. Imperium. fol. 36. Nec quidquam oberit, quod voluntaria iurisdictione iure speciali, & priuilegio quodam detur à iure alicui ratione dignitatis, aut officij. Etenim ex eo, quod ea potestas, dignitati, vel officio perpetuo datur, iam ordinaria potius dicenda est, quam delegata. Et ideo potestatis ordinariæ iura habet, & sequitur: iuxta notata per Abb. Cardin. & Felin. in capit. licet. de offic. ordi. Bartol. Alexand. & Jason. in. l. 3. ff. de offic. eius cui est mand. iur. Ergo iurisdictione voluntaria competens alicui, siue speciali iure, siue priuilegio: modo ratione officij, aut dignitatis perpetuo à canone, vel lege data sit, delegari poterit: nisi ea iurisdictione magni sit momenti. Nam ea ratione obtentum est, episcopum non posse potestatem conferendi beneficia committere alteri, quam eius vicario generali. gloss. vltim. in capit. statutum. de præbend. in. 6. & in capit. deliberatione. verbo, cuiusque. de offic. delegat. eod. libr. Oldrad. consil. 77. Cardin. in capi. cum dilectus. 2. colum. de consuetudi. Abb. in capit. constitutus. numero. 5. & in capit. vltim. numero. 6. de concess. præbend. Rota Antiqua. 288. & 327. Ioan. de Selua in tract. de benef. secunda parte. quæst. 21. Et est communis sententia. Doctor. in dicto. capit. statutum. & in capit. deliberatione. quod satis iuste obtinuit ex eo, quod collatio beneficiorum maximi sit momenti, & requirat sedulam, ac diligentissimam prælatorum examinationem, & curam. eandem sententiam asseruit gloss. quam ibi Dominic. & Franc. sequuntur in capit. vltim. de offic. vicarij. quo in loco Romanus Pontifex perpendens rem hanc feri-

7 am esse statuit, collationem beneficiorum minime censeret commissam ab episcopo, vicario, quem generalem constituit, nisi expressim eius delegatio, & commissio fiat. sic nec eidem vicario vi, & ratione generalis commissionis non censeretur data potestas inquirendi, corrigendi, aut puniendi subditorum excessus, nec priuandi quemquam ecclesiastico beneficio, officio, aut administratione. capit. licet. de offic. vicar. eod. libro. Hæc siquidem grauiora sunt, & maiora, quam, vt in generalem delegationem veniant. Est igitur necessaria specialis commissio collationis ecclesiasticorum beneficiorum, neque continetur sub generali delegatione, que per episcopum fit vicario totius diocesis. Huic verò sententiæ non obstat text. in capit. ex frequentibus. de institut. Quia licet ibi expressum sit, vicarium generalem posse beneficia ecclesiastica conferre: habet tamen ea constitutio varias interpretationes, vt demum vicarius cōferre possit beneficia, non quidem ex generali commissione exercendi iurisdictionem: sed vi, & ratione specialis delegationis, secundum Dinum in reg. prima. de regul. iur. in. 6. numero. 14. quam interpretationem & Panormi. sensit. in dict. capi. ex frequentibus. Qui tamen subiungit aliam quam Imola, & docto. probarunt, asseuerantes illum text. tractare non de libera collatione, beneficiorum: sed de institutione, quæ fit ad patronorum præsentationem: quam vicarius generalis absque specialis commissione ministrare, & impartiri poterit: quod etiam tenuerunt gloss. in dict. capit. ex frequentibus. verbo. officialium. Rota. singu. 601. gloss. in capit. vltim. de offic. vicarij. in. 6. inibi communi omnium suffragio recepta. idem gloss. in capit. cum in illis. §. cum autem. de præb. in. 6. Selua de beneficio. secunda parte. quæst. 14. eandem opinionem sequuntur dicentes eam communem esse Rochus Curti. in tractat. de iure patro. verb. competens. quæst. 31. & Lamberti. 2. libr. de iure patrona. tertia part. quæst. prima. artic. 5. idem eam tenet dict. secunda part. quæst. 4. Quin & tertio poterit intelligi text. in dict. capit. ex frequentibus. de institutione, quæ non confert titulum beneficij: sed habenti iam illum, vel vicario dat authoritatem administrandi animarum curam: iuxta text. in capit. primo. de capell. mona. in. 6. nam vicarius episcopi generalis absque speciali commissione potest habenti beneficium, vel eius vicario authoritatem hanc exercendi animarum curam impartiri, secundum Imol. & cōmunem in dict. capit. ex frequentibus. præcedens verò intellectus adsumi potest à text. in capi. primo de instit. libr. sexto. vbi constat, vacante sede episco-

epiſtopali tranſire in capitulum, & collegium canonicoꝝ, ius inſtituendi præſentatoꝝ à patronis: quanuis non poſſit capitulum vacante ſede beneficia libera collatione conferre.

8 Obiter verò ex his, quæ diximus de iuriſdictione voluntaria competenti alicui iure ſpeciali, vel priuilegio: ratione tamen perpetuæ dignitatis, vel officij, quibus perpetuò ius hoc ſpecialiter tributum ſit à lege, vel canone, colligitur, quid dicendum ſit de iuriſdictione voluntaria competenti ex priuilegio: an ea poſſit extra territorium exerceri? Cui quæſtioni præmittendum eſt, voluntariam iuriſdictionem exerceri poſſe extra territorium. l. ſecunda. ff. de offi. proconf. gloſſ. & Docto. in capit. nouit. de offi. legat. & in capit. pen. eod. tit. Hoſtien. & alij in capit. quia diuerſitatem. de conceſſ. præb. & in capit. poſt electionem. eod. tit. Bal. & Alber. in l. emancipari. ff. de adoptioni. gloſſ. & ibi poſt alioſ laſon in l. vltim. ff. de iuriſ. omni. iudic. vbi Hippolyt. numero. 7. & Deci. columna prima. teſtantur, hanc ſententiam communem eſſe. vnde apparet, epiſcopum poſſe beneficia eccleſiaſtica conferre exiſtens in aliena dioceſi: gloſſ. in dicto capit. nouit. Ioan. de Selua latè in tracta. de benef. 3. part. quæſt. 40. & 63. Fatentur omnes, qui præcedentem conſuſionem probarunt, & Ioann. Crortus in capit. vltim. de conſt. in. 6. Imò & ipſius epiſcopi vicarius habens poteſtatem conferendi beneficia, poteſt ea conferre extra propriam dioceſim: ſicuti notant gloſſ. in capit. ſtatutum. verb. per ſe ipſos. de præben. in ſexto. Rota Antiquior. de offi. vicar. 5. Domi. in capit. vltim. & in capit. licet. de offi. vicar. in ſexto. gloſſ. in pragmatic. ſanct. citu. de collatio. 5. & quia. verb. vicario. Rebuffus in tracta. nominationum. quæſt. 14. nume. 65. & 27. Selua de benef. 2. part. quæſt. 14. colum. tertia Antohi. Corſet. in tracta. de excell. Regis. quæſt. 80. Nicola. Boerius in deciſ. 30. vbi ſcribit, ita ſententia iudiciali obtentum fuiſſe, tamen ſi contrarium tenuerint Bald. in dict. l. ſecunda. ff. de offi. proconf. Barba. in dicto capit. nouit. numero. 17. & Franc. in capit. vltim. de offi. vicar. in ſexta. quorum opinio ex eo corruiſit, quòd cum hæc iuriſdictione voluntaria ſit, & poſſit extra territorium exerceri: nulla poteſt congrua ratio conſtitui, nec dari quo minus eiufdem uſus vicario epiſcopi etiam extra territorium ſit licitus. Illud tamen eſt adnotatione dignum, quòd ſi epiſcopus beneficium vacans alicui contulerit eo die extra dioceſim, quo eius vicarius alteri intra territorium contulit: præferendus erit habens titulum à prælato, etiam ſi vicarius ſpecialia mandatum habeat ad conferendum beneficium: ſecundum

Calderin. conſil. ſecundo. de offi. vicarij. & Cafarem Lamberti. de iure patro. ſecundo libr. tertia part. quæſt. ſecunda. artic. tertio. Ex quibus & illud conſtat, an hæc voluntaria iuriſdictione, quæ in conferendis beneficijs exercetur, poſſit per epiſcopos, & prælatos intra curiam Romanam ad uſum, & praxim deduci: ita quidem, vt inibi commorantes valeant beneficia, quorum collatio eis competit, conferre? Et ſane poſſe id fieri probatur ex communi omnium ſententia, qua obtentum eſt, iuriſdictionem voluntariam exerceri poſſe extra territorium: atque ita in ſpecie, prælatos quibus competit beneficiorum collatio, poſſe beneficia conferre exiſtentes in Romana curia, tenent Franciſc. Pauinus in tracta. de poteſta. capit. ſede vacan. quæſt. 110. prima. ſecunda parte. colum. tertia. Præpoſit. in capit. qui in aliquo. colum. vltim. 51. diſtin. Hierony. Paul. in præſt. cancell. Folio. quadrageſimo octauo. Rebuffus in tract. nominat. quæſt. 14. numero. 28. Ludou. Gomez in regu. de non iudican. iuxta formam ſuppli. quæſt. tertia. Probus in diſt. capit. ſtatutum. numero. 9. receptum tamen eſt ſecundum eodem in praxi, quòd epiſcopi non poſſint beneficia conferre etiam ea, quæ vacauerint extra curiam, dum ipſi præſente Summo Pontifice curiæ ad ſincimò oportet eos ad hunc collationis actum curiam exire. idem aſſerit Aeneas de Falconibus in tracta. reſeruatio. quæſt. quarta principali. qd. 10. quo in loco citat deciſionem Rotæ in Antiquis. 573. quam & Pauinus adduxerat: quæ præmittit iure ipſo ſecluſa praxi, hanc voluntariam iuriſdictionem poſſe exerceri in ipſa curia Romana præſente inibi Summo Pontifice. Dubitat tamen ipſe Aeneas exiſtimãſ iuriſdictionem voluntariam minimè poſſe exerceri in curia præſente ipſo principe, ex l. ſecunda. ff. de offi. proconf. omnes, inquit iuriſconſultus, proconſules ſtatim quam urbem egreſſi fuerint, habent iuriſdictionem non tamen contentioſam, ſed voluntariam. Igitur intra urbem nec voluntariam habent. Potuiſſet vrgentiùs adduci text. in l. vltim. ff. eod. tit. vbi Proconſul urbem ingreſſus deponit Imperium. Cuius loci autoritate Fulgoſi. & Coralius ibi adnotarunt epiſcopos Romam ingreſſos nec ſacerdotia conferre poſſe. ad idem facit text. in capit. niſi. de off. leg. & in l. 4. §. ſi tam vicinum. ff. de damno infect. quo ſit ipſum Romanæ curiæ ſtylum non omninò aduerſari his, quæ iure communi ſtatuta ſunt, illud profectò minimè poteſt negari, epiſcopos, archiepiſcopos alioſque prælatos Romanam curiam habitantes nequaquam poſſe admittere reſignationes ſimplices, nec permutationes beneficiorum eccleſiaſticorum,

fticorum ; quæ sint propria cuiusq; diœcesis: cū ex hoc in curia Romana vacare dicantur , & eorum collatio palàm ad Summum Pontificem pertineat. capit. secundo. de przb. in. 6. Ab eadē radice deducitur, quod Albert. scripsit in. l. eman. cipari. ff. de adoptio. al. tenerans, episcopū in aliena diœcesi posse subditis conferre primam ordinis ecclesiastici tonsuram. cui accessit Rebuffus in dict. tract. nominatio, quæst. 14. numero. 29. Nam idem Alberi. in. l. vlt. ff. de iuris. omni. iud. & Panor. in capit. ex tuarum. numero. 11. de auctorit. & vsu pallij. expressim tenuerunt episcopum non posse in aliena diœcesi ordines conferre, etiam proprijs subditis. Etenim prior Alb. sententia obtinet in primæ collatione tonsuræ: posterior verò in ministerio sacrorum ordinum, quæ conferuntur ab episcopis celebrantibus diuina officia indutis vestibus Pontificabilis: siquidem quauis episcopus in aliena diœcesi iure valeat sacra missarum solennia vestibus Pontificijs celebrare. gloss. in clem. vltim. verb. etiam celebrare. & ibi Cardin. de priuil. Abb. in capit. primo colum. secunda. vt lit. pend. idem in capit. antiqua. in sine. de priuil. Hosti. in cap. vltim. de aut. & vsu pallij. gloss. in pragmat. sanctione. tit. de spectaculis in ecclesia non ædendis. verb. benedicunt. nequaquam tamen poterit simul & vestibus Pontificijs celebrare, & sacros ordines etiã subditis conferre absq; diœcesani licentia, sicuti visum est gloss. in dict. Cle. vltim. Anto. & Pano. in capit. ex tuarum. numero. 11. & in dict. capit. vltim. de aut. & vsu pallij.

Cæterum, vt quæstionem propositã absolua- mus, quibusdam placet prænotatam conclusio- nem veram esse in voluntaria iurisdictione cõpe- tenti iure cõmuni, & ordinario: & secus esse in voluntaria iurisdictione, quæ quidem competat iure speciali, vel priuilegio, vt tandem hæc nemo vti valeat extra territorium secundum Roma. in sing. 48. & Curt. Junior. in. d. l. vlt. col. 1. ff. de iur. omni. iud. quam sententiam Roman. adnotauit ex cap. statutum. de przb. in. 6. quo decisum est, ecclesiastica beneficia, quæ Romani Pontificis collationi, ex eo q̄ in curia vacauerant, reseruata sunt posse post mensem à die vacationis nume- randum, si à Romano Pontifice collata non fue- rint, per episcopos ipsos intra propriã diœcesim habitantes, non extra conferri. Mihi verò vt plu- rima egregiè placent, quæ Ludo. Ro. vir quidem non vulgaris eruditionis in illo singulare con- clusionū opere adnotauit: ita sanè visum est quã- doq; eundem auctorē aliqua iuriscõsultis, & Ro- manis Pontificibus, dum nimis propetè festina- ret imposuisse, quæ omninò aliena sunt à legisla-

torū iudicio, & sensu: atq; ita præsentiarū ei con- tigisse suspicor: quippe qui censuram eius adnota- tionē minimè probari in. d. c. statutum. & dein- de falsam fore: quod palàm erit, si obseruemus, epi- scopū iure ordinario collatorē esse omnium be- neficiorum, quæ sint propriæ diœcesis. gloss. & omnes in. c. quanquam. verb. secus. de elect. in 6. traditur in. c. cū venerabilis. de excep. l. 1. tit. 16. parte. 1. Selua docet latè. 2. par. de benef. q. 1. & q. 22. optimus tex. in ca. nouit. & ca. quãto. de his quæ fiunt à prelat. Hæc verò ordinaria episcopo- rum potestas per reseruaciones Romanorū Pon- tificū, vel canonū tollitur, & interim dum viget earum vis suspēditur: sicuti iure manifestum est. Quibus adamussim cõsideratis apparet in. d. c. statutū. non probari Romaniconclusionē. Quia in ea constitutione statutū est, beneficia vacãtia in curia post mensem conferri posse à prelati in propria quidē diœcesi, nō in aliena: nō ea ratioe q̄ iurisdictione volūtaria in hac specie competat iure speciali, & priuilegio: sed ad euitandas fraudes quibus prelati utebantur, constituētes procura- tores: qui statim elapso mense in curia, vel loco proximo eidem beneficia conferrent, & Roma- norum Pontificū collationes præuenirēt: quem admodū glo. communiter recepta in. d. c. statu- tum. verb. per ipsos. euidēter adnotauit. Et præ- terea à licet in specie. d. c. statutū. collatio benefi- ciorum cõpeteret prelati iure speciali, & priuile- gio: potius foret priuilegium id extendendum, quàm restringendū: quippe quod episcopis iure eis antiquitus competenti donaret. gl. in. d. cap. statutum. verb. numerandū. Præsertim quòd, vt tertiam rationem cõstituamus, non competit eo casu episcopis collatio beneficiorū iure speciali, nec priuilegio: sed iure cõmuni, & ordinario ces- sante, & extincta reseruacione per lapsum men- sis, vt in eo capite apertissimè probatur. Quartò idem tex. iuxta comunē interpretationē pro- bat contrariam conclusionem: siquidem secun- dum omnes speciale inibi statuitur in beneficijs vacantibus in Curia, quòd ea non possit episco- pus conferre extra propriam diœcesim: cõsequi- tur ergò in alijs casibus ius cõmune permittere episcopis collationem beneficiorum intra alie- nã diœcesim: modò ea ad ipsos pertineat. Dein- de & quintò: si Romani opinio vera esset, Archi- diaconi, Abbates, & similes prelati non possent conferre beneficia extra territorium: cū eis cõ- petat collatio iure speciali: quod falsum, & absur- dum est: præsertim quòd hi territorium non ha- beant. Vltimò, Romani sententia maximè falsa foret in casu, quo episcopis, & dignitatibus iure cõmuni cõpeteret collatio beneficiorum: ra- tione

tione priuilegij dati ab ipſomet iure perpetuo ipſi dignitati: quia tunc ea collatio iam ordinaria eſt, & ratioe dignitatis, vel officij competit. Quã ob rem id habet peculiare, vt omnino minimẽ ſe quarur conditionem eius iuriſdictionis, quã ſpeciali hominis priuilegio perſonã datur: quod in dict. cap. vlti. de off. ord. probatur.

Tertiõ, principaliter apparet ex hac reſolutione, Baldi ſententiam, qua probare conati ſumus habentem poteſtatem delegatã a principe ad exercendum ea, quã principi ſpecialiter ſunt reſeruata, nequaquam eam alteri poſſe committere, procedere in eo, cui hæc poteſtas à principe data ſit: nam is eam alteri delegare nequit, etiam quo ad quandã, & certã ſpecielem ſubdelegationem, ſecundum omnes, tamenſi Deci. in capi. tertio. columna tertia. de offic. delegat. Præpoſit. in capitu. per venerabilem. qui filij ſint legit. §. quod autem. col. 37. & Mart. Laud. in repe. l. primã. ff. de offic. eius cui eſt mandata iuriſ. alleuerent, ſubdelegationem in hac ſpecie fieri poſſe ad certã legitimatiõem, vel diſpenſationem: licet generalis ſubdelegatio fieri non poſſit. At ſi ex officio, aut dignitate habeat quis ius exercendi ea, quã principi ſupremo iure ſunt reſeruatã, quãuis id contigerit caſu priuilegij dati eidem dignitati: tunc ex iſto eam poteſtatem delegari optimo iure poſſe. Et id deducitur à deciſionẽ text. in dicto capitu. vltimo. de offic. ordin. cum iſta poteſtas iam ordinaria ſit ex eo, quod ratione dignitatis competat perpetua ipſi, qui eam dignitatem obrinuit, cuiusque in eadem legitimis ſucceſſoribus: atque ita eſt intelligenda reſponſio text. in dicto cap. vlt.

Super eſt modõ & hoc in loco, cum de delegatiõne cauſarũ tractemus, duo cõponere: Romanorũ Pontificum reſponſa, quã maximẽ contraria videtur: nepe text. in c. cum Bertholdus. de re iud. & in c. cum cauſam. de appella. Horum primũ admittit ſubdelegationem eius, qui delegatus eſt ab inferiori ordinario, vel delegato iudice, qui quidem princeps non ſit: poſterius autem eam ſubdelegationem palãm improbat, ſtatuens regulã iuris, qua obtentum eſt, delegatum inferioris à principe non poſſe ſubdelegare. idem expreſſim probat Regia. l. decimanona. titu. quarto. parti. tertia. notatur in. l. à iudice. C. de iudic. & in capitu. ſuper quaſtionum. §. ſi verõ. de offic. delegat. Et ſanẽ receptum eſt, etiam poſt litis conteſtationem delegatum inferioris à principe non poſſe ſubdelegare. gloſſ. in dicto capitu. cum cauſam. quam Docto. ibi approbant omnium fere conſenſu. & in dicto. §. ſi verõ. Iſo. poſt alios in dicta. l. à iudice. Socinus in. l. prima. ff. quis & à

quo appellandum ſit. columna tertia. qua tandẽ ſuppoſita concluſione, quidã reſponderunt text. in dict. capit. cum Bertholdus. procedere in delegato legatũ Romani Pontificis: is etenim propter authoritatem dignitatis ſubdelegare poterit ad exẽplũ legatũ proconſulis, qui ſubdelegare potẽt l. legatus. ff. de off. proconſ. vbi iuriſ. conſultus ſcribit, legatum proconſulis iudicem dare poſſe: ita etenim affirmatiue legendus eſt iſt locus: quod gl. ibidẽ innuit: atq; ita abſq; negatione legi in Pandectis Florentinis affirmant Angelus Politianus lib. Miscellancorum. capi. 78. Budæus, Coraſius, Euguinarus in dic. l. legatus. Ant. Auguſt. libr. 1. emendat. ca. 4. Nebriffenſis in lexico iuris ciuilib. verbo, nõ. & id palãm apparet ex. l. cum prætor. §. is quoque. ff. de iudic. is quoq; inquit Paulus; cui eſt mandata iuriſdictione iudicem dare poteſt, vt ſunt legati proconſulum. idcirco parem conſtituentes legatum legatũ Romani Pontificis legato proconſulis exiſtimarunt, eum poſſe ſubdelegare Bal. in. l. à iudice. C. de iudic. Angel. in dic. l. cum prætor. §. 1. Panor. in. c. cum Bertholdus. nu. 22. quorum opinionem aſſerit communem eſſe Fel. in dict. cap. ſuper quaſtionem. num. 17. Sed hæc interpretatio, nec conuenit text. in. d. c. cum Bertholdus. nec vera eſt: Primum etenim conſtat legatum Apoſtolice ſedis; cuius meminuit text. in. d. c. cum Bertholdus. non fuiffe legatũ de latere; de quo Bal. Angel. & Fel. prædictã conſtituere concluſionẽ. Vnde manifeſtẽ fallitur Brunellus, dum in tract. de legato. concluſ. 10. tradit text. in dict. cap. cum Bertholdus; procedere in legato de latere: atq; inibi de eo tractari. deinde falſum eſt, qd delegatus legatũ etiam de latere ſimilis ſit legato proconſulis. Qui quidem proconſulis legatus eius. fere vicaria vtebatur poteſtate, quam & ſi à proconſule acciperet; à lege tamen eam habebat ex continuatione proconſulis: & idẽ iudex ordinarius dñi potuit: ſicut de vicario epiſcopi ſuperius adnotatum eſt: idem profecto cõſtat, ſiquidem legatus proconſulis cõſtituebatur ad cognitionem omnium cauſarum in vniuerſum totius prouinciã: atq; idẽ eiufdem legatũ officium inter alia Romanę reipub. munera publica connumeratur: quo ſit nimirum eſſe, qd is ſubdelegare poſſit: nam delegatus ad vniuerſitatem cauſarum ſubdelegare poteſt vnã, aut alterã cauſam, ſecundum gloſſ. in dic. l. legatus. & in. d. cap. cum cauſam. & in. d. capi. ſuper quaſtionũ. §. ſi verõ. quas Doct. cõmuniter ſequuntur. laſ. in. l. à iudice. nu. 8. C. de iudic. Fel. in dict. cap. ſuper quaſtionum. nu. 17. fatentur eam cõmunem eſſe opinionem Purpur. in. l. more. nu. 98. ff. de iuriſ. omni. iudi. & inibi Cur. Iunior. nu. 67. licet ipſe & Dec. in dict. cap. cum


Variarum Resolutionum

capi. cum causam. de appell. conetur contraria in hoc tutari sententia: quod modo non disputo: sat etenim est non esse parē delegatum legati etiam Cardinalis legato proconsulis: inter quos maximum verē discrimen est, & iure ipso palam constituitur. Est tamen ad interpretationem. d. l. legatus. obseruandum, quod regulariter maxima inest differentia inter hæc duo: mandare iurisdictionem, & dare iudicem. Nam mandare iurisdictionem iudex dicitur, qui iurisdictionem suam omnem, vel speciem aliquam delegat, & generali causarum cognitioni aliquem preponit ipsius loco: dare autem iudicem est, alicui vnam, aut alteram causam committere, aut delegare ex his quidem causis, quæ suberant cognitioni delegantis. probaturq; discrimen istud in. l. i. §. vlti. cum. l. sequen. ff. quis & à quo app. sit. vbi Soci. hoc adnotauit colum. §. optimus text. in dicta. l. cum prætor. §. i. & in dict. l. legatus. gloss. in. l. i. §. qui mandata. ff. de off. eius cui est mandat. iuris. l. à iudice. C. de iudic. l. sæpe. in fi. & l. seq. ff. de off. præsid. Nec tamen inferior quandoq; ex subiecta materia verba supradicta confundi. quod apparet ex. l. vlt. ad finem. C. vbi & apud quos. l. i. in principio. ad finem. ff. de offic. eius. & l. placet. C. de iudic. Tandem fit, vt cum potissimum differat legatus proconsulis à delegato legati etiam à latere Romani Pontificis destinati, nequaquam huic delegato legati liceat subdelegare: quemadmodum asseuerant Alberi. Paul. & Iason in dic. l. à iudice. Roma. in. l. & quia. ff. de iuris. d. omni. iudi. Collecta. in dic. cap. cum Bertholdus. Archid. Io. And. Anchar. Domi. & Franc. in cap. 2. de off. leg. in. 6. Dec. in cap. si pro debilitate. colum. 3. de off. dele. vbi testatur, hanc opinionem communem esse: atq; dubio procul quidquid Feli. dixerit, hæc posterior sententia frequentiori Docto. consensu recepta est, & iure verior: tametsi Alexan. in. l. more. ff. de iuris. d. omni. iudi. nume. octauo. & Franc. in dicto capitulo cum causam. quæ st. 8. de appellat. Bald. & Angel. sequuti, priorem existiment iure probatissimam esse. Quibus minimè patrocina- tur text. in capitulo. secundo. de offic. leg. nam licet

ex eo pares censeantur proconsules, & legati Cardinales: non sic pares iudicandi sunt legati proconsulum, & delegati legatorum Cardinalium. Quam ob rem aliter componenda sunt prædicta decretalium responsa.

Et profectò quibusdam visum est tex. in dicto capit. cum Bertholdus. ex eo procedere, quod de legatus inferioris à principe possit articulum causæ, & si non totam causam delegare. scribit etenim Inno. in dicto capit. cum Bertholdus. posse delegatum inferioris à principe subdelegare articulum causæ, qui tamen iurisdictionem non requirat: qualis est simplex examinatio testium: idem probant inibi Anchar. in Heri. & Panormi. numero decimono. idem Ancha. in Clem. prima. numero. 4. de offic. delegat. quorum opinio communis est secundum Felin. in dicto capitulo. cum Bertholdus. vbi delegatus non tantum subdelegauit articulum causæ absque iurisdictionis exercitio, sed & totam ipsam causam: quod colligitur ex illis verbis: præfatis Abbatibus committentibus alijs vices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt: à quibus dictus clericus vocem ad nos appellationis emisit. Quæ quidem oratione manifestum fit, delegatos articulum sibi commissum, & totum subdelegasse alioqui à subdelegatis appellandum foret ad delegantem, non ad Romanum Pontificem. Quod si hæc vera sunt, quemadmodum apertissimi iuris esse censeo ex capit. super quæstionem. §. porro. de offic. delega. certissimum erit, minimè posse admitti prædictam interpretationem. ideò forsitan magis expeditum erit, subdelegationem, cuius mentio fit in dicto capit. cum Bertholdus nullam fuisse, nec iure potuisse fieri: & tamē de hoc in ea Decretali tractatum nõ est, vel ex eo, quod litigantes hanc disceptationem omiserint: aut tamen quia iam ad curiam Romanam causa delata, parum intererat de hac re tractare: imò potius oportebat de iure, & meritis, ac iustitia causæ agere: quod glo. in dicto capitulo cum Bertholdus. & in dicto. c. cum causam. insinuat: ac sensus Cardia. post alios in eo. c. cum Bertholdus.

FINIS.





VARIARVM RESOLUTIONVM,

Appendix, seu liber Quartus, in quo
varia ex varijs locis obser-
uantur.

AVTHORE DIDACO COVARR-
uias à Leyua Episcopo Segouienfi.

LIBROS
DEL DR.
MARGO



Cum Priuilegio.

SALMANTICAE,

In ædibus Dominici à Portonarijs, S. C. M. Typógraphi.

M. D. L. X. X.



HOC in opere, quod & in alijs fecimus, libentissimo animo repetere constituimus obtestantes, quidquid in eo scribimus, & quæ in alijs scripsimus, & quæ in posterum scribemus sanctæ Romanæ ecclesiæ censure nos planè submittere ita quidem, vt si quid à nobis scriptum fuerit, quod vel minima ex parte Catholicis de fide definitionibus, sacrorum Cōciliorum decretis, aut Romanorum Pontificum responsis fuerit aduersum, id nobis reprobum, ac retractatum esse intelligatur: & oscitanter potiùs, quàm ex iudicio scriptum.

Huius libri Capítum summa.



- Q**UOT, & quæ fuerint olim Romæ tribus, & Scæuolæ Iurifconfulti responfum de legato tribus, quo in sensu fit accipiendum. Caput Primum.
- Iustiniani, & Celsi Iurifconfulti responsa de Hippocentauri stipulatione, ex varijs autoribus examinant. Cap. II.
- Præfectus calciatus apud Iurifconsultum, quis fit intelligendus, & de militari calciamento. Cap. III.
- Hadriani Cæsaris rescriptum de muliere prægnante ab Aegyptiorum, & Græcorum legibus deductum fuisse. Cap. IIII.
- An olim apud veteres furçarum supplicium fuerit in vsu: & de crucis patibulo. Cap. V.
- An liceat conductoribus à cōductis migrare domibus, ex eo, quòd tetrismaginibus, nocturnis illusionibus, & tumultibus inquietentur. Cap. VI.
- De Nisibi vrbe, & an ea dicta fuerit Antiochia à veteribus auctoribus. Cap. VII.
- Qua in significatione apud Iurifconsultos, Ciceronem, Varronē, & alios accipiuntur verba hæc: dicis gratia. Cap. VIII.
- Quam originem hoc nomen: Sarracenus: habuerit, & vnde Arabes dicti fuerint. Sarraceni ad interpretationem Regiæ Partitarum legis. Cap. IX.
- Quæ fuerit apud veteres Cretionum solennitas ex Vlpiano, & alijs auctoribus. Cap. X.
- Inscriptio quædam apud Gratianum expenditur, veraq; eius lectio restituitur. Cap. XI.
- Apud eundem Gratianum de Iuliano Cæsare quædam obseruatione digna adnotantur. Cap. XII.
- An vera sint quæ de Anastasio secundo, Romanæ ecclesiæ Pontifice Gratianus tradit. Cap. XIII.
- In Gelasij Papæ responfum obseruationes quædam de canonicis libris, & Apocryphis. Cap. XIIIII.
- Rursus ex Gelasio de quatuor concilijs vniuersalibus, quæ prima fuere. Cap. XV.

De libris, qui ex Gelatio Agiographi dici iure poterut. Cap. X VI.
De libris Apocryphis, & an hi publicè, vel priuatim legi possint ex
Gelasio. Cap. X VII.
Expenditur ratio temporis, & Chronologia, quæ in proœmio Par
titarum traditur. Cap. X VIII.
De festorum dierum apud Christianos celebratione, deq; eorum
origine. Cap. X IX.
De ieiuniorum, quæ Catholica ecclesia christianis indixit, obser
uatione, & origine. Caput vicesimum.
Ius succedendi ex testamento, & ab intestato, quod plerunque filijs
illegitimis à principe conceditur, an includat ius succedendi con
tra testamentum. Caput vicesimum primum.
Vnde originem habuerit dictio, Missa, quia pro summo Sacrificio
auctores ecclesiastici vtuntur. Caput vicesimum secundum.
De criminis purgatione vulgari, quæ fit candenti ferro. Cap. 23.
Quæ sint apud Martianum Iurisconsultum principia in tractatu
de re militari. Caput vicesimum quartum.

Variarum Resolutionum, Appendix, seu Liber Quartus, in quo varia ex varijs locis obseruantur.

AUTHORE DIDACO COVARRU-
uias à Leyua Episcopo Segobiensi.

S V M M A R I A.

Ex capite sequenti.

- 1 **R** O M A in tribus rusticis, & urbanas
triginta quinque olim diuisa fuit.
- 2 Titi Liuij locus ex Plinio, ac rursus Plinius ex
Macrobio expenditur.
- 3 Quæ nomina Romana tribus olim habuerint?
- 4 Valerij Maximi, & T. Liuij historia quedam
tractatur obiter.
- 5 Quæ fuerit prærogativa tribus?
- 6 Athenæ quot tribus habuerint? & earum no-
mina ex Græcis auctoribus.
- 7 Quod ius liberti apud Romanos ex manumissio-
ne habuerint, & de latinis, ac deditijs libertis
- 8 Liberti olim in tribu Romana censebantur: in
eaque suffragium ferebant.
- 9 Legatum tessera explicatur.
- 10 Quam vtilitatem liberto attulerit tribus lega-
tum apud Scæuolam?
- 11 Ius Italicum quid sit apud Iurisconsultos?
- 12 Intellectus ad l. Titia Seio. & ad l. mortuo bo-
ue. §. primo. ff. de legat. 2.
- 13 Viri clarissimi qui dicantur.
- 14 Hæres ex testamento ad factum obligatus, co-
gitur præcise facere.

Quot, & quæ fuerint olim Ro-
mæ tribus: & Scæuolę Iuriscō-
sulti responsum delegato tri-
bus, quo in sensu sit accipien-
dum. CAP. I.



P A T R O N V S liberto sta-
tim tribum emi petierat, li-
bertus diu moram ab hære-
de patroni passus est, & de-
cedens hæredē reliquit. cla-
rissimū virū. Quæsitū est.
an tribus æstimatione hæredi
eius debeat? respondi, deberi, idem quæsit, an
& commoda, & principales liberalitates, quas li-
bertus ex eadem tribu vsque in diem mortis suæ
consequutus fuisset, si ei ea tribus secundū vo-
luntatem patroni sui tūc comparata esset, an ve-
rò vsuræ æstimationis hæredi eius debeantur? re-
spondi, quicquid ipse consequutus esset, id ad
hæredem suum transmittere. Hæc Scæuola libr.
17. digestorum. & cap. 35. de legat. 3.

Et sanè cūm patronus voluerit, ipsius impen-
sa eius libertum in aliquā tribum Romæ adscri-
bi: vnde multa commoda ex publicis largitioni-
bus, & Cæsarum liberalitatibus cōsequutus fo-
ret: ne hæres patroni hoc fuerit exequutus, mor-
tuusq; sit libertus relicto hærede, qui vir clarissi-
mus erat, & in tribu censebatur, minimeq; indi-
geret emptione tribus: Accursius, & alij nō fati:
intellexere, quid in hoc respōso Scæuola docue-
rit. Qua ratione, licet breuius posset compendio
quodam huius loci interpretatio explicari, nos
tamē conabimur de Romanis tribubus, aliquot
hoc in loco adnotare, quo expeditiūs Iuriscon-
sulti, & veteres Historici, à quibus non rarò men-
tio fit alicuius Romanæ tribus, planè intelligi va-
leant.

Fuere autem Romanæ tribus numero trigin-
taquinque, ex Cicerone contra Rullum, & Phi-
lippica. 6. & in. 3. in Verrem actione, atq; illic A-
fconio Pædiano. T. Liuij. libr. 1. & lib. 6. itē libr.
33. ac rursus lib. 5. decadis. 5. & Plutarcho in Grac-
chis. Siquidem Romanus ager primum diuisus
est sub Rege Romulo in partes tres, quæ tribus
ea ratione appellatæ fuere, quòd tres essent: Ta-
tiensis, Ramnensis, & Luceres: auctore. M. Var-

rone. lib. 4. de lingua latina. idem scripsere Dionysius. lib. 2. de antiq. & Plutarchus in Romulo. Ex quibus & illud constat, quamlibet ex his partem in alias decem, quæ curiæ dicerentur, diuisam fuisse. Huic nominis rationi accedit, & Columella lib. 5. capitul. 1. quo in loco, inquit, sicuti tribus dictæ primum à partibus populi tripartito diuisi, quæ tamen nunc multiplicatæ pristinum nomen possident, idem Aconius obseruauit, qui tamen falso existimat, tribus Romanas à raptis Sabinis nomina accepisse: cum hoc nõ de tribubus, sed de curijs Liuius lib. 1. scripserit, & ne hoc quidem placuerit, Plutarcho in Romulo. Seruiõ tamen in octauum Aeneidos placuit, cutijs data fuisse nomina triginta Sabinarum, quibus iam enixis interuenientibus pax facta fuerit: sed & tribus à tributo dando nomen accepisse idem Liuius tradidit illud adiciens, Romulum sanè in triginta curias populum Romanum diuisisse: quod & Pomponius Iuriscõsultus retulit in 1. secunda. ff. de origi. iur. vt obiter mirer, Festum, & Budæum scripsisse, Romæ fuisse triginta quinque tribus, quæ & curiæ dictæ fuerint: quum tribus à curia maximè differret, essetque curia apud Romanos decima tribus pars ex Romuli diuisione, qui tres tribus constituit, & earum quamlibet in decem curias diuisit, quas Græcè dici *ἑξάσπας*, auctor est Dionysius in dict. lib. secundo. aut *ἑξάσπας*, vt asseuerat Appianus libro. 3. de bellis ciuilibus. tamen si apud Græcos *ἑξάσπας* tertia tribus pars esset: quod & Homeri interpres adnotauit Iliad. libro. 9. Cicero tamen lib. secundo de officijs: quos Græci *ἑξάσπας*, id est vicos dixere, curias esse censet: ita enim de Cimone, qui à vico Lacia Laciades dicebatur, scripsit: Theophrastus quidem scribit, Cimone Athenis, etiam in suos curiales Laciadas hospitem fuisse. Ita enim instituisse, vt omnia præberentur, quicumque Laciades in villam suam diuertisset. Hæc Cicero. ea fortassis ratione, quod ex Herodoto in Terpsichore olim quælibet tribus Atheniensis ex decem vicis, qui *ἑξάσπας* dicebantur, constaret: sicut & Romana ex curijs decem. Demum Seruius Tullius urbem in quatuor tribus diuisit, pagos autem rusticorum in triginta & vnam: quod idem Halicarnassæus. lib. 4. optimè tradidit asseueras à locis quatuor urbanas tribus dictas esse Platinam, Suburrana, Collinam, & Esquilinam: quorum nominum M. Varro. T. Liuius, & alij meminere. Reliquas verò tribus præter has quatuor urbanas, extra Romam in pagis fuisse. M. Varro sentire videtur adnotante Petro Victorio lib. 16. Variar. lect. capitul. 24. sed & Liuius lib. 9. inquit. Quin

2 tus Fabius simul concordia causa, simul ne hinc illi mortui in statu comitia essent, omnem forentem turbam excretam in quatuor tribus coniecit, vrbanasque eas appellauit. Hæc Liuius, nõ quod tunc primum habuerint initium quatuor vrbanae tribus, quæ ex eodem auctore libro. 1. à Seru. Tullio fuerant instituta, sed quod reliquæ tribus essent rusticae, & laudatissimæ eorum, qui rura colebant. quod Plinius lib. 18. capitul. 3. probat dum inquit, iam distinctio, honosque ciuitatis ipsius non aliunde erat. Rusticae tribus laudatissimæ eorum, qui rura haberent. Urbanae verò, in qua transferri ignominia esset, desidia probro. Itaque quatuor solæ erant à partibus vrbium in quibus habitabant. Suburrana, Palatina, Collina. Esquilina. Nundinis vrbe reuisitabant, & ideo comitia nundinis haberi non licebat, ne plebs rustica auocaretur. Hæc Plinius, cuius locum obiter expendat lector ex Macrobio lib. 1. Satur. capitul. 16. fortassis enim legendum erit. Et ideo comitia nisi nundinis haberi nõ licebat, ne plebs rustica auocaretur. Etenim si comitia fieri possent internundinis, rustica plebs extra ordinem auocaretur. quod Plinius negat. Rursum ex eodem Macrobio forsitan videbitur, nihil fore immutandum, ne rustici auocarentur à legibus recipiendis, quæ trinūdino dabantur, vtq; ipsis facultas foret componendi lites, aut denique transigendi. quod explicat Alexand. ab Alex. lib. 4. diu. genial. capitul. 3. Adhuc tamè lectioni, quæ nos aduersus vulgò receptam obseruauimus patrocinantur ipse Macrobius Halicarnass. lib. 7. & Columela in præfatione de re rustica. Denique nihil temerè mutandum esse censo: sed diligenter obseruandum quod Græchius, Sigonius, & Paulus Manutius hac re adnotarunt. Ex his verò, quæ de tribus Romanis adnotauimus, intelliges quæ de censoribus scribit Liuius lib. 5. decad. 5. Hoc, inquit, cum ita seruatum esset, negabat Claudius suffragij lationem iniussu populi censoredum cuiquam homini, nedum ordini vniuerso adimere posse. Neque enim si tribu mouere posset, quod sit nihil aliud, quàm mutare iubere tribum, ideo omnibus quinque, & triginta tribubus emouere posse, id est ciuitatem, libertatemque eripere, non vbi censeatur finire, sed censu excludere. Non me latet, eundem Liuium lib. secundo. memoriae prodidisse consulibus Ap. Claudio, & P. Seruilio Romæ tribus vnam, & triginta factas fuisse. & lib. 6. anno ferme tertio post Romam à Gallis captam tribus quatuor ex nouis ciuibus additas, easque triginta quinque tribuum numerum explicuisse. Potiùs tamen sequor Dionysium, ex quo

ex quo à Seru. Tullio Romam in quatuor tribus vrbanas, agrum verò Romanum in vnam, & triginta rusticas diuisum fuisse, superius annotaui. Quod si quis sequi malit Liuij sententiam, non admodum refragabor, modò sit illud ex omnibus ferè auctoribus constitutissimum, Romanam urbem in quinque & triginta tribus olim diuisam fuisse, quarum quatuor vrbane, reliquæ omnes rusticæ censerentur, nec numerum maiorem vnquam apud probatæ fidei auctores legi. Nam quod idem Liuius postquam libr. 6. dixerat, trigintaquinque tribus eo tempore fuisse hoc numero expletas, libr. 7. duas, libr. 8. duas, libr. 9. duas, libr. 10. duas, & Lucius Florus in epitome, libr. 19. duas tribus additas esse cõmemorant, ipse interpretaret, has tribus iam equidem veteres, ciuibus, & tribulibus auctas fuisse, vel ex rusticis pagis in urbem translatas: alioqui plures essent Romæ tribus, quàm trigintaquinque: quod Liuius, Ciceroni, & alijs probatissimis auctoribus admodum repugnat: tamen Lælius Taurellus de militijs ex casu, existinet, urbem Romam in tribus diuisam esse, initio quidem vnam, & triginta, deinde & supra quadraginta ex secundo, & sexto, necnon septimo, nono, ac decimo Titi Liuij libris, cuius denum ætate ad quinque & triginta redactæ esset: vt primo eius libro in actis Seruij Tullij Regis proditum est. Vbiq; enim Liuius subindicat, Romam eius ætate, & multò prius, nempe à Tertio anno post urbem captam à Gallis in trigintaquinque tribus tantum diuisam fuisse: quod ex libr. 33. constat. Nã L. Furio Purpureone, & M. Claudio Marcello consulibus, bello Macedonico cum Philippo anno ab vrbe condita. D. L. VIII. ea, inquit, rogatio in Capitolio ad plebem lata est, omnes quinque & triginta tribus vt rogatæ iusserunt, idem libr. 1. sentit, post expletum numerum tribuum trigintaquinque, ad eius ætatem nullam in numero isto mutationem contigisse. Quod ex Cicerone, & Pædiano itidem probatur: & quia nomina tribuum, quorum Liuius vbiq; meminit, ad trigintaquinque & triginta veterestribus communi doctissimorum hominum opinione referantur. Sed & L. Florus libr. 9. commemorat, tunc adiectas fuisse tribus Velinam, & Esquilinam: cum auctoribus Varrone, & Dionysio, multò ante initium habuerit Esquilina tribus. Quæ ratione par est, has duas tribus adiectas esse: non quod tunc initium habuerint, sed quod nouis fuerint ciuibus auctæ: quo in sensu & quæ Liuius post librum sextum scripsit accipienda fore existimaueram priusquam opus elegans Nicolai Gruchij de comitijs legissem: is etc.

nim libr. secundo. validis profectò coniecturis censeret, apud Liuium libr. secundo. legendum esse tribus vnam, & viginti. rursus apud eundem libr. 6. viginti quinque. non triginta quinque, ex Dionysio libr. 7. M. Coriolani iudicio, qui alleuerat eo tempore vnam & viginti tribus tantum Romæ fuisse. quæ ratione obseruata omnia conuenire videntur, quæ de tribuum numero à veteribus auctoribus traduntur: præter Dionysij locum: etenim is auctor libr. 4. Venonius accedit, qui, vt ipse interpretor, scripserat, à Seruio Tullio agrum Romanum diuisum fuisse in vnam, & triginta tribus. Quibus quatuor vrbane adiectæ trigintaquinque tribus efficiunt. Censer enim Gruchius, vel sibi parum constare Dionysium, vel locum illum in numeris corruptum esse: atque ita emendandum, vt probet, à Seruio Tullio constitutas fuisse viginti tribus vrbanas, & rusticas: vel vt ipse opinor, agrum ab eo diuisum in sexdecim tribus: quibus adnumeratæ vrbane, & Claudia tribus efficiunt numerum vnius, & viginti. Sed etsi hæc vera sunt apud Florum libr. 19. non est legendum: Esquilina, quia olim vetus erat ex vrbane quatuor: sed Sapia, vt censer Gruchius: vel Veturia, aut Mentina, siue Menenia, quod mihi magis arridet. Ex quibus lector expendere poterit, quid hac in re sit magis veritati consonum. Sunt etenim multa apud Liuium, Dionysium, ac Florum mutata. Sed & Diodorus Siculus libr. 19. omnino sentit, & Falerinam, & ofentinam tribus eo anno his, quæ prius Romæ erant, additas fuisse. Sed, vt contet, quæ incerta hac in re omnia sint, obseruandum erit, Appianum libr. primo. de bellis ciuilibus. scripsisse, bello Marlico maxime vigente, Itales fere omnes à senatu ciuitate donatos, ex hisque nouis ciuibus decem tribus trigintaquinque adiectas fuisse, vt tandem numerus tribuum fuerit quadraginta & quinque. Sed Velleius Paterculus libr. secundo. eandem rem tractans scribit, nouos ciues in octo tribus ex veteribus selectas adscriptos fuisse, vt suffragium ferrent. nec amen potentia eorum, & multitudo, veterum ciuium dignitatem frangeret, plusquàm possent recepti in beneficium, quam auctores beneficij Cinna in omnibus tribubus eos se distributurum pollicitus est. Hæc Paterculus. Ex quo & Epitome Liuij libr. 80. & 84. Socios omnes, quibus Romana ciuitas data fuit, in omnes veteres tribus distributos fuisse, suspicatur Sigonius in libr. 3. de antiquo iure Italiz. cap. primo. Dion vero libr. 44. tradit, tribum quandam ex veteribus Iubiam à Senatu in honorem Augusti appellatam fuisse. Ex quibus illud constat, tribus veteres ex omnium testimonio

Variarum Resolutionum

nio trigintaquinque fuisse ad Ciceronis, Liuij; ætatem, quarū nomina ex Liuiō, Cicerone, Varone Lucio Floro, & alijs autoribus, quorū paulo antè mentionē fecimus, constare videntur, licet de vna, & altera sit cōtrouersia. Alia verò minima, quæ ex inscriptionibus, & quorundā testimoniō traduntur diligenter, & erudite ab Honofrio Panuino, vel ad veteres tribus, quarū nomina mutata fuere in principum, aut gētis alicuius fauore, vel ad eas, quæ triginta quinque; veteribus additæ fuerunt, pertinere videntur. Quæ in re nihil, quod certum sit asseuerare possum. Habuerunt & apud Romanos curiæ propria nomina. Nā & curiæ Tifetæ, item Titæ, Foriensis, Velliensis, & Velitiæ meminit Festus Pópeius, & Fuciæ Liuius lib. 9.

Tribus verò Romanæ propria quædam apud auctores nomina habuere, quæ hoc in loco libè tisi mē adscribam existimās, illud obseruatione dignum esse, quod Asconius tradit. 2. in Verrem actione. Moris, inquit, fuit cum aliquis ciuis Romanus ostendendus esset, significaretur aut præ nomine suo, aut à nomine, aut à cognomine, aut à cognatione, aut à tribu, in qua censebatur, aut à curia, aut à censura, aut si erat Senator, eques Romanus à curia sua. Sic alibi ait. L. Claudiū Palatina. Hætenus Asconius. His ad stipulatur Quintilianus lib. 7. c. 4. Propria liberi, quæ nemo habet nisi liber, prænomē, cognomē, nomen, tribū, habet hæc additū. His sanè verbis Quintilianus ferè idem cum Pædiano tractat: quæ longiùs ipse persequar, siquidem Alexander ab Alexandris. lib. 1. diæ. genial. ca. decimoséptimo. vir alio qui diligentissimus no satis diligenter rem istā mihi indagasse videtur: qua ratione & Volaterranus notari poterit. lib. 6. ca. 1. Diligenter tamē rem istam expendisse mihi videtur Paulus Manutius in Ciceronis familiares epistolas: cuius adnotationes ingenuè fateor, anno vno postquam hæc scripseram me primū legisse.

A Emilia tribus. Huius meminere Liuius lib. octauo. decad. 4. & Cicero ad Atticū. episto. 29. Basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum. At quam partem Basilicæ? tribū A Emiliam, sed omitto vulgus.

Aniēsis tribus. cuius meminere. T. Liuius lib. vlti. decad. 1. & lib. 4. decad. 3. dum scribit. Eo die cum fors prærogatiæ ante iuniorum exisset: admonuit etenim diligentissima obseruatione Antonius Augustinus Ilerdensis Episcopus legē dum esse, Eo die, cum fors prærogatiæ Aniē. iuniorum exisset. L. Florus in epitome. li. 10. Cicero pro Plancio. & ais, inquit, prioribus comitijs Aniensem à Plotio. idem Cicero lib. episto.

fami. 8. epist. 8. L. Atteius. L. F. An. Capito. id est. ex tribu Aniē. rursus illic. L. Atilius. L. F. An. Capito. quo in loco miserè torquent Rutilius, & Camerarius. Extat inscriptio apud Vuolphiā gum Lazium. lib. 5. de Roma. repub. ca. 22. cuius initium est.

M. VIVIVS. C. F. Aniensis.

Et capit. sequenti altera.

TER. EXOMNVS. TER. F. AN. VER. MIL. LEG. XVI. AN. XL. STIP. XVI. H. S. E. AVRELIVS. D. S. P.

3 Collinā tribus constat ex testimonio. M. Varonis lib. 4. de lingua Lat. Plinij lib. 18. ca. 3. Dionysij lib. 4. Roma. antiqui. L. Flori. in Epitome. libr. 20.

4 Cornelia tribus. Cuius mētio extat apud. T. Liuium lib. 8. decad. 4. & Marmoreā inscriptionem, quæ Mathelicæ apud Italos legitur, eiusq; mētio fit in eo libro, qui de inscriptionibus his Fuggerorum impensis typis est traditus.

C. ARIO. C. F. COR. CLEMENTI. MILI. TI. IX. COH. PRAET.

Reliqua eiusdem inscriptionis missa facimus, ne præter nostrum institutum in his plus æquo immoremur. Caiusigitur Arius ciuis Romanus, significatur à prænomine, à nomine familiæ, à patris prænomine, & à tribu, atque cognomine, & alijs, quæ quis poterit ex eadem inscriptione facillimè adnotare, præsertim obseruauit, eū fuisse ex tribu Cornelia.

5 Claudia tribus ex Liuiō, qui li. 2. de Ap. Claudio inquit. Natn Ap, Clausus, cui postea Appio Claudio fuit Romæ cognomen, cum pacis ipse auctor à turbatoribus belli premeretur, nec partitioni esset, ab Regillo magna clientum comitatus manu Romam transfugit. His ciuitas data, agerque trans Anienem, vetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo agrove nirent, appellata. Dionysius lib. 5. de eodē Claudio. Senatus, populusq; ipsum in Patritios adlegit, partemque vrbs ei concessit quantā voluisset, vt domos sibi, & suis ædificaret: agrumque ei adiacere ex publico inter Fidenas, & Pincientia vt illum sorte inter suos diuideret, ex quibus postea tribus facta est, quæ adhuc hæc ætate Claudia vocatur. Hæc Halicarnasseus. Virgilius lib. 7. Aeneidos.

Ecce Sab: norum prisco de sanguine, Magnum, Agmen agēs Clausus, magniq; ipse agminis instar, Claudia nunc à quo diffunditur & tribus, & gens.

6 Crustumina tribus, aut Clustumina: nā & per L. legitur. Huius meminit Cicero in oratione pro Plancio. quid cum Crustumina? idē pro L. Cornelio

nelio Balbo. Obiectum est etiam, quod in tribu Crustumina peruenit. Titus Liuius libr. 2. de cad. 5. permissu, inquit, omnium ita locutus fertur Sp. Ligustinus tribus Crustuminae. Ex eodem inscriptionum libro constat, Interamna in platea extare marmoream inscriptionem, cuius hoc sit initium.

A. POMPEIO. L. F. CL V.

7 Esquilina tribus ex Varrone libr. 4. de ling. latina. Liuius lib. 5. de cad. 5. Dionysio libr. 4. Plinio lib. 18. capi. 3. L. Florus in epitome lib. 19. & Sexto Pompeio. qui & plerumque aliarum meminit.

8 Falerina tribus apud Liuium lib. 9. & duae Romae additae tribus, Vsfentina, & Falerina. idem. L. Florus tradidit. post Diodorum Siculum lib. 19. sic apud Iosephum lib. 13. de antiquit. capi. 17. C. Sempronij. C. F. Falerina. mentio fit expressim. apud Vuolphangum Lazium lib. 5. de Roma. re. pub. ca. 10. extat inscriptio ex Neapoli, cuius est initium.

L. BONVS. L. F. FAL. CELER

9 Fabia tribus. Ex Horatio libr. primo. epist. 6. ad Numicium.

Hic multam in Fabia valet, ille Velina.

Suetonius in Augusto ca. 40. Fabianis, & Scaptiensibus tribulibus suis die comitorum, ne quid a quoquam candidato desiderarent, singula milia nummum a se diuidebat. Extat apud Vuolphangum Lazium lib. 9. de repub. Rom. capit. 5. inscriptio quaedam ex Austria, eius est initium.

C. IULIVS. C. F. FAB. ANTIO. CHVS.

10 Galeria tribus. cuius meminit Plinius libr. 7. capit. 49. de vitae spatij scribens. Vnus centum quadraginta. M. Mutius. M. F. Galeria, Foelix. ita etenim legendum est, quauis vulgo legatur Galerius. Huius tribus frequentissima extat mentio in marmoreis inscriptionibus. Apud nouam Carthaginem.

GN. CORNELIVS. L. F. GAL. CINNA. II VIR MVRVM LONG. P. CII. EX. D. D. FF. I. Q. P.

Tarraconae in Hispania citeriori.

Q. CAECILIO GAL. RVFINO. Q. CAECILII VALERIANI. F. SAGVNTINO OB LEGATIONEM. QVAGRATVITA APVD MAXIMVM PRINCIP. HADRIANVM AVG. ROMAEE FVNCTVS EST. P. H. C.

11 Lemonia tribus apud Ciceronem in oratione pro Plancio. Quid Plancio cum Lemonia? idem in Philip. 9. & cum Ser. Sulpicius. Q. F. Lemonia

Rufus ita de republi. meritis sit. & apud Vuolphangum Lazium libr. sexto. de Rom. rep. capi. primo. extat inscriptio ex Auxino Italiae, cuius est initium.

L. PRAESENTINO LEM. PAETO.

12 Meetia tribus, aut Maecia, siue Metia ex Cicerone ad Atticum epist. 84. libr. quarto. tribus, inquit, habet Porcinam, Velinam, Maeciam, pugnat acriter. Liuius lib. octavo. tribus propter hos additae Metia, & Scaptia. Est & Caruallia a Genua ad Mediolanum inscriptio, cuius initium tantum adscribam.

Q. ATTIO. T. F. MAEC. PRISCO.

13 Narniensis tribus. cuius meminere Cicero in oratione contra Rullum. ab Otriculana usque ad Narniensem nomina vestra proponat. Liuius lib. 6. & L. Florus in epitome. quibus in locis legitur Arnienfis, pro Narniensis. Ut quidam existimant: vulgarem tamen lectionem probat Onuphrius ex veteribus inscriptionibus, & ex Arno Tuscanamne, quae quidem lectio & mihi potius placet.

14 Otriculana tribus apud Ciceronem in dicta oratione contra Rullum, ab Otriculana ad Narniensem.

15 Ofentina tribus, quae & Vsfentina, & Ousfentina: cuius meminere Liuius lib. 9. & L. Florus in epitome. tribus duae additae Romae Vsfentina, & Falerina. & Diodorus Siculus lib. 19. Extat Marmorea inscriptio, cuius meminit Alciat. in Cornelium Tacitum libr. 16. ex Agro Comensi.

L. CALPURNIVS. L. F. OVF. FABATVS.

Item Comi in Aede sanctae Fidelis.

P. ATILII. P. F. OVF. SEPTI. TIANI.

16 Palatina tribus: cuius. M. Varro lib. 4. Plinius lib. 18. cap. 3. L. Florus in epitome lib. 20. Cicero. 3. in Verrem actione. & Alconius Padianus in. 2. meminere. Extat inscriptio Tarraconae.

C. MARIO. C. F. PAL. VERO GERVNDENSI. omnibus Honoribus functo Flam. Prou. Hispa. Citer.

Illic. & altera.

L. NVMISSIO. L. F. PAL. MONTANO TARRACONEM. Omnibus honoribus in rep. Sua functo Flam. P. H. C.

Variarum Resolutionum

17. Papyria tribus: ex Sexto Pompeio, & T. Liuiolibr. octauo. tribus omnes præter Polliam antiquarunt legem. Polliæ sententia fuit, puberes verberatos necari, coniuges, liberosque sub corona lege belli vñire: memoriamque eius iræ Tusculanis in pœnæ tam atrocis auctores mansisse ad patrum ætatem constat, nec quenquam ex Pollia tribu candidatum Papyriam ferre solitum. Hæc Liuius. Sed & Marmorea inscriptio apud Astigim huius tribus meminit.

T. DOMITIVS. T. F. P. AP. CLEMENS.

Sed & aliæ inscriptiones illic leguntur, in quibus huius tribus mentio fit non semel.

18. Pollia tribus, ex Liuiolibr. octauo. proximè citato. & Valerio Maximo lib. nono. capitul. 10. qui de Tusculanis idem quod Liuius scribens, quam ob causam, inquit, Popilia tribus, in qua plurimum postea Tusculani in ciuitatem recepti potuerunt, neminem vnquam candidatum Polliæ tribus fecit magistratum. ex quo loco duobenter obseruabimus. T. Liuium Papyriæ tribus meminisse in eare commemoranda, in qua Valerius Maximus Popiliæ meminert. Item Latinos, aliosque Italiæ populos in ciuitatem Romanam receptos, in aliquam ex Romanis tribubus ad lectos, conscriptosque fuisse. Sic Formiani in AEmiliam tribum ex Cicerone ad Atticum episto. 29. T. Liuiolibr. octauo. decad. 4. quo in loco inquit, rogatio perlata est, vt in AEmilia tribu Formiani, & Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent.

19. Popilia tribus apud Valeri. Maxi. in dict. cap. 10. & Ciceronem epist. 8. lib. 8. epistolarū famil. **C. SCRIBONIVS. C. F. POP. CVRIO.**

20. Pontina, siue Pomptina tribus ex Cicerone ad Atticum epistol. 84. tribus habet Pontinam, Velinam, Mæciam. pugnatur acriter. idem Cicero in dict. Epistol. 8. L. Iulius. L. F. Pom. Liuius item libr. 7. Eodem anno dux tribus Pontina, & Publicia additæ. Extat & inscriptio in Salu Mariano, quam, quia elegans est, integram subijciam.

C. SVBERIVS. C. F. POMPT. CALENVS. QVI OC VLOS AB OCCIDENTE ITALIA AVERTENS CVM MVL TIS AMICIS TRANQVILLITATEM EXPERTANTIB. HISPANIAM VENI: VBI SAEVISSIMO COORTO BELLO MORTEM CVM VITA

COMMVTAVI. VOS FILII IN VI V. PARENT. PIENTISS. IN MORTVVM PIENTIORES PATERN. CINERES EX HISP. EXPORTATE, COMMVNIQUE SE PVLCH. CONDITE, QVO AVITIS CINERIBVS IMMIXTI SACRO GAUDEANT ANNIVERSARIO PARENTARI.

21. Publicia tribus, cuius meminit Liuius libr. 7. extat, & de ea marmorea inscriptio Romæ, quæ traditur à Marliano libr. 5. antiq. Rom. capitul. 6. quæ quidem significat sepulchrum. C. Cestij septemviri Epulonum, ad portâ Hostiensem moenibus vrbs inclusa.

C. CESTIVS. L. F. P. OB. EPVLO. Pr. Tri. Pl. VII. Vir Epulonum.

Est & altera inscriptio Tergessi in Histria, cuius meminit Vuolphangus Lazius libro. 5. de Rom. rep. capit. 8.

Q. PETRONIVS. C. F. PVB. MODESTVS.

22. Pupinia tribus, ex Sexto Pompeio, & Alexandro ab Alexandris.

23. Quirina tribus apud Ciceronem libro. 8. episto. famil. epistol. 8. C. Septimius. T. F. Quirina. idem Cicero in oratione. pro. P. Quintio inquit. L. Albius Sex. F. Quirina. quo in loco falso legitur Quirinas. Extat & Marmorea inscriptio Eboræ in domo Lucij Refendij, cuius initium est.

L. VOCONIO. L. F. QVIR. PAVLO.

Item Tarraconæ.

C. ATTILIO. C. F. QVIR. CRASSO Segontino omnibus honoribus in Rep. sua functo. Flam. Prou. Hisp. Citer.

Aloræ in agro Malacitano.

C. CAECILIO. Q. F. QVIR. BASSO Ex decreto municipij Mal. V Aleria. Q. F. Macrina vxor honore contenta impensam remisit.

24. Romulia tribus, aut Romilia ex M. Varrone libro. quarto. de ling. lat. Cicerone. 2. in Verrem actione. Ex eadem familia. Q. Verrem Romilia. Eodem contra Rullum. Respondit à Romilia tribu se ini-

se initium esse facturum. Huius & Alconius meminit in eadem Secunda in Verrem actione.

25. Sabatina tribus apud Liuium lib. sexto. & Sextum Pompeium.

26. Scaptia tribus: cuius meminere Snetonius in Augusto capi. 40. Liuius, & L. Florus lib. 8. item Sextus Pompeius.

27. Sergia tribus ex Alconio Pediano in Cornelianam, Frontino libr. 2. de Aquæ ductibus. Alexandro ab Alexandris, & Marmoreis inscriptionibus, quarum vna extat in Rupe Martensi Tuscitani municipij.

Q. I V L I V S. Q. F. T. N. S E R G. C E L S V S.

A E D. I I V I R Bis de suo dedit.

Altera in eodem oppido.

L. I V L I O. L. F. S E R G. C V I l e o n i I I V i r o Col. Aug. Gem.

28. Stellatina tribus ex Liuiolib. 6. & marmoreis inscriptionibus, quarum duæ extant Urbini, earumque initia subiiciam.

C. V E S I N O. C. F. S T E L. V i n d i c i. C. C E S T I O. C. F. S T E L. S a b i n o.

29. Subtrana tribus, cuius meminere. M. Varro libr. quarto. Sext. Pomp. Plinius libr. decimo octauo. capitul. tertio. Dionysius Halicar. libro quarto. & Lucius Florus in epitome libr. vicefimo. Hanc verò tribum suburbanam appellauit Varro, quòd ea sic olim dicta fuerit. Sed & idem censet à regione vrbis. Succusa, dici Succusanam, atque ideo scribi tertia litera. C. non. B. quod Quintilianus explicat libro primo. capitul. decimotertio. scribens, Suburra, cum tribus literis notatur. C. tertiam ostendere. quo fit, vt his literis. Suc. Suburranam tribum intelligamus. Extat inter vrbis Romæ inscriptiones, & epigrammata inscriptio hæc.

L. A V F I D I O. Q. F. V E L I N A, S E C V N D O P A L M E N S I O M N I B V S H O N O R I B V S I N R E P. S V A F V N C T O F L A M. P H. C.

32. Volitina tribus ex Cicerone pro G. N. Plancio. tu autē Laterensis quas tribus edidisti? Teren-

D. M. M. C A E C I L I O S P. F. S V C. R V. F O S O L I A R I O. A B L V C O S E M E L E S E X T E S T A M E N T O E I V S C A L V I S I A Z O S I M A E T M. C A E C I L I V S C A L I P V S H A E R E D E S F E C E R V N T.

Huius etiam tribus mentio fit in alia inscriptione, quæ Romæ extat ante arcum Septimi Seueri Augusti, cuiusq; meminit Onuphrius Veronensis in commentarijs reipu. Rom: quo in loco tribus hæc his literis significatur: S V C. Sed & is autor aliam tradit inscriptionem, in qua eadem tribus per. B. literam tertio loco scribitur hoc ordine: S V B. Terentina tribus apud Ciceronem in oratione pro Plancio. non enim tribum Terentinā, Liuium libr. Decimo. L. Florum in Epitome: Et rursus Ciceronem libr. octauo. episto. Famil. episto. octaua. M. Oppius. M. F. Ter. id est tribu Terentina.

30. Tromentina tribus ex Sext. Pomp. & Tito Liuiolib. sexto. apud quem corruptè legitur Promentina: sicut & apud. L. Florum Promentina: Extat marmorea inscriptio apud Caietam.

L. A T T I L I O. L. F. T R O M. Et Tarraconæ.

L. G R A V I O R O M A N O. V I V I O T. R O M. S E C V N D O, T R I B. L E G. I I I. A V G. F L A M I N I P R O V. H I S P. C I T E R.

L. A E M I L I V S S A T V R N I N V S.

31. Velina tribus, cuius meminere Cicero ad Atticum epist. 84. tribus habet Pontinam, Velinā, Meciam. idem Cicero in Bruto. Prudens etiam. T. Annius Velina. Horatius. lib. primo. epist. ad Numicium.

Hic multum in Fabia valet, ille Velina

Perfius Sytyra. 5.

Libertate opus est, non hac, qua quisque Velina,

Publius emeruit Scabiosum tesseralesar.

Inscripção item Marmorea Tarraconæ.

L. A V F I D I O. Q. F. V E L I N A, S E C V N D O P A L M E N S I O M N I B V S H O N O R I B V S I N R E P. S V A F V N C T O F L A M. P H. C.

tinam credo, aut Volitinā. & ex lapide, qui Venetij est in æde. S. Vitalis.

C N. N V M E R I V S, C. N. F. V O L. F R O N T O.

Et alio lapide Veronæ apud diuum Florianum.

C. L I G V R I V S. L. F. V O L. A S P E R.

Extat integra inscriptio apud Rhenanum libr. 3. de rebus Germ.

33. Veientina tribus apud Ciceronē pro G. N. Plancio. Quid, inquit, cum Veientina?

34. Vetuana tribus, quæ & inter alias connumerat ab Alexandro ab Alexandris, & Volaterrano. quin idem

idē Alexand. lib. 4. diē genial. ca. 3. scribit, prisci fuisse moris, vt Veturia tribus prerogatiuam haberet suffragiorum, vtq; prius in suffragiū iret pro suo candidato. Prærogatiuæ enim sunt tribus, quæ primæ suffragium ferunt ante iure vocatas: & hæc tribus prerogatiuæ, quos vellent cū fules dicebat fieri: secundæ iure vocatæ, quod in his sequente populo, vt sæpè contingit, prærogatiuarum voluntate iura omnia complerentur, auctore Afconio. 2. in Verrem adione. Præter quæ multa de prærogatiua Budæus ad legem Iuliam de ambitu. Illud mihi veriùs videtur, tribus prerogatiuas forte fuisse eductas ex Cicerone Philipp. 2. idemquæ ex Appiano in historia Gracchorum adnotauit Nicolaus Grucchiùs libro. 2. de comitijs.

Illud verò lectorē admonere nō prætermittā, ad hanc prerogatiuam pertinere, quod Linius libro. 9. scribit. Papyrius, inquit. C. Iunium Bublikum magistrum equitum dixit: atque ei legem Curiatam de Imperio ferenti trille omen diem disfidit, quod Fauniarum Curiarum fuit principium duabus cladibus insignis: Captæ vrbs, & Caudinæ pacis: quod vtrōque anno eiusdem Curiarum fuerit principium. Mater Licinius tertia etiam clade, quæ ad Cremeram accepta est, abominandam eam curiam facit. idem fere de tribu Sergia scribit Frontinus de Aquæ ductib⁹ lib. 2. Lucius, inquit, Crispinus Cons. populum iure rogauit, populusque iure sciuit in foro pro rostris Aedis Diui Iulij Po. Ro. & Iulias. tribus Sergiarum principium fuit. Pro tribus sex. L. F. Varro. Fortassis enim idem est principium curiarum, & principium tribus quod prerogatiua tribus, seu prerogatiuæ curiarum: nam id ius forte contigisse planius asseuerari potest, obiter tamen locus Frontini castigandus erit ex obseruatione diligentissima Petri Chaconij, viri alioqui omnigena eruditione insignis, qui sic legendum esse censet. Lucius Crispinus Cons. populum iure rogauit, populusque iure sciuit in foro pro rostris Aedis Diui Iulij pridie Calendas Iulias, tribus Sergiarum principium fuit, pri. Tribus sex. L. F. Varro. vt sit idem principium, quod prerogatiua: princeps tribus sit Sextus. L. F. Varro. aut denique primus, qui vel magistratus electione primus ex tribu suffragium ferebat, id enim, quod de primo, aut de Principe diximus, obseruari potest ex Cicerone in oratione pro Planio, & in oratione pro domo sua. Pro rostris autem Aedis Diui Iulij apud Frontinum intelligo pro Aede Diui Iulij. Suetonius in Augusto capit. 100. Verum adhibito honoribus modo bitariam laudatus est pro Aede Diui Iulij à Ti-

berio, & pro rostris sub veteribus à Druso Tiberij filio. De eadem re agens Dio. libro. 56. Ferebro, inquit, posito ad rostra, pro illis Drusus, quandam orationem. De scripto recitauit: ceterum pro rostris Iulij Tiberius ex Senatus consulto hanc ad populum habuit orationem. Hæc Dio. Sed & ex Liuio in dicto libro. 9. intelligi planè poterit Ciceronis locus in primo de Diuinatione. Prærogatiuam, inquit, maiores omen iustorum comitorum esse voluerunt.

Et hæc quidem fuerunt quinque & triginta tribus Romanæ, in quas olim vrbs illa diuisa fuit, quas vel à conditoribus, vel à locis, à quibus duxerit originem, nomina habuisse constat. Nec Plutarchus in Romulo scribit, eas nomina propria consequuta fuisse à Sabinis Fœminis, quæ raptæ fuerunt. Tametsi Volaterranus id falsò ex Plutarcho adnotauerit.

Sapiniam verò tribum quidam inter Romanas censere videntur: & tamen Linius libro. 31. & 33. Umbriam Italiæ regionem tribum Sapiniam appellat. Quam ob rem locum illum lector expendet diligentius. Nam Paulus Manutius, & Nicolaus Grucchiùs huius meminere Veturiam omittentes. Nec tamen desunt qui apud Liniū libro. 26. Veturiam tribum agnouerint, alijs exi stimantibus eo in loco non fieri vllam Veturiam. tribus mentionem: atque ita locum illum legendum esse, vt nulla fiat Veturiæ mētio. Sed & Cicero libro. 13. episto. famil. episto. 10. ac Iosephus lib. 13. de antiq. capitul. 17. Mentinæ tribus mentionem fecerunt de Romanis ciuibus tractantes: & fortassis illa est vera tribus, quæ omnis Sapi- nia, & Veturia numerum triginta quinque tribuum integrum efficit. Extant & inscriptiones quædam de Mentina tribus: quarum & Paulus Manutius in lexico meminit.

Etenim quam Cicero his literis: Men: scripsit: eandem Iosephus Mentinam integro nomine significauit. Suspiciatur tamen Onuphrius apud Ciceronem, & Iosephum intelligendum esse tribum Meneniam ex quadam inscriptione, quæ extat Feltriarum: atque ideo Iosephi locum emendandum esse censet.

Simili prope ratione respublica Atheniensis ciues habuit in tribus, quas Greci φυλῆς vocant diuisos. Ex multis etenim Atticæ pagis, & oppidis vna vrbs Athenarum quasi conflatata est à Theseo, qui Athenas ipsas ἀττινῶν appellauit, quasi nomen hoc omnibus vrbus commune, illi per excellentiam quandam conueniret, auctore Plutarcho in Theseo: item Licrate in Helene Encomio, quibus & Thucidides ad stipulari videtur libro. 2. etiam si paulò aliter hoc ipsum scripse-

perit. quod & Cicero libr. 2. de legibus commemorat. ut ille, inquit, Cato cum esset Tusculi natus in P. R. ciuitatem susceptus est. ita cum ortu Tusculanus esset, ciuitatem Romanam habuit, alteram loci patriam, alteram iuris: ut vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in Astu, quod appellatur, omnes se conferre iussit. Hæc Cicero. Athenas, siquidem, ut dixi, hoc nomen obtinuisse constat ex Isocrate in oratione de iugo. Lycurgo contra Leocratem, AEmilio Probo in Alcibiade, & Terentio in Eunuch. act. 5. scena. 6. inquit enim senex. an in Astu venit? aliud ex alio malum. Sic & Alexandria dicta est per Ἰσχυρὸν τοῖς Ἰσχυρῶν, & Roma, vrbs. Tribus verò Athenienses fuere decem numero, auctoribus Tito Liuiο libr. 1. decad. 4. Plutarcho in Cimone. Xenophonte libr. de re ditibus. Vlpiano Demosthenis interprete in oratione contra Timocratem. Demosthene ipso in epitaphio. Pausania in Atticis, qui ab initio quatuor tantum Athenis tribus fuisse, sed post earum numerum ad decem auctum ex testimonio Herodoti in Terpsichore tradidit. Earum nomina hæc sunt, Cecropis, Erechtheis, AÆgeis, Pandionis, Acamantis, Leontis, Oeneis, Hippothoontis, Antiochis, AÆantis, ex Demosthene, & alijs præsertim Pausania. Ex quo obseruandum erit, tribus Athenienses hæc nomina à quibusdam priscis Heroibus accepisse: qui ex eo dicti fuere Eponymi, quod ab eis Atheniensium tribus nomina acceperint, quorumque statua Athenis fuere prope quingentorum curiam, quos Latine cognominatores dicere poteris. Hoc præter Pausaniam adnotauit Vlpianus asseuerans, hos Heroas omnes præter Ajacem Salaminium Athenienses fuisse. Sunt & quidam, qui existiment, postea numerum istum auctum esse alijs duabus tribubus, nempe Antioniade, & Demetriade: quod Plutarchus tradit in Demetrio. & Diodorus Siculus libro. 20. Pausanias tamen duas tribus, quæ decem veteribus additæ fuerunt, ab Attalo, & Ptolemæo Philadelpho nomen accepisse, scribit. Quælibet autem tribus apud Athenienses in vicos, quos *δῆμοι* appellabant, distinguebatur: sicuti ex Demosthene, Plutarcho, Stephano de vrbus, & Suida facillimè percipiet lector. Nam ciuis Atheniensis nomine proprio, & patris, atque vici nominabatur, ut inde cognosceretur, qua ex tribu, & cuius filius, & quod ciuis Atheniensis esset. id ipsum constat ex Demosthene in controuersia de nomine. Vicorum verò nomina hoc in loco minimè adscribam exactè, ne longior sit, quàm fortassis par est, nostra hæc ob-

seruatio: aliquot tamen ex Græcis auctoribus adducam, ut interim constet, Alexandrum ab Alexandris mirè hallucinatum fuisse, dum vicos Athenienses, tribus esse censet, atque ideo numerum earum maiorem multò, quàm à probatissimis auctoribus sit traditus, postea fuisse, falso crediderit. Demosthenes cum esset ciuis Atheniensis non semel his verbis significatur: Demosthenes Demosthenis. F. Pæaniensis. Quibus cognoscitur, Demosthenem ciuem esse Atheniensem, Demosthenis filium, & ex tribus Pandionide, cuius erat vicus Pæanicus ex Suida: & eodem Demosthene in oratione contra Midiam. & in oratione De corona. Prætor, inquit, Mnesiphilo pridie Calend. Quintiles Pandioni de tribu præsidente Demosthenes Demosthenis. F. Pæaniensis retulit, vnde apud Suidam, & Plutarchum errare videntur qui Latine scripserunt: Demosthenes Demosthenes. F. & Cleobulæ ex municipio Pæaniensi: cum potius vertere debuissent: ex vico Pæaniensi. Aut ex pago Pæaniensi. Nam & Festus: *δῆμος* pagos Latine interpretatur. Apud Laertium Plato Colyttensis dicitur à vico Athenarum Colytteo, qui tribus erat Hippothoontidos ex Demosthene in oratione de corona. quauis Suidas, & Arpocratio, hunc vicum tribus AÆgeidos, & Lucianus in Timone tribus Erechtheidos esse subiudicauerint. Apud Demosthenem in oratione contra Boeotum de nomine, Thoricus vicus tribuitur Acamantididi tribui: Dic mihi Bœote, qua ratione nunc in Acamantidem tribum translatus es, & vicum Thoricum, & factus Mantix filius, & portionem relicta ab eo hæreditatis habes? Quo in loco rursus Hieronymus Vuolphius interpretatur municipium: cum Thoricus vicus sit ipsius vrbs Athenarum, non municipium. Plutarchus in Pericle: Pericles, inquit, ex tribu Acamantide, vico autem Cholargensis. Apud eundem in Aristide, Aristides Lysimachi. F. ex tribu Antiochide, & vico Alopece, item in Themistocle. Themistocles Neoclis. F. ex tribu Leontide, & vico Phreario. idem Plutarchus in Cimone scribit. Cimon Miltiadis. F. ex tribu Oeneide, & vico Lacia. Vnde dictus est Laciades. Et eadem ratione qui ex eodem vico erant dicti sunt Laciadæ à Cicerone libr. 2. de officijs, ex Theophrasto. Ex eodem Plutarcho constat, Phocionem Atheniensem fuisse ex vico Melita: & ideo tribus Cecropidos: auctoribus Suida, & Stephano, qui & Laciadarum meminit ex tribu Oeneide. apud Lucianum in meretricio dialogo Doride: Polemon miles Stiriensis dicitur, & tribus Pandio-

Pandionia: siquidem Striavicus fuit eiusdem tribus, auctore Suida. Vicos verò nomina habuisse par est à locis, à quibus originem duxere: qua ratione Phyle vicus tribus Oeneidos, auctore Suida, fortassis nomē habuit à Phyle castello ipsius Atticæ munitissimo: cuius idem Suidas itidem meminit: meminere & Isocrates in oratione de pace. Diodorus Siculus libr. 14. AEschines contra Ctesiphontē, & Andocides de Mysterijs Demosthenes in oratione de corona. AEmilius Probus in Thrasybulo: Plutarchus in Demetrio, idē in Lyfandro. & Xenophon in. 2. Hellenicorum. Decelia item vicus, qui auctore Stephano post Lyfian Rhetorem in oratione contra Panleo-nem fuit tribus Hippochoontidis, nomen habuit à Decelia oppido ipsius Atticæ, à quo & bellum Decelicum: de quo pleriq; auctores tra-stauerunt: præ cæteris Diodorus Siculus libr. 13. Thucydides libro. 7. & Plutarchus in Alcibiade. Hoc ipsum & de Sphetio, atque Agnufio, vicis tribus Acamantidos auctore Suida, adnotari poterit, si ea, quæ scribit Plutarch⁹ in Theseo, ubi de Palantidis agit, obseruauerimus. Nā & Strabo lib. 9 memorix tradit, Cecropē primū multitudinem Atheniensium in duodecim Atticæ oppida habitanda digefsisse. quæ Theseus in vnam Athenarū ciuitatē denuò congregauit: atq; illic horū oppidorum nomina commemorat, quæ vicis Atheniensibus conuenire vidētur: sicuti & quod paulo post idem auctor retulit de numero Atheniensium pagorum ad vicos potiùs, quàm ad tribus pertinet: cum receptum sit Atheniensium urbem, etiam Strabonis ætate decem tantum, aut duodecim tribus habuisse. idem quod Strabo de Theseo scripsit. Et Diodorus Siculus libro. 4. scripsit, tradit & Stephanus in lib. de urbibus ex Characis monumentis, nisi quòd vndecim tantum oppida fuisse commemorat, quæ in vnam Athenarum urbem Theseus congregauit, illa ex hoc celebritate instituta, quæ ab Atheniensibus Synoecia plurali numero dicitur. Verum ex Isocrate in Areopagitico illud planè deducitur, veteres Atheniensis Reipub. Institutores, urbē ipsam in tribus, regionem in vicos, aut pagos partitos fuisse: vt hinc liceat non temerè obseruare, hos vicos, aut pagos certa constituta rationē ad ciuitatis tribus pertinuisse. Nam & Pausanias in Atticis, dum Vicorum meminit, eos extra urbem esse censuit: & Eustathius in Nauium catalogo. idq; Thucydides significare videtur lib. 2. quo in loco vici meminit, qui dicebatur Acharne: & Aristophanis interpres in Ranis scribens, Tithrasum vicum Athenientem hoc nomen accepisse à Tithrante Pandionis filio, & in AEsgeida tri-

bum distributum fuisse. Idem & ex Herodoto in Terpsichore libenter ipse adnotauerim: dum is auctor meminit vicorum Atheniensium, qui dicti fuere Oenoe, & Hysia. & ex eodem lib. vlt. vbi Deceliaz mentionem facit. Sed & Iulius Pol-lux libr. 9. capitul. 1. vicos, qui *ἑκατό* Græcè dicuntur, etiam extra urbem constituit. Vici vero, qui dicebatur Acharne, meminit & Pindarus in Nemeis Ode. 2. quo in loco apud interpretem Aristarchus cum tribuit AEntidi tribui: interpres autem ab eo Dissenticas tribui Oenopidi, cuius nulla mentio est apud authores, qui de tribubus Atheniensium scripsere: qua ratione censeo, ita locum illum castigandum esse, vt de Oeneide tribu intelligatur: eum & Stephanus de urbibus hunc vicum Oeneidi tribui adscripserit. Sic sanè Hebræi habuerunt *פולאים*, quas tribus. & *שפטים*, quas cognatione, & familias iusta quadam ratione dixere latini interpretes numer. 26. Præter hæc, & alia, quæ ex varijs locis veterum scriptorum adduci poterant, constat etiam ex sacra historia, Hebræorum gentem in duodecim tribus diuisam olim sacrosanctam prouinciam habitasse, atq; tribum quamlibet vrbes, oppida, & pagos distinctos habuisse.

His sanè prænotatis, quo faciliùs Iurisconsulti responsum interpretemur, Scholia quædam illi adijciam, ex quibus lector eius intellectum, ac sensum commodiùs, ac diligentius, quàm ex Accursio, Bartolo, Alberico, & alijs percipiet.

Patronus, inquit Scæuola, liberto. Serui etenim quanuis manumitterentur à dominis non statim ciues Romani efficiantur. Siquidem hi tantum cum libertate ciuitatem adquirebant, qui vindicta, testamento, aut censu manumittebantur: reliqui verò & si liberi forent per manumissionem, ciues tamen Romani non erant. Vindicta, verò manumittebantur apud Magistratum: censu verò ex eo, quòd serui iussu dominorum nomen suum in censum urbis Romæ detulissent: testamento autem qui à Domino vltima eius voluntate in testamento, aut codicillis liberi esse iussi sunt. Hi simul cum libertate ciuitatem Romanam adsequebantur. Liberti autem dedititij, id est qui tempore seruitutis in aliquod vitium incidissent, cuius causa illud confessi notis in fronte, & stigmatis compuncti, vel in publica vincula coniecti, verberibusve affecti, ac deinde gratia cum domino iuta manumissioni ab eo fuerint, hi nec ciues Romani per manumissionem efficiantur, nec iure ordinario fieri poterant. Suetonius in Augusto capitul. 40. Seruus non contentus multis difficultatibus à libertate iusta remouisse. Quum & de numero,

numero, & de conditione, ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiosè cauisset, hoc quoque adiecit, ne vincetus vnquã, tortusve quis villo libertatis genere ciuitatem adipisceretur. Latini autem liberti, quorum melior, & honestior fuit conditio, eodem modo ciuitatem non habebãt, eam tamen habere poterant. Hæc breuiter adnotauimus ex Caio primo titulo suarum institutionum. Theophilo Instit. de libertinis. §. & dedititius. ex Iulio Paulo libr. 4. sent. tit. 11. Angelo Politiano. c. 84. Miscell. Alciato libr. 1. parerg. capi. 14. 15. & 16. Zasio in. l. 2. ff. de origi. iur. verb. vindicis. & Francisco Connano lib. 2. Commentariorum cap. 4. & 6. Dicebantur & hi liberti Latine conditionis liberti ex lege Iunia Norbana: quod Alciat. lib. 10. parerg. capi. 7. admonet, & constat ex Iustiniano in. §. libertinorum. Instit. de liber. & Boetio in Topicis. Latini tandem liberti, quibusque solenne manumissionis deerat, sunt aut per epistolam, aut inter amicos, aut cõuiuij adhibitione, id est cum seruus afsidet mæx Domini: quod erat signum datæ à domino libertatis. Libertis vero dedititijs & Latinis hoc cõmune erat, quod nec testamento capere, nec dare poterant: quia ciues Romani nõ erant. Quod in specie Caius probat in suis institutionibus lib. 1. tit. de stat. homi. Et alij ex eo tradidere. Tradit & ex Saluano Mafiliensi episcopo Iacobus Cuiacius. lib. 4. obseruat. capit. 5. Latinorum etenim, quorũ melior conditio erat, nullæ penitus erant legitimæ successiones. Quia licet vt liberi vitam suam peragebant, attamen ipso vltimo spiritu simul vitã, atque libertatem amittebant, & quasi seruorum, eorum bona iure quodammodo peculij ex lege Iunia Norbana manumissores detinebant. §. sed neque. Inst. de success. libert.

Verũ & ex his libertis, qui olim ciuitatẽ adsequebantur sola ipsa manumissione, reliquos ciues ingenuos priuilegijs, & honoribus non æquiparabãt. Nam in postremam tribum reiecti, nullam habebant in suffragijs auctoritatem, quod raro accideret, vt ad eos vsque descendendum foret. Tullius Hostilius Rex, auctore Dionysio, lib. 4. Libertos omnes, qui à domino manumissi fuissent, ciuitatem statim consequi, & in quatuor vrbanas tribus censeri, lege lata sanxit. Idq; ad eius vsque ætatem obtinuisset, ipse Dionysius scribit.

8 sed & Asconius in oratione pro Milone testis est, libertinos in quatuor vrbanis tribubus suffragium tulisse. Lucius Florus in epitome lib. 20. Libertini, inquit, in quatuor tribus redacti sunt, cũ antea dispersi fuissent: Esquilinam, Palatinam, Suburranam, Collinam. Imo ex quatuor his vrbanis tribubus in vnam tantũ coniecti liberti-

ni fuere: Esquilinamque sorte in atrio libertatis sunt cõsequuti, auctore L. Iulio lib. 5. decad. 5. quãuis Vindictio illi, qui primus vindicta manumissus dicitur à populo Romano, ius datum fuerit, in qua vellet tribu suffragari, teste Plutarcho in Publicola, qui & idem ius omnibus libertis concessum esse ab Appio Claudio commemorat: nec tamẽ id obtinuisset L. Iulius sentit lib. nono. decad. prima. quo in loco de libertinorum filijs Appij Claudij actionem, & conatum intelligit, quorum aui liberi fuissent: atq; ex eo à libertis, & libertinis differrent, quod ingenui, licet humilissimi forent, quippe qui auum, etsi libertum, liberum habuissent. Etenim libertini tunc dicebantur nõ ipsi liberti, sed eorum liberi ex Suetonio in Claudio cap. 24. Fortassis adlectio in Senatum ab Appio Claudio tentata de libertinorum filijs erit accipienda: diuisio verò in omnes tribus de libertinis. & de omnibus libertis: quod Plutarchus existimat. Ex quibus non omnino conuenit veteribus historicis quod Lælius Taurellus censet de militijs ex casu asseuerans, ipsos libertos tribu ius nusquã habuisse. nec ipsorum filios, sed ingenuorum ex his, qui manumissi essent, procreatorum, qui tunc libertini dicebantur. Nam & libertinos libertorum filios, etiam si vetustissimam dictionis significatiõẽ sequamur, ex Tito L. Iulio L. Floro, & Asconio, & adhuc ipsos libertos, qui vindicta, censu, vel testamẽto essent manumissi, ciuitatẽ Romanam, & ius tribuum consequutos fuisse ex Plutarcho, & Dionysio probauimus.

At Iustinianus Imperator sublata in vniuersum Latina libertate constitutionem edidit, voluitque, & his modis manumissos pro ciuibus haberi, nihilq; in eos Dominicę potestatis residere: & idem de dedititijs obseruari mandauit in. l. vnica. C. de deditit. libert. toll. & in auth. vt liberti de cetero aureo non indig. anul. & in. l. vnica. C. de lat. lib. tol. & in. §. vlti. Insti. de libert. qui & in. §. sed & dedititorũ. asseuerat, hoc ipsum & à primis imperij Romani incunabulis institutũ fuisse: vt ipse opinor, Tullij Hostilij Regis legẽ illam æquissimam subindicans. Sed & ante Iustinianũ Constantinus Imperator seruis manumissis in ecclesia sub aspectu plebis, vel antistitium, ciuitatẽ Romanam datam cõseri, lege lata stabilijuit, quæ extat lib. 4. codicis Theodosiani tit. 7. & lib. 1. codicis Iustiniani tit. de his, qui in eccles. manumit. cuius legis mentio fit à Sozomeno libr. 1. eccles. hittor. cap. 9. & Nicephoro lib. 6. capit. 46.

Tribum emi.) Vt verus, iustusque, ac legitimus ciuis Romanus fieret: cùm liberti hoc ius ex manumissione omnino non consequerentur, nec fierent veri ciues Romani. Vnde oportebat ciuitatem

Variarum Resolutionum

tatem Romanam impetrare à Republica, vel à principe, aut pecunia data in pretiū obtinere. Nam & Romana ciuitatis pecunia dari, & parari solitum, constat ex Actis Apostolorum cap. 22. accedens enim tribunus dixit Paulo. Dic mihi, num tu ciuis Romanus es? at ille dixit, etiā. Et respondit tribunus. Ego multa summa ciuitatem istam comparauī. At Paulus ait, ego vero & natus sum. Tribus autem legatum ad hoc pertinere, vt quis verè, & omnino ciuis Romanus fieret, tribumq; Romanum ea ratione obtineret, in eaq; censeretur, satis fit manifestum ex his, quæ ad hoc Scæuolæ responsum superius adnotauimus. Qua ratione mera sunt deliramenta, quæ hoc in loco de tribu ab Accursio, & alijs traduntur. Veram tamen, ac genuinam interpretationem, tamen si breui quodam compendio tradiderit Alcias. lib. 1. parerg. cap. 16. & Lælius Taurellus de militijs ex casu ad Anto. Augustinum. Nam tribus apud Scæuolam nec pro progenie seruorum, vt Accursius somniat, nec pro militia ad hæredem, præsertim clarissimum minimè transmitenda: quod Cumanus diuinat, ac veteres quidam & cum his Alberi. sensere: tamen si hæc vltima interpretatio practica sit comodior in argumentum, & huius responsi inductionem. Quod paulò post iterum adinonebimus.

9 Huic legato, de quo in hoc responso agitur, simile videtur, & illud, quo tessera frumentaria emi legatario testator iusserit. cuius meminere Iuriscōsulti in. l. Titia Seio. in princi. & in. l. mortuo boue. §. 1. ff. de legatis. 2. & in. l. sed et si susceperit. §. si libertis. ff. de iudic. quibus in locis, licet alibi alia multa significet, tessera signum est frumentarium, quo exhibito frumentum à principe, vel republica dabatur populo Romano: vel Symbolum ad accipiendas principum largitiones, quod ciuibus tantum Romanis dari Romæ consuevit quandoq; ad frumentum, quandoque ad pecuniam, aliquando ad vestem accipiendam. Qua ratio e tessera pro iure percipiendi frumentum, & has largitiones publicas accipitur: quem admodum Budæus in dict. l. sed & si susceperit. diligenter explicat ex Suetonio in Augusto capit. 40. Populi, inquit, Romani censum vicatim egit ac ne plebs frumentationum causa frequentius à negotijs auocaretur, ter in anno quaternum mensium tesseras dare destinauit. Sed desideranti consuetudinē veterem concessit rursus, vt sui quisq; mensis acciperet. Hæc Suetonius. Tulerat sane Clodius legem Annonariam, teste Asconio Perdiciano, vt frumentum populo gratis daretur. Quibus probari poterit, nihil aliud esse tessera frumentaria, aut tessera emptionem, quàm emptionem

iuris percipiendi principales, & publicas largitiones: & sic ciuem verè Romanum per emptionem tribus in qua Romæ censeretur, fieri. Nec enim alibi, quàm Romæ, nec alijs, quàm Romanis ciuibus, eisdemq; tribulibus eius vrbis, publicæ largitiones donabatur. Idcirco emptio tribus, & emptio tessera mihi propè idē esse videntur. quod & Andre. Alciat. sensit in dicto capit. 16. libr. 1. parerg. & post eum Antoni. Vacca. in. l. fœminæ. ff. de senator. sed & Imperator in. l. vlti. C. de frument. Alexan. lib. 11. inquit, & tessera designentur. Seruius item. lib. 1. Georg. in illud. aut numeros impressit aceruis. Tesseras interpretatur, quibus frumentorum numerus designatur. Nam numeros pro literis posuit. quibus numeri continentur.

10 Cæterum illud libenter inquirere minimè cū stabor, qua ratione liberto in Scæuolæ responso opus fuerit, tribum emi? Nam vel hic libertus iusta fuit manumissione manumissus, testamento censu, vel vindicta: & tunc ciuis erat ex ea manumissione Romanus, tribumq; vt ciuis habebat: aut fuit libertus dedititius, vel latinus: & hi cum ciues Romani non essent, testari non poterat, & tamen hic libertus testamentum fecit, hæredemq; instituit. Vnde coniectare licebit, eum ciuem Romanum fuisse, atq; ideo non Latinum libertum, nec dedititium: quod rursus Scæuolæ refragatur, qui sensit, legatum hoc vtile liberto futurum, vt ciuis Romanus fieret, eoq; iure publicas, & principales largitiones consequeretur in tribum Romanam adlectus. Et præter hæc alia deinde coniectura difficilem huius loci rationem efficit. Caius etenim lib. 1. institutionū tit. 1. Latini, inquit, patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem manumitterentur, ciuium Romanorum priuilegia consequuntur. Quod si, auctore Caio, liberti Romani id est, vindicta, censu, vel, testamento manumissi ciues erant Romani, & Latini liberti, si iterum à patrono, testamento, censu, vel vindicta manumitterentur: ciuium Romanorum priuilegia vt ciues Romani consequerentur: quid obsecro patrono opus erat, liberto emptionem tribus legare: cum facillimè ipso in testamento posset illud iterum iusta manumissione manumittere? Scribit etenim Plinius lib. 7. episto. Fabato pro socero. Hic nunc pro consul prouinciā Baticam per Ticinum est petiturus: spero, imò confido, facile me impetraturum, vt ex itinere desleat ad te si voles vindicta liberare, quos proxime interamicos manumissisti. Hæc Plinius. Qui mirè consentit Caio asseuerans, patronum posse Latinum libertum iterum vindicta manumittere apud proconsulem, vt hic libertus iusta manumissione ciuis

ciuis Romanus fiat. Quam iterationem superuacuam esse, censet Iustinianus in auth. vt de cætero libert. aur. anul. non indig.

Ego verò, illud omnino obseruandum esse censeo, tempore quidem Iustiniani iam ex multis temporibus dedititios libertos in desuetudinē abijisset, Latinorum verò nomen non admodum frequens fuisse: sicuti idem Imperator asseuerat in §. sed & dedititiōrū. Insti. de liber. & in l. vnica. C. de dedit. libert. toll. ex Plinio etenim constat, eius ætate Latinam libertatem in vsu esse: vt. & par sit, adhuc sub Scæuola, Paulo, & Vlpiano eadem in vsu fuisse. Quo fit, vt omnino hoc responsum de libertis iusta manumissione manumissis, non de dedititijs, nec de Latinis sit intelligendū: cum hi testari non possent, illi verò, vt ciues Romani testamentum dubio procul facere potuerint. Quòd si de libertis Romanis est accipienda Scæuolæ sententiā: quid obsecro opus erat tribū liberti emi? vt is ciuis Romanus fieret: cum iam ex iusta manumissione eam ciuitatem, & idem ius esset consequutus.

Lælius Taurellus his obiectionibus facillimè responderet, Scæuolam de liberti iusta manumissione manumisso respondisse, ac de eo, qui testamentum facere poterat: cū ciuis Romanus esset: tributum tamen Romanā nondū haberet, in qua censerecur, principumque, & reipublice largitates obtineret: ex eo, quòd libertis, etiam iusta manumissione manumissis, tribus Romana minimè Romanorum legibus concessa foret: & ideo eam sibi emi, aut bñficio principis, vel reipublice adquire oportebat. Nam de libertinis libertorum filijs ipse Taurellus intelliget quæ Liuius. L. Florus, & Asconius memoriæ prodidere. Atq; ita verū est, hos auctores de Libertinis tractasse. & tamē Dionysius, ac Plutarchus de ipsis libertis scripsere, quæ nos paulò antè retulimus: nisi Græcos auctores de libertinis: id est de filijs libertorū velit quifquam intelligere: quod dictionis significationis refragatur, & Tito Liuius, qui lib. 5. decad. 5. libertinos hac in re libertos etiam ipsos significare sensit dum inquit. Postremò eo descēsum est, vt ex quatuor vrbanijs tribubus vnā palām in atrio libertatis sortirentur, in quam omnes, qui seruitutem seruissent, conijcerent, Esquilinæ fors exijt. in ea. T. Gracchus pronunciauit, libertinos oēs censeri, placere. Sed & libertinus frequentissimò Latinæ linguæ vsu libertum ipsum significat, & olim significauit: quod lib. 4. elegiatarum Valla probat ca. 1. & Iustinianus inquit, Libertinus est, qui ex iusta seruitute manumissus est. in prin. Insti. de libertinis. & in prin. Insti. de ingenuis. Caius itē Iuriscōsultus in l. libertini. ff. de stat. hom.

Qua ratione omnino erit obseruandum, non oēs ciues Romanos eiusdē conditionis fuisse, nec ea iura, quæ veri, & natura ciues Romani habuerunt, habuisse: quemadmodū Andre. Alcia. alio in tractatu diligentissimè docet lib. 2. dispūct. cap. 21. Ex quo ipse adnotauerim Italicis, & Latinis olim, & viciniore Romanis essent, indultū fuisse nō tantū ius Latij veteris: nepe, vt in legione Romana militare possent, in eaque magistratus gerere: sed & ipsis in societatem adsumptis ius etiam adipiscēdi honores in vrbe Romana, vtq; cum Romanis tribubus suffragia ferrent. Vnde plerūq; & ipsi Latini, magistratus eligebantur: & ea ex causa ius ciuitatis Romanæ, non tantum ius Latij dicebātur habere: quod & Asconius Pædianus in oratiōe in L. Pisonē scripserat. Erantq; ipsi Latini, sicut Romani à vestigalibus multis, & tributis, capitatiōibusq; immunes: & hoc est ius Latij, & ius Italicū, & ciuitatis Romanæ: cuius Iuriscōsulti plerūq; meminere: quod & alia iura cōplectebatur. s. vt ciuis hic Romanus flagris subijci ex delicto non posset. Actor. ca. 22. tametsi quāq; ius Romanæ ciuitatis pluribus nationibus datū fuerit honoris potiùs causa, & vt aliqua cōsequeretur cōmoda, non tamen ea omnia, quæ veri, & natura ciues Romani obtinebant: quod explicat Vuolphangus Lælius de Republi. Roma. lib. 2. cap. 1. Nam licet Galli ciuitatem Romanam adepti forent, ius tamen adipiscēdi honores, aliquādiu illis detractum fuit: donec Aulo Vitelio, & L. Vipsano Const. Claudius Imperator vniuersæ Galliæ cōmatæ illud quoq; indulsit. teste Cornelio Tacito lib. 2. quam ob rem idem Alciatus Pij Antonini constitutionem, cuius meminere Iuriscōsultus in l. in orbe Romano. ff. de statu homi. & Iustinianus in authen. vt liberti de cætero anul. aur. non indig. & qua ciuitas Romana omnibus Romano imperio subditis tributa est, ita intellexit, vt non censetur omnibus his data immunitas à tributis, & vestigalibus, quæ verè Romanis, & natura ciuibus competebat, etiam si alia multa iura sub ea cōcessiōe venerint. Suetonius in Augusto ca. 40. ciuitatē, inquit, Romanam parcissimè dedit, & Liuiæ pro quodam tributario Gallo roganti ciuitatem negauit, immunitatem obtulit affirmans, se facilius passurum sisco detrahi aliquid, quam ciuitatis Romanæ vulgari honorem. Hæc Suetonius. Ex quo constat, ius ciuitatis Romanæ quo ad omnia eius priuilegia, commoda, & honores, parcissimè dari solere. Eadem ratione, vt opinor, quamuis liberti ciuitatem Romanam fuerint ex iusta manumissione consequuti, non tamen ea omnia statim consequerentur, quæ veris ciuibus Romanis compete-

Variarum Resolutionum

bant. Nam & ante Iustinianum liberti à principe ius impetrabant aureorum anulorum, & restitutionem natalium: quemadmodum apparet ex titulis de iure aureo. anulo. & de natalibus restituendis. Licet hæc Iustinianus in dict. Nouella in uniuersum libertis omnibus concesserit. Sic itidem existimo, libertos, etiam iusta manumissionem amissos, ex eaq; ciues Romanos factos, ciuitatem quidem consequi ad plura profectò commodas: non tamen ad ea omnia, quæ ueris Romanis ciuibus, & ingenuis cõpetebant: & ideo nec quilibet libertum in tribu Romana censerit, nec eam habuisse ex sola manumissione, & iure ciuitatis Romanæ: siquidẽ ætate Vlpiani, Scæuolæ, & Pauli Iurisconsultorum iam ex Pij Antonini constitutione omnes erant ciues Romani effecti quicumque in orbe Romano erant, & tamẽ apud hos Iurisconsultos legata vel tribus, vel tessera, maximæ utilitatis cõsentur. Non enim omnes ciues Romani tribum habuerunt: non illi, qui ex beneficio Antonini Romanam ciuitatem obtinuerunt, nec alij, qui speciali beneficio principum, aut Reipublicæ: idem ius antea fuerant consequuti: sed tantum ciues uerè Romani, vel qui præter Romanæ ciuitatis ius, etiã tribus à Cæsaribus, vel à Reipub. impetrauerant. Igitur quod Liuius. Florus, & Ascõnius, Dionysius, & Plutarchus scripsere de his libertis erit accipiendum, qui Romæ à ciuibus Romanis manumittebantur, ut ueri ciues Romani fierent, & in ea urbe habitarent, in patriam ad habitationem minimè redituri. Alioqui liberti in prouincijs à Romanis ciuibus manumissi, quantum ciues Romani essent ex ea manumissione, & testari possent, tribum tamen Romanam minimè adsequabantur, nisi vel emptione, vel beneficio Cæsaris, aut Reipub. eam obtinerent. Plinius libro. 10. Epistolarum, à Traiano ius Quiritum Latinis suis petit: idque à Cæsare illi animo indulgentissimo concessum fuit, ut inde coniectari liceat, Latinos illos, ciues Romanos uerè factos fuisse.

Fortassis libertis ante Cæsarem Augustum manumissis tribus competebat cum Romana ciuitate: postea uerò, ne maiestas Romanæ ciuitatis libertis ad suffragia, & alia admissis pollueretur, illud obtentum fuit, ne liberti, etiam Romæ manumissi, & ciues Romani effecti in tribus Romanas admitterentur, nisi speciali quodam Cæsaris, aut Reipub. beneficio. quod ex Suetonio in Augusto ca. 40. deduci quodammodo poterit: quãuis nec hoc constanter asseuerare ausim. Etiam si. L. Cornelio tribus concessa non fuerit statim, ac Ciuitas: quod Cicero pro. L. Cornelio mihi significare uidetur.

Libertus diu moram ab hærede passus est, & decedens hæredem reliquit.) Idem

erit & si libertus nondum decessisset, habuisset tñ tribum Romanam, ex causa lucratiua, & ideo alia tribu non indigeret: quod Paulus respondit in. l. Titia Scio. in princip. ff. de leg. 2. Etiam nullam ab hærede patroni moram passus ex eiusdẽ Pauli Iurisconsulti mente: & adnotauit illic Paulus Castrensis, atque senserunt alij. idem est, si ex causa onerosa libertus hic tribum, aut tesseram habeat: quod oēs admittunt eadem ratione, uel maiori. h. planè. §. quod. si rem. ff. de lega. primo. Sic sanè idem respondendũ foret, etiã si in uita testatoris eo ignorate tribu, uel tesseram legatarius habuisset, ex eleganti ratione Iurisconsulti in. l. mortuo. §. 1. ff. de legat. 2. Si Titio, inquit Paulus, tessera frumentaria legata sit, & is decesserit, quidam putant, extingui legatum. Sed hoc non est uerũ. Nam cui tessera uel militia legatur, æstimatione uidetur legata. Est & eadem ratio apud Iurisconsultũ in dict. l. Titia. inquit enim. Titia Scio tesseram frumentariam comparari uoluit post diem tricesimum à morte ipsius. quæro, cum Seius uia testatrice tesseram frumentariam ex causa lucratiua habere coeperit, nec possit id, quod habet petere, an & actio competat? Paulus respondit, ei, de quo quæritur, pretium tessera præstandum: quoniam tale fideicommissum magis in quantitate quam in corpore consistat. Hęc Iurisconsultus. Vnde apparet, nihil referre ad horũ responsorum intellectum: quod testator legauerit tribum, aut tesseram, uel iusserit emi tribum, aut tesseram, licet Bart. Paulus, & alij in dict. l. Titia. hoc discrimẽ cõsiderauerint, excepto Cumanò, qui ab eis hac in opinione iure, & uerè dissentit. deinde apparet, Bart. & alios, Cumanum excipio, falso, & maximo errore intelligere Iurisconsultos in his responsis de legato frumenti, & certa eius mensura, uel de legato uasis, quo frumentum metimur. utraq; enim interpretatio nec rationem habet, nec digna est ueteribus Iurisconsultis: præterquam quod secũdum eam minimè constarent sibi nostri interpretes: imo nec sibi constaret Iurisconsultus, ex quo tot absurda deduci possent. Primum etenim sequeretur, legata certa frumenti quantitate ad mèsuram certam, uideri legatum, non frumentum, sed frumentũ pretium, & æstimatione: quũ alioqui in hac specie legatum uideatur frumentum potius, quam eius æstimatione: quod probatur in. l. 2. ff. de uino trit. & oleo legat. Quod secus erit in tribu, uel tessera legata, quæ necessariò, & ex rei natura est ab hærede emenda, nec possit ea res à testatore, nec ab hæ.

ab hærede præstari: atq; ideo æstimatione legata videtur: siquidem aliter haberi non potest, quàm si à principe, vel republica emptione, aliâve causa adquiratur. Quæ quidem tribus emi non potest, ac deinde legatario tradi: sed necessariò si mul emenda est ipsi legatario ad eius utilitatem, eiq; tradenda. Secundo sequeretur, legato frumento ad certam vsq; mensuram, vel ipso vase, quo frumentum metimur, quidquam interesse, quod legatarius ante solutionem legati mortuus fuerit: ut aliqui putare potuissent, legatum extinguere. Et enim nullus esset adeo stolidus, nedum iuriscòsultus, qui in hac controversia dubitaret: cum in d. l. mortuo boue. §. 1. Paulus scripserit, quosdam existimasse, morte legatarii extinguere legatum: nam dabo procul ad hæredes trāsmitteretur. Tertio, si vera est Accursij, Bar. & aliorum interpretatio quæ obsecro causa potuit mouere eundem Paulum iuriscòsultum in dict. l. Titia. tessera per legatarium ex causa lucratiua adquisita: ut responderet, deberi æstimationem: nonne potuit frumentum aliud ad eandem quantitatem, & mensuram in eodem genere dari legatario: nonne & aliud simile vas? Præcticus ergo obseruabit diligentissime, hæc iuriscòsultorum responsa hodie quo ad eam militiam esse accipienda, quæ emptione haberi possit, nec iure ordinario trāsmitteretur ad hæredes, quæq; ab eodẽ duplex haberi nequeat.

Hæredem reliquit clarissimum virum.) Hic rursus cum Accursio, & alijs contendendum erit. Nam si legatum tribus eo modo, quo ipsi interpretantur, foret accipiendum: quid referret, reliquisset libertus hæredem clarissimum virum, an plebeium? cùm utriq; idem ius competere posset, nec plus iuris, nec minus clarissimus haberet, quàm plebeius? Sed & Læli^o Taurell^o ideo clarissimi hæredis factam mentionem censet, quòd is nihil opus haberet tribus, nec eius emptione: atq; ideo tribus consequi non posset. Vnde æstimatione præstanda erat ex dict. l. Titia Scio. Sed eadẽ ratio plane obtineret, si ciuem Romanum quem libet libertus hæredem reliquisset: cum & is iure Romanæ ciuitatis tribus haberet, in qua censeretur, nec ei opus esset, aliam sibi emi: possetq; ea ratione iure proprio principum, & reipublicæ largitione consequi, quæ populo Romano tributum dari consueverunt. Verum ipse in hoc responso clarissimum virum accipio quælibet Romanæ urbis senatorem: siquidem senatores Romani clarissimi ætate Scæuolæ iuriscòsulti passim dicebantur: sicuti constat ex l. Focminç. ff. de senatori. l. speciosas. ff. de verb. signi. l. 2. C. de his, qui veni. ætat. impetr. l. custodias. ff. de public. iudic. adnotauit Andre. Alciat. lib. 3. dispunct. c. 4.

& in dicta. l. speciosas. Sed & præter hos etiam dicebantur clarissimi qui senatoria, còsularia, proconsularia, aut prætoria ornamenta ex beneficio principis meruerant. l. 2. C. de domestic. & protectori. lib. 12. l. 1. C. de præp. & cubic. tradit Vuolphagus Lazius lib. 2. de Roma. Repub. cap. 1. Dicebantur & olim clarissimi filij senatorum, & clarissimorum. l. focminç. ff. de senato. l. si senator. C. de dignitat. lib. 12. de quibus multa Antoni. Vacca in rub. de senatorib. qui in dict. l. focminç. censet, hoc Scæuolæ responsum ea ratione intelligendum, quod clarissimi foret incapaces quorundam legatorum, & præsertim huius legati, quo tribus eis emenda legaretur: fortassis ex eo, quauis ipse hoc amplius non explicet, quod licet clarissimi Romæ tribus haberet ex Suetonio in Augusto cap. 40. suffragium tamen in eligendis magistratibus minimè ferebāt, nec ex reipublicæ, & principum largitione frumentarias tesseras, quæ plebi Romanæ quolibet mense dabantur, poterant habere. Hæc enim & his familia propria plebis erant: non senatorij ordinis, nec clarissimorum, quibus minimè conueniebant: imo esset illis probro, ac ignominia, si cum plebeis æquarentur. Quanquàm idẽ Suetonius in Domitiano ca. 4. scripserit: dieq; proximo omne genus rerum missilia sparsit, & quia pars maior inter popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestribus, ac senatorij ordinis pronunciauit. Hoc etenim ad missilia pertinet. Sic sane dubium erat apud Scæuolam, an vir clarissimus hæres liberti consequi posset, ut illius hæres ea omnia, quæ iure proprio minimè habere potuisset, nec honestè habere poterat.

Respondi deberi.) Tribus etenim legatario eo iam mortuo emi non poterat, ut testator iussit: quod Accursius, & pleriq; consentit: idq; verè his rationibus, quas superius adduximus: nec liberti hæres eo legato indigebat, imo nec poterat nisi quo ad æstimationem, illud obtinere, quia clarissimus erat. Quod si libertus hæredem reliquisset filium, qui commodè posset tribus consequi, & voluntas testatoris aliqua ex causa minimè refragaretur, hæredi foret emenda tribus: tamen si à iuriscòsulto hoc in loco non tractetur, an sit soluenda æstimatione, vel ipsa tribus præcisè emenda per hæredem patroni, cum emptio utilis foret hæredi liberti: sed illud tantum in còtroversiam incidit, an teneatur patroni hæres ad æstimationem, ubi tribus nec emi poterat, nec eius emptio utilis erat hæredi liberti. Quæ ratio Bart. fallitur, dum existimat, patroni hæredem ad factum ex legato teneri, & ideo post moram ad 14 interesse: quia, ut inquit Cuman, solū deberetur

Variarum Resolutionum

tunc æstimatio tribus, non autem commoda, aliaq; liberalitates. l. si calendis. ff. de re iudicat. l. fundum. ff. de nouatio. & quia verè patroni hæres, si libertus viueret, cogi posset præcisè tribum emere, argumento deducto ex. l. fideicommissa. §. ult. ff. de lega. 3. & ex his, quæ traduntur in. l. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. obligat. à Bart. Alex. & Iason. num. 32. à quibus, & alijs frequentius receptum est, teneri quem ad factum præcisè, nec liberari præstando interesse, siue, id quod interest, vbi ex vltima volūtate, & testatoris iussu tenetur facere.

Commoda, & principales liberalitates.)
Nempe tesseras frumentarias, numarias, misilia, aliaq; reipublicæ, & principum largitiones. Nā sicut tessera frumentaria symbolum erat plumbeum, æreum, aut ligneum, cui inscripta erat nota, qua summa frumenti significabatur: sic & tessera numaria idem symbolum erat cū nota summam accipiendæ pecuniæ significante: quod ex multis Sueronij locis lector facillimè poterit intelligere: & Xiphilino in Tito.

Respōdi: quid quid ipse cōsequatur esset.)
Nec tamen vsuræ debentur æstimationis; cum sit satis æstimationem dari, & omnia illa comoda, quæ, si statim mortuo testatore solutum esset legatum, vel emptum fuisset tribus, legatarius consequentur esset. idem enim est, ac si ab initio data foret tribus æstimatio: & ideo eius quantitatis vsuræ non debentur, nec vt vsuræ olim apud Ethnicos, nec apud Christianos ratione eius, quod interest. Siquidem soluta quātitate quæ debetur, vsuræ ab eo die minimè veniunt in condemnationem.

Iustiniani, & Celsi iuriscōsultorum responsa de Hippocentauri stipulatione ex varijs authoribus examinantur. Cap. II.



Iustinianus lib. 3. institutio num. tit. de inutilibus stipulationem esse docuit stipulationem, qua id promittitur, quod natura esse non potest. veluti si quis Hippocentaurum fuerit stipulatus, qui naturā quidem esse non potest. Idem Celsus respōdit in. l. si ita stipulatus. ff. de verb. obligat. quibus Cicero ad stipulatur, qui lib. primo Tusculanarum num. 142.

qui enim, inquit, satis viderit id, quod est luce clarius, animo, & corpore consumpto, totoq; animā deleto, & factō interitu vniuerso, illud animal, quod fuerit, factum esse nihil, is planè perspiciet, inter Hippocentaurum, qui nunquam fuerit, & regem Agamēnonē nihil interesse: nec pluris nunc facere. M. Camillum hoc ciuile bellum, quā illo viuo ego fecerim Romam captā. Idē Cicero lib. pri. de natura deorum. num. 145. Nam si tantummodo ad cogitationem valent, nec habent vllam soliditatem, nec eminentiam, quid interest, vtrum de Hippocentaurō, an de eo cogitemus? Idē lib. 2. num. 7. Etenim videmus ceteras opiniones fictas, atq; vanas diuturnitate extabuisse. Quis enim Hippocentaurum fuisse, aut chimæram, putat? Xenophon lib. 4. de prædia Cyri. Chrsifantus refert oratione quadam equites laudasse, maximeq; admiratū fuisse, foelixq; existimasse Hippocentaurum animal, si id vsquā fuerit. Quo in loco sensit is autor, animal hoc natura esse non posse. Idem ex Galeno in lib. 3. capit. pri. de vsu partium. probare conatur Andre. Alcicius lib. 9. parerg. cap. 13. diuus Augustinus lib. 18. de ciuitate dei cap. 13. de Centauris fabulam cōfictam fuisse scribit, quod equorum, hominumq; fuerit natura coniūcta. Hoc ipsum & Lucretius lib. 5. de natura rerum ostendere videtur.

*Sed neq; Centauri fuerant, nec tempore in vllō
Esse queunt duplici naturā, & corpore bino*

Et rursus.

*Nefortè ex homine, & veterino semine equorum
Conseri credas centauros posse, nec esse.*

Sed hoc esse contra fidem historiarū asseuerat Ioan. Corasius lib. 5. Miscell. capit. 2. ex eo, quod Plinius Veronenus lib. 7. cap. 3. Claudium Cæsam scribat, memoriæ prodidisse, Hippocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse. Et nos, addit Plinius, principatu eius allatum illi ex AEgypto in melle vidimus. Diuus Hieronymus in vita Pauli eremitæ author est, Antonium eremitam Hippocentaurum, & Satyrum in eremo vidisse. Nec plura his, inquit, cōspicit hominem equo mixtum, cui opinio poëtarum Hippocentaurō vocabulum indidit. Quo viso salutaris impressio signa armat frontem. Et heus tu, inquit, quam in parte seruus deihie habitat? Ac ille barbarum nescio quid infrondens, & frangēs potius verba, quā proloquens indicat iter. Et sic patentes campos volucris transmittens fugā ex oculis mirantiseuanuit. Vtrum hæc verum diabolus ad terrendum eum simulauerit, an vt solet, eremus monstruorum animalium ferax, istam

istam quoq; gignat bestiam, incertū habemus. Stupens itaq; Antonius, & de eo, quod viderat secum voluens, vterius progreditur. Nec mora inter saxosam conuallē haud grandem homunculum videt ad uncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarū pedes desinebat. Infractusque & hoc Antonius spectaculo scutum fidei, & lorica spei, vt bon⁹ praliator arripuit. Nihilominus memoratum animal, palmarum fructus eidem ad viaticum, quasi pacis obsoles afferebat. Quo cognito gradum presit Antonius, & quisnam esset interrogans, hoc ab eo responsū accepit. Mortalis ego sum, & vnus ex accolis eremi, quos vario delusa errore gentilitas, faunos, satyrosq;, & incubos vocans colit, legatione fungor gregis mei, precamur vt pro nobis communem deum deprecetur quem pro salute mundi venisse cognouimus.

Hæc Hieronymus. Sed & de Satyris Plutarchus in Sylla scribit, prope Apoloniam captum à militibus Satyrum ad Syllam adductū, & quisnam esset per interpretes interrogatū, vix quidquā, quod intelligi posset, pronuntiasse, potiusq; vocem asperam equi hinnitu, hirciq; balatu permixtam emisisse, ab ipsoq; Sylla fuisse dimissum. Sed & Satyros esse idem Plutarchus in Numā, Plinius lib. 7. cap. 2. & lib. 6. ca. 30. & lib. 8. capit. 54. Mela, & Solinus, Philostratus in Apollonio lib. 6. & pleriq; tradidere. Sed hæc, & quæ Pausanias de Satyrorū insula in Atticis scribit, fabulosa esse existimo, hisq; similia, quæ Lucianus de veris narrationibus venustè quidem, & eleganter confluxerit. Illud sanè obseruandum erit, Centauros prope Pelium Thessaliæ montem habitantes primū equos aut subegisse, aut ad equitandum domuisse, autore Diodoro Siculo lib. 5. Nam & Palephat⁹ lib. pri. incredibilium scribit, Ixionem regem, cum tauri præferoces Larissam, & eam Thessaliæ regionem vastarent, præmium propusuisse his, qui tauros arcerent, iuuenesq; e Nephele pago equos mansuefactos conscēdisse, taurosq; illos abegisse. Vnde dicti fuere centauri ἀπὸ τοῦ κεντρῶν τοῦ τάουρος, à pungendis quidem, & stimulantis tauris. Idem ferè Seruius in illud Virgilij lib. 3. Georgicorum.

Frana Peletrony Lapitha, gyrosq; dedere.

Ex his dicti Hippocentauri qui inter eos forèt stimulantis, & pūgendis equis præstantissimi, quiq; arte equitandi reliquos Centauros præcellerent. Etenim adnotauit Sophoclis interpretes in Aiace, apud Græcos dictionem istam ἵππος. in compositione inagnum, & eximium significare. qua ratione ἵππομανῆ. hominem insanissimum. & maximè furentem: ἵππογνώμονα, magno, & ex-

celso præditum animo: & ἵπποβίον, eum, qui in explebiliter venerem confectatur, frequentissimè Græci interpretantur. vt inde par sit Hippocentaurus dictos fuisse præclaros, & eximios Cētauros. Sophoclis interpreti præter alios consentit Suidas. idē obseruat Aristophanis scholiastes in nebulis & in ranis. Aut sane dicti fuere Hippocētauri equites præstantissimi ἀπὸ τοῦ ἵππου κεντρῶν. id est ab stimulantis equis. Quod apud Pindarū in Pythijs Hymno secūdo adnotarūt scholiastæ. Nā & illic Pindarus, cētaurū natum fuisse fabulatur ex coniunctione Ixionis, cum nebula, quæ Græcè Nephele dicitur: Centaurum vero commistione Thessalicarū equarum genuisse animalia, quæ paulò antè diximus à veteribus dici Hippocētauros. Interpretes Apollonij Rhodij lib. pri. scribit, Saturnum transformatum in equum ex Philyra Oceani filia Chironem genuisse, qui ex eo dict⁹ fuerit Hippocentaurus.

Cæterū quod diuus Hieronymus scribit, quauis & ipse hoc incertū esse existimet, potest cōmodè dæmonum illusionibus tribui. Nam & sancti viri cum tetris spiritibus congressum frequenter habuerunt, ab illisq; diuersis imaginibus, ac multiplici specie propè sunt delusi. Quod passim veteres auctores tradidere: & ex iunioribus Alexander ab Alexandris lib. 4. diæ. geni. ca. 19. Sed & diuus Gregorius harum delusionum quādoq; in suis dialogis meminit lib. 4. cap. 37. lib. 3. capit. 7. & capit. 16.

Præfectus calciatus apud iuriconsultum, quis sit intelligendus, & de militari calciamento. Caput. III.



Aulus lib. singulari de officio præf. vig. capit. 3. de officio præf. vigil. sciendum est, inquit, præfectum vigilum per totam noctem vigilare debere, & coerrare calciatum cum hamis, & dolabris, vt curam adhibeant, omnes inquilinos admonere, ne negligentia aliqua incendij casus oriatur. Hæc Paulus. Quid sint hamæ ex Plinio, & Iuuenali docuit Andre. Alciatus in lib. 4. & in l. ferri. ff. de verbor. signifi. Calciatum præfectum multi adnotarunt dici à iuriscōsulto ex eo quod inter vestimenta militaria connumetentur & calciamenta apud Lampridium in Alexandro, & milites calciati apud eundem dicantur. Nos idē

B 3 obser-

Variarum Resolutionum

obseruauim⁹ & ex Flauio Vopisco in Aureliani militari epistola ad vicarium suum, quam operę pretium me facturum existimo si adscripsero.

Si vis tribunus esse, imò si vis uiuere, man⁹ militum contine. Nemo pullum alienum rapiat. Quem nemo contingat. Vuam nullus auferat. Segetem nemo deterat. Oleum, sal, lignum nemo exigat, annonã sua contentus sit. De præda hostis, non de lachrymis prouincialium habeat. arma terfa sint, ferramenta famiata. Calciamenta fortia, vestis noua vestem veterem excludat. Stipendium in balteo, non in popina habeat. Torquem brachialem, & anulum apponat, equum saginarium suum defricet, captum animal non vendat, mulum centuriatum comiter curet. Alter alteri quasi seruus obsequatur. A medicis gratis curentur. Aruspibus nihil dent, in hospitij castè se agant, qui litem fecerit vapulet. Hac Aurelianus. apud quem fortia calciamenta, quę fuerint, & qui fuerint calcei militares, nemo quod ipse scia hucusq; adnotauit: tamen id cõstet ex Iosepho, qui obiter hac de re lib. 7. cap. 3. de bello iudaico, ex codice Latino: at ex Græco libro. 6. capit. 7. Iuliani militis insignẽ fortitudinẽ cõmemorã: calceos, inquit, habens creberrimis, atq; acutis clauis, vt cæteri solēt milites, fixos, dũ strato faxeis crustis solo occurreret, labitur, magnõq; cum armorũ sono deiectus in tergum fugientes reduxit. Ex quibus sanè verbis intelliges quæ dixerit fortia calciamenta Vopiscus. Eadem de Iuliano scribit Egesippus lib. 5. de excidio Hierosolymitano ca. 30. velut, inquit, hic Iulianus, qui tergo imminet hostium dum alios perimit, & claustro coercet ipsa alacritate incautior, confixum clauis calceamentum gerens, vsu militarium virorum: non considerauit polito lapide solum stratum, quod cauendum foret, sed quasi in campo præliaretur securus labitur, & ingentem strage sua sonitum dedit. Hac forsã ratione Plautus in captiuis dentes calceatos loco dixit, quasi ferro munitos, vt & pedes militum calciati fortibus sanè calciamenti. Ergasilus parasitus de conuiuio.

Nunquam istoc vinces me AEGio, ne postules,

Cum calceatis dentibus veniam tamen.

Sic mulas calceare apud Suetoniũ in Vespasiano no cap. 23. id est ferreis soleis munire. Catullus ad Coloniã.

*Et supinam animam graui derelinquere ceno
Ferram vt soleam tenaci in voragine mulam.*

Obiter tamen apud Vopiscum ferramenta famiata intelliges mucronata, & acuta ex Nonio Marcello, qui testis est, verbũ hoc famiare apud veteres in hac significatione receptum fuisse. A-

puð Hieronymum in epistola de Origenis erroribus. Calciati pedes armati intelliguntur aduersus serpentes.

Adriani Cæsaris rescriptũ de muliere prægnante ab AEGyptiorum, & Græcorũ legibus deductum fuisse. Cap. IIII.



Pregnantis mulieris, quę dã nata sit, corporis poenã differri quoad pariat, & eadem ratione nec eam torquendam esse, respondit Vlpianus lib. 14. & 27. ad Sabinũ. idque ex rescripto Adriani ad Publium Marcellum in. l. prægnantis. ff. de poenis. & in. l. Imperator Adrianus. ff. de statu hom. cuius responsi quam plures interpretationes, & intellectus poterit lector deducere ex his, quę vtrobiq; à nostris tractantur, & à Guilielmo Benedicto in capit. Rainutius. verb. & sobolem. nu. 60 de testam. Hippol. Masilio in. l. i. in principi. nu. 19. ff. de quaestionib. & in practica. §. nunc videndum. num. 46. Mattheo Afflict. in cõstitu. Neapol. titu. 23. nume. 11. Quibus illud nec temerè ad dere libuit, quod Plutarchus de fera numinis vidita scribit asseuerans, hoc à Græcis quibusdam legislatoribus ab AEGyptiaca lege transcriptum fuisse. Ita enim inquit, AEGyptiacam verò legẽ, quę grauidam donec pariat, in mortis carcere custodire iubet, nonne Græcorum quidam consultè vobis transcripsisse videntur? Idem asseuerat Diodorus Siculus lib. 1. Sed & AEliano auctore, lib. 5. de varia historia. Areopagitæ cùm foeminam quandam veneficij accusatam, conuictamque mortis poena damnare constituisent, non prius eam occiderunt, quàm peperisset ipsam matrem, quę crimen commiserat, & quę sola culpam contraxerat, punire volentes, infan-tem conceptum in vtero, omnica culpa immunem ab eo mortis supplicio liberãtes. Legis verò quę apud Romanos erat, meminit maxima cum laude Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum.

Ex capite sequenti.

- 1 *Quid furca significauerit apud Latinos.*
- 2 *Crucis supplicium an idem quod furca fuerit?*
- 3 *Litera. T. supplicij nota.*
- 4 *Crucis supplicium à Constantino Magno abrogatum.*

- 5 Crucis signum, & character olim saluationis nota, Hieroglyphica significatione.
6 Furcarum erectio capitalis, & criminalis iurisdictionis signum.

An olim apud veteres furcarum supplicium fuerit in usu, & de crucis patibulo. Cap. V.



Famosos latrones in his locis, vbi grassati fuerint, furca figendos cōpluribus placuisse, testis est Calistratus Iuriconsultus libr. 6. de cognitionibus in. l. capitaliū. §. Famosos. ff. de pœnis. E cuius responso pleriq; adnotarunt, olim furcarū supplicium apud veteres fuisse frequentissimū. quorum opinioni suffragatur idem Calistratus eadem. l. capitalium. in eius initio. Summum, inquit, supplicium esse videtur ad furcam damnatio. Vlpianus item in. l. sacrilegij. ff. ad legem Iul. peculat. scribens, proconsules sacrilegos quosdā in furcā suspēdit. Eiusdem supplicij meminere Paulus in. l. si quis aliquid. §. 1. ff. de pœnis. Modestinus in. l. 3. §. is qui. ff. de re milit. Titus Livius libro. 1. lex, inquit, horrendi carminis erat. Duumviri perduellionem iudicēt. Si à duumviris prouocauerit, prouocatione cōtato, si vincēt, caput obnubito, infœlici arbore Reste suspēdito, verberato, vel intra pomœriū, vel extra pomœrium. Idem paulō inferius, eum sub furcavin etū inter verbera, & cruciatus videre potestis. Quo in loco infœlicem arborem furcam dixit, in qua quis ob crimen laqueo suspēdebatur. Plinius vero lib. 16. cap. 26. quæ dictæ fuerint infœlices arbores explicat. Cicero in oratiōe pro. C. Rabirio perduellionis reo. Namq; hæc tua, quæ te hōminem elementem, popularemq; delectant. Ilictor, colliga manus: quæ non modò huius libertatis, māuetudinisq; non sunt, sed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilij, sed Tarquini superbissimi, atq; crudelissimi regis ista sunt cruciatus carmina, quæ tu homo lenis, ac popularis libentissimè commemoras. Caput obnubito, arbori infœlici suspēdito: quæ verba Quirites iam pridem in hac rep. non solum tenebris vetustatis, verum etiam ludè libertatis oppressa sunt. Hæc Cicero. Sed & furcam veteres latini appellarunt lignum curriculi, cui superfigebatur temo. Idem temo temone; seruatorum, qui in familiadeliquerāt, humeris per vieuiam circumferendum impone-

batur contumeliæ causa: atq; inde furciferi dicti autore Plutarcho in Martio Coriolano. Et i problema Romanis capit. 70. quo in loco & illud adiecit, Græcos nominare lignum istud *σαυρόν*, latinos furcā: cum in priori scripseret à Græcis hoc lignū dici *σκήμα*, καὶ ὑποσάτυρ. Ex quo lector poterit intelligere quæ Macrobius tradit libr. 1. Saturnaliorum ca. 11. & repetit Lactantius Firmianus lib. 2. capi. 8. qui seruum sub furca ad supplicium duci dixit: quod Macrobius patibulo constructū dixerat. Arnobius vero aduersus gentes libro. 7. De eodem seruo tractans, ad patibuli nunc; & rursus ad Crucis pœnam dānatum fuisse narrat. Livius libr. 2. eandem historiam scribens sub furca cæsum dixit. ex quo & Dionysio libr. 7. & Plutarcho error est apud Macrobiū in annis ab vrbe condita. Illud forsā placuit, furcam *σαυρόν* dici, quasi furcā, & crucis supplicium idem fuerit. At cruci affigebantur clauis nocentes, furca vero puniebantur laqueo suspēsi: & id frequentius, licet non fuerit hoc discrimen exactè seruatum. Cicero lib. 5. de finibus. vbi de infœlici exitu Polycratis Samiorū tyrāni differit, ita inquit, ne tum quidem miser, cum ab Oroete prætoris Darei in crucem actus est. De quo Herodotus in Thalia scribit, *ὀροίτης ἀνισαύρωσις*. Oroetes cruci affixit. Eusebius verò lib. 8. de præparat. Euāgeli. capit. 14. De eodem Polycrate tractās dixit. *ὑπὸ μεγάλου βασιλέως ἐκράνθη, καὶ προσάτυρ*. id est, à Magno Rege punitus est, & cruci affixus. Iustinus lib. 22. de Bomilcare Pœnorum duce. Hoc, inquit, certaminis discrimine tāta desperatio illata Pœnis est, vt nisi in exercitu Agathoclis orta seditio esset, transiturus ad eum Bomilcar dux Pœnorū cum exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro à Pœnis patibulo suffixus est: vt idem locus monimentum suppliciorum eius esset, qui ornamentum ante fuerat honorū. Sed Bomilcar magno animo crudelitātē ciuium tulit, adeò, vt de summa cruce, veluti de tribunali, in Pœnorum scelera concionaretur, obiectans illis nunc Hannonē falsā affectati regni inuidia circumuentum, nunc Gisgonis innocētis exilium, nunc in Hamilcarem patruū suum tacita suffragia, quod Agathoclem sociū illis facere, quā hostem maluerint. Hæc cum in maxima populi concione vociferatus esset, expirauit. Hactenus Iustinus. De cruce Reguli Silius libr. 2.

Vidi cum robore pendens.

Hesperiam cruce sublimis spectabat ab alta.

Cicero vltima in Verrem actione dum proclamat facinus indignum fuisse Gaium Romanū ciuem à Verre in crucē agi, ita inquit, quid enim attinuit, cum Mamertini more, atque instituto

Variarum Resolutionum

suo crucē fixissent post urbē in via Pōpeia, te iu-
bere in ea parte figere, quæ ad fretū spectaret: &
hoc addere, quod negare nullo mō potes, quod
oībus audiētibus dixisti palam, te idcirco illū lo-
cū deligere, vt ille, qui se ciuē Romanū esse dice-
ret, ex cruce Italiā cernere ac domū suā prospice-
re posset? Itaq; illa crux sola iudices post cōditā
Messanā illo in loco fixa est. Italiæ cōspectus ab
istō delectus est, vt ille in dolore, cruciatuq; mo-
riēs, perāgusto fretō diuisa seruitutis, ac libertatis
iura cognosceret: Italia autē alumnā suā seruitutis
extremo, summoq; supplicio affixū videret.
Hæc Tullius. Huius Gaiianæ crucis meminit La-
stātius lib. 4. diuinarū institutionum. c. 18. vbi sal-
sō legitur Canniniana crux: cū potius sit ex Cice-
rone Gaiiana. Liuius lib. 10. decad. 3. de profugis
grauius, quàm de fugitiuis cōsultū. Nominis lati-
ni qui erant securi percussī: Romani in crucē su-
blati sunt. Trāquillus in Galba. c. 9. & tutorē, qd̄
pupillū, cui substitutus hæres erat, veneno necaf-
set, cruce affecit. Imploratūq; leges, & ciuē Roma-
nū se testificantī, quasi solatio, & honore aliquo
pœnā leuaturus, mutari, multoq; præter ceteras
altiorē, & dealbatā statui crucē iussit. Idē in Do-
mitiano. c. 10. Itē Hermogenē Tarfensem ppter
quasdā in historia figuras, librarijs etiā, qui eam
descripserāt crucifixis. Rursus. c. 11. Auctorē sum-
marū pridie quam crucifigeret in cubiculū voca-
uit, absidere in toro iuxta coegit, securū, hilarem
que dimisit, partibus etiā de cœna dignatus est.
Lucanus lib. 6. agens de Erichthone maga vtrius-
q; supplicij mentionē fecit, illius inquam, quo la-
queo furca suspensi præcluso spiritu pereunt: &
quo in crucem acti clauis affixi occiduntur.

Laqueum, nodosq; nocentis.

*Ore suo rupit, pendentia corpora carpsit,
Abrastrq; cruces, percussaq; viscera nimis
Pulsit, & incoctas admissō sole medullas.
Insertum manibus Chalybem, nigramq; per artus,
Stillantē tibi saniem, virusque coactum
sustulit, & neruo morsus retinente pependit.*

Trāquillus in Cæsare cap. 74. sed & in vlciscen-
do natura lenissimus. Piratas, à quibus captus
est, cum in deditiōnem redegisset, quoniam suffi-
xurum se cruci ante iurauerat, iugulari prius ius-
sit, deinde suffigi. Quod Plutarchus in Cæsare di-
xit ἀνισαύρωσιν. id est cruci affixit: & in Apophthe-
gmatis verbo à clauis deducto προσήλωσιν elegāter
significauit. Ex quibus locis apparet, crucis sup-
plicium nimis crudele vel ex eo fuisse, quod fo-
ret læta in eo mors. Diuus Augustinus super Ioā-
nem tractatu. 31. supplicium, inquit, crucis ideo
durius erat, quia diutius cruciabat, & omnes cru-
cifixi longa morte necabantur. Idē in tractatu. 36.

pendentes enim in ligno crucifixi, clauis ad li-
gnum pedibus, manibusque confixi productā
morte necabantur. Non enim crucifigi hoc erat
occidi, sed diu viuebatur in cruce: non quia lon-
gior vita eligebatur, sed quia mors ipsa proten-
debat, ne dolor citius finiretur. Genes. cap. 40.
Ioseph respondit pistorum magistro, tria cani-
stra tres adhuc dies sunt, post quos auferet Pha-
rao caput tuum, ac suspendet te in cruce. Et rur-
sus paulò post: alterum suspendit in patibulo, vt
veritas coniectoris probaretur. & capitu. 41. Ego
enim redditus sum officio meo, & ille suspensus
est in cruce. Deuteronomi. capit. 21. quando pec-
cauerit homo quod morte plectendum est, & ad
iudicatus morti appensus fuerit in patibulo, non
permanebit cadaver eius in ligno, sed in eadem
die sepelietur: quia maledictus à Deo est qui pen-
det in ligno. Iosue capit. 8. Regem quoque eius
suspendit in patibulo vsque ad vesperam, & so-
lis occasum: præcepitque Iosue, & deposuerunt
cadaver eius de cruce. Extat & de Aman affixo
cruci, quam parauerat Mardochæo historia He-
ster ca. quinto. 6. & 7. Seneca. lib. primo. Episto-
larum. 7. epistola. Sed latrocinium fecit aliquis,
quid ergo meruit? vt suspendatur. Ex quibus
probat, genus hoc supplicij, quo cruci nocen-
tes affigebantur, & suspendebantur in ea, fuisse
apud veteres frequentissimum: crucemq; ipsam
Græcè dictam *scaphy*. Idque euidentius erit ex Lu-
ciano in dialogo, cui titulus, iudicium vocalium.
Qui finxerit elegāter, literam. T. vt furem, & alie-
na inuadentem, litera. S. ex multis dictionibus
expulsa, dignam videri, quæ in id ageretur sup-
plicium, quod ipsius exprimeret figura: nempe
crucem, quæ quidem absque ipsius nocentis su-
spenso corpore, sit omnino literæ. T. similis. Vt
obiter admoneam, nihil ad hanc rem pertinere,
quod Ludouic. Cælius libro. 6. l. c. Antiqu. ca-
pit. octauo. adnotauit de litera longa, quæ ad si-
militudinem. T. figuretur: quoniam, vt is in-
quit, qui pendet laqueo suspensus eam planè, red-
dit imaginem suspendiosi defuncto obtinente
vicem lineæ ex superiori parte in imum produ-
ctæ, trabis verò, vnde laqueus destinatur, trans-
uersam elementi portionem, fungere videatur.
Nam vtcunq; id sit, & adnotari possit ad Pla-
tinos de litera longa sales, quod lætor poterit fa-
cilis expendere: ad crucis imaginem, quæ ex li-
tera. T. à Luciano doctissimè traditur, nihil opus
est ipsius suspēsi caduere: cum & sine ipso crux
3 ipsa imaginem. T. referat graphice, Erat etenim
hac ratione apud veteres fau: atque ideo. T. lati-
num supplicij nota, autore Quintiliano libro. 8.
capi. 3. Sed & furcis nocentes affixos olim fuisse,
subin-

subindicat Calistratus in dicto. 6. famofos. Plinius item libro. 29. capit. 4. Eadem, inquit, de causa supplicia annua canes pendunt inter Aedem iuuentutis, & Summan viui in furcas Sambucea arbore fixi. Vt tandem ratione communis, & frequentissimi supplicij possimus coniectare, quandoque crucem dictam supplicium illud, quo suspensi præcluso spiritu occidebantur, ac deinde furcam veteres quandoq; appellasse crucem, cui affigebantur nocentes. Nam & Suidas scribit *Ἰδρυμον ξύλον*. dici latine furcam: cum illud dici etiam crux verè possit: cum sit vnum lignū alteri connexum. His ad stipulatur, quod cruces non vnus generis erant: sed aliter ab alijs fabricabantur: sunt etenim qui capite in terram conuerso suspendebant: alij per obscena stipitem agunt, alij brachia patibulo explicuerunt, sicuti ex Seneca obseruauit Ludouic. Cælius in dicto cap. octauo. tametsi ex propria verborum significatione illud sit verius, & frequentiori vsui conueniat magis, crucem dictam fuisse patibulum, cui nocentes ex palis brachijs, & clauis affixi, occidebantur. Eusebius Martyrium Petri apostoli enarrans lib. 3. de eccles. historia. capi. primo. scribit *ἔκ τῶ ἐπὶ τῆς ἐπιπέδου γυνάκιν* *ἀνισκολοπίσθι κατὰ κίρρα* *αὐτῶν*. *ἀυτῶν ἐξιώσας παθῆν*. id est, Petrus tandē Romę existens in crucem actus est, pedibus sursum versum sublatis, aut capite in terram verso, & in sublime pedibus eleuatis, ex Hieronymo in catalogo scriptorum ecclesiast. vel inuersis vestigijs crucis affixus ex Ambrosio, qui Egesippum ē Græco in latinum transtulit lib. tertio. de excidio Hierosolymitano. capit. secundo. Idque martyrij genus idem Petrus petierat, quod se indignum putaret, qui itidem vt magister suus recto corporis statu pateretur. quod sensit Eusebius, & palam exponit Nicephorus lib. secundo. ca. 36. idem Eusebius lib. octauo. de histor. eccles. capit. octauo. de martyribus agens inquit. *καὶ ἄλλοι* *πάλιν ἀνασκολοπίσθις, διὰ μὲν αἰτῆ τὸ σὺνίβρις τῆς κίρρας, αἱ δὲ καὶ χειρῶν ἀνάπαλι κατὰ κίρρα προσκλωθῆναι, τὸ πρὸς μὲν οἱ* *τις ἐνὶ τῆς, ἵσθις καὶ ἐπὶ αὐτῶν ἰκρίων κωμῶν διαφασίτην*. Quæ latinus Nicephori interpres lib. septimo. cap. octauo. ita latine tractat. Et alij quidem eodem, quo malefici modo, supplicio affecti: alij autem inuersi, pedibus videlicet in sublime sublatis, vitam diu, graniterque traxerunt, donec in cruce ipsa ita suffixi fame perierunt. Græcis sancta verba hæc. *ἀνασκολῶ, προσκλω, & ἀνασκολοπίω*. peculiaria sunt in ea significatione, qua latini crucifigere, patibulo affigere dicunt. Herodianus libro quinto. histor. *σκολοπίσθις, καὶ δούλοι, ὅσοι δέοι* *ἦσαν κατὰ γυμνασίου ἀνισκολοπίσθισσιν*. Calumniatores, & serui quicunque dominos denunciauerant pati-

bulo affixi fuerunt. Nam & autore Suida. *σκολοπι*. palus erat præcutus, cui nocentes affigebantur: qua tandem dictione Christi crux fuit significata Apollinis Milesij responso, cuius meminit Lactantius Firmianus. libro quarto. capit. 13. Sec. I. & idem Suidas scribit, crucem, aut patibulum Græcè dici *κίρρα*, & inquit *ἰουδαίων τὸν σωτήρα προσκλωσάν*. Cruci saluatorem Iudæi affixerunt. Addit idem autor, solenne fuisse apud Athenienses ex lege, vt Cenotaphijs, & sepulchris imaginarijs eorum, qui in exilio, aliæ calamitate mortui forent extra patriam, nec Atheniensi in agro sepulsi, crux apponeretur lignea in signum illius calamitatis. Quod de Thucydidis sepulchro quidam referunt, autore Marc ellino in eius vita. Ex quo Suidæ locus fortassis vitio tyrographorum deprauatus, illustratur. Hinc obseruari poterit interpretatio legis, quæ a Constantino ad Maximum. P. vrbis lata est de crimine læsæ maiestatis libro nono. Codicis Theodosiani tit. quinto. Cuius duæ priores partes referuntur in Codice Iustiniani. l. tertia. C. ad legē Iul. maiesta. tertia, & vltima parte omissa. Cuius hæc est decisio. In seruis quoque vel libertis, qui dominos, aut patrones accusare, aut deserere tentauerint, professio eam atrocis audaciæ, statim in admissi ipsius exordio per sententiam iudicis comprimatur, ac delegata audientia patibulo adfigatur. P. P. Kalend. Janu. Volusiano, & Anniano. conf.

Laquei vero supplicij quàm sit, & fuerit ignominiosum, atq; ideo nobiles minimè eo plectendos fore, obiter ipse adnotauit lib. 2. Variarum resolutionum. ca. 9. nu. 4. nisi famosi latrones, aut grassatores fuerint. Eadem ratione crucis pœna ante Iesu Dei optimi. maximi passionem vbiq; locorum infamis erat, & fuit quidem apud Gentiles adhuc post redemptoris mortem: quod Lactantius Firmianus lib. 4. diu. Iust. capitu. 26. in hunc modum explicat. Dicat enim fortasse aliquis, cur si Deus fuerit, & mori voluit, non saltè aliquo honesto mortis genere affectus est: cur potissimū cruce, cur infami genere supplicij: Quod etiam homini libero, quauis nocenti videatur indignū, Id ipsum prius explicuerat Arnobius lib. pri. aduersus gentes. Diuus Augustinus de verbis domini secundum Mattheum. sermone. 18. Si genus, inquit, mortis exhorrebat infirmitas, nihil illo tempore fuit ignominiosius, quàm mors crucis. Non enim frustra commendans eius obedientiam Apostolus addit dicens, factus est obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Sed quia ipse honoraturus erat discipulos suos in fine huius seculi, prius honorauit crucem in hoc seculo, vt terrarum principes credentes in eum

Variarum Resolutionum

prohiberent aliquem nocentium crucifigi. Hæc Augustinus, & his similia rursus sermone primo in feria sexta parasceues, & Crhysostrum? super Paulum ad Philippenfes capi. secundo. quin & Iurifconsultus in. l. liberorum. §. non solēt. ff. de his qui not. infamia. inquit, non solent lugeri suspendiosi. Verum post Christi Iesu mortem adeo venerandum, tantæque maiestatis fuit crucis patibulum, vt Diuus Petrus omnino recusa-
 4 uerit eodem modo, quo eius magister id subire supplicium: quemadmodum paulo ante ex historicis obseruauimus: sed & Constantinus Magnus, qui signo, & vexillo crucis ferocissimos, potentissimosque hostes debellauit, & euertit, lege lata constituit, ne quis crucis supplicio, quod frequentissimum tunc erat, puniretur: idque ob
 5 sanctissimæ crucis uenerationem: sicuti tradidit Casiodorus libro primo. historia tripart. capit. decimo. Sozomenus libr. primo. ecclesi. histor. capi. octauo. & Nicephorus libro septimo. capitu. 46. Caterum & ante Christi passionem crux, signumque crucis maximæ fuit significationis. Nam & Rufinus libr. vndecimo. histor. eccles. testatur capitu. 29. apud Aegyptios significatione Hieroglyphica vitam, & futuram saluationem significasse. Etenim cum Serapidis templum solo æquaretur, & Hieroglyphicæ quæ dicuntur formæ, & characteres signo crucis per-
 5 similes apparuissent saxi incisæ, earundem literarum interpretandarum periti characterem sub crucis forma vitam futuram significare dixerunt: autoribus Socrate libro quinto. capitu. 17. Sozomene libro septimo. capitu. 15. Nicephoro lib. 21. capitu. 26. & Suida in dictione. *ἱερόγλυφος*. Ezechielis capit. nono. signum Tau, quod Græcè, & Latine literam. T. explicat, & præsignat, vt saluationis signum apponitur: quod illic Diuus Hieronymus, & Tertullianus libr. aduersus Iudæos capite de vastatione Israel. & lib. tertio. aduersus Marcionem adnotarunt. plura de crucis signo, Iustinus Martyr in oratione. 2. pro christianis. Quo in loco pagi. 31. versus illum psalmi nonagesimi quinti: Dicite in gentibus, quia dominus regnauit. ita legit. *Lætamini in gentibus, dominus post lignum, regalem potestatem habuit.* Idem Iustinus in Dialoگو cum Triphone. pagi. 57. legit. dicite in nationibus, dominus à ligno regnauit. Diuus item Cyprianus in tracta. de Sina, & Sion, aduersus Iudæos ex Dauidis Psalmi retulit. Annunciate regnum Dei in gentibus, quia dominus regnauit de ligno. Quam lectionem agnoscit autor ille, quisquis is est, qui hymnum dominicæ passionis, quo ecclesia uetur, scripsit. inquit enim.

*Impleta sunt quæ concinit
 Dauid fidelis carmine
 Dicens in nationibus
 Regnauit à ligno Deus.*

Quod obiter adnotare uolui, quia locus hic insignis est, & non facile quis poterit locum signare, ubi Dauid dixerit, quod ecclesia ex eius ore prophético canit. Siquidem Iustinus ipse testatur, uerba illa: à ligno, fuisse detracta ab Hebræis ex psalmo, quod palam passionem Christi prædiceret diuinus ille psalter. Sed & Faber Stapulæ sis in psalmos asseuerat, in psalmodia Romana legi uersiculum prædicti psalmi. Dicite in nationibus regnauit à ligno Deus: tametsi existimet ipse, uerba illa: à ligno: paraphrasticè addita fuisse.

Furcarum autem erectio signum est, & id maximum criminalis, capitalisq; iurisdictionis: quod
 6 fati probatur ex Iurifconsulto in. d. §. famosos. & alijs plerisq; locis, in quibus de furcarum supplicio Iurifconsulti meminere: idq; Baldus. censet in. c. 1. quid sit inuestitu. in feudis. nu. 6. quem sequitur Chassanæus in consuetudinibus Burgundiar. rubri. prima. §. 8. idem repetit Bal. in. l. à procuratore. C. mandati. Potest enim qui criminalè in aliquo loco habet iurisdictionem furcas erigere ad poenarum executionem, criminumque punitionem. Quin & id agere poterit, qui cognitionem habet harum causarum criminalium, simul & executionem, licet qui in eodem loco tantum cognitionem habet, earum erectionem prohibere uelit, autore Oldrado cons. sexto. probatque Andreas Alciatus libro nono. parerg. capit. 24. erectione furcarum iurisdictionis capitalis, & meri imperij quasi possessionem adquiri, & retineri. Quod passim in his controuersijs, quæ de criminalis iurisdictionis usu tractantur, obseruari diligentissimè solet ab aduocatis, & iudicibus qui ea de re sententiam sunt pronunciaturi:

An liceat conductoribus à conductis migrare domibus, ex eo, quod tetrus imaginibus, nocturnis illusionibus, & tumultibus inquietentur. Cap. VI:



Osse conductores, habitatoresque timoris causa migrare, si iustus sit periculum, timor quauis periculum uerè nunc fuerit, ab eius temporis mercede liberos, quo domum non habitauerint, respondit Alphenus

phenus. libr. 2. digestorū. l. habitatores. §. vlti. ff. locat. ex quo loco, & alijs huic similibus multa scribit Franciscus à Ripa in tractat. de peste. parte. 2. num. 17. Ceterum vidi semel, atque iterum in hoc Regio, & Granatensi prætorio controuersum, an hoc Iurisconsulti responsum obtineret in his habitatoribus, qui ex eo migrauerint, quod euidentissimis ostentis, tetris imaginibus, assiduisque vmbrarū illusionibus, & nocturnis tumultibus, singulis noctibus, & quandoq; diebus, inquietentur. Vix poterant hæc non fabulosa, aut commentaria à iudicibus censerī, nisi tot testibus integris, ac fide dignis forent planè probata: & ideo in eam itum est sententiam, vt licet habitatoribus migrare liberos omnino ex eo die à mercedis solutione iuxta ipsius Alpheni sententiam. Quod & Christophoro placuit in. §. vltimo. Instit. de locatione. Sed & Romæ ædes quædam hoc nomine ita infames fuisse, vt nemo illas incolere fuerit ausus, vt rem notam, & vulgatam commemorat Alexander ab Alexandris lib. quinto. dier. genialium. capit. 23. diuus Gregorius lib. 3. dialog. capit. quarto. memoria tradidit, Datum Mediolanensem episcopū, quum Corinthum accessisset, domūque ad habitandum vix inueniret, essetque in ea vrbe domus multis iam annis habitatoribus vacua, & deserta, quod eiusdem loci incolæ minimè habitare in ea auderent propter dæmonis illusiones, varia spectra, & quia illic diabolus habitaret, eā domum ingressum, intempestaque nocte vocibus immensis, magnisque clamoribus leonum rugitus, balatus pecorum, sibilos serpentū, & pecorum grunitus imitantibus, vexatum, dæmonem illum diuinis vocibus adloquutum, tandē domo expulisse, eamque postmodum tutō, & absque illarum illusionum timore habitatā fuisse. Lucianus in dialogo Philopseude ex narratione Arignoti cuiusdam, licet eum inter mendacissimos cōnumerauerit, tradit, Corinthi domum quandam habuisse Eubatidem, in qua nemo auderet habitare ea ex causa, quod habitatores spectris quibusdam territi à dæmone quodā ita infestarentur, vt eam præ nimio timore, & periculo rursus ingredi nō fuerint ausi, donec ipse Arignotus Pythagoricus Magicis, & Aegyptijs quibusdam carminibus dæmonem illum in locum quēdā detruserit, à quo primū exierat Arignotū varijs imaginibus territare conatus, quōq; vt canis, nūc vt leo, vel taur⁹ ipsum inuadēs: quod idē loco die sequēti defosso corpus hoīs mortui repertū est, eoq; alibi sepulto domus illa his illusionibus libera tutē deinde, ac getē habitatores habuerit. Cæterū hæc, licet quādoque ac for-

tassis frequentius falsa sint, posse tū contingere minimè negauerim, quippe qui legerim apud plerosq; autores pbatissimæ fidei, dæmones nihil operari secundū naturæ suæ potentiā posse, quia & ipsa angelica creatura est, quis sit pprio vitio maligna, nisi quæ Deus permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla: quod Diuus Augusti. tractat in lib. 18. de ciui. Dei. c. 18. diuus Grego. lib. 3. dialog. c. 21. scribit & ad hæc S. Thom. 1. par. q. 114. art. 1. quōque dæmones mitti à Deo ad puniendos hoīes, sicuti missus fuerit spiritus mēdax ad puniēdū Achab. 3. Reg. c. vi. & id fieri secundū diuinā iustitiā propter peccata: tamen si dæmon tunc puniat, territet, & infestet homines ex odio, & inuidia. Quandoq; verò ipsi dæmones, vt idē Thomas tradit, non equidem emissi à Deo, sed permissione diuina, occulta fanē nobis ratione, homines tentāt, frequenter instigando ad peccatum, aut ipsos territant, & illudunt varijs imaginibus, spectris, tetrisq; figuris. atque innumeris illusionibus. Neque his tantū homines scelesti torquerentur modis, sed & viri sanctitate vitæ, & adhuc miraculis illustres. Quod nos superius admonuimus capit. secundo. Non enim est apud Theologos cōtrouersum, dæmones hanc potestatem ex Dei permissione habere: ex Paulo ad Ephesios capit. sexto. tractauere sententiarum Magister lib. secundo. distinctio ne. 11. Sanctus Thomas in dicta quæstione. 114. art. 4. quarto. textus optimus in cap. episcopi. 26. quæstione quinta. Autoris, qui malleum maleficarum edidit, & aliqui de veneficijs, & sortilegijs scripsere, ac præ cæteris Franciscus à Victoria, qui Salmanticæ miro omnium applausu publica lectione, & animi cādore in maximam rei publicæ Christianæ vtilitatem Theologiam docuit, in relectione de Magia. Sed & ethnici autores ex arcanis philosophiæ decretis hoc ipsum de dæmonibus aduersus Aristotelem sensere quidem, & quandoque palām, ac manifestō professi sunt: sicuti ex eis eruditè id probat Augustinus Eugubinus lib. octauo. de perenni philosophia, à capitu. 26. ad vltimum illius libri caput. Nec mirum hæc præstigias, spectra, & illusiones aliquot in locis, non in alijs contingere, atque ideo locis, non personis quandoque accedere: sunt enim hæc ex occulto Dei iudicio, nō equidem iudicanda ab hominibus, sed religiosè, ac piè præcauēda. Scimus etenim Dei maximi permissione hæc fieri, causam verò ne temerè iudicemus, minimè inquirimus. Temesam Locrensiū in Italia urbem à genio quodam adeo vexatam fuisse constat, vt Temesenses, quo eam pestem effugerent, sæpè patriam relinquere cogitauerint,

Variarum Resolutionum

uerint, donec respons^o Apollinis accepto, placare dæmonem illum iussi sunt vnus virginis annua oblatione, quam in templo genio illi dicato deuoueant: tandem Euthymi cuiusdam animo, & fortitudine genius ille malus deuictus fœdissima calamitate liberam urbem illam relinquens ex agro excesserit. Causa verò ab historicis gentilibus ea traditur, quod Vlyssis socius, quem Strabo Politem, Pausanias Libantem appellant, virgine quadam per vinum violata, ab ipsis Temeseus in pœnam fuerit lapidibus obrutus, eiusque manes finem nullum scruendi in cuiuslibet ætatis homines in eo agro fecerint: vnde natum prouerbum est, vt discernet cauendum, ne Temeseus Genius immineret: cuius rei mentio fit à Pausania in Heliacorum posteriori. Aeliano libr. octauo. de varia histo. Strabone libr. sexto. & Leonico libr. primo. de varia historia. capitul. 42. Sed & Plinius libr. septimo. epistola ad Suram hac de re multa commemorat, præsertim scribit, Athenis domum quandam fuisse spatiosam, pestilentem tamen, & infamem, quod per silentium noctis, sonus ferri, strepitus vinculorum longius primo, deinde proximo reddebatur, mox apparebat Idolon, senex macie, & squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo, qui cruribus compedes, manibus catenas gerebat, quatiebatque: deinde inhabitantibus tristes, diræque noctes per metum vigilabantur. Narrat deinde domum illam solitudine damnatam, totamque illi monstro relictam, proscriptam tamen, seu quis emere, seu quis conducere ignarus tanti mali vellet, publicè fuisse: & nihilominus Athenodorum philosophum, etsi suspecta vilitas pretij erat, omniaque domus vitia comperta haberet, eam conduxisse, noctisque silentio animò ad scribendū intento imaginem illam vidisse, minimeque ea territum, imò ab ea vocatum illam sequutum fuisse, donec in aream domus dilapsa deseruit comitem, desertum philosophum signum loco posuisse, posteroque die Magistratum adijisse, de fossoque eius mandato loco inuēta esse implicita: & inserta catenis ossa, quæ corpus xuo, terraq; putre factum nuda, & exesa reliquerat vinculis: quibus denique ossibus collectis, & publicè sepultis domum postea, ritè cõditis manibus, spectris illis, & terroribus caruisse. Hæc Plinius.

De Nisibi vrbe, & an ea dicta fuerit Antiochia à veteribus autoribus. Cap. VII.



Ndreas Alciatus in librum Codicis vndecimum tit. de pascuis publi. & priuat. cū Antiochiæ vrbs celebratissima meminisset, constanter ab his discedit, ac dissentit, qui Antiochiam dictam fuisse Nisibin quādoq; existimarunt: cū Amm^oiani Marcellini testimonio. libro. 14. constet, Nisibin urbem maximè distare, ac distare ab Antiochia. Nos verò miramur, virum alioqui diligentissimum, varia lectione, & iuris ciuili disciplina illustrem non satis diligenter rem istam, quam obiter fortassis tractabat, expendisse. Scimus etenim Antiochiam Syriæ urbem, quæ Epidaphne dicitur, & Oronte fluuio adluitur, quæque maxime celebris olim fuerit, atque adeò insignis, vt ab ea dicta sit Antiochena Syria, aliam esse, ac procul distare à Nisibi vrbe, quæ in Persarum confinibus sita erat, quæque Migdonio fluuio secabatur: quod passim apud auctores poterit lector obseruare, præsertim Plinium libr. quinto. capitu. vicesimo primo. Strabonem libr. decimo sexto. Cornelium Tacitum lib. decimo quinto. Iuliū Capitolinum in Gordiano iuniore Xiphilinum in Seuerò & alios, quorū statim mentionem faciemus. Illud tamē est omnino adnotandum, Nisibin istam apud veteres etiam dictam fuisse Antiochiam: vt tandem minimè errauerint, qui hoc verum esse existimarunt, quippe qui de Nisibi vrbe Migdoniæ, non de Antiochia Syriæ intellexerint. Quod si Antiochiam Syriæ dictam fuisse Nisibin opinati sunt, quod ipse minime credam, manifesti erroris notari poterunt, & iure. Sed Nisibin urbem Migdoniæ dictam fuisse Antiochiam probatur ex Plinio libro sexto. capitu. decimo tertio, Strabone libr. decimo sexto. Plutarcho in Lucullo, qui magne vrbs meminuit, quæ à barbaris Nisibis, à Græcis Antiochia Migdonica dicta fuerit. Idem tradidere Theodoritus libr. primo. ecclesi. hist. capit. 7. libr. secundo. capi. 30. Nicephorus libr. 8. cap. 14. & libr. 9. cap. 28. rursus idem autor lib. 14. cap. 21. meminuit & Polytus lib. quinto Antiochiæ, quæ in Migdonia erat. Tameñ Nicolaus Perottus eius interpres non satis eum locum intellexerit. Scribit & adhæc Iosephus libr. vlti. de antiq. capit. secundo. Artabanum Parthorum regem dono dedisse Izati Adiabenorū regi Armeniæ partem, & agrū qui dictus sit Nisibis, in quo Macedones urbem condiderāt, eam Antiochiā Migdoniā appellantes: quod & Plinius in d. c. 13. de totius regionis nomine scripserat. Dicta verò fuit à Pli-

à Plinio Antiochia Syrię Epidaphne, à luco Daphnes, qui erat suburbanum ipsius Antiochię, locus quidem Apollini sacratus, vt scribit Iustinus libro. 16. & ferè omnes qui de Antiochia scripsere. Erant & in eo spectatissimę lauri. Quod Strabo in dicto libro. 16. tradit. & alij, quorū Alciatus meminit in lib. C. 11. tit. de cupressis. & eleganter Sozomenus lib. 5. eccles. histo. cap. 19. & Nicephorus lib. 10. capi. 28. Apud quos illud est à Christiano, & pio lectore obseruandum, oraculum Apollinis tunc obmutuisse, nec respõsa dedisse, quam Babylas martyr in eodem loco prope ipsum Daphnes suburbanum sepultus est, & dum eius reliquię inibi manserūt. Idem memorię tradidere Euagrius libro primo. eccles. histo. cap. 16. Suidas, & Diuus Chryostomus lib. vno contra gentiles, Socrates lib. 3. cap. 18. & Theodoritus lib. tertio. cap. 9. & 10. Hoc Daphnes suburbanum amœnum, & ambitiosum appellat Amianus Marcellinus libro. 19. Extrat de hoc luco Arcadij imperatoris lex prima. tit. de cupressis. libro. C. 11. Si quis, inquit, Daphnes luci in Syria, vel Perseidos in Aegypto arbores cõparauerit quinque lib. auri nouerit esse multandũ. Quo in loco Andreas Alciatus ex Sozomeno lib. 6. conatur exponere, quę fuerint arbores Perseidos. Verũm Sozomenus libro. 5. capi. 21. & Nicephorus libro. 10. cap. 31. ita scripsere. Hermopoli quoque Thebaidis arbor esse, quam Perseã vocant, dicitur, multis morbis medicinam asserens, si vel festuca, vel folium ex ea agris applicetur. De qua illa adhuc fama apud Aegyptios obtinet, Dei genitricem vnã cum Iosepho Herodẽ fugiẽtem, ductu Iosephi Hermopolim venisse: & quam primũ vrbis portam attigisset, arborem eam aduentum Christi ferre non potuisse: & quauis procera admodum esset, ad solum ipsum tamẽ se demississe, & paradisi olim satorem odorauisse. Hęc, & alia de Perside arbore Sozomenus, & Nicephorus.

His addere libet, Eusebiũ in Chronico existimasse, Nisibin eam esse vrbem, quę in sacris Biblijs dicitur Ninive. At Hieronymus in adnotationibus Hebraicis in Genesim refragari videtur, quippe qui censeat, eam vrbem, quę Achad dicitur Genes. capitu. 10. dici eius ætate Nisibin, atque distinctam esse ab vrbe Nino, quę Ninive dicta est in eodem eapite decimo: Meminit & Iosephus libro. 17. capit. 12. de Antiq. Nisibis vrbis, quę sita sit iuxta Ephratem. Dion idem lib. 35. Nisibis vrbis, quę sit in Mesopotamia regione inter Euphratem, & Tygrin. quam illam esse opinor, cuius Plurarchus in Lucillo mentionem fecerit.

Qua in significatione apud Iurisconsultos, Ciceronem, Varronem, & alios accipiantur verba hęc. dicis gratia.

Caput. VIII.



Extrat Vlpiani responsum in l. prima. §. excusantur. ff. ad senat. consult. Syllani. in hęc verba. Excusantur serui, qui auxilium tulere sine dolo malo. Nam si finxit quis auxilium ferre, vel dictis gratiam tulit,

nihil hoc commentum ei proderit. Hęc Vlpianus ex vulgata lectione. Quid sit dictis gratiam ferre, nec Accursius, nec alij ibidem explicauerunt: cum de mortis poena illic tractetur, oporteatque intelligere, quo in casu seruus non est liberandus à culpę suspicionem, si de domini morte fuerit actum. Nec Ioannes Igneus, homo alioqui doctus ac diligens, id explicat, illud tantum obseruans, Vlpianum sensisse, quod non excusetur qui aliud dicto, aliud animo facit, ac gerit. Nos apud Vlpianum legendum fore censemus: dicis gratia, ex Pandectis Florentinis opera Lælij Paurellij in publicum emisit, & esse veterem dicendi modum opinamur, quo significatur, quid fieri per fictionem, ac simulationem, perfunctoriẽ quidem: id est vt quis defungi suo munere videatur, tamen si verè minimè fuerit eo functus. Olim etenim Salmanticę ab hinc ferè quindecim annis Illustri Ioanni Quignonio illius gymnasij præfecto, cum in quodam licentię priuato examine propter raram apud autores huius dictionis mentionem, esset de eius sensu controuersia; Varronis locũ ostendi, qui libr. quinto de lingua Latina, ita inquit, dico originem habet Gręcã, & hinc dictator magister populi, quod is à consule dici debeat. Hinc antiqua illa dicitur in imo, & dicis causa, & addictus. hęc Varro. Perrus Victorius lib. 8. variat. lect. capitul. 24. ex eodem Varro ad hanc rem locum alterum citat, vt in optimo, fidelissimoque libro legitur his equidem verbis: Hoc nunc aliter fit, atque olim, quod augur consuli adest tũc, cum exercitus imperatur, ac præit, quid eum dicere oporteat, consul auguri imperare solet, vt in licũ vocet, non accenso, aut præconi, id inceptum credo, cum non adesset accensus: & nihil intererat, cui imperaret.

Variarum Resolutionum

ret:& dicis causa fiebant quædam: neque item facta, neque item dicta. Hactenus Varro: licet in excusis omnibus libris locus hic libro quinto prope extremum aliter legatur. Germanam verò lectionem constantiter probasset Victorius, si eius loci meminisset, quem nos paulò antè ex eodè Varronis libro absque vlla emendatione adduximus. Cicero actione. 6. in Verrem. Attamen, inquit, vt posset dicere emisse, Attagatho imperat, vt aliquid illis, quorum argentum fuerat, numorū, dicis causa daret. Quem locum Lælio Taurellio de militijs ex casu, & Antonio Augustino lib. 2. emendat ca. 2. debemus. quos sequutus est Ioan. Corasius lib. 4. miscell. cap. 8. Ad eandem significationem adduci solet Arnobius lib. 4. aduersus gentes, ita enim legitur in excuso Romæ libro in Proœnio. An ita, vt assolet, dicis cau à ex eo, quod optamus, & volumus bona ista nobis contingere, superiorum retuleritis in cæsum? Arnobius cum dixisset, interrogare vos lubet, ipsosque ante omnia Romanos dominos rerum, ac Principes, vtrum ne exilitimetis pietatem, cõcordiam, salutem, honorem, foelicitatem, virtutem, cæteraque huiusmodi nomina, quibus aras videmus à vobis cum magnificis exædificatas delubris, vim habere diuinam, coeli que in regionibus degere? idè Arnobius lib. 3. nisi fortè dicetis, alias quidè inesse dijs forinas, & honoris, & dicis causa, species vos eis accommodauisse mortalium, quod maioris multo est contumeliæ, quam erroris aliquid ignoracione fecisse. Sic sanè ex Arnobio hoc adnotarunt idem Petrus Victorius, & ex eo Franciscus Duarenus lib. 1. disputat. capit. 47. eiusdem veteris loquutionis meminere Cicero pro. L. Murena, & Cornelius Nepos in Attici vita: vt adnotauit Cuiaci⁹ lib. obseruat. 5. cap. 33. Idè Vlpianus sub titulo. ex quibus causis maiores. l. & qui data opera. inquit, qui maturius profectus est, vel dicis gracia cœpit reipublicæ causa abesse, ita enim legendum censet ipse Duarenus in. l. iuris gentium. 5. dolo malo. ff. de pactis. Tamen si vulgo, & adhuc in Pandectis Florentinis legatur: litis gratia, nullo ferè congruo sensu. Caius vero Iurisconsultus hac loquutione apertius vti videtur in. l. 4. ff. commodat. Szpè, inquit, ad hoc commodantur pecuniæ, vt dicis gratia numeracionis loco intercedant. Sic enim legitur in Pandectis Florentinis, & verè quidem cum Iurisconsultus de imaginaria quadã numeracione tractauerit, cuius gratia pecuniæ mox reddendæ ostentationis causa cõmodantur. Quo in sensu vulgò illic legebatur: ditis gratia: nẽpe vt pecuniæ fuerint numeratæ ad diuitias ostentandas, & vt quis diues appareat: quemadmodum Ac

cursius, Bartolus, & alij sensere: quanuis ea lectio displicuerit Alciato, qui li. 4. disp. c. 15. legit, dātis gratia, & à vulgo recepta lectione discedit: quia negat ditem in singulari numero pro diuite Latine accipi. Quia in re Ioan. Corasius lib. 4. miscell. ca. 8. & Stephanus Forcatulus in Necyomãtia iuris Dialogo. 7. ab Alciato dissentiuit pluribus autoribus ad id citatis. Sed & Liuius lib. 6. decad. 3. inquit, libertatè imparem diti, ac pauperi. Tibullus lib. 2. elegia. 5.

*Ille sapè gregis ditis placitura magistro,
Adiuuenem festa est veltapuella die.*

Cæterum Corasius prouerbialem hanc loquutionem apud Caium eo modo interpretatur, vt pecunia detur, non animo contrahendi mutuū, licet numeracionem creditor facere simulauerit, qui tradebat: sed eo consilio, vt qui accipit non ea vtatur, nisi ad pompam, vel ostentationem: nempe vt possit dici, eū diuiditem esse. cui interpretationi iuffragatur Vlpianus in. l. si ego pecuniam. ver. idè est. ff. si cert. petat. atque ideo ipse Corasius admittere, & probare videtur lectionè istam: dicis gratia: quæ eam, quæ communis est, vel quæ ab Alciato recipitur. Sic & Taurelli⁹, & Augustinus: dicis gratia: apud Caium legendum esse verè, & propriè exilitimarunt. Forcatulus autè opinatur: ditis gratia: intelligendum esse ad publicam, & manifestam demonstrationem ex Apuleio in lib. de philosophia, qui de republica Platonis: & hanc quidem, scribit, vt figmentum aliquod veritatis, exempli causa, per se compositū vult esse rem publicam. Sed & alia optima quidem & satis iusta & ipsa quidem specie, & ditis causa ciuitatis fabricata, non vt superior sine euidencia. ditis causa, pro eo, quod est cum euidencia, interpretatur. Ego verò apud Apuleium causa ditis ciuitatis: id est opulentæ, beatæ, & foelicis, intelligo, vt magis cõueniat auctori sensus hic, & interpretatio. Idè Plinius ad idè adducitur lib. 28. c. 2. si pontifici accedat ditis causa epulanti. Id est publicè, & pro populo epulanti. Ipse rursus, & in hoc loco apud Pliniū Pontificem ditis: id est Plutonis causa epulanti libentissimè intelligerè. Quanuis Lælius Taurellius, & P. Victorius apud Plinium dicis causa: legendum esse planè opinentur. Nos id incertum esse censemus, Origo autem huius prouerbij non potest alia expeditior, ni fallor, reddi, quam quæ ex Ciceronis oratione deducitur: vt dicere possit se emisse, & ideo dicis causa: veteres intelligere: quū quid fictè, & simulatè, aut causa seruadi veteris ritus potius factū fuerit, quam ex vero animo, aliquave ex causa necessaria: vt dici possit factum fuisse, nec tamè verè, aut ex animo, aut aliqua ex causa

causa necessaria factū sit. Cui equidem interpretationi mirè cōuenit ad originē loquutionis inuestigādā quod ex Flauio Sospatro lib. 1. grāmaticarū institutionū. P. Victorius tradit in. d. c. 24. cū enim is autor doceret, quædam nomina vnus tantum casus esse, exemplaq; eorū proferret, in illis etiam dicis, posuit. Simili sanè pro uerbio Modestinus Græcè vsus est in. l. 2. ff. qui pet. tut. & in. l. scire oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tut. inq; etenim. *ἰσῆς καὶ ἀφοσιώσις χάρις*. Quæ latine sic transtulit Antonius Augustinus. Sufficit tamen intra tēpus saltē adesse, & si postea iniquus causam omiserit, non erit præscriptioni obnoxius. Vnde si defunctoriè ad sit solū, neq; permaneat ad allegandum, post tempus in præscriptionē incidet. Defunctoriè adesse est eō animo adesse, vt leui eo sistendi se actu, ansam se excusandi habeat: & vt dicere possit ad fuisse. Sic & in. d. l. 2. etenim mater expellitur à legitima filij hæreditate, tanquā indigna ex eius bonis legitimam portionem consequi, cui tutorem quære re neglexerit; neq; solū si non petat, sed et si quæ petat, defunctoriè petat, vt pote eū, qui se potest excusare. Defunctoriè petere dixit Modestinus ex Antoni. Augustini interpretatione, & Græcè *ἰσῆς χάρις*. Si leui petitione mater suorū petierit, vt petēdi munere defungeretur, & dicis causa, vt possit dicere se pretijisse. Ex Vlpiano in. l. 2. §. nō solum. ff. ad. S. C. Tertul. & §. si mater. eadē. l. 2. & ex. l. vnica. C. qui numero tutel. se excusent. Budæo in. l. exempto. §. emptorem. ff. de actionib. empt. Quo in loco ex latinis autoribus docet, quid defunctoriè dici factum, aut defunctoriè, quādo sit languidè, & remissè, nō acri intentione, nō ex animi præpitudine, sed quouis modo ea tantū gratia ne incusentur ob rem neglectam. Tradit & ex Græcis eodē sensu accipi. *ἰσῆς ἴνικα*, & *ἀφοσιώσις χάρις*. Idem repetit diligentiū in commētarijs linguæ Græcæ pagina. 247. ex editione Ascēsiana. His accedit, vt Victorius adnotauit, locus in signis apud Dionē lib. 37. vbi de iudicio. C. Rabinij perduellionis rei agit. Priscū si quidē morē ibidem exponit, vsque ad eum diem seruātū. *ἰσῆς ἴνικα*. Quæ verba Leonicus sanctitatis causa interpretatur. Cum eadem ratione sint interpretanda apud Dionem, qua dicis causa apud alios autores, & hæc eadem apud Modestinum, vt intelligamus morem, ac ritū illum veterē adhuc seruari, non quod sit necessarius, aut vtilis, sed religionis ergo, ad exactam cærimonia rū modo inutilium obseruationē. Dicis equidē gratia, vt dici possit veteres ritus, etiā absq; vlla vtilitate, vel necessitate seruari nō alia ratione, quā vt superstitione seruentur. Qua ratione La

tin^o Modestini interpret ante Antoni. Augusti. egregiè fallitur, dum in. d. l. 2. *ἰσῆς χάρις*. latine dixit, pietatis gratia: nullo, aut saltem ineptissimo sensu. Sicut & in Pædestis Holoādri, prauitatis gratia, falsō itidem legitur. Quod idem Antoni. Augustinus diligentissimè probat: & constat ex græco Modestini tractatu lib. 2. excusationum. & in Pandectis Florētinis. l. 2. tit. qui petāt. tuto. Eodem propè labitur errore Bulgarus, aut quisquis est, qui Modestini tractatū de excusationi bus tutorū barbarè nobis interpretatus est, i. n. l. scire oportet. §. sufficit. cū illius locutiōis. *ἀφοσιώσις χάρις*. interpretationē omiserit: qua Modestinus vtitur lib. 4. excusationū: quod apparet ex eisdē Florentinis pandectis. tit. de excusat. tutor. ca. 13. ex quibus, quæ nemo hactenus, quod ipse sciam, in vnum congesit locū, satis lector poterit intelligere, q̄s fuerit apud veteres autores sensus germanus, ac verus huius pro uerbij: dicis gratia. Quo & iuriscōsulti vsi fuere, & similis propè mō Græci autores. *ἰσῆς χάρις*, & *ἰσῆς ἴνικα*. Dionysius Alicarnas. lib. 2. *τοῦτο μίχρη τῶν καθ' ἑμᾶς χρόνων οὐ λέγεται ἑμῶσι, τοῦ χρόνου ἀντιμῖα τῆς ἰσῆς ἀπὸ ἴνικα*. Hoc ad nos usq; ætate in Romani obseruāt, dicis causa, aut gratia cærimoniarū. Rursus idē autor lib. 4. de rege sacrorū scribit, nomē eius factū cæseri, & obseruari *ἴνικα τῆς ἰσῆς*. obseruādæ in quā religionis causa. Euripides in Iphigenia, Taurica, sacrificiū quoddam commemorat, in quo sanguis effunditur, vt vera hominis immolatio videatur. cærimoniarum tantum. obseruandarum gratia, gladio in hominem imminenti.

ἰσῆς χάρις,
ἰσῆς ἴνικα,
ἰσῆς ἴνικα,
ἰσῆς ἴνικα.

Extat & apud Dionem lib. 57. alter locus profecto elegās, vbi de consuliibus, qui à Cæsare Tyberio eligebantur, & à populo Romano ad retinendam antīquā eligendi magistratus libertatem quadā nempe vetustatis imagine nominabantur, inquit. *τῆς ἀρχαίας ἰσῆς ἴνικα*, ὅστι ἐπὶ ἰσῆσι δούλο γίνεσθαι, ἰσῆσι δὲ ἀπὸ δούλων, καθ' ἑμᾶς καὶ νῦν. Idē Dion. lib. 58. in Drusillæ morte eadem loquutione nō ineleganter vtitur.

Quam originem hoc nomen, Sarracenus, habuerit: & vnde Arabes dicti fuerint Sarraceni, ad interpretationem regiæ Partitarum Legis. Cap. IX.

Inter



Inter eas leges, quas prudētissimus Rex Alfonso, huius nominis decimus opera doctissimorum virorū ex veteribus iuriscōsultorum responsis, Cæsarum rescritis, iuris Pontificis canonibus, ac decretis, edere in publicam regni Castellani, cui præerat, vtilitatem diligentissimè curauit, opere sepe in partito, & vulgari lingua, seruata Castellani idomatis maiestatem, promulgato, extat lex prima: tit. 25. part. 7. quæ pbat, Sarracenos dictos fuisse à Sara vxore libera Abrahæ, quauis ipsi non à Sara, sed ab Agar ancilla originè duxerint. Hæc quū aliquando legissem, vt ingenè fatear, existimanti absq; aliquo idoneo autore scripta fuisse: quæpe qui viderem, peruersam admodum esse, hanc huius nominis rationem. Cæterum Sarracenos ab Agar originem habuisse, eiusq; genis primū autorem fuisse Ismaelē Agar ex Abraham filium, & ab eo Arabes, qui & Sarraceni generis exordium ducere, testis est Iosephus lib. 1. Antiquit. cap. 20. Idē tradit Eusebius in chronico sub temporibus Abrahæ, & eos appellari, ac dicti serbent Agarenos, & Ismaelitas. Diuus Hieronymus ad Dardanum, Agarenorum meminit, quos, inquit, nunc Sarracenos vocant. Sed & Sarracenorū meminit Sozomenus lib. 4. hist. eccles. cap. 36. quos eandem historiam tractantes appellat Ismaelitas Theodorus li. 4. ca. 23. & Sozomenus lib. 6. ca. 38. vbi planè hinc constat, Sarracenos dictos fuisse Agarenos & Ismaelitas ex eo, quod originè duxerint ab Ismaele, & Agar. Ad id Iosephus moris apud eos fuisse, anno ætatis decimo tertio circūcidi, quia & Ismael eo anno ætatis fuerit circūcisus: De ratione nominis in eodē chronico Eusebij Matthæus Palmerius Florētinus hæc scribit. Mahometus magnū se æterni Dei prophetam dicens, multos Asiæ, atq; Africæ populos cōmouit; quos noua religione imbuēs Sarracenos ex dei præcepto vocari dicebat à Sara legitima vxore Abrahæ, quasi legitimos diuinæ promissionis successores. Hæc Palmerius. Diuus Hieronymus ante ipsum illud Esaiæ cap. 21. explicans: auferetur omnis gloria Cædar: inquit, Ismaelitas debere intelligi liberæ generationis docet ex Ismaele Cedar, & Agarenos, qui peruerso nomine Sarraceni vocantur, esse genitos. Sozomenus in dict. lib. 6. capitul. 38. hæc diligentius, & apertius tractat. Porro, inquit, Sarracenorū gens primum cognomine ab Ismaele accepto, qui Abrahæ filius fuit Ismaelitæ ab antiquis de primi eorum parentis appellatione vocati

sunt. Vt autem maculam illegitimi ortus, & seruitutis notā, serua enim fuit mater illius Agar, à se amolirētur, Sarracenos se ipsos nominarūt, perinde atque à Sara Abrahæ coniuge stirpem ducerent. Cæterum seriem generis inde trahentes eodem cum Iudæis viuendi more vtuntur. Nam circuncisionem ita vt illi colunt, & à suillis carnibus abstinent, multaque præterea illorum instituta seruant. Quod si non ex omni parte iuxta illorum ritus viuunt, aut tēpori id adscribendum est, aut finitimorum populorum, qui se eis immiscere, confusio. Quæ quidē verba ferme repetit Nicephorus lib. 11. eccles. hist. ca. 47. Diuus Hieronymus super Ezechielē. capi. 25. Agarenos, inquit, & Ismaelitas, qui nunc Sarraceni appellantur, assumentes sibi falsō nomē Saræ, quod scilicet de ingenua, & domina videantur esse generati. Quo fit, vt & Partitarum lex autores habeat non contemnendæ autoritatis ad probandam Sarracenorū originem, nominisque rationem. De origine vero minimè controuertam, at de nominis ratione illud fortassis rem dubiā facit, quod si à Sara dicerentur, Sarani nō Sarraceni dicēdi forent. Deinde Plinius li. 6. capitu. 28. Sarracenorū gentem inter Arabes cōnumerat: & scribit Stephanus de vrbibus Græcis autor, & is maximæ fidei, Sarracenos dictos fuisse à Saraco vrbe Arabiæ. Idem cōmemorat Paulus A Emilius lib. 7. de Fracorum bistoria. Quod magis arridet. Nā & Saracē vrbis in Arabia meminit Ptolomæus li. 6. Geographiæ. c. 7. & Ammianus Marcellinus li. 23. ita scribit; & in Asia Albanos, mare Rubrum, & Scenitas Arabas, quo Sarracenos posteritas appellauit. His ad dere libet, Maranos, & Maranitas, Arabas esse Diodoro Siculo lib. 4. & Strabonis lib. 16. Erasmus sup epistolā Hieronymi ad Chromatiū scribit, Diuū Hieronymū in Hebraicis quæstionibus significare, Sarracenos ab Ismaele ortos, dictos à Sarrā, quod Hebraica lingua sonat onagrū. Quam in re vir alioqui diligentissimus, vel memorix lapsu: vel nimis festina Diui Hieronymi lectione prorsus hallucinat: eū à Hieronymo nihil de dictiōe Sarrā scriptum fuerit. Ita enim scribit. Ismael interpretatur ex auditio Dei. Hic erit, inquit, scriptura, rusticus homo. manus eius super omnes, & manus omnium super eū, & cōtra faciē fratrum suorum habitabit. Pro rustico scriptum est in Hebræo. Phere. quod interpretatur onager. Significat autem semen eius habitaturum in eremo, id est Sarracenos vagos, incertis que sedibus, qui vniuersas gentes, quibus desertū ex latere iungitur, incurfant, & impugnantur ab omnibus. Hæc Hieronymus.

Quæ

Quæ fuerit apud veteres Cre-
tionum solennitas ex Vlpia-
no, & alijs autoribus. Cap. X.



SCrupulosam nimis Cre-
tionum solennitatem sublatam
esse ab Imperatoribus Theo-
dosio, & Valentiniano con-
stat ex cap. 17. C. de iure de-
liber. Quæ verò fuerit Cre-
tionū hæc solennitas Vlpia-
nus iuriconsultus egregiè tractat in institutioni-
bus, tit. qui hæredes institui possint. Ex testimo-
nio viri summè docti Francisci Duareni lib. 2.
disputat. c. 41. Nam Vlpiani institutiones non-
dum nobis licuit videre. Ante primam huius
quarti libri editionem: nam post eam Vlpiani
fragmenta legimus. Cretio, inquit Vlpianus, est
certorum dierum spatium, quod datur instituto
hæredi ad deliberandum, vtrum expediat ei ad-
ire hæreditatem, nec ne. Velut Titius hæres esto,
Cernitoque diebus centum proximis, quibus
scieris, poterisque nisi ita creueris, ex hæres esto.
Cernere est verba cretionis dicere, ad hunc mo-
dum. Cum me Mæuius hæredem instituerit, eam
hæreditatem adeo, cernoque. Sine cretione hæ-
res institutus, si cõstitit, nolle, se hæredem esse,
statim excluditur ab hæreditate, & amplius eam
adire non potest. Cum cretione verò hæres insti-
tutus, sicut cernendo fit hæres, ita non aliter ex-
cluditur, quam si intra diem cretionis non creue-
rit. Ideoq; etiam si cõstituerit, nolle se hæredem
esse, tamen si supersint dies cretionis, pœnitentia
actus cernendo hæres fieri potest. Cretio autem
vulgaris dicitur, aut cõtinua. Vulgaris, in qua ad-
ijciuntur hæc verba: quibus scieris, poterisque.
Cõtinua, in qua non adijciuntur. Ei, qui vulga-
rem cretionem habet, dies illi dati computantur,
quibus sciat, se hæredem esse, & potuit, cernere.
Ei verò, qui continuam habet cretionem, etiam
illi dies computantur, quibus ignorauit, se hæ-
redem institutum, aut sciuit quidem, sed non po-
tuit cernere. Hæredes aut instituti, dicitur, aut
substituti: instituti, q primo gradu. Scripti sunt:
substituti, qui secundo gradu, vel sequētibus hæ-
redes scripti sunt. Velut, Titius hæres esto, cerni-
toque in diebus proximis centum, quibus scie-
ris, poterisque: nisi ita creueris, ex hæres esto: tunc
Mæuius hæres esto: cernitoque in diebus, & reli-
qua. Hæc sunt Vlpiani verba. Quibus mirè con-
ueniunt quæ Isidorus lib. 5. Etymolog. scribit. ca-
pitu. 24. Cretio, inquit, est certus dierum nume-

rus: in quo institutus hæres aut ad hæreditatē,
aut finito tempore cretionis excluditur, nec li-
berum illi est vltra capiendæ hæreditatis. Cretio
appellata est, quasi creditio: id est decernere, &
constituere: vt puta: ille hæres mihi esto: addi-
turque: cernito intra dies tot. Adeundarum au-
tem hæreditatum centesimus statutus erat dies,
quibus non est Cretio addita. Hæc Isidorus, cu-
ius loci meminit Andreas Alciatus li. 3. dispu. c.
7. Hac ratione veteres cernere hæreditatem dice-
bant, pro adire hæreditatem, autore Felso Pom-
peio. Cicero in oratione de lege Agraria in Pul-
lum. Quam hæreditatē iam creuimus. Idem lib.
9. epistol. famil. epistola. 14. ad Dolobellam. A te
autem peto, vt me hanc quasi falsam hæreditatē
alienæ gloriæ sinas cernere. Vtitur & alibi saepe
eadē dictione Cicero: quem admodum tradidere
Budæus in Pædectas. tit. de origine iuris. & Alcia-
tus in dict. ca. 7. Duarenius item apud Ciceronē
lib. 1. de oratore ita legit. De his credo rebus, in-
quit Crassus, vt in cretionibus scribi solet, de qui-
bus scia, poteroq;. Tametsi vulgo legatur in cõ-
ditionibus. Sic & apud Plinium lib. 2. cap. 26. vbi
desyderibus agēs ita scribit, an crescerent, moue-
renturq;, cœlo in hæreditate cunctis relicto, si quis
quasi, qui rationem eam caperet, inuētus esset.
Pintianus legendum censet, qui cretionem eam
caperet; expuncta vulgata lectione. Sed & apud
Varronē lib. 6. de lingua latina locus extat hæc
de re atrocem in modum laniatus, genuino ta-
men candori restitutus ex Plauto cura, & dilige-
tia Petri Victorij. lib. 7. vari. lect. c. 1. apud Plau-
tum; inquit Varro, in Cistellaria, vbi legitur. Cū
ante hæc te amaui, & mihi amicā esse creui, mea
Gymnasium, valet, constitui. Itaq; hæres cū con-
stituit se hæredem esse, dicitur cernere, & cum id
fecerit, creuisse. Hæc Varro. qui & lib. quinto. ita
inquit, cerno dictum à creo, id est, creando, creo
ab eo, quod quum quid creatū est, tunc denique
videtur. Hinc fines capillorum descripti, quod fi-
nis videtur discrimen, & qui id testamēto, id est
facito videant te esse hæredem. Itaq; in creatio-
ne adhiberi iubent testes. Verum & hic locus, à
nemine, quo sciam, animaduersus, non mino-
rem dilanitionem patitur. Ipse quidem ita lege-
rem. Hinc fines capillorum discreti: quod finis
videtur discrimen. Et qui id testamento dixerit,
cernito: id est, facito videant te esse hæredem. Ita
que in cretioe adhiberi iubent testes.

Sed & lib. 4. codicis Theodosiani titulus extat
primus de cretione, vel bonorum possessione. &
in l. 1. inquit Imp. Theodo. & Valētinianus.
Et cum legitima successio non modo in matre,
verum etiam in successoribus longijs constitu-

C tis,

Variarum Resolutionum

tis, non bonorum possessionis petitionem, non cretionis solemnitate cogitur custodire, qualicumq; cōtenta adita, vel ad eūdā hereditatis indicio, quāto magis pater talibus est vinculis exuēdus: Quæ quidem verba planē poterūt ex superioribus traditis explicari: vt & illa Plinij li. 10. epistola de testamento Largi. Rogauit, inquit, testamēto, vt hæreditatem suam adirem, cerneremq; , ac deinde perceptis quinquaginta milibus nummum, reliquum omne Heracleotarum, & Theanorum ciuitatibus redderē: ex quibus apud Gratianum. ca. vl. 1. dist. legendum erit: vel Cretionibus: vbi vulgo legitur: vel curationibus. Nam & apud Isidorum lib. 5. Etymologiarum. cap. 9. extat adhuc vera & integra lectio.

Inscriptio quædam apud Gratianū expenditur, veraq; eius lectio restituitur. Cap. X I.



Gratianus, omnium, quos illa ætas tulit, vir diligentissimus, ex vniuersalis ecclesiæ, prouinciarūq; synodis, nec nō ex Augustino, Hieronymo, Chrysostomo, & alijs auctoreū decretorum librum non vulgari industria concinnatū nobis relinquens, magnam iuris diuini, & humani professoribus vtilitatē ad eō comparauit, vt planē qui eius lectiōne vel omiserit, vel negligenter fuerit aggressus, multarū rerum cognitio ne priuatus, iure sit ex albo eorū delēdus, qui iuris diuini, & humani professores censentur. Tot tamen scætet liber hinc mēdis iniuria temporū, vt sit de republica, ac re literaria benemeritissimus censendus, qui huic auctori emendando, ac corrigendo, totq; maculis expurgādo operā dederit. Nos equidem quandoq; id facere cōstitimus, cuius labor indicium fortassis, & in his, quæ publica iam fecimus, & quæ dū vixerimus, typis tradentur, satis erit lectori cognitū: & tamen tercentū fere locis iā animaduersis, ac restitutis, super sedendū fore decreuimus: quod nobis fuerit compertū, Antonium Augustinū Romæ, huic negotio egregiam adhuc operā impendisse prope ad vmbilicum. Cuius eruditioni, varietque lectiōni, ac diligētīæ cedētes, vt par est, minime veremur aliquot loca expendere, dum plura, difficilioraque ab alijs suo nitore restituta speramus. Extat apud Gratianum inscriptio quæ dicitur in. 31. quæst. 2. cap. de neptis. his sane verbis. Idem Sacratio Regi Aragonum. Cui titulo, vt & plerisque alijs parum lidendū esse censuit Ioannes Va-

szus, vir diligentissimus in chronicorum Hispaniæ priori Tomo cap. 18. & in eodē, cum ex Regibus Aragonum nullus nomen hoc vnquam habuerit, nec alicubi eius mentio fiat. Nos locū istum ita castigandū esse cēsemus. Item Sanctio Aragonum Regi. Huiusq; castigationis ea est nō leuis ratio, quā Antonius Beuter canonicus Valentinus, res illius ciuitatis memorabiles sermone Hispano eruditē, ac studiosē describens, eiusdē historiæ meminerit, cuius & à Gratiano mentio fit, commemorans lib. 2. cap. 8. Sanctiū Aragonum Regē strenuū quidam militi, infamæ tamē sortis homini, neptē vel ex fratre, vel ex sorore, vxorem iuramento præstito despondisse, ob insignem regi nauatam operam in rebus militaribus, quas rex ipse præclare gessit aduersus Christiani nominis hostes, qui tūc ex Arabū gēte totam ferē Hispaniam occupauerant: ea verō sponsalia omni conatu neptem repudiasse. idq; cōtingille scribit a hno ferme à Iesu Christi Redēptoris nostri natiuitate. M. LXXXIII. Quæ de re cōsultus postea summus ecclesiæ Pōtiffex Urbanus secundus, qui promotus est ad summū Pontificatum, vt historici tradidere, Anno millesimo octuagesimo septimo, Sāctio Regi respōdit, nō esse cogendā eius neptem maritum accipere, in quem nec ipsa consensisset, nec cōsentire vellet. Quæ ratiōne pontificia responsio adscribenda est Urbano secūdo: non Hormisdæ Pontifici. Nam etiam si eiusdē quæstionis caput secūdam Hormisdæ Pōtifficis sit ad Eusebium Episcopū, id tamen responsum, quia ex Paleis est, deducē medio debet, & caput tertiū ad Sanctiū Aragonum Regem destinatum adscribi debet Urbano, cuius est caput illius quæstionis primū: idq; ratio temporis maximē suadere videtur: siquidē Hormisdæ Pōtiffex summus ad eam fuerit dignitatem electus Anno domini quingentesimo decimo septimo, quo tempore, & multo post quingentis ferē annis nondum habuit initium Regū Aragonensium principatus. Sic apud Iuonem Carnotensem in eius Panormia nuper typis tradita lib. 6. præcitātū caput adscribitur Urbano ad Sanctiū Aragonū Regem. Tametsi in integro Iuonis opere Louanij ædito Ioānis Molinæ opera falso legitur parte. 8. capi. 24. Satino Regi Aragonum.

Apud eūdē Gratianum de Iuliano Cæsare quædam obseruatione digna adnotantur
Cap. X I I.

Vndecima



Vndecima causa, & quæstio ne tertia inquit Gratianus. Item Ambrosius. Iulianus Imperator, quâuis esset apostata, habuit tamen sub se milites: quibuscum dicebat. Producite aciẽ pro defensione rei publicæ, obediebant ei. Cum autem diceret eis, producite arma in Christianos: tunc cognoscebant Imperatorem cœli. Hæc inquam Gratianus: nam apud diuum Ambrosium in his operibus, quæ eius titulo modo extant, & publicè typis traduntur, nondum potui locum istum deprehendere. Extat tamen apud D. Augustinum in Psalm. 124. Qui erit omnino legendus. Verum apud Gratianum illud est primum obseruandum, Iulianũ Cæsarem dictum fuisse apostatam ex eo, quod quum primum in Cappadocia non longè à Cæsarea cum Gallo Cæsare simul educatus, & institutus ira fuisset à præceptoribus, vt non verbis modo, sed & factis studium, ardoremque in religione Christiana insigniter ostendisset: demum ariolorum consuetudine adductus, ac Libanij sophistæ, qui tunc Nicomediæ ludum aperuerat, quam in urbem translatus erat Iulianus iussu Imperatoris Constantij, clam libris comparatis, cū ad eum accedere ei foret interdictum, eundem sophistam diligenter inuitatus pietatẽ Christianam primum abiecit: deinde à Maximo philosopho, non Bizantio, sed Ephesio, non mediocriter ad imperandi libidinem ariolorum sacris initiatus excitatur, & ad Christianismi odiũ producit. Quæ ratione in grauium rerum suspicionem, quum Constantio incidisset, capite tonsato ad eam suspensionem tollendam monachus factus est: atque ita, quem antea re vera receperat, eum falso præ se tulit Christianismum, atque occultè philosophiæ operam dedit, apertè autem in lectorum Nicomediæ ordinem lectus, sacras publicè legit literas, donec adhuc superstite Constantio, & eo mortuo imperio potitus, tan impudenter religionem Christianam abiurauerit, vt ipsum etiam pernegauerit Christum, ac repetente simulationi quoque illi, qua Christianum se esse finxerat, nuncio remisso, daemona templâ frequentauerit sacrificans, simulque pontificenti se ipsum appellans. Gentilium mysteria, ritus, & sacrificia, diesque festos paganorum agere permiserit. Hæc sanè constant ex Socrate libr. 3. histor. ecclesi. capi. primo. Theodorito libr. tertio. cap. secundo. Sozomeno libr. quinto. capit. secundo. Nicephoro libr. decimo. capit. 1. 2. & 3. Cassiodoro in tripartita. capi. 1. 2. & 3. Sed & ipse Socra-

tes libr. tertio. capit. 14. Iulianum expressim apostatam appellat. Et quidem merito, cum & victimarum gentilium sanguine sacrum baptismi lauacrum sibi abluerit, atque se ipsum à mysterijs ecclesiæ exauthoratum excluderit. Quod idem autores tradidere præsertim Sozomenus libr. 5. capit. 2. Chrysostomus libro vno cõtra gentiles: Gregorius Nazianzenus in oratione prima contra Iulianũ. Nicephorus, & Cassiodorus in præcatis locis. Ex quibus intelliges quæ diuus Ambrosius in oratione de obitu Theodosij Imperatoris de Iuliano ita scribit. Inde reliqui principes Christiani, præter vnũ Iulianũ, qui salutis suæ autorẽ reliquit, dũ philosophiæ se dedit errori, inde Gratianus, & Theodosius. hæc Ambrosius. Sed & impius hic Iulianus eo furoris prouectus erat, vt Christum per contumeliam Galilæum appellaret. Hoc etenim nomine Iesum Christum, & Christianos omnes ex conuicio quodam appellasse, autores sunt in histor. ecclesi. Socrates libr. 3. capit. 12. Theodoritus libr. 3. cap. 8. & cap. 21. & Nazianzenus in dic. oratione prima cõtra Iulianũ. Sozomenus libr. 5. capit. 4. Cassiodorus in tripartita. libr. 6. ca. 44. & 47. Ruffinus libr. 10. histor. ecclesi. ca. 35. Ioannes Chrysostomus libro vno contra gentiles. Hieronymus in epistola ad Magnũ oratorem. & Nicephorus libr. 10. cap. 4. & 20. Impietatis, & blasphemiæ temerarius hic princeps tandem pœnas dedit diuina vltiõẽ punitus, quippe qui in bello Persico prope Ctesiphontem urbem, incertum an ab hoste, vel à suis fuerit occisus, & ore proprio diuinæ maiestatis iudiciũ confessus dixerit, quẽ vulnere caua manu sanguinem hausisset, atque eum in cœlum, veluti Christum conspiciens, coniecisset, perinde, atque causam cædis suæ in eum referret, calamitatis autorem intelligens: vicisti Galilæe, vicisti: sicuti commemorant Theodoritus libr. tertio. capit. 25. Cassiodorus in tripartita. libr. sexto. ca. 47. & Nicephorus libr. 10. cap. 35. qui & illud refert, Iulianũ iam moriturum, animam secedere à corpore, diuini quodammodo quàm pro hominum captu potuit, oculos intēdisse ita, vt Christum viderit, & exclamasse: Saturare Nazaręne. His equidem rationibus constat, iure dictum fuisse Iulianum apostatam, quo nomine ignominiosè eum appellauit Maris Chalcedonensis episcopus ex oculorũ suffusione cæcus manu à puero eò ductus, vbi Cõstantinopoli Fortunæ in Basilica, in qua eius dæx statua collocata fuerat, ipse Imperator sacrificaret, autoribus Cassiodoro libr. sexto. tripartit. capit. sexto. Socrate libr. tertio. capi. 12. Sozomeno libr. quinto. ca. 4. & Nicephoro libr. 10. capit. 20. ex quibus apparet, Iulianũ eidem epi-

C 2 scopo

Variarum Resolutionum

scopo respondisse, non tatum posse eum, quem ille coleret Galilæum, ut cecitati eius mederetur. Cui episcopus magna cum dicendi libertate occurrens, gratias, inquit, ago seruatori meo Deo, qui ut vitium amittere in curauit, ne impurissimū vultum tuum ad impietatem declinantem cōspicerem. Verūm & ante Iulianum Imperatorem Christianos dictos vulgo fuisse à gentilibus Galilæos deduci poterit ex Arriano de Epicteto li. 4. cap. septimo. Nam & Christus vocatus est Galilæus. Matthæi capi. 96. ex eo, quod frequenter versatus est in Galilæa. Ioan. capi. 4. aut propter Nazareth, & Capharnaū, in quibus habitabat. Lucæ. 2. & 4.

Secundò obseruandum erit, Iulianum Cæsarem apostatam, & Parabatem, milites Christianos habuisse, qui pro imperij Romani maiestate sub eo militarunt: quos tamen dolo ad deorum gentilium sacrificia donatiuo ea de causa dato, pellicere tētauerit, ut accepto donatiuo simul & thus acciperent, idque adolerent ad ipsius Iuliani imagines ex veteri instituto, quibus Iouis, Martis, & Mercurij erant insuper depictæ. Quo quidem dolo cognito pœnitentes milites donatiuū imperatori restitunt, & Christianismū liberri me cum martyrij affectatione profitentur: quos Imperator ita quidem commotus à cæde abstinens ex authoratos ex aula imperiali exegit: cuius rei autores sunt Sozomenus lib. quinto. cap. 17. Casiodorus lib. sexto. tripart. capit. 30. & Nicephorus lib. 10. capit. 23. Iultè verò posse Christianos milites, qui pagano principi subditi sunt, eo imperante militare, modò bellum sit iustum, aut iustum præsumatur, quod in dubio ita est accipiendum. ex eodem cap. adnotarūt illic Domi. Præposit. Cardin. sancti Sixti, Hugutio, & veteres quidam: quibus mirè patrocinator diuus Augustinus libro. 22. contra Faustum Manichæum capit. 75. à Gratiano relatus in capit. quid culpa tur. 23. questione. 1. cuius verba hoc in loco obiter subijciam, quia penes Gratianum non planè, ac sincere leguntur. Cum ergo vir iustus, si fortè sub rege, homine etiam sacrilego militet, rectè possit illo iubente bellare, Ciuiç pacis ordinè seruans: cui quod iubetur vel non esse cōtra Dei præceptum certum est, vel vtrum sit, certū non est, ut fortasse reū Regem faciat iniquitas imperandi: innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi. Hæc Augustinus. Ex quo & in specie idè probat Paris Puteus in tractatu de re militari lib. 2. questione. 11. quo in loco tractat, an Christiani possint licitè milites infideles in eorum auxilium, vel ut sub eorum vexillo, & ductu militent, stipendio conducere, & in bellum ad-

uersus Christianos sibi hostes aduocare. Ceterum, Christianos frequenter sub paganis imperatoribus olim militasse satis cōstat lectori ex varia veterū historicorū lectiōne. Nam & Christiāi milites sub Marco Aurelio Antonino merētes in summa siccitate, rerumque omnium extrema inopia genibus flexis, Dei opem implorātes, hostibus fulmina. M. verò Antonini militibus, & exercitui pluuiā precibus à Deo impetrarūt. Ex quo hostibus maximè territis, ipsis mirum in modum recreatis, bellum Marcomanicū Sarmatis, Vandalis, & Quadis extinctis, Pannonijs que liberatis confectum est: quemadmodum scripsere Tertullianus in Apologetico. cap. quinto. & in libro ad Scapulam. Eusebius lib. quinto. eccles. histor. cap. quinto. Paulus Orosius lib. septimo. capit. 15. & Nicephorus lib. quarto. capi. 12. Extrat & ipsius. M. Aurelij epistola post Iustini martyris orationem secundam pro Christianis, in qua ipsemet imperator, victoriam istam precibus Christianorū se obtinuisse fatetur. Cuius rei & p̄fani historici, nēpe Iulius Capitolinus, & Dion Nicæus in. M. Aurelio, & ex nostris Eutropius meminere, miraculum hoc Christianorum precibus cōtigisse ferè supprimentes: tamen si Xiphilinus idem quod Eusebius tradiderit tribuēs id legioni Melitinæ, quo nomine & ab Eusebio Christianorum legio ista vocata est, ab vrbe Melitina, in qua forsan stationem habuerat: ex Iosapho lib. 9. de vellō Iudaico. capit. 4. cuius vrbis mentio fit à Nicephoro lib. septimo. capi. septimo. sed & is autor in dicto capi. 4. commemorat post Eusebium, hanc legionem prærogatiua quadam principem in exercitu obtinuisse locum, & ab imperatore nomen *κρίστων* id est, fulminatricis habuisse. eiusdem nominis meminē & Xiphilinus in. M. Aurelio. Tametsi cōstet, tempore Augusti ex Romanis legionibus vnam hoc idem nomen habuisse: quod Dion siue is idè est, siue alter memorię tradidit in lib. 55. Existimat tamen Xiphilinus ex eo Dionē meminisse huius legionis, quod iam eius ætate nomen hoc ab ipso. M. Aurelio Antonino obtinisset: sub Maximiano imperatore militauit ex Christianis Thebæorum legio, quæ à Thebis Aegyptijs missa fuerat: & cum Imperator in Sedunorum finibus iussisset, milites exercitus dijs gentilium sacrificare, hæc equidem legio à reliquo agmine discessit, ne impijs sacrificijs interesset, quod grauitè tulit Imperator, ipsisq; militibus constanter respondentibus, se Christianos esse, & à talibus sacrificijs religione, à qua minime sibi esset discedendum, prohiberi, ira, odioque in Christianos accensus Thebæorum legionem

nem poenas dare iubet decimo quoque milite trucidato: quam poenam semel, & iterum Christiani autore Maurício subire maluerūt, quàm imperata facere. Postremo Maximiano non ferente Christianorum constantiam, vniuersi milites à reliquo exercitu illius imperio conciduntur. Erat etenim apud Romanos vetus militaris disciplinæ institutum, vt quoties legio aliqua, aut militum multitudo deliquisset, præter centuriones, signiferosque reliqui, decimo quoque ad supplicium sorte lecto, punirētur. Quod satis deducitur ex Liuiolib. 2. decad. 1. Cicerone in oratione pro Aulo Cluentio, Dionysio Halicarnass. lib. 9. Plutarcho in Crasso. Sozomeno lib. 5. eccles. histo. cap. 9. & Nicephoro lib. 10. capit. 8. Ex quibus constat quid apud veteres auctores sit, decimare milites, ac rursus decimare populum: cuius punitio iterum Plutarchus meminit in Marco Antonio. Poterit lector de hac Thebanorum legione, & eius martyrio his addere, quæ scribit Vuolphangus Lazius lib. 5. de Roma. rep. cap. 8. apud quem lib. 4. cap. 8. multa de supplicijs militaribus. Etenim Cornelius Tacitus lib. 3. & lib. 18. Appianus Alexandrinus lib. 2. & 3. bellorum ciuilium, decimationis militum meminere: sicuti & ceterationis Capitolinus in Macrino: ac rursus decimationis idem, & Frōrinus in quarto, ac Polybius in libello de castrametatione Romana.

An vera sint quæ de Anastasio secundo, Romanæ ecclesiæ Pōtifice Gratianus tradit.

Cap. XIII.



Decimanona distinctio. ca. penultimo. hæc Gratianus refert. Ex libro Pontificali. Anastasius secundus natione Romanus fuit temporibus Theodorici regis. Eodē tēpore multi clerici se à cōmunionē ipsius abegerunt, eo quod cōmunicasset sine concilio episcoporum, vel presbyterorū, & clericorum cūsta ecclesiæ Catholicæ diacōnio Theſſalonicēsi nomine Photino, qui cōmunicauerat Acatio, & quia voluit occulte reuocare Acatium, & nō potuit, nutu diuino percussus est. Hæc Gratianus. Addit interpretes. Quia dū assellaret emisit intestina. Sed & hæc in Anastasio secundo Platina, & Volaterranus lib. 22. tradidere, Ex Gratiano, vel ex libro pontificali. Idē Gratianus hoc repperit. 1. q. 1. cap. dictum. ex gestis Ro-

manorum pontificum.

Cæterū Albertus Pighius lib. 4. de eccles. hierarchia cap. 8. multā aduersus Gratianū scandescit in iram, pio quidē animo, & feruētissimo in Apostolicæ sedis maiestātē zelo, quippe qui omni conatu cōtendat, summos pōtices, qui post Petrum sedē illam obtinuerē, à labē hæresis prorsus immunes fuisse. Nos missa mō facimus quæ doctissimus ille vir de alijs pōtificibus tractat, ea etenim nunc pertractare nostri nō est instituti: hunc tñ Gratiani errorē ipsum sequuti conabimur planē, ac funditus euertere, lectorē admonētes, quod nō semel fecimus, in his, quæ ad fidē historię pertinent, nō esse oīno Gratiano credēdū, imò alios auctores legēdos fore, quorum sit fides apud viros doctos in hac re diu probata, & recepta. Etenim falsa esse quæ de Anastasio pōtifice Gratianus cōmemorat, primum ex eo constat, quod quū Fœlix huius noīs tertius Romanæ ecclesiæ Pōtifex Acatio Cōstātinopolitano præſuli condēnationis sententiā, qua dignitas ei abrogaretur misisset, ipseq; Acatius mēte, sensuq; omni captus Papæ nomen à sacro Albo exemisset, animo, & corpore vinctus, breui post cōem omnibus ingressus est viā, mortemq; obiit adhuc viuentē Fœlice. Quemadmodū obseruari poterit ex Euagrio lib. 3. ca. 18. & capi. 23. & Nicephoro lib. 15. c. 17. Atq; ideo minimè potuit Anastasius Acatium reuocare iam dudū rebus humanis exēptum. Siquidē Acatius vita functus est sub Fœlice, cui successit Gelasius, & huic post annos sex Anastasius. Idē probatur ex eiusdē Anastasij ad Anastasiū Cæsarem epistola, quæ prima est ex Anastasij secūdi epistolis: quo in loco ipse pontifex asseuerat, Acatium iam dudū mortē obiisse.

Deinde illud est obseruatiōe dignū, vt obiter adnotemus, Gratianū quādoq; eos auctores, quos citat, præuē intellexisse, nihil in epistola ad Cæsarem, Anastasiū pontificem in patrociniū Acatij scripſisse: quū omnibus viribus conatus fuerit, tam literis, quàm nuntijs, vt eius nomē, & memoria à Catholica Christi ecclesia aboleret, imperatori Acatij memoriā defendenti multis rōnibus ostendēs, ob graues, intolerandosq; excessus, & certa facinora iustissimè damnatū eū fuisse à sede Apostolica. Quod apertissimè deducitur ex epistola Anastasij ad Cæsarem missa, cuius fragmentū idem Gratianus retulit in cap. secundum ecclesiæ. dist. 19, & in dicto cap. dictum. 1. q. 1.

Sed & quod Gratianus in Anastasio notat diuus Augustinus sæpissimè tractat vt piū, orthodoxum, & catholicū. Nec enim sacramentū quo ad characterē mittit hæreticus, aut schismaticus. Ideo nō licet à Catholico sacramentū vel baptif

mi, vel ordinis repeti: quanuis fuerit ab hæretico episcopo, vel sacerdote collatū. Qua rōne correcto hæreticis, vel schismaticis vitio, nō est baptismus vel ordo repetendus. Quēadmodū obtentū, ac receptū est ab ecclesia Catholica. Præsertim nō erant infirma, nec irrita sacramēta, quæ fidelis, & orthodoxus populus in vnione manens ecclesię Catholicę acceperit à pprio Epō, nec hæretico, nec schismatico, sed qui ob alios excessus excōi catus fuerat. Est igitur hæc vera, & catholica sentētia, qua pbatur, nō esse sacramentū ordinis, baptismi, & similia repetenda, licēt data fuerint ab hæreticis, & schismaticis, vbi ad ecclesię vnionē redierint qui baptizati fuerūt, vel alia sacramēta ab hæreticis acceperunt. Quod lōgi⁹ tractauere gl. & Cardin. sancti Sixti. in. d. c. secundū ecclesię. Alfonso à Castro lib. de hæresibus. verb. baptismus. hæresi. quinta. text. optimus in. c. à quodā. de cōsecr. d. 4. tradit S. Tho. 3. p. q. 67. arti. 5. Thomas V Valdensis de sacramen. capi. 4. 5. 6. & seq. Magister senten. in. 4. dist. 5. vbi Thomas. q. 2.

Ex quibus palā deprehenditur manifesta calūnia Gratiani, qui, nescio cuius testimonio, ausus fuerit aduersus summū ecclesię præfulem, eūq; catholicū cōstanter asseuerare, cōtra Fœlicis, & Gelasij decreta, voluisse Anastasiū, ad ecclesiā reuocare impiū Acatium, qui iā dudū mortem obierat, & cuius memoriā ab ecclesia catholica deleri in eadē epistola Cæsari persuadere conat, manifesto iudicio, Fœlicis sententiā, quæ Acatium clamauerat, egregiē laudans, tantū non propria subscriptiōe sequutus. Eodē sanē iure mera sunt cōmentā, quę de punitiōe diuina ipse Gratianus non semel impie, ac temerē videt effutire, & quæ barbar⁹ interpres adiecit, ex qb⁹ Platina, & Vclaterran⁹ eadē fabulā, vt opinor, mutuo acceperunt. Deniq; & Car. à Turre. Cre. li. 2. de ecclesia. c. 106.

Ex capite sequenti.

- 1 *Canonici libri qui dicantur, & qua ratione nobis cognitum sit, eos esse Canonicos.*
- 2 *Ecclesia non potest nouum articulum fidei cōstitueret, nec item ipse Romanus Pontifex.*
- 3 *Sapientia, & ecclesiasticus canonici libri sunt, quanuis ea de re fuerit olim controuersum.*
- 4 *Iob liber à quo fuerit scriptus: & Tobie liber, an olim fuerit canonicus?*
- 5 *Libri Esdræ, Hester, & Iudith, an fuerint apud Hebreos canonici?*
- 6 *De Persarum Regibus ex Metasthene, Philone, & Græcis Historiographis ad Sacræ scrip-*

turæ intelligentiam.

- 7 *De Machabeorum libris.*
- 8 *De Prophetarum libris, qui fuerint Canonici.*
- 9 *Ordo librorum Noui testamenti, & de quibus apud veteres Theologos fuerit olim dubitatū.*
- 10 *De ecclesia Catholica, & quid hoc nomen significet.*
- 11 *Primatus Petri, & ecclesię Romanæ à Gelasio ex diuino elogio deducitur.*
- 12 *Petri, & Pauli Apostolorum Martyrium.*
- 13 *De quatuor Patriarcharum sedibus, & quo ordine fuerint olim connumeratæ.*

In Gelasij Papæ respōsum obseruatiōes quędā de canonicis libris & apocriphis. Ca. XIII.



Gelasius Summus ecclesię Pōtifex huius nois primus, ad eā dignitatē electus anno ferme quadringentesimo nona gesimo quarto: septuaginta eruditissimis, & Catholicis Epīs ad se vocatis, eorūq; cōsultatione præuia, de recipiēdis, vel nō recipiēdis libris tractare Romæ conatus, ea de re insigne decretū edidit, in eaq; Synodo Christianā religionē profitentibus exhibuit: quo maximē scirent, quibus libris, quæ ad fidem pertinerent probanda forent, & à quibus in his, quę de fide disputantur esset abstinendū. Extrat id decretū integrū in primo cōciliorum Tomo, & apud Buchardum Vuormatiēsem episcopum lib. 3. ca. 217. tametsi Gratianus eius. 1. parte omīssa idē. 15. dist. tradiderit. Nos ad eius interpretationem: cū & ea sit ad modum vtilis, & necessāria iuris diuini, & humani studiosis, prænotandum esse cēsemus, scripturas seu libros de rebus ecclesiasticis tractantes in tria genera distingui. Primi etenim generis libri sunt qui Canonici cēsentur: Secūdi generis sunt Agiographi. Tertij vero Apocryphi.

Canonici libri dicuntur oēs scripturæ, quas recipit ecclesia, vt publicē legantur in edificatiōe fideliū, & ex quibus sumatur efficax argumētū ad probandum ea, quæ fidei sunt, & ad fidē pertinent: quibusq; vt debemus ad hæreses, earumq; auctōres expugnandos. Sunt etenim huius generis scripturæ diuinæ quidē, quas hoīes quidā deo inspirante scripserunt: imo quas deus ipse manibus hominū scripsit, nec eis magis quàm Deo earum auctōri refragari licet. Has canonicas appellamus non alia rōne, quàm q̄ fuerint hæ scripturæ ab

rz ab ecclesia probatz, & in canonem diuinarū
 scripturarum recepta: siquidē ecclesia iuxta sen-
 sum, quem statim exponemus, regula est firmis-
 sima, & constitutissima ad discernēdum, ac dii-
 dicandū, quæ sit scriptura canonica: auctore. Au-
 gustino lib. vno. Contra epistolam Manichæi.
 quæ dicitur fundamēti. is enim inquit ca. 5. Ego
 verò Euangelio non crederem, nisi me Catholi-
 cæ ecclesiæ cōmoueret auctoritas. idem ferētra-
 dit lib. 18. contra Faustum. ca. 4. quibus verbis sa-
 tis docet D. Augustinus, nullam scripturam esse
 authenticam, aut canonicam sine auctoritate ec-
 clesiæ, cuius membra fuere canonici scriptores.
 Nec aliunde potest quis scire scripturas esse di-
 uinas, aut apocaticas, quàm ex ecclesia, quæ tra-
 ditionibus Apostolicis, magisterio Spiritus san-
 cti, eiusque lumine edocta decreuit: & p̄fessa est,
 canonicū esse euangelium Marci, qui Christum
 nō vidit, nec tñ admisit Euageliū Nicodemi, qui
 Christū vidit, & audiuit: vt Ioannes ca. 3. testatur.
 atq; hæc vera esse multis rationibus, & ex veteri-
 bus auctoribus, probare conātur, & probat Ioā.
 Ecchius in Enchirid. c. 1. Driedonius de dogma-
 tib. eccles. lib. 1. c. 1. & lib. 4. c. 4. ex Irenæo, & Au-
 gustino. Alfonso à Castro lib. 1. de hæresib. c. 5.
 Illud verò est in hac quæstione potissimè obser-
 uandū, propriè, ac simpliciter, nec Canonicam
 scripturam auctoritatem sumere ab ecclesia, nec ec-
 clesiā à canonicis scripturis. Vtriusque etem aucto-
 ritas est à Christo, cuius spiritu dictatz sunt scri-
 pturæ, & efficax est ecclesia: atq; ideo in hūc sen-
 sum opinor accipiendū esse quod modo asseue-
 rauimus: nullam scilicet scripturam esse authentica,
 aut canonicam sine auctoritate ecclesiæ: vt intelli-
 gamus, penes ecclesiā Catholicā esse ius hoc de-
 clarandi, ac denūciandi, quæ scripturæ sint canoni-
 cæ, authenticæ, & diuinæ, dictatæque ab Spiritu san-
 cto. Vnde scriptura canonica testimoniū est ec-
 clesiæ ex Spiritu sc̄to restitūta. Nec potest ec-
 clesia dare auctoritatē, & vires diuinæ scripturæ,
 ei quidē scripturæ, quæ diuina nō est. Hoc em̄ ex
 ecclesia habemus, vt sciamus, quæ sit scriptura di-
 uina, & tenemur eā scripturam diuinam censere quā
 ecclesia diuinam esse diffinierit. Quæ tñ quauis
 certo diffiniat, nec falli possit, sua diffinitione nō
 efficit illam scripturam esse diuinam. Nam ideo
 illam diuinam esse p̄fessa est, quia verè diuina
 erat: qđ si diuina scriptura nō esset, ecclesia mi-
 nimè, diuinam esse, pronūciaret. Cōp̄cto etenim
 ex testimonio ecclesiæ, quæ scripturæ sunt Sa-
 cræ, & diuinæ, ex seipsis habent diuinitas, ac cano-
 nici libri, vt per oīa eis credere teneamur. Imò
 catholica, sanctaque Romana ecclesia diuinis
 scripturis non tātum testimoniū exhibuit, testis,

qui cogere nō pōt, officio functa, & testificata il-
 las esse diuinas: sed & iudiciali auctoritate iudica-
 uit, illas debere recipi, idq; fecit magisterio Spūs
 sancti, quo pollebat, per traditionem erudita.

Sic pari rōne ecclesia, vel Sūmus pontifex nō
 posset nouū articulū fidei constituere, aut effice-
 re, aliquā assertionē esse Catholicā, quæ antea ca-
 tholica nō fuerit: quod manifesta ratione cōpro-
 bant Alfonso à Castro lib. 1. de hæresi. c. 8. Ioan.
 Arboreus lib. 5. Theosophia. c. 10. ex nostris Feli-
 in. c. quæ in ecclesiarū. de cōstitut. nu. 23. quibus Ab-
 bas cōtrariū scripserit in. c. cum Christus. de hæ-
 res. cuius opinio, licet maximo conatu ab Alfon-
 so de Castro, & Arboreo improbet: fortassis eū
 sensum habuit ab auctore, quo vera possit cēseri.
 Potest em̄ esse aliqua de fide assertio, quæ & si ca-
 tholica sit, tñ quia non cōstat manifestè ex sacra
 scriptura, nec est ab ecclesia diffinita, interim dū
 later, nō efficiat eū hæreticū, qui cōtrariā asseue-
 rauerit, donec ab ecclesia sit diffinitū, illā assertio-
 nem esse verā, & de fide. Solēt em̄ esse plures in
 interpretatione sacræ scripturæ opiniones, quarū
 nulla hæretica est, donec ecclesia diuino auxilio
 contrariam ex recōditis sacræ scripturæ sensibus
 probauerit. Sic. in. c. damnamus. de summa Trini.
 Abbas Ioachim nō dānatur, nec censetur hæ-
 reticus, licet eius dogma ex sacris scripturis ab ec-
 clesia dānnetur. Ecclesia verò, licet nō possit fa-
 cere, quod quædā assertio sit hæresis, quæ prius
 hæresis nō erat, qđ satis à præcitatatis auctoribus
 probatur: potest tñ efficere, vt nobis per suā cen-
 surā pateat, illud esse hæresim, quod antea noscā-
 tebat, an meritò hæresis dici possit. Quæ ratione
 sit, vt verè possimus asseuerare, assertionem istā,
 quæ modo ab ecclesia tanq̄ fidei Catholicæ con-
 traria improbatur, & hæresis censetur, ante diffi-
 nitionem ecclesiæ, etiā hæresim fuisse: tamen si
 prius q̄ ecclesia hoc diffiniret, eius opinionis as-
 sertores hæretici minimè dicebātur: quia nos la-
 tebat, an esset ea opinio contraria fidei Catholi-
 cæ: modò verò post ecclesiæ diffinitionem hæ-
 retici dicentur quicūq; eā sententiā probauerint,
 & receperint: non quod eorum opinio prius fal-
 sa non fuerit, catholicæ fidei cōtraria, & hæresis:
 sed quia nomē hoc hæreticorū infame quidem,
 & ad crimen istud grauissimū pertinens exigite
 profectò pertinaciā, & rebellionem quandam à
 catholicæ ecclesiæ diffinitionibus discedentem,
 quæ verè dici non poterat eo tēpore, quo dubiū
 erat, nec ecclesia diffinierat, an ea opinio esset re-
 ligioni, & fidei contraria. Quod est hac in re sem-
 per, ac præsertim adnotandum. Deniq; cum ec-
 clesia possit modò aliquam assertionē pronūcia-
 re, ac declarare catholicā esse, & ad fidē pertine-

Variarum Resolutionum

re, quæ & antea vera quidem erat, catholica; & ad fidem pertinens, latebat tamen nos hæc de fide veritas propter varias opiniones, receditumq; & arcanum sacræ scripturæ sensum, atque ideo contrarium asseuerantes ante declarationem ecclesiæ hæretici minimè censebantur: dici poterit, penes ecclesiam esse potestatem istam, declarandi catholicam esse aliquam assertionem, & pronunciandi eam ad fidem pertinere ad eum effectum, vt post ecclesiæ diffinitionem ea assertio ita manifestè sit de fide, vt planè hæreticus peritax sit censendus, qui contrariam sequutus ab ea discesserit: tamen ante ecclesiæ diffinitionem, licet verissima fuerit, & catholica ea assertio, propter dubiam eius rei, & cõtrouersam disputationem, hæreticus iure dici non poterat qui contrariam probasset, & sequutus fuisset. Vnde ratione, & causa huius declarationis, ex qua hæreticus post ecclesiæ diffinitionem censetur, qui prius non poterat huius criminis nomine notari, admitti poterit Abb. opinio in hoc sensu, vt ecclesia possit modo, & nouissimè declarare aliquid esse de fide, & catholicum ad effectum, vt nihil ea de re cõtrouersum sit absque hæresis labe: quod tamen prius occultum erat, eaque ex causa non poterat hæreticus censeri qui vel contrarium asseruisset, vel de ea re dubitasset. Sic sanè D. Thom. 1. par. quæ. 32. articu. 4. scribit, multa nunc censeri hæretica, quæ prius hoc nomine minimè notabantur: propterea quòd nunc ex ecclesiæ diffinitionibus magis manifestum sit ea esse contraria fidei, aut ex eis aliquid fidei contrarium necessario deduci. idem illic adnotauit Caietan. Hinc ab hæresis labe, qua ex parte nomen hoc criminis grauisissimi notam inurit, excusari solent plures Lactantij Firmiani, Origenis, & aliorum veterum errores. Nam quanuis verè tunc fuerint errores contra catholicam fidem, eorum auctores ab hæreticorum nomine plerunque eximuntur, quod nondum eo tempore admodum manifesta erant quæ postea de fide ecclesiæ catholica diffiniuit, & in publicum tradidit. Hinc denique poterit lector expendere, quo in sensu accipienda sint, quæ Card. à Turre Cremata scribit lib. 4. de ecclesia. capitu. 3. secundæ partis. asseuerans, ecclesiam non posse efficere de propositione nõ hæretica hæreticam. Idè tradit Alfòsius à Castro in. d. cap. 8. & Albert. in rub. de hæret. q. 1. nu. 23. ecclesia etenim non pòt in his quæ ad fidem pertinet, facere assertionem aliquam falsam modo esse, quæ prius vera fuerit: nec ex cõtrario. Erraret equidè, qd est ab ecclesia Catholica in rebus fidei omnino alienum. Pòt tñ ecclesia efficere per eius in re olim ambigua,

& cõtrouersa diffinitionem, aliquam assertionem modo hæreticam esse, & censeri, quæ prius nec erat, nec celebratur hæretica. quod Sanctus Thomas satis docet in dict. art. 4.

Canonicos verò libros ex Gelasio iuxta literam ipsius decreti subiiciam. Primū veteris testamenti. deinde Noui. Obiter tñ adnotabo, quæ fuerit apud veteres ea de re cõtrouersia: & quid de his libris, & alijs, qui canonici sunt, ab ecclesia catholica, à concilijs prouincialibus, à summis ecclesiæ Doctoribus sit ad Concilium vsque Tridentinum diffinitum. Eisdem, & similibus vtar obseruationibus in explicandis reliquis Gelasiani decreti partibus, in quibus de Agiographis, & Apocryphis agitur libris.

Ordo veteris Testamenti.

Genesis liber vnus. Exodi liber vnus. Leuitici liber vnus. Numeri liber vnus. Deuteronomij liber vnus. Iesu Naue liber vnus. Iudicum liber vnus. Regum libri quatuor. Ruth liber vnus. Paralipomenon libri duo. Psalmorum liber vnus. Salomonis libri quinque. Iob liber vnus. Tobia liber vnus. Hestraz liber vnus. Hester liber vnus, Judith liber vnus. Machabæorum libri duo.

3 Multa poterant hoc in loco adnotari, quædã tñ ceteris pretermisissis adscribam: siquidè lector reliqua facillimè apud Driedonium lib. 1. de dogmatib; ecclæs. capi. 1. & sequentibus obseruabit. Regum libri quatuor. Hanc Regum historiam scripsisse Samuelem & alios Prophetas qui singulis temporibus vixerunt, testis est Athanasius in eo opere, quod de his libris canonicis scribit lib. vndecimo.

Psalmorum liber vnus. Salomonis libri quinque. Hæc apud Buchardum. At in primo cõciliorum Tomo in Decreto Gelasij legitur. Psalmorum ceterum quinquaginta liber vnus. Salomonis libri tres. Proverbiorum. Ecclesiastes, Canticum Canticorum. Quibus satis apparet, olim cõtrouersum fuisse, an Sapietie, & Ecclesiastici libri fuerint à Salomone cõscripti, & canonici. Nã præter Gelasium Clemes summus ecclesiæ Põtifex huius nominis primus in canonibus Apostolorum can. 84. tãtū inter canonicos libro, tres priores nomine, ac titulo Salomonis recepit, duorum posteriorum nulla mensione facta. Origenes in enarratione primi Psalmi numerum sacrorum librorum, qui ex veteri testamēto in canonicum suere relati apud Hebræos,

bræos; & demum apud Ecclesiasticos enumerás, eiusdem opinionis est, auctore Eusebio libr. 6. eccl. histo. ca. 25. cui subscribit Nicephorus libr. 5. capit. 16. concilium Laodicenum sub Liberio Papa celebratum Anno fere C C C L X I I I. provinciale quidem, sed receptum, ac confirmatum in sexta generali Synodo admonens, qui sint libri canonici capit. 59. tres tantum priores, qui Salomonis sunt connumerat, Sapientiam, & Ecclesiasticum omittit, quasi diffiniens, eos esse extra canonem. quod Damascenus libr. 4. cap. 18. Hieronymus in Prologo Galeato in libros Regum. & in epistola ad Chromatium, & Heliodorum. ac Rufinus in expositione Symboli, palam asseruerant. Et præter hos Gregorius Nazanzenus in eo carmine, quod de sacris libris scripsit. Basilus item in Homilia, quam in principium pro uerbiorum elaborauit, & Cyrillus Hierosolymitanus Catéchesi. 4. E contrario literæ, quæ à Burchardò ex Gelasio refertur, conuenit ecclesiæ Catholicæ auctoritas. Nam in concilio Florentino sub Eugenio quarto inter canonicos libros, Sapientia, & Ecclesiasticus recepti fuere his uerbis. Psalmi Dauid. Parabolæ. Ecclesiastes. Cantica Canticorum, Sapientia. Ecclesiasticus. Sed & concilium Prouinciale Carthaginense, cui Diulus Augustinus interfuit, confirmatum in sexta Synodo. c. 47. multò antè Florentinum, eosdem libros receperat. Psalterium, inquit, Dauid. Salomonis libri quinque; Quibus itidem uerbis hos libros inter canonicos adnumerauit Innocentius Papa ad Exuperium Tolosanum Episcopum. Synodus item Tridentina sub Paulo Tertio idem probat. Etenim inter canonicos libros ab ea censentur Parabolæ Salomonis. Ecclesiastes. Cántica Canticorum. Sapientia. Ecclesiasticus. Quibus manifestè apparet, non esse hac de re disputandú, nec controuertendum post ecclesiæ catholicæ apertissimam diffinitionem, cui est omnino accedendum. Nam & veteres Theologi, Origenes in quæ, Clemens Alexandrinus, Chrysostomus, Ambrosius, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, & alij passim his libris, ut canonicis, uel fuere: imò & plerumque titulo, & nomine Salomonis eorum meminerunt. Nam cum Dionysius de eccl. Hierarchia ca. 3. locum quendam adducit ex Theologia, eius interpretes Maximus adnotauit, eum fuisse in eo loco citando usum eo libro Salomonis, qui sapientia inscribitur. idque & Pachymeres obseruat ipsius libri uerba ex. ca. 5. referens. Iusti autem in perpetuum uiuent. Sed & D. Aug. libr. 17. de ciui. Dei. c. 20. & libr. 2. de doctri. christia. ca. 8. testatur, eosdem libros in auctoritate canonicorum receptos fuisse. idè asserit Isidorus libr. 6. Etymolo.

ca. 1. quod diligenter tractat Ioan. Driedo. libr. 1. de dogmat. eccl. qui & illud inquirat, an hi libri fuerint à Salomone scripti. Si quidem constat ex prologo eiusdem operis, librum, qui Ecclesiasticus dicitur, scriptum fuisse à Iesu filio Sirach, & nepote Iesu. Imò par est, & ex eodem prologo, & his, quæ scribit Damascenus libr. 4. c. 18. sensim deducitur Iesum Patrem Sirach librum illum Hebraicè scripsisse, eius uero nepotem Iesum filium Sirach eundem in Græcam traduxisse linguam tempore Ptolemæi Euergetis Regis Aegypti, cuius auctor ipse nullam mentionem fecit. cap. tamen ultimo, inuenit Simonis Magni Pontificis Oniaz filij, cuius ætate apud Aegyptios regnabat Ptolemæus, annis fere ducentis ante Christi natiuitatem, atque ideo de auctore huius libri uerè nulla fuit olim controuersia: sicuti ex Damasceno, Hieronymo, Augustino, Isidoro, & alijs constat. De auctore autem libri, qui Sapientia inscribitur, maior fuit apud veteres disceptatio: frequentiori tamen sententia receptum est, eius auctorem non fuisse Salomonem, sed Philonem Iudæum, qui Græcè id opus scripsit. Quod Hieronymus, & Isidorus ex aliorum asseritione tradidere. Philonem uero hunc opinamur non esse illum, cuius opera Græcè, & Latine uulgo circunferuntur, quiq; post Christi passionem floruit, & scripsit: quanuis id falso existimauerit Ludo. Viues in Augustinum dict. c. 20. post Petrum Galatinum libro. 1. capitu. 4. Nam præterquam quod Eusebius, Hieronymus, & alij, qui omnium operum Philonis Iunioris meminere, hunc librum eidem minime adscripserint ut patet ex Eusebio libr. 2. hist. eccl. c. 18. & Nicephoro libr. 2. ca. 17. & Hieronymo de scriptor. eccl. II. Iud profecto maxime conuincit, Philonem sapientia auctorem, multo uetustiorè esse, quam Iunior Philonem, quod Sapientia liber inter propheticos, & ueteris testamenti libros fuerit semper ab auctoribus ecclesiasticis, ab ipsa denique ecclesia Catholica post concilium Carthaginense Tertium connumeratus: unde necessario sit: eum scriptum fuisse ante Christi aduentum. Cautius igitur Driedo nius libr. 1. de dogmat. ca. 2. part. 2. asseruerat, Philonem, qui auctor fuerit huius libri, alium ab eo Philone fuisse, qui post Christi passionem Græcè, & eleganter præclara opera ediderit, fuisseque illum hoc uetustiorè fere ducens annis. Nam & Philonis senioris, qui & de Hebræis scripserit, meminere à Iuniorè eum distinguentes Iosephus de antiquitatibus, & Eusebius libr. 9. de præparat. Euangelica. ca. vltima. Quæ & Hebræum fuisse constat: ut tandem distingua mus duos Philones Hebræos à Philone Byblio, cuius idè Eusebius meminuit libr. 1. de præpar. euãg. c. 4. & præter eum Suidas. De his autem libris, nepe

Sapientia, & Ecclesiastico D. August. in. d. c. 8. scribit, de quadam similitudine Salomonis dici, & constantissimè perhiberi, Iesum filiū Sirach eos scripsisse. Id ipsum idem Augustinus repetit in. d. c. 20. asseuerās, consuetudinē obtinuisse propter similitudinem, & affinitatē, vt hij duo libri Salomonis dicantur. Vterq; enim, ppter eloquij similitudinem, & cognationem rerum, quæ a Salomone tractantur in prouerbijs, frequentissimè à veteribus Theologis, & quādoq; in concilijs ecclesie, titulo, & nomine Salomonis citantur. Quod lector facillimè poterit obseruare apud Burchardum, & conciliū Carthaginense Tertium, Origenem super epistolā ad Romanos præsertim. c. 8. Apud Cyprianum in Epistola ad Rogatianum. qui titulo Salomonis citat librum Ecclesiastici. Idem fecit Chrysostomus cum alibi, tum in Homilia super ca. 26. secundi Paralipo, de Ozia, & humilitate. quāuis latinus interpres nomē mutauerit. Idem Chrysostomus in priorem ad Corinth. Homil. 34. sic & Ambrosius in lib. de quatuor quaestionib; difficultibus, & super Psalmū. cxviij. librum Sapientie Salomoni tribuit: idem fecit Lactantius lib. 4. cap. 16. Et Ioannes Damascenus in dict. c. 18. licet ipsum extra canonem esse, scripserit. tamen si quod Driedo. lib. 1. capit. vltim. ex lib. 4. Eusebij de histor. eccles. cap. 22. tradiderit, non probet, veteres auctores verè existimasse, librum Sapientie à Salomone scriptum fuisse. Est enim Eusebij locus, quidquid Driedo. voluerit, intelligendus de prouerbijs Salomonis, qui liber & Sapientia dictus est à veteribus Theologis. Ita sane scripsit Græcè Eusebius lib. 4. cap. 22. de Egesippo tractans. οὐ μόνον ὁ δὲ οὐτὸν, ἀλλὰ καὶ ἱερναίου, καὶ παῖς ὁ τῶν ἀρχαίων χορὸς πανάρετων σοφίαν τὰς σολομώνων παροιμίας ἰκάνου. Verum non tantum hic, sed & Irenæus, & omnis antiquorū chorus virtute omni refertam Sapientia prouerbia Salomonis. vocat. sic ferè Græca vertenda sunt in Latinam linguam ex Nicephoro lib. 4. c. 7. cui interpretatio ni suffragatur, quod idem Eusebius scribit lib. 4. cap. 26. vbi ex Melitonis epistola tradens libros canonicos veteris Testamēti, inquit, Psalmi David, Solomonis prouerbia, quæ & Sapientia. Ecclesiastes. Cantica canticorū. Iob. Prophetæ, & reliqua. idem Nicephorus lib. 4. c. 10. vt obiter Græcus Eusebij codex ita sit intelligendus vbi. ca. 26. legitur σολομώνων παροιμιαί, ἢ σοφία. vt articulus præpositiuus adsumatur significatè ad interpretandū id, quod præcessit. Solomonis in quā prouerbia, quæ & Sapientia. aut fortassis Episcopus ille Sardiēsis, licet ecclesiastici librū omiserit, Sapientia tanē Solomoni tribuit. Etenim huic interpretationi Græca litera minimè aduersatur: imò ac-

cedit, etiā latino codice refragatè: & præterea nō defunt ex veteribus qui idē scripserint. Sed obseruata Eusebij litera quæ Græcis characteribus yulgo traditur alio in loco, eadē rōne & latinus Eusebij liber est emēdādus. nā. c. 22. scribitur. Verum & hic ipse, & Irenæus, & oīs antiquorū chorus librū, qui intitulatur Sapientia, Salomonis esse dixerunt, sicut & prouerbia. Hæc enim Latina traductio aliena est à Græca lectioe, & à vero auctoris sensu: nō me latet, Eusebiū lib. 8. De demonstratione Euāgeli. ca. cōstater asseuerasse, Iesum filiū Sirach scripsisse, τὴν μαλακτικὴν πανάρετων σοφίαν. Sed ipse opinor de ecclesiastico locū illū fore intelligendū: nam illū scripsisse Iesum filiū Sirach cōstat. fortassis & de Sapientia locus ille. poterit intelligi, vt Eusebius velit, eā scriptā fuisse à Iesu filio Sirach, & habuisse nomē illud peculiare: qđ in dict. c. 22. ex veterū auctoritate adscripserat Salomonis prouerbijs. Etenim idē Eusebius lib. 11. de præpar. euang. c. 7. πανάρετων σοφίαν. Sapientie librum intellexisse videtur: & eum Salomoni tribuit. vt cōstat ex capi. 7. Sapientie. Tu verò Christiane lector illud cōstantissimè tene, quod ecclesia catholica in præcitatīs Synodis, & canonibus diffiniuit.

Iob liber vnus.) De hoc libro nusquam fuit apud Hebræos cōtrouersum, nec apud Christianæ religionis professores. Nā & ab initio ecclesie in canonē fuit receptus. De auctore verò, licet variet fuerint opiniones, illud est frequentiori iudicio probatū, librum istū, vel ab ipso Iob, vel ab amicis eius sermone Syro scriptū, à Moyse tandē in Hebræam linguam traductū fuisse. Huic opinioni accessere Origenes in Prologo, Isidorus lib. 6. Etymolog. c. 2. Augusti. Eugubinus in adnotationibus super Genes. c. 1. nec dissentit D. Gregori, qui hac, & alijs opinionibus præmissis verè scribit, satis esse quod credamus, hunc librū scriptum esse ab spiritu sancto. Illud tandē obiter adnotabimus, Iob virum sanctissimū genus duxisse ab Esau, & quintum ab Habraā fuisse. Siquidem Habraā genuit Isaac, Isaac genuit Esau, Esau Raguelem, Raguelem Zaram. Zaram genuit Iob. quam de ductionē probare conatur Origenes in prologo. Chrysostomus in homil. 2. de patientia Iob, qui eū appellat pronepotē piecti, repudiatq; Esau. idē Chrysostomus sermone in Iob, & Habraam. idem sentit in homil. 80. ad populum. Et Georgius Cedrenus in Epitome, ex Africano. His subscribere videtur D. August. de ciuit. dei lib. 18. ca. 47. qui de Iob scribit, eum ex gēte Idumæa gēducere. Nam & Esau dictus est Edom. Genes. capit. 25. & ab Edom Idumæa terra, auctoribus Iosepho lib. 2. cap. 1. de antiquit. & Augustino lib. 16. de ciuit.

de ciui. Dei. c. 35. atq; iterū Iosepho lib. 5. c. 3. & de ducitur ex. c. 11. 3. Regū. & c. 34. Esaiæ. ad hæc accedit quod Eusebius lib. 9. de præparat. euæge. c. 4. refert, Aristæan in Iudæica historia exillimasse Iob filiū fuisse Esau, & habitasse in Idumæa, & Arabiæ finibus in Auside terra. Sed & prologus libro Iob adscriptus apud Græcos, & Latinos, etiā tēpore Hieronymi, & ante ipsum cōmuniq; consensu receptus rē istā amplius apperit his verbis. Erat autē ipse filius quidē Zaræ, de Esau filijs fili⁹, de matre verò Bosra, itavt sit quintus ab Habraā. Hæc in eo argumento, licet Hieronymus super Iob, & in quæstionibus Hebraicis ab hac discesserit sententiā existimās, Iob nō ab Esau, nec ab Habraā, sed à Nachor fratre Habraam, & eius vxore Melcha sorore Saræ, & Hus filio Nachor originē, ac genus duxisse. Nec accedit prologo, aut argumēto, quod libro huic adscribitur ex eo, quod apud Hebræos nō reperiatur. Eidē deductioni, ac Genealogiæ accedit Philippus Presbyter, qui paulo post Hieronymū scripsit super hunc Prophetā: cuius opinionem refert Lud. Viues in. d. cap. 47. Sed ipsius prologi auctoritate vt certa, & probatissima vtuntur Chrysostomus, Origenes, Augustinus, & præter eos Ambrosius lib. 2. de interpellatione: vt tandem non liceat contra stimulum calcitrare. Nam & Eusebius lib. 1. de demonstra. euangelica, Iob quintum ab Habraam fecit. Tobiaꝝ liber vnus.) Hic liber olim dubiæ fuit auctoritatis ex eo, quod inter Canonicos apud Hebræos minime fuerit numeratus: auctore Hieronymo in prologo Galeato in libros Regū. Et in prologo in opera Salomonis. fuit & hic liber omissus quasi ad Canonem non pertineret à beato Clēmēte in canonibus Apostolorū. c. 84. & à cōcilio Laodicensi, cuius superius meminimus sub Liberio Papa celebrato. Sed & hunc librū omiserunt canonicos oēs veteris Testamenti numerantes Origenes, Damascenus, & Ruffinus, quorū paulo antè mentionē fecimus. Melitō etiā Sardiensis Episcopus apud Eusebiū lib. 4. ca. 26. & Nicephorū eiusdem libri. 4. eccles. histo. c. 10. Verū post cōciliū Carthaginēse Tertium ecclesia, ecclesiastici quique scriptores, librū istū canonicū esse minime dubitarūt: siquidē receptus est inter canonicos à Synodo Tertia Carthaginēsi, à Synodo Florentina. atq; itē nuper à Tridētino cōcil. Eundē inter canonicos D. Augu. retulit lib. 2. de doctri. christ. c. 8. & Isidorus lib. 6. Etymolo. c. 2. adducitur ei⁹ historia à Clēmēte Alexandrino lib. 1. Stromatū. & inter canonicos refertur ab Innocētio primo ad Exuperiū Tolosanū Episcopū, vt tandē nihil sit hac de re cōtrouertendū. Contigit autē Tobiaꝝ historia, quod ex eadē apparet, in diebus Salmana

far, & Senacherib Assyriorū Regū, qui regnarūt tēporibus Ezechiæ regis Iudæ. 4. regū. c. 17. & 18. paulo post Romā cōditā: ex Eusebio Chronico. Esdraꝝ liber vnus.) Quāuis à Clemente in canonibus Apost. ca. 84. fuerit hic liber omissus: attamen apud Hebræos olim, & apud Christianos absq; vlla controuersia, conciliorum, & veterum Theologorum auctoritate in canonem fuit receptus: quod Origenes, Eusebius, Damascenus, Meliton, Innocentius primus, Hieronymus, Augustinus, Ruffinus, Isidorus, & alij palam vnanimi consensu testantur. Duo verò sunt Esdraꝝ libri apud Hebræos canonici in vnum volumen connexti. Priorem scripsit ipse Esdras de rebus gestis prius quam ex Babylone in Hierusalem accederet Neemias: posteriorē Neemias scripsit de rebus eodē tēpore gestis, & de ædificatiōe Hierusalem. ab Hebræis hi duo libri in vnum volumen coartantur: apud Græcos, & Latinos in duos libros distinguuntur: quod Hierony. adnotauit in Epistola ad Paulinū, & in prologo in Esdrā, & in præfatione in libros Regū. Dicitur autē & secundus liber Esdraꝝ, quia cōtinet res gestas sub Esdra, & Neemia. Ea verò, quæ in his libris tradūtur: cōtigitis apparet, sub Artaxerxe, cuius anno septimo claruit in Babylone Esdras. Neemias verò anno vicesimo eiusdem, quod deducitur ex cap. 7. primi Esdraꝝ. & ca. 1. Esdraꝝ secundi. Quis autem fuerit hic Artaxerxes controuertitur. Nam Iosephus lib. 11. antiqui. lo. Zonaras in primo Annalium Tomo. & Caieta. super Esdrā. exillimant, fuisse Xerxem, qui fuit filius Darij, & pater Artaxerxis, qui dictus est Lōgimanus. hanc sane opinionē ratio temporū excludit: cū cōstet ex. c. 12. & 3. atq; vltimo Esdraꝝ secundi, illū Artaxerxē, cuius tēpore fuerūt Esdras, & Neemias, regnasse annis triginta, & deniq; pluribus. Xerxes verò ex si de historicorū omnium tātum viginti regnauit annis, aut saltē eius regnū ad trigelimum annū non accessit. Ioan. Driedo. lib. 1. de dogmat. eccles. c. 2. p. 1. & lib. 3. c. 5. p. 3. post Sulpiciū Seuerū lib. 2. Sacra Histor. pbare cōiatur, hæc historiā cōtigisse sub Dario Mnemone Magno Artaxerxe post olympiada nonagesimā primā, & annū ab vrbe cōdita tricētesimū, tricēsimū octauū: tūc enim regnare coepit Artaxerxes hic Mnemō, cuius vitā Græce Plutarch⁹ scripsit. huic opinioni accedit, quod auctore Philone, Elias Sacerdos Magn⁹ fuit sub Artaxerxe magno Mnemone: idq; in chronologia fatet Io. Lucid⁹. Cōstat autē ex sacra scriptura, Esdrā, & Neemiā vixisse ad annū trigelimum, & vltiores illius Artaxerxis, sub quo sacerdos fuit Elias. Esdraꝝ. 2. c. 3. Nā & Ioseph⁹ Neemiā sub sacerdotio Elias posuit. Verū, quia Philonis scri

pra du-

Variarum Resolutionum

pra dubia multis videntur, ea fortassis ratio tēporū verior est, quæ ab Eusebio in chronico traditur. Is etenim hęc Esdræ historiã adscribit Artaxerxi, qui Lōgimanus dictus est. idē tradidere Iulius Africanus, & Eusebius libr. 8. de demonstr. euāg. c. 2. Hierony. in Daniel. c. 9. Beda. & Cōtractus in Chronicis. Io. Lucidus lib. 7. de emendar. tēpo. c. 3. Idem, ni fallor, sensit Georgius Cedrenus in Epitome, qua in re illud erit omnino obseruandū, apud Philonem, Metasthenē, ac alios, hęc nomina, Artaxerxes, Darius, Assuerus, & alia cōmunia fuisse regibus Persarum: sicut Romanorū Imperatoribus, Cæsar, Babylonij regibus, Nabuchodonosor: Aegyptiorū principibus, Pharaones. Id ipsum, & quādoq; ex sacris Biblijs deducitur, vt tandem multa hinc possint expedire intelligi, quæ alioqui difficilia censerentur. Hester liber vnus.) Rursus & de hoc libro nulla apud Hebræos, & christianos fuit vnquā controuersia: nam & ab omnibus fere auctoribus ecclesiasticis, & Synodis ecclesiæ, de quibus paulò antè mentio facta est: itē & à Clemente in canonicis Apostolorū. c. 84. in canonē fuit receptus: atq; ideo nihil opus est, vt hoc in loco immoremur. Illud tamē erit obseruandū, quod in hoc libro narratur cōtigit in diebus Assueri, vt patet Hester capi. 1. qui dictus est Magnus Artaxerxes Mnemon, auctoribus Eusebio, Beda, Hermano Cōtracto. Sulpicio Seuero libr. 2. sacræ Historiæ. Io. Lucido in chronicis, Iornande lib. de regnorū successione. & Diedo. de dogma. eccle. lib. 1. c. 2. p. 1. & lib. 3. c. 5. par. 3. quorū opinionē sequimur, quannis Iosephus lib. 11. antiq. c. 6. quem sequi videntur Ioan. Zonaras in. 1. Annali. tomo. & Caiet. in. c. primū Hester. existimet, hęc Assuerum, siue Artaxerxē fuisse Cyrum Xerxis filiū. Et Georgius Cedrenus in Epitome hanc Historiam Artaxerxi Lōgimano tribuat. Nam ex Xenophonte, Plutarcho, Eusebio, & Hermano Cōtracto constat, Artaxerxem Cognomento Mnemona filiū fuisse Darij ex Parfatide, ex qua Darius habuit duos filios, maiorē quidem natu Artaxerxem hunc Mnemona, minorē verò Cyrum nomine. Paryfatis autē fuit filia Artaxerxis, qui dictus est Lōgimanus: quæ & præter duos filios, qui de regno contenderunt, duos alios ex eodem Dario, qui Nothus dicebatur, cōcepit, & habuit, auctore Plutarcho. Etenim ex regibus Persarum primus dictus est Cyrus Cābyfis filius, cuius mētio fit. c. 1. Esdræ. itē à Iosepho, Eusebio, atq; August. de ciui. Dei. lib. 18. ca. 26. & alijs ethnicis scriptoribus, cuius educationē & institutionē Xenophon Græcè, & elegāter scripsit. Post hęc Græci, & Latini historici Cyrū minorē appellant, fratrem

huius Artaxerxis cognomēto Mnemonis, Darij Nothi, & Paryfatis filii, cuius expeditionē idē Xenophon, qui sub eo militauit, lingua Græca scribit. Cæterum quod Artaxerxes Lōgimanus dictus fuerit Cyrus, non cōstat ex probatissimis auctoribus præter Iosephū, & Zonarā. Imò Metasthenes tradit, Dariū Lōgimanū, fratrem habuisse nomine Cyrum Artabanū, qui cū eo de regno dimicauerit. Habet & ratio tēporū, quam in hac historia obseruauimus, auctorē Philonē, cuius de tēporibus breuiarium vulgo legitur lib. 14. inter Ioan. Annij Viterbiensis cōmētaria, quorū fides à multis improbatæ eo, quod ferè vetustissimorum auctorū fragmēta, vel ipse Annius confixerit, vel absq; vilo integræ fidei testimonio in publicū emiserit. Nam Ludo. Viues in Augustinū de ciui. Dei. lib. 18. c. 1. hos libellos friuolos esse dicit, & incertorū auctorū: quosq; ad stupefaciendos imperitos lectores Græcia luserit otiosa, nec esse illorū, quorū titulos præ se ostentant. Faber Stapulēsis in Aristotelem lib. 1. Polit. existimat, hęc Berosum, atq; Metasthenē, quorū fragmēta Ioā. Annij studiosis tradiderit, scriptores fictitios esse. Idē asseuerat Ioannes Vergara ecclesiæ Toletanæ canonicus, vir omnigena eruditione Græcè, & Latinè insignis in. q. 5. De reparatione tēpli Hierosolymitani. Beatus itē Rhenan^o lib. 1. rerū Germanicarū, vbi de Alemanis tractat: sed omniū, inquit, ineptissimus est Annius quidā in Berosum, auctoris fabulosi fabulosior interpretam quoties hircū mulget, iuxta Prouerbiū, hic cribū supponit. Hęc Rhenanus. cui suffragari videtur Gregorius Gyraldus de dijs gentiū Syntagmate. 4. scribēs, Ioānis Annij scripta doctrinam exoticā, & ferè superstitiosam redolere, esseq; cōmentitiā. Rursus Guilielmus Postellus in libr. de Hetruria, nō semel cōtendit, fragmenta illa, quæ Berosi nomine Ioānes Annij vulgo tradidit, verè illius esse Berosi, cuius veteres auctores maxima cum veneratione meminerunt. Sed hęc satis de fide, & auctoritate Breuiarij, quod Io. Annij Philonis titulo publicum fecit.

Judith liber vnus.) Liber hic tanquā à Canone alienus, & extraneus, omissus olim fuit ab Origene, Damasceno, Ruffino, Hieronymo. & Melitone Sardiensi: atq; item à Clemente in canonicis Apostolorum, & à Laodicensi concilio. Hi etenim auctores existimarunt, librū istum canonicū non esse: cuius tñ testimonio passim veteres Theologi vsi fuerunt. quin & Augustinus, Isidorusq; inter canonicos eum cōnumerāt: sed & ab ecclesia catholica in concilio Carthaginensi Tertio, Florētino item, & Tridentino in canonē iam est receptus: vt tandem hac de re nō sit dubitandum.

dum. Nam & Hieronymus in prologo testis est, à Nicæna Synodo in numerū sanctarū scripturarum relatū fuisse. Et eū inter canonicos refert Innocentius primus ad Exuperiū Tholosanū Episcopum. Eius verò hystoriam sub tēporibus, Nabuchdonosor Regis Assyrtorum contigisse constat: tamen si ambigū fuerit, quis sit hic Nabuchdonosor, ut ex eo sit certior ratio tēporis: & sanè illud videtur verius, hūc Regē Nabuchdonosor fuisse Cambysem, qui Cyro primo Persarum Regi successit: quiq; dictus est Artaxerxes Assuerus Priscus. Huius opinionis sunt Eusebius, & Beda in chronicis. Philon, & Ioan. Annius quos sequitur Driedo. lib. 1. & 3. de dogmatib. Eandē hystoriam Artaxerxi, qui statim post Cyrū maiore obtinuit imperiū, adscripsere. Georgius item Cedrenus in Epitome. Dario qui & Cambydes dictus est, Cyri maioris filio. Sed & Eusebiū sequutus, eandē rationē probat Hermanus Contractus. Idē ferē sensit D. August. lib. de ciuit. Dei. 18. cap. 26. qui cum meminisset Cyri primi Persarū Regis, scribit, per idē tempus etiā illa sunt gesta, quæ cōscripta sunt in libro Iudith, quem in canonē scripturarū Iudæi non recepisse dicuntur. Hæc Augustinus, qui lib. 2. de doctri. christ. c. 8. hunc librū inter canonicos non numerat, quod si auctoribus Eusebio, & Græcis historicis Cambydes non regna ait ultra sex, vel octo annos, quibus & Iosephus accedit, quo pacto poterit eidem cōuenire. hystoria Iudith, cuius cap. 1. & 2. constat, saltem tredecim annis hūc Nabuchdonosor regnasse: cui difficultati, quāuis Eusebius, & qui eius chronicon sequuntur, nō possint cōmodè satisfacere, respondunt tñ qui Philonem, & Metasthenē fuerint sequuti. Hi etenim asseuerant, Cambysem post Cyrum Maiorem annis viginti regnasse. idē ex Græcis scribit Clemens Alexandrinus lib. 1. Stromat. qui asserit, eum annis vnde viginti regnum obtinuisse. Eidem Valerius Anselmus tribuit viginti annorū principatū. Hi verò auctores, præter Clementē qui eum Cambysem nominat, qui post Cyrum maiore regnauit, hoc noīe minime vtuntur, sed Prisci Assueri. Seuerus autem Sulpi eius lib. 2. Sacre Histor. præter aliorū opinio nem, Iudith facinus tribuit Regno Artaxerxis Orbi, qui Artaxerxi Mnemoni successit. In hoc tamen Regum Persarum Catalogo est, necessario adnotandum, Græcos historicos, Eusebium item, ac Latinos quosdam potissimum dissentire à Philone, Metasthene, & alijs, quos sequuntur Driedo. & Ioā. Lucidus. Apponā hoc in loco libet utraq; chronologia: quia & ad intellectu sacre scripturæ, & veterū auctorū plurimū conducit: nec aliena est hæc obseruatio ab hoc libro, in

quo varia constitutum adnotare ad sacra Biblia, ecclesie canones, Iurisconsultorum, & Casarum responsa interpretanda.

Ex Metasthene:

CYRVS Victo, & interfecto Babyloniorum Rege Balthasare, in Persas Assyriorū transtulit imperiū, regnauitq; simul cū Dario duobus annis. Solus verò postea duobus, & viginti. Hæc Metasthenes. cui Philo addit, Darium istū fuisse filium Hystaspis. Huius Cyri mētio fit. cap. 1. Esdræ. Sed & præter Metasthenem, & Philonem Iosephus lib. 10. c. 13. tradit, Darium Astiagis filiū annū agentē sexagesimū secundum cum Cyro cognato suo Babyloniorū principatū euertisse. eum Hieronymus super Danielē sequitur. c. 5. & 6. ac passim in eisdē Commentarijs præsertim. c. 8. quo in loco scribit, hūc Dariū à Græcis dici Cyaxarem fratrem Madanes, quæ fuit filia Astiagis Medorum Regis, vxor Cambydes, & Cyri mater. idq; constat ex Xenophonte lib. 1. de Pædia Cyri: id est de educatione, aut institutiōe Cyri. & Iornade in lib. de temporū, ac Regnorū successione. Ex ipsa deniq; Danielis hystoria deducitur manifestè, hūc Dariū cum Cyro simul Babyloniam, eiusq; Regem Balthasarem cœpisse, & post eum regnasse apud Assyrios: quemadmodum obseruari poterit ex cap. 6. 9. 10. & 21. vt mirerim interim cur apud Philonem dicatur hic Darius Hystaspis: cum potius dicendus foret Darius Astiagis. Sic & à Metasthene Cyrus dicitur Patruus Prisci Artaxerxis, qui fuit huius Darij filius: & tamen Cyrus non fuit eius patruus, sed filius Madanes, quæ fuit soror Darij, atq; ita amata Artaxerxis, si is filius Darij verè fuit.

Priscus Assuerus Artaxerxes Cyro Maiori successit in regno, secundum Philonem. Hic filius fuit Darij primi, cum quo Cyrus regnauerat, obtinuitque regnum, ac regnauit viginti annis, auctore Metasthene, quæ Valerius Anselmus, Ioā. Annius, Driedo, & Ioan. Lucidus sequuntur.

Darius Longimanus filius Prisci Assueri Artaxerxis, cum fratre Cyro Artabano septem mensibus pro imperio dimicauit: quo obtento, & fratre victo illud obtinuit annis septem, & triginta. Metasthenes. Io. Annius, Driedo, & Lucidus. sed & Philo testatur, hūc Dariū Longimanū filiū fuisse Prisci Assueri, & cū fratre de imperio certasse.

Darius Nothus Darij Longimani filius annis vnde viginti regnauit post patrem auctoribus Metasthene, Valerio Anselmo, Driedo. & Lucido.

Magnus Artaxerxes Darius Mnemon post Longimanum annis quinquaginta quinque obtinuit imperium ex eisdem auctoribus.

Arta-

Variarum Resolutionum

Artaxerxes Ochus annis sex, & viginti. Metasthenes, & alij.

Artes annis quatuor, nostra ætate inquit vetustissimus auctor Metasthenes.

Darius vltimus Rex sex annis ex eisdem auctoribus, post quæ Magnus Alexander obtinuit imperium. Ex quibus constat, hos Reges imperium obtinuisse centū octuaginta, & vno annis.

Ex Græcis Historicis.

CYRVS maior Cambyfis, & Mandanes, quæ fuit filia Astyagis Medorum Regis filius, auo materno subuerso Medorū principatū, & demum Babyloniorū Rege victo Assyriorū imperium in Perfastranstulit: regnavitq; annis triginta, auctoribus Eusebio, & Hermanno Cōtracto in Chronicis. Iustino lib. 1. & Clemente Alexandrino in primo Stromat. lib. Hūc verò Cyrum fuisse primū Perfarū Regem, qui Asiæ monarchiā habuit, tradiderunt præcitati auctores, & Iosephus libro. 11. capitul. 1. Xenophon in Pædia Cyri. Hieronymus super Danielē, & Herodotus in primo.

Cambyfes Cyri filius post eum octo annis imperium obtinuit, auctoribus Herodoto, Eusebio, & Hermanno Contracto. quibus ferè consentiunt Iosephus lib. 11. antiq. cap. 2. Ioan. Zonaras in primo Annali. Tomo Iornandes, & alij præter Clementem Alexandrinum, qui libr. 1. Stromat. asseuerat, hunc annis vnde viginti regnasse. Hunc verò Cyro patri successisse passim omnes Græci fatentur Iustinus item, & Hieronymus, eumque fuisse Cyri filium scripsere Plato lib. 1. de legibus & Thucydides libr. primo.

Magi duo fratres post hunc septem mensibus regnarunt, auctoribus Eusebio, & Contracto. Horum Iustinus libr. 1. & pleriq; alij meminerunt, quorum D. Hieronymus super Daniele m. ca. 11. mentionem fecit scribens, post Cambysem regnasse Smerdem Magum, qui Pantampen filiam Cambyfis duxit vxorē: quo occiso eandem filiā Cambyfis nupsisse Dario, qui statim suscepit imperiū & ex ea genuit filiū, qui dictus est Xerxes ille Magnus. Herodotus verò libr. 7. asseuerat, Xerxem fuisse filium Darij, & Atossæ, quæ fuit filia Cyri Maioris. idem sensit Iustinus libr. primo.

Darius Imperium habuit annis triginta sex, auctoribus Eusebio, Herodoto, & Contracto. auctore verò Clemente Alexandrino lib. 1. Stromat. annis quadraginta sex. idem Iornandes scribit. Fuit hic Darius filius Histaspis, vt idem Herodotus, Clemens, Eusebius, Contractus, & Iustinus lib. 1. Iosephus libr. 11. ca. 3. commemorant. idem tradit Ioan. Zonaras. fuisse inquam hunc Darium fi-

lium Histaspis, & Magis successisse. Frequenter etem apud auctores Darius hic Histaspis à patre dicitur. Nā & eo tempore, quo regnavit. hoc nomē obtinuit, seq; ipse ita nominabat: sicuti constat ex Laertio in Heraclito. Sed & Plato lib. 1. de legibus obseruauit, hūc Dariū non fuisse Regis filiū.

Xerxes Darij filius annis viginti regnavit, secundū Eusebiū, Contractū, Herodotū, Diodorū Siculum lib. 11. Iornandē, & alios præter Clementem Alexandrinū, qui viginti sex annis Xerxem regnasse asseuerat. & Ioan. Zonarā, qui eidē tribuit principatū annorū ferè nouē, & viginti. Huius Xerxis meminere Iosephus lib. 11. c. 5. & Iustinus libr. 2. qui tradit, cum fratre Artamene eū de regno cōtrouertisse, ex eo, q̄ licet Artamenes foret natu maior, Dario tamē priuato natus fuerat: Xerxes aut postquam Darius regnum habuerat. Eandē historiā refert Herodotus libr. 7. qui filiū natu maiorē Artabazanē nominat. atq; hæc fortassis est illa cōtrouersia, quam Metasthenes, & Philon Longimano adscribūt. Hunc Xerxē fuisse Darij filiū Plato testatur libr. 1. de legib. qui & in Gorgia scribit, hunc Xerxem in Græcos exercitum duxisse, eiusq; patrē Darium in Scythas. Idem in Epitaphio primum Perfarum Monarcham cōmemorat Cyrum; secundū Cambysem eius filium, tertium Darium: eosdemq; Perfarum Reges, eodem ordine, & post eos quartum Xerxem libr. 1. de legibus repetit. Huius regis meminit & Diuus Hieronymus in Daniele m. capit. 11. qui Danielis locum de hoc Xerxe intellexit, dū illic scriptum est, & ecce tres adhuc Reges stabūt in Perfide, & quartus ditabitur opibus nimijis super omnes, & cum inualuerit diuitij: suis concitabit omnes aduersus regnum Græciæ. Est etenim hic, Xerxes ille Græciæ, & totius Europæ terror. Artabanus Xerxis præfectus eo occiso regnū inuasit. Et id obtinuit septem mensibus. Eusebius, Iustinus libr. 3. & alij.

Artaxerxes septimus Perfarū Rex annis quadraginta regnavit. Eusebius, Hermanus Contractus, Diodorus Sículus. libro. 11. & Iornandes. aut vno, & quadraginta ex Clemente Alexandrino. Dicitur est Longimanus, fuitq; Xerxis filius. Plutarchus in Artaxerxe. Eiusdem meminere asseuerantes, eum filium fuisse Xerxis Iustinus libr. 3. Diodorus Sículus lib. 11. & Iosephus lib. 11. cap. 6. qui & illud addit, hunc dictum fuisse: Cyrum, quod & Zonaras in primo Annalium tomō scribit. Sed & idem Iosephus libr. 1. contra Appionē asseuerat, Artaxerxem Xerxi successisse in imperio. cuius testimonium referunt Eusebius libr. eccles. histo. 3. ca. 10. & Nicēphorus lib. 2. capit. 18.

Xerxes huius nominis Secundus, octauus Perfarum

larum Rex habuit, & obtinuit imperiū duobus mensibus ex Eusebio in Chronicis, & Iornande. Sogdianus Nonus Persarum Rex, nouem mē sibus regnat, auctore ipso Eusebio.

Darius Cognomento Nothus decimus Persarū Rex regnavit annis vnde uiginti: quem admodum Alexandrinus existimat, eum regnasse annis Eusebius, & Contractus opinantur. Clemens verò octo. huius regis, & sequentium vsq; ad Magnū Alexandrū meminit Tertullianus in libr. aduersus Iudæos. c. de passiōe Christi ab eius primo antio deducens Danielis Hebdomadas: vt, quod à Daniele scriptum est cap. 9. in primo anno sub Dario filio Assueri ex semine Medorum: de hoc Dario sic auctore Tertulliano intelligendū: quod à diui Hierōny mi interpretatiōe omnino est alienum: etenim is hæc verba Danielis intellexit. de Dario Medo, qui cum Cyro primo Assyriorum puerit imperium. Sed & de initio adsumēdo ad Danielis Hebdomadas præter Hieronymum, & Eusebium lib. 8. de demonstratiōe Euangelicæ. ca. 2. legendi sunt Ioan. Zonaras in primo Anналиum Tomo. Petrus Galati. c. 14. lib. 4. & 15. Ioan. Driedo de dogmatib. ecclesi. libr. 3. capi. 5. quartæ eius parte. & Ioann. Lucidus libr. 7. de emendatiōe tempo. capit. 3. Hunc verò Darium Nothum, si- lium fuisse Artaxerxis Longimani præter alios & Thucydides fateri videtur libr. 8. Et Paulanias id expressim asseuerat posteriori Eliacorū. Scribit & Squerus Sulpitius libro. 2. Sacræ Historiæ, hunc Darium regnasse annis vnde uiginti, dictūq; fuisse Ochum: quo tamē in loco, vt & passim, auctor is menda non caret: vbiq; enim: Nothum: legendum esse censeo.

Artaxerxes Cognomento Mnemon Darij, & Parisatis filius annis quadraginta Persarum imperium habuit, secundum Eusebium, Contractū, & Tertullianum in dict. ca. de passione Christi. Iornandem, & alios. At Clemens Alexandrinus eum scribit regnasse annis duobus, & quadraginta. Plutarcho verò auctore, qui eius vitam Græcè scripsit, regnavit annis sexaginta duobus. Sed & eius meminisse videtur Iosephus libr. 11. capit. 7.

Artaxerxes Ochus patri successit, sexque, & vigintri annis regnavit, auctore Eusebio, & Contracto. Tertullianus verò scribit. Deinde Rex Ochus, qui & Cyrus regnavit annis quatuor, & vigintri. huius itē meminere Iustinus lib. 10. & Plutarcho in Artaxerxe, fuitq; duodecim^o Persarū Rex.

Artes Ochis filius decimustertius Persarū Rex regnavit annis quatuor, secundum Eusebium, Iornandem, & Contractū. Clemens Alexandrinus cum Persidos Regum ordinē, & successiōe scriberet, post Artaxerxem Mnemona inquit. Ar-

ses, vel Ochus tres annos, omisitq; Artaxerxem Ochum, cuius filium Arsem fuisse constat: ex Ariano lib. 2. Tertullianus autem ita scribit. Argus anno vno. tractans de hoc Rege: vnde fortassis legendum Artes anno vno.

Darius Arsani filius decimusquartus Persarum Rex, & is quidem vltimus regnavit annis sex, auctore Eusebio, Iornande, & Contracto. Huius meminere Plutarchus, Arrianus, Q. Curtius, & oēs, qui res Alexandri Magni memoriz tradiderūt. Nā & ab ipso Alexandro Darius hic vietus fuit, imperioq; priuatus. Præter hoc & Darij Iosephus meminit lib. 11. capi. 7. & 8. de quo Tertullianus scribit. Darius Melas nominatus annis duobus, & vigintri. Constat verò iuxta hanc Regum, & temporis rationem Persarum in Asia imperium ex ducentis ac triginta annis. Eandem temporis rationem, vt ipsē opinor, ex Eusebio Adon adsumpsit, & sequutus est.

Ex his poterit Lector obseruare, maximum esse discrimen inter Græcorum non tantum historicorū, sed & Theologorū Chronologiam, & eā, quæ ex Metasthene, ac Philone à Driedonio, Annio, & Lucido traditur. Verum apud me maxima est Platonis fides, qui nec de re admodum sibi incognita, nec insigniter antiqua, quod paulo antè ex eo retulim^o, scripsit: vt interim missos faciam eius ætatis auctores: quippe qui tacti æstimationem Platonis testimoniū, vt in multorū loco propter eius integritatem illum citare, decreuerim: quo sit satis esse dubiam eam opinionem, quam in connumerandis Persarum Regibus ex Philone, & Metasthene quidam sequuti fuerunt.

Machabæorum libri duo.) Horum primum Hebraicū legi, secundū verò Græcū testis est Hieronymus in Prologo Galeato. vtrq; omittitur à Melitōne Sardiensi apud Eusebiū de hist. eccles. lib. 4. c. 26. & Nicephorū lib. 4. c. 10. Diuus Aug. de ciuij. Dei. lib. 18. ca. 36. de his libris ita scribit, in quibus sunt & Machabæorū libri, quos nō Iudæi, sed ecclesia pro canonicis habet: ppter quorūdā martyrum passiōes vehemētes, atq; mirabiles, qui anteq̃ Chrus venisset in carnē vsq; ad mortē pro lege Dei certauerūt, & mala grauissima, atq; horribilia pertulerūt: Hæc Augustinus. Origenes apud Eusebiū lib. 6. eccles. hist. c. 25. & Nicephorū lib. 5. ca. 16. cū libros veteris testamēti ex canone Hebræorū numerasset, inquit, præter hos sunt libri Machabæorū: qui apud eos inscribunt Sarbeth, Sabanael. Ab ecclesia verò, quæ in cōcilio Laodicensi fuerit hi libri omisi recepti fueret tres de reb^o Machabæorū libri, per Clemētē in canonicis Apostolorū. At duo tantum Machabæorū libri, primus. s. & secund^o, recipiūtur inter canonicos in concilio

Variarum Resolutionum

concilio Carthaginensi tertio, in concilio Florentino, & in generali Synodo Tridentina. & ab Innocentio Papaprimo ad Exuperium Tholosanum Episcopum. Sed & Isidorus libr. 6. Etymolog. c. 2. scribit, eos libros ab ecclesia receptos fuisse. idq; ipse, & Augustinus ante concil. Florentinum, & Tridentinum testati sunt. qua ratione de his duobus libris Machabæorum disputandum non est, reliqui canonici non sunt censendi. Extat & de Machabæis Iosephi liber, cuius meminit Hieronymus aduersus Pelagianos. Eius verò titulus est de imperatrice ratione: in quo graphi cè Martyrium Machabæorum Iosephus describit. Atque hæc de Machabæorum libris, quos non canonicos, sed ecclesiasticos censeat, asseuerat Ruffinus in expositione Symboli. In primo conciliorum Tomo apud Gelasium legitur hoc in loco. Machabæorū liber vnus. Sed & de duobus libris ab ecclesia receptis multa tradit Ambrosius Catharinus aduersus Cæcetanum libro. 1.

De ordine Prophetarū ex eodem Gelasio apud Burchardum.

Esaie liber vnus. Hieremiæ cum Cinoth: id est Lamentationibus suis liber vnus. Ezechielis liber vnus. Danielis liber vnus. Osee liber vnus. Amos liber vnus. Michææ liber vnus. Ioel liber vnus. Abdia liber vnus. Ionæ liber vnus. Naum liber vnus. Abachuch liber vnus. Sophonia liber vnus. Aggæi liber vnus. Zachariæ liber vnus. Malachiæ liber vnus.

Hic ordo Prophetarum eodem modo traditur in primo conciliorum Tomo ex Gelasio. Sed & idem seruatur in concilio Laodicensi, Florentino item, ac Tridentino. In canonibus Apostolorum, & in concilio Carthaginensi, apud Origenem, & Melitonem, ac deniq; apud Ruffinum in expositione Symboli tantum recipitur duodecim Prophetarum scriptura tacitis eorum nominibus, expressim tamen nominatis quatuor maioribus prophetis: Esaiæ, Hieremiæ, Ezechielis, & Danielis.

Hieremiæ cum Cinoth, id est Lamentationibus suis liber vnus.) Ab Origene liber hic ita inter Canonicos numeratur. Hieremias cum threnis, & epistola. meminit & Cinoth in prologo Galeato Hieronymus subindicās & eū librum ab Hebræis inter canonicos censeat. Danielis liber vnus.) De historia Susannæ, de

Hymno trium puerorum. De historia Draconis Belis, olim fuit equidem controuersia, an haberent parem auctoritatem cum reliquo volumine Danielis: cum & Hieronymus in Præfatione scribat, hæc tria non haberi apud Hebræos. & de Susannæ historia Origenes respondens Africano, qui ad eum scripserat, eam esse adulterinam, & à Daniele reijciendam, ostendit non illegitimam, sed germanam potius esse scripturam, quæ plurimum afferat vtilitatis, auctoribus Eusebio lib. 6. capit. 31. de eccles. histor. Nicephoro libr. quinto. capitul. 21. Suida in dictione. Africanus. Eandem Susannæ Historiam recepit, & recipendam esse censet Cyrillus in libr. 3. in Leuiticum. Verum de Hymno trium puerorum in concilio Toletano. 4. capit. 13. dicitur, eam in tota ecclesia celebrari. Deniq; de his tribus, quanuis olim non fuerint in Canone, tamen propter auctoritatem septuaginta interpretum, & sanctorum, Doctorumq; virorum, qui post Christum statim ab initio nascentis ecclesiæ vsi fuere testimonio ex huiusmodi scripturis, asseuerandum est, eas ecclesiam recepisse, vt publice legantur, non tamen vt parem habeant auctoritatem ad demonstranda ea, quæ sunt fidei, cum his libris, qui canonici dicuntur: quemadmodum Ioan. Driedo censet lib. 1. de dogmatib. eccles. parte vltima.

Baruch liber: quia non legitur apud Hebræos, teste Hieronymo in præfatione in Hieremiam, ab Origene eodem Hieronymo, Ruffino, Melitone Sardiensi, Augustino, & alijs omisso est nec palam ecclesia eum recepit vsq; ad Synodū Florentinam, quæ, & post eam Tridentina scripturam hanc receperunt. Atq; ideo non est controuertendum, an Canonica sit: cum ecclesia Catholica illam in Canonem receperit. Fuit autem Baruch Hieremiæ notarius, vt idem Hieronymus scribit. ex capit. 32. Hieremiæ. Sic deniq; Cyrillus Hierosolymitanus librorum veteris testamenti Catalogum tradens Catechesi. 4. Hieremiæ cum Baruch meminit.

Ordo librorū Noui testamenti, quos vniuersalis ecclesia obseruat: ex Gelasio apud Burchardum.

Evangeliarum libri quatuor: secundum Matthæum liber vnus. Secundum Marcum liber vnus. Secundum Lucam liber vnus. Secundum Ioannem liber vnus. Actus apostolorum. Epistolæ Pauli, numero quatuordecim. ad Romanos epistola

stola vna. ad Corinthios epistolæ duæ. ad Galatas epistola vna. ad Ephesios epistola vna. ad Philippenses epistola vna. ad Colossenses epistola vna. ad Thessalonicenses epistola vna. ad Timotheu epistolæ duæ. ad Titum epistolæ duæ. ad Philemonem epistola vna. ad Hebræos epistola vna. Apocalypsis Ioannis liber vnus. Petri Apostoli epistolæ duæ. Iacobi Apostoli epistola vna. Ioannis Apostoli epistolæ tres. Iudæ Zelotis Apostoli epistola vna.

Hęc itē litera extat ex Gelasio in primo cōcilioꝝ Tomo. Hi verò libri oēs recepti sunt & in cōcilio Carthaginēsi Tertio, in Florētino, & deinde in Tridētino. Sed & olim à Clemēte in Canonibus Apostolorū in canonem recepti fuere. oēs præter Apocalypsim. quā Clemēs omisit. Cōciliū vero Laodicenū Ioānis itē Apocalypsim omittit: recipit tñ act⁹ Apforū: qđ paulo pōst tractabim⁹. Secundum Marcum liber vnus.) Hoc euāgelium Marcū scripsisse dictate Petro, testis est Origenes apud Eusebiū lib. 6. eccles. hist. c. 25. & Nicephorū lib. 3. ca. 16. idē Eusebius hoc asserit lib. 2. c. 14. & lib. 3. c. vlt. & lib. 6. c. 13. & lib. 5. c. 8. idē lib. 3. De demonstracione euāgelica. ca. 5. Rursus Nicephorus lib. 2. ca. 45. & ca. 15. idē ex Clemēte Alexandrino lib. 4. c. 3. Nam & Petrus in ep̄la Marcū filium vocat. Saluat vos inquit, in Babylone electa, aut ecclesia, quæ in Babylone est, & Marcus filius meus. Sed & Hieronymus Marcū Petri interpretem appellat in libro de scripto. ecclesiast. & quauis teste Hieronymo in ep̄la ad Edibiam q. 3. olim à quibusdā non fuerit receptū vltimum caput huius euāgelij, ecclesia tñ illud, sicut & alia vt canonicū recepit: nec est hac de re dubitandū, siqdē ab scriptorib⁹ ecclesiasticis Latinis, & Græcis inter canonicas scripturas cōnumerat. Quod aduersus Caietanū lib. 1. tradit Amb. Catharin⁹. Secundum Lucam liber vnus.) Scribit Eusebius lib. 3. c. 24. eccles. histo. Lucam hoc Euāgelium scripsisse adiutū colloquio, conuictu, & familiari cōsuetudine Pauli, cæterorūq; Apostolorū. idē tradit Nicephor⁹ lib. 2. c. 45. sed & Origenes paulo antē citat⁹ apud eosdē asseuerat, hoc euāgelium à Paulo laudatū fuisse, idq; Paulū gentibus scribi curauisse: vt tandē verē idem Nicephorus scripserit. in. d. ca. 45. Lucam euāgelium iussu Pauli cōposuisse Sed & Pauli ministrū Lucam appellat Irenæus apud Eusebium lib. 5. eccles. hist. cap. 8. Secundum Ioannem liber vnus.) Hoc euāgelium Ioānes Apostol⁹ scripsit ea ex causa, quod

publicatis triū Euangelistarū libris, quos, & ipse Ioannes recipiendos esse cēluit, fidē illis veritatis attestatus: desiderari, tñ in eis quædā dixit, quæ Saluator noster initio prædicatiōis gessisset. Etenim tres illi res tantūmodo Christi à vinculis Ioānis exorli multa omiserunt, quæ Ioānis vincula præcesserūt: quæ tñ in euāgelium suū Ioannes retulit secundū Eusebiū lib. 3. eccles. hist. c. 24. & Nicephorū lib. 2. ca. 45. Et præterea quia Ioānes animaduertisset, quod ab aliis in euāgelij corpora lia satis essent exposita, diuino spiritu vehementius agitata spiritualia, & quæ Theologiæ, atq; diuinitatis ppria sunt, accuratē protulit, & suum euāgelium cōposuit. Quod ex Clemēte Alexandrino adnotarūt Nicephorus lib. 4. c. 33. & Eusebius lib. 6. ca. 13. idem ipse scripserat lib. 3. c. 24. Deniq; hoc euāgelium scriptū fuit ad euerdā Ebionitarum, & Cerinthiorum hæreses: quarum passim veteres Theologi meminere. idque Hieronymus tradit in ipsius Ioannis vita. cōmemorat Nicephorus lib. 10. hist. eccles. capi. 33. tempore Iuliani Imperatoris in specu quodam sub templi Hierosolymitani fundamentis librum Euāgelij secundū Ioannem iouētum fuisse. Cæterū de historia mulieris adulteræ, quæ cap. 8. Ioannis traditur, dubitarunt olim quidā, auctore Hieronymo dialog. 2. aduersus Pelagianos, ex eo quod in plerisq; exēplaribus Græcis ea non cōtineretur. Ecclesia tamen caput hoc Ioannis, & historiā istam pari auctoritate, vt & alia ipsius Euāgelij capita recepit. Nam & Ambrosi⁹ in epistola ad Studiū, semper in ecclesia decantata fuisse testat. Quod fit vt audacter nūnis Caietanus asseuerauerit nō esse authenticam primam partem capituli octauū apud Ioannē, nec eiusdem authoritatis, cuius & reliquum euāgelium. Cui Synodus Tridentina refragatur.

Ad Hebræos Epistola vna.) Hanc epistolam canonicā esse, & ab eodem Apostolo Paulo scriptā fuisse, cōstat testimonio ecclesiæ, & summorum Pontificum: Hoc etenim titulo, & nomine inter Canonicos libros adnumeratur in canonibus Apostolorū: in cōcilio Laodiceno, Carthaginensi Tertio, Florentino, & Tridentino. ab Innocentio Papa Primo, ad Exuperiū Tolosanū Episcopū. à Gelasio primo, cuius respōsum interpretamur. & Gregor. Nazanzeno in eo carmine, quod d̄ libris sacris scripsit. Et à Cyrillo Hierosolymitano catechesi. 4. Eādem epistolam à Paulo scriptā fuisse, & à Luca ex Hebræo in Græcam linguam translata: testis est, Clemens Alexandrinus apud Eusebium lib. 6. histo. ecclesi. c. 14. & Nicephorū lib. 4. cap. 33. Origenes item, quāuis de autore primū dubitauerit, faret tñ, eius

D epistolæ

Variarum Resolutionum

epistolæ sententias Pauli Apostoli esse, & merito: noa equidē frustra, nec temerē veteres eā Paulo adscripsisse. Et subdit vel à Clemente primo Pontifice, vel à Luca ex Pauli Apostoli dictis eā editam, ac trāscriptā esse: sicuti ex eodē Origene referunt Eusebius lib. 6. eccles. hist. cap. 25. & Nicephorus lib. 5. ca. 16. idē verō Eusebius lib. 3. cap. 37, & Nicephorus lib. 2. ca. vlt. ex testimonio Clementis Papæ primī hanc ad Hebræos epistolā Pauli Apostoli esse cēsent. Idem censura Parisiensis ex Damasceno, Athanasio, Chrysostomo, Theophylacto, & Isidoro probat: quemadmodū traditur à Claudio Guillando super eandē epistolā. Et ab Ambrosio Catharino libr. 1. cōtra Caietanū. Nec ipse video, qua rōne absq; temerariæ, & suspectæ opinionis labe post tot Cōcilia, tot Theologorū Decreta, & sententijs dubitare quis possit, an hæc epistola Canonica sit, & an eius auctor fuerit Diuus Paulus: vt dubitat Caieta. scribens, non posse ex huius epistolæ auctoritate diffiniri, si quod dubiū in fide Catholica emerferit: quod temerariū est, licet olim dubitauerit Hieronymus, & Caius quidā negauerit, eā esse Pauli: vt cōmemorat Nicephorus lib. 4. cap. 34. post Eusebiū lib. 6. cap. 21. quo teste libr. 3. capit. 3. & alij olim dubitarunt de huius epistolæ auctore.

Apocalypsis Ioannis liber vnus.) Rursus, & hunc librū esse Canonicū, & ab Apostolo Ioanne scriptū, non est nunc dubitandū: siquidem ab ecclesia, hæc cōtrouersia diffinita est in concilio Carthaginēsi Tertio, Florentino, item & Tridentino, à Gelasio, & Innocētio summis Pōtificibus, vt impiū sit hac de re dubitare. Nam & in cōcilio Toletano Quarto. cap. 16. ex cōicationis poena indicitur ei, qui hunc librū, eiusq; auctoritatē nō receperit: præmittiturq; ibidem præscriptum esse à multis concilijs, & summorū Pontificū decretis librum istum Ioānis esse Apostoli: & quāuis olim fuerit hac de re à quibusdā dubitatum: inēmpē à Dionysio Alexandrino Episcopo, auctoribus Eusebio eccles. hist. lib. 7. c. 25. & Nicephoro lib. 6. c. 22. & seq. tamē idē Eusebius lib. 6. c. 25. & Nicephorus lib. 5. ca. 16. ex Origenis testimonio, & ex Irenæo Eusebius lib. 3. c. 18. & Nicephorus lib. 3. ca. 9. ex Iustino Martyre in dialogo cū Tryphone Iudæo, Eusebius lib. 4. ca. 8. & Nicephorus lib. 3. hūc librū esse Ioānis Apostoli cōstāter asseuerant. idē scripserat Eusebius lib. 3. c. 24. tametsi meminerit cōtrouersia, quæ tūc tractabat de eiusdē libri auctore, & auctoritate. Ruffinus itē in expositione Symboli. Isidorus, & plerique alij cōm ecclesiæ diffinitionē, ac traditionē sequuti librū istū inter Canonicos adnumerant. & Hieronymus de scripto. eccles. tradit, Ioannē Apostolū sub Domitia

ni persequutione in insulā Pathmum relegatum Apocalypsim scripsisse. idem tradidere Eusebius in Chronicis, & lib. 3. eccles. hist. c. 18. & Nicephorus. c. 9. vt mirū non sit, Clementē Papam huius libri in Canonibus Apostolorum nō meminisse: quum & is eo tēpore summū Pontificatū Romæ obtineret: & fortassis nullam eius habuerit cognitionē. Obijt em̄ Clemēs eo tēpore, quo Traianus Cæsar imperare cœpit. meminit tñ Clemēs euangelij Ioānis, quod is Ephesi multō antē Apocalypsim scripserat. Conciliū autē Laodicenū etiam omisit Apocalypsim: sed nō est modō de ea re disputandū: cū sit satis librū istū, & olim, & hodie ab ecclesia inter Canonicos receptum fuisse.

Petri Apostoli epistolæ duæ.) De priorī nulla vnq; fuit cōtrouersia: de posteriori verō anceps apud veteres fuit opinio, secundū Eusebiū libr. 3. cap. 3. & ca. 25. & Nicephorū lib. 2. cap. vlt. & Hierony. de scripto. eccles. Origenem etiā, qui quidē auctores nihilominus eam Canonicā esse, & à Petro scriptā existimarūt. idq; modō dubiū nō est, nec de ea re iure potuit olim dubitari. Nam & à Clementē Papa primo, ab Innocētio, Gelasio, à cōcilio Laodicensi, Carthaginēsi, ac Tridentino, Petri Epſe duæ ei⁹ esse, & canonicæ censent. idē Isidorus, August. Ruffinus, alijq; veteres Theologi fatent. Jacobi Apostoli Epistola vna.) Rursus & de hac non est dubitandum: ab eisdem etenim Pontificibus, Concilijs, & auctoribus inter Canonicas titulo Jacobi numeratur: licet olim fuerit controuersum: testibus Eusebio, Nicephoro, & Hieronymo.

Ioannis Apostoli Epistolæ tres.) Hæc tres Ioannis Apostoli Epistolæ à Clementē Primo, Innocētio, Gelasio, & concilijs omnibus, & Theologis, quorum paulō antē meminimus, in Canonem receptæ fuere: licet de Secūda, & Tertia fuerit olim controuersia auctoribus Eusebio libr. 3. capitu. 24. & 25. Nicephoro, & alijs modo citatis, ac Hieronymo in libr. de scriptori. eccles. qui hac de re ex auctoritate Papæ dubitauit.

Iudæ Apostoli Epistola vna.) Hæc & in Canonem ab initio ecclesiæ à Clemente, & alijs, vt & reliquæ, recepta fuit: etiam si de ea fuerit dubitatum: vt Eusebius, Nicephorus, & Hieronymus testātur. Verū de Epistolis Canonicis, & Apocalypsi Nicephorus in diſt. capit. vlti. inquit. Sed enim libri hi, tametsi cōtrouersi ab antiquis sint habiti, postea tamen in omnibus, quæ sub cœlo sunt ecclesijs, auctoritatem sacrosanctam, & irrefragabilem obtinuerunt, & tanquam principia, & elementa pietatis nostræ sempiterna permanferūt. Hæc Nicephorus: de Apocalypsi, & de duabus Ioannis Epistolis adijciens, memoret alterius Ioannis,

Ioannis, qui post Apostolum Ephesinæ ecclesiæ præ fuit: eius igitur presbyteri ecclesiæ Ephesinorum Secundam, & Tertiam Epistolam, & Apocalypum in super nonnulli esse somniarunt.

Ex Gelasio.

P O S T propheticas, & Enangelicas, atque Apostolicas scripturas, quibus ecclesia Catholica per gratiã Dei fundata est, etiam illud intimãdum putauimus, quòd quanuis vniuersæ per orbem diffusæ Catholicæ ecclesiæ vnus thalamus Christi sit, sancta tamen Romana, & Apostolica ecclesia nullis Synodicis constitutis cæteris ecclesiis prælata est, sed Euangelica voce domini saluatoris nostri Primatum obtinuit. Tu es Petrus, inquit, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam, & tibi dabo clauēs regni cœlorum. Et quæcũque ligaueris super terram, erunt ligata & in cœlo. Cui data est etiam societas Beatissimi Pauli Apostoli vasis electionis, qui non diuerso, sicut hæretici garrunt, sed vno tempore, vno eodẽque die, gloriosa morte cum Petro in vbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiã Christo domino consecrãrunt, hancque omnibus vr̄bibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo Prima Petri Apostoli sedes Romana ecclesia non habens maculam, nec rugam, nec aliquid huiusmodi. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati Petri nomine à Marco eius discipulo, & Euangelista consecrata est, ipseque à Petro Apostolo in Aegyptum directus verbum veritatis prædicauit, & gloriosum consummauit martyrium. Tertia verò Sedes apud Antiochiam eiusdem Beatissimi Petri nomine habetur honorabilis eo, quòd illic priusquam Romam venisset, habitauit, & illic primum nomen Christianorum no-

uellæ gentis exortum est.

Quibus ecclesia Catholica fundata est.) Id est quibus scripturis, quas semel catholica ecclesia diuinas, & Canonicas esse declarauit, denunciãuit, ac diffiniuit per spiritus Sancti gratiam, eadem ecclesia vtitur ad probandum probatione irrefragabili ea, quæ ad fidem, ac religionem Christianam attinent, & ad evertenda, quæ hæretici quotidie aduersus Catholicam vniõnẽ, eiusque Canones, ac Decreta comminiscuntur: sicuti explicuimus in huius capituli initio. Hac etenim ratione diuinæ scripturæ propter irrefragabilem, ac sacrosanctam auctoritatem principia, atque elementa pietatis, ac religionis nostræ diuini iure optimo poterunt, ac dicuntur à Nicephoro Græco ecclesiasticæ historię auctore libr. 2. capite vltimo.

Vnus thalamus Christi sit.) Ecclesia igitur Catholica dicitur, id est vniuersalis: quod pro tendat paluites suos in quolibet loca, & tempora, cõtinuata sub vno duce inuisibili Deo, in vniuersitate fidei, & religionis, quæ quidem societas in orbem semper fuit, & erit vsq; in consummationem seculi. Matth. capi. 14. prædicabitur euangeliũ regni in vniuerso orbe in testimoniũ omnibus gentibus. & tunc veniet consummatio. idem probatur Lucæ cap. 24. & Actor. cap. 1. erit enim, & fuit Catholica, & vniuersalis ecclesiæ per totum orbem, omnesque gentes diffusæ vnus thalamus Christi. Vna inquam fides, vnũ baptisma, vnus Deus, vnum caput Christus. Ex quo totum corpus compactum, & connexum per omnem iuncturam sub ministrationsis secundum operationem in mensura vniuscuiusque membri augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate: teste Paulo ad Ephes. c. 4. Deinde manifestum est, & veteris, & noui testamenti nam, eandemque ecclesiam esse fundatam super fundamentum prophetarum, & Apostolorũ, hoc est Christum, qui vtriusque testamenti, & vtriusque populi fundamentũ est, & lapis ille angularis, quo vterque populus connectitur: iuxta Psalmistam. Psal. 117. Cæterum vbi Christus de audieda ecclesia præcipit, vel patres post apostolos de auctoritate ecclesiæ disserunt, ecclesia considerãda est, vt complectitur omnes, qui habent communionem fidei, doctrinæ, & aliorum, quæ his adhærēt ex vniõne per fidẽ, per quam omnes fideles sunt grex sub vno pastore: vt sit iuxta hunc sensum ecclesia populus in vnam professionem fidei coherens, saltem secundum vniõnem professionis, & visibilem quandam Christianæ fidei formam: in quo cœtu & bonos, & malos dicimus esse permixtos,

D 2

Variarum Resolutionum

mixtos, qui & si non sint colligati omnes vnitate spiritus, & vinculo charitatis, colligati tamen sunt secundum vnionem vnus signaculi fidei, & corporaliter coniuncti secundum visibilia pietatis sacramenta. Hanc etenim ecclesiam, quæ audienda est, & cuius auctoritas sequenda, nobis oportet esse cognoscibilem, atque adeo visibilem. Hæc denique est illa ecclesia quæ apud Matthæum capit. 13. comparatur sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti: & apud eundem decem virginibus cap. 25. è quibus quinque erant fatuæ, & quinque prudentes. Sunt ergo mali in ecclesia Dei non secus, quam palea in frumeto ex Augustino in lib. de baptismo. cap. est vnitas. de consecrat. distin. 4. eodem Augustino de fide ad Petrum. capi. 4. repetitque idem auctor hanc sententiam, quam de ecclesia adscripsimus sæpè aduersus Donatistas. & in lib. de vera relig. cap. 6. & præcipue in libr. vno. contra epistolam Petilianæ de ecclesiæ vnitate. Synodus etiam Constantiensis aduersus Ioannis Hus errores, Sessione. 15. diffiniuit, bonos, & malos, peccatores, ac iustos ad ecclesiam, eiusque vnionem, quæ fide constat, pertinere: sed & Synodus Tridentina, sessione. 6. cap. 15. & can. 28. contra Lutheranorum hæreses, pronunciauit, per peccatum mortale fidem non amitti, eamque tunc, quâuis mortua sit, nec viua dici possit, veram tamen esse fidem, quæ sufficiat, vt quis dici verè possit Christianus. qua de re ex Iunioribus tractauere Alfonso Castro libr. de hæresibus. verb. ecclesia. Dominic. Soto libr. 2. De natura, & gratia. capi. 7. & 8. præter hoc concilium Colonienſe in expositione Symboli. Primatum obtinuit.) Probat Gelasius Petri, & Romanorum pontificum. qui ei succedunt, primatum ex diuina institutione vim obtinuiffe: non equidem humanis constitutionibus: id verò deducit ex verbis Christi Iesu apud Matthæum. capit. 16. idem Nicæna sacrosancta Synodus in præfatione asseuerat. Quæ quidem assertio Catholica est multisque aduersus hæreticos testimoniis sacra, ac diuinæ scripturæ, conciliorum, veterumque Theologorum auctoritate stabilitur, ac defenditur à Joanne Rosense contra Lutherum articul. 25. Ioanne Ecchio in eo libro, quem de primatu Petri diligentissimè scripsit. ab Alfonso de Castro in lib. de hæresibus. dictione. Papa. à Remundo Ruso in defensione contra Carolum Molinæum. Extat hac de re diffinitio Constantiensis concilij, Sessione. 8. & concilij Florentini sub Eugenio quarto. vt tandem hæreticum sit contrarium asseuerare. Anacletus Pontifex Romanus, qui post Linum Petro successit in epistola. 3. ad omnes Episcopos. eandem assertionem tradit, a-

pubd Gratianum. 22. distin. quam hoc in loco exponit Gelasius. Eusebius libr. eccles. histo. 2. cap. 14. Petrum appellat τῶν ἀποστόλων ἀποστόλων ἀρχηγόν. id est omnium Apostolorum principem. Nicephorus libro. 2. capi. 14. scribit, Petrum τὰ πρωτία. κατὰ πάντων τῶν ἀποστόλων ἰσχυρότα θύοι. id est, primas inter Apostolos consequutum: vt interpretatur Ioannes Langius, aut, quod parum differt. Petrum in omnes Apostolos primatum à Deo habentem. τὰ πρωτία. Latine quidem rectè primatum dicere possumus: quemadmodum & primas, aut secundas dicimus aliquem obtinere subintelligentes partes. Plinius libro. 13. capi. 12. inquit. Primatum mutauit Cæsar. Marcus Varro libr. primo. de re rustica. capi. 7. alij dant primatum bonis pratis. quibus in locis, & aliis, quæ missa facio, primatus apud Latinos dicitur Primi, summi que loci authoritas. Græcè itidem primatus *πρωβία* plurali numero dicitur. Nam apud Demosthenem in oratione pro Phormione. *πρωβίον* dicitur legatum, quod pater maximo, aut maiori filio dedit. Et in oratione in Boetium pro iure præcipuo maioris filij idem Demosthenes accepit. apud Suidam *λαμβάνει βασιλείαν κατὰ πρωβίον* est equidem regnum adsequi iure primogenij, & maiora tus. Est denique *πρωβίον* ius prælationis, quod ratione maioris ætatis, aut senectutis, primi, aut summi loci alicui defertur. Plutarchus in eo libro, quem scripsit, vtum seni sit gerenda res publica: delationem honoris, quæ ratione temporis, aut ætatis, vel ab ipso tempore datur, appellari dixit *πρωβίον* à multis, sed ppius ac veri dicit *πρωβίον*. in canonibus verò, vt dixi, plurali numero adsumitur hæc dictio, vt significet, prælationem, prærogatiuam, aut priuilegia, que iure summi, primi que loci, vel in prouincijs, vel in toto orbe ecclesiasticis principibus conceduntur, aut diuinitus esse cõcessa probatur à summis Pontificibus, vel Synodis vniuersalibus. in concilio Nicæno ca. 6. Græcè τὰ πρωβία. ecclesiæ Antiochenæ, & aliarum, quæ in prouincijs primum locum obtinet, dicuntur, quæ apud Gratianum. 65. dist. cap. mos antiquus. priuilegia Latine appellatur. Quod parum refert, inodo priuilegia illa intelligas, quæ ad prælationem primatum pertinent. Nam de his canon agit: atque ideo Remundus Rufus verè existimat, potuisse commodè ex Græco canone verti primatum. Sed & idem Rufus admonet legendum esse apud Gratianum. Mos antiquus perduret. imperandi modo: quum ex Græco codice concilium iubeat, consuetudines antiquas valere, vim suam, & robur habere: nec tantum Imores narret, sed etiam probet. ita enim scriptum est. τὰ ἀρχαία ἴθι κρατίζω. id est antiquæ cõsuetudines perdurent.

durent. Concilium etiam Constantinopolitanum cap. 3. censuit, post Romanam ecclesiam, Constantinopolitanam *τὴν πρῶτον τῶν τῶν*, id est, prælationem honoris, habere, aut primatum. Græca enim distinctione de primatu Constantinopolitanæ ecclesiæ tractantes etiam vbi fuerit Sozomenes lib. 7. ecclesiæ. histo. cap. 9. & Nicephorus lib. 12. cap. 11. & Socrates lib. 5. cap. 8. Etenim sicuti diuinitus Romana ecclesiæ, eiusque Pontifex in toto orbe primatum obtinet; ita & cōcessione ipsius, vel conciliorum canonibus, aliquot episcopi, aut Pontifices in prouinciis primatum in alios. Episcopos obtinuerunt: vt tādē similitudo Primatum, Patriarcharū, aut Archiepiscoporum cū Romano pontifice in hoc tantum detur, quod quemadmodū in omnes totius orbis Episcopos summus ecclesiæ Romanæ præsul primatum à Deo obtinuit, vt Petri successor, ita & primates in prouinciis erga Episcopos alios ius prælationis obtineat. Non est tamen concedenda similitudo in radice, & auctoritate huius prælationis, nec in ipsius maiestate, aut extensione, siquidem primatus Papæ competit ex diuina institutione, & in totum Christianum orbem prætenditur, ac vires habet: Primatus verò aliorum Pontificum iure humano: & in prouinciæ tantum Episcopos, aut regionis prælatos conceditur: ex quo poterit lector expendere veram interpretationem Nicæni concilij in dict. capi. Mos antiquus. Sed vno tempore, vno eodemque die.)

2 Vltimo Neronis anno ipse Caesar primam in Christiano persecutionem molitur, in qua Romæ eius iussu Petrus, & Paulus, ille crucifixus pedibus in sublime eleuatis, & capite in terram verso, hic gladio mortem martyrio subierunt: teste Eusebio in chroniciis, cui & Hermianus Contractus, Platina, & alij accessere. Sed hoc ecclesiæ principis eodem tempore martyrio fuisse perfunctos ex testimonio Dionysij Corinthiorum episcopi probat Eusebius lib. 2. histor. eccles. cap. penult. & post eum Nicephorus lib. 2. cap. 37. qui cap. præcedenti scripserat, hoc illustre martyrium eodem tempore, eodemque die contigisse. Id ipsum Eusebius, & Platina sentire videntur, Sed & præter Gelasium & Nicænam Synodum in præfatione Diuus Hieronymus de scriptorib. eccles. commemorat, Paulum decimoquarto Neroni anno, eodē die, quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatum fuisse, anno post passionem Domini tricesimo septimo. Ex quibus deducitur Petrum, & Paulum occisos, & martyrio coronatos fuisse Anno à natiuitate Domini septuagesimo. Quod Eusebius, Contractus, & alij fatentur. Sed & Ioannes Zonaras in Nerone tradit

quosdam existimasse, hoc martyrium eodē tempore contigisse: alios verò eodem die, sed anno diuerso. Nam & Abdias Apostolicæ Historiæ lib. 2. scribit Paulum passum fuisse Tertio Calendas Iulias, duobus à passione Petri elapsis annis. Georgias vero Cedrenus in annalium Epitome, eadē die, qua Petrus fuit occisus, Paulū Martyrio coronatum fuisse, vno tamen anno post Petri mortem. Dedic verò huius Martyrij præclarissimi, præstat nobis irrefragabile testimonij ecclesiastica traditio, quæ probat, id contigisse Romæ Tertio Calendas Iulias: id est, vicesimanona die Iunij. Nam & ecclesiæ Catholica hoc die horum Apostolorum commemorat martyrium. Extat hac de re inter alia, quæ de rebus ecclesiasticis tractantur, Græcæ linguæ fragmentum quoddam, vbi Apostolorum Petri, & Pauli mors describitur diei quintæ Panemi mensis, quæ scilicet apud Romanos dicitur esse Tertio Calendas Iulias: annus verò numeratur tricesimus sextus à Iesu redemptoris nostri passione. Mensis tamen Panemus apud Macedonas idem est qui apud Romanos Iulius, auctore Suida: cui suffragantur Eusebius lib. 8. eccles. histor. Euagrius lib. quarto. capi. primo. Nicephorus lib. 7. capit. primo. & Antelmus lib. secundo. de imagine mundi capit. 6. Vt tandem hac ratione obseruata quinta dies Panemi mensis esset quinta dies Iulij, non vicesimanona Iunij. Verum illud est adnotandum, menses, quibus Macedones, Græci, & alij vtuntur, non omnino ad exactam rationem cum nostris conuenire: imò & apud ipsos, Græcos variè considerari, & adsumi. Nam cum Artemisius nostro Malo cōueniat, teste Euagrio lib. 4. histor. eccl. cap. 5. & id constat ex Suida: ex Epiphanio tamen in lib. de mensuris apparet, vicesimanoniam diem Artemisij eam esse, quæ apud nos est sextadecima Maij dies. Et Thucydides lib. 5. auctor est, mensem Artemisium eum esse apud Macedones, qui apud Athenienses sit Elaphelion: & tamen hic Februario nostro conuenit. Et ideo reprehensione non carent qui mensem mensi comparare conati sunt: quasi ad scrupulum inter se respondeant. Nec mirum erit, in eadem commemoratione huius martyrij, quam ex Græcis fragmentis obseruauimus, Panemum mensem incipere à vicesima quinta die mensis, qui apud nos dicitur Iunius: esseque eius quintam diem nostri Iunij vicesimanoniam. Comparatur verò tunc Panemus mensis Iulio, quia eius maximam pars ei conuenit, & iuxta dierum maiorem numerum respondere videatur. Sed & apud Demosthenem in oratione de corona ex epistola Philippi regis Macedonum con-

stat, à Corinthijs Panemum mensem dici eum; qui à Macedonibus Lous, ab Atheniësisibus Boedromion dicitur, qui dubio procul apud Romanos est Augustus. Rursus Plutarchus in Camillo scribit, à Bœotijs Panemū mēsem dici Iulium. Idem que Plutarchus in Aristide, nisi codex fallit, satis probat, apud eosdem Bœotios Panemū mensem adhuc septem, vel octo dies adsumere ex eo mense; qui ab Atheniësisibus Boedromion, à Romanis Augustus dicitur: siquidem vicesimam septimam diem Panemi mensis apud Bœotios, quartæ diei mensis Augusti, & Boedromionis apud Athenienses comparat. Tamen si Latinus Plutarchi interpret minus exactè rationem istam ex Græco codice deduxerit. Hinc denique vera interpretatio constat canonis vicesimi ex cōcilio Antiocheno apud Gratianum. 18. distin. capit. propter. & Iuonem Carnorenf. libro quarto. Burchardum libr. primo. capit. 44. ex vulgari etenim lectione quæ extat in Gratiano, & in concilio ex secunda editione Latina, & Græco canonum codice deducitur, diem, qui nobis est idibus Octobris: id est decimus quintus, esse apud Macedonas decimum mensis Hyperberetzi: quod Andreas Alciatus nullo adducto testimonio ad discrimen istud adnotauit libr. primo. pareg. cap. 48. In ipso verò concilio ex prima editione, & apud Burchardum dies decima quinta mēsis Hyperberetzi dicitur illa, quæ apud nos est, idibus Octobris: atque ita conuenit omnino Octobri mēsi, Hyperberetzius Macedonum mēsis apud Suidam. Ex quo in dist. canone. & capit. propter. vera lectio restituenda est; vbi mensis hic falso dicitur Hyperbericus: vt & apud Anselmum eodem fermè errore Hyperboreus. Burchardi verò liber veræ lectionis vestigium habet. Sed & Iosephus lib. 3. de antiquit. capit. 10. mensis Hyperberetzi apud Macedones meminit scribens, eum conuenire septimo Hebræorum mensi. Eiusdem meminit idem Iosephus lib. 12. de antiq. capi. 3. & lib. 2. de bello Iudæi. cap. 39. & lib. 4. capi. 7. Secunda autem sedes apud Alexandriam.) Egesippus inter scriptores ecclesiasticos vetustissimus, vicinusque Apostolorum ætati, teste Hieronymo, quiq; floruit sub Pio Antonino, auctoribus Eusebio libr. quarto. eccles. histo. capi. 11. & Nicephoro lib. eodem capit. 7. quatuor orbis præcipuas ciuitates connumerans libro. 3. de excidio Hierosoly. capit. quinto. scribit, primum locum obtinuisse Romanam, secundū Alexandriam, Tertium Constantinopolim; Quartum Antiochiā. Quæ tamē, vt illic adijcitur, olim tertium locum obtinuerat, priusquam Constantinopolis ciuitas Byzantium creuisset. Hæc apud Egesippum

ex translatione Diui Ambrosij, quæ ab ipso latino interprete partim addita fuisse vel ex eo existimauerim, quòd ætate Egesippi Byzantiū nondum tanti nominis fuerit, nec Constantinopolis diceretur. Atque ideo ex Egesippo illud erit obseruandum, Primum locum Romanam, Secundum Alexandriam, Tertium Antiochiam tunc obtinuisse: qua in re cum Gelasio conuenit Egesippus. Quod verò de Constantinopoli scribitur, Diuo Ambrosio, eiusque ætati tribuendum est. Ceterum quod Gelasius hoc in loco tradit, scripserat prius Anacletus Pontifex summus in epistola. 3. ad omnes Episcopos. capi. sacrosancta. 22. distinct. & profiteretur Nicæna Synodus in præfatione: tamen si Zonaras historicus scribat, Constantinum Magnum, primum Patriarchatus locū post Romanam dedisse Constantinopoli. qua in re variat edictum Constantini apud Gratianum in capit. Constantinus. 96. distinct. Et in primo conciliorum Tomo. & apud Alber. in. l. prima. §. in initio. ff. de off. præf. vrb. Nullibi tamen Constantinopolitana ecclesia ex eo edicto præfertur Alexandrinæ: imò nec Antiochenæ. qua in re, non satis certa tradit Eugubinus de donatione. Constantini libr. primo. pagina. 55. nume. 43: Verum in concilio Constantinopolitano Primo. can. 5. sub Papa Damaso datus est primatus honoris post Romanam ecclesiam Constantinopolitanæ, vt inter Patriarchas Archiepiscopus Constantinopolitanus primum locum post Romanam Pontificem obtineret. Huius canonis meminere Sozomenes libr. septimo. eccles. histor. cap. 9. Sozocrates libro quinto. capit. 8. Zonaras in. 3. Annalium Tomo in Theodosio. Nicephorus lib. 12. capit. 13. & Gratianus. 22. dist. cap. Constantinopolitanæ. Idem statutum fuit in quarta Synodo generali apud Chalcedonem actiōe. 16. quod & Nicephorus refert libr. 15. capit. 7. & vltimo. post Euarium lib. 2. capi. 4. & vltimo, quorum canonum sensim meminit Iustinianus idem priuilegium Constantinopolitanæ ecclesiæ cōmemorans in Nouella. 131. Idem postea repetitum fuit in concilio sexto generali Constantinopoli celebrato sub Agathone Papa can. 36. capi. renouantes. 21. distinct. & ab Innocentio Tertio Romæ in concilio generali capit. antiqua. de priuileg. quo in loco summus Pontifex omiſsa Romana ecclesia, quæ super omnes alias potestatem, & iurisdictionem habet, quatuor sedes Patriarcharum iuxta ordinem priuilegij, & prælationis connumerat, vt Prima sit Constantinopolitana, Secunda Alexandrina, Tertia Antiochena, Quarta Hierosolymitana: quam & sexta Synodus à Romana incipiens quintam, & vltimam nominauerat inter Patriarcharum

charum sedes. De quibus interpretes iuris Pontificij multa tradidere, & post alios Chassanæus in Catalogo gloriæ mundi. 4. parte. consideratiōe. 9. Illud tamen mirum videri poterit, cur Gelasius prætulit Alexandrinam ecclesiam Constantinopolitanæ, idemque fecerit Ambrosius: cum & tunc ex Synodis Constantinopolitana Prima, & Chalcedonensi data esset ecclesiæ Constantinopolitanæ prælatio hæc, ut prior esset Alexandria. Quod si dixeris à Leone primo summo Pontifice illud prælationis ius reuocatū fuisse, & Alexandrinæ ecclesiæ restitutum: cur equidem post Leonem ante sextam Synodum Iustinianus Cæsar ex canonibus ecclesiasticis in dict. Nouella, quæ extat titu. de eccles. titulis. asseuerat, ius hoc prælationis Constantinopolitanæ ecclesiæ, ut prior sit Alexandria, eidemq; præferatur, competere? Iustinianus tamen animo in Constantinopolim urbem propensissimo, utque ei bene uolentissimè faueret, Chalcedonensis Synodi, & Constantinopolitanæ primæ canones sequutus fuit, eoque iure pronunciauit, Constantinopolitanam ecclesiam præferendam fore Alexandrinæ. Gelasius uero & si sciret, quid ea de re in his Synodis fuisset statutum, maluit Leonis Papæ definitionem sequi. Is etenim, ut constat ex actis Chalcedonensis Synodi, & ex epistola. 57. & 59. licet cōfirmauerit concilij Chalcedonensis canones ad fidem pertinentes, decretum hoc de prælatione Constantinopolitanæ ecclesiæ noluit admittere, nec probare: imò Alexandrinæ ecclesiæ ius prælationis quo ad Constantinopolitanam instituit. Ex Ambrosio fortassis illud deduci poterit, Primum locum obtinuisse Romam, Secundū Constantinopolim, Tertium Alexandriam, Quartum Antiochiam. Tantū etenim cōmemorat, olim quartum locum habuisse Constantinopolim, prius quàm ipsa urbs creuisset: at postea dat ultimum, & quartum locum Antiochiæ: nec palam explicat, an Alexandria fuerit prælata Constantinopoli, an è contrario Constantinopolis Alexandria: tametsi tempore Ambrosij ex concilio Nicæno Alexandria prælata fuit Constantinopoli: & rursus ex concilio primo Constantinopolitano Constantinopolis Alexandria: sed hoc concilium an fuerit celebratum priusquàm D. Ambrosius è Græco in Latinum uerterit Egesippum, dubitari poterit: atque ideo uerba Ambrosij poterunt intelligi vel secundum concilij Nicæni definitionem, ut habeat secundum locum Alexandria post Romam: cum nondum constet, an ea prælatio fuerit reuocata eo tempore per Synodū Constantinopolitanam primam, uel ea reuocatio fuerit apud occidentales prælatos probata, & rece-

pta. Nec enim de Chalcedonensi Synodo tractandum est quo ad Ambrosij opinionem, cum dubio procul nondum esset celebrata. Quod si Ambrosij uerba intellexerimus eo in sensu, ut Constantinopolitana ecclesia sit Alexandrinæ prælata eo tempore: dicemus Ambrosium scripsisse illud opus post Synodum primam Constantinopolitanam, quæ diui Ambrosij ætate, & postquàm is fuerat Mediolanensis Episcopus electus cōgregata fuit. Ex quibus lector satis poterit intelligere, quæ fuerint hac de re uicissitudines, ut parum necessarium sit quod Gratianus in dict. cap. renouantes. uoluit adnotare, minimè expendēs, quæ fuerint olim de prælatione inter has ecclesias controuersia. Quæ quidem sunt diligenter obseruanda, quanuis aliter hanc controuersiam, & litem componere conetur Franciscus Torrensis in lib. de canonibus sextæ Synodi. apud quem præter alia multa & illud obseruandū erit, in capit. renouantes. 22. dist. falsò legi, petimus, ut Constantinopolitana sedes similia priuilegia, quæ inferior Roma habet, accipiat. Imò legendum esse, quæ senior Roma habet. ex Græcis codicibus, & uetustissimis exemplaribus.

Ex capite sequenti.

- 1 *Nicæna Synodus, quo tēpore fuerit celebrata?*
- 2 *Synodus secunda Constantinopolitana.*
- 3 *Synodus tertia Ephesina.*
- 4 *Synodus quarta Chalcedonensis.*

Rursus ex Gelasio de quatuor cōcilijs uniuersalibus, quæ prima fuere. Cap. XV.



Quantū aliud fundamentum nemo possit ponere, præter id, quod positum est: quod est Christus Iesus, tamen ad ædificationem nostram eadē Sancta Romana ecclesia post illas veteris, & noui testamēti, quas regulariter suscepimus, etiā has suscipi nō prohibet scripturas. Sanctam Synodū Nicænam trecentorum decem, & octo patrum mediante Maximo Cōstantino Augusto, in qua Arrius hæreticus cōdemnatus est.

Variarum Resolutionum

Sanctam Synodū Constantinopolitanam mediante Theodosio Seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitā damnationē accepit. Sanctam Synodū Ephesinam, in qua Nestorius dānatus est, cum cōsensu beatissimi Celestini Papæ mediāte Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Archadio Episcopo ab Italia destinato. Sanctam Synodū Chalcedonensem mediāte Marriano Augusto, & Anatolio Cōstantinopolitano Episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cū Dioscoro, eiusque cōplicitibus damnatæ sunt. Sed etsi qua sunt cōcilia à sanctis patribus hæctenus instituta, præter istorū quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decreuimus. Hæc Gelasius.

Sanctam Synodum Nicænam.) **Quauis**
 1. Nicænam Synodū aliquot cōcilia præcellerint, quorū quædā fuere prouincialia, quædā fere generalia, quædam vniuersalia ratione auctoritatis: & conciliorū vniuersalium quo ad auctoritatem origo processerit ab ipsorū Apostolorum tēporibus. Actor. ca. 15. Vniuersalia tñ concilia rōne auctoritatis simul, & congregationis, ætate Cōstantini Magni primum inceperunt, omniūq; prima Synod⁹ ver⁹ vniuersalis, & Oecumenica fuit hæc Nicæna, cuius à Gelasio mentio fit hoc in capite. Etenim teste Isidoro lib. 6. Etymol. cap. 16. cuius Gratianus meminit cap. 1. dist. 15. Canones conciliorū generalium à temporibus Cōstantini coeperunt. Constantinus etenim Magnus primum omnium permisit Episcotocius orbis, vt in vnum locum cōuenirēt, ac conuenire possent: cum ante ipsum sequentibus in Christianos imperatoribus minimè possent ecclesiæ Catholicæ præfules in vnu cōuenire locū, vt plebē Christianā docerēt, ne in diuersas hæreses scinderetur: quemadmodum & idē Isidorus testatur, qua ratiōe frequentissimè multis in locis Nicæna Synodus omniū prima censetur. cap. qm̄ sanctæ. ca. Sctā. ca. sexta. 16. dist. 1. nos reddentes. §. suscepimus. C. de summa trini. l. quicunque. C. de hære. Authen. de eccl. ritu. in principio. qua de re diligenter tractat illustri admodū, multisq; titulis obseruatissim⁹ Didacus Alaua, & Esquiuel, olim Abulensis, nūc vero Cordubensis ecclesiæ præsul ornatissimus, ex iuris Pontificij, ac Cæsarei disciplina laboreq; indefesso, cui Salmaticæ in celebratissimo sanctissimi Saluatoris collegio operam dederat, ad mul-

tam præctuseruditionem, quæ eū tot apud Cæsarem Carolum, eiusq; primogenitū Hispaniarū Regem Philippum magistratibus insigniter, maximaq; cum laude gestis, illusterrimū fecit. Is inquam in lib. 1. de concilijs. capit. 1. plurima tradit de conciliorum origine, deque eorum antiquitate, ex quibus & nos hoc in loco multa mutuabimur ad Gelasij interpretationem, nonnullaque adijciemus ex veterum historicorū monumētis.

Trecentorum decem, & octo Patrum.) Idem constat numerus ex epistola Syluestri Papæ ad Nicænam Synodum. idem scripsere Eusebius & Hermanus Cōtractas, in chronicis, Theodorus lib. primo. cap. 7. Socrates lib. primo. capit. 9. Ruffinus lib. 10. hysto. eccles. cap. 2. Platina in Syluestro. Isidorus lib. sexto. Etymol. capi. 16. capit. primo. 15. distin. Isidor. item in princip. concil. cap. primo. 16. dist. Beda de temporib. cap. 65. cap. sexta Synodus. 16. distin. Sed & Sozomenes lib. primo. cap. 17. testatur, tercentum, & viginti Episcopos cōuenisse in ea Synodo. Socrates lib. primo. cap. 7. numerum Episcoporum excessisse tercentum scribit, ex Eusebio lib. 3. de vita Constantini. apud quem legitur, multitudinem Episcoporum excessisse numerum ducentorum, & quinquaginta. rursus Nicephorus lib. 8. capi. 14. asseuerat, congregatos fuisse circiter tercentum, decem, & octo Episcopos. Præter hæc Damasus apud Gratianum in capi. hanc. 10. quæst. 1. & monachorum regula cap. de contemplatione. huius Synodi facta mentione tercentum Episcopos cōnumerant. quos iure optimo poteris comparare tercentum illis viris iudicio diuino electis, qui duce Gedeone Madianitas: id est Arrianos ecclesie infellicissimos hæreticos, euerterunt, & profligarunt. Iudicum cap. 7. aut potius tercentum decem, & octo vernaculis Abrahe, quibus beatus Abraham tot hostiam millia fide debellauit. Genes. ca. 14. quo testimonio vtitur hac in re Liberius Papa in Epistola ad orientales: cuius meminit Nicephorus lib. 11. cap. 8.

Mediate Maximo Cōstantino Augusto.) Hanc sacrosanctam Synodum congregatā fuisse sub Cōstantino Magno, conueniunt omnes, nec id negari poterit. Quo verò anno fuerit celebrata adeo cōtrouersum est, vt nihil certum hac de re diffiniri possit, quauis constet ex epistola Olij Cordubensis Episcopi, quæ huius concilij canonibus adijcitur, canones, aliaq; eius Synodi decreta missa fuisse ad Syluestrum Papam Paulino, & Iuliano consulibus. Idem consulum titulus canonibus huius Synodi præmittitur in Primo conciliorum Tomo. Qui quidem consules cōueniunt, auctoribus Casiodoro, & Haloandro anno de-

no decimo septimo Imperij Constantini. Annus verò decimus septimus Imperij Constantini est à Natiuitate Christi tricentesimus vicesimus sextus iuxta riuſdem Haloandri, Eusebij, & Ioan. Lucidichronologiam. A Era tamen præſcripta hiſtanonibus, & conſulibus eiſdem tricentesima ſexageſima tertia, non omnino conuenit huic numero, ſed anno potiùs Domini tricentesimo vicesimo quinto. ſed & Socrates libr. 1. capi. 13. & Nicephorus libr. 8. cap. 26. ſcribunt, hoc concilium incidiſſe in annum: excentefimum tricefimum ſextum ab Alexandri Magni principatu, in quo cõſules erant Paulinus, & Iulianus. Ex quibus auctoribus illud adnotauerim, quod de conſulibus tradidere, vt conueniant hiſ, quæ paulò antè obſeruauimus. Quod verò de annis ab Alexandri imperio ſcribunt, non fatiſ certum eſt: que admodum ſtatim tractabitur. Cæterùm Sozomenes lib. 1. cap. vlt. Caſiodorus lib. 2. tripart. capi. 14. & Nicephorus lib. 8. cap. 16. commemorant, Conſtantinum Magnum Nicææ peractò concilio ſtatim Vicennialia celebraffe, Episcoposq; omnes Synodi conuiuio excepiſſe. Socrates verò lib. 1. cap. 16. & ex eo Caſiodorus lib. 2. tripart. cap. 18. nulla facta conuiuij mentione aſſeuerat, ſtatim peractò concilio Vicennialia Conſtantinum celebraffe. Qua quidem ratione adducor, vt exiſtineim, Synodum hanc Nicænam initium habuiſſe Anno decimo ſeptimo Conſtantini, vel paulò antè, peractam verò fuiſſe anno vicesimo eiùſdem principatus. Nam & ipſe Nicephorus ſcribit, Synodum annis tribus, & paulò longius actam eſſe: Sic fanè Ioãnes Abb. tradit; hanc Synodum celebratã eſſe anno vicesimo Conſtantini, qui conuenit anno Domini tricentesimo vicesimonono. Potuit enim Abbas Biclarienſis tempus, quo Synodus finita fuit obſeruaffe: atq; hæc mihi certior opinio videtur. Ex qua aſſeuerari poterit, hanc Synodum finem accepiſſe anno vicesimo Conſtantini, aut paulò antè ppe anni decimoni exitum: annis verò tribus, vel quatuor actam eſſe: atq; ideo cœptum vel anno decimo ſeptimo Conſtantini, vel decimo ſexto, vel decimo quinto: præſertim ſi rationem habeamus eiùſ temporis, quo Imperator decreuit, Synodum iſtam celebrandam fore. Denique Eusebius in chronicis eiùſ congregationẽ tribuit anno decimo quinto Conſtãtini, & à Chriſti natiuitate anno tricentesimo vicesimo quarto: A Era verò conuenit anno Domini tricentesimo vicesimo quinto. Conſules anno tricentesimo vicesimo ſexto. Quod equidem diſcrimẽ oriri potuit vel ex varia cõſulum obſeruatione: neq; enim chronologi hac in re vbiq; conueniunt: vt conſtat ex Dionyſio Halicar. T. Licio, Caſiodo

ro, Haloandro, & Glareano. vel ex tempore, quo Synodus iſta Nicæa manſicillie congregata, vel fortaiſis ex eo, quòd non omnino conueniat inter hiſtoricos de initio principatus Conſtantini. Siquidem Socrates libr. 1. cap. vlt. ſcribit, Cõſtantinum Anno tricelimo primo Imperij mortem obiiſſe, anno ſecundo Olympiadis ducentelime ſeptuagelime octauæ, vicesimo ſecundo die menſis Maij Feliciano, & Tatiano conſulibus: quos conſules, & vicesimum primum diem mēſis Maij morti Conſtantini adſcribit Nicephorus libr. 8. cap. 54. Annum tamen refert in ſecũdum Olympiadis ducentelime octuagelime ſeptimæ. Sed error fuit fortaiſis ſcriptoris: & tamẽ Hieronymus, Haloander, & Ioan. Lucidus eiùſ mortem adſcribunt anno ſecundo Olympiadis ducentelime ſeptuagelime nonæ. Hieronymus quidem Anno Domini CCCXL. Haloander, & Lucidus Anno domini CCXXXIX. à quibus etiam diſfert Hermanus Cõtractus in chronicis. Nicephorus verò lib. 8. capi. vlti. aſſeuerat, Conſtantinum mortem obiiſſe anno Imperij XXXII. & à Natiuitate Domini CCXLII. ex quo Vicennialia Conſtantini conueniunt Anno Dñi XXX. aut XXIIX. Nos hac in re ſequuti ſumus eam tẽporiſ ratiõem, quæ nobiſ viſa fuit apud auctores frequentior, quæq; magis conueniret hiſ, quæ de hac Synodo ab eiſdem tractantur. Quam ob rem huiùſ concilij ſolutionem, & finem tribuimus anno Domini ferè tricentesimo vicesimonono, initium verò anno Domini tricentesimo vicesimo quinto, aut vicesimo quarto ſecundum Eusebium. Nam quòd Hermanus Cõtractus, & Ioan. Lucidus tradidere tribuentes hanc Synodum anno Domini tricentesimo vicesimo ſecundo, non fatiſ cõuenit exacte rationi temporũ: quemadmodum nec quòd Nicephorus ſcribit de tertia indiçtiõ. Ea etenim indiçtio conuenit Anno domini tricelimo tricelimo: nec potuit conuenire anno illi, quo cõſules fuere Paulinus, & Iulianus. Sic quòd de annis Alexandri idem Nicephorus, & Socrates obſeruauerunt: plurimum diſidet à vera temporum ratione. Nam ſiue ſequamur Eusebium, ſiue alios, & impetium Alexandri præceſſerit annos dñi, eiùſq; natale triginta annis ſupra tercetum, ſiue triginta quinque, ſiue viginti tribus, adhuc ſexcentelime tricelime ſextus annus Alexandri non poteſt aptari Synodo Nicæna: niſi ea foret congregata Anno Domini tricentesimo decimo quinto. Qui quidem annus minimè conuenit cõſulibus adſcriptis, quanuiſ conueniat indiçtioni tertiæ. Et licet hic annus fuerit obſeruatus in adnotationibus ad acta, & canones huiùſ concilij ex Dionyſij Cyclo in primo conciliorum tomo,

Variarum Resolutionum

confules tamen, & alia temporis signa minimè possunt huic anno cōuenire. Et ne mihi q̄s obijciat eam chronologiã, qua vtitur Rex Alfonso in proœmio Parturarum, respondeo, multum ab historicis, à veraque ratione templorum abesse computationē illam, quæ illic traditur. quod alibi longius explicabimus.

Ex quibus obiter erit obseruandum, Constantinum Vicennalia celebrasse Nicæ, vbi & Synodus congregata fuit, si vera sunt quæ Socrates, Sozomenes, & Cassiodorus in tripartita. & Nicephorus tradidere: tamen si Eusebius in chronicis & idem Cassiodorus in catalogo consulū & imperatorum scripserint, ea Nicomedie celebrata fuisse. Vtraq; vero vrbs ad Bithyniam pertinet. quæ verò sint Vicennalia, ac decennalia nos alibi explicuimus ex Dione lib. 53.

Sed & illud planè apparet, concilium hoc Nicænum congregatum fuisse, vt cunq; sit de ipsius tēpore, sub Syluestro Papa huius nominis primo, qui legatos ad eam Synodū misit Vitum, & Vincentium. Hi etenim fuere legati sedis Apostolicæ: sicuti cōmemorāt Socrates lib. 1. cap. 13. Sozomenes lib. 1. cap. 17. Cassiodorus lib. 1. tripart. cap. vit. & lib. 2. cap. 1. & cap. 13. Nicephorus libr. 8. c. 14. & idem constat ex huius Synodi actis primo conciliorū Tomo, vbi quādoq; Vitus legatus, Victor appellatur, vt & à plerisque. Et quāuis ex his auctoribus sit certū, hos legatos missos fuisse à Romano Pontifice ad Synodum istam, nec omnes conueniant, an à Syluestro fuerint destinati. Imò Sozomenes in dict. ca. 17. & lib. 2. tripart. ca. 1. Nicephorus in dict. c. 14. asserent, à Iulio Papa primo eos missos fuisse, hisq; consentire videantur Beda lib. de temporib. cap. 65. Gratianus in capi. sexta Synodus. 16. dist. & Hermanus Contractus in chronicis, qui hoc concilium sub Iulio Papa primo constituerunt. Constantiter tamen est asserendum, sub Syluestro Papa primo Synodum istam contigisse, ceptam, & peractam esse. Quod ratio temporum manifestè probat. Nec enim potest hæc Synodus Iulio conuenire, qui post Marcum Pontificem, qui Syluestro iam Synodo acta successit, electus est ad summum Pontificatum. Quod omnes historici fatentur: ac potissimum sub Syluestro Nicænam Synodū actam fuisse, testantur Eusebius, Hieronymus, & Ioan. Lucidus in chronicis. Platina in Syluestro. Isidorus in principio conciliorum cap. Prima autem. 16. dist. Sed & Iulius Papa primus eam dignitatem accepit mortuo Constantino: sicuti ex Platina, & alijs constat. tamen si Hieronymus in hoc dissentiat. Adeo tñ verum mihi videtur, hos auctores, qui synodum istā Iulio Pontifici tribuere, oīno errasse,

vt existimē vbiq;, ne tantū errorem viris diligentissimis tribuam, pro Syluestro scribentiū errore Iulium notari. Quis enim ferat, Hermanū Cōtractum in chronicis scribere, Nicænam Synodum congregatam fuisse sub Iulio eo anno, quo secundum eundē adhuc Syluester summus Pōtiffex ecclesiæ Romanæ regebat? Nam & ipsemet auctor postquā meminerat huius cōcilij, eiusq; cōgregationis, annis octo ab eo dimuneratis meminit Marci summi Pōtifficis, eiusq; electiōis, ac deinde Iulij primi. Sunt & alia, quæ opinionē istam verissimā esse probant: quæ modò missa facio, illud vltimo adijciens quod pertinet ad intelligendū ea, quæ de die huius concilij in primo conciliorū Tomo prænotantur. Sic em̄ scriptū extat. Dicitur autē celebrata hæc Synodus die mēsis secundū Græcos Desij. XIX. hoc est decimoseptimo Calend. Iul. consulatu Paulini, & Iuliani. Hæc ibi. Est em̄ obseruandum apud Macedonas, quos sequuti sunt hac in re Græci Alexandrini, mensem Iuniū dici Desium. Quod deducit ex Plutarcho in Alexandro. Suida. & Eusebio lib. 8. eccles. hist. fol. 92. Anselmo lib. 2. de imagine mūdi cap. 6. Sed rursus in adnotationib⁹ eisdē in primo conciliorū Tomo, scribit, conuenisse hoc conciliū, aut canones edidisse postquā conuenerat, cōsulatu Paulini, & Iuliani. XIII. Calendarū Iulij, qui est apud Græcos. XVIII. dies mēsis eorum. mensis autē hic, vt opinor, Desius intelligit, qui vt modò dixi, Iuni⁹ est apud Latinos. Est autem dies XIII. Calend. Iul. XVIII. mēsis Iunij. quia secundū Alexandrinum mēsis Desius apud eos habet dies XXI. sicuti & in dict. primo conciliorū tomo adnotat. Prior etem̄ adnotatio fuit per posteriorē correctā: maximè quia prior parum obseruauit congruā Calendarum rationem: cum dies XXI. Iunij nō sit, nec dici possit XVII. Calend. Iul. Socrates verò lib. 1. cap. 13. diem huius concilij commemorat vicesimam mēsis Maii, & Nicephorus lib. 8. capit. 26. eiusdem mēsis diem vndecimam.

In qua Arrius hæreticus condēnatus est.) Presbyter enim quidā noīe Arrius apud Alexandriã, gloriæ, & nouitatis improbè cupidus, studio perturbadi catholicā ecclesiam, vt ea in partes varias discisa, locū illum honoris hoc in seculo posset cōsequi, quē in ecclesia rectè instituta, catholica, & vnanimi minimè posset, ppter fictam, & simulatam religionē obtinere: praua quædam de Christi fide, & quæ prius nunq̄ in controuersiam venerat, proferre, ac defendere molitur, ab illa æterna, ineffabiliq; Dei patris substātia, vel natura filiū abscindere, & separare conatus. Dedit tñ hic vir impiorū omniū caput, & ductor tanti sceleris exultatione diuina pœnas meritissimas, dignasque

tam

tam infando flagitio. Siquidē cū in publicum Constantinopoli ex imperatoris Cōstantini Magni, quē tunc decipere satagebat, palatio satellitibus munitus insolenter p̄dret, vrgentēq; vētris laxitate in secessum publicum, qui in propinquo erat venisset, ibi animo ei defecto, sua spē incremēta effluūt, multus sanguis effundit, cōstitutioq; interna corporis oīs, vna cū intestinis, epate, & splene distulit: atq; ita ille Hēresiarcha perijt a Quorib⁹ Socrate lib. 1. c. 38. Theodorito lib. 1. c. 14. Sozomeneli. 2. c. 29. & 30. ac Nicephoro li. 8. c. 51.

Sanctam Synodum Constantinopolitanā mediante Theodosio Seniore Augusto.)

2. Hęc synodus secūda inter vniuersales cōgregata fuit cōstātinopoli sub Theodosio Seniore anno secūdo eiusdē imperij, & à Natiuitate dñi C C C L X X I I I. Ex Prospero Aquitanico, & Io. Lucido in chronicis. quibus accedit, quod licet ipse Aquitanicus Syagrius, & Eucherius cōsules tribuat anno octuagesimo quarto, & Tertio Theodosij, Haloander tñ hos cōsules adscribit secūdo anno Theodosij, & octuagesimo tertio. His verò cōsulibus hoc conciliū celebratū fuisse cōstat, ex ipsius Synodi titulo, & Casiodoro lib. 9. tripart. capi. 12. Marcellino Comite in chronico, Socrate lib. 5. ca. 8. sunt qui existimēt, hęc synodū celebratam fuisse Anno Dñi C C C L X X X I. adhuc tēporibus Gratiani, & Theodosij: quib⁹ suffragatur Aera huic synodo in primo conciliorū tomo adsignata, & adscripta C C C C X I X. quę anno à Natiuitate C C C L X X X I. cōuenit, sicut & in diuino nona, quę à Marcellino Comite eidē synodo aptat. Sed, & Hermanus Cōtractus in chronico huic cōputatōi maxime cōsentit, quippe qui hęc synodū tribuat anno tertio Theodosij, & anno dñi C C C L X X X I. quod si verū est, auctore Pfellio, hęc synodum contigisse post primā anno quinquagesimo sexto, sitq; admittēda tēporis ratio ex Aera vtriq; synodo apposita, cōstat planē annū C C C L X X X I. esse huic Synodo adscribendū: siquidē post annos C C C X X V. si addideris quinquaginta & sex, cōstabit verē numer⁹ hic, quē signauimus. Etenim Nicēna synodus anno dñi C C C X X V. fuit celebrata, illud sanē apud oēs absq; vlla cōtrouersia est cōstitutissimū hoc conciliū tēporibus Gratiani, & Theodosij principū cōtigisse. Nam oēs paulo ante citati anno Secūdo, Tertio, vel ad summū Quinto Theodosij hęc synodū tribuendā esse cēset, & Socrates anno Tertio iuxta cōsulatus ordinē eadem tribuere videt ante Gratiani obitū, idem tradit Marcellinus Comes. Etenim Gratian⁹ anno quinto, vel sexto imperij oīs cum Theodosio, occiditur

apud Lugdunū iuxta chronologiā Aquitanici, Marcellini, Casiodori, & aliorū. Ex quibus sitis deducit sub Gratiano, & Theodosio hanc Synodū celebratā fuisse. quod & Sozomenes, & Nicephorus fatent, qui ordinem rerum gestarū obseruantes, huius cōcilij acta scripsere priusquā Gratiani mortē cōmemorauerint. idem fecere Aquitanicus. Hermanus Cōtractus, ac Ioānes Lucid⁹. sic & Isidorus in principio conciliorū cap. prima autē synodus. 16. dist. hoc cōciliū sub Gratiano, & Theodosio Seniore cōtigisse scribit. Gelasius verò in hoc loco, & Isidorus lib. 6. Etymol. ca. 16. & capi. 1. dist. 15. ex eo synodū itam imperio tantū Theodosij adscribere, quod cū ipse, & Gratianus imperij cōfortes essent, & Theodosius Cōstantinopolim, Grēciam, Thraciam, & reliquas orientis partes obtineret, Gratian⁹ verò Italiam, & occidentē, visum eisdē historicis fuit in huius Synodi cōmemoratione rationē tantū habere illius imperatoris, qui urbē illam, vbi celebrata fuit & eam prouinciam imperatoris titulo, & noīe regēbat. Rursus Beda in lib. de tēporibus, cap. 65. cap. sexta synodus. 16. dist. hoc conciliū Gratiano tantū tribuit, ex eo forsā, quod Gratian⁹ primū Romanū imperiū obtinuerit, ac demū Theodosium sociū imperij fecerit ob insignes viri mores, & fortitudinē. Ex quo Beda visum est, imperij nomen potissimū penes Gratianū fuisse. Carterū quod Pfellus, & Faustinus Cretēsis in Epitome. de tēpore huius synodi tradidere nulla ratione cōgruit his, quę chronologi frequentiori cōsensu scribūt. Etenim cū Pfellus Nicēnam synodū anno dñi C C C X X X I I I. adnumerasset, & hanc post eā anno quinquagesimo sexto contigisse tradiderit, palām fatetur, hanc synodū esse tribuendā Anno dñi C C C L X X X V I I I. eidē anno eam tribuit Faustinus, & anno Theodosij quinto. Cōueniūt etenim oēs Gratianū occisum fuisse ante annū dñi C C C L X X X V I I I. idq; deducit ex Paulo Diacono, obseruata diligenter rōne temporis ab vrbe cōdita, & à Natiuitate dñi Iesu Christi, ex Eusebio, Henrico Glareano, Haloandro, & alijs. quanuis Nicephorus lib. 11. capi. vlti. plurimū ab alijs dissentiat in initio principatus Gratiani, & Theodosij, qui post Valētem imperiū obtinuerunt: scribit enim Valētem occisum fuisse Anno dñi C C C L X X X V I.

Huic synodo, quę secundum oēs sub Damaso Papa celebrata fuit, subscribere centū quinquaginta Ep̄i capi. sexta synodus. cap. prima. 16. dist. ex Isidoro. idē cōstat ex alijs auctorib⁹ ecclesiasticis, qui huius synodi meminere: tamen præter hos Ep̄os catholicos, præfentes fuerunt triginta Ep̄i hæretici ex Macedonianis: quę in diuodum Socrates,

Variarum Resolutionum

Socrates, Sozomenes, & Nicephorus scripsere. In qua Macedonius hæreticus debitam damnationem accepit.) Macedonius quidam Constantinopolitanus Episcopus tempore Constantij Imperatoris, & Liberij Papæ, fidem catholicam, & Orthodoxos euertere conatus hæresi nefandissima spiritum sanctum impetiuit asseuerans spiritum sanctum esse minorem patre, & filio, & non esse eiusdem substantiæ cum patre, sed esse veram creaturam. ab hac Macedoniana hæresis appellata est, eiusque sectatores Macedoniani. Quorum impium dogma fuit in hac synodo Constantinopolitana omnino improbatum, receptâ catholica assertione, secundum quam credimus in spiritum sanctum dominum, ac Deum patri, & filio consubstantialem, coæqualem, coeternum, cœomnipotentem: quod & synodus Ephesina, synodus Chalcedonenfis, & Innocentius Tertius in concilio generali docuerunt cap. 1. de summa trinit. & fide cath. Scripsere cõtra heresim istam Didymus Alexandrinus à diuo Hieronymo latinitate donatus, Basilius aduersus Eunomium, & D. Ambrosius ad Gratianum imperatorẽ libros tres de spiritu sancto. de hac synodo. D. Gregorius libr. sexto. epistol. 195. scribit, ecclesiam Romanam eius canones, vel gesta non habere, nec accipere: reprobationem verò hæresis Macedonianæ, & aliarum probare, & admittere. id verò scripsit Gregorius propter primatum, qui datus fuit in hac synodo Constantinopolitanæ ecclesiæ: prauè etenim à quibusdam canon de hoc primatu intelligebatur. Nos. equidem eius verum intellectum superius explicuimus.

Sanctam Synodum Ephesinam.) Hæc est tertia generalis synodus, quæ apud Ephesum Asiæ minoris maritimam vrbeim congregata fuit Anno domini CCCCXXX. secundum Faustinum Cretensem in Epitome. idem deducitur ex Aera C.C.C.LXVIII. qua hoc concilium celebratum fuisse in primo cõciliorum Tomo legimus. huic opinioni patrocinator indictio XIII. quæ à Marcellino Comite huic synodo adscribitur, & conuenit Anno CCCCXXX. Hermanus Contractus in chronicis hanc synodum scribit celebratã fuisse Anno domini CCCCXXXI. si obseruamus eius synodi mentionem scriptam esse è regione eiusdem anni, vt modo in vulgatis codicibus fertur apposita, & post electionẽ Sixti papæ, qui Cælestino successit. Et tamen ipse Hermanus Contractus fatetur, eam cõtigisse sub Cælestino Papa: vt apud me non leuis sit coniectura, ordinem mutatum fuisse chalcographorũ errore: sitque hæc synodus ex Hermani senten-

tia tribuenda anno septimo Theodosij, & Domini CCCCXXX. His accedit, quod Marcellinus Comes huic synodo aptat consules Theodosium XIII. & Valentinianum. III. idemque in primo conciliorum Tomo ad hanc synodum prænotatur. qui consules auctore Cassiodoro, atque item Haloandro conueniunt anno septimo Theodosij, rursus, vt lector satis intelligat quantum discrimen sit quacũque in re apud historicos in obseruanda exactè ratione temporis, erit obseruandum Prosperum Aquitanicum hanc synodum tribuisse anno octauo Theodosij Iunioris, & Anno domini CCCCXXXIII. consulis Basso, & Antiocho. quibus consulibus hæc Synodus congregatam fuisse testis est Socrates libr. 7. cap. 34. & post eum Cassiodorus lib. 12. tripart. capit. 5. qui & in chronicis eisdem consules aptat anno octauo Theodosij, idem obseruari poterit ex Haloandro, qui tamen his consulibus cõparat annum Domini CCCCXXXIII. quò anno Ioan. Lucidus hoc concilium asseuerat contigisse ex Prospero Aquitanico. Psellus verò scribit, post quadraginta annos à secunda Synodo tertiam fuisse celebratam. Nicephorus lib. 14. ca. 34. à secunda ad tertiam Synodum quadraginta, & vnum connumerat. Verùm apud omnes cõstat, hanc Synodum celebratam fuisse temporibus Cælestini Papæ, & Theodosij Iunioris: quem admodum ex præcitatõ auctoribus facillimè lector poterit deducere, & ex Euagrio libr. 1. eccles. histor. atque Gelasio hoc in capite de Cælestino testatur. & de Theodosio Iuniore, Isidorus cap. 1. 15. dist. de vtroque; idem Isidorus cap. 1. prima autè synodus. 16. dist. vt planè sit manifestus error apud Bedam de temporibus, & cap. sexta. 16. dist. hanc Synodum tribuere temporibus Theodosij Magni. Annos verò Theodosij Iunioris in hac computatione intelligo à morte Honorij, quæ contigit Asclepiodoro, & Mariano consulibus: auctoribus Socrate lib. 7. cap. 12. Cassiodoro, & Marcelino. Anno domini CCCCXXXV. iuxta chronologiam Haloandri, qui parum hac in re à Prospero, & alijs dissentit. Etenim tunc nempe ab anno CCCCXXXVI. incepit Theodosij solus imperiũ: quanuis Nicephorus scripserit, non multò post Arcadiũ periisse Honorium hydrope. Honorius verò consortem imperij fecerat Theodosium Iuniorẽ Anno domini CCCCX. iuxta chronologiam Prosperij, Aquitanici, Ioan. Lucidij, & Haloandri, quibus ferè cõsentire videtur Hermanus Contractus, & ante ipsum Socrates in dist. lib. 7. ca. 1. qui cõmemorat, hoc actũ esse Bassi, & Philippo cõsulibus, qui anno dñi CCCCX. conueniunt. addit Socrates, eotẽpore mortem obiisse

Arcadium

Arcadiū patrem Theodosij, ac eundē Theodosiū reliquisse puerum octo annorū, anno secūdo Olympiadis CCXC VII. qui quidē annus respōdet Anno dñi CCCXI. & tamen apud Nicephorum lib. 13. ca. vlt. Arcadius moritur anno dñi CCCXVIII. cū Theodosius octennis esset. Ex histandē auctoribus cōi cōsensu receptū est, etiā si Nicephorus in hoc dissentiat, Theodosiū Iuniorē cū Honorio XVI. annis regnasse, vt mirer, qua rōne Marcellinus Comes XXII. annos Honorio simul, & Theodosio tribuat: & scripserit, Synodū istam anno Theodosij XXX. contigisse: nisi rationem habeamus eius temporis, quo Theodosius Iunior anno ætatis secundo Cæsar creatus est, Arcadio. A. V. & Honorio. A. V. consulibus Anno dñi CCCCI. hęc etenim rationem temporis sequi videntur Marcellinus, & Haloander. **Quam ob rem consentit Marcellinus Prospero in Anno huius concilij, vt sit à Natiuitate domini XXXIII. post quadringentesimum, nisi indictionis numerus repugnet.**

In qua Nestorius damnatus est.) Hic Nestorius Episcopus Cōstantinopolitanus in eam incidit hæresim, vt asseueraret, purum hoīem ex sancta virgine Maria natū fuisse, vt aliam personam carnis, aliā faceret deitatis. Cuius hæresis dānata fuit in hoc concilio Tertio Ephesino, auctoritate Cælestini Papæ. cōuenere autē in hanc Synodū ducenti Epī, auctoribus Prospero, Marcellino, & Isidorō in dic. c. 1. dist. 15. tametsi Beda in lib. de tēporibus. cap. sexta synodus. 16. dist. & Hermanus Cōtractus centum tantū meminerint. & Isidorus in cap. prima autē. 16. dist. tercentū Epōrum mentionē fecerit, Nicephor⁹ verō scripsit, circiter centū, & triginta Epōs huic synodo præsentēs fuisse. **Mediante Cyrillo Alexandrinę sedis antistite, & Arcadio Epō ab Italia destinato.)** Cyrillum hac in Synodo legatū fuisse sedis Apostolicę, eiusq; Vicarinm ex cōmissione, ac delegatione Cælestini Papæ scribūt Euagrius, Nicephorus, & Marcellinus Comes. Hi verō auctores Archadij ab Italia destinati nequaquā meminere. Aduersus hęc Nestorij hæresim scripsere præter alios & huius decreti auctor Gelasius, qui librum scripsit de duab⁹ naturis in vna persona. Et aliorū meminit Alfonso Castro lib. de hæresibus. verb. Christus. hæresi. 3. cui adde Socratem lib. 7. Græcæ histor. eccles. cap. 32.

Sanctam Synodum Chalcedonensem.) Conueniūt oēs, quotquot huius synodi meminerent, eam celebratam fuisse sub Leone Romano Pōtifice, & Martiano Augusto, qui, si ratio tēporis obseruanda sit ab anno, quo Theodosius Iu-

nior mortem obiit, regnare cœpit Anno domini CCCCLIII. ex Mattheo Palmerio. Annus verò, quo Theodosius mortuus est, consules habuit Valentinianū. VII. & Abienū: auctorib⁹ Casiodoro Marcellino, & Haloandro, qui eos aptat Anno dñi CCCCLII. qua rōne quidā annos imperij Martiani ab anno primo post mortē Theodosij cōnumerāt, & scripsere ipsum imperiū obtinuisse anno dñi CCCCLIII. consulibus eodē Martiano Augusto, & Adelphio, qui primi cōsules fuere post mortē Theodosij. sic sanē Ioā. Lucidus ab anno dñi CCCCLIII. numerat annos imperij Martiani. Quod si Theodosius obiit Anno dñi CCCCLII. & ab eo tēporo statim anni Martiani numerent, idē annus erit primus Martiani. At Hermanus Cōtractus Theodosij mortē aptat anno CCCCLIX. & primū Martiani numerat annū CCCCL. Paulus Diacon⁹ Martiani primū annū tribuit anno ab vrbe condita. M. CCIII. qui iuxta Haloandrū est annus dñi CCCCLII. Hęc ideo adnotauī, vt iuxta frequentiorē, magisq; receptā tēporis rationē hęc synodus nō potuerit adscribi anno, q̄ præcesserit annū CCCCLII. vnde Palmerius hęc synodū tribuit Anno secūdo Martiani, & dñi CCCCLIII. Faustinus Cretenensis in Epitome Anno Domini CCCCLVI. & XXVI. post tertiā synodum. Psellus verò, & Nicephorus anno XXX. post tertiā, & Ephesinā. Marianus Scorus anno Domini CCCCLII. cōsulibus Opilione, & Vincomalo. qui nō cōueniunt Anno dñi CCCCLV. ex Haloandro. Marcellinus scribit, hanc synodū celebratā fuisse indictione. IIII. Martiano Aug. & Adelphio cōsulibus, qui cōsules, auctore Haloandro, rñdent anno dñi CCCCLIII. Indictio verò cōuenit anno dñi CCCCLI. eiusdēq; indictionis mētio fit in actiōe prima huius cōcilij, cuius titulus refert ab Aera annū CCCCLXXXVII. qui rñdet anno CCCCLI. cōsules autē illic adscripti Valentinianus. VII. & Abienus anno CCCCLII. cōueniūt, vt modō obseruauimus: ex quibus satis cōstat, quanta sit tribuenda chronici fides, his maxime, apud quæ ratio tēporis scribitur numeri notis, in quibus facilius est lapsus, saltē facilius, quā si numerales dictiones intergræ ex oībus literis scriberentur. Nā & Nicephorus lib. 14. cap. vlt. scribit, Theodosium Iuniorē mortem obiisse anno Domini CCCCLX.

In hac verò Synodo legati fuere sedis Apostolicę, eiusque Pōtificis Leonis primi Paschasinus, & Lucentius Episcopi, & Bonifacius presbyter: si cuti constat ex prima actiōe. & Euagrīo lib. 2. ca. 4. quāuis Nicephorus lib. 15. cap. 2. Bonifacium tacuerit. Cōuenere autem sexcentum Episcopi ex Mattheo

Matth. 20 Palmerio, aut sexcentum triginta sex ex Nicephoro cap. 2. Sexcentum triginta ex Isidoro cap. 16. lib. 6. Etymol. cap. 1. dist. 15. ex Beda cap. sexta. 16. dist. & Isidoro in principio conciliorum. cap. prima. 16. dist. Damnata fuit iterum Nestoriana hæresis, & maximo conatu euersum est Eutychie Abbatis Constantinopolitani dogma. Qui asserbat, post verbi diuini incarnationem, & carnis, ac diuinitatis vnionem, statim carnem conuersam fuisse in deitatem: atque inde cogebatur multa contra catholicam fidem nefanda & absurda cõfiteri. de quib⁹ legito Alonsum à Castro libr. de hæresib⁹. distiõ: Christus. hæresi. 4. Hæc sunt quatuor cõcilia vniuersalia, quæ primum celebrata fuere, & quæ in ecclesia catholica maximum nomē, & maiestatem semper obtinuerunt: vt constat ex cap. sicut sancti. & capit. 1. 15. distin. l. nos reddētes. §. suscipimus. C. de sum. trinit. l. quicumq; C. de hæret. & in auth. de eccle. titu. in principio. Sed & Gelasium alia multa cõcilia præcesserunt, quæ ipse recipienda forte censeat, quemadmodum & illa, & quæ ad hanc vsque diem celebrata fuere, Christianæ religionis professores recipere tenemur.

Ex capite sequenti.

- 1 *Agiographi libri qui dicantur?*
- 2 *De beato Cypriano, quo tempore scripserit. & de beato Athanasio?*
- 3 *De Gregorio Nazanzeno, Basilio, & Chrysostomo.*
- 4 *De Theophilo, & Cyrillo Alexandrinis.*
- 5 *De Hilario, Ambrosio, Augustino, Hieronymo, & Prospero Aquitanico.*
- 6 *De epistola Leonis Papæ, & de epistolis decretalibus.*
- 7 *De Martyrum historijs, & de vitis Patrum.*
- 8 *Actus beati Syluestri, quam auctoritatem habent. & de baptismo Constantini Magni.*
- 9 *De inuentione Sanctæ crucis, & capitis Diui Ioannis Baptistæ.*
- 10 *De Ruffini operibus. & de Origenis scriptis.*
- 11 *De Orosio, Sedulio, & Iuuenico.*

De libris, qui ex Gelasio Agiographi dici iure poterunt.

Caput. XVI.



AM nunc subiiciendum est, inquit Gelasius, de opusculis Sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur.) Ex his Gelasij verbis libenter ipse adnotauerim, ad distinctionē canonicorū librorū, de quibus in principio huius cap. actum fuit, & deinde Apocryphorū, de quibus inultima eius parte tractabitur, Agiographos libros dici in ecclesia Catholica eos, quos eadē ecclesia probauit, vt publicè legerentur ad ædificationē fideiū, non tñ haberent canonicā auctoritatē ad probanda ea, quæ ad fidē pertinet irrefragabili probatione. Huiusmodi erant olim apud Hebræos ecclesiasticus, & Sapientia: deduciturq; hæc librorum Agiographorum diffinitio ex multis, potissimū ex Augustino lib. 18. de ciuit. dei. capit. 38. qui eos distinguens à canonicis inquit, ac sic illa pertinerent ad vbertatē cognitionis; hæc ad religionis auctoritatem: in qua auctoritate custoditur canon. Sed & Ruffinus in expositione Symboli ad hæc scribit de his agiographis scripturis: quæ omnia legi quidem in ecclesijs voluerunt, non tamen proferri ad auctoritatem ex his fidei confirmandam. in hac significatione Agiographa Hieronymus accepit in præfationibus in Tobiam, & Iudith, scribens, eos libros olim extra canonem sacrarum scripturarum numerari inter Agiographa: tamen si idem Hieronymus in prologo Galeato i libros Regum, Agiographos libros dici existimet, eos qui canonici sunt, distinguuntur tamen à quinque libris Moyssis, & ab octo Prophetarum: quasi canonici libri veteris testamenti olim distinguerentur in tres ordines, quorum primus quinque libros Moyssis, secundus prophetas, Tertius Agiographa possideret: qua ratione D. Hieronymus quo in loco vsus est hæc stricta significatione Apocryphos libros appellat omnes, qui sint extra canonem: quo vero in loco latiori vtitur dictionis sensu, Agiographos nominat eos libros, qui licet sint extra canonem, pertinent tamen ad vbertatē cognitionis, legique in ecclesia possunt, & poterant olim apud Hebræos: quos tamen alibi Apocryphos dixit ex eo, quod extra canonem essent, obseruata quadam dictionis ampliori significatione: nam qui dicantur propriè libri Apocryphi sequenti capit. tractabimus. Sic sanè Hieronymi verba sunt intelligenda: quod & Ioan. Driedo admonet. lib. 1. de dogmatib. eccles. cap. 1. & capi. 4. Igitur Agiographi libri dicentur qui licet sint extra canonem, sine periculo fidei, & cum ædificatione

tionis fidelium leguntur publice in ecclesia. quorum de numero sunt hi, qui à Gelasio in hac secunda huius capit. parte nominatim referuntur.

Opuscula beati Cypriani Martyris, & Carthaginensis Episcopi.) Primas inter scriptores ecclesiasticos, quo ad ordinem, & antiquitatem tribuit Gelasius Cypriano, qui natione Afer primum gloriose Rhetoricam docuit: exinde suadente presbytero Cecilio, à quo & cognomentum sortitus est, Christianus factus, ac paulò post in presbyterum electus, Episcopus Carthaginensis constituitur, ac demum præclarissimis scriptis operibus passus est sub Valeriano, & Galieno principibus octava persecutione eadem die, qua Romæ Cornelius Papa non tamen eodem anno. Hæc Hieronymus de scriptoribus ecclesiasticis ad eum ferè scribit Eusebius in chronicis adiiciens, martyrio coronatum fuisse anno Dñi CC LIX. annis quinq; post Cornelij Martyrii. tametsi Nicephorus lib. 5. capi. 27. tradiderit, Cyprianum passum fuisse sub Decio in Deciana persecutione, quæ septima fuit, quo in loco & de Cypriani conversione Nicephorus quædam commemorat, quæ satis differunt ab his, quæ Hieronymus scripserat. Cæterum hic Martyr illustrius cum multis Africæ, Numidiæ, & Mauritanicæ Episcopis in illum incidit errorem, ut existimaret, semel ab hæreticis baptizatos, iterum baptizandos fore. Simplex fuit apud Cyprianum error, non ex ambitione, malitiave: sed odio in hæreticos feruentissimo ipse vir sanctissimus concilio apud Africam hac de re celebrato, quod inter eius opera extat, diffiniuit, hæreticos, cum ad communionem redierint, fore rebaptizandos: quia, ut asserbat, inter hæreticos non potest conferri baptismus: paratus sanè propriam mutare sententiam, quam & ipsi Africani Episcopi mutauerunt à Cornelio, Lucio, & Stephano summis Pontificibus edocti. Vnde Cyprianus, & alij, qui eidem accesserunt, propter hunc errorem non sunt hæretici iudicandi, qui pequi pertinaci animo illum non defenderint. Sic diuus Augustinus libr. quinto. de baptismo. capit. 17. & sequen. & apud Gratianum capi. quo modo. de consecratio. distinctio. 4. aduersus hæresim istam scribens, licet in hunc errorem incidisse Cyprianum referat, eum potius laudat, quam hæresis labe notet. idem Augustinus libr. 1. de baptismo capit. vltim. sed & Vincentius Lirinensis in libro. aduersus hæreses de Cypriano inquit: Quis ille tam demens est, qui illud sanctorum omnium, & Episcoporum, & Martyrum lumen beatissimum Cyprianum cum cæteris collegis suis in æternum dubitet regnaturum esse cum Christo?

aut quis contra tam sacrilegis, qui Donatistas, & cæteras peltes, quæ illius auctoritate concilij rebaptizare se iactant. in sempiternum neget aruros esse cum diabolo? Hæc Vincentius, qui parlam asseruerat, Cyprianum ab errore omnino liberum, & catholicè discessisse. Nam & D. Augustinus lib. 2. contra Donatistas cap. 5. fatetur, Cyprianum prope mortis articulum errorem deposuisse.

Opuscula beati Athanasij Alexandrini Episcopi.) Athanasius Alexandrinus per ludum nondum Ephebus à pueris Episcopus creatus, postea Alexandri Episcopi Alexandrini in episcopatu successor, magnus, fortissimusque hæresum expugnator, Arianos ecclesijs exigit, eis que orthodoxos substituit: eaque ex causa ab eisdem Arianis grauitè apud Constantinum Magnū, deinde apud Constantium, & Constantem accusatus multis calūnijs afficitur: quas, & multa sæpissimè pericula diuinitus fugiens, maximè illustri, Antonio Heremitaræ charissimus, claruit ad Valentianum vsq;, & Valente Imperatores pro Nicæna Synodo, cui inter Diaconos Alexandriæ primarius, ipsiq; Episcopo Alexandro dilectissimus, disputator grauis, & acutus præsens fuerat, acerrimè, & animosè pugnans: obiit tandem postquàm Episcopum quadraginta sex annis obrinuerat sub eisdem Cæsaribus Valentiniano, & Valente consuliibus Gratiano. II. & Probo. auctore Socrate lib. 4. capit. 20. qui quidem annus conuenit Anno dñi CCCLXXIII. iuxta chronologiã Haloãdri. Tritheimius mortem Athanasij adscribit Anno dñi CCCLXXIX. At ex Eusebio deducitur, eã cõtigisse Anno CCCLXXVII. ex Hermanno Contracto Anno CCCLXX. hi siquidè auctores his annis scribunt, Petrum Athanasij successorè electum fuisse in Alexandriæ Episcopum: & cõstat ex ecclesiasticis scriptoribus, statim post Athanasij mortem, hanc electionem factam fuisse. reliqua de Athanasio poterit lector obseruare ex Socrate, Theodorito, Sozomeno, Nicephoro, Hieronymo, & Casiodoro in tripartita, & ex alijs scriptoribus ecclesiasticis, qui res gestas sub Cõstantino Magno, vsq; ad Valerianum tradidere.

Opuscula beati Gregorij Nazanzeni Episcopi.) Gregorius Nazanzenus Cappadociæ paræ vrbis natus, priuè Salimorū ep̄s, deinde patri in Nazanzeno episcopatu successor, ob insignem virtutem, præclaramque in Theologia eruditionem, Constantinopolitanus ep̄s cõstitutus eandem sedem deposuit publicæ pacis gratia, & Nazanzum reuersus eadem ecclesia alteri commissa monasticam in quodam agro vitam egit. Dicitur esse cognomèto Magnus. auctore Nicephoro lib. 12. ca. 11. atq;

Variarum Resolutionum

11. atq; postmodū Theologus, vt idem Nicephorus scribit, lib. 11. capi. 19. Fuit hic Gregorius Diui Hieronymi præceptor, eodē Hieronymo teste, qui eius opera commemorat, quorum Suidas, & Trithemius meminere. obiit sub Theodosio Magno annō eius Imperij tertio, & Domini CCCLXXIII. ex Prospero Aquitanico. Suidas verò scribit, eū mortē obiisse Anno. XIII. Theodosij; qua in re cōuenire fermē videtur Hieronymo, si obseruemus quæ ipse Hieronymus tradit in vita Gregorij, & in præfatione, & cap. vltim. de scriptor. eccles. ex eo etenim mors Gregorij poterit adscribi anno XII. ferē Theodosij, q̄ ex chronologia Haloandri, & Marcellini, rōneq; habita Consulū, qui fuerūt vltimo anno Theodosij, quorū præter alios & Socrates meminit lib. 5. ca. vlti. respōdet anno dñi CCCXCIII. aut XCII. Item opuscula beati Basilij Cappadoceni Episcopi.) Basilius Cæsareæ Cappadociæ, quæ prius Mazaca vocabatur, Episcopus, egregios, variosq; libros, eloquentia, sanctitate, multaq; eruditione insignes elaborauit. quorum post alios Hieronymus, Suidas, & Trithemius meminere. Fuit Basilius arctissima coniunctus amicitia Gregorio Nazanzeno, vt oēs historici, qui de rebus ecclesiasticis eius tēporis tractauere, cōmemorāt: & ex eius epistolis constat. Fratrem habuit præter alios Basilius noīe Gregorium Nyssenū vr̄bis Nyssenæ episcopū, doctrina, moribus, & sanctitate spectatissimum, cuius & adhuc opera quædam extant, quāuis non omnia, quorū etiam Suidas, & alij mentionē fecerunt. hunc Gregorium falsō appellat Trithemi⁹ episcopū Emislenū. Obijt Basilius sub Gratiano Cæsare, auctore Hieronymo, cui adde quæ de eo, eiusq; fratribus, & Gregorio Nazanzeno scripsere Socrates lib. 4. capi. 26. & 27. & Nicephorus lib. 11. cap. 18. & 19. Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani Episcopi.) Ioannes patria Antiochenus ob sapientissimam eloquentiā, & eloquentissimam sapientiam ab ore aureo cognomento Chrysostrōmus, concionator insignis, Christi que præco indefatigabilis, criminū censor acerrimus, Theologorū omnium eloquentissimus, patrem habuit Secundum, matrem verò Anthusam. Hic vir præstantissimus sub Siricio Papa, mortuo Nestario in eius locum cleri, & populi consensu Episcopus Constantinopolitanus eligitur Cæsaribus Archadio, & Honorio, consulibus Honorio. A. III. & Eutychiano, auctore Socrate: q̄ quidē annus ex Haloandro, & Prospero Aquitanico in chronis cōuenit Anno dñi CCC C aut. CCC CI. tandem ob linguæ libertatē, qua in oēs integerri-

mo zelo vtebatur, ab ipso principe Arcadio; Augustæ Eudoxiæ priuata indignatione in exilium vltimò mittitur, duciturq; Cucussum Armeniæ paruulum oppidum, atq; inde Arabissum deportatus, postremò Episcoporū quorundā inuidia Pytiūtem, vbi fines sunt Ponti, regioq; crudelissimis barbaris finitima, ex atrociori rescripto principis deportari iubetur: atq; in itinere prope Comanā vr̄bē in tēplo Basilisci Martyris sumptis ecclesiæ Sacramentis se ipsum consignans crucis signo expirauit. XIII. die Nouembris, consulibus Honorio. A. VII. & Theodosio. II. teste Socrate, qui annus responderet ex Haloandro, & Aquitanico anno dñi CCC CIX. anno vno ante Archadij mortē. Hęc de Chrysostrōmo ex multis, quæ scripsere Socrates lib. 6. Theodoritus lib. 5. à cap. 28. ad vltimū vsq; caput. Sozomenes lib. 8. cap. 2. & sequentibus. Suidas, Trithemius, & Erasmus, ac longē Nicephorus lib. 13. cap. 2. & seq. qui cap. penulti. scribit, Chrysostrōmum obiisse mortē die XIII. Septēbris, quo celebrat exaltatio Sanctæ crucis tertio anno ante Archadij mortē, & iuxta ipsius Nicephori computationē Anno CCC CXV. De die XIII. Septēbris idē scribit Casiod. in tripar. lib. 10. c. 18. ex Socrate. apud quē forsan codex Græc⁹ in mēsis noīe vitiū patit. Item opuscula beati Theophili Alexandri ni Episcopi.) Hic est ille Theophilus, cuius artibus D. Chrysostrōmus est in exiliū actus: fuit etenim Diui Chrysostrōmi obtrectator, ferum & crudelem illū appellans, auctore Nicephoro lib. 13. cap. 4. post Socrate. lib. 6. capi. 2. & seq. Theodoritum, & Sozomenem, atq; Casiodorū in tripar. lib. 10. Et tamen crucē Hieroglyphicā Serapidis templi Saxis incisam ad religionē nostrā adcommodauit, pio in Chriānā religionē animo, quo & à principe impetrauit, vt tēpla Mithræ, & Serapidis in Aegypto euererent: teste Socrate lib. 5. ca. 16. & seq. ac post eum Nicephoro lib. 12. c. 26. fuit Theophilus hic Cyrilli patruus, & obiit diem suum Alexandriæ Lethargico morbo die. XV. Octobris anno Quinto Theodosij Iunioris, auctore Nicephoro lib. 14. capit. 14. & sic anno Dñi ferē CCC XXX. fuit & alter Theophilus Antiochenus Episcopus hoc multo antiquior, cuius D. Hieronymus de scriptoribus eccles. Eusebius lib. 4. cap. 20. & 24. Nicephorus lib. 4. ca. 9. & lib. 3. cap. 25. meminere eius scripta cōmemorātes, & asseuerantes, fuisse sextum Antiochiæ Episcopū sub Imperatore. M. Antonio Vero. Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini Episcopi.) Cyrillus mortuo patruo Theophilo Alexandrinus Episcopus eligitur, vir insignis eruditionis,

ditionis, quique pro christiana religione aduersus Nestorium egregie pugnauerit. Eius extant præclara opera, quorum meminerunt Nicephorus libro. 14. capit. 14. & Trithemius. claruit sub Theodosio Iuniore: sicuti ex eodem Nicephoro Euagrio libr. 1. Prospero Aquitanico, & Hermanno Contracto constat, ad immortalē vitam anno XXXII. eiusdem Pontificatus, ex Nicephoro lib. 14. capit. 47. Anno Domini fere CCCCLXII. apud Gratianum nulla est mentio Cyrilli, nec Theophili: tamen ex Epistola & Decreto Gelasij referantur in primo consiliorum Tomo, & apud Burchardum.

Opuscula beati Hilarij Pyætaviensis Episcopi.) Hilarius Pyætaij, vrbis Galliarum Aquitanicæ Episcopus, tempore, quo & Diuus Martinus Turonensis ecclesiæ Præfulerat, de fide ad persuadendum valde appositos libros scribit: primumque in exilium missus, tandem ab eo reuocatus Italos, & Gallos, quæ vel expetenda, vel fugienda dogmata essent, erudiens, multis editis libris Arrianam opinionem disertissimè refellit. Ex Hieronymo de script. eccles. Socrate lib. 3. ca. 10. Sozomene lib. 5. cap. 13. & Nicephoro lib. 9. c. 16. & lib. 10. ca. 17. obiit Pyætaij sub Valentiniano, & Valente anno eius Imperij quinto, & à Natiuitate Domini CCCCLXXII. ex Hieronymo in Chronicis. ex Hermanno Contracto, & Trithemio annus Domini variat, parum tamē: nam apud Trithemium mors huius viri sanctissimi ad scribitur Anno CCCCLXXI. apud Contractū Anno Domini CCCLXIX.

Opuscula beati Ambrosij Mediolanensis Episcopi.) Ambrosius cum Mediolanij sub Valentiniano præfecturam gereret, & mortuo Auxentio Episcopo, disidium populi in Episcopo deligendo sedasset, ex laico in Episcopum eius vrbis eligitur, eamque dignitatem primum reiiciens, libentissimè tamen baptismo suscepto. Christianus efficitur, iussuque principis Episcopale sedem accepit. qua equidem accepta, Episcopi officio egregie fungitur, & multa aduersus hereticos præclara edidit opera, scripsitque alia Christianæ religioni admodum vtilia: quorum mentio fit à Trithemio, & alijs. Extatque eius vita titulo Paulini ad Augustinum scripta, sed & de Ambrosio multa Socrates lib. 4. cap. 30. Theodoritus lib. 4. ca. 6. Nicephorus lib. 11. cap. 32. & lib. 12. ca. 41. Sozomenes lib. 7. c. 24. & Calsiodor. in tripar. lib. 7. c. 8. & lib. 9. c. 30. obiit prope annum domini CCC. Item opuscula beati Augustini Hippone-regiensis Episcopi.) Diuus Augustinus ecclesiæ Doctor celebratissimus, in quem opulentus

ille spiritus, iuxta ac benignus dotes suas omnes vberimè effudit, ex prouincia Africana Tagastæ parentibus honestis, & Christianis progenitus, Diui Ambrosij discipulus, multa in Christianæ religionis patrocinium edidit opera, in quibus veram Theologiam, mores integerrimos, absolutamque pietatem docet. Eius vitam Possidonius scripsit, qui latè tradit, qua ratione fuerit Hippo-nensis Episcopus constitutus, cuius muneris officio sanctissimè functus obiit Anno dñi. CCCCLXXX. ætatis LXXVI. Episcopatus. XL. auctoribus Hermanno Contracto, Mariano Scoto, & Trithemio, Quinto Calend. Septembris. Prospero verò Aquitanico de die conuenit, annum autem numerat CCCCLXXXIII. Sigibertus, & Lucidus annum CCCCL.

Item opuscula beati Hieronymi presbyteri.) Diuus Hieronymus patre Eusebio natus, oppido Stridonis, quod Dalmatiæ, Pannoniæque olim confinium fuit, sub Imperatore Constantino Anno domini CCCXXXI. Hebrææ, Græcæ, ac Latinæ linguæ peritissimus, sub Gregorio Nazanzeno sacras literas edoctus, multos scripsit libros adeo celebres, vt maximam illi famam, & auctoritatem post vitæ integritatem pepererint. Obiit anno Domini CCCCLXXII. auctoribus Prospero Aquitanico, Ioanne Lucido, Trithemio, & Erasmo, quæ eius vitæ diligentissimè scripsit. Itē opuscula Prosperi viri religiosissimi.) Hic est Prosper ille Aquitanicus, qui post Eusebium, & Hieronymum chronicò scripsit, cuius & nos in enarratione huius capi. frequenter meminimus. Claruit sub Leone primo Pontifice Maximo, cuius scriba fuisse creditur, à quo Regij Lepidi Episcopus est institutus, vbi cum doctrina, tum sanctitate floruit, in diuorumque numerum suis meritis relatus est. Scripsit verò carmine multæ excelluit enim in Poetica, vt eaferebant tempora, scripsit & alia pleraque soluta oratione, quorum magna pars extat. Hæc ex Gennadio, Beda, & Gregorio Gyrardo in Dialogo. 5. de poetis. & Trithemio. Qui scribit eius festum celebrari septimo Calendas Iulij. Ex quibus deducitur, eum claruisse prope annum Domini CCCCLX.

Item epistola beati Leonis Papæ ad Flavianum Constantinopolitanum Episcopum destinata.) Leo Papa Protogene, & Asterio cōsulib⁹, anno ex Haloædri chronologia à natiuitate Dñi CCCCLI. anno equidem nono eius pontificatus, oibus numeris absolutâ, maximisque dignâ laudibus ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum scripsit epistolam cōtra Eurychetis per
E fidiam

Variarum Resolutionum

fidiam & errorem: in qua multis ratiōibus, & auctoritatibus sacrae scripturae, Eutychemis Abbatis haeresim, catholicæ Sanctæ sedis Apostolicæ decreto, & illa in rebus fidei diffiniendis sacrosancta, & irrefragabili maiestate, ac certitudine infallibili, euertit, & damnat: quemadmodū & in Synodo vniuersali quarta apud Chalcedonem eiusdem Pontificis approbatione damnata fuit. Quae ratione mirum non erit, si à Gelasio hæc Leonis Papæ epistola, quæ diffinitiones sedis Apostolicæ de rebus fidei continet, sic laudetur, vt pronūcietur Anathema, qui non eam in omnibus omnino receperit, vel de ea ad vnum iota disputaerit. Atque hæc de Leonis Papæ epistola, quæ ex Aera idem adscripta conuenit Anno CCCC. XLVII. nos tamen rationem consulum obseruauimus. Verūm hoc Gelasij testimonium, quod ipse præstat tantum Leonis Papæ epistolæ ad Flavianum, cæteris sanctorum virorum scriptis, quorum ab eo in hac secunda Decretj parte mētio facta est, itidem tribuere, mera est allucinatio, ac temeritas viri parum intelligentis quæ Gelasius de Sanctorū patrum scriptis docuerit. Approbat enim Gelasius Sanctorum virorum scripta, vt intelligamus ea ratione probari, quod catholicæ fidei minimè repugnēt, vt tandem nihil in eorum scriptis reperiat, quod manifestè sit religioni Christianæ contrarium: non tamen sic, vt omnia illorum dicta pro lege suscipiēda sint, ac necessariò admittēda. Sūt etenim multa, quæ ab Augustino tradūt, quibus cōtraria placuerunt Hieronymo: & alia, quæ & si fidei nō repugnent, non tamen ad ea credenda, ac tenenda catholica fides nos constringit. Rursus & alia, quæ & si ad religionem, ac fidem pertineant, possunt in cōtrouersiam deduci, & examinari, an sint cōtraria veritati, quæ eo tempore latebat, postea vero in lucem prodierit ecclesia catholica diffiniente. Nam & ipse Augustinus libr. 3. de trinitate. in prologo inquit. Noli meis libris, quasi canonicis scripturis deferuire, sed in illis, & quæ non credas cum inuenieris, incunctanter crede: in istis autem quod certum non habebas, nisi certū intellexeris, noli firmū tenere. cap. noli meis. 9. dist. quo in loco glo. temerè, ac falso scripsit, postea à Gelasio in hoc Decreto scripta Augustini, & aliorum Sanctorum patrum authentica censerī, ac pronūciari, vt vsque ad vltimum iota necessariò recipiantur. Sic sanè Alfonso de Castro libro. 1. de hæresib. c. 7. huius glo. interpretatiōne iure optimo improbat, ac refellit: eiusque opinio probatur à Gratiano plurib⁹ testimonijs in dict. 9. dist. Item Decretales epistolas.) Hoc in loco Gelasius inter Agiographa, & Sanctorum patrum

scripta connumerat Decretales epistolas, quas admonet omni cum veneratione recipiēdas esse. Eas etenim scripsere beatissimi Papæ pro diuersorum patrum consolatione: eodem auctore Gelasio, cuius, & Innocētij primi testimonio vitut Nicolaus Papa in capi. si Romanorum. 19. distin. Est tamen obiter examinādum quod Gratianus docet in vicesimæ distinctionis initio scribēs, Decretales epistolas canonibus conciliorum pari iure exequandas: quam sententiam veluti manifestum Gratiani errorem omni conatu improbat Alfonso Castro lib. 1. de hæresi. c. 2. negans epistolas Decretales, etiam si recipiendæ sint, & ab omnibus catholicis probandæ, conciliorum vniuersalium canonibus exæquādas fore. Idem probare conatur Ioan. Arboreus lib. 4. Theosophic. capit. vlti. Nos verò arbitramur, Gratiani opinionem veram esse dubio procul in causarum, & litiū diffinitionibus, in quibus dijudicandis, ac discernendis nō minor est Papæ potestas, quàm conciliorum vniuersalium: imò maior: sic tradidere glo. in cap. ad Apostolicæ. de re iudicat. in 6. in princip. Innocent. & Imola. in cap. graue. de præb. Cardi. à Turre Cremat. in tracta. de eccle. lib. 3. cap. 37. Antoni. de Rosellis in tract. de concilijs, quæst. 12. A Egidius Bellamera consi. 99. q. 16. late Jacobati. in tract. de concilio libr. 5. artic. 8. Ex quibus, & multis, quæ hi auctores adducunt, constat, concilium, etiam vniuersale in litibus, & cōtrouersijs decernendis, & dijudicandis non habere aliam iurisdictionem, quàm eam quæ sibi fuerit expressim, vel tacitè à summo Pōtifice delegata. Quod si de rebus fidei tractemus, & Papa per epistolā Decretalem maturo consilio, & præuā deliberatione aliquid responderit eo animo, vt ea responsio sit Apostolicæ sedis de fide diffinitio, cōstanter asseueramus, hoc responsum esse recipiendū omnino, ac tenendum vti certum de fide. Non enim potest summus ecclesiæ Pontifex errare, si in his, quæ ad fidē pertinent, aliquid vt persona publica, & ecclesiæ caput, pontificis summi officio functus diffinierit: quod nos probauimus lib. 1. Varia. resolut. ca. 10. nu. 12. Adhuc tñ in pertinētibus ad fidē præstat, aliquid à concilio vniuersali legitimè cōgregato diffiniri. Siqui dē prōptiori quodā animo recipiūt absq; vlla cōtrouersia diffinitiones, quæ in rebus fidei date sunt à cōcilio legitimè cōgregato, quibus ipse Papa, & reliqui Episcopi subscripsere, quàm illis, quas solus Pōtifex diffiniuit: ex multis equidem ratiōibus, vel ex ea, quod de concilio nemo hactenus ex viris catholicis scripsit, quod possit errare in his, quæ ad fidē pertinent: Papam verò errare posse, tamen si falso, impie, & maximo cū errore, multi-

multi auctores asseuerarunt: quemadmodum & idem Alfonsus de Castro adnotauit. Sed & in his diffinitionibus, quæ à concilijs vniuersalibus datæ sunt extra res ad fidem pertinētes, aliquid poterit maioris vinculi obseruari, quàm in his, quæ à solo Pontifice decernuntur, quo ad derogationem, & dispensationē. Nam, vt alibi scripsimus, dispensatio aduersus concilij decreta, & canones sufficiens non censetur, nisi in specie fiat eorum derogatio his quidem verbis: non obstante aliqua lege, vel constitutione, etiam in concilio generali statuta, auctore Archid. in cap. 1. de consti. in. 6. tex. in cap. ex parte. & in cap. vlt. de cappel. monach. capit. eam te. de ætat. & qualit. ca. non nulli. de rescript. vbi quæstionem istam tractauerit Iuris canonici interpretes, præsertim Feli. col. 4. Alexan. consi. 187. lib. 5. Cardi. Iacob. in dict. tract. de concilio. lib. 5. art. 18. & tamen in derogatis decretis, aut cōstitutionibus solius summi pōtificis non est necessaria mētio ista per verba prædicta specialis, iuxta communem omnium resolutionem.

Præter hæc rursus apud Gratianum de decretalibus epistolis legitur. 19. dist. cap. in canonicis. eas esse scripturis diuinis adnumerandas, & in earum ordinem referendas, ex auctoritate Augustini male intellecta, corrupteque citata. Sic enim legitur apud Gratianum. In canonicis scripturis ecclesiarum Catholicarum quamplurimum diuinarum scripturarum solertissimus indagator auctoritatem sequatur, inter quas sanè illæ sunt, quas Apostolica sedes, & ab ea alij meruerunt accipere epistolas. Hæc Gratianus. ex Augustino lib. 2. de doctrina christia. cap. 8. apud quem ita legitur. In canonicis scripturis, ecclesiarum Catholicarum quamplurimum auctoritatem sequatur: inter quas sanè illæ sunt, quæ apostolicas sedes habere, & epistolas accipere meruerunt. Hæc Augustinus de libris canonicis hanc regulam nobis tradens, vt illi libri pro canonicis habeantur, qui à pluribus Catholicis ecclesijs recipiuntur, inter quas ecclesias Augustinus credit, eas esse cōputandas, quæ Apostolicas sedes habuerunt, id est, quas Apostoli, vel earum Episcopi rexerunt: ita illas esse præcipue Catholicas ecclesias censet Augustinus, quæ Epistolas ab Apostolis accipere meruerunt: vt Romana, Corinthia, Thessalonicensis, Colossensis, Ephesina, Hierosolymitana, Antiochena, & Alexadrina, quas omnes Apostoli aut verbis docuerunt, aut scripto, qua ratione fit, maxime absurdū esse quod Gratianus ex Diuo Augustino voluit deducere: cum & ex eo necessario sequeretur: diuinis scripturis esse adnumerandas epistolas, quæ Romani Pontifices

ab ecclesijs inferioribus receperint. Quod nemo vsquam nec dixit, nec probauit: atq; ideo hunc Gratiani errorem merito Alfonsus à Castro notat, & improbat in dict. libr. 2. de hæresibus. ca. 2. quem hac de re legito.

Decretales vero epistolæ, quæ à summis Pontificibus datæ sunt, vniuersalis ecclesiæ consensu probantur. Nam præter Gelasij auctoritatem, & aliorum commendationem, quæ in dict. 14. distinctione traditur, in concilio Constantiensi sess. 8. meritissimè damnatus fuit Ioannis V Viclephi error inter alios, quo asserbat, Epistolas decretales summorum Pontificum Apocryphas esse.

I T E M gesta Sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant: quis ita esse catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos: nec suis viribus, sed Dei gratia, & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo, secundum auctoritatē antiquam, vel consuetudinem singulari cautela in Sancta Romana ecclesia non leguntur, quia eorum, qui scripsere nomina penitus ignoratur: & ab infidelibus, aut dictis superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur. Sicut cuiusdam Quirici, & Iulitæ matris eius: sicut Georgij, aliorumque passionum huiusmodi, quæ ab hæreticis probantur conscriptæ. Propter quod, vt dictum est, ne vel leuis subsannandi oriretur occasio, in Sancta Romana ecclesia non leguntur. Nos tamen cum prædicta ecclesia omnes Martyres, & eorum agones, qui Deo magis, quàm hominibus notæ sunt, omni deuotione venerationemur.

Item gesta Sanctorum Martyrum.) Martyr Græca dictio est, quæ latinè testem significat & quanuis auctore Cypriano in libro. de duplici martyrio ad Fortunatum: omnis piorum vita testimonium reddat Deo, & de Deo: nō quòd Deus cuiusquam indigeat testimonio, qui est vera lux illuminans omnem hominem, sed quia ita visum est æterno illius, diuinoque consilio, vt suam bonitatem, sapientiam, potentiamque apud homines per homines voluerit illustrare: ecclesiastica tamen consuetudo cognominis huius honorem propriè tribuere cœpit his, qui in tormentis, ago-

E 2 nibus,

Variarum Resolutionum

nibus, & cruciatibus vsq; ad mortē perdurarunt constantissime in professione nominis Iesu Christi & Evangelicum instrumentum sanguine suo velut obliigarunt apud incredulos. Sic sanē licet & ipsi martyres, ppter verā fidei, & Christianæ religionis constantissimam confessionem dici possint confessores: quod Gelasius probat, ecclesiastica tamen traditione obtentum est, vt ad martyrum distinctionem confessores dicantur illi, qui absq; sanguinis martyrio, diem postremū obiere, moribus, & religione, atq; miraculis adeo illustres, vt iure optimo ecclesia eos in Sanctorū numerum retulerit, ac referendos esse decreuerit. Hinc & negatores dicti qui semel suscepto Christiano nomine tormentorū, ac mortis metu Christum abnegarunt: quum dubio procul tenerentur in persecutionibus potius Christum confiteri, vt confessores, & martyres dici merito possent, quā illum spe inanis vitæ abnegare. Huiusce temeritatis, sicut & illius insignis constantiæ, præclara mentio fit ab Eusebio lib. 5. eccle. histor. cap. 1. & Nicephoro lib. 4. capit. 17. His adde quæ tradit Claudius Spencæus in posteriorem Epistolam ad Timoth. cap. 2. nume. 5.

Quia eorum, qui scripsere nomina penitus ignorantur.) Illorum igitur Martyrum historias Gelasius in Romana ecclesia non legi asseuerat, quarum auctores prorsus ignorantur. Atque ideo passim videmus in ecclesijs, præsertim in officio Matutino legi multa de Martyribus, & sanctis ex auctoritate doctorum ecclesiar, Hieronymi in quā, Augustini, Gregorij, Ambrosij, & aliorum, qui ob vitæ integritatē, ob insignem religionis Christianæ professionem digni sunt, vt illorum testimonio vtamur: & præterea ex ecclesiastica historia, maximè Eusebij, qui & de martyribus opus quoddam scripsit, vt is asseuerat libr. 4. ca. 16. ex tripartita, ex Theodorito, Socrate, Sozomene, Euagrio, & his similibus. Sed & nuper in publicum prodire Simeonis Metaphrastæ Græci auctoris, vitæ sanctorum patrū, & Martyrum, opera, & diligentia Aloyfi Lipomani Veronensis Episcopi è Græco in latinum translata.

Aur dictis superflua.) In primo conciliorum tomo apud Gelasium legitur. Et ab infidelibus idiotis superflua. ipse legerem. Et ab infidelibus, aut idiotis superflua.

Quirici, & Iulitæ matris eius.) Horum martyrum cōmemoratio fit in ecclesia Romana die decimo quinto Iulij. at in ecclesia Toletana, & Granatēsi die decima sexta Iunij. Sic & diui Georgij festum celebratur vicesima tertia die Aprilis

in ecclesia Romana, & in omnibus ferè Christiani orbis ecclesijs. Extat in Iulitam martyrem cōcio quinta Diui Basilij Cæsariensis: atq; vtriusq; martyris vita inter eas, quas Simeon Metaphrastæ scripsit: apud quem itidē & vita beati Georgij legitur.

Quæ ab hæreticis probantur conscriptæ.) Apud Gelasium in primo cōciliorum tomo, & Burchardū rectius legitur. quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ: sic & sexta Synodus. ca. 63. igni tradendas esse censet Martyrum historias ab hæreticis, & infidelibus conscriptas.

Omni deuotione veneramur.) Quauis Gelasius admonuerat, historias Martyrum, quarū auctores ignorantur, in ecclesia Romana non legi, ipse tamen martyres venerandos esse, testatur, ac docet. Vnde impium est, ex eo hæreticos Christianum populū auertere à veneratione sanctorum, quod eorum historia, quæ vulgo circūferuntur, ab ecclesia Romana minimè probetur. Ecclesia etenim martyres quosdā, & alios viros, moribus, sanctitate, & miraculis illustres in diuorum, ac Sanctorum numerum diligentissima inquisitione præuia, maturoque consilio premisso referendos esse decreuit: non tamen ex eo ipso probat, nec recipit historias, quæ à quocunq; fuerint de martyrum gestis conscriptæ: imò eas admonet maximo cum iudicio legendas esse. Tenemur igitur sanctos ab ecclesia in diuorum numerum relatos omnino venerari: siquidem hac in re iuxta veriore sententiam errare ecclesia non potest: sicuti & nos scripsimus lib. 1. Variarū resol. cap. 10. Tametsi non cogamur adhibere fidem his, quæ de martyrum gestis fuerint passim scripta: nisi & hæc fuerint ex traditione ecclesiastica planè recepta, aut Apostolicæ ecclesiæ decreto probata.

Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hylarionis, & omnium Eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni veneratione suscipimus.) Diuus Hieronymus in lib. de scriptoribus eccles. asseuerat, scripsisse ipsum vitas Pauli, Hylarionis, & Capitiui monachi. Atque ita inter eius opera tomo primo hi tres libri vulgo circūferuntur. Antonij vitam scripsit Athanasius, sicuti tradidere Rufinus lib. 10. histo. eccles. cap. 8. Socrates lib. 1. cap. 21. & Hieronymus in Athanasio, qui in Euagrio scribit, Euagrium id opusculum è Græco in latinum traduxisse de eodem Antonio multa lector poterit legere lib. 1. tripart. ca. 11. de Hilarione Sozome-

zomenes lib. 3. ca. 14. & ca. 10. qui & de Antonio, & alijs Eremitis tractat: de quibus tractauere So crates lib. 4. cap. 23. idem Sozomenes lib. primo. cap. 13. ac Nicephorus in historia eccles. Sed & vi tas monachorū, & Eremitarum præter alios scripsere Euagrius, eiusque discipulus Palladius, teste Socrate in dicto. capitulo. 23. & Timotheus, vt scribit Sozomenes libr. 6. histor. ecclesia. capitul. 29.

Item actus beati Syluestri, Apostolicæ sedis præfulis, licet eius, qui scripsit nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Romana catholicis legi cognouimus: & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ.

Laudat hoc in loco Gelasius, & probat actus beati Syluestri: id est historiam de rebus gestis à beato Syluestro: tamen si asseueret eorum auctorem esse incertum. Laurentius Valla in eo libro, quem aduersus Constantini donationem studio calumniandi potius, quàm veritatis indagandæ, in sacrosanctam sedem Apostolicam debachatus scripsit. blasphemus equidem animo asseuerat, huius historię scriptorem furciferum, & nebulonem fuisse: cui ex aduerso respondens Augustinus Eugubinus libro hac de re edito, censet Eusebium Cæsariensem actus Syluestri scripsisse: quod mihi ægrè persuadebit: multa etenim sunt indicia ex his, quæ Eusebius de vita Constantini scripsit, quatuor ea de re libris editis ad mortem vsque ipsius Cæsaris, quibus ipse perpenis facillime crediderim, & cõstater asseuerauerim, actus beati Syluestri, nequaquam ab Eusebio scriptos fuisse. Non enim tacuisset Eusebius vitam Constantini omni conatu scribens, ea, quæ præcipue hac in historia Syluestri narrantur, & quæ potissimum ad Constantini gesta pertinent: quæ quidem tacuit: imò quandoque contraria asseuerauit: quod statim probabitur. Tamen in codice vetustissimis characteribus scripto, ex Bibliotheca illustri admodum Didaci à Mendoça mihi commutato, legerim Græcè vitam beati Syluestri, cuius titulus auctorem Eusebium Cæsariensem significabat. Etenim quinto tomo vitarum, quas Aloysius Lipomanus è Græco in latinum verti curauit, illud opus Simeoni Metaphrastæ tribuitur. Sunt qui Damaso Pontifici actus beati Syluestri tribuāt, qui Pontificum omnium à Petro exorditus vitas, & gesta perstrinxit in eo opere, quod Pontificale appellant: teste Alberto Pighio lib. 5. de eccles. hierar. cap. vlti. & Trithemio in Damaso. Hæc tamen inissa faciamus: quum teste Gelasio, actus beati Syluestri Romæ à multis

tunc probati, lectique fuerint, atq; ideo & apud alias ecclesias eandem habuerint fidem. Inquiramus tamen quid veteres historici, & alij auctores de his, quæ ex historia Syluestri, & eius actibus solent videri controuersa, hætenus senserint, & scripserint: quod à me breui quodam examine tractabitur, vt Gelasij locus. eam interpretationem habeat in huius historię mentione, quæ vel utilis, vel necessaria sit.

Primum etenim in controuersiam incidit Magni Constantini baptismus ex gestis beati Syluestri. Ex quibus constat, Magnum Constantinum Romæ à beato Syluestro baptizatum fuisse in eiusdem principatus initio: quum idem Imperator lepra grauiter infectus consilio impiorum medicorū decreuisset balneo vti sanguine infantum pleno, eique nocte Petrus, & Paulus apparuissent tantæ crudelitatis Decretum improbant, ac consulentes, vt Cæsar ipse Syluestrum ad se vocaret, qui cum laqueo baptismi ad spirituales, & corporales salutem restitueret. Sic deniq; historia ista, præterquam quod à Damaso Papa in Pontificali refertur ex beati Syluestri gestis, & à Simone Metaphraste quinto Tomo ex editis cura, & diligentia Aloysij Lipomani Veronensis Episcopi: extat & in Constantini Magni edicto, & decreto: quod traditur in primo conciliorum Tomo. ab Iuone Carnorensi libr. 4. tit. de dignitate. Roma. eccles. à Gratiano. 96. dist. cap. Constantinus Imperator. ab Alberico. in. l. 1. §. in initio. ff. de off. præf. præf. vrb. ab Isidoro non Hispalensi, sed Iuniore in tract. de Synodis tit. de Nicæna Synodo, à Castaldo in tract. de imperatore. q. 51. num. 25. & 27. eiusdem historię meminit Theophanes, & Zonaras Græci quidem historici non contemnendæ auctoritatis. Sed & huius historię testimonio vsus est Hadrianus Papa literis datis, ad Synodum septimam, quæ Constantino, & Irene, imperantibus celebrata fuit aduersus imaginum oppugnatores: quemadmodum constat in actione. 2. eiusdem synodi, quæ Nicæna item dicitur. Et quis quis is est, qui nomine Hieronymi surpato ad Eustochium scripsit de vinculis beati Petri, inter Hieronymi opera. 4. tomo. Gregorius item Turonensis Episcopus, qui anno sexcentesimo tricesimo scripsit libr. 2. capit. 31. Nicolaus tertius Pontifex Maximus in cap. fundameta. de elect. in sexto. Idem de baptismo, & lepra Constantini diligenter narrat Georgius Cedrenus in eodem Constantino: & ante eum Nicephorus libr. 7. c. 33. 34. & 35. huic opinioni adhærēs, & asseuerās, eandem ab ecclesia certò prædicari. idem lib. 8. c. 54. scribit, ipsum vniversali ecclesiæ hac in historia cõsentire, & credere, Constantinum Magnū Ro

na à beato Syluestro ante Synodum Nicenam sacro baptisimi lauacro Christi fidem suscepisse. Eandem opinionem pluribus rationibus, & testimonijs probare conatur Augustin⁹ Eugubinus de donatione Constantini aduersus Vallam. numero. 77. & sequentibus, qui & Anselmi testimonio vitur ad huius historiz fidem probandam. Quam nos probamus ex Gelasij auctoritate, qua & vsus fuit Iuo Carnotensis. Dubia tamen ex eo videtur quibusdam, quod Eusebius Cæsariensis, qui eiusdem Imperatoris Constantini Magni familiaris fuit, qui que eius vitam vsq; ab obitum, quodam encomio, quatuor libris cõplexus est, scripserit, cum in suburbano vico Nicomediz à Christianis episcopis in extrema ætate ppe mortem baptizatum fuisse: ipso Imperatore coram Pontificibus causam dilati baptisimi animo pijsimo reddente: nempe quod in Iordane fluuio baptizari desiderasset. Hęc Eusebius lib. 4. Idem scripsere Theodorus lib. 1. cap. 32. Socrates lib. 1. cap. penultimo. Sozomenes lib. 2. ca. vlt. & Euagrius lib. 3. cap. 41. Sed & ipsius Sozomeni testimonio libro. 3. cap. 19. constat, Constantinum Magnum tempore Nicenæ Synodi nondum baptizatum fuisse, sed catechumenum: vt interim mirer, quare Eugubinus scripserit, baptismum Constantini, cuius Eusebius meminerit, fuisse potius balneum calidarum aquarum, ad quas æger Constantinus sanitati consulens accesserit: quam sacrum baptisimi lauacrum: cum Eusebius, & qui eum sequuti sunt, apertissimè de sacro baptisima te fuerint loquuti: atq; ideo potuit Eugubinus negare fidem historiz, non tamen ei licuit quæ à veteribus historicis scripta sunt, aduersus eorū mentem interpretari. Sed & hanc Eusebij de Baptismo Constantini historiam sequitur Diuus Ambrosius in oratione de obitu Theodosij. Et tamen Diuus Hieronymus, & Hermanus Contractus in chronis quauis penè idem sequantur, ausi fuere Christianissimo principi hanc inuere notam, quod ab Eusebio Nicomediensi episcopo Ariano baptizatus in Arianum dogma declinauerit. Nos hac in re nihil esse certius censemus, quam quod fuerit communi consensu ecclesiz Catholice receptum: cuius diffinitioni cõtrouersia istam relinquimus. Obiter etenim ab aliquot summis Pontificibus prior opinio recepta fuit. Quemadmodum & receptum quandoque fuit Constantini edictum, in quo baptismus illius iuxta eandem Historiz fidem expressim narratur. Atque ideo nobis satis fuerit hæc tetigisse. Nam & Platina in Marco, licet de lepra, & eius per baptismum emundatione, de que sanguine infantum ab alijs scripta, fabulam esse censet:

credit tamen Constantinum Magnum pulsus ab vrbe tyrannis Romæ à beato Syluestro cum Crispo filio baptizatum fuisse: nec sibi persuaderi posse asseuerat principem hunc, qui in signo crucis tot hostes deuicerat, qui tot templa in honorem Dei ædificauerat, qui sacris concilijs presens fuerat, qui toties cum sanctis patribus in mysterijs orauerat, baptisimi sacris lauacro nondum fuisse contra hostem humani generis munitum: totq; annis inter Catechumenos voluisse censi.

Secundo loco eadem ferè controuersia vertitur de Constantini eiusdem donatiõne, qua Pontifici summo Syluestro, eiusque successoribus vrbe Romæ, Italiz vrbes, & totius occidentis, idem Imperator donasse fertur. Hęc etenim donatio probatur ex Constantini decreto, quod integre traditur in primo conciliorū Tomo, ab Iuone Carnotensi: ab Isidoro, Alberico, Eugubino, & Castaldo, quorum paulò antè meminimus. Eiusdem decreti, & donationis meminit Nicolaus tertius summus ecclesiz Pontifex in capit. fundamenta, de elect. in. 6. idemq; Constantini edictū extat Græcè, & Latine Romæ in Vaticana bibliotheca, & in alijs Italiz bibliothecis: adductumq; olim fuisse à Constantinopoli ex bibliotheca Palatina eiusdè decreti exemplar: quod simile fuit omnino his, quæ Romæ legebantur, probat Castaldus: ac deniq; Eugubinus constanter asseuerat, passim Græcè, & Latine hoc edictum ubiq; seruari. Extat & edictum istud Græcè apud Photium in Nomocanone titul. 8. capi. 1. Et Gennadium Patriarcham Constantinopolitanum in Apologia pro Concilio Florentino capi. 5. quauis apud hos autores nulla fiat mentio in hoc edicto baptisimi, cuius paulò antè meminimus: sed donationis tantum, de qua modo disputamus. Ex multis tamen coniecturis, & rationibus dubium est, an verè hæc donatio facta fuerit à Constantino Magno, presertim ex eo, quod Eusebij, & omnium historicorum consensu idem Constantinus in testamento, & vltima voluntate tribus filijs, quos Cæsares iam constituerat, Romanū diuisit imperium, & eorum cuidam Italiam, & quæ fertur ecclesiz donasse reliquit. Quod profectò nõ fecisset, si verè eadem Syluestro donasset. His accedit, quod huius donationis nec Gratianus, nec Damasus in gestis beati Syluestri meminerint. Sed nec historici, qui Græcè, & Latine Constantini Magni res scripsere, vllam hac de re fecerunt mentionem, procul dubio non omisuri, si vel ea donatio facta fuisset, vel ipsi sciuisent, factam esse: quod eos latere non poterat. Diligenter etenim indagarunt omnia Constantini Magni tempore gesta quod ad ecclesiasticam historiam attinet. E-

ne Eusebius Casariensis, Socrates, Theodoritus, Sozomenes, & Cassiodorus. Sed & omnium scriptorū cōsensu constat, post Syluestrū, & Constantinū quadringentis annis pōtīfices Romanos ea donatione vlos nō fuisse, nec vrbis Romæ iurisdictionē tēporalem habuisse: quibus, & alijs rationibus, donationē à Constantino Magno factam verē fuisse, negant AENEAS Syluius postea Papa Pius in dialogo, quē ante pōtīficatū in Germania edidit charta. 21. Georgius Merula Alexādrinus lib. 1. Vicecomitū. Hieronymus Balbus lib. de coronatione. pag. 81. Feli. in. ca. solitæ. de major. & obed. col. vlt. Ioan. Igneus in. l. donatiōes. nu. 22. C. de donat. inter virum & vxor. **Incipit Barb. in rub. ff. de verb. oblig. col. 11. Cagnolus in proœmio. ff. nu. 79. Andre. Alciat. lib. 7. parer. c. 19. & pleriq; alij, quorū primas obtinuerunt Laurentius Valla, qui integro libro probare conatur, donationē istā nūquam factam fuisse, eiusq; formulam, quæ circumfertur, fictā, atq; commemoratiuam esse, & hūc sequutus Carolus Molinæus vir sancti nimis audax, parūq; modestus erga sacrosanctæ sedis Apostolicæ maiestatem iniquāq; Alexandri. const. 24. lib. 5. col. vlti. & ad edictum Henrici Gallorum Regis nu. 12. fabulam esse censet, quæ de donatione ista vulgo traditur. Nos verō, etiā si videamus plures de fide huius donationis dubitasse, legimus tamen Romanos Pontifices eius meminisse, quanuis id obiter, & cautē fecerint, cum res ad historiam pertineret, quæ quibusdā videtur incerta, atque ideo censemus nemini licuisse, nec licere hac in re aduersus Romanam, & Apostolicam sedē impie loqui, & oblatrarē: Pōtuit enim donatio ista fieri, neque ideo neganda est, quod scriptores antiqui eius nō meminissent: præsertim cum sit. conuuni opinione hominū receptum, hanc donationem à Constantino factam fuisse: quemadmodum asseruerat Andr. Alciat. & deducitur ex his, quæ modò scripsimus, & quæ longē tractauerunt Eugubinus. Cardinalis Iacobatus in tracta. de concilijs lib. 10. arti. 8. & Castaldus in dict. quæst. 51. qui & alios referunt hanc opinionem probantes: quæ probari videtur in Clement. 1. de iure iur. quo in loco gl. verb. Constantinum. quærit, an hæc donatio, si verē facta fuerit, iure potuerit valere: in eaque perseuerat sententia, vt existimet, valuisse hanc donationem: qua in re parum nos immorabimur: siquidem ex veteribus multi hoc argumentum tractauerunt: quorum communior est sententia, quæ asserit, eam valuisse: sicuti constat ex Abb. conf. 82. lib. primo. Cardina. in Clemen. vnica. de iure iurand. §. Porrō. colūm. 3. Felin. in dict. ca. solitæ. Barto. in proœmio Pandectarum. & Abb. Cagnolus.**

10. Abb. in capit. inter dilectos. de fide instrumēt. colūm. 9. & in capit. venerabilem. qui filij sint legit. Gomecio in. §. item feruiana. num. 44. in l. de actioni. Castaldo in dict. quæst. 51. Remundo Rufo contra Molinæum pagina. 645. Florentino parte prima. histor. titul. 8. capi. secundo. §. 8. Augustino Ancona in lib. de potesta. eccles. q. 43. arti. primo. & sequentibus. quam opinionem tenuerunt Accursius in. l. 1. verbo. pertinere. ff. de off. præf. vrb. Speculat. & alij, qui à Iunioribus citantur: tamen idem Accursius in authenti. quo modo oport. episcop. Alberic. in. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. nume. 22. & quidam iuris ciuilibus interpretes contrariū probare conentur. Quibus denique omnis opinamur, summos ecclesiæ præfules præter hanc Constantini Magni donationem, multa iura habere, quibus iure optimo defendi possint iurisdicō vrbis Romæ, eiusque dominium, atque item aliarum vrbium, quas ecclesia Romana, sacrosanctaq; sedes Apostolica possidet, ex his iniquam Christianorum principum largitionibus, quarum meminere Alciatus, Eugubinus, Castaldus, Remundus Rufus contra Molinæum pagin. 614. Albertus Pighius lib. 5. de eccles. hierar. capit. vlti. Blondus, Georgius Merula, & Paulus AEmilius de gestis Francorum in Pipino, Carolo Magno, & Philippo primo.

His accedit, esse consentaneū ecclesiasticæ auctoritati, inter alias rerum temporalium doctes, & hac quoque insigniri, vt castra, & vrbes cū potestate vtriusque gladii sub eius habeat dominio: sicuti quæstionem istam examinans probat multis rationibus Dominicus Soto lib. 10. de iusti. & iure. quæst. 4. art. 5.

Cæterū apud Gratianum. 12. quæst. 1. in cap. futuram. ex tēstimonio Melchiadis Papæ traditur, Constantinum Magnum baptizatum Romæ fuisse, & donationem hanc ecclesiæ Romanæ fecisse, cuius in edicto eiusdem Constantini mentio fit, & de qua modò disputauimus. Probauimus tamen in practicis quæstionibus capit. 31. num. 2. illius cap. titulum falso tribui Melchiadi Papæ ex eo, quod illic relata contigerint post ipsius Melchiadis obitum: & quia Melchiades occisus fuerit, & Martyrium passus est Maximini iussu, qui Constantinum in Imperio præcessit. Quæ quidem ratio est omnino intelligenda vel de Maximino Galerio, qui Cæsar fuit cum Constantino patre Constantini, & orientale imperiū obtinuerit: vel de Maximino, qui tyrānidem in oriente aduersus Licinium Constantini Magni cōsortem exercuerit, & ab eodem Licinio victus est. Quod si Melchiades Papa, & martyr passus

est iussu Maximini Galerij, dicemus, hoc martyrium contigisse ultimo anno Imperij ipsius Maximini: quia Eusebius, & Herimanus Contractus mortem Melchiadis, & Maximini Galerij ferè eadē anno adscribūt. Et eadē ratione dicendū erit, Melchiadem passum fuisse sub imperio Cōstantini Magni, qui auctore eodem Eusebio, mortuo patre Constantio, in Gallia, & Britannia Imperium Romanū accepit anno Dñi ferè C. C. CX. & cum Galerio Maximino Constantij. patris cōsorte diuisum adhuc id habebat. Addit tamē Eutropius, Constantiū contentum dignitate Augusti Italix, atq; Africæ administrādæ sollicitudinē reculasse, eamq; Galerio Maximino cecisse: atq; ita ex alijs auctoribus deducitur, Italix, atq; Africæ curam habuisse Maximinum Galerium ad eius vsq; obitum. Nam in Italiam Seuerum Cæsarem misit, qui à Maxentio, aut eius dolo extinctus est. Hæc verò historia de martyrio Melchiadis sub Galerio Maximino, & eius iussu, mihi ex eo dubiavideretur, quòd ex eisdem Eusebio, & Cōtracto suspicer, prius mortem obiisse Galerium Maximinum, quàm Melchiadem: & quia eo tēpore, quo passus est Romæ Melchiades, Romā, & Italiam obtineret Tyrannus Maxentius filius Maximiani Herculij in christianos crudelissim⁹. qua ratione hoc ipsum Melchiadis martyriū adscribi non poterit alteri Maximino, qui in oriente Tyrannus erat, itidem in christianos sæuissimus Galerij fororis filius: quum is in Italia, & occidente nullum imperium haberet. Vt unq; sit, Melchiades ex chronologia Eusebij, & aliorū passus est priusquā Cōstantinus Magnus victo Maxentio Romam, & Italiam obtinuerit: quanuis in Britannia, & Gallia tunc tribus, aut quatuor annis post patris mortem imperauerat. Et quia facilis fuit apud Platinā, & alios affinitate nominum error, ipse opinor, Melchiadē martyrio coronatum Maxentij, non Maximini iussu. Similis propè constat mutatio nominum in diuæ Catherinæ historia. Siquidem scriptum extat, eam martyrium passam fuisse Alexandriæ iussu Maxentij, eoque præsentē: quum Maxentius nō Alexandriæ, nec orientis, sed Romæ, & Italix imperium per tyrannidem habuerit: eritq; fortassis in ea historia pro Maxentio substituendus Maximinus, qui apud orientē tyrannus, in christianos sæuissimus multos ex eis martyrio iussit occidi. Quibus itā tamē videtur, potuisse Melchiadē de Constantini rebus testificari: quum extant apud Eusebium lib. 10. hist. eccles. & Nicephorū lib. 7. cap. 43. epistolæ Cōstantini Magni ad Melchiadem Papam, quas veras esse confirmat D. Augustinus in epistola. 162. ad Glorium, Eleusium, &

Felicem, qui eandē cōtrouersiam tractat; quæ epistolæ Græcæ retulerūt, appellatq; Constantinum imperatorem Christianum tēpore Melchiadis Papæ, & indicat tunc curam Africæ habuisse per proconsulem Anulinum: ut non satis conuincat Eugubinus prædictas epistolæ cōfictas fuisse. Quod si veræ sunt, ut ipse opinor, respondendum erit, quæstionem illam inter Cæcilianū, & alios Africæ Episcopos contigisse sub Melchiade, ab eoq; diffinitam Romæ fuisse ex Cōstantini Magni sollicitudine adhuc Maxentio Romā occupante: Africam tñ per proconsulem regente Constantino, qui tunc apud Gallos cōmorabatur: ex eo, quòd tyrannis prouincias occupantibus, & inuadentibus Galerius Maximinus non potuerit Africam obtinere, & regere, eamq; Constantinus Magnus ex Gallia constanti animo accepit sub eius protectione. Occiso verò Melchiade, & Maxentio postea victo, quum Constantinus Romam, & Italiam à tyrānide liberasset, rursus iudicium Melchiadis de Cæcilianij causa in cōtrouersiam vertitur: quòd Augustinus sentit, & scribit, apud quem christianus dicitur ante Syluestrum Constantinus, vel quia Catechumenus esset, & Christianis impensissimè faueret, vel nomen id tribuit Augustinus imperatori in eius historix narratiōe, non quòd eo tempore Christianus baptismo suscepto foror, sed quia postea Christi fidem baptismi lauacro susceperit. Verum si dixeris, Cæcilianij Episcopi Carthaginensis cōtrouersiam in ea tempora incidisse, & initium habuisse, quibus iam extincto Maxentio Italiam, & Africam obtineret Constantinus: Eusebius, & alij refragabūt, ex quibus Melchiades priusquā Maxentius mortem obierit: & præterea tunc extinctis tyrannis præter Licinium, qui orientē regerat, si Romæ Melchiades post Maxentiū fuit superstes, non est veritati consonum, eum martyrio coronatum fuisse: siquidem nullus esset tunc in occidente, saltem in Italia tyrannus, à quo potuerit occidi, cuiusve iussu ad martyriū duci possit. Omnia etenim quæ ad ecclesiam, & Christianismum pacatissima fuere in occidente, occisis, & deuictis à Constantino Magno tyrannis, & paulò post in oriente mortuo Maximino tyranno, & Licinio Cōstantini Magni consorte ab eodem victo, profligato, captoq; & occiso.

Item scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capituli beati Ioannis Baptistæ, nouellæ quidem reuelationes sunt: & nonnulli catholici eas legunt: sed cum hæc ad catholicorum

rum manus peruenirent, beati Pauli Apostoli sententia præcedat. Omnia probate: quod bonum est tenete.

Item scripta de inuentione Sanctæ Crucis.)
 9 Apud Gelasium, & Burchardum legitur: Nouel-
 læ quidem relationes sunt. Et sanè historia de in-
 uentione crucis Dominicæ à Gelasio nec refelli-
 tur, nec omnino recipitur inter Agiographa: ad-
 monet tamen summus ecclesiæ Pontifex, vt eâ
 cû iudicio, & piè legamus. Etenim Eusebius Cæ-
 sariensis lib. 3. de vita Constantini Magni: quum
 Helenæ meminisset, eaque cõmemorasset, quæ
 pietatis Christianæ zelo præclare in religionis,
 & diuini cultus, ac templorum ornamentum
 ab eadem diua Helena facta sunt: nequaquã de
 inuentione Dominicæ Crucis meminit, profes-
 sio dignus culpa, si rem adeo seriam scièter omi-
 serit, vel nimis negligenter ignorauerit, minime
 veri, ac solliciti historici officio functus. Commu-
 ni tamen ecclesiæ consensu festum hoc inuen-
 tionis Sanctæ Crucis Dominicæ celebramus, in
 eiusque diei lectionibus legimus, Helenam Con-
 stantini matrem nocturno visu impulsam Hiero-
 solymam petiisse, vt Dominicam quæreret
 Crucem. Locus autem vbi ea defossa erat ab im-
 pijs gentilibus constructo ibidem Veneris tem-
 plo pollutus, vt memoria passionis Domini de-
 leretur, rem difficile reddebat, donec diuinis qui-
 buldam indicijs loco equidem cognito, & tem-
 plo illo cõtaminato diruto, aggregq; exportato,
 sacrû illud resurrectionis antrû illuxit, reperteq;
 fuerê tres sparsim dissectæ cruces, & tabula, in
 qua Pilatus Iesum Regem Iudæorû scripserat. Ve-
 rum quia difficilis adhuc diuini ligni cognitio
 erat, quod ordine cõfuso cruces dissectæ forent,
 dubia animi Imperatoris mater Deû obsecrauit,
 vt ei indicium fieret. Tandem quum mulier quædã
 honesto loco nata graui oppressa morbo, extre-
 mo laboraret periculo, Macarius Hierostelymi-
 tanus Episcopus vnã cû Helena ad agrotantem
 accessit, crucibusq; duabus admotis, eadẽ in eo-
 dẽ discrimine maneret, tertiamq; & verè Domi-
 nicam Crucẽ illi admouisset, subito illa respexit,
 viribusq; firmiter collectis, lecto statim exiuit:
 quo signo, & quod lignû illud diuini sanguinis
 stillã defluentem acceperat, cõperta veritas est,
 cognitumq; lignû Dominicæ Crucis. Satriq; fue-
 re reperti clauis, quibus Christi corpus transfixû
 fuerat. Sed & præter ecclesiæ catholicæ consen-
 sũ, huius historię meminere Theodorus li-
 bro. 1. capit. 18. Socrates lib. 1. cap. 17. Sozomenes
 lib. 2. c. 1. Nicephorus lib. 8. c. 29. Ruffinus lib. 10.
 eccle. histo. cap. 7. & 8. Cassiodorus lib. 2. tripart.

cã. 18. Suetus Sulpicius lib. 2. secundo. Sacra hi-
 storia: Placina in Syluestro. Virgilius Polydo-
 rus lib. 2. secundo. hist. Anglicæ. Diuus tamẽ Au-
 brosius in apoc. de obitu Theodosij, in d. 1. r. a.
 & sollicitudine Helenæ inuentam fuisse scribit
 Crucem Dominicam, cogitantq; esse firmiter ei
 de fluxo quacũq; verò miraculum mulieris à mor-
 boliborũ. Sed & Zonasius Constantino Ma-
 gno, Helenã ipso comite Syluestro. Dominicã
 Crucẽ inuenisse narrat, nullã miraculi mentionẽ
 factã. Legitõ tñ que Eusebius B. Maximo scri-
 bit epistola. 3. & refertur à Gratiano in. c. 1. c. 1. de
 cõse. d. 3. Sed & Georgius Cedrenus in Collã
 tino scribit, Crucem ab Helena in forano admo-
 nita inuentam fuisse anno vicefimo Imprij Cõ-
 stantini: miraculum tamen tacuit.

Et alia scripta de inuentione capitis beati
 Ioannis Baptistæ.) Extat inter opera diui Cy-
 priani tractatus de reuelatione capitis beati Ioan-
 nis Baptistæ, in quo l. 6. describitur, ac depingit-
 tur tota hæc de reuelatione capitis Ioannis Bap-
 tistæ historia: conaturq; illius operis auctor ap-
 pare, festû, quod ecclesia celebrat. III. Calẽd. Septẽ-
 bris, non esse dicendũ decollationis Ioannis, sed
 collectionis, aut inuentionis, vel reuelationis ca-
 pitis Ioannis nominandũ fore. Caterũ illud opus
 non esse Cypriani Erasimus assererat, vel ex eo,
 quod illic mentio factã sit Pipini Aquitanorum
 Regis. Nã si is est, in quẽ Stephanus papa transtu-
 lit imperij titulos, alius etenim ab historicis, quã
 ipse meminere, nõ traditur, immensum est an-
 norũ intervallũ à Cypriano ad eundẽ Pipinũ, qui
 regnauit Anno dñi. D C C L I. quingentis fere an-
 nis post Cyprianũ. Hinc rons & alia, quæ accri-
 me viget, accedit: siquidẽ in eo libello mētio fit
 Theodosij principis, qui annis plus centum post
 post Cypriani mortẽ imperiũ obtinuit, etiã si de
 Theodosio seniore intelligamus quod illic scri-
 ptũ extat, quibus tandẽ euidenter probatur libel-
 lũ illũ, de quo modo agimus, Cypriano falso ad-
 scribi, & eius temere ceteri. Historiã verò de inue-
 nitione capitis Ioannis Baptistæ, non fuisse primũ
 scriptã ab auctore illius libelli, q̃ falso Cypriano
 adscribitur, satis constat ex auctoritate Gelasij,
 qui in hoc decreto apertissimè meminit libelli,
 qui de inuentione capitis beati Ioannis Baptistæ
 scriptus eo tẽpore vulgaris erat, vulgoque legeba-
 tur. Scripsit verò prædictũ libellum eius auctor
 quisquis fuerit, bis cõtum annis post Gelasium.
 Vnde ipse opinor tẽpore Gelasij editum fuisse
 opus aliquod, in quo scripta erat inuentione capi-
 tis Ioannis Baptistæ, quæ sub Martino Imperato-
 re paulo antè contigerat, cuiusque meminit au-
 ctoris, qui libellum supra commemoratum scri-

Variarum Resolutionum

fit. apud quem ubi legitur: chronicam Marcelli principis legat: ipse legendum esse conseo: chronicam Martiani principis legat: aut fortassis: chronicam Marcellini comitis legat. Etenim Marcellinus comes in chronico narrat, sub Martino Augusto inuentionem capitis Ioannis Baptistae contigisse eo ferè modo, quo apud Cyprianum scribitur: die vero XXIIII. Februarij. Vincomalo, & Opilione consulibus anno dominici iuxta Haloandri chronologiam. CCCCLV. Sed & Sozomenes eccles. hist. auctor hoc multo vetustior lib. 7. c. 21. scribit, à monachis quibusdam sub Valente Hierosolymis caput Ioannis Baptistae repperit esse, atque inde illud adlatum in Pantichiu, quod est oppidum paruum non longè à Chalcedone, repositumque in vicino vico, quem incolae Cosilaum vocabant, donec Theodosius Imperator illud in Constantinopolim attulit, septimoque ab vrbe lapide, aut militari templo magnificè constructo, eidemque diuo Ioanni dicato, ibidem reposuit. Eandem historiam repetit Nicephorus lib. 12. cap. 49. Sed magis placet, in præcitato libello mentionem fieri chronicæ, quam Marcellus Monasterio præfectus, cui & reuelatio facta fuit, hac de re scripserit. Sub Iuliano autem Imperatore in Sebaste Palestinæ prouinciæ vrbe diui Ioannis Baptistae monumentum paganos inuasisse, ac demum collecta eius ossa, quæ prius dissipauerant, igne concremalle, cineremque per planiciem campi proiecisse, monachos que quosdam Hierosolymitanos ex monasterio Philippi cautè mixtos his, qui ossa colligebant, quidquid potuerunt ex ossibus collegisse, tulisseque ad eorum patrem Philippum scribit Rufinus lib. eccles. hist. 11. c. 28. idem ferè lector poterit adnotare ex eo libello, quæ falsò Cypriano adscribi diximus: ubi Iosephus, vt opinor corruptè, dicitur qui à Rufino Philippus nominatur. His fanè partim suffragat Theodorus lib. 3. eccles. hist. ca. 16. sub Iuliano cõmemorans in Sebaste vrbe paganos, aut gẽtiles ossa diui Ioannis Baptistae igni tradidisse, pulueremque dissipasse: cetera tñ tacet. Huc sequitur Nicephorus lib. 10. c. 13. idem scribens factum fuisse de ossibus Helisei Prophetæ: qui & Sebaste sepulchrũ suum habebat. Prosper tandem Aquitanicus tradit, Anno Domini CCCXCIII. Theodosiũ venerabile Ioannis Baptistae caput ex vico Coslas Constantinopolim deportasse, ac recõdidisse in templo magnificè constructo in eius honorè septimo ab vrbe lapide. At Theophylatus in Matth. c. 14. scribit, corpus Diui Ioannis Baptistae apud Sebaste vrbem sepultum: caput vero depositum primum fuisse in Emesænorum oppido.

Item Rufinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quoniam beatissimus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus. Et non solum de Rufino, sed etiam de vniuersis, quos vir sapius memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit.

Rufinus Aquileiẽsis ecclesiæ presbyter non minimam apud veteres laudẽ est consequutus cum in diuinis scripturis interpretandis, tum in Græcæ, & Latinæ linguæ eruditione non equidẽ vulgari. Habuit enim, teste Gennadio, elegans ingenium in Græcis operibus in Latinam linguam vertendis: claruit ætate Hieronymi, cum quod graues exercuit simultates: quarum memor Gennadius nimium Rufino tribuit, Hieronymo plurimum detrahens, nõ satis intelligens quantum à diuo Hieronymo Rufinus absit: qui, si ecclesiastica historia Eusebij, & Iosephi opera, quæ nunc latinè circũferuntur ex Rufini translatione, nõ mentiant auctorem, eademque cõferat lector cum Græcis codicibus, dubio peculiariter in multa incidet loca, ex quibus cõperiet, Rufinum nec Græcæ, nec Latinæ linguæ exactam cognitionem habuisse, quæ verò Hieronymus in Rufino notauerit, deduci possunt ex his libris, qui aduersus Rufinum ab eodẽ Hieronymo editi sunt, & in secundo Tomo habentur: ad quorum intellectum legenda sunt quæ Rufinus aduersus Hieronymum scripsit, & facere typis excusa in quarta operum Hieronymi parte. Ceterum quod Gelasius scribit de Hieronymi cõsura obseruanda in alios ecclesiasticos auctores, ita, ni fallor, est accipiendum, vt si quid Hieronymus notauerit, illud sit cautè legendum, & maximo cum iudicio, ne qua ex parte offendant catholicas de fide assertiones non tam statim hæreticum erit cõsendum, nisi id ecclesia diffinierit, aut iam fuerit diffinitum, vel sit adeo diuinis scripturis contrarium, vt manifestus sit in rebus fidei error. Aliquot enim displicuerunt Hieronymo, quæ ab Augustino, & alijs probantur: nec præter ecclesiam catholicam, & summum totius christiani orbis Pontificem, quisquam habet auctoritatẽ pronũciandi aliquid hæreticum esse: tametsi docere possit id refragari diuinis scripturis, atque ideo dignum quod ab ecclesia hæreticum iudicetur: nisi foret adeo manifestus error, vt nulla possit de ea re apud verè catholicos esse controuersia.

Item

Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiatur, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum suo auctore dicimus esse reuenda.

Origenes, qui & Adamantius presbyter, natione Alexandrinus, Clementis Alexandrini discipulus, magni, & excellentis ingenij vir, Leonide Martyris filius, claruit sub Alexandro Imperatore Mammææ filio: obiit sub Gallo Cæsare post Decium imperante anno ferè ætatis septuagesimo, auctore Nicephoro lib. 5. capit. 33. Anno dñi CC LVI. vt Hermanus Contractus scribit de Origene, eiusque libris tractant Eusebius Eccl. histor. lib. 6. Socrates lib. 6. cap. 12. & 13. Nicephorus lib. 5. ex quibus Eusebius, & Socrates in eius laudes erumpunt animosè: idemque Eusebius, quod Gelasius hoc in capite cõmemorat, librum vnum in Origene laudem edidit, aut sane apologiam pro Origene in sex libros distinctam: quemadmodum Hieronymus, & alij tradidere, & Eusebius ipse asseuerat lib. 6. eccl. histo. cap. 36. Fuit verò olim non leuis controuersia inter christiani orbis Episcopos de libris Origene recipiendis, aut reprobandis. quæ de re Socrates, & Nicephorus Græci auctores tractauerunt non semel, sed maximè Nicephorus lib. 13. tandem Constantinopolitana synodus, quæ quinta est inter vniuersales, eius inopia dogmata nominatim, & auctorem ipsum ea ratione damnauit sub Iustiano Principe: sicuti idem Nicephorus scribit lib. 17. ca. 28. & cõstat ex eiusdem synodi actionibus in secundo conciliorum Tomo. Etenim cū Origenes nihil non in sacris literis exponere vellet, se ipsum in errorem coniecit: vnde multa nefanda, & exitiosa protulit verba, ex quibus Arius, eiusque sectatores suorum dogmatum materiã sumpserunt: quod Suidas, & idem Nicephorus fatentur in dict. libr. 17. cap. 27. ipse autem Origenes Martyrij timore inani quod pati recusauit, abiurata fide Satana instigante à diuina sententia, & gratia, quæ primum illi fauorica aderat, omnino delapsus, alienas à religione Christiana opiniones induxit, per quas multis à semita reueta discedentibus, longo post tempore damnationem ecclesiæ dignissimè passus est, infelixque tunc obiit, ac miser: teste Nicephoro lib. quinto. cap. 32. & 33. Proscriptus sanè ab ecclesiã, ignominiam istam non ferens Alexandria relictã in Iudæam profectus mortem obiit, Tyrique sepultus est, auctore Suida. qua ratione intelli-

ges Lector candide, Originem à Gelasio schismaticum appellari. De Origene multa Cedrenus in Epitome. vbi de seuero, & Iustiano Imperatoribus agit. Hieronymus vero eiusdem Origene opus in Cantica Canticorum laudat, & in latinam linguam vertit: sed & librum edidit, & scripsit ad Auitum, in quo docet, quid cauedum sit in libris Origene $\pi\epsilon\pi\iota\ \delta\epsilon\ \rho\epsilon\chi\tau\alpha$. id est de principijs. Epistolam etiam ad Pammachium, & Oceanum de erroribus Origene, de quibus adhuc differit in Apologijs aduersus Ruffinum: & hæc reperiet lector in secundo Tomo. Extant & de eadem re Ruffini quædam scripta, partim ab eo è Græco in Latinum traducta in quarto Tomo operum Hieronymi. quæ quidem lector diligenter examinabit ad Origene errores vitandos, & ad intellectum huius capituli. Nam Hieronymus, Ruffinus, & Gelasius ante quintã Synodum, in qua dånati fuere Origene opiniones, scripsere. Sed & Vincentius Lirinensis in libro aduersus hæreses plurimum dolet, Origene libros, vel ab hæreticis corruptos, vel ab ipso auctore ita scriptos, multis blasphemiarum vulneribus scatentes ad errores persuadendos multum olim valuisse.

Cæterum de historia Eusebij, de qua Gelasius hoc in cap. meminit, tractabimus in cap. sequenti. vbi de Apocryphis libris agitur. Opinor tamè Gelasium, dum Eusebium notat, quod librum vnum de laudibus Origene conscripserit, fortassis de libro sexto ecclesiasticæ historiæ intellexisse: quod si quis malit, vt nos paulò antè adnotauimus, de Apologia ab eodè Eusebio scripta, in sexque volumina distincta intelligere, non admodum refragabor. Imò post primam huius quarti libri editionem sic intelligendum esse censeo locum istum Gelasij. Nam & septima Synodus, actione quinta. eiusdem Apologiæ meminit, & eam improbat: tamen si hac in re parum diligens videatur Rhenanus in epistola nuncupatoria ecclesiasticæ historiæ.

Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, mira que breuitate contexit.

Orosius presbyter Hispani generis vir eloquens, & eruditione insignis, scripsit aduersus querulos Christiani nominis, qui asserabant, Romanum imperium ex eo defecisse, quod Christi fidem, & religionem Romani, eisq; subditi suscepissent: idq; opus in septem volumina distinxit, sed & ab Augustino missus ad Hieronymum pro discenda ani-

mi ra-

Variarum Resolutionum

mi ratiōe, rediens reliquias beati Stephani Martyris primi tunc nuper inuentas primus intulit occidenti. Hæc Gēnadius, Marcellinus Comes, & Trithemius. Claruit ppe annū dñi CCC. Prosper Aquitanicus, & Hermanus Contractus in chronicis. Denique Orosius Elogio Hieronymi, & Augustini commendatur. fuit verò Tarraconensis auctore Volaterrano. Cæterum de reliquijs beati Stephani aliter scribit Nicephorus lib. 14. ca. 9. ex Theodoro lectore. & Simeō Metaphrastes vitarum Tomo sexto.

Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus insigni laude præferimus.

Quauis Petrus Crinitus olim, & nuper Gregorius Gyraldus de poetis diligentissimè historiam scripserint, nondum apud eos huius poetæ mentionem comperio factam fuisse: nisi eorum scripta oscitanter legerim. Verum Trithemius ex Sigibertho scribit, Sedulium presbyterum Scotum natione fuisse, qui opus in ligne iuxta ferriem euangelij carmine scripserit: quod vulgo legitur: & incipit. Paschales quicunque dapes conuiua requiris. Sed & alia scripsit, quorum idem auctor meminit, & floruit sub Theodosio Seniore Anno fermè Domini CCCXXX.

Item Iuenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur.

Ita locum istum ipse legèdum esse censeo ex Burchardo, & eodem Gelasio in primo concilio rum tomo. Nam quum Gelasius Sedulij meminisset, par est & statim ipsum Iuenci mentionem facturum propter operis, materiæ, & scriptoris similitudinem. Quauis apud Gratianum non Iuenci, sed Vincentij legatur. Quæ quidè lectio etiam si admittenda sit, non est intelligenda de Vincētio, qui opus, aut speculū historiale scripsit: non enim potuit eius meminisse Gelasius, qui multis annis eum præcesserit. Fuere tamen ante Gelasium duo Vincētij, quorum Trithemius mentionem facit: sed ipse Gelasium intelligo de Iuēco presbytero, qui Hispanus fuit, & nobilissimi generis, qui quatuor euāgelia Hexametris versibus pene ad verbū transferens scripsit, nonnullaque alia de sacramentis, floruitq; sub Constantino Magno, & filijs eius propè annum Domini CCCXXX. auctoribus Hieronymo de viris illustribus, & scriptoribus eccles. & in chronico. Petro Crinito lib. 5. de poetis latinis. Gregorio Gyraldo dialogo. 5. Trithemio, & Ioanne Vassæo.

Ex capite sequenti.

- 1 Apocryphi libri, qui dicantur.
- 2 Synodus Ariminensis, & Itinerarium Petri.
- 3 De quibusdam actibus, & Euangelijs Apostolorum Apocryphis, & de Pastoris libro.
- 4 De parua Genesi, de Centimetro: & de quibusdam reuelationibus, quæ apocalypses dicuntur.
- 5 De libro, qui dicitur transitus sanctæ Mariæ.
- 6 De canonibus Apostolorū, an sint Apocryphi.
- 7 De Historia Eusebij Pamphili Casariensis.
- 8 Tertulliani, & Lactantij Firmiani opera.
- 9 Clementis Alexandrini opera. Aphricani, & Commodiani.
- 10 Cassiani, Arnobij, Tyconij, Victorini, & Faustini.
- 11 Epistola Iesu ad Abagarum, & Abagari ad Iesum.
- 12 Philacteria quæ dicantur, & quæ reprobentur.
- 13 De historia tripartita Cassiodori censura.

De libris Apocryphis, & an hi legi publicè, vel priuatim possint ex Gelasio. Ca. XVII.



A Eterum quæ ab hæreticis, & schismaticis conscripta, vel prædicta sunt, nullatenus recipiæ Catholica, & apostolica Romana ecclesia. E quibus pauca, quæ ad memoriam venirent, & à Catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda.

Hæc Gelasius. Nos vero ad ea, quæ hoc in capite traduntur, facilius intelligenda opinamur, libros hæreticorū, qui omnino damnati sunt, ab alijs, qui adhuc dici possunt Apocryphi, secerandos fore. Etenim hæreticorum libri, qui damnati fuerint, omnino sunt vitandi, nec legi possunt: imò sunt comburendi, nisi communis consensus ecclesiæ permiserit, aliquod opus ab hæretico scriptum legi quidem ex eo, quod præuio diligenti examine, nihil habet, quod pium offendat lectorem. Quod cautissimè permittendum est, maximè in libris Hæreticorum, qui non tantum hæretici fuerunt, erroresque

resque aduersus catholicam fidem probarunt, sed & ab ecclesia moniti animo contumaci in erroribus perseverarunt, quorum libri nequaquam legendi sunt: nec id permitti debet, etiam si immunes sint ab auctoris erroribus, nisi id maxima ex causa, & cautissimè fiat. qua de re legito Alfonso à Castro in libr. secundo. de iusta Hæretic. punit. capi. 15. 16. & 17. Et quæ nos obiter scripsimus. libr. secundo. Variar. resol. capitu. 10. column. penult. Sic sanè intelligo quæ notat Pa normita. in capitul. Fraternalitatis. de hæreticis. & in capitul. damnamus. super glo. verb. Florentino. de summa Trinitate: contra ipsius gloss. opinionem scribens, non esse damnandos, nec vitandos omnes hæreticorum libros, sed eos tantum, qui de hæresibus scripti fuerint: posseque legi illos, qui nihil habent, quod sit catholicæ fidei aduersum: ipse verò hæreticorum libros omnes absque villo defectu, prorsus vitandos fore, consultissexistimauerim.

Apocryphi verò libri non sunt omninò in hunc hæreticorum ordinem numerandi: siquidem potest liber aliquis apocryphus dici, cuius auctor nec fuerit hæreticus, nec aliquid catholicæ fidei contrarium scripserit: saltem iuxta quasdam huius dictionis significationes, de quibus aucturum lectorem admonemus, Apocryphum quandoq; dici librum, cuius est auctor incognitus, aut cuius auctore ignoramus: quia incertus est. glo. in summa. 16. distinct. Licet illic in dictionis deductione errauerit ex Græcæ linguæ ignorantia. Huius verò significationis modò nulla nobis est habenda ratio: potest enim aliquis liber incertum habere auctorem, & tamen ab ecclesia non solum non repudiatur, verum & inter canonicos recipitur: vt historia Iob, & Sapientia quæ dicitur Salomonis: atque ideo multi libri, quorum auctor incertus est, inter Agiographos saltem poterunt numerari. At hisce calamitosiss temporibus tot hæresibus christianam religionem oppugnantibus, totque libris ab hæreticis sine auctoris nomine, vt in minimè repudientur, in publicum editis, sanctissimè Tridentina Synodus, vt tot malis obuiaret, statuit, & prohibuit, ne quis imprimat, imprimi faciat, aut in futurum vendat, vel apud se retineat quosuis de rebus sacris libros sine nomine auctoris editos, nisi primum examinati, probatique fuerint ab ordinario. Dicuntur quandoque libri Apocryphi illi omnes, qui sunt extra canonem, & ideo qui non sunt canonici: qua significatione vsus est Diuus Hieronymus in prologo in libros Regum: qui Galeatus dicitur. Sed nec de hac significatione modò agendum erit: siquidem plures sunt libri de

rebus sacris, & ecclesiasticis, qui dubio procul sunt extra canonem, & tamen inter Agiographos connumerantur: nec dici propriè possunt Apocryphi: de quibus in capit. proximo tracta uimus. Igitur Gelasius Apocryphos libros, de quibus in hoc decreto agit, primò eos appellat, qui ab hæreticis aduersus fidem catholicam scripti fuerint, eosque omninò damnat, & improbat decernens legendos non esse à catholicis: quos quidem propriè dicere quis possit, libros hæreticos: vt paulò antè obseruauimus: & quauis huius conditionis plures hoc in capite Gelasius referat, ac nominet, aliorum tamen meminuit, qui propriè dici possunt, & dicuntur Apocryphi, qui nec hæretici sunt, nec auctorem incertum habent, nec inter Agiographos connumerantur: est tñ eorum auctoritas leuis, minimeq; ab ecclesia, sanctisque patribus probata, propterea, quòd falsa quædam in eis veris quandoque misceatur, peregrina quædam, aut portentosa narrentur, quæ nec piè, nec commodè credi possunt, vel ex eo denique, quòd eorum auctores quædam veterum dogmata fuerint sequuti, quæ postea testimonio sacrarum scripturarum conuicta sint. Atque ideo hi libri Apocryphi dicuntur, quòd non sint publicè in templis legendi: licet priuatim, cautè tamen legi possint. Sic & Apocryphi libri dicuntur, qui e mentito titulo non censentur editi ab his, quorum nomine designantur. Ex quibus plures hic à Gelasio notantur. Ergo libri Apocryphi iuxta has posteriores significationes, quas D. Augustinus explicat libr. 15. capit. 23. & libr. 18. ca. 38. de ciuit. Dei. & libr. 11. contra Faustum Manichæum col. 2. & libr. 22. cap. 79. licet in ecclesijs legi non debeant publicè, possunt tamè priuatim legi, & cautè, quia eorum auctoritas in obscuro, & abscondito est. Quod adnotarunt Rhetanus in præfatione ad Tertullianum, Erasimus in Hieronymi epistola ad Lactam. Ludou. Viues in dict. cap. 23. super Augustinum. Sed & Apocryphos libros, de quibus modò agimus, legi priuatim posse, satis probatur ex Hieronymo in dict. epistola ad Lactam. Caueat omnia Apocrypha, inquit, & si quando ea non ad dogmatum veritatem, sed ad signorum reuerentiam legere uoluerit: sciat non eorum esse, quorum titulis prænotantur, multaque his admixta vitiosa, & grandis esse prudentiæ, aurum in luto querere. Hæc Hieronymus. Rufinus in symbolo. Cum canonicorum, & Agiographorum librorum meminisset, addit: Ceteras vero scripturas Apocryphas nominarunt, quas in ecclesijs legi noluerunt. Hoc ipsum passim apud Augustinum lector obseruare poterit: nam & Apocrypha legisse idem Augustinus testatur sermo-

Variarum Resolutionum

ne. 22. de verbis Domini. Quin & Iudas Apostolus in epistola citat iibrū Enoch, & eius vitur testimonio: & tamen hic liber Apocryphus censetur auctore Augustino in dicto cap. 23. & Hieronymo de scriptoribus ecclesiasticis in Iuda. Rursus Augustino lib. 18. de ciui. dei. cap. 38. Tamen si Tertullianus refragetur in lib. de habitu muliebri. Sed & à Gelasio plures libri Apocryphi censentur, quos tamen scimus legisse veteres Theologos, viros quidem eruditione, ac sanctitate insignes, eorumque testimonio vfos fuisse: quin & ecclesia catholica, aut communis Episcoporum, ac prælatorum cōsensus permittit, etiam nostra aetate legi: quemadmodū in interpretatione huius decreti admonebimus. De his verō Apocryphis iibris multa Driedo lib. 1. de dogmatibus. capit. 4. & lib. 4. cap. 1. congerit, quæ rem istam explicant, & intellectu faciliorem efficiunt.

In primis Ariminensem synodum à Constantino Cæsare Constantini filio congregatam mediante Tauro: præfecto. ex tunc, & in æternum confitemur esse damnatam.

2 Legendum esse, à Constantino Cæsare: planè constat: siquidem Ariminensis synodus congregata fuit Anno fermè XXIII. imperij Constantij eo tempore, quo vita functis Constantino, & Constante fratribus solus Romanum obtinebat imperium. idque præmittit ecclesiastici historici, qui huius synodi mentionē fecerunt. Etenim cum grauis esset cōtentio inter catholicos, & Arianos super Niceni concilij symbolo de filio patri consubstantiali, foretque necessarium concilium vniuersale iterum congregari ad eam controuersiam sedandam, essetque difficilimuū, Cōstantius Imperator iussit occidentales episcopos Arimini in Italia cōuenire, orientales verō Seleucia: Isauriæ: quibus tandem synodis congregatis Seleucia: nihil actum est propter varias episcoporum opiniones. Arimini verō primum obtinere catholici Nicenam Synodum recipientes refragantibus Vrsacio, & Valente Arianis: miseruntque Constantinopolim decem legatos ad Imperatorem, ad quem & alios decem, vt ab initio conuenerat, Synodus Seleuciensis miserat. Demum dolo, industria Acacij, & violentia prope à Cæsare illata vtriusque Synodi legati fidem à Sirmiensi concilio datam receperunt, consentientes tolli de symbolo Nicæni cōcilij verba illa, quibus filius asseritur consubstantialis patri, & eorum loco scribi, equalis patri. Quod palam Arianum dogma præ se fert, & profitetur. Hæc

breuiter adnotauimus ex Socrate lib. 2. præsertim capi. 37. 38. & sequentibus Theodorito lib. 2. capi. 18. Sozomene lib. 4. à cap. 17. Hieronymo in chronicis, & i dialogo aduersus Luciferianos. Rufino lib. eccles. histor. 10. capi. 21. Cassiodoro lib. quinto. tripartit. capit. 22. & 34. Nicephoro lib. 9. capit. 39. & seq. Taurum autem præfectum prætorio ex iussu imperatoris huic Synodo Ariminensi adfuisse, testis est Hieronymus in præcitato dialogo aduersus Luciferianos. Sed Romanæ ecclesiæ Pontifex, ac summus totius christiani orbis præsul Damasus synodo Romæ congregata, Nicenam fidem recepit, & Ariminensem synodum damnauit, auctore Nicephoro lib. 11. cap. 31. post Theodoritum lib. 2. ca. 22. & Sozomenum lib. 6. ca. 22. & 23.

Item itinerarij nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis, libri octo Apocryphi.

Ita legendus est hic locus ex Burchardo: & sane præter auctoritatem Gelasij: extat Eusebij lib. 3. de eccle. histo. cap. 37. & 38. & Hieronymi in lib. de scriptoribus eccle. iudicium de Clementis Papæ operibus, nec vlla ibi fit huius operis mentio: imò Eusebius apertissimè fatetur, & sensit Hieronymus, aliquot libros vulgo legi lituū auctoris titulo: qui falsò illi fuerint suppositi. Quauis ea opera, quæ Clementina dicuntur, existimet Nicephorus lib. 3. ca. 18. dñi Clementis esse, ab eo que scripta fuisse. Sed refragatur Gelasius saltem quò ad itinerariuin. Et rursus apud Gratianum Leo Pontifex in cap. Clementis. 16. dist. Epiphanius & Rufinus in Apologia Origenis. vt tandem Nicephorus clementina dixerit alia dñi Clementis opera, quæ verè eius titulo fuere olim à sanctis, doctisque viris recepta. Idem verò Clemès in vlti. capit. Apostolorum. meminit duarum ipsius Clementis Epistolarū: atque item institutionum, quas in octo libros distinctis Episcopis nuncupauerat: eas tamen scribit, non oportere in omnibus publicare propter eorum quædam arcana mysteria. Sed & sexta Synodus in Trullo capitul. secundo. has Clementis institutiones ex eo refellit, quod adulterina quædam, & à Christiana pietate aliena fuerint ipsis ad ecclesiæ perniciem ab hæreticis inserta. Culus canonis & Zonaras meminit in capitul. Apost. 66. & capitul. vlti. multa tamen hic constitutionum liber cōtinet, quæ digna lecta sunt, & plurimum conferre possunt ad ecclesiasticæ reipublicæ salubrem institutionem.

Actus

Actus nomine Andree apostoli Apocryphus. Actus nomine Thomae apostoli Apocryphus. Actus alius nomine Petri apostoli Apocryphus. Actus nomine Philippi apostoli Apocryphus.

3 Sancta Romana ecclesia Spiritu sancto ducte ab initio religionis Christianae, tantum actus Apostolorum à diuo Luca scriptos recepit, ac probauit: reliquos Apocryphos esse decernens. Quae quidem historiae non tantum Apocryphae censentur, ut publice in ecclesijs non legatur, sed ut ipse opinor, ut nec priuatim legi possint ex eo, quod fortassis multa illic reperiantur ab haereticis, & gentilibus conficta in Christianae fidei detrimentum. De his, & de similibus Leo Papa epist. 91. cap. 15. ad Tribulum Astoricensem Episcopum ita scribit. Apocryphae autem scripturae, quae sub nominibus Apostolorum multarum habent seminarium falsitatum, non solum interdiciendae, sed etiam penitus auferendae sunt, atque ignibus concremandae. Quauis enim sint in illis quaedam, quae videantur speciem habere pietatis, nunquam tamen vacua sunt venenis, & per fabularum illecebras hoc latenter operantur, ut mirabilium narratione seductos, laqueis cuiuscunque erroris inuoluant. Haec Leo. Quibus conueniunt quae scribit August. lib. 15. de ciuit. Dei. ca. 23. & lib. 22. contra Faustum Manichaeum. c. 79. De Apocryphis scripturis, quae sub Apostolorum nominibus ab haereticis proferuntur. idem super Matthaeum cap. 27. ex quibus satis constat, nec actus, nec euangelia, nec alias scripturas nominibus Apostolorum editas publice, aut priuatim legendas fore praeter eas, quae ab ecclesia catholica fuere receptae. Id ipsum docet Eusebius lib. 3. eccle. histo. ca. 25. & post eum Nicephorus lib. 2. c. 17. à quibus simul cum alijs Apocryphi censentur actus Petri Apostoli, actus Pauli, actus Andree, actus Ioannis, & omnes alij Apostolorum nominibus editi, praeter Lucae Euangelistae actus. scribit Trithemius in Clemente. à Gelasio Apocryphum censerit opus, quod editum est inter opera Clementis Papae, & dicitur Petri, & Appionis dialogus. quae librum Eusebius lib. 3. c. 38. & Hieronymus in Clemente, ut Apocryphum repudiari scripsere. Et tamen non video quae huius decreti parte à Gelasio Apocryphus iudicetur, nisi hoc in loco sub nomine Actorum Petri.

Euangelia Thaddaei nomine Apocrypha. Euangelia nomine Thomae apostoli, quibus Manichaei vruntur, Apocrypha. Euan-

gelia nomine Barnabae apostoli Apocrypha. Euangelia nomine Bartholomaei apostoli Apocrypha. Euangelia nomine Andree apostoli Apocrypha. Euangelia, quae falsauit Lucianus Apocrypha, Euangelia quae falsauit Hirtius Apocrypha.

Apud Burchardum, & in primo conciliorum tomo apud Gelasium his adduntur euangelia nomine Petri Apostoli Apocrypha. Rufus apud Gelasium: euangelia nomine Matthaei Apocrypha. Euangelia nomine Iacobi minoris Apocrypha. Sed & Euangelium Petri, & euangelium Matthaei, & euangelium Thomae, & omnia euangelia praeter quatuor à catholicis repudiari, velut ab haereticis conficta, asseuerant Eusebius lib. 3. ca. 25. Nicephorus lib. 2. capi. 45. & 46. Clemens uero Alexandrinus in Stromata. lib. 2. utitur testimonio euangelij secundum Hebraeos, quod à quatuor iam receptis diuersum est, & à catholicis repudiatur, auctoribus Eusebio, & Nicephoro. qui & lib. 3. c. 13. post Eusebium lib. 3. c. 27. scribit, hoc euangelium tantum ufos fuisse Haebionitas haereticos reliquis improbatis. idem Eusebius in d. c. 25. tradit Hebraeos, qui Christi fidem susceperant, hoc euangelium potissimum, ac praeter ceteris adinuisse. Quod & Nicephorus repetit li. 2. c. 46. Quin & Hieronymus in Iacobus Iusto huius euangelij meminit, & quaedam ex eo adducit asseuerans, à seipso uersam fuisse in Graecam, & Latinam linguam. Origenem quoque eius testimonio ufos esse. Rufus Clemens Alexandrinus lib. 3. Stromata. utitur euangelio secundum Aegyptios non seniel, sed aliorum nomine, & ita quidem, ut minime videatur pbare quae ex eo adducuntur. Haec sane, & omnia alia euangelia, quae praeter quatuor ab ecclesia recepta, nomine cuiusquam Apostoli uulgata fuerint, sunt omnino in tenebras reijcienda, nec publice, nec priuatim legenda: imò igni concremāda ex Leonis papae auctoritate, Gelasij decreto, diui Augustini, & aliorum, qui existimarunt, haec ab haereticis fuisse conficta, & falso supposita. Manichaeos autem ufos fuisse euangelijs Thomae Apostoli ante Gelasium tradit D. Augustinus in sermone. 27. de uerbis domini. Imò Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi. 4. scribit, ipsos Manichaeos hoc euangelium scripsisse. idem Catechesi sexta explicat apertius asseuerans, hoc euangelium scriptum fuisse non à Diuo Thoma Apostolo, sed à Thoma, quodam Manetis discipulo. Quis uero fuerit Lucianus, qui Euangelia falsauit, quorum Gelasius meminit, dubium est: sed cum hic agamus de re haereticis admodum conuenienti, existimo, hunc

Variarum Resolutionum

hūc Lucianum fuisse ex sorore nepotem Euno-
mij hæretici, & Episcopum Constantinopoli-
tānū, qui sub Arcadio, & Honorio in episcopa-
tu Eudoxio successit, quiq; hæreticus fuit: quē
admodum scribit Nicephorus lib. 3. ca. 1.

Euangelia, quæ falsauit Hirtius.) Apud
Burchardum, & Gelasium in primo concilio-
rū Tomo legitur. Y ficius: aut Isicius, vel Eficius.
Liber de infantia Saluatoris Apocryphus.
Liber de natiuitate Saluatoris, & de San-
cta Maria, & de obstetrice Saluatoris Apo-
cryphus. Liber, qui appellatur Pastoris
Apocryphus. Libri omnes, quos fecit Leu-
ticius discipulus diaboli, Apocryphi. Li-
ber, qui appellatur fundamentum, Apocry-
phus. Liber, qui appellatur Thesaurus.
Apocryphus.

Liber, qui appellatur Pastoris.) Hunc librū
ab ecclesiasticis scriptoribus, & catholicis extra
canonem censerī, & repudiari, scripsere Eusebius
libr. tertio. de histo. eccles. capitu. 25. & Nicepho-
rus libr. secundo. capitu. vlti. Idem asseuerat Cy-
prianus, aut Ruffinus in expositione Symbo-
li scribens, ex nouo Testamento extra Can-
onem censerī, ecclesiasticum vero appellari Li-
bellum Pastoris, siue Hermatis, qui appellatur:
Dux via: vel iudiciū secundum Petrum. Eius
tamen testimonio vsus est Irenæus, auctoribus
eodem Eusebio libr. quinto. capitul. octauo. &
Nicephoro libr. quarto. capitu. decimoquarto.
ex hoc libro Arrianos locum quendam ad. corū
hæresim probandam adduxisse testis est Atha-
nasia apud Theodoritum libr. primo. capitul.
octauo. Eiusdem libri auctorem fuisse Herman,
cuius meminuit Paulus ad romanos capitul. vlti.
ex multorum opinione existimant Origenes in
libris *περὶ ἀρχῶν*. & Hieronymus de scriptoribus
eccle. in Herma. qua ratione opinor, hunc li-
brum citari nomine reuelationis, aut visionis,
quæ Hermæ apparuit, à Clemente Alexandrino
libr. secundo Stromatum, atque alibi non semel
in eodem opere. Idque palam fecit Pius pōtifex
huius nominis Primus in primo suarum Decre-
talium, & apud Gratianum cap. Nosse vos vol-
umus. de consecratio. distict. 3. Sed & Hermæ
hunc librum quosdam adscribere testis est Nice-
phorus in dict. cap. vlti. scribens ex antiquis non
paucos eo vsos fuisse. Huius item libri memine-
re Casianus in Collatione. 8. cap. 17. Iuo Carno-
tensis parte. 8. ca. 24. & Gratianus in cap. Ego di-
xi Pastorij. 34. 2.

Leuticius discipuli diabolus.) Apud Burchar-
dum legitur. Leutius. apud Gelasium in primo
conciliorum tomo Lucius, qui fortassis est Lu-
cius ille Arianus Alexandriæ Episcopus Atha-
nasio refragante electus: cuius ecclesiastici histo-
rici meminere.

Liber, qui appellatur de filiabus Adæ, vel
Genesis Apocryphus. Liber, qui appella-
tur Pentametrum de Christo Virgilianis
compaginatum versibus, Apocryphus. Li-
ber, qui appellatur actus Teclæ, & Pauli
Apocryphus. Liber, qui appellatur Lepo-
tius, Apocryphus. Liber Prouerbiorū ab
hæreticis transcriptus, & sancti Sixti nomi-
ne signatus Apocryphus.

Liber qui appellatur de filiabus Adæ, vel
Genesis.) Ita enim legitur apud Gratianum, &
in primo conciliorum tomo. apud Burchardum
verò falsò, & corruptè legitur. de filiabus Adel-
genesis. Fortassis hic liber est illa parua Genesis,
quæ citatur à Ioāne Zonara in primo Annaliū
tomo. Vbi scribit, hoc opus nō esse à diuinis pa-
tribus inter approbata relatum: citatur & hic li-
ber nō semel à Georgio Cedreno in Annalium
epitome.

Liber qui appellatur Pentametrum.) Apud
Burchardū, & in primo conciliorū tomo rectius
legitur. Centimetrum de Christo. Hexametris em̄
versibus Virgilius vsus est, nō Pentametris. Cen-
timetrum verò hoc in loco nō intelligitur poema
cētum cōpositum carminibus, sed ex multis, alie-
nisq; hinc inde cōpositis versibus in vnū coagmē-
tatum, & confectū: quod centonē appellamus: à
veste vili, & rustica varijs, & versicoloribus seg-
mētis, filisve cōsuta. Est igitur, qua ex parte pōtē-
tas attinget, cetero varijs de locis, sensibusq; diuersis
quædā carminum structura, in vnum versum vt
coeant aut cæsi duo, aut vnus, & sequens cū me-
dio. Nam duos iunctim locare, ineptū est, & tres
vna. seriz meræ nugæ. Agitur etenim ab aucto-
re centonis, vt sensus diuersi cōgruant, & adopti-
ua quæ sunt, cognata videantur, aliena ne inter-
luceant, accersita ne vim redarguant, densa ne su-
pra modum protuberent, hiulca ne pateāt. Hęc
graphice Ausonius ad Paulinum in epistola nū-
cupatoria nuptialis centonis. Cui conueniunt
Tertullianus in libr. de præscriptionibus aduer-
sus hæreticos. & illic Rhenanus. Hieronymus
in epistola ad Paulinum, quæ prima est tertij to-
mi. & in adnotationibus Erasmus. Gregorius
Gyraldus de poetis. dialogo primo. Hinc apud
Tertul-

Tertullianum Homero centones, & apud Hieronymum Homero centones, & Virgilio centones opera ad hunc modum more centonario ex multis hinc inde Homeri, aut Virgilij versibus cōposita. Que Suidas *ἠμυπόνησσι* vocat in dictione, *κίβητος*. Veteres quosdā imitata Proba Falconia matrona Romana Adelphi viri proconsularis vxor tēporibus Theodosij Iunioris miro artificio hoc genere scribendi vitur. Nam ex virgilianis versibus omnem Christi seruatoris vitam edito hac de re centone explicauit. Sed & ipsius Theodosij Iunioris vxor Eudocia carminū & poetices admodum studiosa, sicuti constat ex Euagrio libr. 1. eccles. histo. cap. 20. & sequenti. Socrate lib. 7. ca. 21. & 47. & Nicephoro lib. 14. capi. 22. & 23. qui eam mirē laudant ingenij dexteritate, & humanarum literarum cognitione. Hęc inquam insignis fœmina centonem ex Homeri carminibus de Christo confecit, auctoribus Trithemio de scriptoribus ecclesiasticis, & Gregorio Gyrardo de poetis dialogo quinto, & Ioanne Zonara, qui in Theodosio Iuniore scribit, hoc opus à Patricio quodā imperfectum, & indigestū relictum fuisse, & tandem Eudociam imperatricem illud absoluisse: vt in scriptio versibus heroicis præfixa declarat. Vtrumq; poema vulgo circumfertur Græcè, & Latinè, legiturq; priuatim, quanuis latinum. à Gelasio inter Apocrypha referatur. Huiusmodi poemata non admodum probare videtur Tertullianus, eaq; apertè improbat Diuus Hieronymus, quia vitiosissimum sit deprauare sententias, & ad voluntatem suam scripturam trahere repugnantem, quasi, inquit, non legerimus Homero centonas, & Virgilio centonas, ac non sic, etiam Maronem sine Christo possumus dicere Christianum, quia scripserit. Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna. Iam noua progenies cœlo demittitur alto. & patrem loquentem ad filiū. Nate mea vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce. Talia perstabat memorans, fixusq; manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorū ludo similia docere quod ignores, imò, vt cū stomacho loquat, ne hoc quidē scire quod nescias. Hęc Hieronymus. Ex quibus verbis adnotarunt quidam ante Probam, & Eudociam huiusmodi poemata, etiā de Christo fuisse cōscripta. Quod fortassis verum est, potuit enim contingere. Ipse verò existimo ante Hieronymum ex Homero, & Virgilio centones etiam de rebus prophetis editos fuisse, quod Tertullianus palam asserit scribens Ouidium Tragœdiam quandam ex Virgilio plenissimè expressisse. Ex eodemq; Virgilio propinquum quendam ipsius Tertulliani pinacem, & sic tabulam Cebetis explicuisse.

Sunt tamen, qui censent, Tertulliani locum non de Ouidio illustri Poeta: sed de Osidio quodam Geta esse intelligendum: & eadem ratione emendandum: quod & mihi probatur: nam Ouidium celeberrimum poetam Mœciam Tragœdiam, quæ à Fabio Quintiliano summo opere laudatur, ex Virgilianis versibus contextuisse, verò non consonat. Atque ideo apud Tertullianum ipse legerem: Osidius Scythia: vbi falsò legitur: Ouidius citra. Quæ quidem opera, & alia huiusmodi legere potuit Hieronymus, qui, ni fallor, dum improbat Virgilium sine Christo Christianum facere, Eusebium notare videtur, à quo in oratione de Constantino Magno, quæ post quatuor libros de eius vita ab eodem scriptos, nuper Græcè prodijt in lucem, tota ferè Virgilij æloga, quæ incipit: Sicelides Musa: ad Christi saluatoris aduentum deducitur pia quadam interpretatione ad ea omnia exprimenda, quæ apud gentiles olim de Christo prædixerat Erythroa Sibylla, cuius hac de re carmina in eadem oratione refert ipse Eusebius Græcè, & item plures auctores fecere, præsertim ex Iunioribus Gregorius Gyrardus dialogo. 2. de poetis: Latine verò D. Augustinus lib. 18. de ciuit. dei cap. 23. scribens, ea carmina è Græca lingua in latinā traducta fuisse à quodam latino: cuius nomen tacuit, tamen hunc interpretem fuisse Ciceronem ex Eusebio constat. Quod est adnotandum ad diui Augustini locū. Id etenim ante nos à nemine obseruatum legitimus. Sed & ipse Cicero lib. 2. de diuinatione scribit, Sibyllas multa per versuum initia significare consueuisse: quo in loco fortassis de Sibyllinis carminibus sensit, quorum Eusebius, & D. Augustinus meminere, ex acrostiche quadā prætextis.

Liber, qui appellat Lepoti^o apochryph^o.) Apud Burchardum & in primo conciliorum tomo apud Gelasium verè legitur. Liber, qui appellatur Nepotis Apocryphus. Fuit enim olim Nepos quidā apud Aegyptios episcopus, à quo dicti Nepotiani hæretici, qui librum eiusdem Nepotis proferentes, eius auctoritate ostendere, ac probare nitentur, regnum Christi in terris futurum, designarant quandam mille annorum vitam referentes. Quem equidem librum, & Iudæam auctoris opinionem duobus de promissionibus libris compositis Dionysius Alexandrinus episcopus euerit: sicuti scripsere Eusebius libr. 7. eccles. histo. cap. 23. & 24. & Nicephorus lib. 6. c. 21. Hic igitur Nepotis liber dubio procul est, qui à Gelasio inter Apocryphos numeratur, quiq; nec priuatim, nec publicè legi debet.

Reuelatio, quæ appellatur Pauli Apocrypha.

F

pha.

Variarum Resolutionum

pha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ Apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani Apocrypha. Liber, qui appellatur transitus sanctæ Mariæ Apocryphus.

Præter Apocalypsim Ioānis Apostoli, & Euāgelitæ, nullā aliā ecclesia recepit: quis olim noīe Apostolorum plures Apocalypses fuerint vulgo editæ. Nam & inter illegitima, & adulterina scripta Apocalypsim Petri referunt Eusebius libr. 3. cap. 25. & Nicephorus lib. 2. ca. vlt. Qui lib. 12. c. 34. post Sozomenē lib. 7. ca. 19. asseuerat, Petri Apocalypsim subditiciam & illegitimam à veteribus iudicatum, apud Palestinos semel quotānis in ecclesijs quibusdam in die pascheues legi solitam fuisse: & Pauli Apocalypsim, quam ex priscis hominibus nemo vidit, monachos plures ætate Sozomeni cum veneratione admirari referentes, Theodosij Magni tempore, librum istum diuina reuelatione repertum fuisse intra marinoræ arcam Tarsi Ciliciz in domo ipsius diui Pauli: quod falsum esse Cilix presbyter ecclesiæ Tarsensis, grandæuus homo, & canicie venerandus cōfessus est ipsi Sozomeni eum hac de re interrogāti, qui admiratus est, si non ab hæreticis fama ea conficta esset, id quod in multis alijs libris factū esse, idem Sozomenes, & Nicephorus fatētur. Ex quibus admonemur, quā periculosum sit alios libros de rebus diuinis scriptos legere, quā eos, qui fuerint ab ecclesia, & ecclesiastica traditione probati, & recepti.

Liber, qui appellatur transitus sanctæ Mariæ Apocryphus.) Opinor à Gelasio Apocryphum censei librum olim editum de morte Mariæ virginis, & de his, quæ tūc in eius obitu, funere, & exequijs contigere. Verū licet in euangelijs, & actibus, epistolisq; Apostolorum nihil scriptum sit de morte diuæ Mariæ virginis, receptū tamen est, eam subijisse mortem corporalē: quod Hieronymus, Augustinus, & alij ecclesiastici doctores dicere non reformidant. Tempus verò huius obitus Eusebius in chronicis adscribit anno domini XLVIII. & sexto Claudij imperatoris: Nicephorus lib. 2. capit. 21. anno quinto Claudij Cæsaris hoc tribuit. Demum corpore, & anima in cælum virginem sacratissimam adsumptam fuisse, licet Hieronymus in sermone de adsumptione, affirmare non fuerit ausus, & primum hæsitauerit Augustinus, tandem hic ecclesiæ doctor celebratissimus scribit, consentaneum esse credere, Mariam secundum corpus, & animam in cælum adsumptam fuisse. Et ex eodem Augustino probat Sanct. Thom. 3. part. quæst. 27. arti.

primo. & quæst. 83. artic. 5. idem Iuuenalis Hierosolymorum episcopus vir magnus sanè, & diuino afflatus spiritu scriptis suis cum fide confirmat, auctore Nicephoro lib. 2. eccles. histo. cap. 23. scribente, hinc famam esse, nō ita pridem adsumptionem sanctissimæ virginis celebrari coeptam fuisse. Hoc solēne festum catholica ecclesia. XV. die Augusti magna cum religione celebrat, totiusque Christianæ plebis ingenti alacritate adeo veneratur, & colit Dei genitricis adsumptionem, vt planè impium sit, ac temerarium hac de re dubitare, in graue pietissimorum scādalum. Sed & Eusebius inquit, Maria virgo Iesu Christi mater ad filium in cælum adsumitur, vt quidam fuisse sibi reuelatum scribūt. Liber autem de hoc transitu diuæ virginis etiam à diuo Hieronymo in dicto sermone, aut epistola de adsumptione Mariæ ad Paulam, & Eustochoiū Apocryphus cēsetur, sicuti & à Gelasio ex eo fortassis, quod in eo libro multa commemorantur eo tempore accidisse, quæ absq; vilo certo testimonio asseuerantur: & ne dubia, p certis in re adeo graui passim, & publicè legātur. Tamen ex eo libro aliqua retulerit Nicephorus Græcus eccles. hist. auctor. Et Ioan. Damascenus, atq; Andreas Cretensis in his orationibus, quas de hac re scriptas in Tomum sextum retulit magno cum studio Aloisius Lippomanus. & nostra ætate referant Ioannes Eckius, & alij viri catholici, qui super euangelia, & de solennibus ecclesiæ festis sacras conciones scripsere. à quibus etiam aliquot loci sacræ scripturæ post Augustinum, & alios adducuntur ad probandum diuæ Mariæ resurrectionem, adsumptionemq; in cælum secundum corpus, & animam, postquā sacratissimavirgo mortem obierat corporalem. ideo probat Petrus Galatinus lib. 7. ca. 10. In primo conciliorum tomo legitur hic locus. Liber, qui appellatur transitus, id est, adsumptio sanctæ Mariæ Apocryphus.

Liber, qui appellatur Pœnitentia Adæ, Apocryphus. Liber, qui appellatur Dionogenes nomine gigantis, qui post Diluuiū cum Dracone ab hæreticis pugnasse perhibetur, Apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iob, aliàs Iacob, Apocryphus. Liber, qui appellatur de pœnitentia Origenis, Apocryphus. Liber de pœnitentia Cypriani Apocryphus. Liber, qui appellatur Iamæ, & Mambre Apocryph^o.

Hæc apud Gratianum. apud Burchardum, & in primo cōciliorum tomo verius legitur. Liber, qui

qui appellatur de Ogiæ nomine gigantis. & paulò post, Liber, qui appellatur testamētum Iob. Deinde in primo cōciliorū tomo legitur. Liber, qui appellatur pœnitentia Iamnes, & Mambres Apocryphus. Iamnes verò, & Mambres restiterunt Moyfi, quemadmodum & impij, ac pròterui resistunt veritati, teste Paulo. 2. ad Timotheū cap. 3. quo in loco Chrysostrōm s̄ scribit, hos fuisse magos Pharaonis, qui resistentes Moyfi, & veritati, signa in Aegypto fecisse leguntur Exodi capit. 7. quanuis horum nomina in veteri testamēto nusquam reperiantur, sed illa Paulus spiritu didicerit. Horum meminere Numerius Pythagoricus libr. 3. & Eusebius de præparat. euangelica. libr. nono. cap. 3. Meminit & huius libri, qui dicitur Iamnes, & Mambres Origenes tractat. 35. in Matthæum. meminit & horum Magorum Pharaonis, Georgius Cedrenus in Annalium epitome, & D. Augustinus epist. 119. ad Ianuarium.

Liber, qui appellatur Sors Apostolorum Apocryphus. Liber Lusanę Apocryphus. Liber canonum Apostolorum Apocryphus. Liber Physiologus ab hæreticis cōscriptus, sed beati Ambrosij nomine præsignatus, Apocryphus. Historia Eusebij Pamphili Apocrypha.

Hæc apud Gratianum. In primo conciliorum tomo apud Gelasium legitur. Liber, qui appellatur sortes Apostolorum, Apocryphus. Liber, qui appellatur laus Apostolorum, Apocryphus. Et paulò post, Liber Physiologus Apocryphus. Librum autem Physiologum interpretor eum, qui de rerum naturis tractat. Apud Burchardum legitur. Liber, qui appellatur Lusa Apostolū Apocryphus. Sed corruptè, fideliorq; extat lectio in primo conciliorū tomo. Refert tamē Eusebius in dict. lib. 3. cap. 25. librum quendam inter Apocryphos, cui titulus erat: Doctrina Apostolorū. idem tradit Nicephorus lib. 2. cap. vlti.

Decanonibus Apostolorum variè ab historicis, & veterib⁹ Theologis tractatur: sed Nicephorus libr. 3. cap. 18. de Clemente primo scribens ait. Hunc autem, & Apostolicarum cōstitutionum, & sacrorum quoq; Canonum auctorem esse credimus. Gratianus verò in principio. 16. dist. existimat, eos translatos fuisse à diuo Clemente: nam Græca lingua primùm fuere editi Apostolorum canones, sicuti & nunc circumferuntur cum vulgari, ac veteri: atq; item noua Gregorij Halodri latina traductione. Ex quorum vltimo capite deducitur quod Nicephorus scripsit. Præter Gelasium hos canones inter Apocryphos cōnumera-

ri apud veteres. testatur Isidorus in principio cōciliorum apud Gratianum ca. 1. dist. 16. quo in loco Gratianus ex eodē Isidoro cap placuit. referr, canones Apostolorum à plurib⁹ receptos fuisse, & à sanctis patribus Synodali auctoritate roboratos esse. Ex eisdem canonibus summos Pontifices Victorē, Damasum, & Anacletum in epistolis testimonia mutuo accepisse, constat. Vt mirū sit, cur à Gelasio hi canones inter Apocryphos libros referantur. Sed & Zepherinus Papa ex eis recepit sexaginta in epistola ad omnes Siciliæ fideles. cap. sexaginta. 16. dist. in ipsa epistola in primo conciliorum tomo. septuaginta legitur. apud eundem Gratianum cap. Clementis. ab Apocryphis eximuntur canones Apostolorum numero tantum quinquaginta, reliq; inter Apocryphos relatis. Ex testimonio Leonis Papæ noni contra epistolam Nicetæ Abbatis, idem tradit Iuo Carnotensis lib. 2. decretorum cap. 124. Extat epistola hæc scripta ad Michaelē Patriarcham Constantinopolitanum, & Leonem Accridanum Archiepiscopum Vulg. Extat & Umberti episcopi, & Cardinalis, qui fuit legatus Leonis Papæ noni ad Constantinopolitanos, liber aduersus Nicetā scriptus. Probatur etiam canonum istorū auctoritas, saltem octuaginta quinq; qui vulgo traduntur, ex Canone secundo sextæ Synodi generalis, quæ apud Constantinopolim in Trullo fuit congregata: qui quidem canon octuaginta quinque canones Apostolorū recepit, & probauit. Quam Synodum ab Adriano Papa primo, & à septima generali synodo in primo Canone receptā esse, apparet. cap. sextam. 16. dist. quibus, & alijs rationibus Gelasij decretum hac in parte dubium redditur: dum canones Apostolorum inter Apocryphos libros commemorat. Eius tamen sententiā defendere conatur Franciscus Torrensis in eo libro, quem de actis sextæ synodi, deq; canonibus, qui eiusdem synodi falso esse seruntur ad Saluatium Cardinalem scripsit. Eum legito, qui hac de re late, ac longè disserit.

Historia Eusebij Pamphili Apocrypha.)
7 Rhenanus in epistola nuncupatoria, quam historia ecclesiasticæ præfixit, existimat, vel Gelasium sibi ipsi contrarium esse, vel hæc verba ab aliquo a sino adiecta fuisse. Quorū prius falso, posterius impudenter, ac temerè dicitur. constat ex eo, quod in primo conciliorum tomo in epistola Gelasij, & apud Burchardum virum diligentissimū, & cuius fidem idem Rhenanus non semel probauit, hæc eadem verba reperiuntur scripta, quæ à Gratiano ex auctoritate summi, & vigilantissimi pontificis referuntur. Nec Gelasius sibi ipsi aduersat: siquidem in secūda huius decreti parte priusquam de

Variarum Resolutionum

Apocryphis ageret, ita scripserit. Item chronica Eusebii Cæsariensis, atq; eiusdem ecclesiasticæ historię libros, quanuis in primo narrationis suæ libro teperit, & post in laudibus, atq; excusatiõe Origenis schismaticivnum conscripserit librum. Propter rerum tñ singularem notitiã, quæ ad instructionem pertinet, vsquequaq; nõ dicimus reuendos. Quibus sanè verbis nec omnino Gelasius probat horum librorum lectionem, nec omnino improbat: imò admonere videtur, eos cautè legēdos fore. At in hac tertia huius decreti parte, etli inter Apocrypha connumeret ecclesiasticam Eusebii Pamphili Cæsariensis historiam, nihil contrariũ tradit his, quæ prius docuerat, si Apocrypha interpretemur ea, quæ publicè in ecclesijs legi nõ debent, priuatim tamen legi possunt: quemadmodum & quo ad plures libros hoc in loco nominatim relatos hæc significatio est prorsus admittēda. Igitur ex Gelasij decreto legi poterit priuatim ecclesiastica Eusebii historia, ppter rerum singularem notitiã: quam pulchrè textam clamat Hieronymus. Extãt verò Eusebii de ecclesiastica historia libri decē ab ipso græcè scripti, & nuper typis traditi opera Roberti Stephani insignis apud Gallos Typographi: si à Lutheranis quibusdam heresibus typo cudēdis abstinuisset: Latine verò vñdecim: quorum nouem in latinam linguam à Rufino non satis diligenter, ex totidem Græcis traducti fuere: reliqui duo ab ipsomet Rufino ex varijs auctoribus collecti eandem seriem rerum gestarum obseruant. Cautè tamen, & cum iudicio legendus erit hic liber, vel ex eo, quòd eius auctor in primo narrationis suæ libro teperit, teste Gelasio. Ioannes etenim Zonaras in 3. annalium tomo, in Constantino Magno, ex primo libro capi. 1. secūdo, & quarto. loca quatuor adnotauit, in quibus Eusebius, filium minorem patre, nec ei consubstantialem esse, atque ita Arrianam hæresim sensim profiteri, & asseuerare videtur: tamen si addiderit, secundum quorundam opinionem, Eusebium pœnitentia ductum ab Arrianorum secta discessisse, & Historiam ecclesiasticam eo scripsisse tempore, quo nondum pœnituerat. Nicephorus libr. 1. capi. 1. etiam Gelasio suffragatur: commemorãtis etenim ea, quæ de scriptoribus ecclesiasticæ historię videbantur ad notanda fore, Memorq; Eusebii, eiusque ecclesiasticæ historię addit. in qua historia Cacoethes hæreseos eius apparet, quanuis quibusdam rectè sentire videatur, ex eo id asseuerantibus, quod & ipse primæ synodo interfuerit, & τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ hoc est, consubstantiali consenserit, quodque conuicijs reprehendens incesserit eos, qui filium Dei creaturam esse opinantur. Sic sanè licet suspectũ

Arrianæ hæreseos Eusebium Cæsariensem fuisse scripserit Socrates lib. 1. capi. 23. & 8. item lib. 2. capi. 20. & Theodoritus lib. 1. capi. 5. Ipse tamen Socrates impensissimè contendit Eusebium ab hac hæreseos nota eximere vbiq; asseuerans, Arrianum non fuisse, imò nititur probare Nicænæ fidei & subscripsisse, & aduersus Arrianos tandem accessisse. Idem Theodoritus scribit in dicto lib. 1. capi. 12. His accedit Sozomenes lib. 1. capi. 21. scribens Eusebium Cæsariensem Nicænæ fidei, licet dubiũ, subscripsisse. His verò præsertim Socrati Nicephorus refragatur lib. 6. capi. vlti. probare conatus, Eusebium in multis Arrij sententiam comprobasse: idq; ex eius scriptis diiudicat. idem lib. nono. capi. 13. ab eodem Socrate, quem Nouatianum fuisse, asserit, his equidem verbis dissentit, hæc, & alia Socrates asserens, sinceritatem doctrinæ Eusebio adscribere contendit: ego quidem talem potius virum eum fuisse velim: ecclesia autè catholica non talem fortasse iudicat, quã potius sequi par est. An verò ille certò in pietatis sinceritate sit, sicuti iste, qui quidem Nouatianus est, dicit, id accurate, certoq; occulta omnia perspicienti Deo relinquendum. Hæc Nicephorus. qui & lib. 8. capi. 18. & capi. 22. fatetur, Eusebium Nicænæ fidei non admodum voluntariè, sed dubitanteui subscripsisse. Diuus Hieronymus ad Cresiphonem aduersus Pelagianos, memor Eusebii Cæsariensis inquit, quem fuisse Arrianum, nemo est, qui nesciat. Idem in Apologia prima aduersus Rufinum: Eusebius, ait, Cæsariensis Episcopus, Arrianæ quondam signifer factionis. Suidas etiã scribit, eum Arrianæ sectæ addictum fuisse. quòd & septima Synodus asseuerate videtur actione. 5. & 6. Tomo. 3. & iterum Tomo. 5. Quibusdam tamen placet, Eusebium Arrianum quondã fuisse, postea verò ab Arriana opinione desciuisse, & à sanctis patribus ad communionem receptum. Quod Ioannes Zonaras in Constantino Magno tradit existimans, ea scripta, in quibus Eusebius Arriani sectam probare videtur, ante eius conuersionem edita fuisse. Huic opinioni accedit, quod Arriani quidam prodicionem Eusebio obiecissent: nec iniuria: auctoribus Theodorito lib. primo. capi. vñdecimo. & Nicephoro lib. octauo. capi. vicesimo secundo. Ex quibus, quæ ad huius loci interpretationem adduximus, lectorem admonemus, Eusebii Cæsariensis opera cautè legenda fore: nam & ea priuatim legi ad singularem rerum notitiã, & eruditionem adquirendam, nondum ecclesia catholica prohibuit.

Opuscula Tertulliani, siue Africani Apocrypha. Opuscula Iouiniani, & Galli Apocrypha.

trypha. Opuscula Montani, & Priscillæ, & Maximillæ Apocrypha. Omnia opuscula Fausti Manichæi Apocrypha. Opuscula alterius Clementis Alexandrini Apocrypha.

Opuscula Tertulliani, siue Africani Apocrypha.) Eadem lectio est apud Burchardum: at in primo conciliorum tomo legitur. Opuscula Tertulliani Apocrypha. Opuscula Lactantij Apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli Apocrypha. Hæc Gelasius ex veriore, ni fallor, lectione. Tertulliani opuscula ideo Apocrypha censentur in hoc Gelasij decreto, quod is auctor nouæ prophetiæ meminerit, & in libro de Monogamia vim fecerit verbis Apostolicis, & in Montani hæresim secundas nuptias detestantis prolapsus fuerit: quemadmodum Diuus Hieronymus, & alij scribere, ac præter alios Vincētius Lirinensis in libro aduersus hæreses. Sunt etiam & apud hunc auctorem opiniones quædam, quæ hodie prorsus ab orthodoxis improbatæ, damnatæque sunt. Atque ideo inter Apocrypha huius auctoris opera censentur hac quidem significatione, vt legi in ecclesijs publicè minimè permittantur, priuatim tamen legi possint cautè, & cum ea censura, quæ omnia dirigat in catholicæ ecclesiæ defensionem, vt quæ diffinita ab eadem ecclesia fuerint, & scriptis huius auctoris refragentur obseruanda omnino exactissimè sint à lectoribus, ne quid pium animum offendat. Laudatur sanè hic auctor à Diuo Hieronymo, ab Eusebio, Nicephoro, & alijs veteribus de rebus ecclesiasticis scriptoribus: quorum quidam, maximè Diuus Hieronymus, insignem Diui Cypriani encomium Tertulliani referunt, qui magistrum Tertullianum vocabat, nullamque diem absque eius lectione præmittēbat. Floruit Tertullianus Anno fermè domini C C. sub Seuerò, & Antonino Caracalla principibus.

Idem fermè iudicium erit de Lactantio Firmiano, cuius eloquentiam, insignemque eruditionē in euertendis gentiliū erroribus Diuus Hieronymus, & veteres Theologi miris efferunt laudibus, & mirantur. Multa tamen is auctor scripsit, & apud eum Antonius Raudensis notauit, quæ aliena sunt ab his, quæ catholica ecclesia diffinit, vel sancti doctores communi cōsensu scribere, aut planè post tot conciliorum, & sanctorum patrum decreta minimè dici, aut scribi absque temeritate possunt. Quam ob rem & hic auctor cautè legendus erit priuatim, legiturque propter eius elegantiam, animi sinceritatem, candorem-

que, quibus aduersus Ethnicorum præstigias, & in deorum cultu varia portenta mirè vtitur christianam religionem professus. Publicè autem in ecclesijs legi non debet: atque ideo, & quia eius scripta multis erroribus illius temporis referta sunt, inter Apocryphos censetur, minimè verò ab ecclesia damnatur. Floruit sub Constantino Magno Anno domini ferè C C C X X.

Opuscula Iouiniani.) Hic Iouinianus monachus fuit Romæ tempore beati Hieronymi, aduersus quem & ipse Hieronymus scripsit eius errores, & hæreses impugnans. Etenim inter hæreticos à diuo Augustino lib. de hæresib⁹ ad Quod vult Deum. cap. 82. & ab alijs, qui de hæreticis tractauere, cōnumeratur. Ideo eius scripta iure damnantur, eaque significatione Apocrypha sunt, vt nullam auctoritatem habeant, omninoque legi priuatim, & publicè sint prohibita.

Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ Apocrypha.) Inter hæreticos à Diuo Augustino, Philastro, & alijs passim referuntur Cathryges, ex eo dicti, quod ex Phrygia prouincia originem duxerint: horum auctores fuere Montanus, qui dixit, se paraclætum fuisse, & duæ eius prophetiæ Prisca, & Maximilla, quas ipse Montanus tanquam ex eius inspiratione factas iactabat. Horum meminit Augustinus de hæresibus ad Quod vult Deum. capit. 26. ante ipsum longius Eusebius libro. 4. eccles. histo. capit. 14. & sequētibus. & Nicephorus lib. 4. cap. 11. & 22. apud quos hæc foemina dicuntur Priscilla, & Maximilla. apud Augustinum, & Hieronymum in epistola ad Marcellam aduersus Montanum. Prisca, & Maximilla. Hi hæretici ab initio dicti fuere Phryges, & quia eorum hæresis dicta est secundum Phrygas, & græcè, κατὰ φρύγας; postea dicti sunt Cathryges.

Omnia opuscula Fausti Manichæi Apocrypha.) Faustus quidam fuit gente Afer, ciuitate Mileuitanus, secta Manichæus, qui quoddam volumen edidit aduersus rectam christianam fidem, & catholicam veritatem, auctore Augustino, qui contra hunc hæreticum triginta tres scripsit libros. Dictus est Manichæus à principe huius hæresis Manete quodam Persa, cuius idem Augustinus meminit in dicto libr. de hæresib. capit. 46. Eusebius libr. 7. eccles. histo. capi. 31. Nicephorus lib. 6. cap. 31. Suidas, & alij eiusdem meminerunt. Huius ergo auctoris libri, cum is hæreticus fuerit, nec publicè, nec priuatim legi debent.

Opuscula alterius Clementis Alexandrini Apocrypha.) Clemens Alexandrinus Pan-

Variarum Resolutionum

9 thæmi martyris discipulus, & Origenis præceptor, qui que post Panthæmum Alexâdriæ scholam ecclesiasticam tenuit, & institutionum christianæ religionis magister fuit, insignia volumina, plenaq; & eruditionis, & eloquentiæ tam de scripturis diuinis, quàm de humanis edidit, atq; in publicum emisit, auctore Hieronymo de scriptoribus eccles. Cui cõsentire videntur Eusebius libr. 5. eccles. histo. cap. 11. & libr. 6. ca. 13. Nicephorus libr. 4. capit. 33. Claruit anno ferè domini CC. sub Seuero. & aliis principibus. Huius auctoris aliquot libri nuper in publicum prodire è græco in latinum versi à Gentiano Herueto, eorumque lectio non potest non esse admodum utilis & diuinarum scripturarum studiosis, & his, qui rerum humanarum, & antiquitatum cognitionem adquirere desiderant. Cæterum Gelasius eius opera existimat Apocrypha esse in hunc, vt opinor, sensum, vt cautè legantur priuatim, publicè etenim in ecclesijs legi non debent. Nam & ab hoc auctore non satis fuit cognitum peccatum originale lib. 3. Stromat. & lib. 6. minimè adsequutus est veram rationem, qua salutem cõsequi poterint, qui ante aduentum domini excesserunt.

Quauis & eius sententiam probare videatur Ioan. Damascenus in Sermonè de defunctis. Scripsit autem Damascenus sub Imperatore Leone isaurico anno fere D C C L. vt constat ex Ioanne Patriarcha Hierosolymitano, qui eius vitam scripsit: vt tandem, si de hoc Damasceno Trithemius sit intelligendus, parum illi fidendum sit, qui eum claruisse tradit tempore Theodosij, qui multis ante annis vt idem Trithemius scribit, imperium obtinuit, qua ratione mirum non est, ab eodem Damasceno in eodem Sermonè Diuum Gregorium Suuum Pontificem in testimonium adduci.

In primo conciliorum Tomo apud Gelasium legitur. Opuscula Africani Apocrypha. Opuscula Cõmodiani Apocrypha.) Iulius verò Africanus claruit eodè tempore, quo Origenes, quinque de temporibus scripsit volumina, & alia opuscula, quorum meminere Hieronymus, & Trithemius de scriptoribus ecclesiæ. Eusebius libr. primo. capit. sexto. & 7. rursus libr. 6. cap. 31. Nicephorus libr. primo. cap. 9. & 11. item libr. quinto. ca. 21. Hic sub Imperatore. M. Antonino Heliogabalolegationem suscepit pro instauratione vrbs Emmaus in Palestina, quæ postea dicta est Nicopolis, auctore Eusebio in chronicis, & Hieronymo de scriptoribus eccles. Huius opera censentur fortassis à Gelasio Apocrypha ex eo, quod Susannæ historiã cõtenderit à libris Da-

nielis eximere, & à Canone sacrarum scripturarum abicere in epistola quadã ad Origenem scripta, contra quem hac in re rescripsit doctè, & eleganter idem Origenes: vel ex eo, qd hic auctor scripserit libros, qui inscribuntur Cesti. Quorum meminit Eusebius in. d. c. 31. Nicephorus in. d. capi. 21. & Suidas in dictione, Africanus. asseuerans, Africanum libris viginti quatuor Cestos scripsisse, in quibus tradiderit naturalia veluti quædam remedia ex verbis, incantationibus, & piëtis quibusdã characteribus ad medelã ægritudinũ, aliasve efficares operationes. atq; hæc de Africano. De Cõmodiano verò Gennadius scribit, aduersus gêtes opus quoddã edidisse: in quo, quia parũ nostras attigerat literas, magis illorum dogmata destruire potuit, quàm nostra firmare, & de diuinis promissionibus vili satis, & crasso sensu differunt, illis stuporem, nobis desperationem incutiens. Hæc ex Gennadio, vt meritò huius auctoris opera fuerint à Gelasio inter Apocrypha relata.

Opuscula Casiani presbyteri Galliarum Apocrypha. Opuscula Pictauiensis Victoris Apocrypha. Opuscula Faustini Rheginiensis Galliarum Apocrypha. Opuscula Frumentici Apocrypha.

Opuscula Casiani presbyteri Galliarum Apocrypha.) In primo conciliorum Tomo apud Gelasium ante opera Casiani ita legitur. Opuscula Tatij Cypriani Apocrypha. Opuscula Arnobij Apocrypha. Opuscula Tyconij Apocrypha. Opuscula Casiani presbyteri Galliarum Apocrypha. Ipse verò legendum esse censeo. Opuscula Tatiani Apocrypha. vt intelligamus de illo Tatiano, qui inflatus eloquentiæ tumore noquam condidit hæresim, quæ Encratitarum dicitur, quam postea Seuerus auxit, à quo eiusdem partis hæretici Seueriani vsque hodie appellantur ex Hieronymo de scriptoribus ecclesiæ. Eusebio libr. quarto. capit. 26. & 27. Nicephoro libro quarto. capi. quarto. & Augustino de hæresibus. Claruit sub M. Antonino philosopho prope annum domini C L X X. Eusebius in chronicis. Opuscula Arnobij Apocrypha.) Arnobius sub Diocletiano principe Siccæ apud Africam florentissimè rhetoricam docuit, scripsitque aduersus gentes quæ vulgo extant volumina: teste Hieronymo de scriptoribus eccles. Qui in chronico post Eusebium idem scribit sub Constantino Magno. Qua verò ratione huius auctoris opera Apocrypha censeantur à Gelasio, mihi nondum est cõpertũ: huius etenim auctoris libros.

Et si le-

Et si legerim aduersus gentes scriptos, nōdum mihi per occupationem licuit examinare quid in eis scriptum fuerit, quod ad Apocrypha pertineat. Fortassis tamen ex eo Apocrypha censentur Arnobij opera, quod in his libris, quos aduersus gentes scripsit, Deorum Gentilium fabulas nimis inculcauerit: & de animæ immortalitate, deque Angelorum natura quædam tradiderit, quæ forent apertius, ac diligentius explicanda: deniq; septimo libro de Thurificatione non satis cautè agere videtur.

Opuscula Tyconij Apocrypha.) Tyconius quidam, qui contra Donatistas inuestissimè scripsit, cum fuerit Donatista, & illic inuenitur absurdissimi cordis, ubi eos non omni ex parte relinquere voluit, facit librum, quem regularum vocauit. Hæc Augustinus lib. tertio, de doctrina christiana capi. 30. qui huius suspecti auctoris doctrinam diligenter examinat, ab eoque in pluribus dissentit. Ex quibus lector poterit expendere, & satis percipere, iure optimo eius scripta Apocrypha censeri. Floruit sub Theodosio, & liberis eius, prope annum domini CCCXC. auctore Trithemio, & Gennadio.

Cassianus verò presbyter apud Gallos, aliquot edidit opuscula, quæ Gelasio non satis placuere, atque ideo ea inter Apocrypha connumerat, fuit natione Scythia, apud Malsiliam presbyter, ubi viuendi finem fecit, Theodolio, & Valentiniano regnantibus: auctore Gennadio, qui varia eius opuscula connumerat, & laudat. Trithemius verò scribit, eum in multis reprehendit à beato Prospero de libertate arbitrij: & ideo eius opera Apocrypha censeri.

Opuscula Pictauiensis Victoris Apocrypha.) Apud Gelasium in primo conciliorum tomo, & Burchardum legitur. Victorini Pictauiensis, hic, teste Hieronymo, fuit Episcopus Pictauiensis, qui multa scripsit opera: grandia quidem sensibus, viliora tamen cōpositione verborum, quod magis Græcè sciret, quàm latine. Tandem martyrio coronatus est, temporibus Valeriani, & Gallieni, auctore Trithemio. Eius opera inter Apocrypha censentur ex eo fortassis, quod de rebus grauisimis vili verborum cōpositione fuerint edita.

Opuscula Faustini Rheginiensis Apocrypha.) Faustinus presbyter apud Gallos varia scripsit opuscula, temporibus Valentiniani, Theodosij, & Arcadij. Luciferianæ tamen hæresi visus est cōsensisse, auctore Gennadio. Et ideo eius opera iure inter Apocrypha censentur, quod & Trithemius fatetur scribens, eum meritò reprehendi.

Epistola Iesu ad Abagarum Apocrypha. Passio Gregorij Apocrypha. Passio Quirici, & Iulitæ Apocrypha: Scriptura, quæ appellatur Salomonis contradictio, Apocrypha. Philacteria omnia, quæ non ab Angelo, vt illi confingunt, sed magis à dæmone conscripta sunt, Apocrypha.

Apud Burchardum, & in primo conciliorum 11 tomo legitur. Epistola Iesu ad Abagarum Regē, Apocrypha. Extat vtraque epistola Iesu ad Abagarum Edessæ ciuitatis ultra Euphratem Regē, & ipsius regis ad Iesum: apud Eusebium libr. primo eccles. histor. capit. 13. & Nicephorum libr. secundo. capit. septimo. Euagrius lib. quarto. capit. 27. quos pius lector legere poterit, & christiana sinceritate obseruare quæ illic ab his historicis commemorantur, vt existimet, verè potuisse cōtingere, tamen si non cogatur illis omnino credere. Etenim ab Euagrio, & Nicephoro atq; Constantino porphyrogenneta in peculiari hac de re commentario, & Damasceno lib. 4. de fide orthodoxa. capit. 17. traditur, Iesum petiisse textum linteum, in eoque prius loto suam expressisse faciem, & ad Abagarum misisse. Addit Euagrius, Chosroe obsidente Edesam urbem, & ingenti aggerere eam infestante, vt facilius caperetur, deiectū omnino aggerem fuisse subterraneo quodā cuniculo facto, vt ignis subijceretur, & lignorum materia consumpta, agger pessum iret, opusq; totū corrueret. At tamen igne primū immisso, cœptum consiliū ciues fefellerat, quod flamma exitum non haberet, quam aerem concipere, atque ita materiam comprehendere, sicuti consuevit, oportebat: eo verò cōsilio destituti ad sacrām anchoram confugientes, acceptamq; diuinitus imaginem ad cuniculum producentes aqua conspersam contra pyram miserunt: subitoq; thiua virtute ligna ignem conceperunt, & quàm celerimè combusta imminenti statim materix ignem omnia consumentem immiserunt, donec agger omnis in fossæ cuniculis confidens in cineres est redactus. Hæc Euagrius ex Procopio de bello Persico: & post eos, Nicephorus libr. 17. capit. 16. Meminit huius lintei, & imaginis Ioan. Zonaras Annaliū tomo. 3. in Romano Lacapeno, scribens, eiusdem Imperatoris ætate ex Edessā imaginem istam Constantinopolim fuisse translata.

Passio Gregorij Apocrypha. Passio Quirici, & Iulitæ Apocrypha.) Harum scripturarū meminerat Gelasius in secūda huius decreti partibusq; asseuerauit, non legi in Romana ecclesia hosce libros ex ea ratione, quam illic tradidit: at-

que nunc Apocryphos ideo retulit.

Phylacteria omnia.) Pharisei olim apud Iudæos Decalogum in membranulis scribere consueverunt, & in fronte ligare, vt religionis intimę speciem præberent: dicebanturque hæc membra nulæ Phylacteria: quasi custodiētia, in memoriã sanę quod præcepta illa custodire tenebantur, & veluti in custodiam, & monimentum sui haberent sicuti in Matthæum capit. 23. explicarunt Hieronymus, Chrysostomus, & alij, Iustinus itē martyr in dialogo cum Triphone aduersus Iudæos pagina. 34. Idque faciebant Pharisei prauę intelligentes mandata legis à domino data per Moſen Deuteronomij capit. 6. Hęc igitur dicebantur Phylacteria: id est conseruatoria. ad quorum similitudinem, & exemplū Arioli, & excātatores ad seducendos simplices animos quasdam membranulas scriptas potius à dæmone, quàm ab Angelis exhibebāt christianis, quasi hæc Phylacteria forent illis admodum vtilia in tutelã corporis, & animę. Quę quidem præter Gelasium omnino prohibet Gregorius tertius capi. 12. suorum decretorum, & concilium Laodicense cap. 30. apud Gratianum in cap. si quis Ariolos. & canon oportet. 26. quęst. 5.

Denique Gelasius in vltima parte huius tractatus de libris Apocryphis damnat, & pronunciat, damnata esse omnia, & quęcunq; hæreticorum scripta cum suis auctoribus, quorum catalogum subiicit, meminitque multorum: qui in hæresim ante ipsius pontificatū inciderunt: plures tamen omittit, quos generali quadam damnatiõne complectitur. Hic verò locus poterit facillimè explicari quo ad hæreticorum nomina, & eorum impia dogmata ex diuo Hieronymo, Augustino, Philastro, & aliis, qui de hæresibus, & hæreticis tractauerunt: id etenim nõ est nostri instituti. Admoneo tamen lectorem, apud Gratianum falsò legi. Teruidus. Cum legendum sit. Cerinthus. ex primo conciliorum tomo, Burchardo, & aliis. Valentinus, siue Manichæus, ubiq; legitur, quod Valentinus etiam si alium errorem à Manichęis distinctum excitauerit, Manichæi tamen cognomine dignus est, qui in similitum illis errorem incidit ex Ireneo lib. 3. cap. 4. Dum legitur apud Gratianum. Iubianus. apud Burchardum. Nibianus. apud Gelasium in primo conciliorum tomo retius. Iouinianus. Item vbi legitur apud Gratianum. Iulianus, & Latiensis. legitur in primo conciliorum tomo Iulianus Celanensis. apud Burchardum: Iulianus Edanensis. in Prospero Aquitanico: Iulianus Arhelenensis. Fuit episcopus Capuanus: ex Gennadio, & Trithemio. De Nouatio ubique extat integra mentio: nisi quod qui-

dam codices primam literam mutauerunt.

Priscillianus ab Hispania.) Hic, auctore Hieronymo de scriptorib. eccles. fuit episcopus Abilæ, quę ciuitas est in Hispania satis insignis: vt tãdem Erasmus insigniter fuerit hallucinat⁹: quippe qui existimauerit, Priscillianum episcopum fuisse Abylæ, quę sit ciuitas Phœnicæ in Syria. Cuius errorem doctè improbat Ioannes Vascus in priori parte Chronicorum Hispaniæ. Sed & præter testimonia ab eo citata aduersus Erasmi extat Gelasius in hoc decreto. Leo Papa i epistola. 91. ad Turibium Astoricensem Episcopum. Seuerus Sulpitius lib. 2. Sacrę histori. qui scribit, Priscillianum in Hispania hæreses excitasse, & Abulensem episcopum fuisse. qua ratione apud Prosperum Aquitanicum in chronico falso legitur: Priscillianus Episcopus de Gallatia: cum legendum sit. Priscillianus Episcopus de Gallecia: nam etiam si Abyla vrbs ad Gallecię prouinciã non pertineat iuxta eam prouinciarum diuisionem, qua frequentius vsi fuere Hispani: Episcopatus tamen etiam hisce temporibus ad Compostellanam prouinciã, cuius Metropolis in Galletia extat, dubio procul pertinet. Fortassis prosper Galleciam Gallatiam dixit.

Lapedius.) In primo conciliorum tomo: Lamperius. in Burchardo Lampedius. nos legimus: Lamperius, à quo Lamperiani hæretici: teste Alfonso Castro de hæresibus verbo. vortum.

Sebatius.) Legendum Sabbatius ex Burchardo, & Gelasio in primo conciliorum tomo. Socrate lib. 5. eccles. hist. cap. 21. Casiodoro in tripar. lib. 9. cap. 37. & Nicephoro lib. 12. ca. 31. qui huius hæretici meminere, & idem Nicephorus lib. 14. ca. 31. Alterius Sabbatij apud Gallos meminit Trithemius.

His hæreticis Burchard⁹ ex Gelasio addit Photinum. qui & cum his scriptus est in primo conciliorum tomo in Gelasij decreto, vbi etiam nominantur. Africanus. Nestorius Constantinopolitanus. Maximus, & Vnicus. Nestorij, Photini, & Maximiani, aut Maximini mentio frequens est apud diuum Augustinum, & alios, qui de hæreticis scripsere. Maximi verò, & Vnici non ita frequenter mentio facta est ab scriptoribus: Nicephorus etenim lib. 12. capi. 11. meminit Maximi cuiusdam Cynici philosophi, quẽ Timotheus Alexádrinus pastorem, & episcopum Constantinopolitanum consecrauit, etiam Apollinaris labem maximè infectum. Qui postea exautoratus est in synodo Constantinopolitana, vt idem Nicephorus scribit cap. 13. & idem prius actum fuisse commemorat cap. 11. post Sozomenem lib. 7. cap. 9. qui asseuerat,

asseuerat, hunc Maximum Nicænz fidei studio sum, & sequacem fuisse. Sed quæ prius de Maximo retulimus ex Nicephoro, etiã scribit Theodoritus lib. 5. cap. 8. Cæterum contra Maximinũ Arrianorum Episcopum extant Augustini libri tres in sexto eius auctoris operum tomo.

Postremò de historia tripartita, quæ de rebus ecclesiasticis tractat, obseruandum erit, centonem illum ex tribus græcis auctoribus, Theodorito Cyri episcopo, Socrate Constantinopolitano, & Hermio Sozomèno, concinnatum fuisse opera, & studio Casiodori ex translatione cuiusdã Epiphaniij vtriusque linguæ haud satis periti, qui in plerisque suam diuinationem, non auctorum illorum sententiam pro germana lectiõe lectori supposuit. Sed & hi auctores adeò minutatum cõditi, & truncatim commixti à Casiodoro fuerunt in continuum historiz compendium, vt in plerisque ob concisionem, truncationemq; eiusmodi meritò dubitari possit, quz nam fuerit citati auctoris certa sententia, quæ verè apparuisset ex præcedentibus, sequentibusq; verbis à Casiodoro, dum breuitati studet, resectis. Hæc ferè de hac historia Albertus Pighius lib. 2. de eccle. hierar. cap. 8. uuper verò in publicum prodire tres prænominati auctores integri, & græca lingua, qua ipsi vsi fuere, ex quibus planè percipiet lector vera esse, quæ Pighius de tripartitæ cõtine scripserat, poteritq; verum historiz ordinẽ, auctorisq; sensum, omiffa concisione Casiodori, & praua Epiphaniij versione ipsius græcis scriptoribus diligenter lectis deprehendere.

Cæterum de auctoribus ipsis Nicephorus in præfatione historiz eccles. quæ lib. 1. ca. 1. scribit, breuiter tractans, dubitat profectò an vera fuerint, quæ scripserint: & præterea Socratẽ animò fuisse min⁹ purum tradit: ex eo quidẽ, quòd Nouatianus fuerit, auctore eodem Nicephoro lib. 6. cap. 37. & lib. 9. cap. 13. & lib. 14. capi. 43. Idq; constare videtur ex eiusdem Socratis historia libr. 8. cap. 21. Sed & Sozomènu, atq; Socratem in quibusdam inentitos fuisse docet Franciscus Torrens in lib. de sexta synodo. super canone. 13. diuus Gregorius lib. 6. epistolarum epistola. 195. de historia Sozomeni ita scribit. Ipsam quoq; historiam sedes Apostolica recipere recusat, quoniã multa mentitur. Hæc Gregorius, qui & alias rationes adscribit, quæ sunt omnino. examinandæ ex græcis de rebus ecclesiasticis scriptorib⁹: nempe Theodorito, Socrate, & Nicephoro. Qui & ipsius Theodoriti fidem rursus demittere cõten dit ex eo, quòd tertiam synodum conatus fuit impugnare, fueritque ea ratione proscriptus, & excommunicatus: vt idem Nicephorus tradit

lib. 14. ca. 34. qui cap. 30. illũ maximè laudauerat.

Quem verò librum Gelasius intellexerit asseueras contradictionẽ Salomonis Apocrypham esse, nondum ipse intellexi, vt quidquã certi possim scribere: nam de eo libro, qui pœnitentia Salomonis inscribitur, & noie Ambrosij falsò euulgatus est, fortassis quispiam conabitur Gelasium interpretari ex eo, quòd Salomõ licet aliquãdo fuerit in gratia Dei. 3. Reg. ca. 3. & 11. ac. 2. Paralip. cap. 7. tandem reprobus fuerit, à Deiq; gratia ceciderit, atque ideo damnatione æterna punitus: quemadmodum consentire videntur Augustin⁹ lib. 22. contra Faustum capit. 81. & 88. Cyprianus lib. 1. epistola. 5. Hieronymus in epistola ad Vitalem. 3. epistolarum tomo. & Ecclesiasticus. c. 47. rursus Augustinus in enarratione psalmi centesimi vicesimifexti. Chryostomus in sermone de pœnitentia. Beda, Esaiæ. cap. 2. Item Beda in lib. Regum. q. 29. Cyrillus lib. 7. contra Iulianũ. Gregorius lib. 2. moral. cap. 2. Lyranus. 2. Reg. cap. 7. quo in loco Burgensis à Lyrano discedit, & Hieronymus Ezechel. ca. 43. asseuerat, Salomonem pœnitentiam egisse. Idem in Ecclesiasten capit. primo. cui suffragari videtur Ambrosius in libro de Cain, & Abel cap. 1. Quam ob rem Arboreus libr. 17. Theosophia: cap. 10. probare coniecturis quibusdam conatur Salomonem æterna damnatione minime fuisse punitum, licet quãdiu vitij, & criminibus adhæsit, fuerit ad tempus reprobatus. Res est tamen dubia, & in qua nihil certũ adhuc ex Theologis asseuerare possumus. Nam & alicubi Ambrosius priorem opinionem sensisse videtur.

Ex capite sequenti.

- 1 *Annus solaris ex Romanorum institutione.*
- 2 *Anni ab initio mundi secundum Hebraicam veritatem, & septuaginta interpretes.*
- 3 *Anni a diluuiò, & vniuersali cataclysmo.*
- 4 *Anni initium quo tempore apud Hebræos.*
- 5 *Anni a Nabuchdonosor, & Magno Philippo.*
- 6 *Anni ab Alexandro Magno, & a Cesare.*
- 7 *Anni Arabum a Mahomete.*

Expenditur ratio temporis, & chronologia, quæ in proœmio Partitarum traditur.

Caput. XVIII.

F 5 In ca

Variarum Resolutionum



Nea præfatione, quæ legibus huius regni Castellani adscripta est ab inuictissimo, sapientissimoq; Alfonso Rege huius nominis decimo exacta quædam ratio temporis obseruata fuit, vt plane omnibus foret perspicuum, quo tempore præstantissimum illud septempartitum opus editum esset: ea verò vel iniuria temporum, aut scriptorum errore adeò aliena à vera ratione temporum circumfertur, vt operæpretium me facturum existimem, si de ipsis emendatione aliqua breui quadam obseruatione adnotauerim. Illud verò est præmittendum veluti huius examinis basis, ac constitutissimum fundamentum, opus illud editum fuisse à Rege Alfonso decimo, filio Fernandi Tertij, Cœptum autem anno quarto iam integro ipsius principatus, & cōsummatum, aut perfectum anno septimo ab eius initio, atq; ita principatus Regis Alfonsi anno vndecimo: quæ admodum ex ipsa præfatione constat, ex qua & hoc dubio procul deducitur, Regem Alfonso regni regimen post patris mortem accepisse anno ab incarnatione Domini M. C. C. L. I. & post quinque decursis, & elapsis mēsisibus. Nam vt ex chronicis constat, Fernandus Tertius pater Alfonsi mortem obiit die Iouis, Maij xxx. anno à natiuitate Domini M. C. C. L. I. Vnde fit, vt anno Domini ab eius natiuitate M. C. C. L. I. vltimo die Maij Alfonso regnare in Castella cœperit. Etenim licet in historia Regis Fernandi, & in dicta præfatione anni computari videantur ab incarnatione, quæ computatio diuersa est ab ea, quæ fit à natiuitate: quod & nos scripsimus lib. 1. Variar. resolut. capi. 12. tamen vtramq; computationem & historię & præfationis à natiuitate domini ex multis intelligendā esse arbitramur. Primum ex auctoritate Alfonsi Búrgensis episcopi in Anacephaleosi: deinde ex consuetudine, quæ apud Hispanos obtinuit, vt anni ab eis à natiuitate domini connumerētur: & ex eo, quod si annus in præfatione ab incarnatione sit accipiendus, post annum quinquagesimum primum, nō possunt tot dies ad diem Maij tricesimam anno sequenti adscribi, quot in eadem præfatione adscribuntur: & ille numerus omnino cōueniat cōputationi à natiuitate: siquidem ab initio anni quinquagesimi secundi ad diem xxx. Maij numerantur dies centū quinquaginta duo. Ex quo & illud constat in eadem præfatione probari illā consuetudinem, qua annus natiuitatis à primo Ianuarij die computari, & signari solet. Dies verò, quæ ab historicis, morti, & funeri Regis Fernã

di Tertij adscripti fuere iuxta munerum ex mēse Maio, etiā conueniunt anno dñi. M. C. C. L. I. à natiuitate, obseruata diligenter litera, quæ in illo anno Dominico diei comperebat.

Cæterum in eadem præfatione asseuerat Rex Alfonso, annum primum sui principatus esse, & computari ab anno mūdi. V. M. XXI. & diebus C. CLXXXVII. atque hoc in loco intelligit annos Hebræos: cū in omnibus eiusdem præfationis computationib⁹ de Romanis annis loquatur expressim. Annus verò Romanus dubio procul constat duodecim mensibus, quibus & modò vrimur, & vsa est resp. Romanorum ab Imperio Iulij Cæsaris, qui imitatus Aegyptios ad certum dierum numerum solis redigit annū intercalario antiquo mense sublato, vt vnus dies quarto quoque anno intercalaretur, qui & hodie quoque intercalatur proptervniuscuiusq; anni quadrantē, qui ad perfectum solis cursum post C. C. LXV. dies deerat, auctoribus Macrobio lib. 1. Satur. cap. 14. Plinio lib. 18. cap. 25. Suetonio & Plutarcho in Cæsare. Prius etenim Romulus ex decem mensibus constituerat annum solarē: Numa verò ex duodecim, sed ratiōe quadā adeò cōfusa, & imperfecta, vt necesse fuerit, eam à Iulio Cæsare immutari: quemadmodum idem Macrobius cap. 12. & 13. docet. Hoc deniq; anno solari vsa est semper Christi ecclesia, atque totus ferè ad hanc vsque diem terrarum orbis: tametsi varia fuerit apud plerasque gentes olim annorum ratiō: quod scripsere Pinius lib. 7. ca. 48. Macrobius in dict. lib. 1. cap. 8. Alex. ab Alexandris. lib. 3. diu. geniali. ca. 24. Anselmus lib. 2. de imagine mundi cap. 10. ex nostris Andre. Tiraquel. lib. 1. de retract. §. primo. gl. 10. Constat igitur annus hic Romanus ex C. C. L. X. V. diebus. L. cū hæres. §. Stichus si heredi. ff. de stat. liber. eiusque initium sumitur à Calēdis Ianuariis. Sed & apud Hebræos annus solaris erat in vsu, diuersa tamen mensium obseruatione: siquidem duodecim lunationes apud eos simul additis vndecim diebus faciunt annum solarem, qua de causa ipsi moti tertio quoque anno tredecim menses adscribunt, aut octauo quoque anno tres menses adiciunt: quia solaris annus lunarem excedit vndecim diebus & quarta parte, vt scribit African⁹ apud Eusebium lib. 8. de demonstrat. euangelica, capit. 2. Et Damascenus lib. 2. de fide Orthodoxa capi. 7. Nam & Plinius lib. 18. ca. 25. in vno quoque biennio viginti quinque lunationes adnumerat. Huius verò anni initium duplex adnotari potest ab æquinoctio inquā vernali, & ab æquinoctio autumnali, licet ordo mensium incipiat ab æquinoctio vernali. Exodi capit. 12. Vnde Nisan primus mensis

mensis Hebræorum ab æquinoctio verno conuenit quandoque mensi Martio, quandoque Aprilis propter rationem lunationum, quam modò adduximus, & qua Hebræi omnino vtantur, primum mensem computantes à prima lunatione, quæ sit proximior æquinoctio verno: quæ quidem lector poterit obseruare ex his, quæ hac de re scripsere Paulus Forosempronienſis, Ioannes Stoflerinus, Ioannes Lucidus, Petrus Ciruelus Darocensis, Ioannes de Monte Regio, & alij de emendatione Calendarij, & de recta Paschæ celebratione tractantes. Ex quibus deducitur, Hebræos fuisse vsos anno solari duodecim mensium, non minori, sed ferè pari solari anno, quo modò vtimur, & quo totus penè orbis vsus fuerit. Quod constat ex capit. septimo, & octauo. Genes. Diuo Augustino libr. decimo quinto. de ciuitate Dei capit. decimo quarto. Iosepho libr. primo. antiquita. capit. quinto. Lactantio Firmiano libr. secundo. capit. decimo tertio. Beda in libr. de temporib. Ioanne Driedonio libr. tertio. capit. quarto. in eius quarta parte. Fortassis in hac Aera ab Adam, ex hac præfatione tollenda est dictio. Hebraicos. Nam ea non vtitur in his annis adnumerandis Historia huius Regis: sed in sequenti Aera à diluuiò scribitur. *E la Aera de los Hebraicos del diluuiò en quatro mil y trecientos y cinquenta y tres años Romanos.* Est & in hac temporum ratione obseruanda, non esse eadem annorum supputationem iuxta veritatem Hebraicam, atque eam, quæ vulgo dicitur septuaginta interpretum: sicuti cõper tum erit lectori ex diuo Hieronymo in Hebraicis traditionibus super Genesim. diuo Augustino libr. decimo quinto. de ciuitate Dei capit. decimo, & capit. decimo tertio. Driedonio in. d. ca. 4. ut cap. quinto. libri tertij. idem vbique obseruauit Eugubinus, & passim Theologi, qui de questione ista tractauerunt. Sed supputationem septuaginta sequuti sunt Eusebius, Origenes, Chrysostomus, Isidorus libr. quinto. etymolog. cap. 39. At supputationem alteram iuxta veritatem Hebraicam sequuntur Hieronymus, Augustinus de ciuitate Dei lib. 15. cap. 13. Beda de temporib. Philon Hebræus, Dried. Ioan. Lucidus, & Nicolaus Cælius Lusitanus in diligentissima veteris testamenti chronologia. Discrimen autem hoc contingit in annumerandis annis ab Adamo ad Abraham: siquidem in assignanda temporis ratione post Abraham ad Iesum Christum redemptorem nostrum, parum, aut nihil distat supputatio Græcorum ab Hebræorũ chronologia, quam ubiq; Augustinus Eugubinus adnotauit, & obseruandam esse censet, ne in eum errorem incidamus, in

quem incidit vniuersa Græcia, & Italia, quæ Græcos, aut septuaginta interpretum editionem sequebatur, nondum ad Hebraicam veritatem Hieronymi editione vulgata, & recepta, quæ nos ab hoc errore vindicauit. Igitur ab Adamo ad diluuium anni sunt mille sexcenti & quinquaginta sex iuxta veritatem Hebraicam, & codices Latinos, quibus modò vtimur. ca. 5. & 7. Genes. Iuxta septuaginta verò interpretes supputantur anni bis mille ducenti quadraginta duo. Huius numeri rationem poterit expendere lector diligens ex Hieronymo, Driedonio, & aliis quorum modò meminimus. Ex quibus & illud constat, à diluuiò ad ortum Abraham secundum Hebræos computari annos nonaginta duos supra ducentos: ex editione verò septuaginta interpretum annos numerari mille septuaginta duo. teste Augustino, lib. 16. de ciuitate Dei capit. 10. qua ratione fit, vt in annorum numero ab Adamo ad ortum Abraham excedat septuaginta interpretum computatio veram ex Hebræis codicibus rationem annis ferè mille tercetum sexaginta sex. Hinc sanè suboritur maxima differentia inter Græcos, & Latinos, qui vulgarem septuaginta editionem sequuti sunt, atq; ex alia parte grauissimos, doctissimosque Theologos, qui hanc rem ex Hebræis conati fuerunt deducere ad veram cognitionem, in supputandis annis ab Adamo ad Christi natiuitatem. Etenim secundum Hebraicam veritatem, quanuis qui eam sequantur, non conueniant omnino in certo annorum numero, imò differant aliquantulum, paucis equidem in annis, ab Adamo ad Christum sunt anni ter mille nongenti sexaginta nouem: auctore Driedonio, qui exactissime, ac diligenter annorum numerum obseruat. Beda verò adscribit Christi natiuitatem anno ab Adamo ter millesimo nongentesimo quinquagesimo secundo. Ioannes Lucidus anno ter millesimo nongentesimo sexagesimo: vltimo anno Olympiados centesima nonagesima quarta. Henricus Glareanus, & Haloander anno tertio eiusdem Olympiadi. Græci autem, & qui sequuti sunt septuaginta interpretes: nempe Eusebius, Origenes, Isidorus, & alij Christi natiuitatem adscripsere anno ab Adamo quintum millesimo centesimo, nonagesimo nono. Vnde numerus annorum ex Græcorum supputatione maior est fere mille ducentis ac triginta annis, illo numero, qui ex veritate Hebraica deducitur. Ipse verò Eusebius in principio chronicorum, etiam si fuerit sequutus septuaginta interpretes, fatetur tamen iuxta Hebraicam litteram ab Adamo ad diluuium tantum supputari annos mille sexcentos quinquaginta sex.

Rex sanè Alfonso decimus, de quo & in hoc capite

Variarum Resolutionum

capite agimus, in chronicis, ab Adamo ad Christi aduentum connumerat annos quinque mille nonaginta nouem. Apud quem opinor ipse Codicem corruptum esse, & scribendum fore annos quinque mille centum nonaginta nouem: eaque suspitione ducor, quod existimem regem sapientissimum voluisse in chronicis sequi Eusebium: & alios, qui ex septuaginta interpretibus hanc temporis rationem obseruare conati sunt.

Rursus idem rex, quod mirum est, in tabulis Astronomicis supputat ab Adamo ad Christum annos sex mille nongentos octuaginta quatuor, & dies bis centum, vnum & viginti: ab Adamo ad diluuium annos ter mille octingentos octuaginta duos, & dies centum sexaginta septem. Quia in re Alfonso ipse parum sibi constat, quum apud eum sic tanta in sacris annis connumerandis varietas, & dissensio.

Hæc tandem adduximus longè quidem repetita, vt facilius possim⁹ examinare rationem temporis ab Adamo ad initium principatus ipsius Regis Alfonso, qua in dicta præfatione idem usus est. Nam ex præmissis apparet, eam non conuenire veritati Hebraicæ, & illi supputationi, quæ ex ea deducitur. Quod facillimè poterit quis deprehendere ex eo, quod iuxta Hebræorum supputationem principatus Alfonso initium habuerit anno ab Adamo ferè quintum millesimo ducentesimo vigesimo: Ex Driedonio. aut quintum millesimo ducentesimo tertio. Ex Beda, vel quintum Millesimo ducentesimo vndecimo iuxta Ioann. Lucidi opinionem. Multò minus conuenit Chronologia dictæ præfationis supputationi Eusebij, & aliorum, qui septuaginta interpretes sequuntur: esset enim primus annus principatus regis Alfonso ab Adamo sextum Millesimus quadringentesim⁹ quinquagesimus. Quod si præfationem istam velimus intelligere iuxta rationem temporis, qua idem Rex Alfonso in tabulis Astronomicis vtitur, erit profectò multò maior differentia: nam ex ea computatione annus primus principatus regis Alfonso erit octauum millesimus ducentessimus tricesimus quintus. Quibus omnibus obseruatis poterit in hac prima supputatione præfationis numerus verus restitui secundum opinionem illam, quam Regem Alfonso sequutum fuisse, sit ratio: magis consentaneum. Ego sanè opinor, in hac præfatione Regem veritatem Hebraicam sequutum fuisse, atque ideo ex Driedonij supputatione suspicor, scriptorum errore factum esse, vt bis centum anni fuerint propè omisi.

Est & in eadem præfatione maximus error in chronologia deducta à diluuiò, & vniuersali. Ca-

3 tacylismo: etenim nec conuenit veritati Hebraicæ, nec Græcorum supputationi: quum secundum priorem ab Adamo ad diluuium fuerint anni mille, sexceti quinquaginta sex: secundum posteriorem bis mille ducenti quadraginta duo: & iuxta præfationem istam tantum sexcenti sexaginta octo: quod nullus vnquam scripsit. Quia ratione iuxta veritatem Hebraicam erit in hac præfatione locus de diluuij tempore emendandus ita quidem, vt à diluuiò ad principatum Alfonso Regis adnumerentur ter mille quingenti sexaginta quinque anni: si primam temporis rationem ex traditione Driedonij additis ducentis annis emendauerimus: aut paucis ab hoc numero detractis annis ex Bedæ, aut Ioann. Lucidi supputationibus. Quod si quis dixerit, Regem Alfonso sequutum fuisse in hac præfatione Eusebium, & sequaces, quod falsum mihi videtur, adhuc error est in annorum numero à diluuiò ad principatum Alfonso, qui tolli tunc poterit si numerentur à diluuiò anni quatuor mille ducenti & octo.

In his verò duabus supputationibus ab Adamo, & diluuiò ex diebus, quos post annos integros addit Rex Alfonso, nisi & hoc in loco subtilis scriptorum vitium, deducitur, apud Hebræos annum incipere à die decima octaua Augusti quo ad rationem temporis ab Adamo considerandam. Nam ab hac die vsque ad vltimū diem Maij, qui fuit primus principatus, & regni Alfonso adnumerantur ducenti octoginta septem dies, quorum in hac præfatione fit mentio. Eadem propè ratione constat apud Hebræos annū quo ad diluuij tempus describendum initium capere à die decima sexta Februarij: à qua ad diem vltimam Maij sunt dies centum & quinque, quos hoc in loco supputat Rex Alfonso.

4 Qua in re omnino est adnotandum, apud Hebræos duplex obseruari anni initium, quod paulò antè obiter adnotauimus: nam ante exitum Iudæorum ab Aegypto annus incipiebat ab æquinoctio Autumnali: postea verò initium annus adsumpsit ab æquinoctio verno: nempe à luna, quæ huic æquinoctio, vel alteri proximior erat. Quemadmodum nullo ad hoc citato auctore scribit Guilielmus Postellus in lib. de Etruriæ Regionis institutis, & ante ipsum adnotarūt Nicolaus Lyranus in Genesim capit. 7. idem Lyranus, & Burgensis Exodi cap. 12. Id verò mihi probat Iosephus libro primo antiquit. capi. quinto. vbi de diluuiò tractans inquit. Contigit autem hæc passio sexcentesimo anno natiuitatis Noe mense secundo, qui à Macedonibus Dius nuncupatur, ab Hebræis autem Marachat, seu Amar-suane.

fuane. Sic enim in Aegypto annum constituerunt. Moses autem Nisam mensē, qui est Xanthicus, primum in festiuitatibus definiuit, in quo ex Aegypto Hebræos eduxit. Hic autem apud eum etiam in cunctis muneribus diuinis valde pollebat: in venditionibus autem, & emptionibus, & alia gubernatione prioris seculi decreta seruauit. Hæc Iosephus: Apud quem Diuum mensē cum intelligo, qui apud nos est Nouember ex Eusebio lib. octauo. eccles. hist. ex Græco Codice folio. 92. Anselmo libr. secundo. de imagine mundi cap. sexto. & Suida, qui scribit, hunc mensē esse primum apud Macedones, & cōstat Octobrem esse vltimum. Quod & nos obseruauimus superius capit. 14. nume. 12. quo fit, vt græcus Plutarchi Codex in Arato sit emendandus, vbi Dæsius mensis Macedonum confertur Nouembri Atheniensium, est etenim scribendum, Dius mensis, non Dæsius qui Iunio respondit, non Nouembri ex eodem Suida, & Eusebio in loco proximè citato. Quauis idem Plutarchus in Alexandro mensē, qui à Macedonibus Lou. dicitur, & Augusto conuenit, ex Euagrio lib. 4. capit. 9. Suida, & Demosthene in oratione de corona, vbi illum contulit *Βουνοπιών*. Atheniensium, confertat *Ιουλιανή*, id est Iunio. Vt tādē Plutarchus in hac mensium collatione ab alijs dissentiat, vel codicis sit viciū, quod magis applaudet. Xanthicus verò mensis apud Macedones respondet nostro Aprili ex eodem Eusebio in dicto libr. octauo. fol. 91. & 94. & libr. tertio. capi. octauo. Socrate libr. quinto. capit. 22. Euagrio lib. quarto. capit. nono. Anselmo in dicto capit. sexto. ex Iosepho Græco lib. sexto. ca. 31. & Latino lib. septimo. De bello Iudaico capit. 12. Idemque Suidas adnotauit. Secundo equidem in mense diluuium cōrigisse planè probat Genes. capit. septimo. & 8. At Iosephus secundum mensē illum fuisse asseuerat, quem Macedones Diuum appellant, quem nos Nouembrem dicimus: erat igitur tunc priuus anni mensis October, id est lunatio illa, quæ proximior eo tempore fuit æquinoctio Autumnali, quod licet hodie propter anticipationem contingat mense Septembri, olim tamen Octobri nostro respondebat: sicuti Ioann. Lucidus, & alij docere conantur: etiam eadem ratione docentes, olim æquinoctium vernum nostro Aprili conuenisse, modo verò Martio conuenire. Hinc apertissimè deducitur, Regē Alfonso in hac præfatione minimè obseruasse initiū anni Hebræici ab æquinoctio verno, nec ab æquinoctio Autumnali: fortassis ex eo, quod apud Hebræos quauis quo ad res sacras, & conuentiones, ac contractus essent certa cuiusque anni principia, tamen quo ad nu-

meram dierum quidam anni maiores, quidam verò minores erant: & præterea propter mutationes lunationum, anticipationem æquinoctiorum, & varia mensium initia, non poterant non esse & annorum primi dies incerti. Adhuc tamē non potest defendi huius præfationis dierum supputatio, qua in adnumerandis annis ab Adamo, & à diluuiō vsus est sapientissimus Rex Alfonso: nisi præmittamus, Regē Alfonso initium anni ab æquinoctio verno, quod Astronomis est in vsu, obseruasse, annosque constituisse paulò minores Romanis, ita quidem, vt Mille, & quingentis annis, dies ferè quindecim supersint ex Iulij Cæsaris obseruatione. Fortassis in supputatione, quæ fit ab Adamo in hac præfatione, dictio illa: Docientos: fuit mutata è suo loco ab scriptore: atque ideo erit legendum. La A Era de Adam en cinco mil e docientos y veynte y vn años Hebraicos, y ochenta y siete dias.

Subsequitur in eadem præfatione numerus annorum ab Imperio Magni Nabuchadonosor ad principatum Regis Alfonso, & connumerantur anni mille nongenti nonaginta octo, quibusdam additis diebus: & sanè iuxta supputationem Driedonij adnumerantur anni mille octingenti sexaginta sex. Vnde nec in hac chronologia fuit vera temporis ratio in eadem præfatione obseruata: nam ex Eusebio, Beda, Ioann. Lucido, & alijs minor aliquantulum annorum numerus deducitur, quàm fuerit à Ioann. Driedonio supputatus. Est igitur error in hac adnumeratione ex centum triginta annis.

Ex Philippo deinde Macedonum Rege ab eodem Alfonso ratio temporis semitur ad numerum mille quingentorum sexaginta quatuor annorum: in qua & error est: nam auctoribus Eusebio, & sequacibus, Philippus regnare cepit anno tertio centesimæ quartæ Olympiadis: aut secundum Diodorum Siculum, & Laertium in vita Xenophontis anno priuo centesimæ quintæ Olympiadis, regnauitque viginti sex annis. At redemptor noster Iesus Christus natus est anno quarto centesimæ nonagesimæ quartæ Olympiadis, auctore Lucido: aut anno tertio, auctoribus Eusebio, Glareano, & Haloandro, qua ratione ab initio principatus Philippi ad Christum sunt anni ferè trecentum sexaginta: & eodem Philippo ad Regem Alfonso mille sexcenti, & vnde cim anni. Huic errori accedit & alter, ex quo duò tantum anni adscribuntur imperio Philippi ante eius filium Alexandrum, quod est ab omnibus historicis alienum. Non me later, in historia huius Regis Alfonso, & in historia Ferdinadi quarti, & Sanctij itidem quarti rationem temporis ita describi,

Variarum Resolutionum

describi, vt anni vndecim tantum tribuatur Philippo Alexandri Magni patri qua ratione foret legendum in hac præfatione: *E la A Era de Philipo el gran Rey de Grecia en mil e quinientos y setenta y tres años Romanos.*

6 Sed & in Alexandri Magni principatu subest error in ratione temporis, quæ in eadem præfatione traditur: siquidem Alexander coepit regnare ante Christi aduentum anno tricentesimo tricentesimo quinto, & ante principatum Alfonsi Regis anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto: vnde A Era ab Alexandro Magno hac in præfatione adnumerata ex annis mille quingentis sexaginta duobus erit iuxta præscriptum numerum corrigenda. Annos vero Alexandri Magni idem Rex Alfonsus in tabulis ab Octobri ex Græcorum more incipientes adnumerat.

A Era vero Cæsaris ex annis mille bis centum octuaginta nouem, optime conuenit anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo: quod & nos obseruauimus lib. primo. Variarum resolut. capit. 12. atque ideo nullus subest error in hac supputatione, quæ ab A Era Cæsaris in eadem præfatione fit. A Era etenim Cæsaris triginta octo annis præcedit Christi natiuitatem: secundum omnes. imò ipso Rege Alfonso auctore in tabulis, additur his triginta & octo annis dies vnus. Ex quo intelliges, quam ratione in hac præfatione ab A Era natiuitatis adnumerentur centum quinquaginta duo dies ad initium Regni Alfonsi, & ab A Era Cæsaris centum & quinquaginta tantum.

7 Cæterum in supputatione, quæ fit in eadem præfatione ab A Era Arabum, & Mahumeti, an subit error aliquis, inquirendum erit prius constituto tempore, à quo Arabum anni inceperint. Nam si Arabum initium deducitur ab anno Domini sexcentesimo vicesimo sexto: quemadmodum ex Sabellico in eadem præfatione obseruauit Gregorius, error subest in computatione, quia non conueniunt anni Domini mille ducenti quinquaginta & vnus, annis Arabum sexcentum viginti nouem, aut fere triginta. Ego sanè arbitror nullum subesse errorem hac in parte in dicta præfatione, quod probabitur, si constituerimus, initium Arabum anno Domini sexcentesimo vicesimo secundo, ita vt annus vicesimus secundus post sexcentesimum sit primus in Arabum chronologia: quod Ioannes Lucidus expressim adnotauit in chronicis. Et probatur auctoritate Roderici Archiepiscopi Toletani lib. tertio. capit. 8. & 19. Vbi annus Arabum nonagesimus primus adscribitur anno Cæsaris septingentesimo quinquagesimo: & annus Arabum nonagesimus se-

cundus, anno Cæsaris septingentesimo quinquagesimo primo: & rursus annus Arabum nonagesimus tertius, anno Cæsaris septingentesimo quinquagesimo secundo. Ex quibus ad veram adnumeratorem deductis constat, Arabum A Eram incepisse anno Domini sexcentesimo vicesimo secundo. Cui opinioni accedit historia eiusdem regis Alfonsi de Leon, & Sanctij eius filij, quarum capit. 1. anni Arabum iuxta eandem rationem adnumerantur: sicuti & in hac præfatione, in qua anni Arabum sexcenti viginti nouem, denique triginta, conueniunt anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo primo, ac fere secundo. Sic sanè apud Rodericum Toletanum in lib. tertio. capit. 17. dum legitur: Arabum vero nonagesimo primo, A Era septingentesima quadragesimanona. Est omnino legendum. Arabum vero nonagesimo, A Era septingentesima quadragesimanona. Alfonsus episcopus Burgenis capit. 44. & Matheus Palmeri Arabum A Eram adnumerat ab anno Domini sexcentesimo vicesimo tertio. Isidorus Pacensis ab anno Domini sexcentesimo decimo septimo. Floretinus ab anno sexcentesimo quadragesimo. Antonius Beuter ab anno Domini quingentesimo nonagesimo tertio.

Verum in huius Regni Castellani chronicis, in quibus similis fere huius chronologia traditur, passim diligens lector errores in ratione temporum obseruanda deprehendet, vel scriptorum vitio, aut ignorantia eorum, qui absque exactissima temporum cognitione easdem historias in publicum emisere. In omnibus etenim, quas ipse legi, huius Regni chronicis, memoria teneo, huiusmodi errata non semel obseruasse.

Ex capite sequenti.

- 1 *Festorum dierum celebritas iure diuino Veteris testamenti instituta fuit.*
- 2 *Præceptum decalogi de Sabbatis sanctificandis partim est morale, partim ceremoniale.*
- 3 *Præceptum hoc quæ ex parte morale cæsetur, est & iuris naturalis.*
- 4 *Festorum obseruatio etiã est iure diuino euangelico instituta.*
- 5 *Qui vero dies sint à christianis religionis causa obseruandi, ad ius pontificum humanum pertinet.*
- 6 *An diei dominica celebratio sit iure diuino, an pontificio humano instituta?*

7 Quibus

- 7 *Quibus diebus prohibita sit genuslegio in precibus Deo exhibendis.*
 8 *De origine aliquarum festiuitatum, quæ christianis solennes sunt & olim fieri.*
 9 *In his festorum dierum celebrationibus, quæ nunc ratione dies consideretur.*
 10 *De peruigilationibus, & nocturnis sacrificijs*
 11 *Hoc sanctificationis dierum præcepto, externus cultus, non internus præcipitur.*

De festorū dierum apud christianos celebratione, deque eorum origine. Cap. XIX.



REsti dies olim apud gentes dicebantur, in quibus vel sacrificia dijs offerre gentes cōsueuerunt, vel ludium honorē deorum fiebant, vel feriæ obseruabantur: aut sanē alicuius publicæ lætitiæ, boni uentus causa diurnis epulationibus celebrabantur solennitates quædam more maiorum institutæ. Verūm apud christianos dies festi dicuntur, in quibus ferari oportet, quod & gentilibus solenne itidem erat, ut veri Dei agnitione, animoque interiori cultu instituto, quod mente complexi sumus, exteriorem cultum Deo exhibendo sanctè & piè præstemus. Est igitur hac in re, ut in plerisque, maximum inter nos, & gentes discrimen: quod illæ animorum insipientia tenebrisque illuse, festa quædam agere solebant, superstitiosa quadam religione conuictæ in deorum quorundam celebritatem, quos ante veram Christi lucem sinxerat sibi quisque, dæmone semper humanū genus, ut eius officio, & impio munere fungeretur, miris præstigijs infestante. Nos uerò, qui Christi fidem profiteamur, festa quidem agimus in hoc unum intenti, ut Deo uero, quem unum in trinitate patris, filij à patre geniti, & spiritus sancti ab ueroque procedentis, pio, ac sanctorum christianorum consensu tota mente, & anima prædicamus, uerum cultum internum inquam, & externum exhibeamus: cuius instituti antiquitatem, & originem libuit ex sacra scriptura, & ecclesiasticis traditionibus breui quadam obseruatione adnotare ad ueram iuris pontificij interpretationem, ut rationem ipsam perscrutemur, qua in his festis, ac celebritatibus instituendis uis fuerit olim, & nunc sanctè, & piè

utatur ecclesiæ catholicæ prælati, Romanum pontificem, qui primatum obtinet, sequuti.

Prima conclusio. Festorum dierum celebritas religionis causa iure, ac lege ueteris testamenti instituta est diuina institutione, ex tertio Decalogi præcepto. Hæc probat ca. 5. Deuter. Exod. 21. & 30. Ezechiel. 20. quibus in locis constat, ex lege ueteri præceptum esse, ut Sabbata sanctificarentur. Sabbatum enim apud Hebræos requiem significat aut ab opere cessationem: atque ideo dies septimus hebdomadæ dictus est Sabbatum, quod fuerit in requiem destinatus. Septimus dies inquit dominus, erit uobis sanctus, sabbatū, & requies domini. Sed & sabbatum, latius accepta dictione, totam hebdomadam postea significauit. Sic etenim Lucæ capit. 18. scriptum est. Ieiuno bis in Sabbato, ut illic interpretes adnotarunt. tamen si proprie hebdomada constabat ex Sabbato, & Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta, & Sexta Sabbati, auctore Hieronymo. questione. 4. ad Hedibiam. Unde illud apud Ioannem capit. 20. Vna autem Sabbati. & Lucæ. 24. atque item Marci. 16. & valde mane una Sabbatorum. & apud Matthæum capit. 28. prima Sabbati, Diem, quæ nunc dominica est, & tunc erat prima post Sabbatum, significat: ut ibidem post alios Caietanus interpretatur. Eadem ratione dicimus & nunc Secundam feriam Tertiam feriam, Quartam feriam, Quintam feriam, Sextam feriam: à prima, quæ dies dominicus est, numerum deducentes: sabbatum uerò, quod est septima feria nomine ueteri appellamus: ex institutione beati Syluestri auctore Beda lib. de temporibus capi. 8. Thoma V Valdensi de sacramentalibus cap. 140. Et constat ex uita eiusdem Syluestri à Græco in latinum traducta, & typis tradita opera, & cura Aloysij Lipomani, quinto uitarum tomo. Iudæi sūnt omne festum sabbatum nuncupabāt ex eo, quod sabbath requiæ sonat: quæadmodū adnotarūt Theophilactus, & alij Lucæ ca. 6. idē sensit Chrysostomus Homilia 40. super Matthæ. qui equidem auctores apud Lucam in dicto cap. 6. Sabbatum secūdo primū, hoc est, *Αυτῆς τῆς πρώτης* intellexerūt, quando quies, atque otium duplex erat tamen Sabbati domini, quàm solennitatis alterius præcedentis: quia plerumque incidebat festum in parasceuen, & tunc parasceue uocabatur sabbatum propter festum: & quod proprie sabbatum erat, nominabatur secūdo primū, quod secūdū esset ab altero festo, & Sabbato, quod præcesserat. Tamen si Caietanus locum illum aliter, & fortassis rectè interpretatus fuerit. Scribens Sabbatum secūdo primū dici uultū diē festiuitatis cōstantis ex multis Sabbatis.

Sed &

Sed & prædictam interpretationem, quam ex Chryfostomo, & Theophylacto adduxim⁹, etiã probarunt Oecumenius capit. 14. super sextum Lucæ caput, & Suidas in dictione. sabbatum. Tertiõ igitur decalogi præcepto affirmatiuo exterior præcipitur Dei cultus, nempe corporalis requies, & cessatio ab operibus seruilibus ad famulãdum Deo, & vt liberi ab operibus profanis mente Deo intenti cultum illi exhibeamus exteriorem inquam, sub quo nobis, qui sensibiles sumus, proponitur interior cultus, vt meditatio, mentalisq; oratio: exterarũ rerũ similitudinib⁹. Sic per exteriorẽ thuriferationẽ instruimur, quẽ admodum orãtis mens in Deum sit eleuanda.

2 Secunda conclusio. Præceptum Decalogi de sabbatis sanctificandis partim est morale, partim cæremoniale. Hanc cõclusionẽ asseuerat. S. Thomas. 1. 2. q. 100. art. 3. ad 2. & 2. 2. q. 122. arti. 4. quem oẽs Theologi sequuti sunt. Est etenim hoc præceptũ morale, vt omnes homines, cum iure teneantur vnum Deum colere, tempus aliquod debeãt secernere: atq; ab alijs profanis actibus eximere, Deoque colendo dicare, vt illi cultum exhibeãt illumque venerentur. Nam & Pfaltes inquit. psalmo. 45. Vacate, & videte quoniã ego sum Deus. Eadem cõclusio probatur ex eo, quod præcepta decalogi omniã non tantũ moralia sũt, sed ad illa decem omnia præcepta moralia veteris legis reducantur, auctore diuo Thoma in dicta. q. 100. art. 3. cuius rationes expendit diligenter Dominicus Soto lib. 2. de iustitia & iure. q. 3. art. 3. idẽ probauerat Thomas. q. 99. art. 2. & q. 100. art. 2. Hoc tandem morale præceptũ in eo situm est, vt homo, qui corpore constat, & animã, aliquo saltem destinato tempore, & corpore, & animo ferietur, atque interquiescat: intentus sanẽ laudi, contemplationi, ac venerationi Dei omnipotẽtis, vt corpus labore fatigatum alterna requie non careat, & ipsa mens ab externis laboribus immunis, & libera diuinæ legis meditatione, rerumq; diuinarum memoria, & recordatione refecta, gratias agat Deo optimo maximo, à quo tanta, & tot beneficia gratuito accepit. Est verò hoc præceptum cæremoniale quantum ad certum tempus, quo feriarum nos oporteat, & cultui diuino vacare, atque indulgere: sic sanẽ quod vel hoc die, vel illo celebretur festum, ad cæremonialem legẽ pertinet: & ea ratiõ apud Iudæos sabbati, quod erat septima dies, requies, & ab omni opere cessatio præcepta erat ex lege cæremoniali varijs excusis, quis sancti Doctores passim explicant, & nobis tradidere, vt veteris legis rationẽ minimẽ ignoremus, quanuis ad eius obseruationem nequaquam teneamur.

Tertia conclusio. Præceptum hoc de festis diebus celebrandis, qua ex parte morale censetur, est iuris naturalis. Hæc probatur, quia omnia præcepta moralia sunt iuris, & legis naturalis, auctore sancto Thom. 1. 2. quæst. 100. art. 1. ex Paulo ad Roma. capit. 2. Vbi inquit, gentes naturaliter ea, quæ legis sunt, faciunt: explicat Dominicus Soto lib. 2. de iustitia & iure. quæst. 3. art. 1. Hoc verò præceptum partim est morale: consequitur ergo, ea ex parte iuris naturalis esse, & ad legem naturalem pertinere. Huic rationi & illa accedit, quod omnes gentes solo lumine naturali, solisque viribus naturalibus potuerunt verum Deum cognoscere, ea quidem cognitione, quæ tẽdit in finem naturalem: non inquam totam Dei virtutem, & essentiam cognoscere, sed per hæc visibilia apprehendere, quod sit Deus, & vnus, & prima rerum omnium causa, & supremus omnium finis. Sic diuus Paulus ad Roma. 1. obiurgat philosophos, quia quod notum est Dei, id est acumine naturali de Deo est cognoscibile, manifestum est illis, id ipsum veteres Theologi probarunt, præsertim Lactantius Firmianus lib. primo. Diui. inst. capi. 4. cum sequentibus, ex testimonio veterũ philosophorũ, quorum diligẽter meminit Augustin⁹ Eugubinus lib. 3. de perenni philosophia. Ac rursus idẽ institutũ prosequitur lib. 4. 5. & 6. sed & diuus Thomas hoc ipsum probat prima parte q. 12. articu. 12. Cum verò, inquit Lactantius, ipsos deorum cultores sæpẽ videamus Deũ summũ, & confiteri, & prædicare, quam sibi veniam sperare possint impietatis suæ, qui non agnoscũt cultum eius, quem prorsus ignorari ab homine nefas est? Quod si lumine naturali vnus, & verus Deus cognosci poterat, eodem iure qui Deum verum, & vnum cognouere, tenebantur dubio procul eĩdem cultum aliquem exteriorẽ exhibere, vt mente, & animo illi essent intenti, quem per actus exteriores religiose venerabãtur. docet enim lex naturæ, religionem colendam, & cæremonias obseruandas fore. Hac ratione gentes, quæ dæmonum illusionibus deceptæ, prauisque moribus institutæ, & ea ex causa obsecratæ Dei optimi maximi permissione, minimẽ Deum vnum, & verum cognouerunt, ab illo naturali lumine deficientes, quo illum cognoscere poterant, dijsq; illis, quos falsõ sibi finxerunt, quosq; veros esse censebant, cultum exteriorẽ exhibentes, dies quosdam sacrauerunt, ac festa quardã quolibet anno celebrãda instituentes, supersticiosẽ nimis obseruabant non alio iure, quam vt Deos, quos veros esse existimabãt, cultu exteriori aliquo tempore ab operibus seruilibus liberi colerẽt, ac venerarent: quare de re multa ex varijs auctorib⁹ diligentissimẽ Gregorius

gorius Gyraldus scripsit in eo libro, quæ de dijs gentium nuper elaborauit. Sed & columella lib. 2. cap. vlti. tradit quæ veteres gentilium pontifices diebus festis fieri prohiberent, & permitterent.

4 **Quarta conclusio.** Festorum obseruatio non tantum iure naturali, ac diuino veteris testamenti, sed & diuino legis euangelicæ instituta est, & vim obligationis obtinet. Hæc probatur ex præcedentibus. Nā si hoc præceptū est iuris naturalis, & morale veteris legis, optimè cōsequitur, & esse diuinum legis euangelicæ: siquidē lex euangelica continet, tantū ea præcepta, quæ naturalia, vel moralia sunt, & quæ ad sacramenta pertinet: quæ deducitur ex his, quæ tradit S. Tho. 1. 2. q. 108. art. 1. & 2. idem quodlibeto. 4. art. 13. Etenim licet cæremonialia, & legalia veteris legis cessauerint lege noua euangelica, eiusq; institutione, ac promulgatione: moralia tamē, & naturalia minimè cessauerunt: imò ea ex parte, qua præcepta veteris legis moralia erant, & iuris naturalis, etiam si lex vetus data non fuisset, à Christo Iesu cōfirmata fuere nō ex vi veteris legis, sed ex vi naturalis, ac moralis instituti: scriptum est enim Matth. 19. si vis ad vitam ingredi serua mandata. idem Marci 10. & Lucæ cap. 18. Hinc deducitur vera interpretatio concilij Triburiensis, à quo responsum est, veteris, & noui testamenti pagina septimum diē ad humanam quietem speciali lege deputatum fuisse. cap. licet. de ferijs. Nam veteri lege, qua ex parte cæremonialis erat, dies septima præcipitur obseruari vti sacra, & cultui diuino deputata: qua verò ex præmoralia lex vetus cōtinebat, sub diei septimæ præcepto intelligitur, ac significatur, tēpus aliquod cessatione operum seruilium signandum esse, quo cultui diuino fideles, & christiani operam dare teneantur. Sic sanè lex diuina veteris testamenti quo ad cæremonialia diem septimam deputauit quieti, & cultui diuino: quo ad moralia tempus aliquod arbitrio pontificum definiendum significabat sub septimæ diei nomine: & licet cæremonialia cessauerint, moralia tamen non cessant, imò lege diuina euangelica cōprobantur: atque ideo dies septima sacra censetur lege veteris testamenti diuina quo ad literam, & cæremonias, lege verò diuina noui testamenti quo ad moralem significationem: quæ nusquā cessauit, nec cessat: quia naturalis est institutio. Qua de re nos tractauimus lib. 1. Variar. resolut. cap. 17. nume. 1. & 2.

5 **Quinta conclusio.** Quauis huic præcepto de diebus aliquot religionis causa Deo sacrâdis, cultuique diuino constituendis, iure humano, etiam pontificio derogari non possit: qui tamē dies, &

quot sint huic muneris, & ea ex causa quieti, otio que ab operibus seruilibus præsignandi, verè ad legem humanam pontificiam pertinet. Huius assertionis prior pars ex eo constat, quòd hoc præceptum ea ex parte sit morale, iuris naturalis, legisque diuinæ euangelicæ, quibus lege humana derogari non potest. §. sed naturalia. Inst. de iure natur. gent. & ciuili. adnotauit Gratianus in principio. §. di. S. Thomas. 1. 2. q. 54. arti. 5. Fortuni. in l. veluti. ff. de iust. & iure. col. 7. nos idē probauimus in quartum decretalium. 2. part. capi. 6. §. 9. nume. 2. Et præterea Decalogi præcepta, qua ex parte moralia, & naturalia sunt, nullā patiuntur dispensationem: quemadmodum docet S. Thomas. 1. 2. q. 100. arti. 8. quem optimè interpretatur Dominicus Soto lib. 2. de iust. & iure. q. 3. ar. 8. ergo cum hoc præceptum iuxta sensum huius conclusionis in priori eius parte, sit morale, & naturale, nullam poterit pati dispensationem, saltem ad hoc, quin homo teneatur tēpus aliquod, seu dies, seu horas diuino vacare cultui, & religioni. Vnde quo ad istum effectum non exigimus necessario dies integros, quauis cōclusio dierum meminerit ad seruandam legis veteris literā, quæ sensim tempus aliquod, quo Dei vacemus cultui significat. Posterior conclusionis pars satis probatur ea ratione, quòd in ea parte lex fuerit cæremonialis, & ideo cessauerit legis euangelicæ institutione: lege verò euangelica, & naturali nulli fuerunt dies ocio deputati ad vacandū religioni, & cultui diuino: quod satis cōstat ex ipsa euangeliorum lectioe. Quo fit, vt quibusdā visum fuerit, iure humano pontificio dies festos, quos nunc ex ecclesiæ institutione celebramus, mutari omnino posse, aut deniq; tolli, modò tēpus aliquod commodè cōstituatur, quo ab operibus seruilibus vacantes feriemur, & Deo cultū exteriorem exhibeamus: quia dies festi, quibus christiani religionis causa feriamur, iure humano pontificio sunt instituti: quod probant Sanctus Thomas. 2. 2. quæ. 122. arti. 4. Florentinus. 2. part. tit. 9. cap. 7. Archidi. & Cardi. S. Sixti in ca. 1. de consecrat. dist. 3. Ioan. Maior. in. 3. sen. distin. 37. quæ. 27. Imò ipse Thomas expressim asseuerat, diem dominicum iure humano, & ab ecclesia institutum esse ad hoc, vt diuinis officijs, & religioni vacemus: qua in re Anchar. Antonius, & Abb. in capit. tertio. de ferijs. existimant, diei dominicæ festum iure diuino institutum fuisse. Idem probant Angelus verb. ferix. §. 3. & Syluest. verb. dominica. qui hanc opinionem communè esse testatur. Cuius probationi illud possimè suffragatur, quòd à seculo vsque Apostolorū dies dominica fuerit ab ecclesia catholica in honorē

Variarum Resolutionum

Dei celebrata: ex Paulo prim. ad Corinth. capi. primo. Nam de collectis, inquit, quæ fiut in sanctos, sicut ordinaui ecclesiæ Galatiæ, ita & vos facite per vnam Sabbati. Quo in loco Chrysostomus, Ambrosius, Reinigius, & alij, vnam Sabbati dominicam diem interpretantur. Imò & illic Primasius commemorat dici dominicæ celebritatem ab apostolis descendisse ex testimonio diuini Ignatii epistola. 2. qui ferè tempore apostolorum floruit sanctitate, & doctrina illustris. Idem sensit Augustinus epistola. 119. ad Ianuarij quæstiones capit. 13. scribens. Dies tamen dominicus non Iudæis, sed christianis resurrectione domini declaratus est, & ex illo habere cœpit festiuitatē suam. Hæc Augustinus. ex quo obseruari poterit ratio, quare Sabbatum in diem dominicum mutatum fuerit. Nam ratio illa commemorandi beneficium creationis in festiuitate eius diei, in qua Deus ab illa requieuit, mutata est in beneficium recreationis, quæ facta est à Christo per gratiam, & absoluta fuit die dominico per eius resurrectionem: fuitque illa lux in statu gratiæ prima, multo præstantior illa, de qua tunc dictū est: fiat lux. Et præterea olim in lege veteri tradita fuit celebratio Sabbati, quod erat requies mortuorum: resurrectio autem nullius erat vsque ad Christum dominum, qui die dominico resurgens fecit, vt dies hic olim octauus, nunc in lege euangelica sit primus, & Sabbato in festiuitate succedat. idem Augustinus in epistola. 86. ad Casulanum. Præponitur, inquit, dies dominicus Sabbato fide resurrectionis. Hæc & Isidorus scribit lib. primo. de officijs. capi. 24. multa Thomas V Valdenfis de sacramentalibus. titu. 16. capit. 140. qui probare conatur, diei dominicæ festiuitatem ab apostolis institutam fuisse. Tertullianus aduersus gentes. capitu. 16. proximè his accedit dicens. AEquè si diem solis latitiæ indulgemus, alia longè ratione, quam religionis solis, secūdo loco ab eis sumus, qui diem Saturni ocio & victui decernunt, exorbitantes & ipsi à Iudaico more, quem ignorāt. Diem solis Tertullianus intellexit diem dominicum: vt & Imperator in. l. omnes iudices. C. de ferijs. Quo in loco & Theodosius Cæsar in l. omnes dies. id euidentius explicat. adnotauit Angelus Politianus lib. miscell. capi. octauo. ex Dionel. lib. 37. id ipsum obseruari poterit ex Eusebio lib. quarto. de vita Constantini Magni. Sozome. lib. primo. ca. octauo. Calsiodoro lib. primo. tripart. ca. decimo. Nicephoro lib. septimo. capit. 46. Quibus minimè citatis Ludouicus Cælius idem tradit lib. septimo. capit. 41. & 42. Sic & hoc ipsum traditur in vita beati Syluestri Græcè quidem scripta, in latinum verò traducta ope

ra Aloysij Lipomani. quinto tomo. Dominicā verò diem hoc nomine primā sabbati, primam inquam hebdomadis diem significat Diuus Ioānes Apocalypsis capi. primo. Sed & diem Saturni sabbatum esse cōstat ex Dione. Reliqui verò dies adhuc apud nos planetarum nomina retinent. idē ferè cōstat ex Iustino martyre in secūda oratione pro christianis. vltima pagina. qui diem solis à Christianis celebrari ex eo tradit, quod in illo die Deus mundum effecerit, & eodem Iesus Christus à mortuis resurrexit: & adit pridie Saturni Christum cruci affixum fuisse, & post die Saturni, qui dies solis est, surrexisse. Nec quidquam oberit, quod auctoribus Eusebio, Sozomene, & alijs Constantinus Magnus legelata difinierit diei Dominicæ celebritatem. Etenim legem illam tulit Constantinus generalem, & vniuerso Romano orbi huius diei festiuitatem indixit, apostolicas tradiuones imitatus, non quod tūc apud christianos cœperit hic dies celebrari, sed quod ante Constantinum celebrabatur ex institutione apostolorum à christianis: non ex lege Cæsarca, quæ tūc utilis, ac necessaria fuit, ut subditi Romano imperio ex edicto Cæsaris diem illum colerent diligentius, & cautiùs, ne Cæsari forēt rebelles, sed ex lege Apostolica, cui plures refragari non verebantur. Leo etiam Tribunicius Imperator auctore Theodoro lectore, multò post Cōstantinum Magnum eandem legem denuò repetitā, Romanis, eorumq; prouincijs dedit, non equidē nouā, sed veteris memoriā renouantem. Huic rationi accedit, quod Origenes contra Celsum festiuitatis diei dominicæ meminuit. Tertullianus de corona militis, rursus in. 2. lib. ad vxorē. Hieronymus aduersus Vigilantiū & Iustinus Martyr in quæstionibus à Christianis positis. q. 15. ex Irenæo referens, diē hunc ab apostolorum temporibus celebrari quodā aliorum dierum discrimine, q̄ hic dies sit nostræ resurrectionis significatio, qua Christi benignitate, & à peccatis, & à morte, quæ ab illo interfecta est, liberati sumus, per Christi resurrectionē. Vnde de sempiterna memoria, inquit Iustinus, recolere debemus, & casum nostrum in peccatum, & Christi in nos charitatem, qua ex causa surreximus: idcirco genu flexio, quam sex diebus adhibemus, casum nostrū in peccatum significat: nō flectere autem genu die dominico resurrectionis nostræ est significatio. Hæc autem cōsuetudo ab apostolorum temporibus cœpit, quemadmodū ait beatus Irenæus Martyr & Lugdunensis Pontifex in libro de pascha, in quo mentionem Pentecostes facit, in qua genu nō flectimus, quod eodem loco habenda sit, quo dominicus dies, ob

eam

eam causam, quã de eo diximus. Hæc Iustinus. Obiter tamen admoneo lectorem, me maxime dubitare, an opus illud fuerit à Iustino Martyre scriptum: qui etenim fieri potest, Iustinũ citare Irenæũ? qui, vt ipse ex Eusebio, Hieronymo, Nicephoro, & alijs coniecto, post mortem ipsius Iustini floruit, & scripsit, saltẽ martyrio coronatus est: atq; ideo à fide historię alienum est, quod Iustinus Irenæi iam martyr, & mortui meminere. Ipse verò Irenæus in quinto aduersus hereses Iustini meminit, & eius operis, quod cõtra Martionem hæreticũ scripsit, teste Hieronymo. Sed & Eusebius in Chronico multo ante Irenæi martyrium, ipsius Iustini mortem, & agonẽ pro religione christiana cõtigisse tradit. Præter hæc in eodem opere citatur Origenes cap. 82. & cap. 86. qui dubio procul post Iustini martyriũ claruit, imò & nat^{us} est. Quod ex Hieronymo, Eusebio, Hermanno Contracto, & Nicephoro cõstat: nec istius operis meminere Hieronymus, Eusebius, Nicephorus, & S. Photius, & alij qui Iustini scripta, & libros adnumerauerunt. Idem verò Iustinus in dialogo cum Triphone de die dominico, in quo dominus noster Iesus Christus surrexit à mortuis, quem vnũ Sabbatorum nominat, scribit. Vnus enim Sabbatorũ dies, cum primus maneat dierum omnium, omnium rursus dierum, qui in orbem reuoluuntur, enumeratione octauus vocatur, idẽq; primus manet. Hæc Iustinus aduersus Iudæos. His denique veluti per transennam, digressione quadam obseruatis, diem dominicum rursus repetentes libentissimẽ adducemus in signe, Iustinoque aptissimẽ conueniẽs diuini Basilij testimonium, is inquam in lib. de Spiritu sancto. capi. 27. traditiones ecclesiasticas, & apostolicas mirẽ conuincens inquit, & erecti perficimus preces in vna Sabbati: id est die dominico: rationem autem non omnes nouimus. Non enim solum, vt qui surreximus cũ Christo, & qui superna querere debeamus, in resurrectionis die datæ nobis gratiæ, per hoc quod stamus in precando, nos ipsos cõmone faciamus: sed quod etiam venturi seculi is dies quoddammodo imago esse videatur. Quapropter, etiam cũ principium sit dierum, non prima à Mose, sed vna appellata est. Factum est enim, inquit, vespere, & mane dies vna, velut eadẽ sæpẽ reuoluatur. Vna itaque eadem est octaua, vnam re vera, ac veram octauam, cuius Psalmographus in quibusdam psalmorum inscriptionibus meminit, per se ipsam demonstrans, statum videlicet post hoc tempus, diem non desitutam, vespeream non habentem, & successionem non admittentem, æuium illud nunquam finiendum, ac senij expers. Ne-

cessario igitur ecclesia erudit alumnos suos, vt stantes preces absoluant, quo per assiduam commonefactionem vitæ non desituta, viaticorum ad illam transmigrationem parandorum nõ negligentes simus. Sed & totus quinquaginta dierum numerus, Pentecoste appellata, resurrectio nis, quam in illo seculo expectamus, mõnumentum est, vna enim illa, & prima dies septies septẽ plicata, septẽ sacræ Pentecostes hebdomadas efficit. Ex prima enim initium sumens, in principium desinit per similes intermedios quinquagies euoluta. Vnde & æuium similitudine refert, velut in circulari motu ab ijdem signis initium sumens, & in eadem desinens. In qua erectam figuram in adoratione præferre ecclesiæ leges nos erudierunt, ex manifesta commonefactione velut transferentes mẽtem nostram à præsentibus ad futura. Quin & quoties genua flectimus, & rursus erigimur, re ipsa ostendimus, quod propter peccatũ in terram delapsi sumus, & per benignitatem eius, qui condidit nos, ad cælum reuocati sumus. Hæc Basilius. & his similia Augustinus ad Ianuarium epistola. 19. capit. 15. Diuus item Ignatius in epist. 3. ad Magnesium, diem Dominicam, diem resurrectionis appellat, ac regalem, omniumque supremam: ac de ea Psalmistã cecimisse scribit: in Finem pro octaua. Ex quibus planẽ intelligitur definitio concilij Nicæni. canone. 20. & cap. quoniam. de consecr. distin. 3. vbi fidelibus christianis iniungitur, vt diebus dominicis, & in diebus Pentecostes stantes ad orationem vota domino reddant. Idẽ fieri debere lit omnibus festiuitatibus, quæ iure præcipua censeantur, docet Alexander pontifex, in capi. 2. defensorijs. quo in loco interpretes idem adnotarunt: & Cardina. S. Sixti in dicto ca. quoniam. Cui equidem canon, & diuo Basilio conuenit Martinus Bracharensis Episcopus ex synodis Græcorum. capit. 57. & cap. vltimo. 30. distin. Diuus Ambrosius in sermone. 61. cap. scire. 76. distin. cõcilium Turonense. cap. 37. & Burchardus lib. 3. capit. 235. apud quem lib. 13. cap. 13. ex synodo Aurelianensi. capit. 14. idẽ obseruauimus, quod modo ex Alexandro Pontifice adduximus. Verum & diei dominicæ solennitatem, ac celebrationem mirẽ cõmendat synodus Matifconensis. 2. capit. primo. & retulit Martinus Bracharensis in dicto cap. vltimo. canonibus apostolorum institutũ esse, quod dominicis diebus, & à pascha ad Pentecostẽ minime genu flectamus, sed & diẽ dominicam Platonem diuinaffe in decimo de Republica, testes sunt Clemens Alexandrinus in quinto lib. Stromatum, & Eusebius in. 13. de præparat. euangelica. cap. 7. quibus omnibus diligenter obseruatis

Variarum Resolutionum

non temerè opinabimur, hanc diei dominicæ festiuitatem ab apostolis diuina institutione edoctis, constitutam fuisse: eam etenim legimus traditione ecclesiastica semper in ecclesia catholica sanctificatam fuisse: vt tandem, licet ab humano instituto apostolorum processerit, & originem duxerit, quod quibusdam placuit, nimis indecorum esset, eam ab ecclesia mutari, vel tolli, nec id permitteret Spiritus sanctus, cuius inspiratione quæ tot seculis, à tot sanctis patribus, & pontificibus sunt exactissimè obseruata circa religionis cultum, decorem, & ministerium, instituta, ac creta fuisse, satis apparet: quemadmodum probari poterit ex his, quæ diuus Basilii in dicto cap. 27. & alij veteres Theologi de traditionibus ecclesiasticis scripsere. Idem erit respondendum de festo Paschæ resurrectionis, & Pentecostes. De die natalis domini, ac redemptoris nostri Iesu Christi, deq; alijs festiuitatibus his similibus, quas ab initio legis euangelicæ, ab ipsaque ætate apostolorum celebratas fuisse constat ex veterum lectione, qui obiter plurimum festiuitatum meminere, asseuerantes, eas ab apostolis institutas fuisse. Id enim de festo Paschæ asserunt Hilarius in prologo psalmodum, Clemens in epistola. 3. Hieronymus super Matthæum ca. 25. & Tertullianus in lib. 2. ad uxorem. rursus idem Hieronymus aduersus Vigilantium. extat & octauus apostolorum canon. De Pentecoste diui Pauli extat locus prima ad Corinth. cap. 16. & actor. ca. 20. vbi Beda, Ambrosius super Lucam: & Origenes contra Celsum. De festo Parasceues: hoc est passionis, Resurrectionis, Ascensionis, & missionis Spiritus sancti Diuus Augustinus ad Ianuarium, & de cœna Domini ex. 1. ad Corinth. c. 11. illic Remigius, Isidorus lib. 1. de officijs. capit. 28. de his omnibus Thomas VValdensis lib. de sacramentalibus. ca. 141. atq; etiam de festo parasceues Origenes paulò ante citatus, & Sozomenes lib. 2. histor. eccles. cap. 11. de Epiphaniæ festo Ammianus Marcellinus sub Constantio Cæsare lib. 21. qui ita eius celebritatis meminit, vt planè sentiat, multò ante id temporis à Christianis celebratam eam diem fuisse: eiusdem meminit Clemens in constitutionibus Apostolicis lib. 5. cap. 13. Ambrosius in Sermonibus. Isidorus, & alij post Augustinum. Sed & eius celebrationis, quæ Purificatio Virginis Mariæ dicitur, meminit Sigibertus eius institutionem tribuens Anno Domini .D. XLII. Georgius vero Cedrenus anno nono Iustini Magni, cui successit Iustinianus eam adscribit, appellans festum Hypantes: id est, occursum, aut processionis: quasi tunc in occursum prodeamus Christo à Virgine matre in templo sistendo: aut præsen-

tando, vt vulgo loquimur: sicuti, quidam interpretantur ex Martini Polloni Chronicis. lib. 17. cap. 28. Conuenit autem Georgij Cedreni computatio Anno ab Incarnatione Dñi. D. XXVII: Meminit & huius Festi autor Micrologi ca. 48. scribens, id appellari Hypantem ex eo, quod Symeon, & Anna eo die obuiauerunt Domino dum præsentaretur in templo, extatque elegans poema de hoc festo Cholmæ Græci Poetæ à Theodor. scholijs quibusdam enarratum. Extat & de hoc occursum Domini, de beatissima Virgine, & de iusto Simeone orationes quinque Patrum, nēpe Greg. Nysseni. Amphilochoij. Chrysoptomi. Cyrilli Hierosolymitani, & Timothei presbyteri: vt fortassis huius celebritatis origo antiquior sit quàm Cedrenus, & Sigibertus existimauerint.

Præter has festorum dierum solēnitates, summi ecclesiæ pontifices & alias constituerunt, quarum mentio fit in capitul. primo. de cōsecratio. distinct. 3. capitul. secundo. & capitul. vltim. de ferijs. quibus decisionibus probatur, episcopos posse religionis causa in memoriam alicuius Martyris, vel viri ab Apostolica sede in Sanctorum numerum relati dierum celebrationem institueret: quod semper ab initio ecclesiæ Episcopi fecerunt: easq; festiuitates celebrandas à Christianis fore aduersus hæreticos probat Thomas VValdensis in dicto lib. de sacramentalibus. cap. 142. probant & omnes qui contra hæreticos hac de re scripsere olim, & nostra ætate: sufficitque ipsius ecclesiæ vniuersalis auctoritas, quæ dies festos in veneratione Sanctorum quotannis celebrat, & à toto populo Christiano celebrari præcipit. Est & apud Christianos in ecclesia Catholica, & fuit vetusta nimis, & obseruata consuetudo, vt in veneratione Sanctorum aliqui fuerint semper dies festi celebrati. Nemo etenim leget Ambrosium, Augustinum, Basilium & alios Græcos, ac Latinos veteres Theologos, qui planè non percipiat ex eorum concionibus eo tempore Sanctorum quorundam celebritates obseruatas piè, ac religiosè fuisse. Sub Anastasio primo Pontifice maximo vir quidam Festus nomine senator Romanus Cōstantinopolim profectus propter reipublicæ Romanæ vtilitates quasdam, vbi ex antiqui sententia negotium cum Anastasio Imperatore confecit, etiam ei supplicauit, vt ibi Petri, & Pauli Apostolorum memoria maiori reuerentia, & cultu, sicuti Romæ fieri soleret, celebraretur, ea enim nulla cura, atque sicuti fors tulisset culta antea fuerat à Constantinopolitanis: cui petitioni Cæsar Anastasius non grauatè consentiens, cōstitutione promulgata sanxit, vt magnificè

ficè ab omnibus conuentus ecclesiasticus in apostolorum eorum honorem ageretur. Ab eo etenim tempore conuentus eius celebritas apud Græcos magna cœpit incrementa, atque ingenti cum lætitia est frequentata, auctore Theodoro lectore Bizantio, ex quo quidem scribit Nicephorus ecclesiast. histo. lib. decimosexto. cap. 37. & hæc propè annum Domini quingentesimū. Qua ratione deducitur, multò ante id tempus Romæ solenniter, apud Græcos non ita, nectanta cum celebritate Apostolorum Petri & Pauli festum actum fuisse.

De festo omnium sanctorum, cuius meminer pontificia decreta in capit. 1. de consecra. dist. 3. & cap. vltim. de ferijs. Scribit Matthæus Palmerius in chronicis, Gregoriū quartum pontificè Romanum iussisse, atq; induxisse Gallis, & Germanis, vt omnium sanctorum commemorationem colerent, & obseruarent, idque cõrigit. Anno domini octingentesimo tricesimosexto: cum & ante id tempus ab ecclesia catholica hoc festū celebraretur: sicuti constat ex sermone diui Augustini. 37. tomo decimo. Tametsi Platina originem huius festiuitatis videatur tribuere Bonifacio quarto, qui multò post Augustini tempora electus est in summum ecclesiæ pontificem anno domini ferè sexcentesimo octauo. Sed & Platina locus id tantum probat à Bonifacio quarto, templum, quod Romæ Pantheon ab ethnicis vocabatur, Beatissimæ Virgini, & Martyribus consecratum fuisse: non quod tunc originem haberet hic omnium sanctorum celebrationi dicatus dies: sed vt fortassis in eo templo ea solennitas perageretur quæ multò ante alibi celebrabatur. Cæterum, vt paulò ante admonuimus, præter hæc festorum dierum solennitates, quarum ex testimonio sanctorum patrum meminimus, quarumque plures vetustissimam originem habuere, dies celebres frequenter ex Pontificum decreto aguntur pro diuersis à Christo, & sanctis nobis præstitis beneficijs, & in memoriam sanctorum Martyrum, qui pro Christi fide sanguinem suum fuderunt: vt his diebus simus grati Deo, & sanctis ob beneficia in nos collata, & vt sanctorum exempla ad imitationem nos prouocent, eorumq; imploremus patrocinia. Nam & Hebræi præter Sabbata, & festū Paschæ à Deo eis constituta, habuerunt & Neomenias per singulos menses, Pentecosten, festum tabernaculorum, Encarnia, festum etiam pro victoria Iudith, pro liberatione populi per Hester, & alia his similia, quæ lector ex veteri testamēto poterit obseruare, & colligere.

Fiunt verò à Christianis Martyrum, & sancto

rum memoriæ eo die, quo mortem obiit: quia illo die nascuntur sancti viri ad gloriam, & vitam æternam. quod glo. adnotauit in capi. in quadragesima. 33. quæst. 4. cuius meminere Panormi. in cap. 3. de ferijs. & Corsetus in singularib. verb. Festum. gloss. in. l. cum quidam. ff. de annuis legar. Roma. in singul. 33. glo. in. §. cum autem. verb. natalibus. Instit. de ingenuis. & illic Angelus. Hinc dies, quibus sancti viri vel occiduntur martyriū passi, vel moriuntur, natalia frequentissimè appellantur. ca. 3. de ferijs. Scribit etenim Eusebius lib. 4. eccles. historiæ. ca. 15. de martyrio Polycarpi Smyrnenlis Episcopi epistolam Smyrnenis referens: ita & nos postmodum ossa pretiosissimis gemmis pluri æstimanda, & supra omnium præstâtissima collegimus, & vbi decus erat, condidimus. Quo in loco etiam nunc præstatite domino solennes agimus, celebresq; cõuentus, maximo quidem cū gaudio, & exultatione diē passionis eius natalitium celebrantes in eorū, qui martyri coronati sunt, memoriā insignē, & vt sequentiū animi ad præcessorū viā exēplis huiusmodi inuitentur. Hæc Eusebius, qui græcè diē martyrij sanctissimi Polycarpi γενέθλιον, id est, natalitiū dixit, quòd eo die inclutus ille martyr ad perpetuam beatitudinem, & gloriam natus fuerit.

Dies verò quo ad celebrationem, quæ religionis causa fit, à vespera incipit, & in vespera finitur. cap. 1. de consecrat. distinct. 3. capi. 1. & 2. de ferijs. Clement. 1. de reliq. & venerat. sanctor. gloss. in cap. alma. §. adijcimus. de senten. excom. in. 6. & Leuitici ca. 23. scribitur, à vespera in vesperam celebrabitis Sabbata vestra. Hebræi etenim auctore Beda hunc usum obseruabant in diebus discernēdis, atque hic dies dicitur ecclesiasticus: tametsi quo ad alios effectus variè dies considerentur ex Iurisconsulto in. l. more Romano. ff. de ferijs. vbi latè hoc tractant Paul. Castrensis, Iason, & alij & diligenter Andr. Tiraquellus de retract. libr. 1. §. primo. gloss. 11. Panormi. tamen in dicto cap. primo. de ferijs. verba illius decisionis interpretatus intelligit, à vespera in vesperam, id est, ab ortu solis vsque ad occasum. Cui adnotationi sermonis latini significatio palam refragatur: nā serum diei dicitur vesper, sicut eius principiū dicitur mane, & prima diei pars: teste Plinio lib. 2. cap. 8. qui de Veneris stella: præueniens quippe, inquit, & ante matutinum exoriens, luciferi nomen accipit, vt sol alter, diem maturans: cõtra ab occasu refulgens, nuncupatur vesper, vt prorogans lucem, vicemque lunæ reddens. Hæc Plinius, & his similia Macrobius libr. primo Satur. nal. capit. 3. Quandoque vesper accipitur pro nocte, Genes. ca. 1. vbi legimus: factum est vesper, e

& mane dies vnus. Quod illic diuus Chrystostomus obseruauit, & explicat Eugubinus in Cosmopœcia. Sic Matthæi. ca. 28. scriptū est, vespere autē Sabbati, quæ luceſcit in prima sabbati: & intelligitur his verbis nox ipsa Sabbati subsequens, quæ tamen iam luceſcere cœpiſſet in vna Sabbati, hoc est, in die dominico, in cuius luce matutina dominus à mortuis reſurrexit. Quibus sanè pbatur, nō esse Panormitani interpretationem admittendam, imò planè intelligendum reſponſum pontificium, vt à vespera diei præcedētis ad vesperam diei sequētis diem festum obseruemus quo ad publicam diuinorum officiorum celebrationem: quemadmodū ecclesia catholica religioſè obseruat: & notat S. Thomas quod libeto. 5. art. 28. glo. in dict. cap. primo. Felin. in ca. conſult. de officio delegati. col. 3. Calder. in tracta. de ecclef. inter. 6. membro. Idem erit reſpondendum quo ad priuatam cuiusque diei obseruationē, qua vti debet quilibet in sacris ordinibus constitutus ex iuris canonici decreto in persoluēdis horarijs precibus, psalmisque Deo in ministerium publicum offerendis. Nam publicam celebrationem intelligimus eam, quæ ex officio, ac ministerio publico fit. Illud tamen erit obseruandum, clericum posse, vbi priuatim soluit preces ab ecclesia sibi iniunctas, diem à vespera diei præcedentis ad mediam vsque noctem diei sequentis obseruare. Quod asseuerat Florentinus. 3. part. tit. 13. cap. 4. §. quarto. Angelus verb. hora. §. 21. Syluester verb. hora. q. 19. Caiet. verb. horarum, §. quo ad quartum. modò ante mediam noctem diei præcedētis matutinum tantū officium dicatur, eodem Caietano auctore, & Florentino. 2. part. titu. 9. ca. 12. §. tertio. col. 5. Sed quo ad esum carniū dies incipit more Romano à media nocte, & finitur in media nocte. glo. in cap. 1. de cōsecrat. dist. 3. optimè Panormit. in cap. 2. de ferijs. qui doctè interpretatur Leonis Papæ reſpōsum in capit. de esu carniū. de cōsecrat. dist. 3. Ea dem ratio diei moribus recepta est ad obseruandos dies festos cessatione operum seruilium: nā ad eū effectum dies incipit à media nocte, & in media nocte finitur: qua in re plurimū valet consuetudo.

De vigilijs extat diui Ambrosij locus in sermo ne. 60. de festo Pentecostes. apud Gratianū. 76. dist. capit. noſſe. Noſſe, inquit, credo vos fratres: non minori lætitia celebramus diem Pentecostes, quàm diem sanctū Paschæ celebrare curauimus. Tunc enim, sicut modò fecimus, ieiunauimus, Sabbato vigilijs celebrauimus, orationibus pernoctātes iustitimus. Hæc Ambrosius. Et Hieronymus super Matthæ. cap. 25. inquit. Tra-

ditio Iudæorum est, Christum media nocte venturum in similitudinē Aegyptij temporis, quando Pascha celebratū est, & exterminator venit, & dominus super tabernacula transijt, & sanguineagni postes noſtrarum frontium consecrati sunt. Vnde reor, & traditionē apostolicam permansisse: vt in die vigiliarum Paschæ ante noctis dimidium populos dimittere non liceat expectātes aduentum Christi, & postquam illud tēpus tranſierit, securitate præſumpta, festum cunctis agentibus diem. Vnde & Psalmista dicebat. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ. Psal. 118. Hæc Hieronymus. Laetantius lib. 7. ca. 19. inquit, hæc est nox, quæ à nobis propter aduentum regis, ac Dei nostri priuilegio celebratur. Cuius noctis est ratio, quòd in ea vitā tunc recepit, cū passus est. Hæc ille, qui maxime errat in alijs rationibus, quas adducit. Meminit & earundem vigiliarum Tertullianus lib. 2. ad vxorem. Quis enim, inquit, sinat coniugem suam visitandorum fratrum gratia, vitam aliena, & quidem pauperiora quæque turguria circuire? Quis nocturnis cōuocationibus, si ita oportuerit, à latere suo eximi libēter feret? Quis denique solennibus paschæ abnoctantem securus sustinebit? Quis ad cōuiuium dominicū illud, quod infamāt, sine sua suspitione dimittet? Hæc & alia Tertullianus, qui & stationū christiana norū meminit. Tractū enim vt illic docet Rhennus, & vsurpatū vocabulū istud à Romana militia hæsit in vsu christianorū. Faciebāt stationē milites, præsidium certo loco agitates, vnde & stationarij dicti. Christiani nunc in hac basilica, nūc in aliā conuenientes nonnunquam apud martyria, hoc est, martyrum sepulchra, Deum stantes, & attenti precabātur. Id præcipuè fiebat die dominico. Sic Tertullianus idē de corona militis, de milite christiano loquēs, iam, inquit, & stationes, aut alij magis faciet, quàm Christo, aut & dominico die, quando nec Christo. Stationis vocabulum in hoc sensu nō ignotum vrbis Romanæ, ex antiquitate relictum, ipsa etiā obseruatione veteri per manus tradita, ac retenta. Hactenus Rhennus. de eisdem stationibus diuus Ambrosius sermone. 25. inquit. Denique stationes vocantur, quòd stantes, & cōamorantes in eis, inimicos insidiantes repellamus. Verūm pernoctationes istas, & vigilijs apud ecclesias, non ita facillè admittunt episcopi ea ratione, quòd experimento cognouerint, frequentissimè vigilantes tēplis abuti, eaque temerè, ac passim multis sceleribus, crapulis, & ingurgitationibus polluere in maximum christianæ religionis dispendium, & grauē ignominiam: atque ideo vigiliæ, quæ olim apud christianos

christianos erant in usu in solennitate paschæ, & ad martyrium sepulchra, sublata sunt episcopo ruin, & pontificum auctoritate, nomine duntaxat superstitæ. Sic Elibertina Synodus capit. 35. prohibuit, ne foemina in cœmiterio peruigilet, eo quod sæpe sub obtentu orationis scelera latenter committant. Nam & Romulus cum suos ciues sæpe conuenire vellet religionis causa, & hos cõuentus virorum, ac foeminarum castos esse optaret, nocturnas virorum, & mulierum in templis peruigilationes, & arcanas Bacchi imitationes summouit; teste Dionysio Halicarnasseo libr. secundo. nec id suis legibus omisit Cicero. qui libr. secundo. ita statuit. Nocturna mulierum sacrificia ne sunt, præter illa, quæ pro populo ritè fiant. & subdit. Quid autem mihi displiceat in nocturnis, poetæ indicant comici. Quæ licentia Romæ data, quid nam egisset ille, qui in sacrificium cogitatum libidinem intulit, quo ne imprudenciam quidem oculorum adijci fas fuit? Hæc ille, & alia, quæ ad hanc rem maximè pertinere videntur. Comicos autem propter stupra, & libidines, quæ a comicis, & tragædis referuntur in nocturnis sacris contigisse, vt à Plauto in Aulularia. Euripide. in Bacchis Eupolide in baptis: sicuti adnotauit Frã. Balduinus super Romuli legẽ. & Notat & Cicero Clodium, qui libidines sua sacra Bonæ Deæ contaminare conatus est, cuius rei propter alios Plutarchus in Cæsare. & in Cicerone meminit. Subindicat Senatus cõsultum idem Cicero; quo anno ab vrbe condita CCCCCLXVIII. consulibus Sp. Posthumio Albino, & Q. Martio Philippo, sacra nocturna, nefandaque illa bachanalia, quæ in urbem irreperant, referentes sapientissimo cõsule Sp. Posthumio, sublata omnino fuere. Cuius rei extat mentio insignis apud Liuium quartæ Decadis lib. 9. Nocturna que omnia sacra, & peruigilationes vetat Aristophanes facetissimus veteris comœdiæ poeta: eaq; in media Græcia Diagodas Thebanus lege perpetua substulit. Nec mirum erit, easdẽ peruigilationes, quæ a christianis olim fieri solebant, sublata ex eo fuisse, quod nõ semper fuerint castæ. At diuus Hieronymus aduersus Vigilatium, & in epistola ad Riparium presbyterum has peruigilationes, quæ tunc apud martyrum sepulchra, & in paschæ solennitate a christianis fieri solebant, pie profecto, sanctè, & eleganter defendit. Quis enim posset absq; grauissimæ calumniæ, & hæreseos nota, sanctissimos christianorum religionis causâ conuentus improbare? Potius etenim summis laudibus extollenda est virorum, ac foeminarum in Deum, & in martyres, Sacratissimamque Virginẽ Dei genitricem pie

tas: vt si fieri posset religiosè, & cautè, omni submota libidinis suspiciõne, pernoctationes istæ permittendæ sint a pontificibus, & episcopis: error tamen, culpa iuuenum, vilissimarumque mulierum, qui per noctem sæpissimè in his peruigilationibus deprehensus est, effecit equidem, vt omnino fuerint hæ pernoctationes sublata, idque sanctè factum esse, nemo, qui præsentis seculi mores nouerit, audaciamque delinquendi exactè perspexerit, poterit non fateri, & dubio oculi pontificum, & episcoporum diligentiam præcauè dissceleribus nõ laudare. Iure tñ Vigilatium à Hieronymo inculatur, quod is peruigilationes christianorum ad martyrum sepulchra improbaauerat, non tam propter crimina, adulteria, & scelera vitanda, quàm propter sanctorum martyrum venerationem, & cultum animo hæretico a piorum mentibus submouendum. Eadem ratione a Gentilibus tempore Tertulliani sanctissimi christianorum conuentus bachanalibus conferebantur, quod Ethnici existimarẽt, christianos in his conuētibus foeda illa excitare crimina, quæ olim ab ipsis gentilibus impiè in tenebris religionis prætextu committebantur. Extant & de nocturnis sacris Constantij Imperatoris cõstitutio libr. 16. codicis Theodosiani. quæ quinta est ad Cerelem. P. V. his verbis. Aboleantur sacrificia nocturna Magnentio auctore permittæ, & nefaria deinceps licentia repellatur. Dat. V. III. Calẽd. Decẽb. Cõstantio. A. VI. & Cæsã. I. I. cõs. Quæ constitutionem ipse intellexerim nõ de nocturnis christianorum sacris, & peruigilationibus, nõ illæ tunc, & post permittæ. fuerunt. & licitè fiebant, teste Hieronymo, sed de nocturnis, foedissimisque Paganorum sacrificijs, quæ permiserat Magnentius ille impius tyrannus: qui tandem victus a Constantij ducibus, primum eius matrem, deinde fratrem, postremò seipsum occiderat eodẽ anno, quo data est lex prædicta: nõpe ipso Constantio. VI. & Gallo Cæsare. I. I. cõs. lib. 2. cap. 32. Sozomene libr. 4. ca. 7. & Nicephoro lib. nono. cap. 32. huic opinioni accedit ipsius tituli rubrica, quæ de paganis, sacrificijs, & templis inscribitur: & tandem lex septima eiusdem tituli, quæ paganorum sacrificia diurna, nocturnaque grauissimis prohibet poenis.

Præter hæc cõmemorare libet quæ de peruigilationibus Eusebius lib. 2. eccles. histor. cap. 17. scribit post Philonem, qui proximus Apostolorum temporibus, imò qui ad colloquiũ Petri Romæ diuinum verbum concionantis, vt plerique testantur, peruenit, de monachis Christianis in Aegypto librũ edidit, cui titulus est, de vita contemplatrice, aut de supplicibus, vel auctore Sui-

Variarum Resolutionum

da, de vita christianorum: inquit enim Eusebius, quid autem his addere oportet horum in vnum conuentus? Scorsim quidem mulierum, scorsim etiam virorum frequentatas conuersationes, solitaque, & stata exercitia, quæ etiam nunc nos soli, & maxime vnà cum inedia, cibi que abstinentia cum precibus, & cum diuinorum oraculorū meditatione in peruigilijs, & orationibus salutaribus passionis ferijs, & magnæ solennitatis pernoctationibus celebrare consueuimus. Idem de alijs ferijs de his tradit Nicephorus libr. secundo. capitul. decimo septimo. rursus de peruigilationibus ad martyrum sepulchra, eas commendans meminit Theodoritus libr. secundo eccles. histor. capitul. 24. quæ si modò fierent ea pietate, qua tunc fiebant, iure optimo possent à summis pontificibus, & episcopis permitti, imò essent permittendæ.

¶ Sexta conclusio. Hoc sanctificationis dierum præcepto exterior tantum Dei cultus, puta corporalis requies ad famulandum Deo præcipitur, non autem interna dilectio, aut contritio, nec interior operatio. Hanc conclusionem deducimus ex S. Thom. 2. 2. q. 122. art. 4. Cuius sensum diligenter scrutatur, & probat Dominicus Soto libr. 2. de iust. & iure. q. 4. art. 4. & probatur hæc opinio ex eo, quod sub præcepto legis diuinæ, vel humanæ, quamuis cadat, & contineatur actus virtutis, finis verò legislatoris, aut modus virtutis non contineatur, nec est sub legis ipsius vinculo, & obligatione: quemadmodum docuere idem S. Thomas. 1. 2. q. 100. art. 9. & q. 96. art. 3. & 2. 2. q. 44. art. 1. 4. & 8. Caiet. vbi que. Palud. in 3. senten. di. 37. q. 1. col. 3. & ibi Ioan. Maior. q. 15. nos item hac de re multa scripsimus in cap. Alma mater. de sen. excom. in sexto. in prioris partis. §. quinto. Igitur internus cultus, qui ad contritionem pertinet, & ad dilectionem Dei, quo velut in finem tendit legislatoris mens, non est sub ipsius legis vinculo. Ad hæc accedit, quod ecclesiasticum institutum, quo cultus hoc præcepto iustus per hoc determinatur, quod est missarum solennia audire cum decenti reuerentia, & attentione, vt sit actus humanus. capit. missas. cap. omnes fideles. de consecr. distin. 1. ad cultum nos tantum externum obligat, & arctat: ergo palam est, in præcepto diuino non esse alium actum comprehensum: cum alioqui, nisi illum explicaret, non esset ecclesia fida diuini iuris interpres. Est & alia huius assertionis ratio, quod huiusmodi præcepta, quibus aliquid iniungitur, non obligant ad charitatis modum, sed possunt quantum ad substantiam operum extra charitatem impleri ita, vt euitetur peccatum: ergo præceptum hoc quo ad substantiam operum seruatur, & ad

impletur, vt & alia præcepta extra charitatem, nec ex eo tenetur quis in die festo se ad gratiam præparare. Et præterea præceptum dilectionis Dei non est in decalogo inclusum, sed extra in fronte præfixum tãquam omnium præceptorum finis si modum charitatis consideremus, non vt est singularis obiecti, sed vt est vniuersalis conditio omnium virtutum. Hac etenim ratione considerata dilectio Dei, licet sit finis omnium præceptorum. 1. ad Timothe. 5. finis præcepti charitas, non includitur in quolibet præcepto Decalogi, quãuis in omnibus vt finis præmittatur S. Thomas. 1. 2. q. 100. art. 4. & 2. 2. quæst. 44. art. 4. & q. 79. art. 2. & Caiet. 2. 2. quæ. 64. art. 8. nec tenetur quis parentes honorare ex Dei charitate, sed satis illi est, vt adimpleat præceptum quo ad substantiam operum. si parentes honorauerit exteriori reuerentia, nec transgreditur præceptum de honorandis parentibus, licet eam reuerentiam præstitit in peccato mortali. Verum si consideremus dilectionem Dei, vt est singularis actus peculiaris virtutis amandi, sicut est alius actus sperandi, alius actus credendi, nempe cuius contrarium est formaliter odisse: tunc actus charitatis cadit sub singulari præcepto: nempe sub hoc. Diliges dominum Deum tuum, & proximum sicut te ipsum: sicuti docet S. Thomas. 1. 2. quæst. 100. artic. 10. illumque sequutus Dominicus Soto. de iustitia & iur. lib. 2. quæstione. 3. art. 10. Fit igitur, vt hoc præceptum decalogi minimè transgrediatur quis ex eo, quod in diebus festis peccatum aliquod mortale commiserit. Vñ illud euidenter consequitur, non tene-ri quem in confessione factam tali cõfiteri tempus diei festi, quod crimen aliquod commisit, sed illi satis erit peccatum ipsum cõfiteri, quod nos probare conati sumus in dict. §. quinto. quo in loco meminimus plurium auctorum, qui hanc sextam conclusionem improbarunt. Qui verò actus possint licite in diebus festis fieri, diligenter explicant Syluester, Caietanus, & alij in verbo. festum. Dominicus Soto in dicta quæstione. 4. art. quarto. à quo pluribus rationibus adductis hæc fuit tractata controuersia, quæ agit de interiori cultu festorum. Erit etenim summa huiusce disputationis, hoc præceptum habere duo membra, alterum negatiuum, quod est cessare à seruilii opere, alterum affirmatiuum, quod est cultus ab ecclesia præscriptus. Primū vero membrum intelligendum est, vt & omnia moralia præcepta, iuxta planum, & literalem sensum: non secundum translaticium: siquidē in moribus institutendis non oportet vt translaticio aut metaphoricostylo, & ideo cum peccata in sensu plano, & literali non sint, nec dicatur opera seruilii, & in festis iubea-

iubeamur ceſſare ab operibus ſeruilibus, confequitur neceſſario, peccata hoc ſpeciali præcepto minimè prohiberi. Secundum autem membrū, tantum obligat ad actum exteriorem, & ad interiorem, qui propter exteriorem eſt omnino neceſſarius: nempe audire miſſarum ſolennia ea attentione, quæ illum actum exteriorem humanū efficiat, & religionis opus. Quod in ſpecie adnotarūt Angelus verb. feria. 6. quarto. & Caie. verb. Feſtorum violatio. qui hanc ſextam conſuſionem optimè probat in. 2. 2. quaſtione, 122. arti. 4. Cui parum oberit quod illic Sanctus Thomas ſcripſit aſſeuerans, peccata verè aduerſari obſeruantia feſtorum: quia ea opinio eſt intelligenda non quo ad ſubſtantiam præcepti, ſed quantum ad eius finem. Verè etenim peccatum aduerſatur fini huius præcepti, & aliorum. Nam, vt de hoc tractemus, præceptum iſtud inſtitutum eſt ad vacandum Deo, & rebus diuinis, cui equidem fini magis pugnat peccatum, quàm opus ſeruile: & tamen ſubſtantiæ præcepti magis pugnat opus ſeruile, quàm peccatum. Quæ ratione quod idem Sanctus Thomas ſubdit, à chriſtianis ſabbatum ſeruandum eſſe ſpiritualiter, eſt omnino accipiendum quo ad intentionem præcipientis, & finem ab eo ſignificatum; non quòd ea obſeruatio ſit de ſubſtantia præcepti, vt qui ſic non ſeruauerit, tranſgreſſor ſit illius.

Ex capite ſequenti.

- 1 Ieiunium eccleſiaſticū maximè differt à communi vſu; & exercitio moralis abſtinentiæ.
- 2 Ieiunium, an ſit iure naturali, diuine inſtitutum?
- 3 Ieiunium, qua ratione ſit iure humano indiſtinctū?
- 4 De ieiunio quadrageſimæ, & eius inſtitutione.
- 5 Socratis hitoriſi locus expenditur.
- 6 Sextæ ſynodi canon intelligitur.
- 7 Interpretatio cap. quadrageſima. de conſecrat. diſtinct. 5.
- 8 De ieiunio quarta feria, ſextæ, & ſabbati.
- 9 De ieiunio quatuor temporum.
- 10 Præceptum de ieiunio obligat eius tranſgreſſores ad mortalem culpam.
- 11 Vnicum tantum prandium licitum eſt in diebus ieiunij; & an eius quantitas ieiunij legibus aduerſetur?
- 12 Finis legis an includatur, & contineatur ſub præcepto?

- 13 An tertium, vel quartum prandiū nouæ tranſgreſſionis reatum inducat in eodem die, quo ieiunium præcipitur?
- 14 De hora prandiij, & de diſtinctione horarū diei.
- 15 De cibis, quibus ieiunantes interduntur.
- 16 De ieiunio Rogationum, & de illo triduo.

De ieiuniorum, quæ catholica eccleſia Chriſtianis indixit, obſeruatione, & origine. Cap. 20.



Vanus ex ſola naturalis rationis cognitione, abſq; vllò diuini, vel humani iuris præſcripto, ieiunium qua ex parte ad abſtinentiam moralem pertinet, fuerit olim, & nūc ethnicis philoſophis planè cognitum, vt quilibet iuxta rectam prudētiam rationem ad tuendam bonam valetudinem, ad ſenſum, & intellectum illuſtrandū, ſaltem ne nimia ciborum ingluuiè temerè quis in morbū corporis, vel animi incidat, teneatur temperatiam, & mediocritate prudenter vti: præſtantiùs tñ multò chriſtianis, & his, qui veram Dei cognitionē habeant, ieiunium eſt legibus inſtitutū, multis titulis, & nominibus maximè commendandū: etiam ſi hæretici, qui nūquā eccleſiā infeſtare ceſſant, & hoc ſanctiſſimū opus euertere fuerint conati: quorū impijs conatibus viri ſanctitate, & doctrina inſignes reſtiterunt olim, & aduerſus impudētiffimā, ſcleratiſſimamq; Lutheranorum peſtē nunc reſiſtere Deo duce fatagunt, omnique ſtudio moliantur: Horum ſcripta tot locis ex ſacra ſcriptura ſelectis, tot ſanctorum patrum teſtimonijs adductis, vberem adeò huiusce rei tractatum continent, vt hoc in loco ad illorū lectionē Chriſtianæ Theologiæ ſtudioſum ablegant pauca quædam obſeruare conſtituerimus in eorum vtilitatem, qui iuri pontificio, & Cæſareo tantum operam dederint.

Prima conſuſio. Ieiunium, quo chriſtiani vtuntur, quoq; vſi fuere ſancti patres, maximè differt à communi virtutis temperantiæ exercitio, moraliq; abſtinentia: tamen verè ſit actus abſtinentiæ virtutis. Hanc cōcluſionem ex inultis deducimus, primum quod moralis abſtinentia hoc ipſum cōtinet, quòd propter aliquam rectam rationem ad valetudinem animi, vel corporis, ad morbum aliquem vitandum, ad aliqua opera corporalia expediētius agenda, minus cibi ſumamus, quàm nobis fas eſſet ſecundum communē

Variarum Resolutionum

statum, seclusa speciali ratione, quæ prudenter cōsiderata, morali abstinentia utimur. Sicut & moralis temperantia dicitur, non esse excedendum ab eo, quod recta ratio, & naturalis præscribit debitis circumstantijs pensatis, ut bonam corporis valetudinem, & animi sensum tueamur: quæ admodum S. Thomas docere conatur. 2. 2. q. 146. arti. 1. ad. 2. & q. 147. art. 1. ad. 2. Generaliter etenim temperantia, auctore Cicerone. lib. 2. veteris rhetorices, est rōnis in libidinē, atq; alios nō rectos impetus animi firma, & moderata dominatio. Vel secundū Macrobiū lib. 1. de somnio Scipionis. ca. 8. Est nihil appetere peccitendum, in nullo moderationis legem excedere, sub iugum rōnis cupiditatē domare. quæ & Aristoteles tradit. 2. & 4. Ethi. ac docet S. Tho. 2. 2. q. 141. quo fit, ut satis cōstet, quæ sit moralis temperantia, quæ item moralis abstinentia, quibus etiā veteres, ethniciq; philosophi fuisse ad corporis, & animi integritatē, valetudinemq; tuendam, ac cōseruandā, vel ad opera corporalia expeditiūs agenda: aut præter cōmunem vsum ad morbū aliquē vitandū: & quandoq; in hoc intenti, ut abstinentia ciborū animi intellectum promptiorē haberent ad ea faciliūs agēda, & percipiēda, quæ vel moralem, vel naturālē philosophiā, mathematicasq; disciplinas attinebāt.

Secundō, cōmunis vsus temperantiz virtutis in hoc tendit quantū ad cibum, & potū, ut tantū quis ex eis sumat, quantū sibi sit necessariū, aut competat iuxta illam mediocritatem, quæ prudēter in virtutibus seruanda est: non in puncto, sed in latitudine quadam secundū communem statum, ita quod nullus sit excessus.

Tertiō, quia sicut laus fortitudinis consistit in quodam excessu, & ab eo oēs eius partes nomen accipiunt: ita & temperantiz laus in quodā defectu versatur: atq; ideo abstinentia temperantiz pars à defectu nomen habet, & nihilominus mediū tenet in illa latitudine, quæ à recta rōne ducitur.

Quartō, sicut moralis quædā recta ratio patitur, ac dicitur, quæ propter aliquā specialē causam temporalē sumat quis minus cibi, aut potus, quā cōi quādā circūspectione iuxta cōem statum sibi cōpeteret: quod paulō antē adnotauim⁹: ita & multō magis recta ratio, prudēsq; id ipsum dicitur ad spiritualia mala vitāda, bona verō cōsequēda, seruata semper, & ubiq; illa rectitudine, quæ ita abstinentiā istam intra virtutis limites continet, ut tantū cibi sumatur, quæ natura cōseruari possit: cum alioquiverē dici nō possit abstinentia. Hæc eodē diuo Thoma in locis paulō antē citatis, & in. 4. sent. dist. 15. q. 3. ad primam, & secundam.

Quintum planē ex his deducitur, posse quæ in tra temperantiz virtutis limites obseruata philo-

sophica latitudinæ, certā cibi, & potus quantitatē sumere absque aliquo excessu secundum rectam rationem, & eundem posse minorem cibi, ac potus partem sumere absq; eo, quod vlla læsio naturæ fiat quo ad ipsius sustentationem.

Sextō, illud dubio procul assertionem primā confirmat, quod ieiunium ecclesiasticum non solum in hoc versatur, ut à superfluis cibis, & potibus abstineamus: hoc enim pertinet ad necessitatem virtutis ex cōi eius vsu, sed & in hoc, ut ab illis etiā abstineamus, quæ salua virtute nobis licerent: quod ubiq; S. Thomas expressim docet.

Septimō ex eo, quod ieiunium christianū tria potissimū inducat, & operetur. Primū ad carnem concupiscentiā reprimendā, eiusq; sedandos illicitos motus. Paulus Apostolus. 1. ad Corint. c. 9. Castigo, inquit, corpus meū, & in seruitutē redigo, ne cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. Vas igitur electiōis aduersus corp⁹ depugnat, illudq; subigere conatur ieiunijs, & vigilijs: ne violenta quadā tyrannide animæ aduersetur, & in morē serui cōtumacis lasciuiat. Etenim remediū est salutare ieiuniū ad domandā corporis lasciuiē, & ei⁹ pruritus reuincēdos: parsimonia siquidē, gulæq; cōtinētia corpus hominis castigatur, in ordinem quæ redigitur, ne lasciuiens nimis, & effræne rationis metam transfiliat. Ieiunijs denique ceu gubernaculo, corporis nauicula regitur, exhauritur sentina ventris, petulantia carnis marcescit, crudelissimus hostis pallet, ac terretur. atque hæc de primo. Secundum, quod mens liberiūs eleuetur ad sublimia cōtemplanda. Sic Daniel post ieiunium trium hebdomadarum vidit visionem, & reuelationem à Deo accepit: Danielis capitul. 10. Tertiō, ieiunium prodest ad satisfactionem pro peccatis. Iohel. ca. 2. Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu. qua ratione D. Augustinus in sermone de oratione, & ieiunio scribit, ieiunium purgat animam, mentem subleuat, & propriam carnem spiritui subijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiscentiz nebulas dispergit, libidinum ardores extinguit, castitatis verò lumen accendit. Quæ quidem S. Thomas tradit in dict. quæst. 147. artic. 1. Abstinentia verò, quam philosophi docuerunt, quæque vsi communiter fuisse, hos effectus minime consequitur: imò potius recta corporis valetudine existentes, quæ per communem temperantiam acquiruntur, & cōseruatur, validior redditur natura nostra: sicuti experimento cōstat. Quod si aliquando ethnici vsi sunt inedia, & morali sobrietate, ac temperantia intra limites eius, maiori tñ, quàm ea, quæ cōis erat: id fecere in finē oīno temporalē minime cogitantes de his, quæ spiritalia sunt,

lia sunt, nec in id intēti, in quod christiani ieiunātes intēdimus, aut iuxta ipsius legis mentē intendere debemus. Igitur satis pbatur prior cōclusio nis pars, & ex ea, ieiuniū christianū maximē differre à ieiunio, quod dicere possum⁹ philosophi cū ab abstinentia morali, qua veteres ethnici quādoq; vsi fuere. Posterior cōclusiōis pars ex eo deducitur, q̄ cū ieiunium ordinetur ad aliquod bonum, & honestū, necessariò sequitur virtutē esse: quod S. Thom. in dict. art. 1. probat. Abstinentia verò virtutis tēperantiæ pars subiectiua: imò virtus specialis pertinet ad mediū constituendū in cibis, & potibus, in quibus & ieiunium constituitur: & ideo ieiunium est virtus, & abstinentiæ auctus, auctore eodem Thoma art. 2. qui in vtraq; quæstione satis docet, abstinentiam esse in cibis, & potibus temperantiam: post Macrobiū libr. 1. de somnio Scipionis capit. 8.

2. Secunda cōclusio. Ieiunium vbi est necessariū ad reprimēdos carnis illicitos motus, vel ad eleuationē mentis ad spiritualia, est iuris naturæ præceptū. Probatur ex eo, q̄ sicut tenetur quis abstinere ab illicitis carnis operationibus, quæ dubio procul contingūt à violētā quadā corporis tyrannide: ita utiq; tenetur vti medijs necessarijs ad carnis illicitos motus sedandos. Deinde quemadmodum tenetur quis aliquo tempore diuina, & spiritualia cōtēplari, eadē rōne tenetur se ipsum medijs necessarijs ad illam contemplationē preparare. Ergo ieiuniū, vbi ad hæc fuerit necessariū morali quadā consideratiōe, erit profectò iure naturali præceptū: quod S. Thomas scribit. 2. 2. q. 147. art. 3. idem in. 4. sent. dist. 15. q. 3. ad. 4. idem de oratione respondendū erit, eam scilicet esse ex præcepto iuris naturalis, vbi est necessaria ad reprimendas carnis tentationes, illicitosq; motus, vel ad salutem spiritualem consequendam ex diuino auxilio: quemadmodū idem Thomas: & alij senserunt, adnotante Martino Azpilcueta in ca. quando. de consecrat. dist. 1. notab. 3. num. 13. & in Manuali cap. 13. num. 18.

Tertia conclusio. Ieiuniū qua ex parte necessarium est ad sedandos, & reprimēdos illicitos animi motus, vel ad spiritualia contēplāda, sicut est iure naturali præceptū, ita & lege diuina euangelica. Hæc cōstat ex his, quæ scripsimus in ca. præcedenti. nu. 4. Nam quæ iure naturali præcepta sunt, eadē & lege diuina euangelica præcipiuntur: quod illic pbauimus. Et præterea lex noua euangelica nobis præcepit, vt animi motus cōponere mus, auctore Chrysolostomo Matth. c. 5. idque S. Tho. explicat. 1. 2. q. 107. ar. 4. ergo & oē illud præcepisse videtur, qd̄ sit necessarium ad hanc animi interiorem compositionē, vt iuste operemur ani

mi prōptitudine & alacritate, repressis illicitis animi motibus, qui nos facillimē & obruēt, ac pessumdabunt, nisi medijs illis vtamur, quæ ad hanc extirpandā calamitatē sunt necessaria. Id ipsum sensit Thomas. 2. 2. q. 147. art. 4. ad primum.

3. Quarta conclusio. Potuit ecclesiā ieiunium ex præcepto quibusdā diebus christianis indicere: idque fuit maximē vtile. Hæc est assertio S. Thomæ in dict. q. 147. artic. 3. ad. 1. & in dict. q. 3. ad. 4. Etenim quemadmodū ad seculares principes, ciuilemq; rem publicā pertinet, præcepta tradere de his, quæ in rebus tēporalibus cōi vtilitati conueniunt, ea quæ generalia sunt iuris naturalis iuxta rationem politicam in specie diffiniēdo: ita & apud ecclesiā, & ecclesiasticos principes ius est, & potestas præcipiendi ea peculiaribus statutis, quæ iuxta cōmunē rationē vtilia sunt, & quādoq; necessaria quo ad bona spiritualia, supernaturalēq; felicitatem consequendā. Nam & hoc esse munus prudentis legislatoris nemo profectò negabit, qui politicam disciplinā vel mediocriter intellexerit. Ieiunium autem esse plerumq; necessarium, & cōiter vtile ad spiritualia bona obtinēda, constat ex his, quæ paulò antè adnotauimus: & quia in multis oēs offendam⁹. Iacobi. 3. & caro aduersus spiritum cōcupiscit, teste Paulo ad Galat. 5. Ergo in ecclesiastica Republica oportet, Christiana, & catholica institutiōe aliquot diebus, & temporibus constitui ex præcepto ieiunium, & hanc à cibis abstinentiā: nō quod opus supererogationis præcipiatur, sed potius opus illud, quod maximē est necessariū in cōmuni hominū statu, & dubio procul omnibus, qui salutem spirituale adsequi conantur, admodum vtile, præstantissimumq; aduersus carnis contumacē, rebellemq; contra spiritualia conatū: quod ex multis cōstat, quæ passim in veteri, & nouo testamento in laudem, & ieiunij cōmendationem scripta sunt: & quæ in vnum ferè locum congesserunt D. Hierony. 2. lib. cōtra Iouinianum. Ambrosius in lib. de Helia, & ieiunio. Augullinus in epistola ad Casulanum presbyterum. Ex iunioribus Iodocus Clithouæus in propugnaculo eccles. cōtra Lutheros. Alfonsus Caltro in lib. de hæresib. verb. Ieiunium. Ioan. Arboreus in Theosophia lib. 9. capi. 18. & 19. diligentissimē Martinus Ayala Ep̄s Guadixiensis de traditionib. eccl. 3. part. in consideratione de traditione ieiuniorū. Hac igitur quarta conclusio refellit error, & hæresis illorū, qui licet ieiunia oīno nō improbauerint, in eam tñ demerentiam inciderunt, vt ex illima uerint, nō esse obseruāda ieiunia solenniter ab ecclesia instituta: sed ieiunandū esse, quum quisq; ex eius libero arbitrio voluerit, nullo pacto admittētes, ecclesiam

fiam posse ad ieiunium obligare: quem errorem damnauit Synodus Gangrensis capit. 19.

Quinta conclusio. Ecclesia catholica ab initio legis euangelicæ quibusdam diebus ieiunia christianis præcepit, & lege lata indixit. Hæc etiã ab omnib⁹ Theologis recipitur: præsertim à S. Thoma in dict. q. 147. art. 3. & in. 4. sent. dist. 15. q. 3. Eã demque communẽ opinionẽ cõmuni consensu probant omnes iuris Pontificij professores. Sunt etenim pontificijs constitutionibus ieiunia diebus quibusdã instituta, quorum quædã ab Apostolorum tẽporibus præscripta fuisse adeo constat, vt veteris ac propẽ diuini instituti maiestã referant. Nam & de ieiunio quadragesimæ extat canon Apostolorum, cap. 68. quo quidẽ canone admonemur, & vt ipse opinor, præcepto adstringimur, sacrum quadragesimæ ieiunium obseruare, veluti iam prius institutum. Vnde plures maximæ auctoritatis viri, quadragesimæ ieiunium à Christo fuisse institutum, constanter asseuerarunt, vt obligatio ad illud non tantum ex humano præcepto pendeat, sed & ex diuino: quorum de numero fuit Maximus episcopus: Taurinensis Homilia. 2. de Pentecoste Ambrosius in quodam sermone de quadragesima. 23. & rursus sermone. 34. Augustinus in epistola. 119. capit. 15. ad Ianuariũ. & in sermone. 1. feriæ quartæ post Dominicã secundã quadragesimæ. Theophorus Papa in capit. statutum. dist. 4. Leo Papa in sermone. 1. de quadragesima. Beda in sermone de Ascensione. Theophilus Alexandrinus lib. 3. de Pascha. Hieronymus cõtra Montanum epistola ad Marcellã. idẽ & ex Ignatio deduci videtur in epistola. 4. atq; Epiphanio contra Arianos. Meminit & huius ieiunij Sozomenes lib. 1. eccles. hist. c. 11. sed & conciliũ Bracharense primũ adeo hoc quadragesimæ ieiunium obseruari præcipit, vt nullo pacto permittat, id solui feriã quinta hebdomadæ sanctæ, quæ vocatur cœna dñi. idẽ statutũ est in cõcilio Toletano. 8. c. 8. & Laodicensi. c. 50. apud Burchardũ lib. 13. c. 8. & Gratianũ de consec. dist. 3. c. nõ oportet. & rursus illic in ca. nõ liceat. ex synodis Græcorũ. c. 50. Ex quibus, licet quãdo que hoc fuerit cõtrouersum, est obseruandũ, hoc quadragesimæ ieiunium ab initio ecclesiæ sacrosanctũ, ab Apostolis institutum fuisse, ad Christi tamẽ exẽplũ, qui quadraginta diebus ieiunã, vt inquit Augustinus, hoc ieiunium cõsecrauit. Atq; ideo hæc vna poterit esse ratio, cur vetustissimi quidã Theologi scripserint, hoc ieiunium ex diuina institutione processisse: id est Apostolis ad exẽplũ dñici ieiunij, & hoc fuisse institutum: quod Ignati⁹ in præcitata epistola sensit. Est etenim frequẽtio ri opinione receptũ, nec hoc ieiunium fuisse præ-

cepto diuino indictũ. Tametsi, vt modò admonebã, fuerit aliquãdo ex sanctorũ patrum testimonio probatũ, quadragesimæ ieiunium obligationẽ inducere à lege diuina euãgelica. Poterit sanẽ & hæc controuersia aliter dissolui, auctore Augustino ad Casulanũ presbyterũ, qui scribit, lege euãgelica à dño, & redẽptore nostro Iesu præceptũ esse ieiunium generali quodã præcepto, non tñ quibus, & quot diebus ieiunare teneamur. Vnde D. Augustinus illic planẽ probat, cõclusionẽ tertiã, quã superius tradidimus: atq; iuxta illius sensum intellexit, ieiunium lege diuina euãgelica esse præceptum. Quod est in hoc tractatu oĩno menti tenẽdũ ad multa, & forsan difficilia intelligẽda. D. Basilius in concione. 2. dogma pietatis appellat quadragesimã, ad cuius ieiunium oēs inuitat, & exhortatur. Sed & hoc quadragesimæ ieiunium magnũ appellauit Nicephorus lib. 8. histo. eccles. c. 42. qui lib. 12. cap. 34. post Socratem lib. 5. c. 22. de hoc ieiunio ita scribit. Et primũ de obseruatione Paschalis festi dicendũ. Quæ enim eas præcedũt ferias ieiunia, variẽ apud quosq; ab initio seruata cõperimus. Romani nanq; tres cõtinuas hebdomadas, sabbatis, & dñicis diebus exceptis, ieiunauerunt. Illyrici autẽ, & cũcta Græcia, præterea Alexandria, & Libya omnis, Aegyptus, & Palaestina sex hebdomadibus ante festũ Paschæ ieiunium continuauerunt, quadragesimã tempus id nominantes. Alij rursus ante septẽ hebdomadas ieiunare ceperunt: sicuti Constantinopoli, & circum circa ad Phoeniciã vsq; tribus tantum hebdomadibus quinque dies ex interuallo, binis septimanis intermissis à cibis se abstinẽtes, itidem quadragesimã tempus tale vocarũt. Montanistæ verò duab⁹. Quos mihi demirari in mentẽ venit, quomodo oēs isti in dierũ numero sic variantes, quadragesimã tñ ieiunij tempus vocarunt. Quãuis: alij aliam rationem texẽtes, nomini ei honestũ prætextũ obtendant. Hæc Nicephorus post Socratẽ, cui Epiphanius cõuenire videtur aduersus Massalianos varios rit⁹ cõmemorãs circa tẽpora ieiuniorũ. Ceterũ apud Socratẽ Græcẽ ita legitur ἄλλοι πρότερον τῆς ὀρθῆς ἡβδομάδων τῆς νηστείας ἀρχομένοι, καὶ τριῖς μόνους πινυμένοις ἐν διακονίᾳ μνηστῶν, οὐδὲν ἕτερον ἢ αὐτοὶ τισσαρακιστὴν ἴσθι χρόνον τοῦ ἵερου καλοῦσι. vt ipse latinẽ interpretor. Alij rursus septima hebdomada ante Paschæ festũ ieiunare inceperunt, & tribus hebdomadibus tantũ ex interuallo quinque diebus ieiunantes, nihilominus tempus hoc quadragesimã vocarunt. Quorum verborũ, ni fallor, est verus sensus quosdam esse significans, qui septima hebdomada ante Paschæ festum ieiunium hoc ritu, & modo incipiunt, & proseguuntur: vt prima hebdomada, tertia, & quinta ieiunent, quinistã diebus: excipiunt enim

enim sabbata, & dies dominicos: septima verò hebdomada, quæ vltima est, & dominico diei Paschæ proximior, etiã sabbato ieiunent. Igitur qui ritũ istũ obseruant, septẽ hebdomadas ex intervallo ieiunio celebrare conantur, intermissa semper vna hebdomada, in qua cessant à ieiunio, Prima, Tertia, Quinta, & Septima ieiunantes. Nam quod ex Socrate Epiphanius lib. 9. tripart. ca. 38. & diligentissimus Nicephori interpretis de duab⁹ septimanis intermittendis tradiderunt, præterquã quod ex Socrate id mihi non constat, Nicephori etenim Græcum codicem nondũ legi, nõ satis congruit: Siquidem ex septem hebdomadibus, si tres tãtũ ieiunio celebratæ fuerint, quatuor, non duæ tantũ, erunt intermittendæ. His accedere videtur non admodũ inconcinne quod scribit Ambrosius in sermone. 34. Hoc enim, inquit, dico, quia audio complures, quod grauius est, fideles, alternius in quadragesima hebdomadibus abstinere, & consecratum illum dierum numerum gula intemperanti violare: hoc est: prandere septem dierum curriculo, & septem dierum spacio ieiunare. Hæc Ambrosius. Quod si dixeris, iuxta nostram interpretationẽ quatuor hebdomadibus ieiunium obseruari, non tribus, quod Socrates voluit, respõdeo, Socratem tres tantũ hebdomadas adnumerasse *πενθημιπους*: id est, quarũrum quælibet quinque ieiunij dies haberet: quartam verò, quæ sancta à nobis dicitur, omisisse, quod ea dubio procul ab omnibus ieiunio sit destinata non ex quinque, sed ex diebus sex. Nam licet Græci olim sabbata, etiam quadragesimæ à ieiunio exciperent prohibentes sabbatis ieiunare: vno tamen sabbato quadragesimæ, quod est ante dominicã Paschæ diem omnino ieiunabant: quemadmodum constat ex Umberto, & Innocẽtio, quorũ hac de re sententiam diligẽter reculit Franciscus Torrensis in lib. de canonib⁹ sextæ synodi. canone. 55. existimat tñ, canonẽ illũ, qui ex ea synodo prohibet in sabbato quolibet ieiunium, adulterinũ esse, & contra Romanæ ecclesiæ consuetudinem: atque ideo respondere conatur canoni. 65. Apostolorum. vbi statutum fuit. Si quis dominicum diem, aut sabbatum, vno solo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor: si laicus à communione eijcitor. Conuenit verò cũ hoc canone canõ ille sextæ Synodi quinquagesimus quintus: conueniunt itidem Socrates, ac Nicephorus ab omnibus sabbatis: vnum excipientes, nempe magnum illud, quod diem dominicũ resurrectionis præcedit. Sed & D. Ignatius in epistola. 4. inquit. Quicumq; dominicam, aut sabbatum ieiunauerit, præter vnum sabbatum paschæ, ipse est Christi interfecto. Ex quib⁹, & alijs, quæ

paulò post tradentur, apparet, apud Græcos, & in Orientali ecclesia olim, ieiunium sabbati, etiã in quadragesima prohibitũ fuisse, & à præcepto ieiunij exceptum: atq; ideo existimo, cauonem sextæ synodi quinquagesimum quintum adulerinum nõ esse: cui opinioni & D. Ambrosius suffragatur in libr. de Helia cap. 10. scribens. quadragesima totis præter sabbatum, & dominicum ieiunatur diebus. Hoc ieiunium domini Pascha cõcludit. Hæc Ambrosius. Hoc ipsam & ex Diuo Basilio constat in Homilia prima, & 2. de ieiunio. Quauis Romæ, & fere in occidentali ecclesia ieiunium diebus sabbati licitum erat, & quoadquæ præceptum: quemadmodum statim probabimus, & synodus Agathensis probat capit. 12. & apud Gratianum de consecrat. distin. 3. ex eodem scribitur. Placuit, vt omnes ecclesiæ exceptis diebus dominicis in quadragesima, etiam in die sabbati, sacerdotali oratione, & discretionis communionem ieiunent. quod verò idem Socrates, & Nicephorus scripsere asseuerantes, Romanos tres tantũ hebdomadibus, dominicis diebus, & sabbatis exceptis ieiunare: existimat idem Franciscus Torrensis super cano. 13. mendacium esse, asseuerans, quadragesimam integram apud Romanos ieiunio obseruatam fuisse: idem ipse verissimum esse contendam: modò illud obseruemus, olim, etiam apud Romanos quadragesimæ ieiunium à secunda feria post dominicam quadragesimæ incepisse. Quod insinuat Telesphorus, septimus à Petro Pontifex, qui decreto proprio diffiniuit, ac præcepit, clericos omnes septem hebdomadas plenas ante sanctum pascha ieiunare, & à carnibus abstinere: quia discreta debet esse vita clericorũ, & laicorũ: addidit enim septimã hebdomadem: quo ad clericos, quæ dicitur quinquagesima sentiẽs, laicis sex quadragesimæ hebdomadas indictas fuisse: sicuti apud Gratianũ constat. ca. statuimus. & sequentibus dist. 4. Alibi verò, saltẽ in Orientali ecclesia variẽ ieiunium quadragesimæ fuit obseruatũ: siquidẽ Irenæus scribit apud Eusebium lib. 5. ecclesi. histor. ca. vicesimo sexto. & Nicephorum lib. quarto. capi. ticesimo nono. non modò de die Paschæ, verũ etiam de ieiunij specie quæstionem fuisse. Quidam nanq; existimabant, vnum ipsos oportere diem ieiunare: quidam duos, alij etiam plures, nonnulli autem quadraginta horis diurnis, & nocturnis diem eorum metiuntur, horam pro die ieiunantes. Atq; hæc Irenæus ex codice Græco, vt obiter lectorẽ admoneam in latinis Eusebij codicibus lib. 5. ca. 24. quod Rhenanus in præfatione adnotauit, hunc locum aliter legit: nõ & apud Nicephorũ non sic planè è Græco in latinum versum fuisse.

Memi-

Variarum Resolutionum

Meminit & Diuus Basilius in Homilia contra ebrietatem, ieiunij septem Hebdomadatum ante diem resurrectionis. Ieiunium aut quadragesime multis ex causis fuit ab initio institutum, quarum illa est omnium potissima, vt eas hoc tempore utilitates consequamur, quas ex ieiunio deduci superius probauimus. Deinde, vt scribit Leo in sermone. 3. de quadragesima. Christianam fortitudinem nulli magis, quam presentes exigunt, & conferunt dies, quibus dum obseruantia spiritualis impenditur, consuetudo, in qua perseveratur, acquiritur. Notum enim est, hoc esse tempus, quo per totum mundum saeuente diabolo acies debet christiana constringere: vt si quos desidia tepidos, aut sollicitudo habuit occupatos, nunc oportet armis spiritualibus instrui, & coelesti tuba ad ineundum certamen accedi. Est & alia huius ieiunij ratio, vt passionem Christi, & admirabilem resurrectionem eius, sanctum hoc ieiunium praecederet, & capiti nostro per carnis afflictionem adsimilati sanctius, & purius a reliquis peccatorum purgati mysteria redemptionis, & resurrectionis nostrae recolamus: quum resurrectio illustrissima sit, & antiquissima festiuitatum omnium, quas ecclesia catholica celebrat. Quam rationem D. Hieronymus tradit in sermone de quadragesima. Nam & gentiles religionis causa, vt sanctius sacrificia celebrarent, aut sacris initiarentur, ieiunia quaedam obseruasse, constat ex Plutarcho in Demosthene, & his, quae de dijs gentium tradit Gregorius Gyraldus Syntagma te. 17. pag. 715. ac rursus pagina. 740. refert Aegyptiorum ritum, qui pridie celebratis, aut festi, *ἡμεροπρωίω*, vt Graeci dicunt, ieiunabant. idem Syntagma te. 11. scribit, in Cereris celebrata in eius deae honorem ieiunia quaedam ab ethnicis instituta fuisse: quo magis Christianorum mirabimur audaciam, sollicitudinem, & in rebus diuinis multis nominibus exprobandam segnitiam, qui ieiunia tot iustis de causis ab ecclesia in nostram utilitatem nobis indicta vel omittamus facillime, vel ea obseruemus ita licenter, vt nulla in cibo, & potu ab abstinentia vere deprehendi vel minima ex parte possit. Obseruauerunt & Hebraei olim ieiunia quaedam, quorum mentio fit Zachariae capit. octauo. vbi Diuus Hieronymus de eis tractat, & traduntur a Gratiano in capit. huius. & capitulum ieiunium. 76. distinctione. a Diuo Thoma. 2. 2. quae st. 147. arti. 5. qui huius magni ieiunij, & aliorum praedictam rationem reddit.

7 Ceterum Diuus Gregorius in homilia decima sexta. super euangelia. apud Gratianum in capit. quadragesima. de consecratione distinctione quinta & Burchardum lib. 13. cap. primo. numerum dierum, quibus in quadragesima ieiunamus, du-

plicem rationem exponit: primam quidem, vt redemptorem nostrum imitemur, qui quadragesima diebus ieiunauit: secundam, vt in hoc ieiunio decima dierum singulis annis domino sancta obseruatione offeramus. An. us etenim constat ex CCC. LXV. diebus, quorum decima pars deducitur, & numeratur ex triginta sex: quadragesima vero incipit a die dominica, quae quadragesima vulgo dicitur a ministris ecclesiasticis, & est sexta hebdomada ante Pascha, & festum resurrectionis: quo tempore intermedio computantur quadragesima duo dies, e quibus sex dominicae deducuntur, atque supersunt triginta sex dies, quibus necessario ad quadragenarium numerum completum additi fuerunt quatuor ante quadragesimam: nempe quarta feria cinerum, quinta, sexta, & sabbatum. Haec Gregorius. Cui Speculator in rationali diuinorum officiorum. libr. 6. cap. de dominica prima quadragesimae. Addit, quadragesimam dici a dominica prima post cineres usque ad feriam quintam, quae nominatur a Coena domini ex eo, quod illo die Christus pascha celebrauerit: eaque ratione, vt quadragesima diebus integris ieiunemus, addi feriam sextam diei veneris, & sabbatum sanctum. Sic sane poteris interpretari diuini Gregorij responsum; licet id sit satis intellectu facile: quod & Dominicus maxime commendat in consil. tricessimo septimo.

8 Fuit & in dicto canone Apostolorum ab initio ecclesiae, & legis euangelicae praecipuum ieiunium quartae, & sextae feriae cuiuslibet hebdomadae. Quo testimonio & contra Aerianos Epiphanius vtitur excipiens tempus Pentecostes: quo nullum ieiunium christianis indicitur. Sexta feria ea quidem ratione, quod Christus Iesus in ea pro humani generis salute fuerit mortem passus ignominiosam: quarta vero, quia in ea fuit Christus uentus, & a sceleratissimo Iuda proditus: vt testatur idem Epiphanius: tametsi Iustinus martyr in quaestionibus a gentibus christianis propositis. q. 65. probare conetur, Christum Iesum a Iuda proditum fuisse quinta feria, non quarta. qui vero in canone Apostolorum, ubi Graece legitur *ἡ πέμπτη*, quatuor temporum ieiunium interpretantur, falluntur plane: cum de quarta feria, sit locus ille dubio procul intelligendus, auctoribus Epiphanio, & Holoandro. Nam etsi *ἡ πέμπτη* potius significet quaternarium numerum, quam quartam diem: significantissime tamen diem mercurij, quae quarta feria vulgo dicitur, in canonibus Apostolorum significare videtur. Hac etenim in re distinctione ista vtitur non semel iuxta eandem significationem Simeon Metaphrastes Graecus auctor: praesertim in vita sancti Nicolai: & in vita san-

ta sancti Auxentij, atque diem istam hoc nomine appellatam fuisse veteri sublato à beato Syluestro, in eius vita asserit idem auctor cura, & diligentia Aloysij Lipomani latinè typis traditus. idem ipse legi in eiusdem Syluestri vita Græcè scripta auctore Eusebio Cæsariensi nondum typis tradita: quam tamen legere mihi contigit ex bibliotheca illustris viri Didaci à Mendoga olim apud Venetos, & summum ecclesiæ Põtif. Caroli Cæsaris legati. Hæc verò nominis mutatio antiquior sanè mihi videtur Syluestro, saltem apud ecclesiasticos canones. licet non me lateat, Suidam τῆς πέδα. interpretari, τῆς πάσι ναῖσι. id est de quatuor temporibus. Hoc etenim ieiunium quartæ feriæ, & Parasceues legitimum esse in qualibet hebdomada, nec soluendum fore, nisi ex graui causa, tradidere Iuo Carnotensis lib. 2. ex Apollonio sancto. Et Gratianus de consecratione distinctione tertia. capit. ieiunia. à quibus eadem redditur ratio, quam ex Epiphanio paulò antè tradidimus. idem vetustissima, & non improbanda traditione apud Romanam ecclesiam obtinuisse, asseuerat Leo Papa quartus in capit. de esu carniū. de cõsecratione distinctione tertia. Quam ob rem pluribus in locis apud Hispanos quidam adhuc religionis causa quarta feria ab esu carniū abstinere solent. Sed & clemens Alexandrinus libro. 5. Stromat. scribit à quibusdam tunc ieiunium diei Mercurij, & Veneris receptum, & seruatum fuisse. Huic deniq; quartæ feriæ ieiunio, & sabbati ieiunium additum fuisse, cõstat ex Diuo Augustino in Epistola ad Hieronymum, quæ est. 19. saltem apud ecclesiam Occidentalem. Idem insinuat Innocentius primus in epistola prima ad Decentium. ca. Sabbato. de consecrat. dist. 3. sensit Hieronymus ad Lucinium. & Gregorius Papa septimus in ca. quia dies sabbati. de consecr. dist. 5. quod de Romanis fatetur Nicephorus lib. 12. eccle. hist. c. 34. scribens, Romanis mos est, sabbato quouis ieiunare. Rursus D. Augustinus in epistola ad Calulanum presbyterū. 86. contendens aduersus Vrbicū quendam non esse damnandos cuiusq; prouinciæ mores, ac ritus diuersos, variosq; in diebus ieiunandis, nec esse improbandā consuetudinē, ex qua ieiunium sabbati minimè sit præceptum, sed sit cuiq; voluntarium, scribit, Romanā ecclesiam, & eam quasdā, paucas tñ sequutas sabbatū ieiunare ex ea causa, quæ ab eodē Augustino cõmemoratur: deniq; fatetur, ecclesiā quarta, & sexta hebdomadæ die ieiunare: quarta ex eo, q̄ eo die consilium Iudæi fecerint ad occidendum Iesum: sexta, quia ea die fuerit cruci affixus. tradit etiā plerisque ex Romana plebe frequēter quarta, & sexta

feria, atq; ipso sabbato ieiunare. Vnde non temerè opinabimur, ex hoc veteri instituto, quis ieiunij obligatio fuerit sublata, adhuc vim, & prohibitionis vinculū manere quo ad esum carniū, vt sexta feria, & sabbato prohibeamur sub sceleris grauisimi pœna carniū vesci. quod de sexta feria planè fatentur gl. Archid. & Card. in dic. cap. de esu carniū. de sabbato verò illud est obseruandum, obtentum esse quod cuiusq; prouinciæ cõsuetudo seruanda sit. sicuti summus ecclesiæ Pontifex admonet in cap. consiliū. de obseruat. ieiunio. Optima diui Augustini respõsio in epistola ad Calulanum presbyterū in capi. de illa. 12. dist. Vnde Galli carniū vescuntur sabbatis à Natali dñi ad Purificationem, esse Paludano in. 4. sen. dist. 15. q. 4. col. 5. Hispani omnibus sabbatis vescuntur, nisi præceptū ieiunij immineat, animantiū extremitatibus, & intestinis, ac visceribus. Eritq; hac in re seruanda consuetudo loci, non originis illius, qui vescitur, aut abstinere tenetur à carniū, sed vbi is cõmoratur, etiam absq; domicilio iter faciens: quod probatur in dict. cap. de illa. & ex Imola, Bonifacio, & Cardi. in Clem. 2. q. 5. de celebrat. miss. aduersus Palud. quem in dict. dist. 15. q. 5. Ioannes Maior iure optimo refellit. sensit hanc conclusionē Panormi. in cap. consiliū. de obseruat. ieiunio. in fine. & idem asserit Christophorus Porcius in. 5. sed & quod principi. nu. 26. Inst. de iure natur. gent. & ciuili. licet Præpo. in dic. capit. de illa. idem, quod Paluda. probare conetur.

Hinc etiam deducitur interpretatio tex. in ca. presbyter. 82. dist. & ca. 122. q. 5. vbi quibusdā ex causis indicitur ieiunij legitimis feriis. Nam glo. vbiq; tres legitimas ferias interpretatur, Secundā, Quartam, & Sextam. quod ex dict. capit. presbyter. optimè pbatur. & multò melius ex Burchardo ca. 9. & 10. libr. decimoinoni. qui omnino legē duserit ad multa intelligēda, quæ breuiter, & obscure in aliquot canonibus tractantur.

Idem Burchardus lib. 13. cap. 16. ex concilio Aurelianensi ita scribit. Presbyteri cū sacras festiuitates populo adnunciant, etiam ieiunium vigiliarum, eos omnibus modis seruare moneant. Ex quo illud ipse adnotauerim, olim quoties vigiliae in ecclesijs ex conuentu christianorum in honorem martyrum, vel alicuius festiuitatis erant celebrandæ, etiam illum diem festum præcedentem ieiunio solennem fuisse: & ideo quauis christiani à vigilijs cessauerint: vt in capit. proximo scripsimus, adhuc ipsum diem ieiunij, quem in honorem festiuitatis obseruamus, & quo ab esu carniū abstinemus, ac ieiunamus, vigiliam dicimus. quod & Specula. libr. 6. rationalis. rub. de alijs ieiunijs, adnotauit.

De ieiunio

Variarum Resolutionum

De ieiunio, quod olim solēne erat, & absoluebatur in hebdomada ipsa post Pentecosten, meminuit Athanasius in Apostolico libro de fuga. auctoribus Socrate. lib. 2. ca. 28. Theodorito. lib. 2. cap. 14. & Nicephoro lib. 9. c. 29. Sed ante Athanasij tempora Calixtus Papa primus in epistola ad Benedictum Episcopū anno à Natiuitate domini iuxta Haloandri chronologiam, ducentesimo vicesimo tertio. quatuor temporum ieiuniū instituit, quod prius ter in anno celebrari apud Romanos asseuerat his vrbis. Ieiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientiū nunc per quatuor tempora fieri decernimus, vt sicut annus per quatuor voluitur tempora, sic & nos quaternum solenne agamus ieiunium per anni quatuor tempora. Hæc apud Gratianum in ca. 1. 76. dist. in ipsa verò epistola traditur ab ipso Calixto ratio ex veteris testamenti ieiunio. Zachariæ cap. 8. quod ex Hieronymo ab eodem Gratiano explicatur, eiusdem distinctionis ca. Ieiunium. quo in loco quatuor ieiunia Hebræorum, de quibus Zacharias scripsit, quorūq; tempora verbo domini præfinita fuisse, tradit, mensibus scilicet, Quarto, Quinto, Septimo, & Decimo, ad mensium, quibus modò vtimur, rationem ita exponuntur, vt ieiunium quarti conueniat Iulio mensi. quinti Augusto, septimi Octobri. decimi Ianuario. idem illic Gratianus obseruauit in cap. huius obseruantie. adsumiturq; secundum hanc deductionem anni initium à mese Aprilis, qui primus mensis est apud Hebræos, vt idem Gratianus asseuerat: quod olim verum extat ex eo, qd luna proximior æquinoctio verno primum constituēbat Hebræorum mensem: at postea propter mutationem æquinoctij verni est omnino obseruandum, mensem Martiū frequenter, & sanè frequentius conuenire primo Hebræorum mensi. Quemadmodum explicuimus & nos in huius operis cap. 18. nu. 1. qua ratione forsā perspecta, & cōsiderato anni initio iuxta Hebræorum obseruationem, eademq; induta ad initium anni, qua nunc vtimur auctore eodem Gratiano ex Hieronymi aduotatione, primus mensis ad hæc quatuor ieiunia obseruanda erit Ianuarius, quartus erit Aprilis. & ideo in dic. ca. Ieiunium. Gratianus scripsit, non posse quarti mensis ieiunia celebrari ante diem Pētecostes: quia à resurrectione ad eam diem nullum ab ecclesia indicitur ieiunium: vtiturq; is auctor hac inductione, quia planè intellexit, non posse aliter conuenire quatuor temporum ieiunio quod ex veteri testamento à Calixto Pontifice iuxta anagogen tradi videtur. Sed nec hic sensus vllō modo Gratiano aptari poterit, nec secundū eum

ieiunia, quibus vtimur, Hebræorum ieiunijs vel minima ex parte respondere possunt. Idcirco vera interpretatio eorum, quæ Gratianus exponit, inde accipienda erit, quòd ipse anni primū mensem Martium intellexerit, vel quia olim apud Romanos is mensis primus omnium erat, & quāuis Ianuarius postea principium anno dederit, nihilominus quo ad quædam mensium nomina, Martij mēsis vt primi adhuc habetur ratio: quod Ioan. Fantucius, Archid. & alij ad Gratianum ad notarunt: vel quia, licet olim apud Hebræos Aprili responderit primus eorum mensis, nunc tamen, & Gratiani ætate, & Gelasij Papæ temporibus propter æquinoctij verni mutationē potius, aut deniq; frequentius primus Hebræorum mēsis conueniret nostro Martio, quàm Aprili. Si quidem anno domini C C C X X X. tempore Nicænæ synodi æquinoctium vernalis contingebat XXI. die Martij, nunc verò contingit vndecima die eiusdem mensis. Vnde quartus mensis erit Iunius, septimus September, decimus December: omittiturq; ab ecclesia quinti mensis ieiunium, & mutatur in ieiunium primi mensis: id est Martij. quod constat ex concilio Maguntiaco. capit. 34. quod celebratum fuit anno domini. D C C X I I I. meminere eiusdem Gratianus in dist. 76. cap. 2. & Burchardus libr. 13. capit. 2. qui diligentius illius canonis verba sic retulit, vt aliquid à Gratiano fuisse omissum constet, & tamē nec ipse integrum canonem exposuit. Qui in cōciliorum libris bis verbis extat. Constituimus, vt quatuor tempora anni ab omnibus cum ieiunio obseruentur: id est, mense Martio hebdomada prima: & Feria quarta, & Sexta, & Sabbato veniant omnes ad ecclesiam cum litanijs ad Missarum solemnias. Similiter in mense Iunio hebdomada secunda, feria quarta, sexta, & sabbato ieiunetur vsque ad horam nonam, & à carne ab omnibus abstineatur. Similiter in mense Septembris hebdomada tertia, & in mense decembri hebdomada, quæ fuerit plena ante vigiliam natalis Domini: sicut est in Romana ecclesia traditum. Hæc in dicto canone. His similima Iuo Carnotensis tradit ex concilio Salegustæ libr. 2. de ieiunio, & Gratianus capitul. 3. dist. 76. quo in loco illud est obseruatum: quòd si quando ieiunium mensis Iunij in vigiliam Pentecostes inciderit, non tunc celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes: & ideo idem Gratianus in capitul. ieiunium. dixit, non posse celebrari ieiunia quarti mensis ante diem Pentecostes: quia inter resurrectionem & Pentecosten ieiunia minimè indicuntur ab ecclesia. Ex quibus, si coniecturis vti licet, Calixti Papæ decretum addidit

addidit ieiunium quartum: nempe mēsis Martij, cū prius tria tantū obseruarentur ieiunia. Tandem quia prima duo ieiunia frequentissimē in quadragesimā, & hebdomadā Pentecostes inci debant, vsus obtinuit, & ita constitutū est ab Urbano Papa in cap. statuimus. 76. dist. vt primū ieiunium quatuor temporum celebratur in initio quadragesimæ: secundum in hebdomada Pētecostes: tertium in Septembri: quartū in Decembri. idem probatur in cap. huius obseruatiæ. 76. dist. quo iure ecclesiasticū, & tertiu ieiunium in Septēbri post festū exaltationis sanctæ Crucis celebratur.

Ex his itē adsumitur interpretatio respōsi, quo Gelasius vtitur in epistola ad Ep̄os per Lucaniā cōstitutos ca. 13. apud Gratianū in ca. vlti. 76. dist. de ordinationū tēporibus. Scribit enim, Gelasius, ordinationes presbyterorū, & diaconorū nisi certis tēporibus, & diebus exerceri nō debent: id est quarti mēsis ieiunio, & septimi, & decimi: sed etiā quadragesimalis inītiū, ac Medianæ hebdomadæ, & sabbato circa vesp̄as ipsas ordinationes nouerint celebrādas. Quib⁹ verbis p̄batur, ordines sacrorū extra tēpora iure difīnita non esse cōcedendos: tempora verō esse quatuor anni ieiunia, quæ modō tradidimus, & hebdomadā quartā quadragesimæ, quæ præcedit dñicam in passione, & sabbatū ante Resurrectiōis diem: sicuti summus Pontifex Alexāder tertius rōdit in ca. de eo. de tēpo. ordin. Appellat autem Gelasius ieiunium quarti mēsis, quod obseruatur post Pentecosten, & ab alijs dicitur mēsis Iunij ieiunium: quemadmodū & sub initio quadragesimæ cōplexus est ieiunium mēsis Martij, quod licet posset extra quadragesimam contingere, frequētius tñ in eam incidebat. Constat tamen ex Damaso, & Platina olim ante Gelasium ordinationes celebratas fuisse solenniter mense Decembri.

Atque hæc de ieiunijs, quæ videntur ex vetustissimis institutis à catholicis obseruata fuisse: quibus & alia addita suere, quæ cōmemorantur in cap. 1. & 2. de obseruat. ieiunior.

Sexta cōclusio. Ieiunia canonicis legib⁹ instituta, ita ex præcepto seruanda sunt, vt mortalis peccati reus sit oīno censendus, qui absque iusta causa eadem seruare omiserit. Hanc cōclusionem ideo his verbis conceptā exponim⁹, vt ab eius disputatione secernamus eū, qui ex contēptu ieiunare diebus ab ecclesia præfinitis omiserit. Hic em̄ dubio procul mortalis criminis, & culpæ reus cēsetur, secūdū oēs, vt Caie. fatetur in. 2. 2. q. 147. art. 3. de contēptu verō, ex quo mortalis oriat culpa, nos scripsimus in capi. Alma mater. de sen. ex com. in. 6. in priori relectiōis parte. §. 7. nu. 6. Est igitur cōclusio in hunc sensum adsumenda, vt se

cluso cōtemptu si quis non obseruauerit ieiunium ab ecclesia indictū, in mortale incidat culpam regulariter, nisi iusta causa ex his, quæ iustæ in hoc tractatu censentur, eum ab ea culpa excusauerit: secundum Archid. Præposi. & Cardin. S. Sixti. in cap. vtinam. 76. dist. Probatur verō ex eo, q̄ canones, & constitutiones ieiunia instituentes in hoc videntur sensu instituta, vt vel verbis æquipollētibus præceptum inducant. cap. non licet. de consecra. dist. 3. cap. nō oportet. ea. dist. cap. quadragesima. de consecra. dist. 5. idem probatur ex clem. exiui. de verb. signifi. vbi summus Pontifex asseuerat, monachos propter ieiunia ex instituto ordinis sibi iniuncta, non esse liberos à ieiunijs ecclesiasticis, quæ christiani obseruare obligantur. His accedit text. in clem. ad nostrā. de hæret. qui e errorem illum damnat, quo asseueratur, ieiunia ecclesiæ nō esse necessario seruāda ab his, qui per festi sunt. Sic D. Thomas hāc assertionē apertissimē agnoscit. in. 2. 2. q. 147. ar. 3. & in. 4. sen. dist. 15. q. 3. ad. 4. q. Palud. q. 4. glo. in cap. vnū horariū. §. Alias. 25. dist. quā sequi videtur Panor. in rubr. de obseruat. ieiunior. col. vlt. tametsi Card. in cap. 2. eo. tit. eā negauerit, nisi fiat transgressio ex contēptu. & licet Caieta. in dist. art. 3. existimet, nullibi ex iure Pōtificio p̄bari posse præceptū ieiunij eo in sensū, vt secluso contēptu obliget ad mortale culpā: fatetur tñ, hāc obligationē ex cōi ecclesiæ interpretatione receptā esse, & id sufficere. Nos verō & ex ipsis canonicis constitutionibus cōclusionē probari, cōstāter asseueramus. quod & D. Hieronymus in epistola ad Lucinum sensisse videtur. & in cap. vtinam. 76. dist. qui præcepti noīe vtitur, illud vt venerandū, & obseruandū maxime cōmendās. Idem ipse colligō ex canone Apostolorū. 68. à quo illæ poenæ frangi ieiunia iure instituta indicuntur, quæ nō solēt, nisi peccati mortalis causa, & ob eius culpā delinquentibus infligi.

Non oberit huic cōclusiōi quod Palud. scribit in. 4. dist. 25. qō. 5. p̄bare conatus, quod vbius humanū prohibet id, quod per se malū non est, nisi quia eodē iure prohibetur: non potest contingere, nec contingit aliud peccatum, quam inobediētia. Et ideo cū ecclesia temporibus quibusdam prohibeat esum carniū, & leges quasdā præferibat in his, quæ ad cibos attinent, quibus legibus seclusis, nihil sūberat in cibis adsumendis per se malū: videtur aduersus leges istas tantū posse cōmitti peccatū inobediētia ex contēptu li trāsgressio contingat. Nam hæc opinio Paludani falsa est, nec pōt recta rōne defendi. Ecclesia etenim dum abstinentiā quadragesimalē indixit, ieiunium illud constituit in virtute abstinentiæ: & ideo non solū ille cōtra obediētiam peccaret, qui ieiunium ex

Variarum Resolutionum

cōtēptu frangeret: sed & ille contra abſtinentiā, qui non ex contemptu, ſed præ gula id faceret, quod aduerſus Palud. tradit Domini. Soto lib. 9. de iuſt. & iure. q. 5. art. vlt. idem præmittit Caiet. in dicto artic. 3. dum probat, in obſeruatione ieiunij eccleſiaſtici duplicem contineri virtutem: obediētiā inquam, & abſtinentiam: & ideo vbi peccatur contra hoc eccleſiæ inſtitutum, poſſe contingere peccatum inobediētiæ, & gulæ.

Septima conclusio. In ieiunio à iure pontificio in dicto, non licet, niſi ſemel prandere. Probatur hæc omniū cōſenſu ex Gregorio in cap. quadrageſima. de cōſecra. diſt. 5. qui dies dominicos quadraſeſimæ ab aliis diſtinxit, nec diſtinctio cōtingit in delectu ciborū, quia par eſt in hoc prohibitio, nec pōt in alio diſcrimen conſtitui, quā quod dominicis diebus quadraſeſimæ liceat bis, vel ter prandere: ergo id aliis diebus nō licet, niſi ſemel: quæ quidē inductio non admodū vrget. Nec em ſequitur, in die dominico ad aliorū diſcrimē licet bis, vel ter ciborū reſectioe vti: ergo in aliis non licet, niſi ſemel. Siquidē pōt eſſe in hoc vera differentia, quod liberē die dominico liceat, quoties bitum fuerit prandere, in aliis verò diebus nō ſit, niſi bis, iure permiſſum. Et nihilominus ex Gregorij reſponſo cōcluſio iſta frequētiſſimè deducitur maxime à Panor. in rub. de obſeruat. ieiunij. & Caiet. 2. 2. q. 147. art. 6. qui eandē aliis rōnibus, & cōi totius chriſtiani orbis conſenſu probare nititur eamque illic S. Thomas vti ab eccleſia diſſinitam, & à populo Chriſtiano receptā exponit. & interpretat. De illo verò ientaculo, quod fieri ſolet ſero à ieiunātibz, parum hoc in loco tractabitur: quum de ea quaſtione Caiet. in diſt. arti. 6. & idem ac Sylueſt. in ſumma longè tractauerint: & ante ipſos Innoc. & Panor. in diſt. rub. de obſer. ieiunij. ex quibus ſumma diſputationis in hoc deducitur, vt liceat veſpere, iuxta prouinciæ conſuetudinē aliqd. etiā cōtra ſitum comedere: modò id fiat moderatē neq; fraus ieiunij legibus irrogetur. Cæterum chriſtiane lector in hęc conſcluſionē quaſtio incidit in ſignis, quæ vtinā neceſſaria nō eſſet, an hi ſeruent ieiunia iure inſtituta, & præcepto eccleſiæ ſatiſfaciāt q ſemel. comedēdo tantū cibi accipiūt, tot cibariis, condimentis vtunt, ad in gluuie vſq; vt nullā carnis aſſictationē ſentiāt imo gulam impēſiſſimè irriterent, libidinē excitēt, tantum cibi ſumētes, vnico prædio, quantū ſit tribus hominibus ſatis ad congruam eorum ſuſtentationem? Etenim multis rationibus non temerè poterit aſſeuerari hoſce homines ieiunij præcepto minime ſatiſfecille.

Primò, eccleſia catholica, quæ ieiunia indixit, in hoc verè tendit, atque hunc finē præ oculis ha-

buit, vt chriſtiani diebus ieiunij per abſtinentiā certis legibus præſcriptā corpora caſtigent, ad illicitos carnis motus reprimēdos: vrq; mēs aptior ſit ad ſublimia, & diuina contēplanda: qđ ſuperius euidenter probauimus, & fatent paſſim omnes, qui de ieiuniis tractauerunt. Hic verò finis nequaquam ſequitur, quod non eſſet ieiunanti ſobriè, ac tēperatē imputandū: ſed & ab ipſo ieiunāte manifeſtè obijcitur huic fini impedimentum media illa tollendo, quæ ab eccleſia ad abſtinentiæ vſum, fuerunt ad præſcriptum finem inſtituta. Ergo non poteſt verè dici, hos, de quibus quaſtio agit, ieiunio ſatiſfecille.

Secundò, materia huius præcepti non ſolūm videtur eſſe ſemel in die prædere, ſed ita ſemel cibū ſumere: vt quantū ad cibos attinet, corpus affligatur, & caſtigetur: ſaltem, vt abſtinentia vtamur, qua ſolet corpus aſſiligi, & caſtigari, iuxta prudētis viri arbitriū. Quemadmodū cōſtat ex obſeruatione ieiuniorum, qua ſancti patres, & reliqui chriſtianam religionē profeſſi ab initio legis euāgelicæ vſi fuerunt. Ergo nō ſeruat præceptum: imò eidem refragatur, qui ſemel in die abſq; vlla temperantia, & abſtinentia comedit: tantum non ad in gluuie vſque immoderatē nimis in comedēdo limites rationis tranſgreditur.

Tertiò, lex humana hæc in re nihil aliud facit, quàm diem certā, aut tempus certū diſſinire, & modū quendā præſcribere, quibus legem naturalem, ac diuinā exequamur: quod paulò antè adnotauimus: ita quidem quod tēpore ab eccleſia præſcripto, & modo per eam diſſinito lex de ieiunio naturalis, & diuina ſeruetur. Sed qui ſic ieiunant, vt in quaſtionis titulo expoſuiſſimus, palam legi naturali, & diuine de ieiunio aduerſantur: ergo & humanæ. His accedit quòd eccleſia in materia temperantiz certis diebus ieiunia præcepit reliquo autem temporis anno moderatē comedere legis naturalis inſtituto reliquit.

Quartò, eodē modo vnica ex cibo reſectio, ſi ea ſic immoderata, humanæ legis pximo fini cōtraria eſt, ſicut plures, ſed qui pluribus vtitur dubio procul cōtra legem humanā de ieiunio facit: ergo & qui ſemel, immoderatē tamen comedit.

Quintò ab abſurdo vitando argumentamur: nam ſi eo modo, quo caput quaſtionis exponit, ſatiſſeretur ieiunij præcepto: ſequeretur quòd virtutis præceptum adimpleretur per contrarium eius, quod præcipit. Quod nemo doctus affirmabit. Exercet em qui ſe ingurgitat, gulā apertiffimè contrariā abſtinentiæ, quæ lege lata de ieiunio præcipitur. Qua rōne ad probandam hæc in quaſtione opinionem iſtam vtitur Martinus Ayala episcopus Guadixienſis libr. 3. de traditio. eccleſ. capi. de

cap. de ieiunio. Eidem ſententiæ adſtipulari videt̃ D. Thomas in. 2. 2. q. 147. art. 3. ad. 2. qui de tranſgrediente præceptū ieiunij inquit. Cuius auctori-
tate ſi aliquis tranſgrediendo ſtatutum contem-
nat, vel hoc modo tranſgrediatur, quod impedia-
tur finis quē intendit, peccat mortaliter talis tranſ-
greſſor. ſcribit & ad hæc Io. Maior in. 4. ſen. diſt.
15. q. 3. nullo modo rōne quātitatiscibi ieiuniū frā-
gi, niſi q̄s intēperatē comedat. ſed & Innoc. i. rub.
de obſer. ieiun. nu. 3. refert, quosdā tenere nuſquā
eſſe ieiunium, niſi & ibi ſit victus abſtinentia.

Contrariam opinionē veriorē eſſe, probare co-
nantur Caic. 2. 2. q. 1. 47. art. 3. & Ioan. Medina in
4. ſen. in tracta. de ieiunio. capit. de numero refe-
ctiōnū. & ca. de his per quę eccleſiaſticū ieiuniū
ſoluitur: ex noſtris Innoc. in diſt. rub. num. 3. qui
præmittere videntur, hoc ab omnibus fræquēti-
ri cōſenſu receptū eſſe. Eccleſia etenim in his legi-
bus, quas de ieiunio inſtituit, licet diſinierit, ſe-
mel tantū in die ieiunij comedendū eſſe, cibi tñ
& prandij quantitatē nec diſinivit, nec commo-
de diſinire potuit, ppter varias hominū cōditio-
nes, & corporū qualitates: ſecundum quas, quod
vni eſt immoderatū, alteri fortassis non ſufficit,
aut fanē ita illi cōuenit, vt nullus ſit in ea re exceſ-
ſus. Hæc verō ratio nō eſt adeo efficax, quod poſ-
ſit priorem opinionē omnino euertere. Nā licet
S. Thomas ea vtatur in diſt. arti. 6. ad. 1. & verum
ſit, ab eccleſia non eſſe quantitatem cibi diſini-
tam ieiunantibus: ſiquidem in legibus de ieiunio
latis hora prandij, & vnici tantum præſcribitur,
quod & idem Thomas tradit art. 7. non negatur
ex hoc, ab eccleſia ſenſim diſinītū eſſe, ac ieiunā-
tibus præceptū eſſe, vt abſtinentia vtantur. Atq;
ideo tenetur qui ieiunat ex præcepto eccleſiæ ab-
ſtinentia vti, ac ſemel tātū comedere tēperatē
iuxta boni viri arbitrijm, ne circumſpecta, qua-
dam ex latitudine, propria conditione, lititēs
temperantiæ, aut abſtinentiæ virtutis excedat.
Nec id periculofum eſt, imō cuiq; facilimū iuxta
illam latitudinem, quæ cognofci, ac diiudicari
abſque vllō graui exāmine poterit. At præceptā
eſſe ab eccleſia ieiunantibus abſtinentiam, vbiq;
ni fallor, Sanctus Thomas præmittit, & docet.
Idem ſuperius nos probauimus. ſit igitur rationi
conſonum, tunc ieiunij præceptum minimē ſer-
uari, imō violari planē, quoties abſtinentiæ limi-
tes, etiam ſemel comedēdo, vnicove prandio qui
ieiunat egreditur, quippe qui nequaquam abſti-
nentia vtatur, nec eius virtutis actū, qui iure Pon-
tificio præcipitur: imō abſtinentiæ virtutis actus
eſt ieiunij ſubſtantia: quod omnes fermē fatētur:
& ideo abſq; actū abſtinentiæ virtutis, nec ieiuniū
verē dici poteſt, nec præceptum eccleſiæ adimple-

tur, quo actus abſtinentiæ præcipitur.

Secundō opiniononi Caietani accedit, ac ſuffra-
gatur, quod finis præcepti minimē cadat, aut cō-
prehendatur ſub præcepto ad hoc, vt finis ipſe
12 itidem præceptus cenſeatur: ſicuti ex diuo Tho-
ma, & aliis in cap. præcedenti obſeruauimus. Sed
finis præcepti de ieiunio inſtituti eſt ipſa caſtiga-
tio corporis, & afflictio carnis ad eius illicitos co-
natus reprimendos, & vt mens aptior ſit contem-
plationi diuinarum rerum: ergo non tenetur qui
ieiunat ex præcepto caſtigare, aut affligere cor-
pus, ſed illi ſatis erit, ſi ſeruet media, quæ fuerint à
lege præſinita ad illū finem cōſequendū. Verūm
& hæc ratio non admodū vrget, ſi diſtinguam⁹ ſi-
nem præcepti cuiuslibet ſpecielem à fine omniū
præceptorū communi, qui charitas eſt. Et quidē
finis hic poſterior non continetur ſub præcepto
quolibet, quanuis omnium ſit finis, & ſub eorū
quolibet præmittatur, vt modus omniū virtutū:
quia licet earum omniū actus ordinent̃ ad chari-
tatem: hic tñ finis non cōprehēditur in quolibet
ſpeciali præcepto nec legis diuinę, nec humanę.
Etenim nec ab homine, nec à Deo punitur tanq̃
præcepti tranſgreſſor qui parentibus debitū ho-
norem impēdit, licet id fecerit abſq; charitate,
& vllō pietatis habitu. Quod S. Thomas non ſe-
mel adnotauit, ſed ſignanter. in. 1. 2. q. 100. art. 9. ſi-
nis verō præcepti ſpecialis ſub præcepto contine-
tur, & præceptus intelligit̃: quemadmodū de præ-
cepto peculiari, & ſpeciali diligēdi Deū explicat
S. Thomas in. d. q. 100. ar. 10. ergo finis huius præ-
cepti de ieiunio ſpecialis ſub præcepto cōprehē-
ditur, & præſcriptur à lege cenſetus ea ex parte,
qua illū chriſtiani obſeruare poſſint. His patrocini-
atur, quod in idē ferē incidit, nempe, præceptū
continere finē proximū, quāuis finē remotū nōn
cōtineat, nec ſub præcepti vinculo cōprehēderit.
Sicuti ex rōnibus à diuo Thoma traditis manife-
ſtē deducit̃. Sed & id ipſum, pbat̃ ex eodē Tho-
ma in. 2. q. 44. artic. 1. ad. 1. qui ita ſcribit: ſub præ-
cepto, quod datur de actu alicuius virtutis nō cadit
modus, quē habet ille actus ex alia ſuperiori vir-
tute: cadit tñ ſub præcepto modus ille, qui perti-
net ad rationem propriæ virtutis. Hæc Thomas,
quē illic Caiet. ſequitur, & interpretatur, ad hæc
conducit plurimū eiſdem Thomæ quædam di-
ſtinctio in. 1. 2. q. 96. ar. 3. Aliquis, inquit, actus po-
teſt eſſe virtutis dupliciter, vno modo ex eo, q̃
homo operatur virtuoſa: ſicut actus fortitudinis
facere fortia: & ſic lex præcipit aliquos actus vir-
tutis. Alio modo dicitur actus virtutis, quia aliq̃s
operatur virtuoſa eo modo, quo virtuoſus opera-
tur. Et talis actus ſemper procedit à virtute, nec
cadit ſub præcepto legis, ſed eſt finis ad quem le-

Variarum Resolutionum

gissator ducere intēdit. Hastenus Thomas. Qui bus adamusim obseruatis erit respodendū, huius præcepti de ieiunio finem remotū ex alia superiori virtute, quiq; sit omnium præceptorū finis, non comprehendit hoc speciali præcepto, & ideo non posse verè dici transgressorē huius præcepti eum qui sic ieiunauerit, vt illud opus ieiunij minimè fuerit meritorū, nec satisfactorium, nec ad mentis in Deum elevationē vtile, ex defectu charitatis. Nam et si finis ieiunij sit per corporis extenuationem, animam ad supernorū contemplationem erigere: illa tñ contemplatio nō cadit sub præcepto ieiunij. Et ideo non tenetur quia ratione huius præcepti ita se disponere abstinēdo à peccato inortalī, vt possit mentē in diuinarum rerum contemplationē erigere: quia nec tenetur ex eodem præcepto diuina contēplari, & animū in Deum erigere. Finem verò proximū, & specialem huius præcepti, nempe castigationē corporis & per abstinentiā emundationē eius, atq; purgationem sub eodem cōprehendi constat, quatenus attinet ieiunātis facultatē. Tenemur ergo ex hac lege corpus castigare, atq; à ciborum sentina mūdare per abstinentiam, deniq; ad finem istū proximum, & immediatū, specialemq; huius legis, quæ de ieiuniis ab ecclesia instituta est: præsertim, quòd eadem lege tenemur ad abstinentiam virtutē, & ad modū, qui pertinet ad rationē propriam, ac peculiarē eiusdē virtutis: nō vt hic actus procedit à virtute: sed qua ex parte actus est virtutis siquidē eo modo sub præcepto includit, & verè præcipit: saltē tenemur minimè obuiā ire medijs ab ecclesia ad hunc proximū finē institutis.

Postremò ad hāc opinionē Caietani accedere vident verba. S. Thomæ. in. 2. 2. q. 147. art. 6. ad. 2. qui de ieiunātibus ita scribit. Si autē quis immoderatè potu vtatur, pōt peccare, & meritū ieiunij perdere, sicut etiam si immoderatè cibum in vna comestione adsumat. Hæc Thomas. sensit enim hunc excessum immoderati cibi meritū ieiunij tollere: sicut & immoderati potus, non tñ ieiunij præcepto refragari: sicut nec eidē refragatur potus etiam vnus prandij immoderatus.

Non me latet, posteriorem sententiam, quæ è Caietano probatur, pluribus placuisse, & fortassis veriorē esse: mihi tamen dubia est, quanuis nolim in re ad eò graui quenquam damnare: facillimè ab hac dubitatiōe discessurus, nisi vidissem tot sanctorum patrum testimonia, tot veterū canonum decreta, quibus ieiunium ex multis causis ac rationibus commendatum: potissimā laudem ab abstinentia sibi vindicare. Sed & S. Thomas. 2. 2. q. 147. art. 1. ad. 2. & art. 3. ad. 1. pfecto sentit, sub ieiunio contineri abstinentiam, quæ com-

muni regula superrogationis est: & differt à cōmuni vlti virtutis necessario, vt ab illis etiam abstinemus, quæ salua virtute nobis licent: sicut in sexta illatione primæ conclusionis diximus.

Quod si quis bis, ter, vel quater in die ieiunij cibum sumat, & comedat. ita quidem vt adhuc verè fuerit vsus abstinentia: nihilominus legi de ieiunio ecclesiastico latæ aduersatur. quia illa lex non tantum abstinentiam indixit, sed & abstinentiæ modum, ac limitem præscribit: quod omnes fatentur.

Hinc etiam subsequitur, eum peccare contra legem, & præceptum ieiunij, qui iam violato ieiunio ea in die per secundum prandium, tertio, aut quarto cibum adsumpserit: deniq; toties peccare nouo peccato, quoties post primū à iure permisum prandium comederit. Cui opinioni accedit Ioā. Medina in codice de pœnitentia. tract. 4. ca. de numero refectiōnū, post Ioan. de Neapoli in quodlibet. Etem q bis comederet cōtra legē ieiunij, adhuc obligat iuxta vires pprias eandē legē obseruare, & à cibo eadē die abstinere: ergo peccabit aduersus legem ieiunij, qui violata semel eadem lege, tertio cibum assumpserit. Nam qualibet die, qua ieiunium indictum est, tenetur quis abstinere à cibis, & abstinentia virtute vt: à quo præcepto nequaquā eximitur ex eo, quòd illa die non possit ieiunare semel violata ieiunij lege. Quia licet ieiunare perfecte non possit propter eius culpam, superest adhuc diei pars, in qua tenetur abstinere, cum verè abstinere possit. Nec quidquā oberit, quòd is abstinentia vti non possit, quæ ad ieiunium requiritur: quum ieiunium nihil aliud sit quam abstinentia certis, ac quibusdam limitibus iure præscripta. Nam quāuis semel violata ieiunij lege, nō possit illo die abstinentia perfecta vti, poterit tamen ea vti nihilominus quo ad reliquam diei partem atq; ideo partim legi satisfacere, nec video qua ratione qui non possit, præsertim eius culpa totam seruare legem, sit exemptus ex hoc ab eiusdem legis vinculo quo ad eam partem, in qua legem adimplere comodè valeat. Ex quo mihi hæc opinio potius placet: quāuis contrariā præter alios constanter asseuerauerint Durādus, & Paluda. in. 4. dist. 15. q. 4. art. 5. Caiet. verb. Ieiunium. Angelus. 6. 22. & Syluest. q. 8. versic. 4. rursus idem Caieta. 2. 2. q. 147. art. 8. qui testatur, hāc opinionem communem esse.

De hora prandij est ad notandum, in diebus ieiunij horam prandendi diffinitam esse nonam diei. Quod probatur ex Athanasio in lib. de virginitate. Epiphano cōtra Massalianos, qui quarta, & pro sabbato ieiunium ex traditione Apostolorum statutum esse vsq; ad horam nonam, scribit.

scribit. idem constat ex concilio Maguntiaco canon. 34. cuius superius mentionem fecimus, quo ad ieiunium quatuor temporū. De ieiunio quadragesimæ extat apud Gratianum ex concilio Cabilonensi canon. solent. de consecra. dist. 1. ex Iuone Carnotēsi lib. 2. de ieiunio, quem canonē tribuit concilio Chalcedonēsi. S. Thomas. 2. 2. q. 147. ar. 7. Burchardus verò ex decretis Syluestri Papæ eum retulit libr. 13. capit. 12. Inter quæ nondum ipse legi canonem istum, nec itidem extat inter canones concilij Cabilonensis, nec concilij Chalcedonensis. Sed ex eo deducitur, in quadragesima ad horam vsq; nonam differendum esse prandium illud vnicum, quod ab ecclesia in diebus ieiunij præscribitur: & deinde adijcitur: nulla tenus ieiunare credendi sunt, qui ante manducauerint, quàm vespertinum officium celebretur. Concurrendum est enim ad Missas, & auditis Missarum solēnibus, & vespertinis officiis, & largitis elemosynis ad cibum accedendum est. Hęc ille canon. Ex quo S. Thomas, & cæteri Theologi communi omnium consensu existimauerunt, & verè existimant, horam prandij vnici ieiunantibus nonam fuisse præscriptam: tametsi Panorm. in rub. de obseru. ieiun. existimet, nullibi à iure canonico statutam esse horam nonam ad prandium ieiunantibus in alio tempore, quàm in quadragesima, quo post vespertas permittitur prandium vnicum: licet communis consuetudo etiam in aliis ieiuniis horam nonam præscriperit. Quam in re obseruandum erit, quam ratione sit dierum horæ connumerandæ: siquidem variè solent ex variis causis discerni. Et sanè illud ad huiusce tractatus intellectum obtinuit quod Andre. Alci. diligenter adnotauit in. l. 2. ff. de verb. signifi. cui Antonius Augustinus accessit in lib. 4. emendationū. cap. 13. Veteres quidem in duodecim horas diuisisse, totidemq; noctem, eaq; de causa sextam diei horam meridiem fuisse, sextam verò noctis, mediam noctē. Qua ratione estate diei horæ maiores erant, & noctis minores: brumæ autem tempore noctis horæ maiores erant, diei verò minores. Crescebant enim, & minuebantur, vt dies ipsi, & noctes. Quæ & ex iuriscultis probantur in. l. prima. ff. de manumiss. l. à qua ætate. qui testam facer. poss. l. in vsucapionibus. & l. ideoque. ff. de vsucap. l. 2. ff. de annuis legat. vbi & in. l. Titius. §. Lucius. ff. de liberis & posthumis. l. 3. ff. de oper. libert. & in dicta. l. 2. de verb. signifi. apertius quæ præmissimus constant: imò ex his loci Iuriscultorum prius adducti commodius intelliguntur: & ex Harmenopulo lib. vlt. tit. de verb. sign. Aulo Gellio libr. 3. cap. 2. Macrobio lib. primo. Satur. cap. 3. Alciato lib. pri-

mo. parerg. cap. 48. Alex. ab Alexandris lib. 4. cap. 20. Ludouico Calio lib. 7. lect. antiq. capi. 9. Vnde fit, vt horæ bifariam distinguantur: quædam enim dicuntur æquinoctiales, quas Græci ἰσημερινὰς. id est æquales appellant: & hæc semper æqua spatia continent siue in noctibus, siue in diebus: hisque nunc vtimur vulgo: & ideo vulgares modò nuncupare possumus. Dicitur sunt equinoctiales, quòd in ariete, & libra, atque ita in vtroque æquinoctio singuli dies, noctesq; contineantur horis duodecim, eisdemq; æqualibus, nec est maior noctis hora quàm diei. Sūt & horæ ab his dissimiles, quæ in æquales dicuntur, & temporales, quas Græci dixerunt καίρικες. quod quolibet tempore nox in duodecim, & in totidem dies, horas diuidatur. Eritque necessariò tunc hora diei maior in estate, quàm in bruma: & eadem ratioe noctis horæ minores erunt in æstate, maiores verò in bruma. Hic Plinius lib. 2. cap. 25. Augusti verba referens de sydere crinito inquit. Id oriebatur circa vndecimam horam diei clarumque & omnibus terris conspicuum fuit. Et apud Matthæum capi. 20. Vineæ dominus his, qui vndecima hora conducti fuerat, tantam mercedem soluit, quantum his, qui à tertia, sexta ve hora opus fecerant, paresque fecit eos, qui vnā tantum horam in vinea fuissent, his, qui totius diei calorem, & pondus sustinuisent. Apud Plutarchum in Crasso duodecima hora dicitur diei vltima. Etenim. M. Crassus iam senex, cum Deiotarū Regem eadē ætate offendisset urbem ædificantem: quid tu, inquit, Deiotare? duodecima hora ædificare coepisti? Cui Rex, nec tu quidē respōdit, Crasse matutino tempore Parthos oppugnas. Sic & in. l. non minorem. C. de transact. Secunda hora noctis intelligitur, quæ secunda est ex duodecim, in quas nox ipsa diuiditur. Eadem ratione Iuriscōsultus in. l. 2. ff. de verbor. significat. erit interpretandus dū scribit. Cuiusque diei maior pars est horarū septem primarum diei, non supremarum: id est maior pars est ab hora duodecima noctis ad octauam diei: non à quinta duodecimam. De his etenim horis Iuriscultus passim, vt probatum est tractauere, & ideo de eisdē & hic locus dubio procul est accipiendus. Duodecimam autem horam noctis intelligo vltimā ipsius noctis, vt matutino crepusculo statim dies incipiat, post Duodecimam noctis horam. Sunt etenim septem primæ horæ diei à Duodecima hora noctis vsq; ad octauam incipientem finita Septima: Septem vero postremæ à Quinta incipienti ad duodecimam iam finitam: atq; ita non simpliciter ab horarum numero maior pars dicitur: sed à diei parte actiuosa: nempe ante meridiem, ac paulò post. Si

Variarum Resolutionum

quidem veteres matutinas horas, & antemeridiana serijs negotijs occupabāt. Adsumēd^o vero est numerus Septem horarum ex duodecim non ratione quinque horarum, quæ supersunt, vt quo ad eas sit maior pars diei, sed ad significandum, primas Septē horas diei ex duodecim, in quas dies distinguitur, vt cōparentur cum totidem postremis diei horis ex eodem horarum numero. Ex quibus in hoc tractatu de ieiunio hora nona erit ita inquirēda, vt diē in duodecim horas omni tpe distinguamus, sitq; in ipsa meridiē hora sexta, & ab ea hora nona deducatur, reliqua diei parte in alias sex horas diuisa. qua rōne hora nona incipiet post tertiā diei partē, ipso die in quatuor æquales portiones distincto. Vnde in æquinoctio hora nona dicetur tertia post meridiē iuxta horarum rationē, qua modò vtimur ex æquinoctialibus horis. In cōstate, & diebus longissimis hora nona erit prope quartā post meridianā, in breuissimis prope secundā: quod est ad hāc rationē exactē præscriptā diligētē obseruandū, vt veteres canones, & eorum interpretes intelligamus. Sic D. Thom. in. d. q. 147. art. 7. scribit, cōi vsu, oibus diebus ferē prope horā sextam cibū adsumi, id est, vt ipse intelligo, prope meridiē, & ideo congruē in diebus ieiunij horam nonā esse vnico prandio præscriptā: idē ipse Tho. in. 4. d. 15. q. 3. ad. 3. Quāobrem nō leuis adest cōiectura, imō pfectō maxima, tpe diui Thomæ in diebus ieiunij veteres canones adhuc seruari, & hora nona à ieiunantibus cibū assumptū vnico prandio fuisse, nō prius. Hæc tñ iure humano instituta sunt, moribusque vtentiū, & cōsuetudine tolli possunt: idcirco potuit cōsuetudo in ieiunijs aliā horā vnico prandio diffinire, etiā nonā præueniendo: qua rōne q modò in his diebus hora sexta, & in meridiē, aut prope meridiē prandemus, nihilominus ieiunij legē seruamus, canonibusq; ac cōstitutionibus de ieiunio latis absq; villo crimine trāsgressiōis obsequimur. quod Cai. optimē adnotauit in dict. arti. 7. & ante ipsum Florenti. 4. part. titu. 4. c. 4. & Syluester verb. Ieiunium. q. 4. eodē sermē cōsuetudinis iure obtētum est, q in quadragesima vespertinū officiū dicatur ante prandiū prope meridiē hora vndecima ex his quibus modò vtimur, ita quidem, vt duodecima hora, quæ sexta olim dicebatur, in omnibus ecclesijs vel vespere sint finitæ, vel paulò post finiantur, ea ex causa, quod in quadragesima non liceret olim prandere, nisi vespertino finito officio: tamen in alijs ieiunijs licitum esset vnicum prandium hora nona. Atque hæc ratio, quæ à cōsuetudine iuri humano derogante deducit, mihi potius placet, quàm quod hac in re adnotari, & responderi solet ex Paluda.

in. 4. dist. 15. q. 4. arti. 4. Florentino. 2. part. titu. 6. capi. 2. §. 10. & Syluestro verb. Ieiunium. §. 4. scribit enim Palu. in ieiunio quadragesimę prandium licitum esse post officium vespertinum ante horam vespertinam iam hora nona finita, in alijs verò ieiunijs post nonā horæ officium finita hora sexta, etiam ante horam verè nonā. Addit Syluest. more ecclesiastico tres primas horas diei in æquales, appellari Tertiam, deinde subsequentes tres, quæ finiūtur in meridiē, dici Sextā: ac demū tres sequentas dici Nonam: & tres postremas Vesperas. quod maxime conducit ad Paludani opinionem, quam probare videtur Florētinus. Sed hæc nisi consuetudine constant, nullo iure, aut nullibi, quod ipse sciam, apud ius Pontificiū probantur: tamen ad officia ecclesiastica celebranda & ad canonicas horas publicè in ecclesia dicendas, receptum sit tempora distingui per diuisionem artificialis diei, vt prima dicatur hora ab ortu solis duodecima diei pars: Tertia item eadē ratione, sicut & Sexta, quæ ab eodē solis ortu in meridiē obseruāda est oīno, deinde Nona eodē discrimine constituto: qua de re legenda erunt quæ doctē, & diligenter tradit Martinus Azpilcueta in cap. quando. de cōsecrat. dist. 1. notab. 3. nu. 33. quæ verò nimis præuenerit horā à iure, vel cōsuetudine prandio præfinitam, reus erit mortalis culpæ: quippe qui ieiuniū nō seruauerit. gl. in ca. vnum horariū. §. alias. 25. dist. Palud. in. 4. dist. 15. q. 4. art. 4. Caieta. 2. 2. q. 147. art. 7. quanuis contrarium tenet Angel. verb. ieiunium. §. 2. & sentiat Innoc. in rub. de obseruat. ieiun. num. 3.

De delectu ciborū, qui non parū conduceit ad veram pietatē augendā quicq; maxime utilis est ad effrenatā libidinē coercendam, si ab his abstinemus escis, quæ ad libidinem inflāmant, non est cur hoc in loco longiùs tractemus: siquidē aduersus Iouinianum, Valdeses, & Lutherū multa scripta sunt, quæ poterit lector diligentius tractata legere apud Iodocum Clichthoueū in propugnaculo ecclesiæ, quod cōtra Lutheranos scriptum, & rursus apud Alfonso de Castro in libr. de hæresibus. dictione. Cibus. Ioa. Bunderium in cōpendio aduersus Lutheranos edito. tit. 35. Martinum ab Ayala Guadixiensem Episcopum lib. 3. de traditio. eccle. cap. de delectu ciborū. Etenim, quod ad nostrum attinet institutū, illud est adnotandum, in quadragesima, & in omnib⁹ diebus, quibus ex Institutiōe ecclesiæ ieiunare tenemur ab esu carniū esse oīno abstinendum. quod de quadragesima constat ex decreto Telephori Papæ cap. itatuimus. dist. 4. & canone. 56. sextæ synodi generalis. concilio Toletano. 4. cap. 10. & cōcilio Toletano. 8. capi. 9. qua in re. S. Thomas. in

2.1.q.147.ar.8.& omnes iurisvtriusq; interpretes planè conueniunt. de aliis ieiuniis extra quadragésimam idem probatur ex cap. de esu carniū de cōsecr. dist. 3. & cōcilio Gerundenſi capi. 3. cōcilio item Maguntiacō capi. 34. apud Gratianū in cap. 2. 76. dist. quā non integro, vt obiter ſuperius adnotauimus idq; ab eccleſia catholica receptum extat. De lacte vero, butyro, caſeo, & ouis controuertitur: hæc em̄ prohibita eſſe in quadragésima, ſacrentur oēs, & planè deducitur ex Gratiano in cap. deniq; 4. dist. Par autem eſt inquit vtrōs, qui hiis diebus à carnibus animalū abſtinemus, ab omnibus quoq; quæ ſementinam trahunt originē carnis, ieiunemus, à lacte videlicet, caſeo, & ouis: Hæc Gratianus ex D. Gregorio, apud quem id nōdū potui reperire. Nihilomin⁹ S. Thom. in dict. art. 8. Archid. in cap. rogationes de conſ. dist. 3. Innoc. & Panor. in rub. de obser. iei. nu. 5. Et eo teſte oēs alij aſſeuerant, iurè pōtificio in ieiunio quadragésimæ prohiberi oua, lac, caſeum, & his ſimilia: quod expreſſim probat canon ſextæ ſynōdi, à nemine hac in quaſtione citatus. In aliis autē ieiuniis non eſſe hæc vetita, ſed tantū eſu carnū. Vnde niſi aliud fuerit conſuetudinē obtentū, in aliis ieiunijs præter quadragésimā licebit ouis, caſeo, & lacte veſci. Qua ratio eſt obseruanda erit cuiuſq; prouinoiæ conſuetudo: tamen ſi Panor. nō ſatis ex mēte Thomæ huius quaſtōis reſolutionē deduxerit. Etenim D. Thomas, & qui eum ſequunt, aſſeuerant, in alijs ieiunijs præter quadragésimā, non eſſe caſeū, oua, & lac. plūſtilta: & ideo conſuetudinē fore obseruandā atq; ad eō ſentiūt, poſſe ieiunātes hiis cibis uti, niſi cōſuetudinē prohibitiō eōrum fuerit induc̄ta. Quæ quidē conſuſio ab ea differt, quam Panor. deduxit, ſcribens, in alijs ieiunijs poſſe ieiunātes hiis veſci cibis, ſi id fuerit obtentū conſuetudine. Quid etem̄ ſi nulla ſit hæc de re conſuetudo: & in hoc Panor. omiſit quod Thomas egregiè ſenſit, & qui eū ſequuti ſunt: Ego verò ex illimo, oua, caſeum & lac, atq; hiis ſimilia vetita eſſe iure in hiis diebus, quibus ieiunij cauſa caro fuerit prohibita: idq; niſi iſi p̄bati videat ex ea rōne, qua D. Gregorius apud Gratianū in dict. cap. deniq; vſus eſt, & quæ à ſynodo ſexta traditur in d. can. 56. Viſum eſt ergo, inquit, vt omnis Dei eccleſia, quæ eſt in vniuerſo terrarū orbe, vnum ordinē ſequens, ieiuniam perficiat, & abſtineat, ſicut ab omni maſtabili, ſic & ab ouis, & caſeo, quæ quidem ſunt fructus & foetus eorū, à quibus abſtinemus. Hactenus ille canon. qua ratione & S. Thomas in dict. art. 8. vtitur. atque ideo prohibito eſu carnū ieiunij cauſa, & oua, & lac, caſeusque, & hiis ſimilia vetita cenſentur.

Derogationibus extat Aurelianenſis ſynodi primæ cānon. 26. apud Gratianū de cōsec. diſt. 3. 16 capit. rogationes. quo inſtitutū eſt litaniaſ, id eſt, ſupplicationes diuinas, aut Rogationes, ante Aſcenſionem Dñi triduo celebrari: ieiuniumq; in dictū eſt illis tribus diebus: cuius celebritatis, que fere in toto Chriſtiano orbe recepta vbiq; videtur, origo deducit̄ ab hiſtoria, cuius ex Gregorio Turoneniſi lib. 2. ca. 34. meminit And. Alciatus lib. 9. parerg. cap. 11. Gregorius etenim ex Auiti Homilia referit, à Mamerco Vienneniſi Epō primū has litaniaſ inſtitutas fuiſſe ad expiāda prodigia: cū terra mouiſſet, cū Lupi, aliaq; feræ per vrbes oberrarent, damnoq; & terrori mortalib⁹ eſſent. Cuius rei diſperſa per prouinciāſ fama cæteros antiſtites inuitauit, vt exemplū ſequerētur: ad eō, vt in Italia quoq; celebrētur, & religioſè quidē. Præter hæc Burchardus lib. 13. cap. 7. ex concilio Aurelianenſi cap. 6. ita ſcribit. Cum exigentibus peccatis Galliarum populi luporum rabie acriter inſerirentur, nec huius flagelli aliquod remediū inueniri poſſet, congregati traduntur Galliarum Ep̄i apud Viennam vrbeſ, atq; in cōmune ſtatuerunt, vt triduanam ieiuniam facerent. Cūq; dominus peſtē miſericorditer abſtulſſet; hi dies in conſuetudinē annuæ celebritatis venerunt, vt per Galliarum prouinciāſ ante Aſcenſionis Domini diem celebrarentur. Agamus & nos hos dies cum ſumma reuerentia, & deuotione, cū abſtinentia carnis, & humilitate cordis, non vt viſibilia luporū rabie in euadamus, ſed vt inuiſibilia, id eſt, ſpirituū immundorū tentamenta vincere valeamus. Nullus autē hiis diebus veſtimētis pretioſis induatur: quia in ſacco, & cinere lugere debemus: prohibeātur ebrietates, & comellationes, que ſunt in vulgari plebe. Nemo ibi equitare præſumat, ſed diſcalciat⁹ pedibus oēs incedant. Nequaquā mulierculæ choros ducant, ſed oēs in cōmune Cyrie Eleiſon decantent, & cū contritione cordis Dei miſericordiam exorēt, p̄ peccatis, pro pace, pro peſte, pro conſeruatione frugum, & pro cæteris neceſſitatibus. Dies enim ſunt abſtinentiæ, non lætitiæ. Hæc apud Burchardū, quæ apud Gratianū, & in libro concilioſū breuiter nimis referūtur, tamen illic cōcilio Aurelianenſis diſſiniſio explicetur, quæ memoria veteris inſtituti, hanc celebritatem renouauit, cuius origo Mamerco Vienneniſi præfuli, etiam à Guaguino tribuitur lib. primo. de geſtis Francorum paulò ante Clodouæi Regis primi obitum, anno Domini fere quingentelimo decimo quarto. Sed & autor eius libelli, qui Micrologus de obseruationibus eccleſiaſticis inſcribitur, aſſeuerat, Minores litaniaſ, eaſdemque Triduanas à Mamerco

Variarum Resolutionum

Viennensi Episcopo institutas fuisse: Maiorem vero litaniam à beato Gregorio Pont. Max. pro eius temporis pestilentia: atq; vritur testimonio ipsius Gregorij in epistola ad Ioannem Rauenam Episcopū. Hoc verò ieiuniū moribus sublatum est, quanuis his diebus ab esu carniū abstineamus, saltem feria secunda, & quarta, iuxta cuiuslibet prouinciæ consuetudinem.

De his verò Rogationibus legendus erit Lopus allegat. 90. An tunc iudicia exerceri possint. & de alia quæstione Feli. in cap. dilectus. col. vlti. de offic. ordin.

Estigitur, vt tractatum istum absoluamus in summa, ieiunium ecclesiasticum, abstinencia quibusdam legibus salutis spiritualis, & religiōis causa iure Pontificio præscripta.

Ex capite sequenti.

- 1 *Filius naturalis, aut illegitimus, qui habet ex principis concessione ius succedendi ex testamento, & ab intestato, poterit agere contra patris testamentum, secundum quosdam.*
- 2 *Tria hæc, ius succedendi ex testamento, ius succedendi ab intestato, ius agendi contra testamentum, diuersa, ac distincta esse probatur.*
- 3 *Rursus probatur, ex propria verborum significatione, non dari ius agendi contra testamentum patris ex sola concessione succedendi ex testamento, & ab intestato.*

Ius succedendi ex testamēto, & ab intestato, quod plerūq; filijs illegitimis à principe concedit, an includat ius succedendi contra testamentū. Cap. 21.



Requenter in his rescriptis, quib⁹ filijs illegitimis à principe aliquot priuilegia cōcedantur, hæc clausula scribitur: tibiq; concedimus ius succedendi patri tuo ex testamento, & ab intestato: soletque controuertitur, an ex hac concessione, si pater fecerit testamentum, in quo filius legitimatus verbis præscriptis, fuerit præteritus, aut legitima bonorum parte priuatus, aliquo onere quoad eam

grauatus, possit contra testamentum agere. Et fortassis videbitur quibusdā quæstio ista vel inutilis, vel disputatione indigna ex eo, q̄ filius legitimatus rescripto principis possit iure ipsius legitimatus agere contra patris testamentum: quod equidem verum est regulariter: sicuti & in quartū decretalium vbi de legitimatōibus tractauim⁹ traditum à nobis est: idq; modò cōcedimus iure probari: & tñ de eo quæritur, an filius legitimatus, qui alioqui agere non potest contra patris testamentum, vel quia legitimatio perfecta non est, vel ex eo, q̄ ob aliam cām iure ordinario ea actio ei non cōpetat, possit ex interpretatione verborum, quæ sub prædicta clausula continentur, & ex eorū vi, ac potestate aduersus patris testamentum actionē in iudiciū deducere. Quæ in quæstione famur planè ex ea clausula hoc ius agendi minimè tolli, si id alioqui cōpetat filio. Sed & ex vi significationis per ea verba hoc ius filio concedi à principe, & concessum ceteri, existimat fortassis Gregorius Lopez vir eruditione, ac moribus insignis in l. 9. tit. 18. part. 3. sed Bald. in capit. de causis. nu. 34. de officio deleg. glo. Accursij, Bartol. & alij ab eo citati minimè quæstionē istam explicarūt, sed de iure respōderunt generaliter, filio legitimato cōpetere ius agendi cōtra patris testamentū, ex iuris quidem definitione, non ex prædictæ clausulæ significatione: sed ex ea clausula idē esse respondendū aliquot rōnibus probari videtur. Ex primò, iure etē ciuili nullū aliud successiōis genus constitutū est, quàm ex testamēto, vel ab intestato. l. imperialis. §. præsentis. C. de nuptiis. no tatur in l. 1. ff. de inoff. testa. in l. cum antiquioribus. C. d. iure delib. & successiō aduersus testamētum includitur sub successiōe ab intestato: sicuti deducitur ex Iuriscōsulto in l. 1. ff. de bon. pos. contra tabul. rursus eadem cōprehenditur, ac dicitur esse ex testamēto. §. sunt autē. Insti. de bonorum possessionibus. Igitur quum filius legitimatus ad succedendū patri ex testamento, & ab intestato, ex propria horum verborū significatione, etiā si aliud nihil petamus, poterit patri succedere ex testamento, ab intestato, & cōtra eius testamētum. ad omnem enim successiōē legitimus ceteri debet, quæ iure ciuili filiis datur. Secundò, eadem sententia plurimū coadiuuatur ex text. in auth. quibus modis nat. effici. sui. §. & quoniā variè. & in dict. l. imperialis. §. præsentis. l. cum quis. C. de naturalib. lib. in auth. de nuptiis incef. §. du bitarū. & §. quibus. Insti. de hæredit. quæ ab intestat. defer. Quibus in locis, filiis quibusdā datur ius succedendi ex testamēto, & ab intestato, quibus itidem cōpetit ius agendi cōtra paterna testamenta. Tertiò huic opinioni suffragatur lasonis respon-

respōsum, is inquam in conf. 202. lib. 2. colum. 4. vers. pro prædictorum. scribit de huius clausulæ interpretatione diligenter agens, duplicē esse successione[m] ex testamento, quarum prior ea dicitur, quæ secundū testatoris voluntatē contingit, quoties script⁹ hæres hæreditatē capit. posterior est, vbi aduersus testamētū vel querela, vel ius dē cēdi nullū admittitur, aliterque succeditur testatori, quā[m] ipse voluerit: imō contra eius voluntatem. Atq; hæc dicitur nihilomin⁹ successio ex testamēto, quia nusquā admittitur, nisi fact⁹ testamento: quod sensu. gl. i. l. vlt. C. vnde legi. subdit idem. Iaso: itidem esse duplicē successione[m] ab intestato: vna quidem est, eo auctore, quæ cōtingit ex tacita volūtate illius, cui succeditur, & qui nullo fact⁹ testamēto visus est ad eius hæreditatē vocare illos successores, & heredes, qui iure, & legibus ad intestatorū hæreditates vocantur. l. coniciuntur. ff. de iure codicill. Alter verò, cū[m] filius agit aduersus voluntatē patris intestari querela inofficiōse donationis ad rescindendas inofficiosas patris donationes. iuxta ea, quæ de inofficiōsis donationibus statuta sunt. hæc laion. cuius testimonio illud constat, successione[m] ex testamento includere etiam successione[m] illam, quæ contra testamentum lege datur.

Cæterum hæc in re miror profectò quorundā ingenia, iudiciūque, ex eo potissimū, q̄ facili[m]e propriā dictionum significationem euertere pro nihilo pendent, modò ex quacūq; verborū significatione possint, quæ seuel in animo conceperunt, ex aliquot Iurisconsultorū locis deducere. Nam si propriā interpretationē sequamur, successio ex testamēto illa tantū erit, ac dici poterit, quæ contigerit iuxta volūtate[m] testatoris, ab his quæ in testamēto scripta sunt, legitime deductam. Quòd si cōtingat, testamēto illo rupto, vel iniusto, vel inofficiōso, alium admitti ad testatoris hæreditatē, vel aliter quā[m] ab ipso scriptū fuerit, non est ea successio dicenda ex testamento, quom detur cōtra ipsum: siquidē ex testamento non aliter succedendū sit, quā[m] ex voluntate testatoris. argumento deducto à Iurisconsulto in l. 1. ff. de testam. Successio verò ab intestato tūc obtinet, cū[m] quis nullo fact⁹ testamento decessit, aut fact⁹ testamēto, quod ius non admittit. Constat equidem hoc discrimen ex Iustiniani institutionibus. in prin. de hæredit. quæ ab intestato defer. & illic Theophilo. deinde tria hæc esse admodū diuersa cōstat, succedere ex testamēto, succedere ab intestato, & agere contra testamētū. Nam licet filius adoptiuus succedēdi ius habeat ex testamento, & ab intestato, non tūc habet ius agendi contra patris adoptiui testamētū. l. cū[m]

in adoptiuis. §. sed nec articulū. C. de adoptio. Fratres etiā succedūt fratribus ex testamento, & ab intestato, non tūc agunt contra testamētū. l. fratres. C. de inoff. testa. eadē argumentatio constat ex auth. quibus mod. nat. eff. sui. §. si quis vero filius. Ex quo curiali intestato succedit curia, & si scus: non tūc contra eius testamētū. Tertio hæc tria distingui debere, & diuersa esse, asseuerāt Romanus in l. vt liberis. 2. & 3. col. C. de coll. & Soc. in rub. ff. de libe. & posth. nu. 8. Quarto hanc posteriorem opinionē, qua constāter asseueramus, sub his verbis: ex testamēto, & ab intestato minime contineri successione[m] contra testamētū, etiā in legitimatiō[n]u[m] rescriptis, expressim probarunt Alex. conf. 30. lib. 4. in ratione quam assignat scribens, aliud esse agere contra testamētum, aliud succedere ex testamento, aliud succedere ab intestato. Soc. cōf. 22. lib. 2. col. 3. ver. sexto hoc idē. & Ludou. Gozadinus conf. 48. nu. 2. 21. & 22. qui primò, hanc interpretationē horū verborū, quā ego probaui, tradit, & postea subdit, legitimatū illū, de cuius iure in eo respōso tractat, agere posse cōtra testamētū patris: Non ex hac clausula, nec ex eius vi, ac potestate, sed ex alijs ipsius legitimatiōnis amplissimis verbis: ex quibus, & quæ legitimatiō illa plene facta fuit, atq; ideo multa habet ex iure priuilegia, propriū respōsum Gozadinus cōfirmat adiciens, q̄ si huic clausulæ ex testamēto, & ab intestato, forer adiecta dictio: tantū: vel ei similis, nō posset legitimato dari successio contra testamētū patris nec ius aduersus illū agendi. Quo fit, vt hæc verba minimē contineant ius agendi contra testamētū: quia si id continerēt, etiā in legitimatiōibus, nō amitterent eam significationem per dictionē: tantū: & ei similes: quæ dubio p̄cul nō tollunt significationem illorum verborū, quibus adiiciuntur, imò illā extendere solent ad similia ob res alienum tantū. C. de prædiis minor: & in Clem. exiui. §. cunq; autē natura. de verborum significat.

Non oberūt huic sui. r. quæ in prioris opiniōis probationem adduximus. primū enim etenim opinor, Gregorium Lopez potius respōdille iuxta cōmune[m] illam, ab omnibusq; receptā asseritiōnē, quæ dicitur, filio legitimato plena legitimatiōne competere ius succedendi, & agendi cōtra patris testamētum, quā[m] secundum rigorem horum verborum, ex quibus clausula ista de qua disputamus, concipitur. Vnde doctissimi viri auctoritas parum nostram conuellit opinionem.

Id verò, quod p̄bare conabamur, scilicet, non esse in iure aliā successione[m], quā ex testamēto, & ab intestato, id verū est, nec negari poterit: nihilominus ius agēdi cōtra testamētū, nec est succes-

Variarum Resolutionum

sio ex testamento, nec ab intestato: & si aliquod istorum esset, non equidem erit eo modo, ut necessario ita illic contineatur, quod concessio iure succedendi vel ab intestato, vel ex testamento ei, cui alioqui id negatum legibus erat, concessum itidem censetur ius agendi contra testamentum. Etenim postquam quis iure egerit aduersus testamentum, & in ea actione obtinuerit, tunc constabit successio nem defuncti, delatam esse successoribus ab intestato: iuxta disputationem illam, qua traditur in l. filiae dotem. & in l. vt liberis. C. de collat. & per Albert. Brunum in tract. de statutis exclud. formi. arti. 10. q. 3. & 4. quidquid enim sit de illa controversia an bonorum possessio contra tabulas ante aditam hereditatem, vel post in iudicium deducta, deducat successione in ad causam intestati: illud mihi videor iure asseuerare posse, possessionem bonorum contra tabulas ideo dici à Iustiniano in. §. sunt autem. Inst. de bono. poss. esse ex testamento, non quod tunc ex testamento succedatur, id etenim satis absurdum est, sed quia ad eius usum praemittitur testamentum, quod ex ea rumpi debet iure praetorio: quasi dixerit imperator, hanc bonorum possessionem non aliter dari, quam facto testamento: nec tamen ex ea succeditur, sed testamentum rescinditur, ab eaque ex occasione praestatur, & aperitur successio nis via, eademque ab intestato. d. l. vt liberis. cum his, quae Bart. notat in l. illud. ff. de bono. poss. contra tab. tamen si quia facto testamento decepsit defunctus, etiam si illud rescindatur iure tamen praetorio, pura, propriaque intestati successio non dicitur: siquidem defensor testamentum fecit iure civili validum, quibus quo ad effectum intestato illi succedatur, quum testamentum fuerit praetorio iure rescissum: sic tandem Iuriscōsultus in l. filii. §. de gata. ff. de bono. poss. contra tab. hanc successione, quae datur per contra tab. bono. posses. ab intestato notat. Cui accedit, quod qui ita succedit, auocat hereditatem ab haerede scripto. l. emancipati. in princ. ff. de contra tab. Fit igitur, aliud esse ius succedendi ex testamento, vel ab intestato, aliud ius agendi contra testamentum: ex hoc siquidem ultimo iure testamentum rescindit, ex altero succedit. Quod satis erit ad primam contrariae opinionis rationem conuellendam. Nam etiam si praemittat actio contra testamentum plerumque, ad aperiendam viam successio nis ab intestato, non ex hoc actio ipsa est successio ab intestato, nec includit necessario in ipso iure succedendi ab intestato: cum id possit competere absque iure agendi aduersus testamentum.

Secunda ratio, qua utebamur ad priorē opinionem probandam, parum profectō vrget. Nam licet filiis per subsequens matrimonium legitimatis, & per rescriptum principis, atque his similibus detur ius agendi contra patris testamentum, non competit ea actio

ex eo, quod illi iure sint successores ex testamento, & ab intestato: sed quia ius civile illis filiis plena iura filiorum legitimorum concessit: tunc etenim ex iuris civilis amplissima concessione, & indulgentia, filij alioqui à natiuitate illegitimi admittuntur contra patris testamentum: non tamen ex vi, ac potestate illorum verborum, quibus eis datur successio ex testamento, & ab intestato.

Tertia ratio ex Iasonis responsio. deducta, tollit quo ad eius priorē partem ex his, quae paulo ante probauimus, & idē Iason sensisse liquet ubi agit contra testamentum dicitur improprie successio ex testamento in hunc sensum, quia non aliter potest ea actio deduci, quam facto testamento, & eo quod praemittitur factum, appellatur ea successio ex testamento, non tamen verē succeditur ex testamento: id est ex voluntate testatoris: inō tractatur de eius voluntate rescindenda, & testamento rumpendo; eritque quo ad effectum successio tunc ab intestato. Posterior autem pars non satis constat, quia etiam facto testamento potest contingere, & dari querela contra donationes inofficiosas ad earum rescissionem: tamen tunc filius illa bona iure portionis legitimae, quae sibi debetur, rescisis donationibus obtineat quasi ex causa intestati. Sic sane. vt & hoc iterum repetam, ego existimo distinguendum esse ius agendi siue contra testamentum, siue contra donationes inofficiosas à iure succedendi, priori etenim praeparatur via succedendi, posteriori verō succeditur.

Quibus diligenter ex propria dictionum significatione obseruatis, apparet, verba haec ex testamento, & ab intestato hanc interpretationem admittere, vt ex testamento succedatur secundum voluntatem testatoris: ab ipso scripto testamento, vel ab ius vltima voluntate deductam: ab intestato verō, quoties defunctus, vel is de cuius hereditate agitur, nullum fecit testamentum, vel quod fecit non fuit iure validum. Hinc denique deducitur, quod si filius naturalis, vel alioqui illegitimus, rescripto principis dispensationem obtineat, vel ius consequatur succedendi patri ab intestato, non poterit is contra patris testamentum agere: quemadmodum Iason aduersus Paulum de Castro eleganter probat in rubri. ff. de liberis & posthumis. nu. 5. & 13.

Vnde originem habuerit dictio, Missa, qua pro summo sacrificio authores Ecclesiastici vtuntur. Cap. XXII.

Vocem



Ocem istam, qua significamus passim suum sacrificium, in quo adhibita oblatione verum Christi corpus consecratur, & vsus sacramenti perficitur, latinam esse quidam ex eo existimauerunt, quod ea dictione vsi fuerint Theologi, qui latine, & eleganter eius professionis studia artigerunt. Sed & eadem dictione vsitur Alexander pontifex maximus eius nominis primus, & à Petro sextus in epistola. 1. In sacramentorum, inquit, oblationibus, quæ inter missarum solennia domino offeruntur, passio domini miscenda est, vt eius, cuius corpus, & sanguis conficitur, passio celebretur, vt repulsis opinionibus superstitionum, panis tantum: & vinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Hæc Alexander, quæ Gratianus refert de consecrat. distinct. secunda. capit. in sacramentorum: quod est illius distinctionis primum: multa tamen omittit, quæ nos retulimus ex ipsius Alexandri epistola: & tradit diligentius Burchardus libr. quinto. cap. quinto. Post Alexandrum Sixtus primus, qui eidem successit, auctore Damaso, instituit, vt sacerdote incipiente actionem Missarum, à populo cõtaretur, sanctus, sanctus, sanctus, dominus Deus sabaoth. Huius verbi eam quidam arbitrantur esse rationem, quod missa accipiatur pro missione: quasi peracto sacrificio dimittatur populus cum diaconus ait, Ite missa est: id est ite, missio est. Cui equidem interpretationi suffragatur, quod apud Cyprianum libr. tertio. epistola. in epistola. 14. remissa pro remissione accipitur. Qui autem, inquit, blasphemauerit in spiritum sanctum, non habet remissionem, sed reus est æterni peccati. Idem Cyprianus in libr. de bono patientiæ. Dominus baptizatur à seruo, & remissionem peccatorum daturus ipse non dedignatur lauacro regenerationis corpus abluere. Hanc huius verbi rationem adnotauit beatus Rhenanus in Tertullianum libr. quarto. aduersus Marcionem. & rursus in libr. de corona milit. & adsumitur origo eius rei à Græcis, & Aegyptijs, qui quum sacris operati essent, missum populum faciebant, nec abeundi potestas prius cuiquam erat, quam sacrificulus pronunciaſset: *λαοίς ἄφρισις*. id est populis missio. Quemadmodum constat ex Apuleio libr. vndecimo. de asino aureo. quo in loco Beroaldus id ipsum obseruauit. Scribit & ad hæc Plutarchus, suo tempore Romanos peractis votis Deos venerari, & in templis sedere, ac permanere consueuisse. Re demum diuina, & cæremoniis peractis sacerdos, I licet, proclamat, quasi eos diceret

iam abire licere, qui sacris interfuisſent. Quod Gregorius Gyraldus de deis gentium tradit synagmate. 17. & idem ex veteribus obseruauerat Seruius in libro sexto. æneid. Super illud: nouissima verba. Proprius tamen huic obseruationi accedit ritus ille, ac mos, quo veteres Christiani in initio legis euangelicæ, & renascentis ecclesiæ vtebantur. Olim etenim post confessionem, cantionem, lectionem euangelij, & exhortationem, ante ipsius hostiæ consecrationem, imò & ante præfationem Catechumeni dimittentur, quasi indigni forent, vt essent præsentés tanto sacrificio, quum nondum sacrum baptismum suscepissent, & vocabatur hæc prior sacrificij pars missa catechumenorum, quia ea parte peracta mittebantur alta diaconi voce foras. Postea verò reliqua sacrificij parte expedita post communionem catholici Christiani dimittentur eisdem fermè verbis diacono dicente. Ite missa est, id est missio, aut dimissio est, vobis ire licet. Sicuti ex veteribus auctoribus idem Rhenanus explicat in libr. de corona milit. Extatque Diui Gregorij testimonium de ea dimissione catechumenorum libr. secundo. dialogorum capi. viceſimo tertio. & multò vetustius Dionysij de ecclesiæ hierarchia capit. tertio. à quo cæteri acceperunt, quorum meminit Thomas V Valdensis de sacramentalibus capi. tricessimotertio. colū. vltima. idem Sanctus Thomas scribit in tertia part. quæſtione. 83. articulo. quarto. ad quartum. ex concilio Carthaginensi. Quarto. capit. 84. apud Gratianum capit. Episcopus nullum. de consecratione. distinctione prima. Episcopus, inquit, nullum prohibeat ingredi ecclesiã, & audire verbum Dei siue gentilem, siue Iudæum, siue hæreticum, vsque ad missam catechumenorum.

Quibusdam verò placuit, missam dici quasi transmissam, eo quod per sacerdotem, eiusque ministerium sit hostia oblata, & missa in eo sacrificio sanctissimo, in quo preces, vota, oblationesque Deo transmittuntur à populo per ipsum sacerdotem, qui mediatoris vice inter Deum, & hominem fungitur: quod Hugo. libr. vndecimo. de sacramentis scribit.

Andreas Alciatus libr. parerg. 7. ca. 10. fortassis rectius, hanc dictionem, ab Hebræis acceptam fuisse censet, apud quos missa oblationem spontaneam, quæ domino offertur, significat. ex Deuteronomio cap. 16. & celebrabis diem festum Hebdomadarum domino Deo tuo missa. Id est oblationem spontaneam manus tuæ. Mas etem ab Hebræis dicitur oblatio voluntaria. Sic sanè concilium Coloniense in Enchiridio christianæ institutionis de sacramento Eucharistiæ asseuerat, vocabulum istud ex lingua

Variarum Resolutionum

qua Hebræa mutuatum fuisse, ad significandum quod græci *λειτουργία* dixerunt, id est ministerium, sacrificiumque altaris. Quod & Dionysius, alijque veteres Theologi Synax in appellarunt: id est collectam, quæ sit oblatio spiritualis, quæ mediante sacerdote quasi collecta, & adunata pro omnibus Deo offertur. Qua ratione diuus Ignatius in epistola sexta ad Smyrneses, huius dictionis meminit scribens, non licet sine episcopo neque offerre, neque sacrificium immolare, neque missas celebrare. Et quanuis Diuus Ignatius Græcè scripserit: *δοχὴν ἐπιπέσειν*. Latinus tamen interpres optima ratione ductus sanctissimi viri sensum, & mentem hac dictione significauit: cum Græca verba apertissime de conuiuio sacri celebratione solenni, sint accipienda: nam & Lucæ cap. 5. *δοχὴν* conuiuium significat, qua dictione simul, & verbo ad sacrificium aptissimo Diuus Ignatius usus est, ut nobis & sacrificij, & oblationi, atque sacræ communionis celebrationem explicaret. Eandem fortassis rationem habuerunt & veteres Romanæ ecclesiæ, & totius orbis pontifices, præsertim Alexander primus, cuius superius meminimus, & idem apud Grarianum de consecra. distin. 1. ca. sufficit. Quibus in locis, primus, quod ipse sciam, eadem dictione usus est: & paulo post Thelephorus Papa in cap. nocte sancta, de consecra. distin. 1. passimque auctores ecclesiastici eiusdem verbi meminerunt: sed & inter historicos Paulus Diaconus in Theodosij, & diui Ambrosij historia, missarum solennia hæc verbis commemorat. Eandem huius vocabuli interpretationem ex testimonio viri doctissimi Reuchlini probat Spiegel in dictionario iuris civilis. verb. missa. qui & illud addit, Ioannem Casianum libr. 3. capit. 7. & sanctum Benedictum in sua regula cap. 17. non satis eleganter missam pro fine, aut completionem alius rei accepisse.

Cæterum Albericus, homo alioqui doctus, & diligens falsò asseuerat, Missam dictionem esse græcam, & significare interpellationem. Fallitur etenim græcæ linguæ ignorantia.

De his verò, quæ ad hoc sacrificiū ritè peragendum summi pontifices, & sancti patres instituerunt, quæque catholica ecclesia religiosè obseruat, lector poterit Thomam V Valdensem adire, qui de sacramentalibus. 4. titulo. hoc munere diligentissimè fungitur. Cui duo ipse libèter addiderim: primum, apud Gratianū vulgò circumferri Bonifacij martyris Apophthegma aliter, quàm ab ipso auctore fuerit scriptum, & absque villo sensu. in cap. vasa. de consecrat. distin. 1. de quibus, inquit, Bonifacius martyr, & episcopus interrogatus, si liceret in vasculis ligneis sacramenta conficere,

respondit. Quondam sacerdotes, non aureis, sed ligneis calicibus utebantur. Est enim hic locus ex ipsius Bonifacij epistola legendus his verbis. Quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc lignei sacerdotes aureis calicibus utuntur. Quem locum Antonius Demochares, Andreas Alcijatus libr. 7. parerg. ca. 24. & beatus Rhenanus ad Tertullianum de corona militis, restituerunt, & restitui potest, ut modò dicebam, ex ipsius Bonifacij epistola, & ex concilio Triburienſi cap. 18. atque item Burchardo lib. decretorum. 3. cap. 223. Huius etiam memorabilis sententiæ meminit Stephanus Vintoniensis episcopus in eo libro, quem aduersus hæreticos, de sacramento Eucharistiæ scripsit objectione. 54. qui ex Optato, Ambrosio, Chrysostomo, & Theophylacto probat, veteres etiam aureis calicibus vsos fuisse.

Alterum ad ea verba pertinet, quæ ex institutione ecclesiæ, & sanctorum pontificum græcè pronunciantur in missarum celebrationibus: dicitur Kyrie eleison. Nam & gentiles his verbis vsos fuisse in captandis Auguriis constat ex Ariano libr. secundo. de epicteto capit. septimo. etenim aduersus illos, qui acturi iter auguria captant, inquit. Nunc trementes auiculam tenemus, Deumque inuocantes precamur, *κύρι ελεησον*. dñe miserere, permittite mihi exire. O mancipium: cur aliud vis, quàm quod sit melius? quid autem melius, quàm quod Deo visum fuerit? cur pro tuis viribus corrumpis iudicem, peruertis consiliatorem? Hæc epictetus: quæ commemorare volui ex eo, quòd locus ille insignis memorem gentilium in obseruandis hominibus explicuerit. De his verò dictionibus V Valdensis ex diuo Gregorio admonet, à clericis latinis græcè pronuncianda fore: idque satis apparet: quia secundum græcam coniugationem verbum pronunciatum: & ideo accentu, & pronunciatione græca sunt proferenda: accentu quidem posterioris dictionis in antepenultima, non in penultima, cum id manifestè repugnet græcæ pronunciationi: eademque posterior vox ita est proferenda, ut in penultima, sonus seruetur vocalis. i. nam eo modo cõi vsu pronunciatum à græcis. n. tamen si apud Latinos, qui latine loquuntur, & pronunciant, ea vocalis muta est in. E. longum. qua quidè pronunciatione vsi fuere olim & græci: sed obtinuit vsus, etiã Græcæ linguæ doctissimorum virorum ut ea litera, ac si esset. i. longum pronuncietur. Igitur nullo pacto pronunciatum erit Eleison. sed Eleison, per sonum. i. & accentum in antepenultima. Hæc, fateor, leuia sunt, sed nihilo minus obseruanda quandoque: quia & in his minutissimis video etiam doctos plerumque errare. Nec nimis sunt acriter incusandi qui ex priori dictione vltimam

Ultimam vocalem Euphoniae causa reijciunt, vtramque vocem in morem vnicæ dictionis pronunciantes. Id etenim fit ab his qui græcè pronunciant, vel scribunt: reijciunt liquidem alteram vocalem plerunque propter sequentem: signaturq; hæc dictionis passio Apostropho, quæ est nota reiectæ vocalis propter sequentem vocalem. Quod græci passim adnotarunt, super consonantem ultimam præcedentis dictionis, quandoque super vocalem, ideoque dictio prior Cyrie potest passionem istam non admittere: atque pronuncianda est absque vlla vocalis elisione: potest tandem & cum abiectione ultimæ vocalis proferri: *κύριος ἰλίουσφ. ἢ ἄλιθουκίρ. μύριος χαυῖς.*

De criminis purgatione vulgari, quæ fit candenti ferro.

Caput. XXIII.



FXtat Honorij tertij responsum lib. 5. decretalium rubri. de purgat. vulgari. quo damnatur omnino illa criminis purgatio, qua templarii milites, & alij, qui secularem, ac civilem iurisdictionem in Liuonia obtinentes, erga eos, qui nuper sacrum baptismum suscepissent, utebantur, compellentes homines sibi subditos, si quando criminis alicuius suspicio incidisset, ferri candentis iudicium subire, quibus si qua exinde adustio contingeret, civilem poenam infligebat. Verum quia rara est apud veteres huius purgationis mentio, libuit ad eius cognitionem, quæ quandoque apud Sophoclem legissem, adnotare. Etenim cum Creon publico decreto, mortisq; poena indicta, corpus Polyneicis sepeliri prohibuisset, & Antigone clam fratrem sepulchro tradidisset, custodes regij grauiter, acriterque incusati à se ipsis, quod culpa vnus foret, non omnium, custodia per nostris partes cuilibet distributa: cumque diligenter de eare inquisitionem fecissent, nuntium Creonti regi miserunt, qui præter alia, & hæc in eorum excusationem dixit.

*κόνδεις ἰναργῆς ἀλλ' ἔφηνε δ' ἠὲ ἰοῖναι.
ἤμην δ' ἔτοιμοι καὶ μύδρου ἀδελφὸν χερσῖν.
καὶ πῦρ δὲ πρῶτον, καὶ θεοῦ ὄρκω κομῶμεν.
ἢ, τὸ μήτε δρᾶσαι, μήτε δ' εὐνοιδίνας
τὸ πρᾶγμα βουλεύσαντι, μήτ' ἰργασμένω*

Nemoque deprehensus est, nosque latuit.

Sumus verò parati & candens ferrum manibus tollere.

Et per ignem serpere, Deosque iurare,
Nec fecisse, nec fuisse conscios.

Eius, qui de hac re consilium habuerit, nec eius, qui eam fecerit.

Cuius equidem loci interpretatio duplex est apud Sophoclis scholiastas. Prior sanè locū istum ad morem illum, & iurandi ritum refert, quo pacificentes, & iuraturi tollunt ferrum candens, deoque precantur, fœdera, ac iuramenta inuiolata manere, donec ferrum illud appareat, idque, aut orbis quosdam, vel globos ferri igniti, & candentis, in mare profundum proijciunt. Cuius rei mentio fit à Callimacho, & à Plutarcho in Aristide. inquit enim. Aristides Atheniensium nomine iuratus, cæteros Græcos sacramento adegit; vtque rectum fœdus firmaret, post execrationes, quas in perfidos fieri mos erat, ignitos ferreos orbis in mare coniecit. vbi interpres ignitos ferreos orbis latinè dixit quos *μύδρους*. dixere Callimachus, Sophocles, & Plutarchus. Posterior verò interpretatio, quæ magis conuenit Sophocli, & huic pontificio respõso, ex eo deducitur, quod qui fidem sibi iurantibus haberi aliqua de re graui postularent, consueuissent ignitum ferrum manibus tollere, & super ignem ambulare: putabant enim minime dolorem aliquem senturum eo experimento, qui veritatem dixisset: eratq; certæ fidei, & innocentia signum maximum, ab eo periculo illatum quenquam euadere. Hæc ex Sophocle, Callimacho, Plutarcho, & ipsius Tragœdiæ commentarijs. Suidas *μύδρον* interpretatur ferrum ignitum, eiusque massam candefactam: refertque Anaxagoram philosophum dixisse, solè esse ignitum lapidem, & maiorem Peloponeso: igitur Anaxagoras asseuerans solem *μύδρον* esse, orbè ignitum intellexit, autore Suida. idem scribit Plutarchus lib. 2. de placitis philosophorum ca. 29. quo in loco Bydæus *μύδρον* interpretatur globum ferri candentem, aut saxum ignitum. Hoc ipsum in Anaxagora & Laertius scripserat. Iosephus vero lib. 2. cõtra Apionem de eodem agens Anaxagora. *μύδρον δὲ πῦρον* dixit: nempe; molam ignitã. Herodotus in Clio, *πρὸς δὲ ταῦτα, καὶ μύδρου σιδῆρου κατεπόνωσαν, καὶ ὄμοσαν μὴ πρὶν εἰς φωκίαν ἕξαι πρὶν ἢ δὴ μύδρον ἀναφῆναι.* præter hæc, inquit, globum ferri candentem in mare miserunt funditus, & iurarunt non prius in Phocæam ituros, quam globus is ferreus appareret. Sed & purgationis, quæ ferro candenti fit, ex Annalibus quibusdam meminit Iacobus Cuiacius in Teuda. lib. primo. titul. primo. Et Georgius Pachymares, vt constat ex eiusdem fragmentis lib. primo.

Quæ

Variarum Resolutionum

Quæ sint apud Martianum Iuriconsultum principia.

Caput. XXIII.



Martianus Iuriconsultus in l. officium. §. officium. ff. de re militari. inquit. officium tribunorum est principiis frequenter interesse. Quo in loco Accursius dictionis significationem nec intellexit, at que ideo minimè potuit Martiani sensum, ac mētem percipere, à quo plurimum aberrat. Sed Antonius Nebrissenis, qui nostra ferè ætate primus apud Hispanos linguæ latinæ nitorem, candoremque exercuit, in Lexico iuris civilis, principia interpretatur, tentoria militum, qui à Romanis principes dicebantur, & locum illum castrorum, in quo principes metabantur, & tentoria figebant. Huic interpretationi Andreas Alciatus in principio. de verborum significat. & in l. vrbana prædia. eodem titulo. non omnino suffragatur, scribens ex Vegetio principia dici principis tabernaculum, quemadmodum & prætorium dicitur domus imperatoria. locus est apud Vegetium libr. secundo. capit. septimo. qui hac dictione alio in sensu vitur. Nos verò, & si fateamur in alio sensu accipienda fore comici verba. Hic ego ero post principia: quem alij vulgò tradidere, apud Martianum principia interpretamur, non tentoria militum, qui principes dicebantur, nec principum tentoria, sed publica tabernacula, aut tentoria, in quibus militares Magistratus iura militibus reddebant, & vbi de rebus publicis castrorum duces consilio iniro tractabant, atque ibi aquilæ, signaque militaria custodiebantur. Quod Vuolphangus Lazius de republica Romana adnotauit. Id ipsum & Guilielmus Budæus obseruasse videtur in posterioribus adnotationibus, qui ex aliquot aliquot auctoribus testimonia quædam adducit, quibus, & alijs nos veram huius dictionis significationem probabimus, vt plane Iuriscōsulti responsum propriam, genuinamque interpretationem obtineat. Tit. Liuius libr. octauo. secundi belli Punici. Forma, inquit, castrorum Romanorum constabat vna ea spe, quòd milites tribunos ex contagione furoris haud expectes seditionis, defectionisque rati forent, & iura reddere in principiis sinebant, & signum ab eis petebant, & in stationes, ac vigilias ordine ibant. Idem Liuius eodem libr. octauo. circumcunctes enim tentoria, deinde in principiis,

prætorioque. Rursus idem Liuius libr. septimo. decad. 4. ibi in principiis sermo primo inter tribunos militum secretus oritur. Cicero ad Brutum epistol. 10. spes libertatis nusquam, nisi in vestrorum castrorum principiis est. firmos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. Hoc etenim in loco ipse opinor intelligēdos sub principiis duces ipsos, non milites illos, qui principes dicebantur. Tranquillus in Othone ca. sexto. ibi, omnia mora succollatus, & à præsentē comitatu imperator consalutatus, inter faustas acclamationes, strictosque gladios ad principia deuenit. Idem Suetonius in eodem Othone ca. primo. ausus est etiam in Illyrico milites quosdam punire capite, & quidem ante principia. Iustinus libr. vndecimo. ordines quoque; nemo in exercitu Alexandri, nisi sexagenarius duxit, vt si principia castrorum cerneret, senatum te alicuius reipublicæ cernere diceret. Quintilianus in declamatione, miles Marianus. Sed neque hoc Roma parens, nec signa militaria, aquilæque victrices, nec tua summe imperator, diuina virtus sinat, vt tua quoque sententia quisque vir, & Romanus, & miles nimium pudicus sit, apud quem ante principia agendum est. Verba sunt hæc Trebonij militis, qui. C. Lusium tribunum militum, imperatorisque. C. Marij ex sorore nepotem occiderat, quòd ipse tribunus pudicitiam militi eripere tentasset: auctore Plutarcho in Mario. Meminit eiusdem rei & Cicero in oratione pro Milone. sensit idem in epistola vltima ad. Q. Fratrem. Sed de principiis Cornelius Tacitus libr. primo. prima Vari castra lato ambitu, & dimensis principiis trium legionum manus ostentabant. Rursus idem. Tunc contractos in principia, iussosque dicta cum silentio accipere. Idem Tacitus libro quarto. Colique per theatra, & fora effigies eius, interque principia legionum sineret. Idem libr. decimo septimo. legati eorum in squalorem, moestitiamque compoliti per principia, per conuberna. Idem Cornelius Tacitus libr. decimo nono. nox proditionis electa, vt cæteris ignaris soli in principia defectores coirent. Idem statim. At Cæcinnæ paucos militum in principia vocat, secreta castrorum affectans. Rursus paulò post. Sed vbi totis castris in fama proditio, recurrens in principia miles præscriptum Vespasiani nomē aspexit. Idem auctor libr. decimo septimo. de T. Iunio. Prima, inquit, militia infamis. Legatū Caluissium Sabinum habuerat, cuius vxor mala cupidine visendi Situm castrorum per noctem militari habitu ingressa, cum vigilias, & cætera militiæ munia eadem lasciuia tentasset, in ipsiis principiis stuprum ausa, & criminis huius reus.

T. Iun.

T. Iunius arguebatur. Quod & Plutarchus in Galba scribit. Quinium appellans, quem. T. Iunium dixit Tacitus. Ducis uxorem in castra noctu militari habitu vestitā duxit, & in ipsis *apertis* quæ Romani principia dicunt, corruptit. Aulus Gellius lib. 15. cap. 12. Sed in conuiuio liberi vestri modestius erant, quam apud principia. Ita enim locum istum legit. P. Victorius lib. 3. Variar. lect.

cap. 6. extat & locus elegans in. l. iubemus. de erogatione milit. annonę lib. 12. Codicis. & si qua tamen. Inquit enim Augustus. Quatenus causa apud deuotissima principia, propositis sacrosanctis scripturis, inter actuarium, & militem tractetur. Ex quibus satis constat, quæ sint apud Iuriconsultum principia, & quis sit verus Martiani sensus.

Finis libri Quarti.

ADDITIONES nunc huic operi Variarum Resolutionum ab authore illius appositæ, de mandato Dominorum à Consilijs Regijs, perspexi, quas & omnigena eruditione auctoris refertas inueni, & omnia quæ in toto opere continentur omnem admirationem in lectore cum ingenti vtilitate posse excitare, adnotavi, ea propter dignum imò dignissimū est totum hoc opus cum suis additionibus, vt sæpè & sapius typis manderetur.

Frater Ioannes
de Vega.

Final Report

... ..

... ..

... ..

INDEX RERVM MAXI- ME NOTABILIVM, QVAE PER hoc totum opus tractantur.

A



- A**ortionis coactæ crimen grauiſſimum, & quomodo puniendū? lib. 2. fo. 77. column. 2. nume. 10.
- A**bsenti, an ſicut quaeritur actio perſonalis ex pacto donatoris, ſic etiam adquiratur dominium ſine traditione? libr. 1. fol. 59. column. 4. num. 3.
- A**bsentis ratiſ habitio neceſſaria eſt eo caſu, quo ei actio quaeritur per alterum ſine ceſſione. libr. 1. fol. 62. column. 3. nume. 12. & ſeq.
- A**bsenti regulariter non quaeritur per alterū actio. libr. 1. fol. 63. col. 2. verſ. Quantum.
- A**bsenti quando dicatur ius quaſitum? libr. 1. fol. 63. col. 3. verſ. Quamobrem. & col. 4. nume. 14.
- A**bsentium diſtributiones, an præſentibus accreſcant? libr. 3. fol. 53. col. 3. num. 7.
- A**bsolutoria ab obſeruatione iudicij, quam vim habeat? libr. 1. fol. 8. col. 2. num. 8.
- A**bsolutus iudicio animæ poteſt eiſdem criminis in exteriori foro accuſari. libr. 2. fol. 42. col. 3. num. 3.
- A**bsolutus iudicio inquisitionis vel denunciatiōis, tranſactione, iuramentive cauſa an poſſit iterum accuſari? libr. 2. fol. 43. col. 1. nume. 5.
- A**bsolutus vel cōdemnatus in foro eccleſiaſtico, ſi crimen eſt mixti fori, poteſt iterum apud ſecularē iudicem poſtulari. libr. 2. fol. 43. col. 3. num. 6.
- A**bsolutus indulgētia principis, iterū accuſari eiſdem criminis non poteſt. libr. 2. fol. 42. col. 3. num. 2.
- A**bsolutio à iuramento præſtita ad effectū agendi, quā vim habeat? libr. 1. fol. 26. col. 2. verſ. Ex hiſ.
- A**bsolutio à iuramento, quando requirat citationem. libr. 1. fol. 25. col. 2. nume. 5.
- A**bsolutio à iuramento in contractu poſito, quomodo ſit petenda? libr. 1. fo. 25. col. 4. verſ. Verum.
- A**bstinentia à cibis quando, quodq; crimen ſit? li. 1. fol. 15. col. 4. nume. 10.
- A**ceptatio ratiſ habitioq; absentis qñ ſit neceſſaria ad acquirendam actionē? libr. 1. fol. 62. col. 2. nu. 11.
- A**ceptatio beneficij facta ab eo qui mandatum nō habuit, rata haberi poteſt intra tempus datū ad acceptandum. libr. 3. fol. 66. column. 1. nume. 5.
- A**ceptatio eius cui eſt collatum beneficium neceſſaria eſt. libr. 3. fol. 65. col. 2. nume. 3.
- A**ceptatio beneficij non poteſt fieri per procuratorem ſine ſpeciali mandato, & quid de laico & excommunicato? ibidem. col. 3. nume. 4.
- A**cta iudicialia, quam præſumptionem inducant. libr. 1. fol. 9. col. 1.
- A**ctorum iudicialium ſcriptura ad quid exigatur? ibidem.
- A**ctus mediati & immediati ad mortē. li. 1. fo. 15. co. 3.
- A**ccuſatus falſo an poſſit allegationē in ſuam deſenſionem omittere? libr. 1. fol. 14. col. 2.
- A**ctio in rem non continetur liberationē quoquo modo conceſſa. libr. 2. fol. 56. col. 4. nume. 1.
- A**ctio ex. l. 1. C. de reſcinden. vendit. an habeat locū cōtra tertium poſſeſſorem? libr. 2. fol. 14. col. 4. n. 10.
- A**ctor vocatus ad iudicium ex. l. diffamari. poterit eligere alterum ex duobus rei iudicibus. libro. 1. fol. 84. col. 4. nume. 6.
- A**ctione iniuriarum an teneatur is qui alteri verum crimen obiecerit? libr. 1. fol. 52. col. 1. nume. 6.
- A**ctio ex. l. 2. C. de reſc. vend. intra quod tempus ſit proponenda. libr. 1. fol. 23. col. 3. nume. 13.
- A**ctio reſciſſoria nō poteſt deduci in iudicium, niſi prius per officium iudicis habita reſtitutione. libr. 1. fol. 25. column. 3. & 4.
- A**ctus quorundam apoſtolorum & euangelia apoſtrophica. libr. 4. fol. 40. col. 1. nume. 3.
- A**ddicti, qui? libr. 2. fol. 3. column. 3.
- A**diectio in diem. vide, Pactum.
- A**duerſus tutorem non conficientem inuentarium, iuratur in litem propter præſumptum dolum. libr. 2. fol. 59. column. 1. & 2.
- A**duerſus ſiſcum in dubio iudicandum eſt, ubi agit de poena exigenda. libr. 1. fol. 69. col. 2. nume. 1.
- A**eſtimatores. libr. 1. fol. 13. col. 3.
- A**equalitas in puniendis criminibus, quæ ſeruanda? libr. 2. fol. 38. column. 4. & fol. 39. col. 3.
- A**erarij. libr. 1. fol. 71. column. 2.
- A**era Cæſaris quid? & quomodo ab eo fuerint anni cōputati ab Hiſpanis? libr. 1. fol. 53. col. 4. numer. 3.
- A**equalitas in contractibus ſeruanda. libr. 3. f. 19. col. 4.
- A**gens cōtra cōſcientiam propriam, quomodo peccet? libr. 1. fol. 5. col. 2. numer. 1. & fol. 7. col. 2.
- A**gens actione reali: an fateatur aduerſarium poſſidere? ubi de eo iudicio quo quis plebeius arguitur. libr. 1. fol. 71. col. 2.
- A**giographi libri qui dicantur. libr. 4. fol. 31. col. 4. numero. 1.

* Agnita

I N D E X.

- Agnita priuata scriptura quam vim habeat? & an praiudicet tertio?** lib. 2. fo. 49. col. 1. nume. 4.
- Alienatio rei prohibita, ad liberandum à carcere possessorem facta, viuente eo sustinetur.** libro. 2. fol. 65. col. 4. in fin.
- Alienatio rerum ecclesiasticarum, etiam solemniter facta non valet, nisi causa iure permessa.** libr. 2. fo. 66. col. 3. & 4.
- Alienata re ecclesiastica pro satisfaciendis debitis ecclesie, probandum est pecuniam in rem ecclesie versam.** lib. 2. fol. 60. col. 1.
- Alienandis rebus monasteriorum, regulariter non sufficit abbatis autoritas.** lib. 1. fol. 21. co. 4. nu. 9.
- Alienatio dominij tantum utilis, non facit locum retractui.** lib. 3. fo. 47. col. 2. nu. 3.
- Ambrosius Mediolanensis episcopus, & de eius opusculis.** libr. 4. fol. 33. col. 1.
- Anastasius secundus Romanæ ecclesie pōtifex, & an vera sint quæ de eo Gratianus tradiderit.** libr. 4. fol. 19. col. 1. & per totum caput.
- Auarius quid?** lib. 2. fol. 38. col. 1.
- Annua bima, trima die, qd significet.** li. 2. f. 49. col. 3.
- Annorum initia varia in computatione temporū.** lib. 1. fol. 53. col. 2. & 3. nu. 1. & 2.
- Ananiz opinio de conuiciante Cardinali, examinatur.** lib. 1. fol. 51. col. 2. nu. 5.
- Ancharrani opinio de hærede præscribente legatum.** lib. 1. fol. 43. col. 1. in princ.
- Angeli responsum de præscriptione iuris redimendi, variè intelligitur.** lib. 1. fol. 43. col. 2. nu. 6.
- Annus solaris ex Romanorum institutione.** libr. 4. fol. 45. col. 4. nu. 1.
- Anni ab initio mundi secundum Hebraicam veritatem, & septuaginta interpretes.** libr. 4. fol. 46. col. 2. nume. 2.
- Anni à diluuiō & vniuersali cataclysmo.** lib. 4. fol. 46. col. 4. nu. 3.
- Anni initium quo tempore apud Hebræos.** libr. 4. fol. 46. col. 4. nu. 4.
- Anni à Nabuchdonosor, & Magno Philippo.** libr. 4. fol. 47. col. 2. nu. 5.
- Anni ab Alexandro Magno, & à Cæsare.** libr. 4. fol. 47. col. 4. nu. 6.
- Anni Arabū à Mahomete.** li. 4. fol. 47. col. 4. nu. 7.
- Annui reditus licitè cōstituuntur.** lib. 2. fol. 32. col. 3. nu. 2. & plura de ijs toto eo capite.
- Annui reditus an emi possint ea lege, vt intra certū tempus liceat eos, non postea, redimere?** libro. 3. fol. 39. col. 3. nume. 7. & seq.
- Annui reditus non possunt licitè constitui cum pacto redimendū ad voluntatem primi emptoris.** lib. 3. fol. 41. col. 4. nu. 4.
- Annui reditus tam ad vitam, quā perpetui, pretiū.** lib. 1. fol. 42. col. 1. nu. 5. & fol. 43. col. 1. nu. 7.
- Annui reditus redimibiles, quo pretio iustè constituuntur?** lib. 3. fol. 45. col. 2. nu. 2.
- Annuus reditus, in dubio an sit iudicandus perpetuus, an redimibilis?** lib. 3. fol. 46. col. 2. num. 5.
- Apocryphi libri qui dicantur.** lib. 4. fo. 39. col. 1. n. 1.
- Appellari an possit ab eo iudice, qui vt vir bonus reductus ad se arbitrium definit?** lib. 2. fol. 20. col. 4. nume. 3. & seq.
- Appellari potest à iudice, etiam vbi quid committitur eius arbitrio.** lib. 2. fo. 51. col. 2. nu. 5.
- Approbens testis personā, expressè vel tacitè, nō videtur in eius solius testimonium consensisse.** lib. 2. fol. 52. column. 4.
- Ara misericordie apud Athenienses.** li. 2. fo. 75. col. 1.
- Artifici egregio an parcatur?** lib. 2. fo. 39. col. 4. nu. 6.
- Arbitratorum iudicia licet paratam habeant executionem lege regia, non est tamen eis concessa iurisdicctio.** libr. 2. fol. 50. col. 3.
- Assassini qui?** lib. 2. fol. 77. col. 3. & 4. nu. 9. & 10.
- Assassini an gaudeant immunitate ecclesiarū?** ibid.
- Afyla quid, & vnde dicitur?** lib. 2. fol. 75. col. 2.
- Aua.** ibidem.
- Athanasius Alexādrinus episcopus, & de eius opusculis.** lib. 4. fol. 72. col. 2.
- Athenæ quot tribus habuerint, & earum nomina ex Græcis authoribus.** lib. 4. fol. 6. col. 4. num. 6.
- Autoritas publica est consideranda.** libr. 1. folio. 6. column. 1. vers. Quinto.
- Augustinus Hipponeregienfis episcopus, & de eius opusculis.** lib. 4. fol. 33. col. 1.
- Augustini locus.** lib. 1. fol. 86. col. 3. nu. 5.
- Augustini autoritas de Canonizatione sanctorū, intelligitur.** lib. 1. fol. 48. col. 4. ver. Quod autem.
- Aurcorum æstinatio.** lib. 1. fol. 50. col. 2.

B

- Baldi opinio de pœnis relatiuis, examinatur.** libr. 2. fo. 39. col. 2.
- Baldi opinio in l. 2. C. de vsur. excutitur.** lib. 3. fol. 19. column. 2. nu. 3.
- Bartoli locus in l. tutor qui repertorium. ff. de administrat. tutor.** lib. 2. fo. 59. col. 2.
- Bartoli opinio in l. 3. ff. de ann. lega. examinatur.** libr. 2. fol. 49. col. 2. nu. 5.
- Bartoli verba in l. 1. si potest. de acquir. hæredi.** lib. 2. fol. 26. col. 1. nume. 5.
- Bartoli dicta in l. si constante. solut. matrim. tractatur latissimè.** lib. 2. fol. 27. col. 1. nu. 8.
- Basilii Cappadocenus episcopus, & de eius opusculis.** lib. 4. fol. 32. col. 3.
- Bernardus Diaz episcopus Calagurritanus.** libro. 1. fol. 51. col. 3. nume. 5.
- Beneficij ecclesiastici possessio quomodo acquiratur?** lib. 3. fol. 44. aliàs. 64. col. 4. cap. 16. per totū.
- Blasphie

I N D E X.

Blasphemus, qui poenitentiam egerit, an possit puniri, proposito statuto de pace cum offenso facta? lib. 2. fol. 43. col. 4. & fo. 44. col. 1.
 Bona, quæ ex adquisitis matrimonio constante ad uxorem pertinent, non videtur publicata, publicatis mariti bonis. lib. 2. fol. 36. colum. 4.

C

Canonici libri, qui dicantur, & qua ratione nobiscognitum sit, eos esse canonicos. lib. 4. fol. 19. col. 4. nu. 1.
 Canones Apostolorum an sint apocryphi. lib. 4. fol. 42. column. 1. nu. 6.
 Cadaver debitoris an possit ob debitum, in sepulchrum detineri? lib. 2. fol. 7. col. 1. nume. 10.
 Cadauera sepelienda, etiam hostium. fol. eod.
 Cadauera dampnatorum, an possint insepulta abijci? lib. 2. fol. 7. col. 4.
Cassianus, **Arnobij**, **Tyconij**, **Victorini**, & **Faustini** opuscula. lib. 4. fol. 45. col. 4. nu. 10.
 Captus iniuste an possit commentariensem fallere, & ve effugiat? lib. 1. fol. 14. col. 1. nu. 7.
 Captus iniuste, & præstito iuramento emissus, an teneatur redire, cum probabiliter iniustam dânationem timeat? lib. 1. fol. 14. col. 2.
Cæcus iniquè & damnationem timens, teneatur fugere. ibidem.
Cæcus, qui ducitur per ecclesiam, an possit inde extrahi? lib. 2. fol. 79. col. 2. nu. 13.
 Captus qui se exemit à familia iudicis, an possit abstrahi ab ecclesia? lib. 1. fol. 79. col. 2. & 3.
 Captus qui carcerè effregerit, an ab ecclesia defendatur? lib. 2. fo. 79. col. 2. vers. Decimo octavo.
 Captus iustè, & sub iuramento emissus, an teneatur redire, certus de verisimili mortis periculo? lib. 1. fol. 15. col. 1. & fol. 16. col. 2.
 Captus iustè an possit à carcere fugere, data facultate? lib. 1. fol. 15. col. 2. & seq. & fol. 16. col. 1.
 Captus ab hostibus, an possit à domino fugere? li. 1. fol. 16. column. 3.
 Captus an possit fugere cû iniuria carceris & custodi. li. 1. fo. 17. col. 1. nume. 12. & num. 13. & sequen.
 Captus iniquè & condemnatus, aut condemnationem timens, an possit occidere custodes, vt eadat. lib. 1. fol. 17. col. 1. nume. 13.
 Causæ meri & mixti imperij an possint rari Pontificio delegari. lib. 3. fol. 77. col. 3. nume. 1.
 Causa impulsiva & finalis quid? lib. 1. fol. 89. col. 4. versicu. Contrariam.
 Causæ impulsivæ taciturnitas non vitiat scriptum. fol. eod. col. 1. nu. 4.
 Canon quid? lib. 1. fol. 55.
 Caroli magni simulatio. lib. 1. fol. 18. col. 1.

Cautio idonea quæ. lib. 3. fol. 16. col. 2. nu. 6.
 Cedens bonis an teneatur cum ad pinguiorem fortunam pervenerit. lib. 2. fol. 4. col. 4. nume. 6.
 Census quid sit: & in dubio an cōtractus iudicetur cōphyteuticus vel censualis. libro. 3. fol. 32. column. 1. nume. 1.
 Cessio bonorum quem effectum habeat, & qualiter fiat. lib. 2. fol. 4. col. 1.
 Cessio bonorum nō habet locum in criminalibus. lib. 2. fol. 5. colum. 4. nu. 8.
 Cessionis bonorum beneficio an renunciari possit? lib. 2. fol. 5. col. 2. nume. 7.
 Centum annos an præsumatur quis vivere. lib. 2. fol. 30. column. 1.
 Chrysmā an sit in confirmatione necessarium. lib. 1. fol. 45. col. 3. nu. 4.
 Christus quo anno natus. lib. 1. folio. 53. columna. 3. numero. 2.
 Chrysostomus Constantinopolitanus Episcopus, & de eius opusculis. lib. 4. fol. 32. col. 3.
 Cibis delicatioribus an debeat uti quis vitæ proficere? gratia. lib. 1. fol. 16. col. 1.
 Citatio an sit necessaria ad iuramentum, electionē, vel testimonium eius, qui à partibus vel iudice est electus. lib. 2. fol. 53. col. 3. nu. 5.
 Cicatricis causa an quid peti possit? lib. 2. folio. 44. column. 2.
 Cimonis Atheniensis piū factum. lib. 2. folio. 7. column. 3. in prin.
 Ciues an præferantur exteris in emptione specierum in publica inopia. lib. 3. fol. 39. aliās. 59. col. 1. numero. 6.
 Civitas episcopum proprium occidens, quomodo puniatur. lib. 2. fol. 37. column. 4.
Claudij **Caesaris** iudicium. lib. 1. fol. 18. col. 1.
Clausula ex certa sciētia nihil operatur, vbi in principe potestas deficit. libro. 3. folio. 29. columna. 3. numero. 9.
Clementis **Alexandrini** opera, **Aphricani**, & **Commodiani**. lib. 4. fol. 43. col. 2.
 Clericus vsurarius, qualiter iure Pontificio puniatur. lib. 3. fol. 14. col. 3. nu. 3.
 Clericus quando tradendus curiæ seculari. libro. 2. fol. 76. column. 4.
 Clerici hæretici bona ad quem fiscum pertineant? lib. 2. fol. 41. col. 3. nu. 12.
 Clericus ob as alienum capi non potest, nec bonis cedere. lib. 2. fol. 6. col. 2. nu. 9.
 Clerici possunt prescriptione adquirere ius percipiendi decimas ex aliena parochia. lib. 1. fo. 78. col. 2. nume. 7.
 Clerici & ecclesiæ solvere decimas quodam modo tenentur. lib. 1. fol. 79. col. 3. vers. Primum.
 Clerici in patrimonialibus regulariter non habent

I N D E X.

- priuilegium bonis ecclesiarum concessum. lib. 1. fol. 25. column. 2. nume. 4.
- Clericus minor læsus in patrimonialibus à laico nō potest petere restitutionem coram iudice ecclesiastico. lib. 1. fol. 25. col. 1.
- Clericus actione iniuriarum agere contra laicum pōt corā iudice ecclesiastico. lib. 1. folio. 26. co. 4.
- Clerici patrimonium, ad cuius titulum est sacris insignitus, an habeat priuilegium ecclesiasticorum bonorum. lib. 1. fol. 24. col. 4. & fol. 25. column. 1.
- Clerici habentes beneficia ecclesiastica qua pœna cogantur horas Canonicas dicere. lib. 3. folio. 56. colum. 1. nume. 10.
- Collatio beneficij canonica absq; corporali possessione, ius tribuit post acceptionem. lib. 3. fol. 44. alias. 64. col. 4. nume. 1.
- Collatio beneficij potest fieri ea conditione, si vacat. lib. 3. fol. 65. col. 1. & 2. nume. 2.
- Commissi pœna. lib. 3. fol. 32. col. 1.
- Commisoria lex, vide Pactum.
- Cōburiuus an debeat qui deliquit. li. 2. f. 46. col. 3.
- Commodatarius qui utitur re cōmodata, ad aliud quam fuit commodata, an furti teneatur? libro. 3. fol. 44. alias. 64. col. 2. nume. 8.
- Concilium Lateranense. lib. 1. fol. 77. colum. 2. ver. Et dubio procul.
- Cōdemnatus à iudice, vt reddat debitum fœminæ, quam scit suam vxorem non esse, nō tenetur stare sententiæ. lib. 1. fol. 6. col. 1. vers. Quinto.
- Condemnatus iniquè an possit relinquere appellationem. lib. 1. fol. 14. col. 3. & seq.
- Condemnatus ad restitutionem rei cum fructibus an restituat eos, quos ex suis melioratiōibus perceperit? lib. 1. fol. 40. col. 1. versic. Proximæ.
- Condemnatus etiam iustè, vt fame moriatur, peccat mortaliter, si oblatos cibos non sumat. lib. 1. fol. 15. col. 4. nume. 10.
- Condemnatus ad mortem potest sine peccato furcam ascendere. lib. 1. fol. 16. col. 1.
- Cōdemnatus ad mortem iniquè, tenetur, si potest, fugere. fol. eod. & col.
- Condemnatus vt in carcere maneat, non potest fugere. lib. 1. fol. 17. colū. 3.
- Condemnatus ad rem restituendam, etiam ad fructus videtur condemnatus. lib. 1. fol. 19. colum. 1.
- Conductio ad longum tempus transit in successorē etiam singularem. lib. 2. fol. 59. col. 4. num. 2.
- Conductoribus an liceat à conductis migrare domibus ex eo, quod tetris imaginibus, nō sturnis illusionibus, & tumultibus inquietentur. lib. 4. fo. 13. col. 4. & per totum cap.
- Confessio iudicialis quomodo fieri possit. fol. 9. column. 1.
- Confessio quomodo faciat furarium manifestum. lib. 3. fol. 14. column. 4. vers. Est enim. vid. infra.
- Confugientes ad sacerdotem eucharistiam portantem, an abduci inde possint? lib. 2. fol. 76. colū. 1. numero. 6.
- Confugientes ad ecclesiam non debent abduci, etiam si grauia commiserint, si non est crimen exceptum. ibidem. versic. Septimò.
- Confugiens ad ecclesiam, qui ab ea extrahi non potest, ibi alligari vincirive non debet. lib. 2. fol. 81. column. 1. nume. 17.
- Confiteri peccata an possit quis per scripturā? lib. 2. fol. 54. col. 1. vers. Hinc obiter.
- Confirmationis sacramentum non potest ab alio, quam episcopo ministrari, etiam ex immemoriali præscriptione. lib. 1. fol. 49. col. 2. nu. 14.
- Confirmatio κατὰ vocata est ab Apostolis. libro. 1. fol. 45. column. 1.
- Confirmationis minister est solus episcopus. lib. 1. fol. 46. col. 3. nume. 6.
- Confirmationis sacramentum an sit præcisè necessarium ad salutem, an ex ratione præcepti. lib. 1. fol. 46. colū. 1. num. 5.
- Confirmatio sacramentum est nouæ legis. libro. 1. fol. 44. col. 4. in prin.
- Confessio dotis receptæ non numeratæ, quam vim habeat? lib. 1. fol. 34. col. 3. versic. Primum.
- Confessio dotis receptæ emissa matrimonio contracto, vbi præsumitur fraus donationis, an confirmetur iuramento. lib. 1. fol. 35. colū. 1. versic. Quinto.
- Confessio dotis receptæ, quando inducat præsumptionem numerationis. lib. 1. fol. 35. colū. 4. nu. 6.
- Confessio dotis receptæ ante matrimonium facta, censetur spe futuræ numerationis. lib. 1. folio. 36. col. 3. versic. Est item.
- Confessio dotis receptæ, quando noceat creditoribus. lib. 1. fol. 38. column. 2.
- Conferre aut dimittere beneficium iure sanguinis an sit illicitū & simoniacū. lib. 1. fol. 28. col. 1. n. 4.
- Conscientia quid. lib. 1. fol. 5. col. 2. nume. 1. & col. 3. nume. eod.
- Conscientia non potest efficere, vt non sit peccatū, quod est. lib. 1. fol. 5. col. 3. numer. 1. & fol. 7. col. 2.
- Conscientia quo ad se, iustitia verò quo ad alium, consideratur. lib. 1. fol. 7. col. 1. versic. Quinto.
- Conuictus testibus hæreseos, an possit sine peccato crimen agnoscere. lib. 1. fol. 14. col. 3. numer. 8.
- Conuentus super mutuo, quod iam soluit, an possit falsum instrumentum producere: mutuū negare, lib. 1. fol. 11. col. 2. nu. 3.
- Consulto & data opera occidens, an sit ab ecclesia abducendus. lib. 2. fol. 77. col. 2. vers. In his pfecto.
- Conuētus in solidum, partem quam debet, offerre tenetur. lib. 1. fol. 12. colū. 3. versic. Ad rex.
- Consensu litigantium potest causæ definitio vnus

ex

I N D E X.

- ex partibus, vel vnus testis testimonio commit-
ti. lib. 2. fol. 52. col. 2. nu. 1.
- Contractus nomen accipiunt à principali agentis
intentione. lib. 2. fol. 17. column. 4.
- Consuetudo an possit quem immunem reddere à
solutione decimarum. lib. 1. fol. 78. col. 4. nu. 8.
- Consuetudine sublata, an & immemoralis sublata
sit? lib. 3. fol. 53. col. 1. nume. 5.
- Contractus innominatus etiam factus in fauorem
piæ causæ, poenitentiam re integra admittit. li. 1.
fol. 63. col. 4. nume. 15.
- Conuitium in Hispania quomodo puniatur. lib. 1.
fol. 50. col. 1. nu. 2.
- Consuetudinis & præscriptionis differentia in mu-
tatione decimarum. li. 1. fol. 80. col. 2. versi. Decimo.
- Consuetudo adijci in conuentionibus, an censeantur
expressa, si omiſsa fuerint. lib. 1. fol. 67. column. 2.
numero. 9.
- Conſanguineus an possit cū ratihabitiōis cautione
restitutionē petere. lib. 1. folio. 31. column. 2. nu. 5.
- Conſors eiusdem litis an possit sine speciali man-
dato petere in integrum restitutionem. libro. 1.
folio. 32. col. 1. nume. 6.
- Constituto reditu super pluribus rebus, an cuiuslibet
earum possessor teneatur in solidum. libro. 3.
fol. 36. col. 2. versi. Quod si.
- Consuetudo an valeat excusare quem à residentia
ut spercipiat redditus beneficij principales. lib. 3.
fol. 55. column. 2. nu. 9.
- Creditori an vnquam licuerit habere in vinculis de-
bitorem. lib. 2. fol. 3. col. 2. nu. 1.
- Creditoribus futuris, quando competat ius reuo-
candi ea que in fraudem facta sunt. lib. 1. fol. 38.
col. 1. prope fi.
- Creditorum quando possint vti aduersus uxorem ex
ceptione non numeratæ dotis. lib. 1. folio. 36. col.
4. versi. De creditoribus. & seq.
- Creditor cui per sententiam est addicta res vt apud
eum sit locopignoris, potest petere iterum iudicialem
subhastationem. lib. 3. fol. 75. column. 1.
numero. 4.
- Creditor qui non potest à debitore suum consequi,
licitè furatur ab eo rem æquè valentem. libro. 1.
fol. 18. col. 1. vers. Quarto.
- Creditor potest in mutuo à debitore stipulari, qd'
sua intererit, etiã intra dilatiōis dies. li. 3. f. 21. col. 1.
- Creditionum solennitas ex Vlpiano & alijs autorib⁹
quæ fuerit apud veteres. lib. 4. fol. 17. column. 1. &
per totum cap.
- Crimina quoad accusationem exteriorem, non tol-
luntur baptismo. lib. 2. fol. 43. col. 1. nu. 4.
- Crimina momēanea & successiua. li. 2. fol. 46. col. 1.
- Criminis purgatio vulgaris, quæ fit candenti ferro.
lib. 4. fol. 63. column. 1.
- Criminis eiusdem receptio, ex interuallo vel eodē
momento, an pluribus sit poenis punienda. lib.
2. fol. 44. col. 4. numer. 8.
- Crimen quando quis cogatur deferre. libro. 1. fol. 53.
columna. 1.
- Crucis supplicium an idem quod furca fuerit. lib.
4. fol. 12. col. 2. nume. 2.
- Crucis supplicium à Constantino Magno abrogatum.
lib. 4. fol. 13. col. 3. nume. 4.
- Crucis signum & character olim saluationis nota;
Hieroglyphica significatione. lib. 4. fol. 13. col. 3.
numero. 5.
- Crucis dominicæ inuentio. Et de inuentione capi-
tis diui Ioannis Baptistæ. lib. 4. fo. 37. col. 1. nu. 9.
- Cyprianus cuius, & quo tempore scripserit. Et de
beato Athanasio. lib. 4. fol. 32. col. 1. nume. 3.
- Cyrillus Alexandrinus episcopus, & de eius opu-
sculis. lib. 4. fol. 32. col. 4. in fi.

D

- D** Annus in societate contingens, quomo-
do intelligendum & computandum. li. 3.
fol. 8. column. 3. & 4.
- Damnatus etiam iniuste non potest iudicum scan-
dalo resistere. lib. 1. fol. 17. col. 1. nu. 13.
- Debitor suspectus & fugitiuus extra ordinem capi
potest. lib. 2. fol. 79. col. 3. nu. 14.
- Debitorum an possint ab ecclesijs abduci. ibidem.
- Debitor capi potest nisi bonorum excusatione
facta. lib. 2. fol. 4. col. 1. nu. 2.
- Debitor quomodo iure veteri potuit præhendi &
haberi. lib. 2. fol. 3. col. 2. nu. 1.
- Decimæ quo iure institutæ. libro. 1. folio. 75. col. 2.
numero. 2.
- Decimæ, quantum ad quotam partem iure huma-
no sunt iustissimè institutæ. lib. 1. fol. 76. col. 4.
numero. 4.
- Decimas percipiendi ius non est seruitus. lib. 1. fol.
81. col. 2. vid. verb. Laici.
- Decurionatus & publica officia matrimonio con-
stante acquisita, communicantur vxori quo ad
æstimationem. lib. 3. fol. 76. col. 4. nu. 4.
- Decurionatus & alia officia empta à patre filio, im-
putantur in legitimam quo ad æstimationem, &
conferuntur. lib. 3. fol. 77. col. 1. nu. 6.
- Delegatus ad ea, quæ principi referuata sunt, non
potest subdelegare. lib. 3. fol. 78. col. 4. numer. 5.
& fol. 81. col. 1. nume. 10.
- Delegatus legati cardinalis à latere Romani Ponti-
ficis destinatus, non potest subdelegare. lib. 3. fol.
81. col. 2. numer. 11.
- Delinquens in ecclesia, ab ea & alia quacunque po-
test extrahi. lib. 2. fol. 80. column. 2. numer. 15.
- * 3 Delinquens

I N D E X.

- Delinquens spe veniæ, ea est indignus. lib. 2. fol. 80. col. 4. versi. Vicelimo sexto.
- Delinquens in ecclesia, an fiat ex hoc fori ecclesiastici. lib. 2. fol. 81. col. 3. versi. Tricesimo quarto.
- Depopulator nocturnus agrorum, vti immunitate ecclesiarum non potest. libr. 2. fol. 79. col. 3. versi. Decimonono.
- Dictiones sunt intelligendæ iuxta vulgarem sensum prouinciarum de cuius lege agitur. li. 3. fol. 31. col. 1. n. 1.
- Dicis gratia, verba hæc qua in significatione apud Iuriscōsultos, Ciceronem, Varronem, & alios accipiantur. lib. 4. fol. 15. col. 2. & per totum cap.
- Dies datus à lege ad retrahendam rem veditam sub conditione currit à die conditionis expletæ. li. 3. fol. 47. col. 1. nu. 1. & nu. seq. de pura venditione.
- Dies, qui sint à Christianis religionis causa obseruandi, ad ius Pontificum humanum pertinet. lib. 4. fol. 49. col. 1. nu. 5.
- Diei dominicæ celebratio, an sit de iure diuino, an Pontificio humano instituta? lib. 4. fol. 49. col. 2. numero. 6.
- Diffamatis quod competat remedium. lib. 1. fol. 83. col. 4. nu. 1. & seq.
- Diffamans bis ad mōeri debet vt perpetuo silentio condemnetur. ibidem. nu. 2.
- Diffamationis inhibendæ quis sit iudex. libr. 1. fol. 84. column. 2. n. 4.
- Diffamatio extraiudicialis sufficit, vt imploretur. l. diffamari. remedium. lib. 1. fol. 85. col. 1.
- Diffidati poena. lib. 2. fol. 78. col. 2. & 3.
- Dilatio translationis dominij, donec soluatur pretium, non facit contractum conditionalem. li. 3. fol. 84. col. 2. nu. 6.
- Dispensatio secunda cum mentione primæ circa idem concessa, est facienda. lib. 1. fol. 92. col. 3.
- Distributiones quotidianæ, an veniant appellatiōe fructuum beneficiorum. lib. 3. fol. 51. col. 4. nu. 1.
- Distributiones quotidianæ etiam ex consuetudine absentibus dari non debent. libro. 3. fol. 52. col. 1. numero. 2.
- Distributiones quotidianæ simplices, & non duplices dētur habēti in eadem ecclesia duo beneficia. libr. 3. fol. 53. col. 2. versi. Tertio. & plura eo. capitulo. de his traduntur.
- Diuina iudicia quando sint ab hominibus imitanda. lib. 2. fol. 33. col. 3. versi. Tertia.
- Dolus verus nuquā videtur remissus, nisi expressè remittatur. lib. 2. fol. 58. col. 3. versic. Primum.
- Dolus quando remitti possit, præteritus vel futurus. ibidem. col. 3.
- Dolus non habet optionem, an velit prætiū supplere, vel rem restituere. libro. 2. fol. 19. column. 1. & 2. versi. Quoties.
- Dominium à priuato auferri per principem non potest absque publica vtilitate. lib. 3. fol. 28. col. 1. numero. 6.
- Dominicus Sotus. lib. 1. fol. 5. col. 4. in prin.
- Donator quando teneatur de euictione? libr. 3. fol. 72. col. 1. numero. 6.
- Donationem non esse renūciationem læsionis ultra dimidiam. lib. 2. fol. 19. col. 3. nu. 11.
- Donans eam quantitatem quæ dimidiam vel excedit vel deficit, quādo priuetur actione. l. 2. de resciss. venditione. lib. 2. fol. 17. col. 2. nu. 6.
- Donatio reuocatur & susceptis liberis, & quia ipsi officiosa, quidq; inter sit? lib. 1. fol. 88. col. 2. nu. 12.
- Donatio facta filio quem tunc viuunt habebat, pater; alijs postea susceptis, reuocatur ad legitimam. lib. 1. fol. 85. col. 3. nu. 1. & fol. 86. col. 1. numero. 4.
- Donatio facta ecclesie, liberis natis reuocatur ad legitimam. li. 1. fo. 86. col. 3. n. 5. & fo. 86. co. 4. in prin.
- Donationi perfectæ in continenti potest adijci conditio vel modus, non ex interuallo. libr. 1. fol. 59. column. 3. nu. 1.
- Donationi conditio pactum vt potest apponi in fauorem tertij, cui ex hoc actio quaritur. ibidem. versi. Et id adeo.
- Donator an possit pactum appositum in fauore tertij reuocare. lib. 1. fol. 60. col. 4. nu. 7. & seq.
- Donatio an reuocari possit ob veri criminis improbrationem? lib. 1. fol. 52. column. 3. versicu. Decimo.
- Donatarius potest inuito donatore pactum appositum in fauorem tertij seruare. lib. 1. fo. 61. col. 4. numero. 9.
- Donatio omnium bonorum præsentium tantum iure Regio minimè valet. lib. 1. fol. 51. columna. 1.
- Dotis causa, quàm fisci fauorabilior est in dubio. lib. 1. fol. 70. col. 1. nu. 6.
- Dotalis hypotheca prior etiam tacita, præfertur posteriori expressæ etiam ob mutui refectionem redemptionem vt competenti. lib. 1. fol. 33. col. 1.
- Dotalis hypotheca tacita vel expressa, quādo prioribus præferatur. libro. 1. folio. 32. columna. 3. numero. 1.
- Dotalis hypotheca an præferatur creditoribus, qui cum marito inter instrumenta dotalia & confessionem receptæ dotis contraxerunt. libr. 1. fol. 36. col. 3. versic. Cæterum.
- Dotalis hypotheca non est admittenda, nisi præmissa excusione, quam induxit authen. hoc si debitor. lib. 3. fol. 74. col. 3. & 4. n. 3.

E

Ecclesia obsideri non debet, nè confugis alimenta non subministrentur. libr. 2. fol. 81. columna. 2.

Ecclesia non tuetur arma vetita ferentes, quoniam,

I N D E X.

- niam possunt ijs à iudice laico priuarij. libr. 2. fo. 81. col. 4.
- Ecclesia ecclesiasticisque personis vendentibus habet locum. l. quoties. C. de rei vendic. libro. 2. folio. 81. col. 4.**
- Ecclesia etiam non consecrata habet immunitatē. libr. 2. fo. 75. col. 4. nu. 4.**
- Ecclesiarum res an possint hypothecæ titu. obligari. lib. 2. fo. 64. col. 3. nu. 7.**
- Ecclesiarum res possunt dari pignori ob redimendos captiuos & pauperes alendos. libro. 2. fol. 64. col. 4. numero. 4.**
- Ecclesia an cōstituat debitorem in mora, sine interpellatione. lib. 3. fo. 71. col. 1. numero. 4.**
- Ecclesiarum bona an alienari possint ad liberandos à carcere delinquentes. lib. 2. fo. 65. column. 2. numero. 6. vide. verbo. Res ecclesiar. & verbo. Alienatio.**
- Ecclesia & prælatus fiscum habere dicuntur. libr. 2. fo. 41. col. 2. nu. 11.**
- Ecclesia an sine traditione adquirat dominium ex pacto. l. quoties. C. de donat. quæ sub mod. lib. 1. fo. 63. col. 4. nu. 14.**
- Ecclesia in diuinis testimonijs interpretandis, errare nequit. lib. 1. fo. 45. col. 1. in prin.**
- Ecclesiarum autoritas sufficit in ijs quæ ad fidem pertinent. ibidem.**
- Ecclesia post quadriennium restituitur ob enormissimam læsionem. libro. 1. folio. 22. col. 1. numero. 10.**
- Ecclesia potest petere restitutionem cōtra laicum coram iudice ecclesiastico. lib. 1. fo. 24. col. 1. nu. 2.**
- Ecclesia non potest nouum articulum fidei constitutere, nec item ipse Romanus Pōrifex. lib. 4. folio. 20. col. 2. prope prin.**
- De ecclesia catholica, & quid hoc nomen significet. lib. 4. fol. 77. aliàs. 26. col. 1.**
- Electus à iudice vel à litigante in teste, iurare debet, & ita testificari. l. 2. fo. 53. col. 1. ver. Secūda cōclus.**
- Electus sponte, ut quid sibi videatur exponat, iurare non tenetur. ibi. vers. Tertia conclusio.**
- Electus à iudice vel à litigante, legis aut iudicis precepto ut arbitrium suum exponat, iurare tenetur. ibid. col. 2. num. 4.**
- Eleazarus. lib. 1. fo. 16. col. 2. vers. Nonò.**
- Emendatum. c. iudicet. 3. quæst. 7. fo. 7. col. 2. nu. 6.**
- Emendatus locus decreti. ca. gloria episcopi. 12. q. 2. lib. 2. fo. 65. col. 1.**
- Emanuel à Costa. fol. 23. column. 3. & fo. 19. column. 3. numero. 4.**
- Enormis & modica læsio quæ dicatur. fol. 22. column. 1. & 2.**
- Emptor secundus, de prima venditione certus, nō potest uti. l. quoties. C. de rei vendicatione. lib. 2. fo. 73. col. 2. numero. 5.**
- Emptori priori censetur in dubio res tradita. fo. eodem. col. 3. num. 6.**
- Emptor tenetur stare colono fisci. libr. 1. fol. 66. columna. 1. numero. 5.**
- Emptor, quando teneatur ad vsuras pretij non soluti. libr. 3. fo. 19. col. 3. & seq.**
- Emptor qui ex. l. 2. de rei. vendic. rem restituere, legit, an sit cogendus fructus etiam restituere. lib. 2. fo. 14. col. 2. nu. 9.**
- Emptor alienæ rei scienter, quamq; scit venditoris non esse ea euicta potest agere ad pretium. lib. 3. fo. 69. col. 4. nu. 1.**
- Emptoris contumacia quando priuet eum iure & actione euictionis. lib. 3. fo. 73. col. 1. n. 9.**
- Emphyteusis ecclesiastica an transeat in hæredes extraneos & egrediatur tertiam generationem? lib. 2. fo. 67. col. 3. nu. 5.**
- Emphyteusis ecclesiastica, de cuius origine, conditionibusve non constat, qualiter sit interpretanda. lib. 2. fo. 68. col. 1. nu. 6.**
- Emphyteusis simpliciter accepta, ad mares & feminas defertur. lib. 2. fo. 68. col. tertia. num. 1.**
- Emphyteusis quando ad filios hæredes pertineat quando ad alios. lib. 2. fol. 69. col. 1. nu. 3. & sequē.**
- Emphyteusis hæreditaria non competit instituto in re certa. libro. secundo. fol. 71. columna. 1. numero. 5.**
- Emphyteusis cuius origo non apparet, an præsumatur perpetua vel temporalis? lib. 3. fo. 46. columna. 1. nu. 4.**
- Episcopus quomodo dispensare possit cum clerico vsurario. lib. 3. fo. 14. col. 3. nu. 3.**
- Episcopatus qua ratione sit ordo. lib. 1. fo. 49. col. 3. numero. 15.**
- Episcopus an creari possit non presbyter. libro. 1. folio. 49. col. 3. nu. 16.**
- Episcopi & vrbium prætores vicarios constituere possunt, ad ciuilia & criminalia negotia. lib. 3. folio. 78. col. 2. nu. 4.**
- Episcopi in urbe Roma habitantes, non possunt in eadem vrbe beneficia conferre. lib. 3. fol. 80. columna. 2. nu. 9.**
- Epistola Iesu ad Abagarum, & Abagari ad Iesum. lib. 4. fo. 42. col. 2. num. 11.**
- Error iuris an bonam fidem efficiat. libr. 1. folio. 21. col. 2. nu. 8.**
- Eusebij Pamphili Cæsariensis historia an sit apocrypha. lib. 4. folio. 42. col. 1. num. 7.**
- Eutropius Eunuchus. libr. 2. fo. 79. columna. 4.**
- Excipiens non videtur fateri. lib. 1. fol. 11. column. 2. numero. tertio.**
- Exceptiones directæ vel indirectæ cōtrariæ, admittendæ non sunt. lib. 1. fo. u. col. 2.**

I N D E X.

- Exceptio debet esse ex comprehensis in regula.** libro. 2. fo. 21. col. 4. nu. 4. & fol. 22. col. 1. num. 5.
- Exceptio quando ampliet vel restringat regulam.** folio eodem. column. 4. nu. 4. & fo. 25. co. 1. & 2.
- Exceptio firmam regulam efficit, in nō exceptis.** lib. 2. fo. 23. col. 1. nu. 6.
- Excellentia alicuius rei, quæ priuilegia habeat.** libro. 2. fo. 39. col. 4. nu. 6.
- Excommunicatus an fruatur ecclesiæ immunitate.** lib. 2. fo. 78. col. 4. nu. 11.
- Excommunicationis sententia quare ferri non possit in vniuersitatem.** lib. 2. fol. 37. col. 1. nu. 9.
- Excommunicatus, iterum potest excommunicari.** lib. 2. fo. 15. col. 4.
- Excommunicatus vtens auxilio legis diffamari. an sit audiendus.** libr. 1. fo. 84. col. 2. numer. 5. vbi de exceptione excommunicationis.
- Exponēs publicè res proprias venditionis, cogitur eas iusto pretio vendere.** lib. 3. fol. 56. col. 2. vers. Primus sanè.
- Euictionis materia tractatur.** libr. 3. ca. 17.
- F**
- Facultatis quæ sunt an tēpore præscribātur.** lib. 1. fo. 42. col. 2. num. 2.
- Falsum an committat, qui veritatem interrogatus occultat.** lib. 1. fo. 11. col. 2. nu. 3. fol. 12. col. 3.
- Fama est mere temporale bonum.** lib. 1. fo. 15. col. 4.
- Famæ restitutionem potest quis gratis vel pretio remittere.** lib. 1. fo. eod. & col.
- Famæ restitutionē faciendam.** lib. 1. fo. 52. col. 1. & 2.
- Familix nomen quatenus extenditur.** libr. 3. fo. 24. col. 1. & seq.
- Fauorabilis est dispositio, per quam reducimur ad ius commune.** lib. 3. fo. 27. co. 4. numer. 4.
- Fautores & receptatores hæreticorū per sententiā obtentis beneficijs priuātur.** li. 2. fo. 34. co. 1. & 2.
- Fauore religionis ad ecclesiam cōstituēdam vel ampliandam cogitur quis rem propriam vendere.** lib. 3. fo. 40. aliās. 60. col. 1. num. 7.
- Fauore publicæ vtilitatis, cogitur priuatus rem propriam vendere.** ibidem. col. 2. nu. 8.
- Festiuorum aliquarum origo, quæ Christianis solennes sunt, & olim fuere.** lib. 4. fo. 58. co. 3. nu. 8.
- Festorum dierum celebritas iure diuino veteris Testamenti instituta fuit.** lib. 4. fo. 48. col. 2. num. 1.
- Festorum observatio etiam est iure diuino euangelico instituta.** lib. 4. fo. 49. col. 1. nume. 4.
- Festorum dierum in celebrationibus qua nunc ratione dies consideretur.** lib. 4. fo. 51. col. 2. nu. 9.
- Feudū simpliciter acceptū, ad filios tantū & masculos pertinet.** li. 2. fo. 70. co. 2. vbi multa de feudis.
- Feudum & emphyteusis an semper æquiparentur.** lib. 2. fo. 68. col. 3. & 4. & fo. 69. col. 1.
- Feuda & maioratus comparātur.** lib. 3. fo. 24. col. 1. versic. *Qui nō.*
- Fides quid?** lib. 1. fol. 5. col. 2. nume. 1.
- Filij nepotesq; hæreticorū etiam illegitimi, pœnis statutis afficiuntur.** lib. 2. fo. 33. col. 4. numer. 3.
- Filij hæreticorum an priuentur beneficijs, quæ tempore commissi à patre criminis, obtinebant.** ibidem. folio. 34. col. 1. nu. 4.
- Filij hæreticorū ante cōmissum crimē nati, an puniantur pœnis statutis.** lib. 2. fol. 34. col. 3. num. 5.
- Filius regis an dicatur is, qui natus est ante regnum à patre obtentum?** lib. 2. fol. 34. co. 4. ver. Tertiò.
- Filius qualiter possit rem aduentitiam à patre alienatam, in vita vel post mortem patris, reuocare?** lib. 1. fo. 40. col. 2. nu. 5.
- Filiofamilias aliquando præscriptio nocet.** lib. 1. folio. 41. col. 3. nu. 8.
- Filius primogeniti mortui præfertur patruo in successionē regnorū, & primogeniorum.** lib. 3. fo. 26. column. 3. & seq.
- Filius naturalis, aut illegitimus, qui habet ex principis concessione ius succedendi ex testamēto, & ab intestato, poterit agere contra patris testamētum.** li. 4. fo. 58. col. 1. nu. 1.
- Finis legis, an includatur, & contineatur sub præcepto?** lib. 4. fo. 58. col. 3. nu. 12.
- Fisci causa fauorabilis est.** li. 1. f. 69. co. 1. & deinceps.
- Fiscus vbi de pœna tractat, præfertur delinquentis creditoribus ex delicto.** lib. 1. fo. 75. col. 1. num. 8.
- Fortunius Garfias.** lib. 3. fo. 5. col. 2. ver. Cæterum.
- Fœminæ non debent pro debito pecuniario capī.** lib. 2. fo. 4. col. 1. num. 3.
- Fœminæ quomodo in feudis & maioratibus admittantur.** lib. 2. fo. 24. col. 2. vers. Septimò.
- Fœmina proximior præfertur masculo remotiori.** lib. 3. fo. 24. col. 3. vers. Rursus.
- Fœmina per principis rescriptum potest in feudū succedere.** lib. 3. fo. 27. col. 3. nume. 3.
- Fœnus vndè dictum.** lib. 3. fo. 6. col. 2.
- Fructus pendentes quomodo pars rei esse dicātur.** lib. 1. fo. 65. co. 2. nu. 1.
- Fructus bñficij ecclesiastici, qualiter diuidātur inter defuncti hæredē & successorē.** li. 1. fo. 67. co. 4. n. 12.
- Fructus maioratus eius anni, quo possessor obierit, an pro rata diuidantur.** libr. 1. fo. 68. col. 2. nu. 14.
- Fructus à bonæ fidei possessore percepti, quos ex tantes restituere tenetur triennio vsucapiuntur.** lib. 1. fo. 21. col. 2. ver. Quarta.
- Fructus naturales & industriales q. li. 1. fo. 20. co. 1. n. 6.**
- Fructus dicuntur deductis impensis & iusta merce de laboris.** lib. 1. fo. 19. co. 3. nu. 3.
- Fructus post vditionē percepti, ad emptorē ne, an ad venditorē pertineant.** libr. 3. fol. 21. col. 1. nu. 7.
- Fuga qñ præsumptionē criminis faciat.** li. 1. f. 16. co. 4
- Fugiens

Fugiens à carcere, ostio aperto repertò, an sit punitus. lib. 1. fol. eod.

Fugiens ad ecclesiam, quem iudex visa & cursu persequitur, ab ea extrahi non potest. lib. 2. fol. 79. col. 1. num. 12. verb. Vide Confugientes.

Fugiens ad ecclesiam, an possit ab eius foribus abduci. lib. 2. fol. 81. col. tertia. nu. 18.

Fundus quomodo significet vniuersitatem. lib. 1. folio. 56. col. 2.

Fundus emptus ex pecunia ad id mutuata, non est pignori p eius solutiõe obligatus. li. 1. fo. 33. col. 3.

Furca quid significauerit apud latinos. lib. 4. fol. 12. col. 1. numero. 1.

Furca an idem quod crucis suppliciũ fuerit. lib. 4. fol. 22. col. 2. numero. 2.

Furcarum erectio capitalis & criminalis iurisdictionis signum. lib. 4. fo. 13. col. 4. nu. 6.

Fur simplex an gaudeat priuilegio immunitatis ecclesiarũ. li. 2. fo. 79. col. tertia. versi. Decimonò.

Fur qui rem alibi ablatam in ecclesia contretauit, an possit ab ea abduci. lib. 2. fo. 8. co. 4. ver. Vice simooctauò.

Furtum an iuste pœna mortis puniatur. lib. 3. folio 40. col. 1. nu. 7.

Furtũ triplex, vel vnũ graue, quomodo puniatur. lib. 2. fo. 42. col. 2. & fol. 45. col. tertia & quarta.

Furti varia pœna. lib. 2. fo. 40. col. 2. & tertia.

G

Genesis parua, Centimetrum, & Reuelationes quædam Apocalypsis dictæ & apocryphi. libro. 4. foli. 40. columna. 4. numero. 4.

Genuflexio in precibus deo exhibēdis, quibus diebus prohibita sit. lib. 4. fo. 50. co. 1. nu. 7.

Glossa. c. satisperuersum. 56. di. li. 2. fo. 34. co. 2. & 3.

Glossa in. c. cū homo. 23. q. 5. lib. 2. fo. 36. col. 4. nu. 8.

Glossa in. l. cū de lege. ff. de probat. lib. 2. fo. 25. column. 4. nu. 4.

Glossa in. c. cū essent. de simon. lib. 1. fol. 90. col. 2. versi. Secundò.

Glossa in capitul. consuluit. de vsur. ibidem. numero. 4.

Glossa. c. vnic. De cleric. non resident. in. 6. ibidem. col. tertia. num. 5.

Glossa. l. alsiduis. verb. datis. C. q. potior. in pigno. hab. lib. 1. fo. 34. col. 2. nu. 4. & fo. 35. col. 4. nu. 6.

Glossa. c. frater. 17. q. 4. lib. 2. fo. 90. col. 3. nu. 15.

Gratia quando ex defectu vel falsitate causæ deficiat. lib. 1. fo. 90. col. 4. versi. His ita.

Gratia à Pontifice iuppetrata ad beneficium simplex facta mentione curæ animarum, an valeat. lib. 1. fo. 91. col. 2. nu. 6.

Gratiani opiniones. lib. 2. fo. 36. col. 1.

Gregorius Nazæzenus diui Hieronymi præceptor, & de eius opusculis. lib. 4. fo. 31. col. 2. nu. 3.

H

Habens canonicam collationem, potest administrare propria autoritate, ante apprehensionem possessionis. lib. tertio. folio. 66. col. 2. nu. 6.

Hæres ex testamento ad factum obligatus, cogitur præcisè facere. lib. 4. fo. 10. col. 2. num. 14.

Hæredes, dictio, quomodo accipienda. lib. 2. fol. 69. col. 1. & 2. nu. tertio.

Hæredes filijve occisi, possunt agere ad æstimationem operatum eius, & quâ ratione. lib. 2. folio 44. col. 1. & 2.

Hærede instituto, & vsufructuario omnium bonorum dato, quis teneatur legata soluere. lib. 2. folio. 10. col. 1. & 2. nu. 7.

Hæredes vsurarij coguntur vsuras redere. lib. tertio. fo. 16. col. 4. nu. 7.

Hæredes an ex defuncti delicto teneantur. fol. eod.

Hæredes an non confecto inuentario, teneantur ex delicto defuncti, vltra vires hæreditarias. lib. 3. folio. 17. col. 2. nu. 8.

Hæres licet teneatur (dato vsufructuario omnium bonorum) soluere debita, soluet tamen ex ipsis bonis. lib. 2. fo. 10. col. 1. nu. 6.

Hæres donatoris nõ potest reuocare donationi pactum adiectum in fauorem tertij. lib. 1. foli. 64. col. 4. nu. 17.

Hæresis vnde dicta. lib. 3. fo. 2. col. 3. & 4.

Hæresis an necessariò requirat eius allertorem esse Christianum. fol. eodem. col. 3.

Hæreticus defenditur ab ecclesia. lib. 2. fo. 79. col. 1. versi. Decimoquartò.

Hæretici ipso iure priuantur beneficijs obtentis. libro. 2. foli. 34. columna. 2.

Hæretici quo iure cõburantur. li. 2. fo. 46. co. 3. nu. 10.

Hidalguia. Vid. Nobiles, & Nobilitas. infra.

Hieronymus presbyter, & de eius opusculis. lib. 4. fol. 33. columna. 2.

Hieronymi verba declarata. lib. 2. fol. 33. col. 2. versi. Primum huic.

Homicida proditorius quis dicatur? lib. 2. folio. 77. col. 1. versicu. Tandem.

Homicida proditorius abduci potest ab ecclesia. folio eodem. column. 2.

Homicidium simileuè crimen, an iuste possit pecunia puniri. libro secundo. foli. 38. column. 1. & 2. numero. 1. & 2.

Hospitalia an habeant immunitatem, quam ecclesiaz. lib. 2. fol. 57. col. 4.

Hypotheca

Hypotheca quando alienationis appellatione continetur. lib. 2. fo. 64. col. 3. num. 7.

Hypotheca generalis siue vniuersalis, tacita siue expressa ad certum tamen locum restricta, non continet res venales. lib. 2. fo. 24. columna prima. ver sic. Quinta.

Hypothecaria conuentus, nullis factis meliorationibus, an possit auctori offerre veram rei estimationem debito minorem. lib. 1. fo. 39. col. 3.

Hypothecaria actionis formula & sententia. lib. 1. folio. 38. col. 4. nu. 1.

Hypothecaria conuentus si rem meliorauit, an possit offerre auctori pretium rei nō meliorata: lib. 1. fol. 39. col. 1. post prin.

Hypothecaria actio proponi poterit contra vnum ex pluribus plurium rerum possessoribus in solidum. lib. 3. fo. 35. co. 4. nu. 7.

I

Ieiunantes quibus cibis interduntur. libro. 4. folio. 59. col. 4. nu. 15.

Ieiunium ecclesiasticum maxime differt à comuni vsu, & exercitio moralis abstinentiæ. lib. 4. folio. 53. col. 1. nu. 1.

Ieiunium an sit iure naturali, diuino q̄q̄ institutum. lib. 4. fo. 54. col. 1. nu. 2.

Ieiunium qua ratione sit iure humano indictum? lib. 4. fo. 54. col. 2. nu. 3.

Ieiunium quadragesimæ, & de eius institutione. lib. 4. fol. 54. col. 4. nu. 4.

Ieiunium quartæ feix, sextæ, & sabbati. lib. 4. fo. 55. col. 4. numero. 8.

Ieiunium quatuor temporum. lib. 4. fol. 56. col. 3. numero. 9.

Ieiunium Rogationum, & de illo triduo. lib. 4. fol. 60. col. 2. nu. 16.

Ieiunium quo die præcipitur, an tertium, vel quartum prandium nouæ transgressionis reatum in eodem die inducat. lib. 4. fol. 56. col. 4. nu. 13.

Ieiunij præceptum obligat eius transgressores ad mortalem culpam. lib. 4. fo. 57. co. 1. nu. 10.

Ieiunij in diebus, quod vnicum tantum prandium licitum sit. Et an eius quantitas legibus aduersetur. lib. 4. fo. 57. col. 3. nu. 11.

Ieiunij die qua hora prandendum sit. Et de distinctione horarum dici. lib. 4. fo. 58. co. 4. nu. 14.

Ignorantia probatur proprio iuramento. lib. 2. fol. 42. col. 1. & 2. ver. Tertio.

Immunitas ecclesiastica quid? & an differat à libertate? lib. 2. fo. 74. col. 2. nu. 1.

Immunitas ecclesiastica quo iure statuta. ibidem. col. 3. nume. 2.

Indefinita oratio quæ. lib. 1. fo. 56. col. 1. nume. 1.

Indictio quid? & quomodo computentur, vnde q̄q̄ ortæ. lib. 1. fol. 55. col. 1. nume. 4. & seq.

Iurisdictionis adiectio in instrumentis nō est necessaria præcisè, & quid si differat ab anno Domini ibi posito? ibidem. col. 4. num. 7.

Indulgentia homicidij, sine mentione prioris indulgentiæ impetrata, an valeat. libro. 1. fol. 92. col. 2. numero. 8.

Indirecta probatio contra instrumentum quæ? libro. 2. fo. 56. col. 3. num. 12.

Infamare seipsum, an sit æquè mortale ac proximum? lib. 1. fol. 14. col. 3. nu. 8. & col. 4.

Infamia iuris vnde descendat? lib. 3. fo. 14. col. 1. & 2.

Infamis infamia facti, licet sit inhabilis ad obtinenda beneficia, non priuatur obtentis. libro. 2. foli. 34. col. 1. & 2.

Infames testari possunt. lib. 3. folio. 17. col. 1. tertia. & versi. Quarto.

Infidelis non potest iuari immunitate ecclesiæ. lib. 2. fo. 79. col. 1.

Insimul qualiter excusentur à presentia in choro ut percipiant distributiones quotidianas? lib. 3. folio. 54. col. 1. nu. 8.

Iniuriam inferens tenetur ad damna & impensas & præterea aliquid ratione iniuriæ. lib. 1. fol. 44. col. 1. versi. Quarto.

Iniuria ciuilitè & criminalitèr punitur. lib. 2. fol. 44. col. 3. & 4.

Iniuriam inferens, an teneatur veniam petere, ad honoris restitutionem? ibidem. col. 3. & seq.

Iniuriæ estimatio quomodo fiat? ibidem. col. tertia. & post princip.

Iniuria verbis facta honoris præfatione non tollitur. lib. 1. fol. 50. col. 1. nu. 1.

Iniqua conditio, non semper facit contractum vsurarium. lib. 1. fo. 44. col. 1.

Inquisitionis iudicium hodie frequentissimum. libro. 2. fo. 43. col. 1. & 2.

Inscriptio quædam apud Gratianum expenditur, veraque eius lectio restituitur. lib. 4. fo. 17. col. 3. & per totum cap.

Institutus in re certa non habet ius nec nomen hæreditatis ad emphyteusim, feudumve obtinendum. lib. 2. fol. 71. col. 1. nu. 5.

Instrumentum quomodo & quando producendum sit in iudicio. lib. 1. fol. 7. col. 1. num. 5.

Instrumentum in iudicium non productum, non dicitur iudici notum. lib. 1. fo. 9. col. 2.

Instrumentum publicum, quot testibus improbetur. lib. 2. fo. 56. col. 3. nu. 12.

Instrumentum non liquidam quantitatem continens, an habeat paratam executionem. lib. 2. fo. 47. col. 1. nu. 1.

Instrumenta conditionalia, quomodo mandentur executioni.

I N D E X.

- executioni. lib. 2. fo. 48. col. 2. nu. 2.
 Instrumentorū exequutio, quomodo fiat in regijs
 tribunalibus, vel reuocetur, vel temperetur. ibi
 dem. col. 3. num. 3.
 Instrumenta publica paratam habent executionē
 statutis & regione. libro. 2. folio. 47. col. 1. & fo-
 lio. 48. col. 2.
 Instrumentum exhibere iudice mandante, nolen-
 ti, denegatur ius id iterum producendi. libro. 1.
 fol. 83. col. 4. num. 1. & fol. 84. col. 1. nu. 3.
 Intellectus ad. l. Titia Seio. & ad. l. mortuo boue. §:
 primo. ff. de legat. 2. lib. 4. fol. 9. col. 4. nu. 12.
 Interesse lucri cessantis & damni emergētis quod.
 lib. 3. fol. 3. col. 1. 2. & 3.
 Interesse lucri cessantis aut damni emergentis licite
 petitur. lib. 3. fo. 18. col. 3.
 Interesse lucri cessantis quando locum habeat? li. 3.
 fo. 19. col. 1. versi. Primò.
 Interesse quomodo possit in pactum deduci. lib. 3.
 fol. 20. col. 3. versi. Septimò.
 Interesse etiam ab initio potest pacto definiri. lib. 3.
 fol. 21. col. 1. versi. Ex quibus.
 Interpretatio cap. quadragesima. de consecrat. dist.
 5. lib. 4. fo. 55. col. 4. nu. 7.
 Interrogatus iniquè & iuris ordine omisso, poterit
 iudicem ambiguitate fallere, non mentiri. lib. 1.
 fol. 10. col. 4. nu. 2.
 Interrogatus de centū, quorum quinquaginta tan-
 tūm debet, an possit totam positionem negare?
 lib. 1. fol. 11. col. 4. nume. 5. & fo. 12. col. 1. & 2.
 Interdicto ecclesiastico subijcitur ciuitas vel puin-
 cia ob domini culpam. libr. 2. fol. 37. col. 3. nu. 10.
 Intestatorū quem decessisse, quomodo probetur. li-
 bro. 2. fol. 26. col. 1. num. 5.
 Inuentarij confectio remitti tutori à testatore po-
 test. libr. 2. fo. 58. col. 2. nu. 4.
 Iob liber à quo fuerit scriptus, & Tobiz liber an
 olim fuerit canonicus. lib. 4. fo. 21. col. 4. num. 4.
 Iudex an potuerint villo tempore exercere vsuras er-
 ga alienigenas. libr. 3. fo. 7. col. 1. nume. 7.
 Iudex vsurarij manifesti testamentum, an sit sine
 cautione nullum? li. 3. fol. 17. co. 4. ver. Septimò.
 Iudex quomodo debet acta iudiciorum sequi? lib.
 1. fo. 5. & deinceps.
 Iudex ex coniecturis & præsumptionibus, potest
 non adhibere fidē testibus. lib. 1. fol. 6. col. 1. versi-
 cul. Sexto. & fo. 7. col. 4.
 Iudex quid possit facere eo casu, quo sciētia sua p-
 rignat cum probationibus. lib. 1. fol. 6. co. 2. nu. 3. &
 fo. 9. co. 3. ver. Septimò.
 Iudex debet sententiam dicere ex actis cōtra suam
 scientiam. lib. 1. fol. 6. col. 3. & fo. 7. col. 4. in fi.
 Iudex publica authoritate fungitur. fo. 6. colum. 4.
 versi. Tertiò.
 Iudici non licet innocentem occidere. lib. 1. fo. 6. co-
 lum. 1. ver. Quartò.
 Iudex ordinarius requisitus à delegato, vt senten-
 tiam exequatur, an omnino debeat exequi etsi
 iniquam sciat? lib. 1. fo. 6. columna. 4. & fol. 9. co-
 lum. 4. num. 10.
 Iudex lata sententia functus est officio suo. lib. 1. fo-
 lio. 7. columna. 1.
 Iudex non potest sententiam dicere ex instrumen-
 to non producto in iudicium. lib. 1. fol. 7. colu. 1.
 numero. 5.
 Iudex contra scientiam suam iudicans ex actis, an
 mentiat? lib. 1. fol. 7. col. 3.
 Iudicem non posse iudicare contra conscientiam
 suam, quomodo intelligendum? lib. 1. fol. 7. co. 3.
 versi. Non obstant. & col. 4.
 Iudex non potest ex confessione sibi vt priuato,
 non vt iudici facta, ius dicere. lib. 1. fol. 9. colu. 4.
 numero. 9.
 Iudex non potest ex sua sciētia iudicare contra pro-
 bata, etiam in causis breuioribus. lib. 1. fol. 9. co-
 lum. 3. ver. Sextò.
 Iudex laicus potest sine licentia episcopi abducere
 delinquentem ab ecclesia, eo casu quo non ha-
 bet locum immunitas. lib. 2. fo. 81. co. 3. versi. Tri-
 cesimo quartò.
 Iudex potest pœnam lege statutam ex causa vel au-
 gere vel minuere. lib. 2. fo. 40. col. 3. nu. 8.
 Iudex ordinarius requisitus, vt alterius sententiam
 exequatur, an possit exequutionē omittere, ex
 eo quòd priuatim sciuerit sententiam iniquam
 esse. lib. 1. fol. 9. col. 4. nu. 10.
 Iudex ecclesiasticus, qualiter potest pœnis pecunia-
 rijs criminari punire? li. 2. fo. 40. co. 4. ver. Postremò.
 Iudex appellatus, quibus in rebus sequi debeat le-
 ges eius fori à quo est appellatum. lib. 2. fo. 50. co-
 lum. 4. num. 5. & fo. 51. col. 2. & 3.
 Iudex ad quem appellatum est à sentētia reductio-
 nis, quomodo ius dicere debeat? lib. 2. fo. 51. col. 3.
 versi. Tertiò.
 Iudices seculares sepe admittunt actionem contra
 contractum iuratum, sine præcedētes absolutio-
 ne. lib. 1. fo. 26. col. 3. nu. 7.
 Iudex ecclesiasticus qui de causa absolutionis co-
 gnouerit, quando potest ipsam principalem cau-
 sam tractare? ibidem. col. 4. nu. 8.
 Iudex competens in causa præparante, an sit com-
 petens in causa præparata? lib. 1. fol. 26. col. 4. sub
 num. 8.
 Iudex an possit vt simulatione ad extorquendam
 veritatem? lib. 1. fo. 18. col. 1. num. 16.
 Iudex an possit reum condemnare ex confessione,
 quam in punitate proposita, fecerit? lib. 1. fo. 18.
 colum. 2. numero. 16.

Iudex

I N D E X.

- Iudex**, qui promissa impunitate, reum ab ecclesia discedere coegit, an teneatur hanc fidem seruare. lib. 1. fol. 18. col. 3.
- Iulianus Cæsar** quis fuerit. Et quædam apud Gravianum de ea obseruatione digna adnotantur. lib. 4. fol. 18. col. 4. & per totum cap.
- Iuramentum** appositum venditioni efficit, ut venditori scienti non sit necessariò denuncianda litis quæstio. lib. 3. fol. 71. col. 4. nu. 5.
- Iuramenti vis**, mendacium per se veniale, mortale efficit. lib. 1. fol. 5. col. 3. num. 2.
- Iuramentum** non est seruandum, vbi sine iusta causa quis se exponeret verisimili mortis periculo. lib. 1. fol. 14. col. 2.
- Iuramenti promissorij & assertorij** differentia. li. 1. fol. 14. col. 3.
- Iura Põtificia** præferenda Cæsareis in immunitatis materia. lib. 2. fo. 75. col. 3. nu. 3.
- Iuramenti delatio** in criminibus, moribus non admittitur. lib. 2. fo. 43. col. 3.
- Iuramentum** non auget obligationem extrinsecus, nec supplet defectum consensus. lib. 2. fo. 57. col. 2. vers. Quinto.
- Iuramentum** donatoris, impedit reuocationem pacti seu conditionis adiectæ donationi. li. 1. fo. 62. col. 1. nume. 10.
- Iuramentum** an efficiat perpetuam actionem? li. 1. fol. 43. col. 4.
- Iurisdictio** voluntaria an delegari valeat? lib. 3. fol. 79. col. 3. ver. Secundo inferitur.
- Iurisdictio** voluntaria, an possit extra territorium exerceri. ibid. fo. 80. col. 1. nu. 8.
- Iustitia** quo ad alium consideratur. lib. 1. fo. 7. col. vers. Quinta.
- Ius patronatus** ecclesiasticum, non potest transferri à patrono, qui nõ instituit, in præiudicium vocatorum ex prima institutione. lib. 2. fol. 72. co. 1. ver. Sed quaritur.
- Ius patronatus** ecclesie ab vno hæredum ex testamento ædificatæ, ad cohæredes etiam pertinet. ibidem. versic. Sexto.
- Ius patronatus** ecclesiasticum acquisitum constante matrimonio, communicatur vxori. lib. 3. foli. 77. col. 1. nu. 5.
- Ius patronatus** ecclesiasticum ad hæredes etiam extraneos ex propria natura pertinet. lib. 2. fol. 71. col. 1. nu. 6.
- Ius patronatus** ecclesiasticum non transit in filium qui hæres non est. ibidem. col. 2. num. 7.
- Ius patronatus** ecclesiasticum transit in emptorem hæreditatis cum ea vniuersitate. ibidem. columna. 2. vers. Quarto.
- Ius patronatus** ecclesiasticum, non transit in fideicommissarium, restituta hæreditate. fo. cod. col. 4.
- Ius patronatus** non pertinet ad filium institutum in legitima, nec ea vendita transit in emptorem. lib. 2. fo. 71. col. 4. nu. 9.
- Ius naturale** vel diuinum, an possit tolli minui vel lege humana aut consuetudine. lib. 1. fol. 76. col. 4. & fol. 77. col. 1.
- Ius sepulchri**, vendito fundo, transit in emptorem. lib. 1. fol. 56. col. 3. versic. Hinc etiam.
- Ius offerendi** pretium ad redimendum, an mala fide vel certa scientia emptoris, præscribatur? li. 1. fo. 42. col. 4. nu. 5.
- Iustum** pretium perpetui redditus, qualiter definiatur? lib. 3. fo. 42. col. 1. nu. 5. & annui ad vitam constituti. & fo. 43. col. 1. nu. 7.
- Iuuenus presbyter Hispanus**. & de eius oper. li. 4. fol. 38. col. 3.
- Ius succedendi** ex testamento, ius succedendi ab intestato, ius agendi cõtra testamentum, quòd tria hæc diuersa, ac distincta sint, probatur. lib. 4. fo. 61. colum. 1. num. 1.
- Ius agendi** contra testamentum patris ex sola concessione succedendi ex testamento, & ab intestato nõ dari ex propria verborum significatione probatur. lib. 4. fol. 61. col. 2. nu. 3.
- Ius Italicum** quid sit apud Iurifconsultos. li. 4. fo. 9. colum. 2. num. 11.

L

- Lactantij Firmiani opera** an sint apocrypha. li. bro. 4. fol. 43. col. 1.
- Læsiõ** etiam intra dimidiam, in animæ iudicio, donatio non præsumitur, estque restitutione sarcienda. libro. 2. folio. 18. column. 3. numero. 11.
- Læsiõ** vltra dimidiam contingente, an sint res & pretium alternatiuè in obligatione? lib. 2. fol. 20. col. 1. nu. 14.
- Læsiõ** vltra dimidiam iusti pretij quomodo deprehendenda. lib. 2. fo. 14. col. 1. nu. 8.
- Læsiõ** enormissima non continetur renunciatione etiam simplici & iurata. libro. 2. foli. 17. co. 1. numero. 5.
- Laici** an teneantur decimas deferre ad horrea clericorum. lib. 1. fo. 79. col. 4. versic. Octauo.
- Laici** an possint eximi à soluendis decimis Roma. Pontificis priuilegio. lib. 1. fo. 80. co. 3. nu. 9.
- Laici** quãdo teneantur oblationes clericis dare? li. 1. fo. 76. col. 2. nu. 3.
- Laicis** non potest competere ius percipiendi decimas, nisi ex priuilegio. lib. 1. folio. 76. column. 4. numero. 5.
- Laici spoliati** iure percipiendi decimas, an sint ante omnia restituendi. li. 1. fo. 77. co. 4. ver. Ex quibus.

Latre

I N D E X.

- Latro famofus quis dicatur?** li. 2. fo. 40. col. 1. num. 7.
Latro famofus non fruitur templorum immunitate. li. 2. fo. 79. col. 3. verfi. Decimonono.
Legatum Tellerę explicatur. libr. 4. fo. 8. co. 3. nu. 9.
Legatum ea conditione, fi non nupferit, an liceat legatariz nubenti in foro confcientiz accipere? li. 1. fo. 88. col. 1.
Legatis ducentis fi nupferit, centum fi religionem ingrediatur, an profidenti religionem ducenta debeantur? li. 1. fo. 87. col. 3. nu. 9.
Legitima filij ex bonis parentis publicatis eius filij bonis, non publicatur. li. 2. fo. 36. co. 3. verfi. Sic de linquente.
Legitima est ius quoddam vniuerfale. li. 2. fo. 71. col. 4. nume. 9.
Legitima filiorum quę fit in hoc regno. lib. 1. fo. 86. colum. 3.
Legitimatio inualida est, ni fi fiat principi mentio liberorum. li. 1. fo. 92. col. 3. nume. 9.
Leges non receptę ab initio vel poftcę defuetudine fublata, non obligant. li. 2. fo. 56. col. 2.
Legitimę probationes quę dicantur. li. 2. fo. 52. co. 3. verfi. Ceterum.
Legatum omnium bonorum vel rerum teftatoris, vt frumenti & fimilium, an venalia cõtineat. li. 2. fo. 20. col. 4. nu. 1. & fo. 21. col. 1. nu. 3.
Legatum rerum omnium, quę domi vel in villa funt, ad venalia non extenditur. li. 2. fo. 21. col. 1. nu. 3. & col. 4. num. 4.
Legatum annuum ciuitati relictum, vel ecclefix, an centum annis finiatur? & quid in priuato? lib. 3. fo. 44. col. 1. nu. 10.
Legis veteris pręcepta an ceffaerint, poftquam ve noua lege iterum ftatuuntur? col. 3. num. 1.
Legis veteris pręcepta varia. ibidem. num. 1.
Legis finis, an includatur, & contineatur fub pręcepto? libr. 4. fo. 58. col. 3. nu. 12.
Leo Papa, & de eius epiftola, fimul & de epiftolis Decretalibus. lib. 4. fol. 33. col. 2.
Leuca. li. 2. fo. 76. col. 1. verfi. Olim.
Lex improbens confuetudinem, an reprobare cenfeatur pręteritam tantum, vel futuram fimul. li. 3. fo. 52. col. 3. nu. 4.
Liber homo an poftit pignori dari? li. 2. fo. 3. col. 4.
Liberatus ab adminiftratione pręterita, an teneatur ad id quod actione reali vendicari poteft? li. 2. fo. 56. col. 4. nu. 1.
Liberatione legata à reddendis rationibus & actione pręterita adminiftrationis, an cenfeantur legata reliqua? li. 2. fo. 57. col. 3. num. 2.
Liberatio à reddendis rationibus quid operetur? li. 2. fo. 58. col. 2. nu. 3.
Liber Paftoris dictus, apocryphus. lib. 4. fo. 40. co. 3.
Liber, qui dicitur, Tranfitus fanctę Marię. lib. 4. fo. 41. colum. 3. num. 5.
Libri Efdra, Hefter, & Iudith, an fuerint apud Hebręos canonici? lib. 4. fol. 22. col. 2. nu. 5.
Libri Agiographi, qui dicantur. lib. 4. fol. 31. col. 4. n. 1.
Librorum noui Teftamenti ordo, & de quibus apud veteres Theologos fuerit olim dubitatum. lib. 4. fol. 24. colum. 4.
Liberti quod ius apud Romanos ex manumiffione habuerint. Et de Latinis, ac dedititijs libertis. lib. 4. fol. 7. col. 4. num. 7.
Liberti olim in tribu Romana cęlebantur, in eaque fuffragium ferebant. lib. 4. fol. 8. col. 1. num. 8.
Liberto quam vtilitatem attulerit tribus legatum apud Scęuolam. lib. 4. fol. 8. col. 4. nu. 10.
Eite pendente inter fifcum & priuatum, nequaquam eft priuatus poffeffionere de qua agitur, priuandus. lib. 1. fo. 71. col. 1. nu. 9.
Literę beneficia conferentes, funt ftrictiffimę interpretandę. li. 1. fo. 91. col. 3. & feq.
Litiganti an liceat mendacijs dolo ve vti aduerfus aduerfarij dolum? li. 1. fo. 10. col. 3. nume. 1.
Locationis cõttractus an admittat decifionem. I. quõ ties. C. de rei vendicat. li. 2. fo. 73. col. 4. nu. 8.
Locatio ad longum tempus, an fit alienatio? li. 2. fol. 62. col. 1. & 2.
Locatio facta vltra tempus permiiffum, an fit valida faltem quo ad tempus iure conceffum? li. 2. fo. 63. col. 1. numer. 1.
Locus contractus fi in eo reus inueniatur, eft fatis idoneus, vt ibi de reftitutione tractetur. lib. 1. fol. 24. col. 2. nu. 1.
Longum tempus quod fit. li. 2. fo. 62. col. 1. & 2. nu. 1.
Lucri adquffitio quę requirit alteri cõiugum in matrimonio deceffiffe, habet locum vtroque fimul perente. li. 2. fo. 28. col. 3. nu. 2.
Lucri refolutio, quę pręmoriante altero ex duobus fit, fi ij fimul perierint, locum non habet. li. 2. fol. 29. col. 1. nu. 4.
Lucri adquffitio quę requirit alterum ex duobus fuperuiffiffe, deficit ijs fimul perentibus. li. 2. fo. 31. col. 1. nu. 7.
Luftrum. li. 1. fo. 55. colum. 2.

M

- M Achabeorum libri.** lib. 4. fo. 24. col. 1. nu. 7.
M Maior fumma an includat minorem. lib. 1. fo. 12. col. 1. & fol. 13. col. 1. nu. 6.
Maiora crimina committentes, non continuo grauioribus pœnis caftigantur. li. 2. fo. 34. col. 3.
Maioratus & feudum differunt. li. 1. fo. 68. col. 2. n. 14.
Maioratus dignitas eft. li. 1. fo. 68. col. 4. & lib. 3. fo. 24. col. 1. & 2.
Maioratus an & qua ratione funt liciti? li. 3. fo. 23. col. 4. verfi. Tertio.
Maioratus conditionibus & legibus licentia principis

✠✠

cipis

I N D E X.

- cipis institutus, derogari poterit principis rescripto. lib. 3. fo. 27. col. 1. nu. 1.
- Maiores bonorum possessio sine apprehensione quaritur successori. lib. 3. fo. 24. col. 3. nu. 6.
- Maiores dictio, quomodo in his regnis accipienda. lib. 3. fo. 22. col. 2. nu. 2.
- Maiores bona ad vnum tantum & indiuisa pertinēt. ibidem col. 2. num. 3.
- Maiores & primogenij bona ex propria significatione masculis deferuntur, exclusis feminis. lib. 3. fo. 23. col. 3. num. 5. vid. verb. Primogenij. & verb. Prohibitio.
- Mandatum speciale ad iurandum de calumnia, quomodo requiratur? lib. 1. fo. 30. col. 4.
- Mandatum cum clausula rati habitationis, quam vim habeat? lib. 1. fo. 31. col. 2. nu. 4.
- Mandatum morte mandatis expirat, & quid in mandato ad pias causas? lib. 1. fo. 64. col. 1. num. 16.
- Manu altera carens, si puniendus sit lege amputatione manus, an altera quam habet sit priuandus? lib. 2. fo. 39. col. 3. nu. 5.
- Martyrum historia. Et de vitis patrum. libr. 4. fol. 34. col. 2. num. 7.
- Martyribus licuit in carceribus manere tyrannorum. li. 1. fol. 15. col. 3. ad finem.
- Martinus ab Azpilcueta. lib. 1. fol. 5. col. 3. num. 2.
- Masculus secundò genitus præfertur feminæ primogenitæ in regni successione. lib. 3. fo. 24. col. 1.
- Masculinam non comprehendit femininum in contractibus. li. 2. fo. 68. col. 4.
- Mater ob debitum ex administratione tutelæ contractum, non debet in carcerem duci. lib. 2. fo. 4. col. 1. nu. 3.
- Maximè dictio. lib. 2. fo. 29. col. 3.
- Medium non debet esse contrarium fini. lib. 1. fol. 6. col. 2. versi. Septimò.
- Melchior Canus. li. 1. fo. 45. col. 3.
- Meliorare potest vnus vnus ex nepotibus ex filio vnico susceptis, etiam filio viuo. li. 1. fo. 86. col. 1. numero. 4.
- Melioratio non potest verè fieri in vnico filio. lib. 1. fo. 85. col. 4. nu. 3.
- Meliorationis rei obligatæ, an cedant obligationi? lib. 1. fol. 39. col. 2.
- Mendacium quid? & quando mortale, quando veniale crimen sit? li. 1. fo. 5. col. 3. nu. 2. & fo. 11. col. 2.
- Meretrix publica an cogatur quælibet admittere? & de violentia ei illata. li. 3. fol. 56. col. 4.
- Metu mortis vel tormentorum, potest quis sine peccato propriam proderè famam. lib. 1. fol. 14. column. 4. in fine.
- Metu mortis vel tormentorū, an possit quis falsum crimen agnoscere. li. 1. fo. 14. col. 3. nu. 8.
- Militaria. li. 2. fo. 75. col. 1. versi. Olim.
- Milites qui se prælijs & periculo mortis offerunt, non statim mortaliter peccant. lib. 1. fo. 16. col. 2. versic. Nonò.
- Milites pro pecuniario debito, in carcerem mitti non possunt. li. 2. fo. 4. col. 3. nu. 4.
- Minores ordines, an sint sacramentum? li. 1. fol. 47. col. 2. nu. 10.
- Minor quomodo restituatur in integrum in causa matrimonij. li. 1. fo. 29. col. 3.
- Minor læsus in renunciatione beneficij, restituendus est, etiam si sit beneficium alteri collatum. li. 1. fo. 27. col. 3. nu. 1.
- Minor in spiritualibus pro maiore habetur. ibidem column. 3. num. 1.
- Minor quandoq; in integrum restituitur etiam in lucro. ibid. col. 3. num. 2.
- Minor læsus vltra dimidiam, an possit petere restitutionem omisssa. l. 2. de rescind. vendit. & quid referat. li. 1. fol. 22. col. 4. versi. Tertiò.
- Missæ dictio, qua pro summo sacrificio autores ecclesiastici vtuntur, vnde originem habuerit. libr. 4. fol. 62. col. 1.
- Et de dictione Kyrie eleison. lib. 4. fo. 62. col. 4. & 2.
- Monasterium, an sit ingredienti loco filij. lib. 1. fol. 84. col. 4. nu. 6.
- Moropetinus. li. 1. fo. 50. col. 3. & 4.
- Morientis vulnerati assertio, an noceat vel profiteo. li. 2. fo. 54. col. 4. nu. 8.
- Mulier habet hypothecam tacitam etiam quo ad parapherna & donat. propter nuptias, sed non cum prælatione. li. 1. fo. 31. col. 3. nu. 1.
- Mutus quomodo confiteri possit. li. 2. fo. 54. col. 1. versi. Hinc obiter.

N

- N**egatiua quomodo probari debeat? li. 2. fol. 25. col. 2. nu. 3. & fo. 26. col. 1. versi. Ex his.
- Negatiuum factum non potest esse notorium. li. 2. fo. 28. col. 1. versi. Item idem.
- Nisibis vrbs an ea dicta fuerit Antiochia à veteribus? lib. 4. fol. 14. col. 4. & per totum cap.
- Nobiles an possint pro debito pecuniario capi? lib. 2. fol. 14. col. 3. nu. 4.
- Nobiles non sunt corporaliter puniendi, ex defectu bonorum. libr. 2. folio. 39. columna. 3. versic. Octauò.
- Nobiles tormentis non subijciuntur. li. 2. fo. 29. col. 1. nu. 4. nec pœnis ignominiosis.
- Nobiles in pœnis pecuniarijs grauius, in corporalibus mitius puniuntur. libr. 2. folio. 39. columna. 1. versi. Tertiò.
- Nobilitatis lite pendente reus an sit cogendus tributa conferre, & honoribus nobilium abstinere. lib. 1. fo. 71. col. 4. nu. 11.
- Nobilitatis seu hidalguiz causæ, quomodo circa possessione

- possessionem & proprietatē tractentur. lib. 1. fo. 72. col. 2.
- Notarius alteri stipulari pōt. lib. 1. fo. 62. co. 2. nu. 11.
- Notoria facti permanentis & transeuntis. lib. 2. fo. 27. col. 4.
- Noui testamenti librorū ordo, & de quibus apud veteres Theologos fuerit olim dubitatum. lib. 4. fol. 24. col. 4.
- O.
- O** b crimen læsæ maiestatis diuinæ & humanæ, filij nepotesq; poena afficiuntur. lib. 2. fo. 33. col. 3. & 4. nu. 2.
- Obligatio omnium bonorum, siue læsæ & similiū, non adiecta loci restrictione, vernalia comprehendit. lib. 2. fo. 21. col. 1. nu. 2.
- Oblatio. li. 1. fo. 55. col. 1. nu. 4.
- Occidere se ipsum etiam causa religionis nūquam licuit. fo. 15. col. 4. vers. Secundo. & vers. Tertio.
- Occultum crimen nō temerē detegendum. fo. 52. colum. 2. & 3. vers. Sextum. lib. 1.
- Offerendi iuri an præscribatur. fol. 42. colū. 1. vers. Egregia.
- Omne quod non est ex fide, peccatum est. lib. 1. fol. 5. columna. 2. num. 1.
- Opem ferentes fugiētī à carcere, quādo delinquāt. lib. 1. fol. 17. col. 2. & 3.
- Oratio indefinita quæ. lib. 1. fol. 56. col. 1. nu. 1.
- Oratio hæc, lego omnes res meas, an sit generalis vel vniuersalis. lib. 1. fol. 56. col. 2. nu. 2.
- Oratio indefinita ex propria significatione, non æquipollet vniuersali. lib. 1. folio. 57. col. 1. nu. 5. & multa de hac oratione toto eo capite.
- Origenes, qui & Adamantius presbyter. Et de eius operibus. lib. 4. fo. 30. col. 1. nu. 10.
- Orosius Hispanus presbyter. Et de eius scriptis. lib. 4. fol. 38. col. 2. nu. 11.
- P.
- P** Acto adiectionis in diem, vel legis commissio, rix, dominium transfertur sine noua traditione. li. 3. fo. 36. col. 3. vers. Prima cōclusio.
- Pactum vt debitor, non excusis bonis, in carcerē conijciatur, an valeat. lib. 2. fo. 5. col. 2. nu. 7.
- Pactum retrouendendi, etiam si fiat verbis directis, non inducit translationem dominij sine traditione. lib. 3. fo. 37. col. 2. nu. 2.
- Pactum de retrouendendo, cū sit licitum, contractum tamen suspectum reddit. lib. 3. fo. 38. col. 2. numero. 4.
- Pactum quod venditori non liceat ante certum tēpus rem redimere, an sit licitum. lib. 3. fo. 40. col. 1. numero. 8.
- Pactum de retrouendendo pars pretij censetur, ipsamq; æstimationem minuit. lib. 3. fo. 45. colum. 1. numero. 1.
- Pactum redimēdi, an tollatur præscriptione. li. 1. fo. 42. col. 1. vers. Egregia. & folio. 43. columna. 3. & 4. numero. 3. alias. 7. & 8.
- Pactum redimendi sine tempore appositum contractui, quod habeat tempus. lib. 1. fol. 42. col. 1.
- Palatium episcopi, an habeat ius immunitatis. li. 2. fo. 76. col. 2. vers. Quinto.
- Palmus. ibidem. col. 1.
- Pascha quo tēpore celebretur. li. 1. fo. 74. col. 1. & 2.
- Pascendi ius quanto tempore præscribatur. lib. 1. fo. 81. col. 2. nu. 11.
- Pascendi seruitus, an sit realis, vel personalis. ibidem columna. 4.
- Passus quid spatij contineat. lib. 2. fo. 75. col. 4. nu. 5.
- Pastoris liber, apocryphus. lib. 4. fol. 40. col. 3.
- Pater an per alienationem voluntariam rei aduentitiæ, vsu fructum amittat, & filio quæratur? lib. 1. fo. 41. col. 1. & 2.
- Pater quomodo possit filium vendere. lib. 3. fo. 57. col. 2. nu. 4.
- Pater potest quandoq; alienare rem aduentitiā filij famil. sine decreto. lib. 1. fol. 40. co. 3. nu. 6.
- Pater an teneatur soluere pœnam pecuniariā quæ fili? est multat? li. 2. f. 36. col. 2. ver. Hinc apparet.
- Pater aliquando potest emphyteusivni ex filijs legare. lib. 1. fo. 56. col. 2. nu. 1.
- Patronatus ius, an fundo vendito, in quo est ecclesia, trāseat in emptorē. fo. 56. co. 3. vers. Hinc etiā.
- Patronatus ius an in venditione omnium bonorū includatur. fol. 56. co. 4. numero. 4. Vid. ver. Ius patronatus.
- Patriarcharū sedes quatuor, & quo ordine fuerint olim connumeratæ. lib. 4. fol. 27. col. 3. in prin.
- Pauli Castrensi opinio, de exequendis instrumentis. lib. 2. fo. 47. col. 3. & 4.
- Pauli eiusdem opinio de donatione omnium bonorum referuato vsu fructu. lib. 3. fo. 49. col. 4. nu. 1.
- Paupertas an probetur eo ipso, quod probatur quem tot bona habere, non plura. li. 2. fo. 25. col. 2. & 3. nu. 3.
- Paupertatem vel diuitias allegans, tenetur ea probare. ibidem col. 2. nu. 2.
- Pauperis testimonium an & quando admittatur. li. 2. fo. 27. col. 2.
- Paupertas culpa quæ sita an habeat priuilegia paupertatis. li. 2. fo. 65. col. 2. & 3.
- Pausanias Lacedæmonius. li. 2. fo. 81. col. 2.
- Peculium filij an & quando publicetur ob crimen, vel patris vel filij. li. 2. fo. 36. & seq.
- Pecuniam vsu consumi, quomodo intelligendum. li. 3. fo. 6. col. 1. 2. & seq.
- Pensiones rei venditæ, an ad emptorem pertineant quando tempore venditionis, nondum dies solutionis cesserat. li. 1. fo. 65. col. 3. & 4. nu. 3.
- Pensio ecclesiastica, pensionario defuncto pro rata temporis debetur. li. 1. fo. 55. col. 1. nu. 4.

I N D E X.

- Penſitationum genera. lib. 1. fol. 55. col. 1. nu. 4.
- Periurium etiam in re leuiſſima, mortale crimē eſt. lib. 1. fol. 5. col. 3. nu. 2. & col. 4. ibid.
- Periurus non eſt, qui interrogatus, an debeat centum, negat ſimpliciter, cum quinquaginta debeat. li. 1. fol. 12. col. 4. & fol. 13. col. 1.
- Periurium ex omiſſione & commiſſione. li. 1. folio. 13. colum. 1.
- Perſarum Reges ex Meſtaſthene, Philone, & Græcis historiographis ad ſacræ ſcripturæ intelligentiam. lib. 4. fo. 23. col. 2. 3. 4. & 5. nu. 6.
- Perſonarum ratio eſt in pœnis habenda. lib. 2. fo. 39. col. 3. verſi. Septimò.
- Permutationes beneficiorum an patiantur beneficium. l. 2. de reſcindend. vendit. li. 2. fol. 27. col. 3. nu. 3. & fo. 29. col. 2. nu. 8. & col. 4. nu. 9.
- Peruigilationes & nocturna ſacrificia. libr. 4. fol. 53. col. 3. numero. 10.
- Petitorium an in cauſis nobilitatis ſuſpendi poſſit per poſſeſſorium à reo vel ab actore deductum? li. 1. fo. 72. col. 2. nu. 12. & col. 3.
- Petens in teſtati hæreditatem tanquàm proximus conſanguineus, probat ſe eſſe proximiorē id aſſerendo. li. 2. fo. 26. col. 3. verſi. Tertio.
- Petri, & eccleſiæ Romæ primatus à Gelafio ex diuino elogio deducitur. lib. 4. fo. 77. aliàs. 26. col. 3.
- Petri & Pauli Apoſtolorum martyrium. libr. 4. fol. 27. columna. 1.
- Petri Itinerarium, quod appellatur ſancti Clementis libri octo, apocryphi. lib. 4. fol. 39. columna. 3. & 4. numero. 2.
- Philaſteria quæ dicantur, & quæ reprobentur. libr. 4. fol. 44. col. 3. num. 12.
- Plura facta, quando plura crimina efficiant. lib. 2. fol. 44. col. 4. nu. 8.
- Pœnalis conſtitutio quando ſit extendenda. libr. 1. fol. 51. col. 3.
- Pœna appoſita pro conſeruanda pace, an poſſit remitti in præiudicium ſicci vel eccleſiæ. libr. 1. fol. 65. col. 1. nu. 18.
- Pœna carceris an imponi poſſit? li. 1. f. 17. col. 3. & 4.
- Pœna imputationis alicuius membri, & mortis in lege definita, an incipiendum à minore. li. 2. fo. 46. col. 2. nu. 9.
- Pœnitentiæ ſacramenti miniſter verus quis ſit. lib. 1. fol. 47. col. 3. nu. 11.
- Pœnitentia publica & ſolennis quæ. li. 2. f. 42. col. 3.
- Pœnæ pecuniariæ quomodo diſtribuendæ à iudicibus Eccleſiaſticis. lib. 2. fo. 41. col. 1. verſi. Quartū.
- Pœna ſpiritualis quæ ſit. li. 2. fol. 33. columna. 2. verſi. Quinta.
- Pontifex Maximus in ijs quæ ad fidem pertinent errare nequit. lib. 1. fol. 48. col. 1. nume. 12.
- Pontifex Maximus an debeat Cardinalium, aut iuriſperitorum conſilium petere. ibidem.
- Pontifex Maximus in canonizatione ſanctorum errare non poteſt. ibidem. col. 2. nume. 13.
- Pontifex Maximus an & quando poſſit auferre ab episcopis poteſtatem adminiſtrandi ea ſacramenta quæ ſunt eis reſeruata. li. 1. fol. 47. col. 1. & 2.
- Poſſeſſio ciuiliſſima tractatur, an potuerit lege ſtari. lib. 3. fo. 26. col. 2. & ſeq.
- Poſſeſſio beneficij eccleſiaſtici quo pacto acquiratur. li. 3. fo. 44. aliàs & 64. cap. 16. per totum.
- Poſſeſſor quando faciat fructus ſuos. li. 1. fol. 20. col. 2. verſi. His ſanè. & ſeq.
- Poſſidens rem ex contractu, quem ſcit poſſe reſcindi, an habeat bonam fidem. li. 1. fol. 19. col. 4. in fi. & fol. 20. col. 1. in prin.
- Poſtea dictio. lib. 1. fo. 59. col. 3. nu. 1.
- Poſtmodum dictio. li. 2. fol. 55. col. 3. in fi.
- Poteſtas abſoluta quo pacto in principe diſtinguatur ab ordinaria. li. 3. fol. 29. col. 1. nu. 8.
- Præceptum decalogi de Sabbatis ſanctificandis partim eſt morale, partim cæremoniale. lib. 4. fo. 48. colum. 2. nu. 2.
- Præceptum de feſtis celebrandis, qua ex parte morale cenſetur, eſt & iuris naturalis. ibid. colum. 4. verſi. Tertia conſuſio.
- Præcepto ſanctificationis dierum, quòd externus cultus, non internus præcipiatur. libr. 4. fol. 52. col. 3. numero. 11.
- Præſcriptio & priuilegium differunt. libr. 1. fol. 78. col. 2. verſi. Quarto.
- Præſcriptio quid poſſit circa exemptionem à ſoluendis decimis, & quantū temporis ſufficiat? li. 1. fo. 80. col. 4. nu. 10.
- Præſcriptio priuilegiumve de decimis percipiendis aut non ſoluendis, an ad noualia extendatur. lib. 1. fol. 82. colum. 4. nu. 13.
- Præſatus an teneatur ſtare locationi factæ per præceſſorem. lib. 2. fo. 61. col. 2. nu. 6.
- Præſcriptio triginta annorum, an tollatur hiſ diſtionibus, quando cunq; perpetuò, & ſimilibus. lib. 1. fo. 42. col. 3.
- Præſcriptio immemorialis quando ſit par priuilegio. lib. 1. fo. 81. col. 2. & 3.
- Præſatus ſiſcum habet. lib. 2. fo. 41. col. 2. num. 11.
- Præſatus qui iurauit ſe non alienaturum res Eccleſiæ, non eſt periurus ſi eas locauerit etiam ad longum tempus. li. 2. fo. 62. col. 2. verſi. Huic etiã.
- Præſumptio iuris transfert in aduerſarium onus probandi. lib. 2. fo. 25. col. 1. & 2.
- Præſumitur pro regula, niſi exceptio probetur. li. 2. fo. 51. col. 1. nu. 4.
- Præſumitur teſtem iuratum dixiſſe, ſi tabellio id ſcripſerit. lib. 2. fo. 52. col. 4. nu. 2.
- Præcarium ſimpliciter conſtitutum, morte concedentis non extinguitur, niſi ab hærede reuocetur. li. 3. fo. 42. alias. 62. col. 1. nu. 1.

Præcarium

I N D E X.

- Precarium ita constitutum donec reuocetur, non expirat morte concedentis.** *ibidem* col. 3. num. 3. & alia de precario eo. capite toto.
- Pretium iustum cuiusque rei latitudinem habet.** lib. 2. fo. 11. col. 1. nu. 1.
- Pretium iustum rei, non natura sed communi æstimatione constituitur.** li. 2. fo. 12. col. 2. num. 4.
- Preceibus an sit significandum id, quod principem et si sciret, à concessione non auerteret.** li. 1. fo. 89. col. 3. nu. 1.
- Primatus Petri & ecclesie Romanæ à Gelasio ex diuino elogio deducitur.** li. 4. fo. 77. alias. 26. co. 3.
- Primogenij successor potest petere ex causa, ut bona primogenij esse iudicentur.** lib. 1. fo. 85. col. 2. numero. 8.
- Primogenijs, alijsq; dispositionibus potest adijci cōditio, ne presbyter, ne monachus sit.** libr. 1. fo. 88. col. 2. nu. 11.
- Prinipilus quis fuerit apud antiquos.** libr. 1. fo. 70. col. 3. & 4.
- Princeps derogare potest conditionibus maioratus sua licentia constitui.** lib. 3. fo. 27. col. 1. nu. 1.
- Princeps potest illegitimum legitimum efficere ad feudi successione.** *ibidem* col. 3.
- Princeps non potest derogare testatorum voluntatibus.** lib. 3. fo. 28. col. 1. nu. 5.
- Princeps an transferat dominium sine traditione.** li. 2. fo. 72. col. 4. nu. 3.
- Princeps potest ex sua scientia, contra acta & probata iudicare.** lib. 1. fo. 8. co. 1.
- Princeps Ecclesiasticus legem condendo potest peenam mortis inferre.** lib. 2. fo. 78. col. 2. & 3.
- Principia quæ sint apud Martianum Iurisconsultum.** lib. 4. fol. 63. co. 3. & 4.
- Prior creditor habens specialem & generalem hypothecam, non potest in præiudicium posterioris, uti generali, nisi exçussa prius speciali.** li. 3. fo. 74. col. 1. nu. 2.
- Probatio euidentissima quæ dicatur.** lib. 2. folio. 28. col. 3. & 4. cū seq.
- Probatio admittitur contra eum, cuius iurati respōsioni lege standum est.** lib. 2. fo. 53. col. 2. in fi.
- Probationibus paribus, pro fisco etiam actore est prouinciandum.** lib. 1. fo. 69. col. 4. nu. 3.
- Procurator cum libera potest petere in integram restitutionem.** lib. 1. fo. 31. col. 1. versu. Quinto.
- Prohibitio alienationis ex causa maioratus facta perpetua censetur: & an idem in fideicommissis.** li. 3. fo. 2. col. 3. nu. 4.
- Promissio soluendæ dotis non receptæ, an iuramento confirmetur.** lib. 1. fo. 35. col. 1. & 2.
- Promissio vendendi vel emendi, an faciat locum.** li. curabit. De act. empt. lib. 3. fo. 21. col. 3. nu. 8.
- Prophetarum libri, & qui fuerint canonici.** libr. 4. fo. 24. col. 3. num. 8.
- Propositio singularis, vniuersalis, particularis, & in definita quæ.** lib. 1. fo. 56. col. 1. nu. 1.
- Proprietas vendita vsufructuario iure sanguinis absq; ipso vsufructu retrahitur.** lib. 3. fo. 48. col. 4. numero. 7.
- Prosper Aquitanicus quo tempore claruerit, & de eius opusculis.** lib. 4. fo. 33. col. 2.
- Pubere & impubere simul mortuis, censetur pubes superuixisse.** lib. 2. fo. 28. col. 4.
- Punitus corporali pœna pro pecuniaria, quam inopia non soluit, non tenetur etiam si peruenerit, ad pingiorem fortunam.** lib. 2. fo. 5. col. 1.
- Pupillaris substitutus non admittitur, nisi probeat pupillum intra pupillarem ætatem decessisse.** lib. 2. fol. 30. col. 1. nu. 6.
- Purgatio vulgaris criminis, quæ sit candenti ferro.** lib. 4. fol. 63. col. 1.

Quæ sit, matrimonio constante quomodo diuidatur. li. 3. fo. 75. col. 3. ca. 19. per totū.

Qualis sit hypotheca quæ deducitur ex cōstitutione annui redditus super aliqua re. li. 3. fol. 35. col. 1. nu. 6.

Quibus casibus ob alienam culpam quis rectè puniatur? lib. 2. f. 32. col. 4. nu. 1.

Quilibet tenetur etiam non requisitus subuenire proximo. li. 1. fol. 9. col. 3. versu. Septimo.

Quod discrimen sit inter precarium & commodatum. li. 3. fol. 44. alias. 64. col. 1. nu. 7.

Quo tempore fieri debeat venditori litis motæ denuntiatio in materia euictionis. li. 3. fo. 72. col. 4. numero. 8.

R

Raptores virginum, an gaudeant immunitate Ecclesie? li. 2. fol. 77. col. 2. nu. 8.

Ratio decidendi. l. curabit. C. de act. li. 3. fo. 19. col. 1. versu. Primò deducitur.

Rectoris hospitalis, vel ciuitatis locatiōi, tenetur stare successor. li. 2. fo. 61. col. 4.

Redimendi pactum. vide Pactum.

Redituum annuorum redemptio fieri debet, non solum soluto pretio, sed & retribus decursis prò rata. li. 1. fo. 67. col. 3. nu. 10. vide Annui.

Reductio ad arbitrium boni viri, coram quo iudice petenda sit. li. 2. fol. 50. col. 1. in prin.

Regula non est sufficiens in casibus non exceptis, ad correctionem iuris communis. li. 2. fo. 23. col. 1.

Regula non extenditur ratione exceptionis ad ea quæ alioqui non contineret. *ibidem* col. 2. nu. 7.

Reipublicæ fauore & inopiæ communis, pretium taxari potest mercibus. lib. 2. fo. 12. col. 4. nu. 5.

Reliquæ sanctorum sunt venerandæ. libr. 1. fol. 48. colum. 3. & 4.

* * 3 Remissio

I N D E X.

Remissio debiti vel iuris competentis, donatio est quædam. li. 2. fo. 17. col. 3. nu. 8.

Rem propriam ab alio occupatam, quando possit quis propria autoritate surripere. li. 1. fo. 17. col. 3. vers. Quarto.

Renunciatio beneficij ea conditione facta, vt alteri conferatur, sitne illicita vel simoniaca? li. 1. fol. 28. col. 2. num. 5.

Renunciatio beneficij facta absq; prælati authorita te non valet. ibidem. col. 4. nu. 6.

Renunciatio specialis, etiam in eodem contractu ap posita, excludit deceptum vltra dimidiam. lib. 2. fo. 16. col. 1. nu. 3.

Renunciationes in contractibus apponi solitæ, an præsumantur ex consensu partium positæ? lib. 2. fol. 16. colum. 4.

Renunciatio deceptionis vltra dimidiam, an sit do natio quæ insinuationem requirat? li. 2. fo. 17. co- lumna. 2. nu. 7.

Renunciatio specialis est necessaria ad. l. secundam. C. de resc. vendit. li. 2. fo. 15. col. 4. nu. 1.

Res specialiter obligata, sufficiens præsumitur ad debiti satisfactionem. li. 3. fol. 73. col. 4. nu. 1.

Res subiectæ restitutioni etiam titulo maioratus, an possint ob dotem alienari? lib. 3. fo. 30. columna. 1. numero. 10.

Res ecclesiæ possunt dari in emphyteusin, solenni tate moribus recepta. li. 2. fo. 67. col. 2. nu. 4.

Res ecclesiæ iure veteri non poterant ad longū tem pus alienari. li. 2. fo. 62. col. 1. nu. 1.

Res ecclesiæ ad vitam locari non possunt. li. 2. fo. 62. col. 2. versic. Hinc etiam.

Res ecclesiarum locari vltra trienniū non possunt, etiam cum pacto de renouanda locatione. lib. 2. fo. 62. col. 4. nu. 4.

Res ecclesiarum ex quibus vnicus triennio fructus colligitur, possunt locari ad nouem annos. lib. 2. fo. 64. col. 1. num. 6. vide, Alienata, & Ecclesiæ.

Res empta ex pecunia vsuraria, sit e mentis. li. 3. fol. 16. col. 2. versic. Sed ad.

Res ex causa vsuræ tradita, non sit accipientis. ibid. colum. 2. & 3.

Reseruatio alicuius rei, quæ fit in donatione omniū bonorum, qualis debeat esse? li. 3. fol. 50. colum. 2. numero. 3.

Residentia & personalis præsentia in ipso choro dif ferunt. lib. 3. fo. 52. col. 1. nu. 3.

Resoluta venditione ex pacto, an fructus interim percepti sint emptoris, an venditoris? li. 3. fol. 40. colum. 3. nume. 1.

Restitutio in integrum quando detur minori con tra tertium possessorem. li. 1. fol. 29. col. 1. nu. 7.

Restitutio in integrum quomodo faciendâ? li. 1. fol. 19. col. 1. & deinceps.

Restitutio in integrum, quando minoribus vel ec clesijs pro minimo detur? lib. 1. fol. 22. col. 1. & 2. numero. 11.

Restitutio intra quod tempus petenda sit? li. 1. fol. 23. col. 2. vers. Sed vt rem.

Restitutio quæ potius ex gratia, quàm rigore iuris fit, non fit cum fructibus. lib. 1. fol. 24. col. 1. nu. 15.

Retraetus rei venditæ sub annuo redditu redimibili natura. li. 3. fol. 47. col. 1. cap. 1.

Retrouendendi pactum. vide Pactum.

Reus, actore non probante, an sit absoluendus defi nitinè, an ab obseruatione iudicij, & quid referat? li. 1. fol. 8. col. 2. num. 8.

Reus, an possit vti pluribus defensionibus diuersis contrarijsve? li. 1. fo. 11. colum. 2. nu. 3.

Roma in tribus rusticis, & vrbanas trigintaquinq; olim diuisa fuit. lib. 4. fo. 3. col. 2. nu. 1.

Romanæ tribus quæ nomina olim habuerint. libr. 4. fo. 4. col. 3. vers. Tribus.

Rufinus Aquiliensis presbyter. Et de eius operi bus. lib. 4. fo. 37. col. 4. nu. 10.

S

Sacerdos Ecclesiam adiens ob distributiones quotidianas, an sit simoniacus. lib. 1. fo. 9. co- 4. numero. 5.

Sacerdos simplex, an possit minores ordines, ex de legatione Rom. Pontific. conferre? libr. 1. fo. 47. col. 2. numero. 9.

Sacerdos simplex, an ex Roman. Pontif. dispensa tione possit confirmationem ministrare? li. 1. fo. 46. co. 3. nu. 7. & fo. 47. col. 2. nu. 9.

Sacerdos etiam solenniter degradatus conficit cor pus Christi ibidem. col. 4. nu. 8.

Sacramenta ab alio quàm à Christo institui non possunt. lib. 1. fo. 45. col. 1. & 2. & fo. 46. col. 3. nu. 7.

Sacramenta pœnitentiæ & Eucharistiæ, vnctionis ve, an dentur vltimo supplicio afficiendis. lib. 2. fo. 7. col. 3. nu. 11.

Sapientia, & Ecclesiasticus canonici libri sunt, quæ uis ea de re fuerit olim cõtrouersum. lib. 4. fo. 21. col. 3. in prin.

Sarracenus nomen quam originem habuerit. Et vn de Arabes dicti fuerint Sarraceni ad interpreta- tionem regiæ Partitarum legis. lib. 4. fo. 16. co. 3. & per totum cap.

Scholastici non habent priuilegium, nè conueniã tur vltra quàm facere possunt. li. 2. f. 6. col. 3. & 4.

Sciens iustum rei pretium tempore contractus, nõ potest vti auxilio. l. 2. de rescindend. vendi. lib. 2. fo. 15. col. 4. nu. 2.

Sciens verum rei pretium & emens viliori ab igno rante, an sit cogendus in exteriori foro pretium supplere. lib. 2. fo. 19. col. 2.

Scientia iusti valoris non præsumitur in decepto vl tra di-

I N D E X.

tra diuſidiam. num. 2. lib. 2. fo. 15. co. 4.
 Scientia duplex haberi poteſt eiufdem rei. lib. 1. fo. 6. columna. 4.
 Scripturæ duæ eadem die factæ ſi proponantur, prior præſumitur quæ pro fiſco eſt. lib. 1. fo. 69. col. 2. & 3. nu. 2.
 Scriptura in dubio præſumitur prior, quæ dotis fauorem continet. lib. 1. fo. 70. col. 1. nu. 6.
 Scriptura priuata, quandoq; habet ius executionis ſummarie. li. 2. fo. 49. col. 1. nu. 4.
 Sedulus preſbyter natione Scorus, & de cuius opusculis. li. 4. fo. 38. col. 3.
 Sententia quæ mentionem facit instrumenti non extantis inter acta an ſit nulla. lib. 1. fol. 9. col. 2.
 Sententia à qua non eſt appellatum, tranſit in rem iudicatam, etiam in criminalibus. li. 1. fo. 10. col. 1.
 Sententiis duabus contrarijs latis ab ordinarijs iudicibus, ea ſeruanda eſt quæ pro fiſco lata eſt. li. 1. fo. 69. col. 4. nu. 4.
 Seruire prælatis ſpe beneficij conſequendi, an ſit ſimonia? lib. 1. fo. 9. col. 2. verſi. Secundo hinc.
 Seruitutes diſcontinuæ quanto tempore uſucapiuntur. lib. 1. fo. 81. col. 2. nu. 11.
 Seu diſtinctionis ſignificatio. lib. 2. fo. 24. col. 1. nu. 10.
Συζήτησις. li. 2. fo. 3. col. 3.
 Sepultura negari non debet ultimo ſupplicio affectis. li. 2. fo. 7. col. 3. nu. 11.
 Sepultura eccleſiaſtica quibus denegatur. lib. 2. fol. 8. col. 1. & ſequenti.
 Si diſtictio, non ſemper conditionem inducit. li. 2. fo. 16. columna. 2.
 Simonia vera quæ. li. 2. fol. 28. colum. 1. nu. 4.
 Significatio propria in quacunq; materia eſt ſequenda. li. 3. fo. 24. col. 4.
 Singulis vniuerſitatis attribuuntur actus & paſſiones vt conſiſtunt in facto. li. 2. fo. 37. colum. 2. verſi. Fortaſſis.
 Societas ita coiri poteſt, vt alter pecuniã, alter operam conferat, lucrum verò communicetur. lib. 3. fo. 8. col. 3. verſi. Prima conſuſio.
 Societatis contractæ titulo an tranſeat dominium abſque traditione, & an & poſſeſſio? lib. 3. fol. 75. colum. 3. in fi.
 Socratis hiltorici locus expenditur. lib. 4. folio. 54. col. 4. nu. 5.
 Solennitas neceſſaria in alienatione rerum eccleſiaſticarum. li. 2. fol. 66. col. 2. nu. 1.
 Solomonis conſilium in puero diuidēdo. li. 1. fo. 18. col. 1. num. 16.
 Solidorum æſtimatio. lib. 2. fo. 50. co. 2. nu. 3.
 Species quādo deroget generi? li. 2. fo. 11. col. 1. 2. & 3.
 Statuto an poſſit quis ob alterius culpam puniri. li. 2. fo. 36. col. 1. nu. 7.
 Statutum, vt viduæ detur aliqua quātitas, dum dos

ſoluitur, an ſiſlicitum? li. 3. fol. 4. col. 2. & ſeq.
 Statuto poteſt & conſuetudine fieri, quod priuato conſenſu non poteſt. li. 2. fo. 37. col. 1.
 Stipulatio notarij, donatorisve, nomine abſentis cōcepta, an impediatur reuocationem paſſi donationi adieſti? li. 1. fo. 62. col. 2. nu. 11. & col. 4. nu. 13.
 Succellor ſingularis an teneatur ſtare colono vel inquilino, quorum ius exceptum eſt in contrahendo. li. 2. fo. 59. col. 3. nu. 1.
 Succellor etiam ſingularis, an poſſit expellere colonum, qui habet hypothecã. li. 2. fo. 59. col. 4. nu. 3.
 Summa ab extremo numero ſpeciem accipit. lib. 1. fo. 11. col. 2. verſi. Sexto.
 Sylueſtri beati actus, quam auctoritatem habeant. Et de baptiſmo Conſtantini Magni. lib. 4. fol. 35. columna. 1.
 Synodus Nicæna quo tempore fuerit. lib. 4. fo. 28. col. 3. num. 1.
 Synodus ſecunda Conſtantinopolitana. lib. 4. fol. 30. col. 1. nu. 2.
 Synodus tertia Ephelina. lib. 4. fo. 30. columna tertia. numero. 3.
 Synodus quarta Chalcedonenſis. lib. 4. fo. 31. col. 1. numero. 4.
 Synodus Ariminenſis quòd tempore Conſtantij, non Conſtantini fuerit celebrata. lib. 4. fo. 39. colum. 2. num. 2.
 Synodi ſextæ canon intelligitur. lib. 4. fol. 55. col. 1. numero. 6.

T

TAbellioni, potiùs quàm teſti credendum eſt, quoties de eius dicto ambigitur. lib. 2. fol. 55. col. 4. nu. 10.
 Talionis pœna vnde originem habuerit, & an hodie locum habeat. li. 2. fo. 38. col. 1. nu. 1.
 Tau litera ſupplicij nota. lib. 4. fo. 12. col. 4. nu. 3.
Ταυτα. lib. 1. fol. 45. colum. 1.
 Teiſſeræ legatum explicatur. lib. 4. fol. 8. colum. 3. numero. 9.
 Tertulliani opera apocrypha. lib. 4. fo. 43. colum. 1.
 Teſtandi libertas iure naturali permittitur, & cui libet competit. li. 3. fol. 28. col. 2. num. 7.
 Teſtes ſingulares an probent eſſe quem uſurarium. lib. 3. fo. 15. col. 2. num. 5.
 Teſtis an poſſit teſtificari per ſcripturam. li. 2. fo. 54. col. 2. num. 7.
 Teſte contraria reſpondente, cui reſponſioni ſtandum eſt. ibidem. col. 2. & 3. nu. 7.
 Teſtimonium prius iudiciale, non tollitur per ſecundum contrarium extra iudiciale. ibidē. col. 3. & 4.
 Teſtis quando dicatur ſe corrigere in continenti. li. 2. fo. 55. col. 1. & 2.
 Teſtis periurium & infamia tolluntur per tormenta. lib. 2. fo. 55. col. 3.

** 4 Teſtium

I N D E X.

- T**estium examinatio, quando committenda tabel-
 lionibus. lib. 2. fo. 55. col. 4. nu. 10.
Theodosius Imperat. ab Ambrosio increpatus, &
eius clementia. li. 2. fo. 33. col. 3.
Theophilus Alexandrinus Episcopus, & de eius o-
pusculis. lib. 4. fo. 32. col. 2. nu. 4.
Thomæ verba in tractatu de decimis declarata. fol.
 81. col. 1. nu. 12.
Thomæ verba declarantur. li. 1. fo. 82. colum. 3. versi.
 Cæterum.
Titii Liuij locus ex Plinio, ac rursus Plinius ex Ma-
crobio expenditur. lib. 4. fol. 3. columna. 4. nu. 2.
Tribus, dicitur Græcè vsura & cur? li. 3. fo. 6. col. 2.
Tonsura prima, an sit ordo. lib. 1. fol. 47. columna.
 2. numero. 10.
Tradita re emptori, & data dilatiõe ad soluendum,
an habeat locum. l. curabit. de act. empt. lib. 3. fol.
 19. col. 4. nu. 5. & fol. 20. col. 1.
Transmissio instrumenti, an inducat acquisitionē pos-
sessionis. li. 3. fol. 69. col. 1. nu. 12.
Tribus terminis solui, quid significet. li. 2. fo. 49. col.
 2. numero. 5.
Tribus Romanæ quæ nomina olim habuerint. lib.
 4. fol. 4. col. 3. versic. Tribus.
Tribus prærogatiua quæ fuerit. lib. 4. fo. 6. col. 3. n. 5.
Tribus quot habuerint Athenæ, & earum nomina
ex Græcis auctoribus. lib. 4. fol. 6. col. 4. nume. 6.
Tribus legatum apud Scæuolam, quam vtilitatem
liberto attulerit. lib. 4. fol. 8. col. 4. nu. 10.
- V**
- Valerij Maximi, & T. Liuij historia quædam**
tractatur obiter. lib. 4. fol. 5. col. 3. num. 4.
 versi. Sed & alia.
Valor iustus cuiusque rei qualiter per testes probe-
tur. li. 2. fo. 12. col. 1. versic. Tertio ab.
Valor falsus beneficij in literis expressus, an eas vi-
tiet. li. 1. fol. 91. col. 3. nu. 7.
Valor beneficiorum quomodo exprimendus. ibid.
 col. 4. versi. Solet.
Vasallus quomodo ob accusationem domini priue-
tur feudo. li. 1. fo. 53. col. 1.
Vendere quis cogitur fauore reipublicæ & ob in-
opiam communem. li. 2. fo. 12. col. 4. nu. 5.
Vendere pecunia credita carius, quam vendidisset
præsenti, quando liceat. li. 2. fo. 13. col. 1. num. 6.
Vendens rei carius quam par est, scienti verū pre-
tium, an peccet? li. 2. fo. 19. col. 2. & 3.
Vendita priori res cum pacto de non alienando &
hypotheca, non transit in dominium secūdi em-
ptoris per traditionem. li. 2. fol. 73. col. 4. nu. 7.
Vendita duobus eadem re, qui prior dominium sine
traditione quæserit, præfertur posteriori cui tra-
dita realiter fuerit. li. 2. fo. 72. colum. 4. num. 2.
Venditor qui rem ipsam possidet, præcisè cogendus
est ad traditionem. li. 2. fo. 72. col. 3. nu. 1.
Venditio vsusfructus non efficit, vt proximior con-
sanguineus possit eū retrahere. li. 3. fol. 47. col. 4.
 numero. 4.
Venditori etiã scienti denuncianda est litis quæ-
sio, idque solēniter. li. 3. fo. 70. col. 4. nu. 3. & alia
 de euictione toto eo capite.
Verba apud Hispanos præcipui conuicij. li. 1. fo. 50.
 colum. 1. nu. 2.
Versio pecuniæ in vtilitatem Ecclesiæ vel ciuitatis,
quomodo probet. li. 2. f. 67. col. 2. versi. Qualiter?
Vicarius episcopi an possit conferre beneficia ex
generali commissione. li. 3. fol. 79. col. 4. nu. 7.
Vidua quando debeantur aliuerpta ab hæredibus
mariti. li. 3. fo. 4. col. 2. & 3.
Viginti intellectus ad l. curabit. C. de act. empt. li. 3.
fo. 19. col. 1. versi. Primò & seq.
Vincens vincentem te, an semper vincat te. lib. 1. fo.
 34. columna. 1.
Viri clarissimi qui dicantur. lib. 4. fol. 10. col. 1. nu. 13.
Viro & foemina simul extinctis, an præsumatur foe-
mina præmorta. li. 2. fo. 28. col. 3. num. 2.
Visitare quid in sacra scriptura significet. li. 2. fo. 34.
 columna. 1.
Voluntaria iurisdictio an delegari valeat. li. 3. fo. 79.
 col. 3. versi. Secundo infertur.
Vbi res simul & pecunia cum re permutantur, an
permutationis contractus sit, vel venditionis. li.
 2. fo. 18. col. 1.
Vniuersitas cur excommunicari non possit. li. 2. fo.
 37. col. 1. nu. 9.
Vniuersitas est ficta persona. fol. eodem. col. 2.
Vsurarij bona, an sint tacitè obligata restitutioni vsu-
rarum. li. 3. fo. 16. col. 2. nu. 6.
Vsurarius nõ tenetur restituere rem seu lucrū ex pe-
cunia vsuraria quæsitum. li. 3. fol. 16. col. 2. & 3.
Vsurarius an teneatur conditione indebiti, vel ex
delicto. li. 3. fo. 17. col. 1. & 2. & seq.
Vsurarij manifesti testamentum ipso iure nullum
est, nisi fiat secundum capit. quanquam. de vsur.
 li. 3. fo. 17. col. 4. nu. 9.
Vsurariæ compensatoriæ licitæ sunt. ibidem. col. 4.
Vsurarum crimen, an sit merè Ecclesiasticum. lib. 3.
 fo. 13. col. 2. in princ. cap. 3.
Vsurarum crimē iure ciuili punitur pœna infamiæ.
 lib. 3. fo. 14. col. 1. nu. 2.
Vsurarius manifestus quis. lib. 3. fol. 14. columna. 4.
 numero. 4.
Vsura quo iure prohibita sit. lib. 3. fol. 6. col. 1. nu. 5.
 & col. 4. numer. 6.
Vsura mentalis & exterior. lib. 3. fol. 3. col. 1. versic.
 Vsura igitur.
Vsus communis præfertur propriæ significationi.
 lib. 3. fol. 22. col. 1. nume. 1.

Vsusfructus

I N D E X.

Vfusfructus quando per alienationem consolidetur. li. 1. fol. 40. col. 4. & fo. 41. col. 1.
 Vfusfructus quanto tempore præscribatur. li. 1. fol. 81. col. 2. 3. & seq.
 Vxor probare debet arrhas sibi promissas, decimã bonorum mariti partem non excedere. lib. 2. fol. 26. col. 4. nume. 7.
 Vxor quo pacto teneatur stare locationi rerum dotalium à marito factę, vel è contrario. lib. 2. fo. 60. col. 4. nume. 5.

F I N I S.

**Regiæ leges quæ pecu-
 liari aliqua ratione in hoc opere
 explicantur, præter alias,
 quæ passim multæ
 citantur.**

L E X prima. de contestat. lib. 3. ordina. li. 1. fol. 8. col. 4. ad medium. nu. 8. ad finem.
 L. 38. titu. 28. part. 3. li. 1. fo. 20. col. 3. vers. Tertia.
 L. vltim. titu. vltim. part. 6. lib. 1. fol. 23. columna. 3. numero. 13.
 L. 2. titu. 6. part. 5. lib. 1. fol. 29. col. 4. num. 9.
 L. 24. titu. 13. part. 3. li. 1. fol. 40. col. 2. nume. 5.
 L. 57. Tauri. lib. 1. fo. 41. col. 3. num. 8.
 L. 1. titu. 9. lib. 8. ordinamen. lib. 1. fol. 49. columna. 4. versic. Tertiõ.
 L. 7. titu. 4. part. 5. lib. 1. fo. 60. col. 2. nume. 5.
 L. 3. titu. 8. lib. 3. ordinamen. lib. 1. fol. 62. columna. 4. numero. 13.
 Leges Regiæ de retractu, iure sanguinis permissio de clarantur. li. 1. fol. 67. col. 1. num. 8.
 L. Carol. Quinti de redditibus annuis. ibidem. col. 3. numero. 11.
 L. 62. Tauri. li. 1. fol. 85. col. 4. num. 2. 3. & seq.
 L. 18. Tauri. ibidem. col. 4. nu. 3. & fol. 86. col. 1. nu. 4.
 L. 9. titu. 5. lib. 3. Fori. ibid. col. 4.
 L. 3. titu. 15. part. 3. lib. 2. fol. 5. col. 2.
 L. 9. titu. 13. lib. 8. ordinam. li. 2. fol. 8. col. 2.
 Leges de debitoribus non soluendo. lib. 2. fol. 4. columna. 3. & 4.
 L. 9. titu. 1. part. 5. lib. 2. fol. 11. col. 3.
 L. 56. titu. 5. part. 5. lib. 2. fo. 17. col. 2. nume. 6.
 L. 50. Tauri. lib. 2. fo. 26. col. 4. nume. 7.
 L. 1. titu. 2. lib. 3. Fori. ibidem.
 L. 12. titu. penult. part. 7. lib. 2. fo. 34. colum. 1.
 L. 83. Tauri. lib. 2. fol. 8. colum. 2.
 Leges de conuitijs loquentes. lib. 1. fol. 52. colum. 2. versic. Primum.

L. 4. & 5. titu. 8. lib. 3. ordinamen. lib. 2. fo. 47. col. 1. nume. 1. & sequent.
 L. 64. Tauri. ibidem.
 L. vltim. de ordine iudiciar. lib. 2. fol. 50. columna. 2. versicu. Primõ.
 L. 117. titu. 18. part. 7. li. 2. fol. 56. col. 3. num. 12.
 L. 32. titu. 11. part. 5. ibidem.
 L. 45. Tauri. lib. 3. fo. 24. col. 3.
 L. 46. Tauri. lib. 3. fo. 26. col. 3.
 L. 40. Tauri. eod. fol. & col. numero. 8.
 L. 1. titu. 2. lib. 8. ordinamen. lib. 3. fo. 39. col. 2. nu. 6.
 L. 74. Tauri. lib. 3. fol. 49. col. 1. nume. 8.
 L. 69. Tauri. lib. 3. fo. 50. & 51. nu. 4.
 L. 8. titu. 30. part. 3. lib. 3. fol. 69. colum. 1. nume. 12.
 L. 17. Tauri. ibidem.
 L. 53. Tauri. li. 3. fo. 76. colum. 2. versu. Ex his.

**Loca iuris cõmunis tam
 Cæsarei, quàm Pontificij, in
 hoc opere propriè ex-
 planata.**

Ex Digestorũ voluminibus.

Lillicitas. §. veritas. De officio proc. & lega. lib. 1. fo. 6. colum. 3. nume. 4.
 L. diem. §. si plures. De arbitris. lib. 1. fol. 13. colum. 1. numero. 6.
 L. ad bestias. De poen. lib. 2. fo. 39. col. 4. nu. 6.
 L. generali. §. vxori. De vsufu. legat. lib. 2. fo. 20. col. 4. & fol. 21. col. 1. & deinceps.
 L. si sponsus. §. circa. De donat. inter vir. & vxorem. fol. eodem.
 L. nam quod liquidæ. §. vltim. de penu legat. lib. 2. fo. 22. colum. 1. num. 5.
 L. si quis ita legauerit. De auro & arg. legat. lib. 2. fo. 24. colum. 1. nu. 10.
 L. pediculis. §. argento potorio. De auro & arg. lega. lib. 2. fo. 24. col. 3. prope finem.
 L. cum de lege. De probat. lib. 2. folio. 25. colum. 4. numero. 4.
 L. qui duos. §. si maritus. De reb. dub. lib. 2. fo. 28. colum. 3. & 4. nu. 3. & fo. 31. col. 1. nu. 8.
 L. cum hic status. §. si ambo. De donat. int. virum & vxor. lib. 2. fo. 29. col. 2. nu. 5.
 L. ex facto. §. si quis autem. ad Trebell. lib. 2. fol. 30. col. 1. numer. 6.
 L. quod pariter. De reb. dub. lib. 2. fol. 31. columna. 1. numero. 8.
 L. idem est. De reb. dub. ibid. col. 21. versu. Tertiõ.
 L. qui duos. §. vlti. & l. cum pubere. & l. si mulier. eodem

I N D E X.

dem titu. li. 2. fol. 31. col. 2. versi. His ob stare.
 L. inter focerum. de pactis dotalib. ibid. col. 3. nu. 9.
 L. qui duos. §. si cum filio. De reb. dub. ibidem. col. 4. nume. 10.
 L. vlti. §. quæ situm. de condit. indebi. li. 2. fo. 16. col. 3. versi. Quarto.
 L. in causâ. §. idem Pomponius. De minorib. lib. 2. fo. 11. col. 2. nu. 2.
 L. vltim. De vsufu. legat. li. 2. fo. 9. col. 3. nu. 4.
 L. si sic. quemad. scriuit. amit. lib. 1. fo. 81. col. 1. & 2.
 L. si contendat. de fideiuss. li. 1. fo. 83. col. 3. & 4. nu. 1. & fo. 84. col. 1. nu. 3.
 L. Titia. de condit. & demon. lib. 1. fo. 87. col. 3. & 4. nu. 9. & col. 4. versi. Sed an.
 L. non puto. De iure fisci. li. 1. fo. 69. col. 1. & 2. numero. 1. & sequen.
 L. si is qui. De iure fisci. lib. 1. fo. 69. col. 4. nu. 5. & fo. 70. colum. 1.
 L. 2. de lib. & posthum. li. 1. fol. 59. col. 1.
 L. si cum fundum. de pact. li. 1. fo. 61. col. 2. num. 8.
 L. si ego in princip. De iure dot. li. 1. fol. 64. col. 1.
 L. fructus. De rei vendicat. li. 1. fol. 65. col. 2. nu. 1.
 L. vlt. §. vlt. De iur. fisci. li. 1. fol. 66. col. 1. nu. 4.
 L. Iulianus. §. si fructibus. De act. empt. libr. 1. fol. 65. col. 2. & deinceps.
 L. vlt. §. vlti. De iur. fisci. li. 1. fol. 66. col. 1. nume. 4.
 L. patri pro filio. De minorib. li. 1. fo. 31. col. 3. & seq.
 L. quod si nolit. §. si quid ita venierit. de edilit. edict. li. 1. fo. 41. col. 3. versi. Tertio.
 L. quod si minor. §. Scæuola. De minor. li. 1. fol. 29. col. 1. nume. 7.
 L. fructus pendentes. De rei vendicat. li. 1. fol. 19. col. 2. numero. 2.
 L. in causâ. §. interdum. De minorib. li. 1. fo. 20. col. 1.
 L. qui scit. §. vlti. De vsur. li. 1. fo. 20. col. 4. nume. 7.
 L. qui mihi bona. de adqr. rer. dom. li. 1. f. 21. in princ.
 L. sicut emptio. §. vlt. Locat. lib. 3. fol. 19. col. 4. versi. Quinto. nu. 4.
 L. si cum venderet. De pignorat. act. li. 3. fol. 37. col. 4. nume. 3.
 L. 3. §. item si recip. ad leg. Falcid. li. 3. fol. 42. col. 3. n. 6.
 L. hæreditatum. ad leg. Falcid. li. 3. fo. 23. col. 1. nu. 8.
 L. cum Titio. ad leg. Falcid. li. 3. fo. 43. col. 2. nume. 9.
 L. penult. §. vlti. de pignoribus. li. 3. fo. 50. col. 1. nu. 2.
 L. Lucius. de donat. li. 3. fo. 63. col. 3. nu. 5.
 L. Clauibus. de contrah. empt. li. 3. fo. 68. col. 3. nu. 11.
 L. emptorem. §. vlt. de act. empt. li. 3. fo. 70. col. 1. n. 2.
 L. qui libertatis. De cuius. ibidem.

Ex Codice Iustiniani.

L. quoties. De rei v̄dic. li. 2. fo. 73. col. 1. nu. 4. & seq.
 L. xdem. C. locati. li. 2. fo. 60. col. 2. nume. 4.
 L. vlti. Arbitri. tutel. li. 2. fo. 58. col. 2. nume. 4.
 Authen. nisi rogati. Ad Trebel. li. 1. fo. 87. col. 3. & 3. num. 7. & 8. & fo. 88. num. 11.

L. diffamari. de ing. & manum. li. 1. fol. 84. col. 1. nu. 3.
 L. non satis. qui potior. in pigno. hab. li. 1. fo. 70. col. 2. nume. 7.
 L. quoties. De donat. quæ sub modo. li. 1. fo. 59. col. 3. & 4. nume. 2.
 L. 1. eod. titu. li. 1. fo. 60. col. 2. num. 4. & col. 3. num. 6.
 L. vlti. de sacros. eccles. li. 1. fo. 63. col. 4. nu. 14.
 L. 2. de pact. int. empt. li. 1. fo. 66. col. 4. nume. 7.
 L. 1. de famos. libell. li. 1. fo. 52. col. 2. versic. Secundo.
 L. vlti. de reuocand. donat. ibi. col. 3. nume. 8.
 L. licet. qui potior. in pigno. hab. li. 1. fol. 33. col. 1. nu. 2.
 L. vlti. de dot. caut. lib. 1. fo. 36. col. 4. num. 6.
 L. si cui. de non numerat. pecun. li. 1. fo. 37. col. 1. versic. Quod præterea.
 L. 2. de præd. & omn. reb. nauicul. li. 1. fo. 39. col. 3.
 L. fructus. de act. empt. li. 3. fo. 21. col. 1. versi. Ex qb?
 L. curabit. de act. empt. li. 3. fo. 21. col. 3. & seq.
 L. 2. de patrib. qui fil. distrax. li. 3. fo. 57. col. 2. nu. 4.
 L. si quis in tantam. ex. l. vlt. vnde vi. li. 3. fo. 66. col. 3. numero. 7.
 L. 1. de donat. li. 3. fol. 69. col. 1. nu. 12.
 Authen. quod si debitor. de pignorib. li. 3. fo. 74. col. 3. & 4. nu. 3.
 L. 2. de rescind. vendit. li. 2. fo. 11. col. 1. cap. 3.

Ex Institutionibus.

§. de illa. de societate. li. 3. fol. 8. colum. 3. versi. Prima conclusio.

Ex Authenticis.

Authen. de restit. fideicom. §. nos igitur. lib. 3. fo. 23. colum. 2. versic. Verum.

Ex feudorum libro.

Cap. 1. an agnat. vel fil. li. 2. fol. 70. col. 1. nu. 4.
 Ca. 1. §. sed & qui delator. quæ fuer. prim. caus. feud. amit. li. 1. fo. 53. col. 2.

Ex Decretalibus.

Capit. 1. de arbit. fol. 13. columna. 1. numero. 6.
 C. conquestus. De vsur. li. 3. fo. 5. col. 3. & 4. nu. 4.
 Cap. 1. de feud. ibidem. colum. 4.
 C. 1. de Homicid. li. 2. fo. 77. col. 2. & 3.
 C. vlti. de immunit. eccles. li. 2. fo. 80. col. 2. nu. 15.
 C. salubriter. de vsur. li. 3. fo. 3. col. 2.
 C. 2. de pœnis. li. 2. fo. 41. col. 2. nu. 10.
 C. nauigati. de vsur. li. 2. fo. 13. col. 1. versi. Cæterum.
 C. in ciuitate. eod. tit. fol. eodem. col. 2.
 C. ex rescripto. de iureiur. li. 2. fo. 4. col. 2. & 3. —
 C. finem litibus. De dol. & contumac. ibidem.
 C. Odoardus. de solution. ibidem. col. 4.
 C. prohibemus. de decim. li. 1. fo. 77. col. 4.
 C. penultim. de priuileg. li. 1. fo. 83. col. 2. num. 14.
 C. 1. de emption. li. 3. fo. 58. col. 1. num. 5.
 C. illo vos. de pignorib. li. 3. fo. 40. col. 3. nu. 1.
 C. postulasti. de rescript. li. 1. fo. 89. col. 3. & seq.
 C. quanto. de consuetud. libr. 1. folio. 44. colum. 4. & de-

I N D E X.

- & deinceps.
 C. ad quaestiones. de rer. permut. li. 1. f. 29. col. 4. n. 9.
 C. nonnulli. de rescript. li. 1. fo. 31. col. 3.
 C. constitutus. De integ. res. li. 1. fo. 32. col. 1. n. 6.
 C. cum vniuersor. de rer. permutat. libr. 1. fol. 28.
 col. 1. versu. Contrariam.
 C. ad nostram. de reb. eccles. non alien. li. 1. fo. 19. co-
 l. 3. num. 4. & fo. 21. col. 2. nu. 8.
 C. potuit. de locat. li. 3. fo. 71. col. 1. nu. 4.
 C. in Archiepiscopatu. de rapt. li. 3. fo. 77. col. 4. n. 2.
 C. quod sedem. de offic. ordinar. ibidem.
 C. aqua. de consecrat. eccles. li. 3. fo. 78. col. 1.
 C. vltim. de offic. ordinar. li. 3. fo. 78. col. 4. num. 5.
 C. vlti. de emption. li. 3. fo. 69. col. 4. cap. 17.

Ex libro Sexto.

- C. quanquam. de vsur. li. 3. fo. 14. col. 4. nume. 4.
 C. 1. de homicid. li. 2. fo. 78. col. 4. nume. 10.
 C. vt commissi. §. priuandi. de hæreticis. lib. 2. fo. 34.
 columna 2.
 C. Romana. §. in vniuersitatem. de sent. excommu.
 lib. 2. fo. 37. col. 1. nu. 9.
 C. accusatus. §. licet. de hæretic. li. 2. fo. 55. col. 3. nu. 9.
 C. ad agendum. de procurat. li. 2. fo. 23. col. 2. num. 8.
 C. 2. & ca. vlti. de offic. vicar. ibidem. col. 2. nu. 9.
 C. 1. de præscript. li. 1. fo. 78. col. 2. num. 7.
 C. cui non de sacerdotali. de præb. lib. 1. fo. 91. col. 2.
 num. 6. & seq.
 C. vlti. de iudic. li. 1. fo. 29. col. 2. nume. 8.

- C. vlti. de for. compet. li. 1. fol. 27. col. 1.
 C. si gratiosè. de rescri. li. 3. fo. 62. col. 1. & 2. nu. 2.
 C. si tibi absent. de præb. li. 3. fo. 65. col. 1. nume. 1.
 C. statutum. de præb. li. 3. fol. 80. col. 1. nume. 8.

Ex Clementinis.

- Clem. 1. de caus. possess. & propriet. li. 1. fo. 72. col. 2.
 & 3. numero. 13.
 Clem. religiosus. de procurat. li. 1. fo. 32. col. 1.

Ex Extrauagantibus.

- Extrauag. ambitiosæ. int. communes. de reb. eccles.
 non alienand. li. 2. fo. 62. colum. 4. nu. 4. & fo. 64.
 colum. 1. nume. 6.

Ex Decretis.

- C. vlti. 14. q. 4. li. 3. fol. 7. col. 1. & 2. nu. 7.
 Canones qui quinquaginta passibus circum eccle-
 sian. immunitatem definiunt. li. 2. fo. 75. col. 4.
 numero. 5.
 C. sine exceptione. 12. q. 2. li. 2. fo. 66. col. 2. nu. 1.
 C. non imputantur. 1. quæst. 4. li. 2. fo. 35. col. 3. versu.
 Caterum.
 C. vltim. 17. q. 4. li. 1. fo. 86. col. 3. & 4. nu. 5.

Ex sacris Biblijs.

- C. 23. Deuteronom. li. 3. fo. 7. col. 1. nu. 7.
 C. 20. Exodi. li. 2. fo. 33. versu. Primum.
 C. 18. Ezechiel. ibidem.
 Canon. 8. Apostolorum. lib. 1. fol. 74. col. 3. in fin.

S A L M A N T I C A E,

In ædibus Dominici à Portonarijs, Catholice
 Maiestatis Typographi.

M. D. L X X.



